BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 M
32

Y K 38

13-17, E, 46

Digitized by Google

R. P. M. F. PETRI DE MVRGA,

ÆMILIANENSIS BENEDICTINI,

Regij S. Mariæ Hyrachenſis Cœnobij Monachi, eiuſque almæ Vniuerſitati adſcripti,

COMMENTARIA IN CONSTITVTIONES APOSTOLICAS,

AD FAVOREM CONGREGATIONIS Sancti Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cœnobiorum editas.

Opus ſanè perutile, non ſolùm dictæ Congregationis Alumnis, ſed etiam communicantibus in priuilegiis, ac omnibus Regularibus, & cuiuſvis Ordinis profeſſoribus, Iudicibus, cauſarum Patronis, Confeſſariis & Pœnitentibus.

Pluribus illuſtratum S. Rotæ Romanæ deciſionibus additionatis, & annotatis, pro appendice additis; necnon quamplurimis Indicibus, Authoris ingenti labore, ad Lectorum leuamen & commoditatem exornatum, quorum elenchum in fronte Operis, ante Indicem Conſtitutionum reperies.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumpt. LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.

M. DC. LXXII.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV.

Declarationibus Sacræ Congregationis Concilij nullam fidem eſſe adhibendam in iudicio, vel extra, ſed tantùm illis, quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem Sacræ Congregationis, pro tempore exiſtentium, munitæ fuerint, eadem Sacra Congregatio, ex ſpeciali Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani, diuinâ prouidentiâ Papæ VIII. iuſſu mandauit, & præcepit Romæ, die ſecunda Auguſti 1631. & Conſilium Sanctæ Generalis Inquiſitionis, cum huiuſmodi declaratione poſſe liberè, & licitè à quoquam vendi, & retineri permittit.

R^SSIMO P. N. M. FR. IOANNI
DE LA RIBA,
CONGREGATIONIS
Benedictinæ Hiſpano - Anglicæ Generali emerito , Concionatori Regio : ſimulque Almæ Congregationi ad Generale Capitulum congregatæ.

M. Fr. PETRVS DE MVRGA S. P. D.

MVLTORVM agitatus ſtudio, pluriumque petitione motus, Commentaria in Apoſtolicas Conſtitutiones, ad noſtræ fauorem Congregationis, & illius Cœnobiorum editas, prælo ſudaſse peroptaui; non tamen omni ſecluſo timore, quia cùm nullus ex profeſso circa hanc materiam pennæ pœnas induxiſſe voluerit, cúmque, vt inquit Ariſtoteles, *principium ſit maximum difficilium omnium*: ideo publicæ vſuræ commiſſuro librum, timorem expellere non licuit. Quàm bene Lucanus Ariſt. tertio Rhet.

——————— *Noua vota timore* Lucanus quinto Phar.
Sunt inuenta nouo.

Præcipuè conſcio illius Græcorum ſententiæ apud Xenophontem: Xenoph. cõmento ſecundo. *Non facile eſt, vt reperiri aliquod opus poſſit, in quo nil à quoquam reprehendatur.* Quia, vt optimè Cicero, *quot homines, tot ſententiæ*: Cicero. cùm alius (penes ſe) maturo moueatur iudicio; alius liuidis agitetur rumoribus; alius inuidiâ corrodatur: quia, vt inquit Valerius Maximus, *nulla eſt tam modeſta felicitas, quæ inuidiæ dentes vitare poſſit.* Valerius Max. lib. 4. titulo *Amicitia.* Hoc ideo (Meritiſſime Præſul, Reuerendiſſimique PP.) dum vorticoſo, & variabili ſententiarum mari hoc qualecunque Opus expono, non aliam niſi veſtram protectionem imploro; quâ fauente, nec inſanus deterret liuor, nec hyemales procellæ timorem in-

ã 2 ducunt.

ducunt. Quem enim alium portum, præter Reuerendiſſimum M.Fr.IOANNEM DE LA RIBA, optabo? Quod nauigantibus deſiderium, niſi diu deſideratas erga proſpicere RIPAS? RIPAM enim obtinere, portum eſt ingredi. Poëtarum Princeps vt Æneam, Cumeumque Oraculum, Acheronticâ cymbâ Stygia tranata palude, portum ingredientem pingeret:

Virgil.6. Æneid.

Tandem trans fluuium incolumes vatemque, virumque
Informi limo, glaucaque exponit in vlua.

Quid aliud trans fluuium ponere, glaucaque exponere in vlua, niſi in RIPA incolumem collocare, & promiſſum portum appellere? Si ergo idem, & RIPAM ingredi, portu frui, incolumemque ſeruari:

Ouidius.

Tu mihi refugium, tu mihi portus eris.

Et dum ad tantum RIPAM *chariores animi fœtus* properant, & contra inuidiam muniti, & à liuoris tempeſtate immunes reddentur. Hac ergo florilega omni politura mentis, omnique polymathia fœcunda RIPA (de qua ſic aliquando luſimus,

Ripa tibi nomen; flores clara acta dedere,
Religio, imperium; dant pia vota polum:)

S.Gregorius homilia 37. in Euangelia.

fauente; *delectet mentem magnitudo præmiorum: ſed non deterreat certamen laborum:* nec nauigatio vorticoſa timeatur; nec latentes inuidi ſcopuli animum tremore conquatiant.

Et licèt magnitudo non delectaret præmiorum, mininè tamen deterreret certamen laborum; nil nocturnas vigilias, quibus *oleum & operam denoui,* vt huic Operi vltimam manum, & colophonem imponerem, trepidarem; quia teſte Ouidio,

Ouidius primo de arte amãdi.

——————Liuor poſt fata quieſcit.
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.

Et ſi cum Martiale loquar:

Si poſt fata venit gloria, non propero.

Martialis lib.quinto ad Regulum.

Propero tamen, non hæc propter, ſed quia quodam quaſi connaturali curſu ſponte tuis prouoluor aris, & oris, ob filialis erga Te amoris redundantiam, quâ ego, & omnia mea tuis pedibus circumferuntur: nam teſte Bernardo; *Amor meus, pondus meum, illuc feror, quocumque feror.* Cuius enim voluntas tuæ affabilitatis, beneuolentiæ, ſcientiæ, & virtutis ſtimulis amore non ardeat? Certè ſi hic aliquis, eſſet durior ſcopulis, cui cum Poëtarum Principe dicere poſſemus.

S. Bernardus tract. de diligẽdo Deum.

Virgil.4. Æneid.

——————Genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanæque admorunt vbera tygres.

O felix tali Præſule Religio! quæ redundantibus illius claritatis radiis, tota luminoſa coruſcas; & ſi felix Præſule Congregatio, & Tu meritiſſime Præſul:

Idem 6. Æneid.

Felix prole virum, qualis Berecinthia Mater

Ingreditur

Ingreditur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes Cælicolas, omnes ſupera, alta ferentes.

Felix equidem, qui tantæ Religionis Præſul, Te, ipſam clarificando, clarificas, vt profectò dicere poſſis, *illa mihi, & ego illi*: hæc enim nunquam illuſtrior quàm tali Præſule: nec Tu vnquam celſior, quàm tali filiorum caretuâ: illa tali pulcherrima Capite; Tu talibus ornatus membris. O quale corpus! ô quàm formoſum! cui caput, Ripa; cui talis Congregatio, membra.

Cùm Diuinus Sponſus ſibi dilectam Sponſam aperire peroptaret, vt eam pulchritudine moueret: *Aperi*, inquit, *mihi, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis montium*; quaſi nulla alia eſſet ſpecioſitas, quàm roribus caput inundari: en vbi ſponſus pulchrum ſe iactat, quia madidum rore caput importat. Idem Tu, tali Præſule, ô felix Congregatio, accinere vales! Caput rore madidum importas; quid enim rore aptius Ripis, vbi, vt quidam accinit: Cantar. cap.5.

Depaſcunt queruli gemmantia gramina riui.

Vbi lapidulis modulo crepitantibus, in dulciſonam harmoniam fluuiorum murmur erumpit: vbi iugè ceſpes madidus; vbi ſemper inundata tellus. Si ergo Ripæ ita conſentaneæ lymphis, roribus profectò aptæ: aqua enim, & ros, iuxta Angelicum Magiſtrum, ita idem ſunt, vt ſolùm penes maiorem vel minorem quantitatem differant.

En ergo, ô felix Congregationis corpus, tuum caput Ripa, roribus, & lymphis plenum: en tuam eximiam tali capite ſpecioſitatem, quâ maiori, nec antea ornata, nec in poſterum ornaberis. Plange perbreue Præſulatus tempus, ſed nunc plange finem, quo à tali amoueris capite, à tanta remoueris ſub tali Patre ſecuritate: dum enim remouentur à Ripis, dum Ripas relinquunt; D.Thomas ſuper Iob, c.5. colum.7.

Poſtquam altum tenuère rates, nec ampliùs vlla Virgil.3. Æneid.
Occurrunt RIPÆ ——
Continuò venti voluunt mare, magnaque ſurgunt
Æquora. ——

Nauis fluctibus agitatur iteratis, & in Naïadum Palatium fluctiuaga timore imbuitur: ſecuritate ſpoliatur, & ruinæ fermè committitur. O ſi ſemper Ripæ adiuncta, nec caſum timeres, nec excidium trepidares.

Ad tantam ergo ſecuritatem *chariores animi fœtus* læta fronte tendunt; & vos Meritiſſime Præſul, Reuerendiſſimique PP. humilibus frequentant obſequiis; eos, oro, ita ſereniter accipite, ſicut ego hilariter offero; non exiguum reſpiciendo munus, ſed magnam voluntatis ergà vos (quos benignitas amabiles, & ſacræ infulæ vene-

rabiles reddiderunt) propenſionem: quam ſi aſpexeritis, haud paruam exiſtimabo gratitudinem. Attendite Artaxerxis Perſarum Regis egregium factum, eximiamque beneuolentiam: quidam enim ex plebe videns neminem non gratulari Regi, ſe verò in paratu nihil, quod tantâ Maieſtate dignum foret, habere, proximum fluuiolum petiit; hauſtamque ambabus manibus aquam Artaxerxi adorabundus obtulit: hac ergo vrbanitate Artaxerxes excitatus, illicò phialam auream, & mille daricos nummos tam iucundo donatori reddi iubet, quia non muneris paruitatem, ſed offerentis affectum proſpexit. Hunc, oro, Meritiſſime Præſul, Reuerendiſſimique PP. in me magnum proſpicite, & in præmium illius, ſolùm vobis placuiſſe placebit. Vale ergo Congregatio Benedictinæ Religionis decus, in communem omnium vtilitatem.

Baptiſta Fulgoſius.

Reuerendiſſime Pater,

Reuerendiſſimæ Paternitatis Veſtræ minimus Filius, & in Chriſto ſeruus.

M. Fr. PETRVS DE MVRGA.

LEGENTI

LEGENTI.

COGITANTI *mihi, & meditabundo potiùs, amice, benigne, & religiosè Lector quid in vltimo ſenio typis mandarem, quod tibi gratum, ac pervtile foret, occurrit nihil prorſus aliud, quàm Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, in Priuilegia, quibus Benedictina noſtra Familia, & in multis, per communicationem, alij Religioſorum Ordines potiri dignoſcuntur. Cui acceſſit iudicio frequens aliquorum Congregationis meæ Virorum ſuaſio, & certè boni publici zelatorum, qui vix huiuſmodi laborem tentare inceperam, & iam ab eis, & aliis, tam noſtris, quàm exteris cruciabar, vt quamcitò poſſem, opus perficerem. Perfecti tandem primum hoc huiuſmodi Commentariorum Volumen, & lucem videt. Eam in eo, vt credo, perdiſces doctrinam, quam meliores, & de Religione benemeriti præcordialiter deſiderabant. Illam certè, de qua Philoſophorum Princeps*, 8. Topicorum, *proclamauit*: Vna ſcientia eſt melior alterâ, vel quia eſt certior, vel quia de meliori. *Quod ſit certior doctrina in hoc contenta Volumine, deprehendes, ſi cogitaueris illam, nedum maximorum, plurium, & implurimum communi opinione Doctorum defendi, ſacrorum Canonum authoritate firmari, ſed & non paruis ponderis ſtabiliri rationibus. Doctrina enim illa certior, dubio procul eſt, quæ ſolidioribus fuerit innixa principiis, & fundamentis: extrinſecis ſcilicet, & intrinſecis. Vtraque, ni amor me fallit meus, in hoc tradita Volumine relucent. Extrinſeca quidem, in prolixa Doctorum maximi nominis, & primæ claſſis ſerie in illo texta apparent. Intrinſeca verò, quæ præcipua ſunt, in iuribus paſſim allegatis, & in rationibus frequenter adductis demonſtrantur. Quod autem* de meliori *ſit, facilè verum iudicabit, qui attenta mente reuoluerit duo: primum, multò Religioſos pendere, vt in proprio proficiant inſtituto, vt pace, ac quiete, tranquillitatéque animorum, ad profectum præfatum apprimè neceſſariis gaudeant, à priuilegiorum ſuorum obſeruantia. Secundum, ſtrictiſſimè illos adſtringi præ oculis perfectam habere notitiam diplomatum, ſeu priuilegiorum Apoſtolicorum, & illorum vero intellectu pollere, ne illis abutentes, ſeipſos illis indignos exhibeant, & digniſſimè mereantur illam ſubire ſententiam, quam ſacri Canones, iura Pontificia tulerunt, & ſæpe publicatam inuenio,* in can.Vbi iſta, 74.diſtinct.can. priuilegium 11. q.3. & extra, cap. Vt priuilegia, el 24. de priuilegiis, & cap.Contingit interdum, el 2. & 45. de ſententia excommunicationis, *ſub iſta vtique verborum ſerie*: Priuilegium omninò meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *Vt autem Priuilegiorum verum hauriamus ſenſum, & illorum tenorem, quoad voces, & verba oculatiſſimè debemus inſpicere, vt noti iuris eſt,* cap.Porrò, el 7. vbi Gloſſa verbo Ex inſpectione, c. Recepimus, el 10. de Priuilegiis, cap.Conſiderauimus, el 10. de electione, & cap.Licèt in tantùm, de tranſlatione Epiſcopi, el final, *& multò magis quoad mentem illa concedentium. Reprehendit enim Honorius Papa III.* in c.Quantò ampliùs, el 26. de Priuileg. Apoſtolicorum priuilegiorum non vim, & poteſtatem, ſed ſola verba ſeruantes. Vbi & Gloſſa, verbo, Sola verba. *Vtrumque diligentiſſimè & attentiſſimè in Commentariis iſtis priuilegiorum conſideraui, & ni fallor, verum illorum deprehendi intellectum, & quâ potui claritate, illum tibi communico. Pro more, & ſtylo meo, ſententiam propriam variis iuribus illuſtro, & Doctorum allegationibus, S. Rotæ Romanæ (quarum non paucas additionibus, & annotationibus illuſtratas in Appendice inuenies) deciſionibus ac rationibus frequenter fulcio. Authoribus enim, quantumvis magnæ ſint authoritatis, ſi ſine lege, aut ratione loquantur, credendum non eſt, vti ex Archid.* in can.Nolite timere, 11.q.3. *& Peyrino* tom.3. de priuileg. c.1. n.10. in fine, *dixi in* Diſquiſit. Moralib. & Canonicis, tom.2. diſq.1. dub.14. n.138. *& firmat illud iuris axioma*: Erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur, l. Illam, Cod. de collationib. & Authent. de triente, & ſemiſſe, §. Conſideremus, collat. 3. *quod exornat Barboſa* tract. de Axiomatib. iuris, axiom. 83. *Paul. Roſellus* in Floribus legum, verbo Erubeſcimus, *& alij. Opus tandem illuſtro laciniis, appendice deciſionum præfatæ Rotæ, additionibus, atque annotationibus exornatarum, quibus fundamentaliter, & ſolidiſſimè quidem aſtruuntur non pauca in illo à me dicta, maximè circa materias decimarum, electionis canonicæ, exemptionum, Matrimonij, ſtatus Religioſi, vnionum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & vſus Pontificalium. Quæ faxit Deus, vt tibi proſint, & ſine dubio proderunt, ſi æquo animo, ac bona legantur voluntate. Quia tamen non ignoro, quammultos priùs contemnere, quam legerint libros alienos; & non paucos, priùs quàm illos viderint, enixè rogo*

Ne mea dona, tibi ſtudio diſpoſta fideli;
Intellecta priùs quàm ſint, contempta relinquas.

Priùs Lector beneuole, proba, & poſtea Iudicem integerrimum age: ego enim me ipſum illorum iudicio, & correctioni libenter ſubmittam, qui in elucubrationibus meis peritè, prudenter, & charitatiuè iudicauerint. Læta igitur labores meos ſuſcipe fronte, & in bonam partem opus, quod tuâ, ac communi, & publicâ impendi cauſâ, accipe. Et apud Deum Optimum Maximum mihi ſuperſtiti, & vitâ functo precibus, quæſo, faue tuis.

Approbatio

Approbatio R. P. Magiſtri Fratris Primitiui Ruyz, in Academia Hyrachenſi Sacræ Theologiæ Profeſſoris, Anteceſſoris, ac Studiorum Regentis digniſsimi.

EX commiſſione, iuſſuque Reuerendiſſimi Patris noſtri Magiſtri Fratris Antonij de Heredia, Congregationis Benedictinæ in Hiſpania, & Angliæ Generalis, librum, cui titulus eſt, *Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis S. Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cænobiorum editas*: Authore R. P. noſtro Magiſtro Fratre Petro de Murga, Æmilianenſi, Regiique Sanctæ Mariæ Hyrachenſis Cœnobij Monacho, quâ par eſt animi attentione, voluptatéque non ſemel ad vmbilicum vſque perlegi: in quo, præterquam quod nihil, quod Fidei Catholicæ vlla ex parte repugnet, moréſve Chriſtianos labefactare queat, deprehendi; illam eruditionis ſyluam, quam doctiſſimus Author in ſuis aliis ſanè eruditis lucubrationibus ſparſit, inueni. Mirum profectò, quà dexteritate res, quæ vix eſt vt coeant, longè noſter Author quamvis diſſitas copularit: cùm enim id omnium, qui breuitati ſtudent, factum eſſe videatur, vt obſcuritatem non vitent; eorúmque contrà, qui perſpicuitatem præ oculis habent, vt nimio plus diffuſi plerumque euadant, iuxta illud Lyrici.

Breuis eſſe laboro, obſcurus fio:

Noſter Author hæc vtraque ita conciliauit, vt nec breuitati perſpicuitas, nec perſpicuitati breuitas officiat. Iam quanto labore tantum Opus Authori conſtiterit, crebra, ſinceraque tot Doctorum citatio ſatis perſuadet: qua in re, vtrum plùs mirere meritò ambigas, tot librorúmne immenſam lectionem, an fidem, quâ in his citandis noſter Author verſatur: adamantinam iure memoriam vocites, quæ tot ſcientiæ theſauros in ſuis receſſibus recondat; mentémqueque propè dixerim angelicam, quam tot ſpecierum congeries non perturbet, & in ordinem tam multiplicem rerum ſiluam differat, ac diſponat. Qui hoc perpenderit, abundare otio noſtrum Authorem forſitan credat; at longè ſecus res habet. Tantam enim vnus negotiorum ſuſtinet molem, quanta plures minùs perſpicaces obruere poſſet. Dignas proinde publica luce haſce nouiſſimas noſtri Authoris lucubrationes puto, quæque eam famam, quam editi eius labores, vt à grauiſſimis Authoribus, in his, quæ ab Romanæ Rotæ integerrimis Iudicibus citantur, promeriti ſunt, conſequantur. Ita cenſeo, in hoc Regali Monaſterio & Vniuerſitate Beatæ Mariæ Hyrachenſis, octaua die menſis Nouembris, anno à Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimonono.

Magiſter Fr. PRIMITIVVS RVYZ.

Facultas Reuerendiſsimi Patris Generalis Ordinis.

NOs Magiſter Fr. Antonius de Heredia, per Hiſpaniam, & Angliam Sancti Benedicti Congregationis Generalis, concedimus licentiam, & facultatem Reuerendo P. Magiſtro Fr. Petro de Murga, Congregationis noſtræ Hiſpaniæ Monacho, vt poſſit typis mandare librum, cuius titulus eſt: *Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cænobiorum editas*; à ſe elaboratum, & à Viris doctis noſtræ Religionis approbatum, obtentâ aliâ quacunque debitâ facultate. In cuius fidem has litteras dari iuſſimus, manu noſtrâ ſobſcriptas, & ſigillo noſtri officij munitas. In noſtro Regio Monaſterio, & Vniuerſitate Sanctæ Mariæ Hyrachenſis, die vigeſimanona menſis Nouembris, anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimonono.

Magiſter Frater ANTONIVS DE HEREDIA,
Congregationis Sancti Benedicti Generalis.

Locus † Sigilli.

De mandato Reuerediſſimi P. N. Generalis,

Frater IOANNES DE OLMEDO.

Approbatio

Approbatio Illuſtris Domini Licentiati, D. Henrici de Vrries, Canonici Profeſsi Cathedralis Eccleſiæ Pampilonenſis, Iudicis Subdelegati primarij Sanctæ Cruciatæ, & olim Officialis principalis cum iuriſdictione gratioſa, & contentioſa Pampilonenſis Epiſcopatus.

VOlumen, cui frons: ***Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cœnobiorum editas***; à Sapientiſſimo Patre Magiſtro Fr. Petro de Murga, Regalis Aſceterij Hyrachenſis religioſiſſima, & fauſtiſſima prole, Almæ, ſempérque Regiæ Vniuerſitatis eiuſdem meritiſſimè præcincto Magiſterij tempora pileo, elucubratum, præcepto, meliùs fauore Regij, ac ſupremi Nauarræ Senatus attentus perlegi, ſtupefactus euolui: opus certè ſuum ſpirans Opificem. Hoc in vno faſciculo doctrinæ fulgor, veritatis ſoliditas, indefeſſúſque labor mirificè exoſculata comperio. Perpulchrè circa priuilegia verſatur; nam ſi priuilegium eandem cum gratia nomenclaturam ſortitur, quæ ſuperſcriptio aptior, niſi Commentaria in priuilegia, tali imponenda volumini? Gratioſum ergo Opus in occiduam radiat gloriam, in ſuum refundendam Authorem. Iam Moralium Diſquiſitionum iteratus Tomus, Paſtoraliumque Quæſtionum vnicus, ſuum tanto ſplendore illuſtrauere Parentem, vt vlteriorem quiſque iudicaret chymæram; ſed hic (hucvſque vltimus) fœcundi talis partus ingenij, iudicium iſtud demonſtrauit erroneum, cùm ſuum Patronum centuplo condecorarit honore. Hic Benjamin in ſenectute genitus, Genitoris ſui ſibi totum conciliauit amorem, præ cæteríſque fratribus benedictionum cumulo largiori manu ditatur. Quare nedum facultate, quam expoſtulat, dignum, ſed præcepto, vt quamcitiùs typis mandetur, ne publico commodo damnum inferatur, cenſeo. Saluo, &c. Pampilonæ die trigeſima Iunij, anno à partu Virginis ſeptuageſimo ſupra milleſimum & ſexcenteſimum.

Licentiatus D. HENRICVS DE VRRIES.

Facultas Regij, & Supremi Conſilij Regni Nauarræ.

YO Ioſeph Martinez, Secretario del Conſejo Real de eſte Reyno de Nauarra, doy fée, y teſtimonio, que el Padre Maeſtro Fray Pedro de Murga, Monge Profeſſo, y Conuentual del Monaſterio Real de Hyrache, de la Orden de San Benito, preſentò en el dicho Conſejo vn Libro, que ha compueſto, que ſe intitula: ***Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum editas***; pidiendo ſe le diera licencia para imprimir el dicho libro. Y por los Señores del dicho Conſejo del dicho Reyno, ſe cometiò al Licenciado Don Henrrique de Vrries, y Cruçat, Canonigo Profeſſo en la Yglesia Cathedral de eſta Ciudad de Pamplona, para que viera dicho libro. Y hauiendolo viſto, y dado ſu approbaçion, y preſentada en el dicho Conſejo, y viſta aquella por los dichos Señores del Conſejo, ſe le ha dado, y concedido licencia al dicho Padre Maeſtro Fray Pedro de Murga, para que pueda imprimir el dicho Libro. Como todo lo ſobredicho conſta, y parece de los autos, que quedan en mi officio. Y para que conſte firmé en la dicha Ciudad de Pamplona, a veynte y tres de Enero, de mil ſeiſcientos y ſetenta y vn años.

IOSEPH MARTINEZ, Secretario.

Approbatio Illuſtris Domini Licentiati, D. Didaci de Hecharren, Canonici Profeſsi Cathedralis Eccleſiæ Pampilonenſis, & Viſitatoris Generalis Epiſcopatus, per Illuſtre admodum Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, Sede Epiſcopali vacante.

IVſſu Doctoris D.D. Rochi Andreæ Sanctos de San Pedro, Generalis Vicarij, per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D.D. Andream Giron, Pampilonenſem Antiſtitem, nunc ad Compoſtellanum Archiepiſcopatum tranſlatum, libens inſpexi, attentè hilaris euolui librum, cui inſcriptio: *Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cœnobiorum editas.* O fœlix labor, cuius obedientia fœneratur tanti progreſſus theſaurum. Iudicium ſupereſt, vbi ſoli ſubſellium præparatur encomio. Crebra litigia, quæ continuum Authoris vocitabant auxilium, dum Regale ſuum Hyrachenſe Aſceterium indefeſsè debellabant, ne punctum quidem temporis exoptatæ quieti conceſſiſſe rimabar; verùm pervigil cura probat, necdum ſuffeciſſe quieti, ſed etiam ſuperfuiſſe labori. Opus quidem perplures annorum expoſcens curriculos, ſed paucis expletum, conſummatum in breui, expleuit tempora multa. Conſummatum aſſero, necdum expletum: plures quidem labores memorantur expleti; conſummati pauciſſimi. Longam parentheſin inter vtrumque proſpicio; ſed cuncta hoc in vno libro miramur. Pluribus variegatur coloribus, Indicum illi multiplicata ſuppellex, veſtis quidem deaurata, circundata varietate; inacceſſibile lucis, quam incolit, pelagus ſecuris obtutibus præbet ingreſſum. Quælibet linea laudem maximam ſui Authoris ſpirat, nunquam tantus Opifex à lectione deſiſtit, aſſentiens Maximo Eccleſiæ Lumini, & Doctori Hieronymo, ſic fanti: *Nunquam de manu, & oculis tuis liber recedat.* Præcipua tamen cura in his, quæ prouentus Cœnobio ſunt, gerula, adhærens ratiocinio Baſilij: *Quia in his operibus exercere ſe debet Monachus, quæ Ordini ipſius conueniunt.* Siſtant accentus, vbi quæque ſyllaba præconem ſe ſui Authoris oſtendit. Quare expoſtulata facultate Opus dignum profiteor, & quamcitiùs typis cudi meretur. Saluo, &c. Pampilonæ, idibus Ianuarij, anno à Natiuitate Chriſti Domini, & Redemptoris noſtri milleſimo ſexconteſimo & ſeptuageſimo primo.

D. Hieronym. *ad Ruſticum Monachũ.* D. Baſilius *in Conſtitutionibus Monaſtic. cap. 6.*

Licentiatus D. DIDACVS DE HECHARREN.

Facultas, & Licentia Ordinarij Pampilonenſis.

NOs Doctor D. Chriſtophorus Gayarre & Atocha, Canonicus Profeſſus Sanctæ Eccleſiæ Cathedralis Pampilonenſis, & per Illuſtre admodum eiuſdem Eccleſiæ Capitulum, Sede Epiſcopali vacante per aſcenſum, & tranſlationem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Andreæ Giron, ad Metropolitanam Sedem Compoſtellanam, Officialis principalis Epiſcopatus Pampilonenſis, cum iuriſdictione gratioſa, & contentioſa, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur R. P. Magiſtro Fr. Petro de Murga, Benedictino Monacho in Hyrachenſi Aſceterio, vt liberè typis mandare valeat Volumen, cui titulus eſt: *Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, ad fauorem Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cœnobiorum editas:* à ſe elaboratum, & recognitum, ac approbatum ex commiſſione Doctoris D.D. Rochi Andreæ Sanctos de San Pedro, Vicarij Generalis anteceſſoris, per D. Licentiatum D. Didacum de Hecharren Canonicum Profeſſum dictæ noſtræ Eccleſiæ. In quorum fidem præſentes litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dari iuſſimus. Pampilonæ, anno à Deiparæ partu, milleſimo ſexconteſimo ſeptuageſimo primo, die verò vigeſima menſis Ianuarij.

Doctor D. CHRISTOPHORVS GAYARRE & ATOCHA.

Locus † Sigilli

De mandato D. Officialis principalis

MICHAEL DE OLLO, Secretarius.

Approbatio

Approbatio Doctorum Sacræ Facultatis Pariſienſis.

LEGIMVS Commentaria R. P. Petri de Murga, Benedictini Monachi Æmilianenſis, in Conſtitutiones Apoſtolicas, in fauorem Congregationis ſancti Benedicti Hiſpaniarum, illiuſque Cœnobiorum editas, nec in eis quidquam reperimus à fide, aut bonis moribus alienum. Lugduni in noſtro Carmelo, die 12. Octobris 1671.

FR. PAVLVS LOMBARD, Doctor Pariſ. & Prior Carmelitarum.

FR. VIAL.

CONSENSVS.

COnſentio pro Rege, vt ſupradictus Liber in lucem prodeat. Lugduni 4. Nouembris 1671.

GALLIAT.

PERMISSIO.

Fiat iuxta concluſiones Procuratoris Regis. Lugduni 4. Nouembris 1671.

DVLIEV.

ELENCHVS OMNIVM INDICVM, ET REPERTORIORVM:

In quo demonſtratur ordo, quo ſingula, tum in Commentariis, tum in Appendice, & Deciſionibus Sacræ Rotæ contenta, inquirenda ſunt, & reperiri poſſunt.

In Volumine Commentariorum reperitur primò

INDEX CONSTITVTIONVM Apoſtolicarum, quæ in hoc primo Tomo commentantur, & præcipuarum materiarum, quæ in illarum expoſitione dilucidantur. Collocatur in fronte Operis: ſequentes verò ad calcem primi Tomi commentariorum, quorum

I. Index locorum Sacræ Scripturæ, quæ allegantur in Commentariis.
II. Index Sacrorum Canonum Decreti, qui in Commentariis citantur.
III. Textuum quinque librorum Decretalium.
IV. Textuum libri Sexti Decretalium.
V. Textuum quinque Librorum Clementinarum.
VI. Textuum Extrauagantium communium.
VII. Textuum ſacri Concilij Tridentini.
VIII. Declarationum Sacrarum Congregationum Eminentiſſimorum Cardinalium.
IX. Conſtitutionum Apoſtolicarum extra iuris volumina vagantium.
X. Textuum Regulæ ſanctæ.
XI. Repertorium eorum, quæ in Conſtitutionibus Apoſtolicis, in hoc volumine commentatis, continentur.
XII. Repertorium Commentariorum: ſiue ſumma & epitome locupletiſſima eorum omnium, quæ in his commentariis, tam ex profeſſo, quàm quæ obiter, & curſim, & non incongruè proferuntur.

Pro Appendice autem & Deciſionibus Sacræ Rotæ confecti & elaborati ſunt, primò

INDEX DEciſionum Sacræ Rotæ, & aliorum, quæ hæc Appendix complectitur. Collocatur initio dicti Appendicis: in fine verò ſequentes.

I. Index textuum Iuris Diuini & Canonici, qui in deciſionibus ſacræ Rotæ allegantur, & exponuntur.
II. Repertorium, ſumma & epitome locupletiſſima eorum omnium, quæ in deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ huius voluminis continentur.
III. Repertorium, ſumma & epitome locupletiſſima eorum omnium, quæ in additionibus & annotationibus ad Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ huius appendicis continentur.

INDEX

INDEX CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM,

Quæ in hoc Tomo commentantur; & præcipuarum materiarum, quæ in illarum expoſitione dilucidantur.

CONSTITVTIO I.

Eſt Cæleſtini Papæ III. ad fauorem Abbatis Sancti Facundi, edita anno 1194. *incipit,* Sicut Monaſterium tuum. pag. 1.

COMMENTARIVS. p. 3.

PARAGRAPHVS I. *IN quo variæ clauſulæ, & dictiones exponuntur, à num.* 1. *ad* 16. ibid.

II. *In quo Pontificalia exponuntur inſignia, à n.* 17. *ad* 21. p. 6

SECTIO I. *De Mitra, à n.* 22. *ad* 28. ibid.

II. *De Baculo Paſtorali, à n.* 29. *ad* 32. pag. 8

III. *De Annulo, à n.* 33. *ad* 39. p. 9

IV. *De Caligis, & Sandaliis, à n.* 40. *ad* 46. p. 10

V. *De Tunicella, à n.* 47. *&* 48. p. 11

VI. *De Dalmatica, à n.* 49. *ad* 52. p. 12

VII. *De Chirothecis, à n.* 53. *ad* 56. ibid.

VIII. *De Cruce Pectorali, à n.* 57. *ad* 59. p. 13

PARAG. III. *Aliqua adnotantur pro praxi, & debito Pontificalium vſu, n.* 60. *& nonnullæ clauſulæ, & dictiones Conſtitutionis exponuntur, n.* 61. *ad* 67. *& rurſus de Baculo, & de Pectorali fit ſermo, n.* 69. pag. 13. & ſeqq.

CONSTITVTIO II.

Eſt eiuſdem Cæleſtini III. ad fauorem Abbatis Sancti Facundi, & ſui Conuentus, edita eodem anno 1194. *Incipit,* Quantò Monaſterium veſtrum. p. 16

COMMENTARIVS p. 17

PARAG. I. *OBſeruantia Regularis Conuentus Sancti Facundi laudatur, & antiqua illius exemptio refertur, à n.* 1. *ad* 5. ibid.

II. *Declaratur quomodo intelligendum ſit priuilegium alicui concedens, vt excommunicari, ſuſpendi, aut interdici non poßit, à n.* 6. *ad* 10. p. 18

III. *Agitur de interdicto, & de exemptione, quâ Monachi S. Facundi, & Eccleſiæ ad eos ſpectantes, tempore gaudent interdicti, à num.* 11. *ad* 16. p. 19

IV. *Dilucidatur, qui ſint de Familia, & Familiares, à n.* 17. *ad* 22. p. 20

V. *Demonſtratur nullum Clericum, nullamque perſonam Eccleſiaſticam S. Facundi poſſe pro alterius exceſſu cenſuris innodari, num.* 23. pag. 22

VI. *Continet exemptionem Monaſterij S. Facundi à Decimarum ſolutione, n.* 24. ibid.

VII. *Quod Eccleſia, aut alius pius locus ædificari non poßit intra fines alterius ſinè Epiſcopi licentia: & quod id efficere poßit Abbas S. Facundi in ſuis locis; & nemo alius abſque eius aſſenſu, à num.* 25. *ad num.* 32. ibid. & ſeqq.

VIII. *Demonſtratur S. Facundi Monachos gaudere exemptione abſoluta, illimitata, plena, & non determinato loco circunſcripta, n.* 33. *Secundò demonſtratur, nullum præter Romanum Pontificem, & Abbatem S. Facundi, aut alium de eius commißione, poſſe agere per cenſuras contra Eccleſias Abbati præfato ſubiectas, neque contra illarum Clericos; neque abſoluere poſſe Abbatis ſubditos à cenſuris à Papa latis, num.* 34. *Tertiò, nullum præter Papam, Abbatem, & vtriuſque mandatarium, poſſe*

poſſe aliquem iuriſdictionis actum in dictas Eccleſias, & in earum Clericos exercere, num.35. p.24.& ſeqq.

IX. Explicantur confirmationes ex certa ſcientia, & in forma communi, & illarum effectus, à num.36.ad 39. p.25.

CONSTITVTIO III.

Edita fuit à dicto Cæleſtino III.anno 1195. pro præfato S.Facundi Cœnobio: incipit, Contingit interdum. Et eſt in iuris corpore inſerta, in cap. 5. de fide inſtrument. p.25

COMMENTARIVS ibid.

PARAG.I. Agitur de obligatione edendi aduerſario inſtrumenta propria, & communia; & de libertate ad ea non edenda, n.1. 2.& 3. ibid.& ſeq.

II. Explicatur quænam ſint inſtrumenta propria, & quænam communia, & traditur Abbatis doctrina circa illorum editionem, à num.4.ad num.21. p.27.& ſeq.

III. Conſtitutionem iſtam exponit Abbas, à num.22. p.29

IV. Gloſſa ſuper eandem Decretalem refertur, à num.29. p.30

CONSTITVTIO IV.

Edita eſt à Gregorio Papa IX. ad fauorem Abbatis S. Facundi, anno 1237. incipit, Apoſtolicæ Sedis. p.31

COMMENTARIVS. ibid.

PARAG.I. Refertur duplex facultas Abbatis S. Facundi facta, ad benedicenda Sacerdotalia indumenta ſui Monaſterij propria, & ad promouendos ad Minores Ordines Monachos, & Clericos ſibi iure pleno ſubiectos, à num.1.ad num.3. p.31.& ſeq.

II. Diſcutitur, an poſſint hodie Abbates benedicere indumenta Sacerdotalia, Corporalia, & paramenta Eccleſiaſtica, pro alienis Eccleſiis, à n.4. ad num.35. p.32.& ſeqq.

III. Reſoluitur, poſſe Præſidentes Cœnobiorum noſtrorum, Priores Conuentuales annexorum, & Vicarij in capite Prælatorum Conuentualium aliorum Ordinum, præfata benedicere, pro ſuis, & pro alienis Eccleſiis, à num 36.ad num.43. p.37.& ſeq.

IV. Hodierna Abbatum facultas ad Ordines conferendos dilucidatur, à num.44. p.39

CONSTITVTIO V.

Ab Alexandro Papa IV. fuit edita anno Domini 1258.ad fauorem Abbatis Sancti Facundi: incipit, Ex parte veſtra. Pag.43.

COMMENTARIVS. ibid.

PARAG.I. Expenditur poteſtas Prælatorum Regularium ad diſpenſandum cum ſubditis ſuper diuini Officij recitatione, & ſuper aliis præceptis Eccleſiaſticis: à num 1. ad n.25. p.43.& ſeq.

II. Declaratur antiquitas obligationis recitandi Officium Defunctorum; & quanam hodie perſeueret, à num.26. ad num.30. p.48.& ſeq.

III. Quanta ſit obligatio legendi Officium paruum B.Virginis Mariæ, Pſalmos Graduales, Pſalmos Pœnitentiales, & Litanias, demonſtratur, à num. 31. ad n.39. p.50. & ſeqq.

CONSTITVTIO VI.

Idem Alex.IV.fuit illius conditor, pro Abbate, & Conuentu S.Æmiliani, anno 1259. incipit, Regularem vitam. p.52

COMMENTARIVS. p.54

PARAG.I. Nonnullæ dictiones, & clauſula Conſtitutionis exponuntur, à num.1. ad num.7. ibid.& ſeq.

II. Bona, & iura Cœnobij S. Æmiliani confirmantur, n.8. 9.& 10. p.56

III. Exemptio decimarum de noualibus dicto conceditur Cœnobio, à num. 11. ad n.23. p.57.& ſeq.

IV. Decimas de nutrimentis animalium ſoluere non debet, à num. 24. ad num 30. pag. 59.

V. Continet conceſſionem Apoſtolicam circa admiſſionem ad habitum, & profeſſionem, à num.31. ad num.38. p.61

SECTIO I. Defectus vſus rationis impedit ſuſceptionem habitus, & profeſſionem Regularium, à num.32. ad num. 37. ibid.

II. Vinculum matrimonij conſummati impedit Religionis ingreſſum, à num. 38. ad num.70. Vbi plura de matrimonio. p.62. & ſequent.

III. Profeſſio in vna Religione emiſſa, alterius impedit ingreſſum, à n.71. ad n 90. Vbi plura de tranſitu ab vna ad aliam Religionem. p.68.& ſeqq.

SVBSECTIO I. Pro praxi aliqua adnotantur

ſcitu

ſcitu digna, in licito tranſitu obſeruanda, à num.91. ad num.99. p.73

II. *Aliquæ difficultates diſcutiuntur circa tranſitum; & multa Apoſtolica recenſentur Conſtitutiones illum interdicentes, à num.100.ad num.144.* p.75.& ſeqq.

III. *Aliæ reſoluuntur quæſtiones; & quænam ſint cauſæ legitimæ ad tranſitum, declaratur, à num.145. ad num.167.* p.83

IV. *Nonnullæ aliæ decidantur difficultates, in quibus de effectibus tranſitus agitur; & traditur Regula, pro faciliori vſu diſpenſationis ſuper ipſo tranſitu, à n.168. ad num.186.* p.87. & ſeq.

V. *Alij etiam effectus tranſitus dilucidantur, à num.187.ad 202.* p.89.& ſeqq.

VI. *Recenſentur pœnæ inflictæ recipientibus Religioſum alterius Ordinis, contra iuris ordinem, à n.203. ad n.210. & declaratur, an recipi debeat, qui ad propriam reuertitur Religionem, num.211.& 212.* p.92. & ſeq.

SECTIO IV. *Seruitus impedit Religionis ingreſſum, à num.213. ad 217.* p.93

V. *Qui Epiſcopalem habet dignitatem, Religionem ingredi prohibetur, à num. 218. ad num. 226.* p.94

VI. *Item ingredi prohibetur ære alieno grauatus, à num.227. ad 247.* p.95.& ſeq.

VII. *Qui obligati exiſtunt ad reddenda ratiocinia, Religionem ingredi prohibentur, à num.248. ad num.259.* p.98.& ſeqq.

VIII. *Criminoſis interdicitur Religionis ingreſſus, à num.260. ad 271.* p.99. & ſeq.

IX. *Ab ingreſſu Religionis remouetur, qui parentes habet in neceſſitate conſtitutos, à num.272. ad num. 296.* p.101

X. *Arcetur etiam ab ingreſſu, qui filium habet in neceſſitate conſtitutum, à n. 297. ad num.300.* p.104

XI. *Sexus diuerſitas impedit ingreſſum, à num.301. ad num.307.* p.105.& ſeq.

XII. *Excommunicato interdicitur Religionis ingreſſus, à num.308.ad 314.* p.107

XIII. *Impotentes ad Regularia obſeruanda, ab ingreſſu Religionis arcentur, à n.315.ad num.329.* p.109.& ſeq.

XIV. *Inhabiles ſunt ad ingreſſum Religionis, metu extrinſeco compulſi, à num. 330. ad num.337.* p.111.& 112

XV. *Corpore vitiati arcentur ab ingreſſu Religionis, num. 338. & 339.* p.113

XVI. *Infamibus huiuſmodi eſt interdictus ingreſſus, num.340.& 341.* p.114

XVII. *Deſcendentes ab hæreticis, à Iudæis, & Mauris, Religionem ingredi prohibentur, à num.342. ad n.350.* ibid. & ſeq.

XVIII. *Bigamis interdictus eſt Religionis ingreſſus, à num.351. ad 365. Intellige ad Choriſtarum habitum.* p.116.& ſeqq.

XIX. *Illiterati inhabiles ſunt ad habitum, & profeſſionem Clericorum, à num.366. ad num. 369.* p.119

XX. *Recenſentur pœnæ inflictæ impedientibus, ne quis habilis ad habitum, aut ad profeſſionem admittatur, à num.370. ad numerum 382.* ibid. & ſeq.

PARAG. VI. *De tranſitu Religioſorum Cænobij S. Æmiliani, num.383.* p.122

VII. *Exponitur conceſſio circa interdictum Eccleſiaſticum, in hac Conſtitutione 6. Contenta S. Æmiliani ab Alexandro IV. facta, à num.384. ad n.393.* ibid.& ſeq.

VIII. *Declaratur dependentia, quam habemus Regulares à Diœceſano, quoad Chriſma, Oleum, Conſecrationes, & Ordinationes, à num. 394. ad num.403.* p.124

IX. *Capella, aut Oratorium conſtrui prohibetur intra S. Æmiliani Parochiam, ſine Epiſcopi, Abbatis, & Conuentus aſſenſu, à num.404. ad num.410.* p.127

X. *Eximitur S. Æmiliani Cænobium à cuiuſcunque exactionibus, à num.411. ad numerum 421.* p.129. & ſeq.

XI. *Sepulturæ libertas eidem conceditur Cænobio, à num.422.ad 438.* p.132

XII. *Conceditur etiam ei facultas recuperandi decimas, & poſſeſſiones Eccleſiarum ſuarum, à n.439. ad n.451.* p.136

XIII. *De his, à quibus Abbatis electio fieri debeat. In quo electio Canonica dilucidatur, & illuſtratur, à n.452.* p.139

SECTIO I. *De adnotandis circa electores, à num.467. ad num 569.* p.142.& ſeq.

II. *De adnotandis circa ipſammet electionem Canonicam, à num. 570. ad num. 791.* pag.161.

SVBSECTIO I. *De ſimoniacis pactionibus, in electionibus contingere ſolitis, à num.583. ad num.626.* p.165.& ſeq.

II. *De his, quæ electionem Canonicam præcedere debent, à num.627. ad num 677.* pag.172.

III. *Plura circa ſubſtantiam electionis canonicæ reſoluuntur, à num.678. ad num.706.* pag.184.

IV. *Ex quibus nullitas electionis canonicæ proueniat, declaratur, à num.707. ad numerum 724.* p.190

V. *De his, quæ ad ipſam electionem Canonicam ſequi debent, à num.725. ad numerum 742.* p.96

DIVISIO *De confirmatione electionis, & de confirmatore, à n.743.ad 791.* p.200.

SECTIO III. *De adnotandis circa eligendorum perſonas, num 792.* p.214

SVBSECTIO I. *De ætate præficiendorum, à numero 792.ad num.794.* ibid.

II. *De profeſſione præficiendorum, à num. 795. ad 797.* p.215

Index Conſtitutionum,

III. *De Ordine, quo præficiendi eſſe debent inſigniti, à num.798. ad* 805. ibid. & ſequent.

IV. *De legitimitate præficiendis neceſſaria, à num.*806. p.217

PVNCT. VNIC. *De diſpenſatione ſuper natalibus præficiendorum, à num.* 808. *ad numerum* 836. ibid.& ſeq.

SVBSECTIO V. *De ineligibilitate illorum, qui infamiâ laborant, à num.*837. *ad numerum* 861. p.224

PVNCTVM I. *Explicatur quid, & quotuplex ſit infamia, à num.*840. *ad* 845. p.225

II. *In quibus differant iniuria iuris, & facti. num.* 846. *&* 847. p.227

III. *Per quos aboleri poſſit infamia, declaratur, à num.*848. *ad* 856. ibid.& ſeq.

IV. *Crimina, quibus infamia iuris ſit annexa, recenſentur, à num.*857. *ad* 861. p.229

SVBSECTIO VI. *De ineligibilitate eorum, qui abiurauerunt, & eorum qui pænitentiati fuerunt à S.Officio Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem, num.*862. *&* 863. pag.231.

VII. *De his, qui defectus corporales, tam in membris, quàm in ſalute patiuntur, à num.*864. p.232

PVNCTVM I. *De leproſis, num.*867. *&* 868. pag.233.

II. *De ſcabioſis, num.*869. *&* 870. ibid.

III. *De morbum patientibus comitialem, numero* 871. *&* 872. p.234

IV. *De morbo Gallico infectis, n.*873. *&* 874. ibidem.

V. *De rabidis, & phthiſicis, num.*875. 876. 877. *&* 878. p.235

VI. *De paralyticis, ſeu paralyſim patientibus, num.*879. *&* 880. p.236

VII. *De podagroſis, à num.*881. *ad num.*884. ibid. & ſeq.

VIII. *De furioſis, & lunaticis, n.*885. *&* 886. pag.237.

IX. *De dæmoniacis, num.*887. 888. *&* 889. ibidem & ſeq.

X. *De fatuis, ſtolidis, & ſtultis, num.*890. 891. *&* 892. p.238

XI. *De hermaphroditis, à num.*893. *ad n.*897. ibid.& ſeq.

XII. *De valetudinariis, & debilibus, à numero* 898. *ad n.* 906. p.239

XIII. *De pinguibus, num.*907. p.241

XIV. *De ſenibus, n.*908. 909. *&* 910. p.242

XV. *De peccantibus in ſtatura, &c. à n.*911. *ad num.*933. p.243.& ſeqq.

SVBSECTIO VIII. *De hæreticis, de eorum filiis, fautoribus, &c. & de horum omnium ineligibilitate, à num.*934. *ad num.*953. pag.246. & ſeqq.

IX. *De neophytis, à num.* 954. *ad num.* 959. p.249.& 250.

X. *De his, qui defectus patiuntur in anima à num.*960. p.251.

PVNCTVM I. *De ſcientia in Prælatis requiſita: & de officii Prælatorum, à n.*960. ibid.

DIVISIO I. *Recenſentur Generalium, & aliorum Prælatorum officia, & quanta eſſe debeat in Generalibus ſcientia, à num.*968. *ad num* 983. p.253.& ſeqq.

II. *An diſpenſari poſſit cum eligendis ſuper ſcientia, à num.* 984. *ad numerum* 993 pag.255.

PVNCTVM II. *De ſanctitate in eligendo ad Prælaturam requiſita, à num.* 994. *ad num.*996. p.257. & 258

III. *De prudentia in eligendis in Prælatos neceſſaria, à num.*997. ibid. & ſeq.

DIVISIO. *Traduntur monita Prælatis, ex quorum obſeruantia prudens reſultabit ſubditorum regimen, à num.* 1000. *ad* 1014. pag.259.

PVNCTVM IV. *De iuſtitia in Prælatis neceſſaria, à num.*1015. p.264

DIVISIO I. *De iuſtitia in communi agitur, à num.*1015. *ad numerum* 1019. ibidem.

II. *De iuſtitiæ diuiſione: & de diſtributiua, prout eſt rerum communium diſpenſatiua, à num.*1020. *ad numerum* 1032. pag.265.

III. *De iuſtitia diſtributiua, prout diſpenſatiua dignitatum, & honorum, à n.*1033. pag.269.

SVBDIVISIO I. *De factionibus, quæ iuſtitiæ opponuntur diſtributiuæ, à num.*1033. *ad num.*1043. ibid.

II. *De indebitis electionibus, quibus maximè diſtributiua læditur iuſtitia, à num* 1044. *ad* 1048. p.272. & ſequent.

DIVISIO IV. *De iuſtitia punitiua, à n.*1049. *ad num.*1069. p.273

PVNCTVM V. *De fortitudine in Prælatis neceſſaria, à num.*1070. *ad numerum* 1081. pag.278.

VI. *De virtute Temperantiæ pariter neceſſaria Prælatis, à num.*1082. *ad num.*1086. pag.281.

VII. *De cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus carere debent in Prælatos eligendi. à num.*1087. ibid.& ſeq.

DIVISIO I. *De excommunicatione maiori innodatis, à num.*1087. *ad numerum* 1103. ibid. & ſeq.

II. *De minori excommunicationi ſuppoſitis à num.*1104. *ad num.*1107. p.285

III. *De ſuſpenſionis cenſura addictis, à numero* 1108. *ad* 1114. p.286

IV. *De ſuppoſitis interdicti ſententiæ, à numero* 1115. *ad* 1118. p.288

V. *De irregularitati ſubiectis, à num* 1119. *ad num.*1143. p.289

PVNCTVM VIII. *De aliis patientibus defectum*

ctum, ob quem ineligibiles ad Prælaturas redduntur, à num. 1144. ad num. 1153. p. 294. & ſeq.

Sectio IV. Multa, & varia ad titulum de electione pertinentia breuiter reſoluuntur, à num. 1154. ad n. 1169. p. 296. & ſeqq.

Parag. XIV. Expenditur prohibitio facta ab Alexandro IV. ne crimen rapinæ, furti, ignis appoſitionis, ſanguinis effuſionis, &c. in locis Cœnobij Sancti Æmiliani, & aliorum perpetretur. Vbi de immunitate Eccleſiarum, & locorum Regularium, à numero 1170. ad numerum 1178. pag. 300. & ſeq.

XV. Redditur differentia, quæ verſatur inter confirmationem in forma communi, à facta ex certa ſcientia. Et aliquæ clauſulæ in præſenti appoſitæ conſtitutione exponuntur, à num. 1183. ad num. 1198. pag. 303.

CONSTITVTIO VII.

Edita fuit ab Alexandro Papa IV. pro Abbate S. Facundi, & illius Conuentu, anno Domini 1260. incipit, Cum à nobis petitur. p. 307

COMMENTARIVS. ibid.

Declarantur rationes, & cauſæ, ob quas Abbas, & Conuentus Sancti Facundi ſtatutum condiderint, quo maneant obſtricti ad non recipiendum aliquem in Monachum, vel in Fratrem laicum, qui in alio Ordine Regularem profeſſionem emiſerit. Vbi plura de illicito tranſitu à quacumque alia Religione ad Congregationes Monachorum Nigrorum, & Ciſtercienſes: & de illicita, & mortali receptione. Vbi etiam de priuilegiorum derogatione nonnulla ſcitu digna proferuntur. ibidem & ſequentib.

CONSTIT. VIII.

Ab eodem Alexandro IV. ad fauorem eorumdem Abbatis, & Conuentus Sancti Facundi emanauit, anno etiam 1260. incipit, Deſideriis veſtris. p. 311

COMMENTARIVS. ibid.

Parag. I. Quænam ſint bona ſtabilia; & quænam ſint Religiones, quæ illa in communi poſſideant, à num. 1. ad num. 8. ibid. & ſeq.

II. Declaratur in quo conueniant, & in quo diſconueniant emphyteuſis, & feudum: & quodnam feudum poſſidere queant Regulares, à numero 9. ad numer. 13. pag. 312. & 313.

III. Quod in omni conceſſione ſemper ſubintelligi debeat clauſula: Sine præiudicio iuris alieni, à num. 14. ad numerum 16. p. 317.

CONSTITVTIO IX.

Edita eſt ab Alexandro IV. anno 1260. pro Abbatibus S. Facundi, incipit, Inducunt nos. p. 317

COMMENTARIVS. p. 318

Declaratur Abbatialis authoritas, & facultas quoad ſolemnes Benedictiones; & aliorum Pontificalium vſum. ibid. & ſeq.

CONSTITVTIO X.

Illam condidit Clemens IV. anno 1266. ad fauorem Abbatis, & Conuentus S. Facundi: incipit, Indemnitati veſtræ. pag. 320.

COMMENTARIVS. ibid.

Expenditur gratia Abbati, & Conuentui S. Facundi facta, vt non teneantur ſoluere debita nomine Monaſterij contracta, niſi creditores legitimè probauerint; illa in vtilitatem Monaſterij fuiſſe conuerſa. Et Papæ authoritas declaratur; ac alia circa debita, iuramenta, probationes, vota, & vſuram ſcitu digna traduntur. ibid. & ſeqq.

CONSTITVTIO XI.

Condita fuit anno 1278. pro Abbate, & Conuentu S. Facundi, per Nicolaum Papam

Papam III. incipit, Deuotionis veſtræ. p.324

COMMENTARIVS. p.325

PARAG. I. *Qvinam Regularium bonorum etiam ſtabilium proprietatem habere poſſint in communi: & in quibus bonis ſuccedant Cœnobium S. Facundi, & alia.* ibid.

II. *An Monaſteria ſint capacia ſuccedendi in Regno, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & in bonis feudalibus.* p.328

III. *Congregationis noſtræ Monaſteria in bonis ſuccedunt ſuorum Religioſorum.* p.329

CONSTITVTIO XII.

Condita eſt à Clemente VII. anno 1386. *pro Abbate, & Conuentu Cœnobij Hyrachenſis: incipit*, Expoſcit. p.330

COMMENTARIVS. ibid.

Declaratur vſum Pontificalium Abbati Hyrachenſi conceſſum, abſolutum eſſe, & non reſtrictum ad Cœnobium ſuum. Poſſéque Pontificalia in Eccleſiis, & locis dicto annexis Cœnobio liberè, & abſque alterius venia exercere. ibid.& ſeqq.

CONSTITVT. XIII.

Ab eodem Clemente VII. fuit condita anno 1390. *pro fundatione Cœnobij Sancti Benedicti, apud Valliſoletum: incipit*, Grata deuotionis. p.336

COMMENTARIVS. ibid.

Continet Conſtitutio iſta commiſſionem, quam Papa dedit Epiſcopis Ouetenſi, & Segouienſi, vt Ioanni Primo Caſtellæ, & Legionis Regi concedere poſſent licentiam, & facultatem fundandi, & dotandi Monaſterium Ordinis Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, ſub perpetua clauſura. Quâ vtique veniâ vtens, Valliſoletanum conſtruxit in Palatio Regio, &, magnificentiſſimè dotauit ipſemet Rex.

Expenduntur varia iura canonica, quæ præſcribunt obſeruanda in Eccleſiis Cemeteriis, ac Monaſteriis ædificandis. Et aliquæ clauſulæ Conſtitutionis, ad publicum commodum vtiliter dilucidantur. ibid.& ſeqq.

CONSTITVT. XIV.

Edita fuit à prædicto Clemente VII. ad eiuſdem Valliſoletani Cœnobij fauorem, anno 1392. *incipit*; Religionis, in qua. p.342

COMMENTARIVS. p.343

Concedit Papa Priori, & Conuentui Valliſoletano facultatem conſtruendi Cæmeterium pro tumulandis cadaueribus Religioſorum, & aliorum, qui apud illos eligere vellent ſepulturam. Exponitur hæc facultas, & clauſulæ conceſſionis declarantur. ibid.

CONSTITVT. XV.

Condita fuit à Paulo Papa V. pro inſtituenda forma electionis Canonicæ in Capitulis Generalibus, & in vacantiis intermediis pro Congregatione S. Benedicti Hiſpaniarum, anno 1611. *incipit*, Ex iniuncto nobis. p.346

COMMENTARIVS p.349

PARAG. I. *Adnotantur aliqua pro Paulinæ Conſtitutionis intelligentia, à num.* 1. *ad num.* 15. ibid.

II. *Corollaria redduntur aliqua, ex doctrina in annotationibus tradita, à num.* 16. *ad num.* 29. *quæ in reliquis ſequentibus comprobantur.* p.353.& ſeqq.

CONSTIT. XVI.

Decretum eſt Sacræ Congregationis Rituum, coram Alexandro Papa VII. felicis recordationis, editum anno Domini 1659. *varia continens capitula circa vſum Pontificalium, Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum.* pag.366

COM

Commentariorum, &c.

COMMENTARIVS. p.368

PARAG. I. Expenditur Decreti epigraphe, & inſcriptio, pro illius vera intelligentia, à num.1. ad numerum 13. ibid. & ſeqq.

II. Defenditur ſubſiſtentia priuilegiorum Abbatibus, & Prælatis inferioribus conceſſorum; facta decreti publicatione, & illo non obſtante, à num. 14. ad numer. 24. pag. 371.

III. Quatuor prima decreti capitula dilucidantur, à num. 25. ad numerum 40. pag. 373.

IV. Quintum Capitulum, de diebus in quibus Pontificaliter celebrari liceat, declaratur, num.41. p.375

V. Sextum Capitulum, de non aſſociando Abbate ſolemniter, & Pontificaliter celebraturo, ad Eccleſiam accedente, fulcitur, num.42. p.376

VI. Capitulum ſeptimum, de Miniſtris, quibus vti liceat Abbatibus Pontificaliter ſacra peracturis, exponitur, num.43. & 44. ibid.

VII. Octauum Capitulum, de non vſu Mitræ, pileoli ſub Mitra, & Baculi Paſtoralis extra Eccleſias proprias, dilucidatur, à numero 45. ad num.58. p.377

VIII. Capitulum nonum, de non vſu Rocheti, declaratur, n.59. & 60. p.380

IX. Prima pars Capituli decimi, de non vſu Pontificalium in aliena Eccleſia exempta, eſto quis ad eam ſit inuitatus, exponitur, à num.61. ad num.74. p.381

X. Pars ſecunda eiuſdem Capituli, de vſu Pontificalium in propriis Eccleſiis, interdicto Abbatibus non benedictis, dilucidatur, à numero 75. ad numerum 94. pag.383.

XI. Prohibet vndecimum Capitulum omnibus Abbatibus, & Prælatis inferioribus ſumptionem Sacrarum veſtium ex Altari, niſi Pontificaliter Diuinis vacaturis, n.95. pag.385.

XII. In Capitulo duodecimo prohibet Sacra Congregatio ne Prælati, qui ſaltem Epiſcopi non ſint, indulgentias impartiantur, vel publicent abſque expreſſo Sedis Apoſtolicæ indulto. De qua Indulgentiarum materia, & de facultate, quam Regulares habent ad illas impartiendas, plura traduntur, à num.96. ad num.117. ibid. & ſeqq.

XIII. Prohibet inſuper in Capitulo decimotertio, ne qui Epiſcopi non ſunt, niſi Pontificaliter celebrantes, in fine Miſſæ populum cum trina Crucis productione benedicant: & ne per Eccleſiam incedentes, populis benedicant. Plura circa prædictas prohibitiones diſcutiuntur, & vtiliter dilucidantur, à num.118. ad num.155. p.392

XIV. In capitulo decimoquarto prohibet Sacra Congregatio, ne Prælati etiam Pontificaliter celebrantes, præſente Epiſcopo populo benedicant, niſi habeant ſpeciale Sedis Apoſtolicæ permiſſum. Recenſentur variæ Apoſtolicæ conceſſiones, & nonnulla pro illarum vſu dilucidantur, à num.156. ad num.162. p.398

XV. In hoc §. agitur de Sedibus Epiſcoporum, Abbatum; & de Sedium ſitu, ac de modo ſedendi vtrorumque, Canonicorum pariter, & Monachorum; necnon de ductibus thuribuli pro vniuſcuiuſque illorum thurificatione, à num.163. ad num.171. p.399

XVI. Arcentur Domini Epiſcopi à frequenti acceſſu ad Eccleſias exemptas, vt Abbates liberiùs ſuis vti valeant priuilegiis, num.172. p.400

XVII. Dilucidatur, an Abbates noſtræ Congregationis, & iſtius gaudentes priuilegiis, obliget Decretum vſum prohibens Mitræ, Baculi, & aliorum quorumcunque Pontificalium inſigniorum, extra Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia, à numero 173. ad num.184. p.401

XVIII. Diſcutitur, an prohibitio à Sacra Congregatione Abbatibus facta, ne Sacra benedicant Paramenta, & Eccleſiaſticam ſupellectilem, niſi pro vſu ſuorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum, noſtros, & Caſſinenſes afficiat Abbates, noſtriſque gaudentes priuilegiis: & negatiuè reſoluitur, à num.185. ad numerum 196. Vbi etiam de facultate Præſidentium, & Vicariorum in capite. p.404

XIX. Decretum Sacræ Congregationis in prohibitione vſus Pontificalium extra propria loca, & pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, etiam de licentia Ordinariorum, noſtros Abbates, Caſſinenſes, & Ciſtercienſes an afficiat: & quid quoad Ordines, à numero 197. ad num.223. pag.406.

XX. Nonnulla circa approbationem Concionatorum, & Confeſſariorum, & circa punitionem prædicantium abſque Ordinarij approbatione, vel benedictione, illuſtrantur, à num.224. ad num.243. pag.411.

XXI. *Exponitur in hoc §. quod multa contineat Decretum Sacræ Congregationis, quæ aduerſari videantur Abbatibus ſub Regula Sancti Patris Noſtri Benedicti militantibus, & Miſſali Monaſtico Pauli V. utentibus; quæ tamen non aduerſantur, à n.224. ad num.247.* p.413

XXII. *Declaratur, quod clauſula Decreti,* Omnes, & ſingulos; *non quoad omnia omnes, & ſingulos afficias; ſed quoad eiuſdem Decreti intimationem tantùm, num.248. & 249.* p.414

R. P. Fr.

R. P. Fr. PETRI DE MVRGA BENEDICTINI,

Monachi Æmilianenſis;

COMMENTARIA IN CONSTITVTIONES APOSTOLICAS,

Ad fauorem Congregationis S. Benedicti Hiſpaniarum, & illius Cœnobiorum editas.

CONSTITVTIO I.

Cœleſtini Papæ III.

Pro Abbate Sancti Facundi, edita anno 1194.

FVit Cœleſtinus Romanus, Hyacinthus anteà vocatus, Petri de Bubonibus filius, S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Mariæ in Coſmedin: creatus, & conſecratus Romæ 4. Kalend. Aprilis, anno 1191. Sedit annos 6. menſes 9. dies 11. creauit Cardinales 11. Obiit Romæ ſexto idus Ianuarij 1198. Corpus eius in Baſilica S. Saluatoris, iuxta Aram S. Salonini ſepultum eſt. Non vacauit Sedes. Fuit Summus Pontifex 177. in ordine.

Authores ſunt Cherubin. to. 1. *Bullar. pag.* 77. Spond. *in comp. Baronij, an.* 1191. *n.* 1. ex Roger. *in Ann. Angl.* & Arnold. *in chron. Sclauor. lib.* 4 *c.* 4. Pax Iordan. *to.* 1. *in catal. Roman. Pontif.*

SVMMA CONSTITVTIONIS.

1. *Licet Abbatibus S. Facundi pro tempore exiſtentibus, omni appellatione, & contradictione remotâ, vti non ſolùm Mitra, & Baculo, quod iam olim à Sede Apoſtolica impetrauerant; ſed etiam Tunica, Dalmatica, Chirothecis, Annulo, & Sandaliis.*
2. *Huiuſmodi indumentorum aſſignatur elegans, & pia ſignificatio.*

COELESTINVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Ioanni Abbati Monaſterij SS. Facundi, & Primitiui, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SIcut Monaſterium tuum odoriferæ Religionis famâ conſtat eſſe perfuſum, & bonum nomen, quod diuitiis præeminet, vniuerſis dignoſcitur vbique terrarum habere; ita nos, qui aliquando perſonaliter in ipſo Monaſterio fuimus, & manifeſta facie vidimus habitantium inibi puritatem, ad honorem

ipſius Eccleſiæ magnificandum multipliciter & augendum grato inducimur, & inuitamur aſſenſu, maximè nos ipſis innitantibus, & conſulentibus Fratribus noſtris, qui nos hilariter audiunt bona & iucunda de ipſo Cœnobio ſæpenumerò referentes, & ſatagunt interceſſione frequenti, vt ſtatum ipſius Monaſterij S. Facundi noſtris temporibus in melius ſemper dirigere ſtudeamus. Hac igitur, dilecte in Domino Fili, conſideratione rationis inducti, cùm tu ipſe ad Sedem Apoſtolicam in perſona propria ea de cauſa veniſſes, vt cuius ſpecialis filius es, Romanam viſitares Eccleſiam; & perſonam noſtram, quam olim in minori officio poſitam, tu etiam ipſe in minori tunc loco conſtitutus in Hiſpaniis videras, præſentiâ corporali requireres, & ſi poſſes, priuilegium ipſius Monaſterij renouari obtineres, & in melius commutari. Nos ipſi nobiſcum,& cum Fratribus deliberationem ſuſcepimus, & tractatum habere, quomodo perſonam tuam, & Eccleſiam tibi commiſſam libertatum,& ornamentorum priuilegio decorare poſſemus. Vnde poſt innouationem priuilegij, & adictiones atque mutationes in eo neceſſariò poſitas, & alia capitula per indulgentias noſtras indulta, hæc etiam, quæ in hac præſenti pagina continentur, tibi, & ſucceſſoribus tuis de benignitate Sedis Apoſtolicæ duximus concedenda. Statuentes, & authoritate Apoſtolica indulgentes, vt liceat tibi, & aliis Abbatibus, qui pro tempore fuerint, omni appellatione, & contradictione remotâ, vti liberè Tunica, Dalmatica, Chirothecis, Annulo, & Sandaliis, Mitra etiam, & Baculo, quorum vltimorum vtrumque hactenus habuiſti: ſic enim creditur diuinæ prouidentiæ complacere, vt Eccleſia veſtra per nos, ſicut ei placuit ad maiora vocatos, alia inſignia obtineret, per quos olim in minori officio exiſtentes vſum Mitræ, & Baculi non ambigitur impetraſſe. Tu verò fili, ſicut vir prouidus, & diſcretus, conſidera, ſicut in libro Leuitici legitur, quid huiuſmodi inſignia, & indumenta ſignificent, & vt myſticè conuoces, prout ibi legitur, Synagogam intra ſecretarium cordis tui, congregationem ſanctarum cogitationum vſquequaque reuoluas: reſpicias quoque ad Tunicam, per quam, quia in Veteri Teſtamento ſolummodo de hyacintho fiebat, Chriſtus vitam tuam angelicam, & conuerſationem vult eſſe cœleſtem: Dalmatica verò, quæ fimbrias habet in latere ſiniſtro pendentes, & nullas in dextro, te reddit attentum, vt ſic per ſiniſtram, id eſt præſentem vitam, quæ ſuperfluitates habet, temporaliter tranſeas, quod ad dextræ, quæ libera eſt, & vita æterna, peruenire valeas libertatem. Chirothecæ quippe, quibus lineis nuda manuum induuntur, ipſas manus mundas, & ab omni ſorde immunes, ac nitidas eſſe requirunt. Annulus autem te amicum, & Vicarium illius ſponſi, & quodammodo ſponſum ſuæ ſponſæ, ſcilicet Eccleſiæ, debere veracem eſſe requirit, de quo dicitur, qui habet ſponſam, ſponſus eſt; amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum gaudio, gaudet propter vocem ſponſi. Legimus verò in Euangelio Chriſti diſcipulos ſandaliis calceatos in præparationem Euangelij pacis ab ipſo tranſmiſſos; quod innuit, te prædicationi debere inſtare, & ad pacem habendam ſemper dare operam efficacem. Mitra quidem, quia fit de lino frequenti, caſtitatis candorem, munditiámque requirit habendam. Baculo quoque, ſiue virga vtens, quorum altero percutiuntur ſubditi, & altero ſuſtentantur; neque nimiam benignitatem, neque aſperitatem habebis; ſed altero alteri diſcretè commixto, temperamentum conficies ex vtroque. Sic ergo iis ornamentis vtaris, vt quæ ſignificant, ad gloriam Ieſu Chriſti, & exaltationem Eccleſiæ tibi commiſſæ, atque ſalutem animæ tuæ in operum exhibitione demonſtres. Decernimus, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis verò hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Lateran. 11. idus Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto.

COMMEN

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Adrianus I.

Primus poſt D. Petrum, antiquum ſuum nomen mutanit ad Summum Pontificatum aſſumptus. num. 3.

Clauſulæ variæ.

Clemens III. primo in litteris Apoſtolicis vſus eſt clauſulâ, Salutem, & Apoſtolicam benedictem. *n.9.*

Clauſula. omni appellatione, & contradictione remotâ, *quid importet.* n. 15.

Cœleſtinus III.

Antea Cardinalis Hyacinthus, ferè omnem deambulauit Hiſpaniam, & in ea legatione fungens Apoſtolicâ, multa contraxit Concilia. num. 11.

Dictiones.

Dictio. ſtatuentes, *ſi materia eſt noua, iuris noui eſt inductiua* n. 13.

Dictiones libet, *&* licet *liberum arbitrium, & abſolutam important poteſtatem.* n. 14.

Dictio liberè, *&* liberum, *importat ſpontaneum, & independens ab alterius licentia & authoritate* n. 16.

Epiſcopi.

Ordo Epiſcopalis eſt ſupremus in Eccleſia. numero 5.

Epiſcopi appellantur à Papa, Fratres, quaſi illi æquales. n. 9.

S. Facundus.

Obſeruantia Regularis Cœnobij S. Facundi laudatur. n. 10.

Abbas S. Facundi vſum habet Pontificalium. n. 12 & 13.

Filij.

Omnes, qui Epiſcopi non ſunt, etiamſi Reges ſint, & Cardinales, Filij appellantur à Papa. num. 9.

Gelaſius Papa.

Creatus fuit 3. idus Nouembris, anni 579. num. 4.

Nomen.

Pontifices Summi, & multi in Religionibus nomen primum mutant, & quare. n. 1.

Papa.

Quando creatur Pontifex, nomen mutat, & quare. num. 1.

Eſt Chriſti Vicarius, & omnium Dominus in ſpiritualibus n. 1. & 6.

Eſt Epiſcopus Romæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, & Ordinarius Ordinariorum. n. 4. & 5.

Appellatur ob humilitatem Seruus ſeruorum Dei. num. 6.

Quis primò hoc nomine vſus fuerit. n. 7. & 8.

Pontificalia.

Vſus Pontificalium conceſſus eſt Prælatis intuitu Eccleſiarum, & Monaſteriorum ſuorum, ad maiorem decorem, & honorem illorum. num. 12.

Sergius II.

Quis fuerit, quando creatus, quando obierit, & *an primus poſt D. Petrum nomen mutauerit.* num. 3.

R. P. de Murga Comment in Conſt. Apoſt.

CŒLESTINVS, Hyacinthus antea vocatus, cùm ad Summi Apoſtolatus apicem euectus eſt, appellari cœpit Cœleſtinus, ſuo primo nomine mutato, quod mutare omnes ferè Pontifices conſueuerunt Summi. dum primò in Petri ſederunt Cathedra. Et meritò quidem, quia æquum eſt, vt Papa, qui aliis præeſt omnibus, proprio ſuo nomine, quo nuncupabatur cùm aliis ſuberat, exinde non vocetur, ſed aliud ſibi aſſumat, vt ſicut eſt Dominus omnium, in ſpiritualibus ſaltem, & Chriſti Domini Vicarius effectus, Gloſſa *in verbo Bonifacius, in proœmio libri ſexti Decretalium*, vbi Doctores, & Auguſt. Barboſa *ad proœmium Decretalium*, cum Guillelmo Benedicto *in cap. Raynutius, in principio, à num. 1. de teſtamentis*; ita ſibi nomen aliud aſſumat, Principis Apoſtolorum, primi Dei Vicarij, cuius eſt ſucceſſor, veſtigia ſequendo, qui cùm anteà *Simon* diceretur, in Pontificatu *Petrus* appellatus eſt. Et certè Pontifices, non ſine magna ratione, proprio neglecto nomine, aliud ſibi nomen adſciſcunt, quaſi quod priùs in priuata, terrenaque aſſequuti ſunt vita, terrenos redoleat affectus; proinde cùm terrenæ cogitationes, & curæ ſint ab ipſis ſpernendæ, obliuionique tradendæ, aptè cum ſæcularibus negotiis ſæcularis quoque appellatio reiicitur, ſicut ob eandem rationem non pauci in Religionibus, dum habitum nouæ conuerſationis aſſumunt, nomen ſibi nouum adſciſcunt. 1

Quis autem primus poſt Petrum Pontifex Summus nomen primum mutauerit, controuertitur inter Authores. Quidam tenent penes Barboſam *vbi proximè, n. 6.* fuiſſe Sergium II. Pontificem 104. in ordine, creatum, & conſecratum 4. idus Februarij, anno Domini 844. de quorum numero ſunt Platina Martinum Columnum ſequutus, Oſuardus *in Bullam Cœnæ, lib. 1. cap. 4 quæſt. 5.* & Bonacina *tom. 3. diſputatione 1. quæſt. 1. punct. 2. num. 6.* qui dicunt Sergium, *Os porci*, anteà fuiſſe vocatum, nomine vtique Pontificia dignitate indigno, indigno etiam Cardinalitia dignitate, tituli Sanctorum Syluestri & Martini in Montibus, quâ ante euectionem ad Papatum præfulgebat: indigno item ſtatu Canonicorum Regularium, de quo aſſumptus fuit: & indigno tandem illuſtri Familiâ Romanâ, de regione quarta, ex qua Sergio eius Patre ortus eſt. De quibus Cherubinus *in Bull. Magno, tom. 1. pag. nimia 35.* 2

Camillus autem Borellus *de Præſtantia Regis Catholici cap. 1. num. 16.* & Anaſtaſius Bibliothecarius, quos recenſet, & ſequitur Barboſa *loco prælegato*, dictam refellunt ſententiam; quia conſtat præfatum Pontificem etiam ante Pontificatus adeptionem, *Sergium* fuiſſe appellatum. Quod certè ex dicto colligo Cherubino, qui nomina recenſere ſolet à Pontificibus aſſumpta, & nomina pariter derelicta ac ſpreta; & de mutatione nominis huius Papæ vllam mentionem non facit: quem incepit ſtylum in Adriano III. *eodem tomo, pag. 37.* Vnde ſententia aſſerens iſtum Adrianum, primum fuiſſe Papam, qui poſt D. Petrum, antiquum mutauerit nomen, quam tenet ipſe Barboſa cum 3

Azorio *Inſtitutionum Moralium part. 2. lib. 5. cap. 42. quæſt. 3.* vera mihi apparet. Obiit Sergius ſecundus anno 848. pridie idus Aprilis.

4 *Epiſcopus.* Ideo hoc nomine vſus eſt Cœleſtinus, ſicut & reliqui Summi Pontifices, quia Epiſcopi verè ſunt vniuerſalis Eccleſiæ. Gloſſ. *in Clem. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. in caſus format.* Thomas Delbene *de Parlamentis, dubit. 1. ſect. 1. num. 8.* Barboſa *loco citato, num. 7.* cum Flaminio Pariſio *de reſignatione Beneficiorum, lib. 11. quæſt. 13. num. 132.* Zerola *in Praxi Epiſcop. part. 1. verbo Pragmatica, §. 3. pag. 268.* Baronio *Annalium Eccleſiaſticor. tom. 8. anno Domini 595. pag. 64. & 68.* & Bonacina *in Bullam Cœnæ, tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. num. 2.* Habentque Papæ pro Diœceſi totum Orbem. Barboſa cum Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, in prœmio, §. 1. num. 8.* Suntque Ordinarij Ordinariorum, ita definiente Gelaſio Papa I I. in Canone enim *cuncta per mundum, el 1. cauſ. 9. quæſt. 2.* ſic ait: *Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quod Sacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt; ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus.* Hactenus ibi. In Canone *cuncta, el 2.* immediatè ſequente, ſic ait: *Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententiis ligata Pontificum Sedes Beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vtpote, quæ de omni Eccleſia fas habet iudicandi.* Idem Gelaſius in conſtitutione vnica, apud Cherubinum *tom. 1. Bullarij, pag. 24.* per extenſum reddita, ita §. 7. dicit: *Orate Fratres, vt honor Eccleſiaſticus noſtris diebus non euacuetur; nec vnquam Romana Sedes, quæ inſtituente Domino caput eſt omnium Eccleſiarum, priuilegiis ſuis vſquam careat, aut exſpolietur.* Iſtam condidit conſtitutionem kalend. Martij, indict. 5. Creatus fuit 3. idus Nouembris anni 579.

5 Vnde cùm nullus Ordine Epiſcopali maior ſit in tota Dei Eccleſia, vti docent Gloſſa *verbo Epiſcopus, in prœmio, lib. 6.* & *in cap. Quia periculoſum, verbo de Epiſcopis, el 4. de ſent. excomm. eod. lib.* ibi: *Quia non eſt Superiorem Ordinem Epiſcopo reperire; & ob hanc cauſam Papa ſe vocat Epiſcopum*: ideò aliquando ſeipſum Vrbis Romæ, aliquando etiam Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum nominat. In ſuperſcriptione Canonis *ſtatuimus, el 4. diſt. 4.* dicitur: *Vnde Teleſphorus Vrbis Romanæ Archiepiſcopus, omnibus Epiſcopis.* In ſuperſcriptione Canonis *Tranſmarinos, el 3. diſt. 98. Item Anaſtaſius Vrbis Romanæ Epiſcopus, omnibus Epiſc.* Et ſuper Canone *Afros, el 4.* ſic ſcriptum reperio: *Item Gregorius Romanæ Eccleſiæ Præſul, Squilitano Epiſcopo.* Et Alexander Papa III. in conſtitutione ad fauorem mei Hyrachenſis Cœnobij edita, & in eius archiuio aſſeruatâ originaliter, & ſub plumbea Bulla, cuius tranſumptum fideliter extractum, ad calcem mearum appoſui Quæſtionum Paſtoralium, ita in ſubſcriptione dixit: *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.* Sed de his omnibus latiùs egi *tom. 1. Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, tract. 8. de iis, qui ſepulturam non elegerunt, diſquiſit. 2. ſect. 2. dub. 6. concluſ. 2. pag. 340.* quò loci addidi decretum Sanctiſſimi Innocentij X. de anno 1654. omninò videndum.

6 *Seruus ſeruorum Dei*, dicitur noſtræ conſtitutionis conditor Cæleſtinus, ſicut omnes alij poſteriores Summi Pontifices; quantum ad humilitatem tamen, non quantum ad poteſtatem, cùm ſit Dominus Dominorum: quantò enim maior, & excelſior eſt Papa, tantò humilior omnibus oſtenditur creaturis, *capite enim relatum, in fine, el 37. de ſententia excommunicationis*, ſic ait Innocentius Papa III. *Dummodo non ſit tam grauis, & enormis exceſſus, vt propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplum, huiuſmodi ſerui ad Seruum ſeruorum Dei venire debeant abſoluendi.* Gloſſa *in prœmio lib. 6. Decretalium, verbo Seruus ſeruorum Dei*, varias tradit huius clauſulæ expoſitiones, quarum vna eſt: *Vel ex nimia humilitate hoc dicit. ſecundùm quam negat ſe vniuerſalem Papam.* Hæc Gloſſa, cuius ſententia in hac parte Ioanni Diacono in vita S. Gregorij Magni, *lib. 2. cap. 1.* conſonat.

Quod primus omnium Pontificum, qui dictâ clauſulâ vſus eſt, præfatus fuit Gregorius 7
Magnus, docet ibi Ioannes Diaconus, Chronica Martiniana *penes additionem Gloſſæ prœmij libri 6. verbo Seruus.* Alphonſus à S. Victore *en el Sol del Occidente, tom. 1. prælud. 8. cap. 2. §. 1. num. 3.* & penes Barboſam *ad prœmium Decretalium, num. 19.* Aluarus Pelagius *de Planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 13. verſic. iſte Gregorius*, Andr. Gamar. *in extrauagant. Iulij II. de ſimoniaca Papæ electione, in verbo Iulius, num. 10.* Dionyſius Paulus *tract. de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap. 17. num. 72.*

Ipſe tamen Barboſa aſſerit primum omnium 8
fuiſſe Sanctum Damaſum Papam 39. poſt D. Petrum, vti ipſe colligit ex Platina in vita eiuſdem Damaſi, & ex Illeſcas in Hiſtoria Pontificum *lib. 2. cap. 6. ò como Pedro Antonio Facioto en el indice de los Summos Pontifices, pueſto en el librillo de las coſas marauilloſas de la Ciudad Sancta de Roma, el 37.* & probat ex epiſtola eiuſdem D. Damaſi ad Stephanum Archiepiſcopum, quæ inuenitur (ait) inter opera Clementis Papæ, & *tom. 1. Conciliorum, in actis B. Damaſi Papæ, fol. 229. verſ. cuius veſtigia poſtea ſequutus fuit D. Gregorius Magnus in omnibus ſuis epiſtolis*, Azor *Inſtitut. Moralium part. 2. lib. 5. cap. 43. verſic. Gregorius Magnus.* Hæc Barboſa.

Dilecto filio. Sic enim Pontifices Summi vo- 9
care conſueuerunt eos, qui Epiſcopi non ſunt; hos enim fratres vocant, quaſi æquales; reliquos omnes, etiam Cardinalitiâ, aut Regiâ dignitate præfulgentes filios vocant, vti bene obſeruat Aug. Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 10. & in prœmium Decretalium num. 12.* ex textu *in cap. quàm graui, el 6. de crimine falſi*, Felin. *in prœmio ad Decretales, num. 1.* Decio *in cap. cùm Venerabilis, num. 2. de exceptionibus*, & Coſm. *in Pragmatic. tit. de numero Cardinalium, gloſſa Cardinales.* Acugna *in Commentario ad cap. Fratrem 6. num. 1. diſt. 86.*

Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sanctus Cletus, tertius Pontifex, primus in litteris verbis iſtis vſus eſt, vti in eius feſto ait Eccleſia.

Odorifera Religionis fama. In hac clauſula 10
Cœleſtinus Papa maximè commendat antiquam, & ſtrictam obſeruantiam regularem in Sancti Facundi Cœnobio obſeruatam, quæ nunc poſt tot annorum, & ſæculorum curricula adhuc feliciter viget. Vigeat & per ſæcula cuncta.

cuncta. Yepes *tom.3. centur. 3. anno 756. fol. 186.* refert Scripturam eſſe in archiuio S. Petri Caradignæ repertam, in qua ſic iſte Cardinalis Hyacinthus dixit, Monachis illius Cœnobij obſeruantiam commendans. *Vt Ordo B. Benedicti, ſicut à vobis nunc obſeruatur ſecundùm Monaſterij S. Facundi conſtitutionem, ita perpetuis temporibus à veſtris ſucceſſoribus obſeruetur.*

11 *In ipſo Monaſterio fuimus.* Idem teſtatur in conſtitutione ſequenti, vt videbimus. Quod autem ibi perſonaliter adfuerit, valde veriſimile eſt, cùm in Hiſpania per longum tempus munere Legati Pōtificum anteceſſorum ſuorum fuerit functus, vt teſtatur Ioannes Mariana *en la Hiſtoria General de Eſpaña, lib. 11. cap. 17. in fine.* Anton. Yepes *en la Coronica General de la Orden de San Benedito, tom. 5. cent. 5. anno de Chriſto 935. fol. 14.* ibi: *Por los años de 1170. (poco mas ò menos) vino à eſta Caſa* (videlicet Cellæ Nouæ in Gallecia) *el Cardenal Iacinto, que eſtuuo en Eſpaña muchos años, haziendo officio de Legado por los Summos Pontifices y caſi paſſeo toda Eſpaña; juntò algunos Concilios en ella, y emprendiò coſas muy notables.* Hæc ille, ex cuius vltimis verbis, & clauſulis dignoſcitur, impropriè hunc Principem fuiſſe appellatum, eo modo, quo præfatus Mariana refert, dicens: *Celeſtino Tercero, llamado antes que fueſſe Papa Iacinto Bobo.*

12 *Ad honorem ipſius Eccleſiæ magnificandum.* Ex qua clauſula dignoſcitur Cœleſtinum Papam priuilegium in hac conſtitutione circa vſum Pontificalium Abbati S. Facundi, intuitu Eccleſiæ, & Monaſterij ſui, ad maiorem illius honorem, decorem, & authoritatem conceſſiſſe. Quod certè communiter in ſimilibus contingit Pontificalium conceſſionibus, vt non intuitu Prælatorum, ſed Eccleſiarum potiùs ſuarum illæ concedantur, quod paſſim Doctores ſuadent, & conſtat *ex cap. vt Apoſtolicæ, el 6. de priuilegiis in 6.* quod ſcribo ſuper conſtitutione Alexandri VII. §. 16. *num. 172.* Ex quo capite, & ex capite *Abbates*, Panormitan. *in capite 1. num. 10. vt lite pendente*, & in præſenti ex ipſo apparet euidenter textu, in ſequenti clauſula: *Vt ſtatum ipſius Monaſterij S. Facundi noſtris temporibus in melius ſemper dirigere ſtudeamus.* Sed benè verum eſt, quod præſens priuilegium intuitu etiam perſonæ Abbatis conceſſum fuerit, quod non obſcurè dicitur, ibi: *Quomodo perſonam tuam, & Eccleſiam tibi commiſſam, libertatum, & ornamentorum priuilegio decorare poſſemus.*

13 *Statuentes.* Dictio iſta eſt iuris noui inductiua, vti docet Auguſt. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 385. num. 1. ex cap. Paſtoralis, de iudiciis. & cap. 1. de officio delegati in 6. Clement. fin. de reſcriptis*, vbi Gloſſa *verb. ſtatuimus.* Gloſſ. *in cap. ſtatuimus, verbo eod. el 13. de officio delegati, lib. 6.* Alexand. de Næuo *in cap. Nam concupiſcentiam, num. 28. de conſtitutionibus* (vbi ait non inde concludi ad culpam obligare,) Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. 1. littera A.* Cardinale Seraphino *deciſ. 510. num. 4.* Nicolao Garcia *de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 9.* ex Flaminio Parilio *de confidentia benefic. quæſt. 58. num. 4.* & ante omnes illos Cardinalis, penes Abbatem, *in cap. decernimus, num 20. el 2. de iudiciis*; qui tamen dicunt dictionem dictam, & ſimiles, debere intelligi iuxta ſubiectam materiam; & ſi materia eſt noua, inducere nouum ius; ſecus ſi materia eſt antiqua. Vnde in Abbatis ſententia inducit in præſenti nouum ius, quoad Tunicam, Dalmaticam, Chirothecas, Annulum, & Sandalias: ſecus quoad Mitram, & Baculum.

Vt liceat tibi Per clauſulam iſtam, libertatem denotat, & arbitrium, non autem neceſſitatem præciſam, & obligationem. Barboſa *dict. 191. num. 5.* cum Menochio *conſil. 381. num 23.* & Ceuallos *commun. contra communes quæſt. 750. num. 26.* & *quæſt. 757. num. 61.* Verbum itaque *licet*, poteſtatiuum eſt, non neceſſitatiuum. Idem Barboſa cum Card. Seraphino *deciſ. 739. num. 3.* ſicut de verbo *libet*, quod tribuat liberam, & abſolutam arbitrij poteſtatem, docet dictus Barboſa *num. 6.* cum Menochio *de arbitrariis lib. 1. quæſt. 7. num. 32.* 14

Omni appellatione, & contradictione remotâ. Operatur hæc clauſula in omni cauſa, tam principali, quàm incidenti. Barboſa *tractat. de Clauſulis, clauſ. 9. num. 4.* ex reſolutis per Ceuallum *commun. contra communes, tom. 4. quæſt. 1. num. 933.* Vnde habere locum in reconuentionis cauſa aduotat ipſe Barboſa cum Parladoro *rerum quotidianarum part. 5. lib. 2. cap. vlt. num. 14.* § 10 Scaccia *de appellation. quæſt. 17. limitat. 17. num. 23.* & Marchts *de commiſſ. part. 1. pag. 301. num. 60. in edit. 2.* addente *n. 72.* quod comprehendat omnes appellationes ab incidentibus, & acceſſoriis, vbi eadem ratio ſit. 15

Vti liberè. Dictio iſta *liberè*, denotat vſum Pontificalium in Abbate S. Facundi debere eſſe ſpontaneum, & ſine alterius licentia, & authoritate. Ita Abbas *in cap. de multa, num. 3. el 28. de præbendis*, cum communi Doctorum. Non enim eſſet liberum, inquit, ſi alium deberet requirere. Et *cap. 3. de officio delegati, num. 5.* ait: Nam de ſignificato huius verbi, *liberum*, eſt, vt non teneatur requirere alterius conſenſum, vt legitur & notatur *in cap. de multa, de præbend.* & *in cap. licèt Epiſcopus, eodem titul. lib. 6.* Ioannes Baptiſta Lezana *tom. 3. ad Bullam Auream, §. 10. num. 16. pag. mihi 98.* Auguſt. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 190. num. 2.* cum dicto Panormitano *in cap. ſi pro debilitate, num. 5.* & ibi Decio *num. 45. & 46. el 3. de officio Iudicis delegati, cap. 2. de locato, cap. ſtatuimus, de Regularibus, cap. cùm plures*, vbi Gloſſa *verb. Liberè de officio delegati in 6. cap. 1. de cenſibus, eodem libro, Clement. Dudum, §. ſi verò*, vbi Gloſſa *verb. Liberè, de ſepulturis*, vbi Imola *num. 3.* Alexandro *conſil. 80. num. 10. volum. 1.* & *conſil. 14. num. 1. volum. 2.* Decio *conſil. 360. num. 5.* Andrea ab Exea *in cap. 1. num. 422. cum ſeqq. de conſtitutionibus.* Aretino *conſ. 76. n. 5.* Gozad *conſ. 58. n. 2.* & *conſ. 91. n. 9.* Curt. Iuniore *conſ. 2. n. 3.* & cum aliis 18. Doctoribus. Ita & Brunorus à Sole *in compend. propoſitionum Iuris Pontificij, & Cæſarei, verb. Liberè.* Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſponſo 99. n. 87.* ex Card. Lugo *lit. D, concluſ. 306. n. 10.* & Martha *de clauſulis part. 1. clauſ. 68.* Additque Moronus *ex Clementina finali, de ætate & qualitate* & ex eodem Tuſcho *loco citato*, idem fieri *liberè*, importare, *ac ſine impedimento, contradictione, onere, grauamine, obſtaculo, & vlla contradictione.* 16

§. II.

Pontificalia exponuntur inſignia.

BREVIARIVM.

Gremiale.

Inter Pontificalia non adnumeratur inſignia. n.17.& 18.

Eius vſus refertur, ibidem, *& eius forma.* numero 19.

Pontificalia.

Quænam ſint inſignia Pontificalia. n.17.

Qui de illis agant. n.20.

Illorum expoſitio triplex. n.21.

Succinctorium.

Quidnam ſit; qualis eius vſus, & quis eo vtatur. num.18.

17 INſignia Pontificalia, quæ ſequuntur, ſunt, videlicet *Mitra*, *Baculus*, *Annulus*, *Sandalia*, *Tunica*, *Tunicella*, aliàs dicta *Dalmatica*; *Chirotheca*, *& Crux pectoralis*. Gremiale autem inter Pontificalia non computatur inſignia, licèt illo vti ſoleant Pontificaliter celebrantes, dum in Cathedra ſedent tantùm. Gauantus, & Iordanus mox citandi, & Dubal *in expoſit. Regulæ S. Auguſt. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 75. De Gremiali Miſſale non loquitur, vti obſeruat Bartholomæus Gauantus *in Commentariis in rubricas illius*, & Pax Iordanus *tom.* 1. *de Re ſacra, lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 451. Libet recenſere Gauantum *part.* 2. *tit.* 1. *ſub n.* 6. *pag. mihi* 97. *col.* 1. vbi in ſequentia prorumpit.

18 De *Gremiali* Epiſcopi, quia ad eius gremium ponitur, ita dicto, neque Miſſale, neque nos loquimur; & prætereà nihil de eo occurrit dicendum, niſi quod Epiſcopo deſeruit tantùm ſuper femora, cùm Planetam indutus ſedet. *Succinctorium* dici putat Vicecom. *lib.* 3. *cap.* 15. Sed Innocentius III. *de Myſteriis Miſſæ lib.* 1. *cap.* 10. tertium *ſuccinctorio* dat locum; tum ſolus Papa eo vtitur, Cærimoniale Papæ *lib.* 4. *cap.* 14. & vſus eius eſt circa renes, ex Iuone Carnotenſi *loco citato.* Hactenus Pater Gauantus, ſacræ Congregationis Rituum Conſultor, & vnus ex pluribus grauiſſimis, & doctis viris, quorum operâ recognitum fuit Miſſale Romanum Pij Papæ Quinti, temporibus Clementis Octaui, & Vrbani Octaui, authoritate, & iuſſu iſtorum Pontificum, vt idemmet Author ait in eodem volumine immediatè ante dicta commentaria, in indice eorum, quorum operâ fuit præfata facta recognitio. Gauanto conſonat Dubal.

19 *Gremiale* per longitudinem duobus circiter cubitis conſtare debet; per latitudinem verò vno tantùm, ex vnciis circiter duodecim, vndique cinctum laciniarum auro, vel argento intextarum ornatu. Ita Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputatione* 20. *quæſito* 2. *num.* 14.

20 De præfatis inſigniis Pontificalibus, de eorumque numero agunt prædicti Doctores, Gauantus *in Commentariis citatis*, *Theſaurove ſacrorum Rituum*, *parte*, *titulo*, *& numero recenſitis*, *à pag.* 93. Tamburinus *dicta diſputat.* 20. *quæſit.* 1. *&* 2. & Pax Iordanus *num.* 450. *&* 451. *citato.* Ioannes etiam Baptiſta Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium tom.* 2. *parte* 3. *verbo Abbas, num.* 12.

Triplex expoſitio inſignium Pontificalium præfatorum à Gauanto *vbi proximè* redditur: *Anagogica* ſcilicet, *Allegorica*, & *Tropologica*, ſeu *Moralis*. Significatio *Anagogica* de Chriſto Domino noſtro eſt, cuius imago glorioſa, inquit, eſt Epiſcopus. *Allegorica* eſt de Paſſione eiuſdem Chriſti, quam Sacerdos minùs glorioſè veſtitus indicat. *Tropologica*, ſeu *Moralis* eruditionem continet quorumcunque Miniſtrorum Eccleſiaſticorum, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, moribus Sanctorum conformem. 21

SECTIO I.

De Mitra.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vno conceſſo, omnia ad illud neceſſaria, & vtilia conceduntur. n.26.

Benedictus XIII.

Electus in ſchiſmate anno 1394. *priuilegium Vniuerſitatis Cœnobio S. Facundi conceſſit, quod confirmauit Clemens VII.* n.27.

Clemens VII.

Electus in ſchiſmate, fuit pro vero Papa habitus. n.27.& 28.

Eius acta pro legitimis ſunt habita. ibid.

Error communis.

Cum titulo colorato iuriſdictionem tribuit. numero 28.

Honorius III.

Fuit creatus anno 1216. *& obiit anno* 1227. numero 27.

Mitra.

Multis appellatur nominibus. n.22.

Ortum habuit ab Apoſtolis. n.23.

Multæ illius ſignificationes. n.24.

Eius vſus quibuſdam conceditur Abbatibus. numero 25.

Pontificalia.

Conceduntur Abbati Cauenſi. n.25.

Abbati S. Pauli Romani. n.26.

Paſſinianenſi. num.27.

Hyrachenſi. ibid.

MItra, quæ & *Apex* dicitur à D. Auguſtino *lib.* 2. *de Ciuitate*, & *Sertum cum Gemmis*, ab Ennodio *de Mitra S. Ambroſij*: *Corona Sacerdotalis*, ab Ammiano Marcellino *libro* 29. ab Euſebio Cæſareenſi *lib.* 10. *Hiſtoriæ*, *cap.* 4. *Corona gloriæ*: ab Alcuino, ſeu Albino Flacco noſtro Benedictino Monacho, noſtri etiam Venerabilis Bedæ diſcipulo, & Caroli Magni Imperatoris, & Francorum Regis eximij Magiſtro, *in libro de diuinis Officiis*, *cap. de ſingulis veſtibus*, appellatur *Cidaris*; & cum eo nominatur *Pileum*, *Galea*, *vel Tiara*, à noſtro etiam Diuo Iſidoro Hiſpalenſi Archiepiſcopo *lib.* 19. *originum*, *cap.* 21. & ab Iuone Carnotenſi *ſermone de ſignificatione indumentorum Sacerdotalium*, *Infula* vocatur, & ab Hugone Victorino *lib.* 1. *de Sacramentis*, *cap.* 55. à Nicephoro appellatur *Pygium*, *in lib.* 14. *cap.* 34. à Balſamone, *Lorum*, apud Buleng. *de veſtibus Pontific. lib.* 1. 22

lib. 1. cap. 6. ab Innocentio denique III. Papa *ſermone de ſancto Sylueſtro*, dicitur *Auro pingendam circulare.*

23 Ortum habuit Mitra ab Apoſtolis, vti volunt Gauantus *pag. 94. columna* 5. & Tamburinus *dicto quæſito* 1. *num.* 3 ex Cardin. Baronio *anno* 32. *num.* 198.

24 Significat Mitra in ſenſu anagogico ſummam Chriſti honorificentiam. Gauant. *pagina* 97. ex Innocent. III. *lib.* 1. *cap.* 44. Dubal. *loco citato. num* 70. In trogologico autem, Prælatum illius vſum habentem, vtriuſque Teſtamenti ſcientiâ præditum eſſe debere, in vtroque ſenſu, litterali, & ſpirituali. Duo Teſtamenta ſignificantur per duo cornua Mitræ. Gauantus, & Hugo de S. Victore *in Specul. Eccleſ. cap.* 6. ait enim: Mitra Pontificis corniculata duo portendit Teſtamenta, quibus ipſe expugnare debet hoſtes Eccleſiæ. Idem ſentit Dubal *eod. num.* Duæ vittæ, ſeu fimbriæ poſteriores, ſunt ſpiritus, & littera; & pendent ad humeros, vt quod Epiſcopus, ſeu alter Prælatus docet, opere compleat. Gauantus ex Innocentio III. *cap* 60. & Dubal. In ſenſu allegorico ſignificat Mitra coronam ſpineam Chriſti. Lezana *dicto num.* 15. quò loci illi tribuit eandem ſignificationem in ſenſu tropologico de vtriuſque Teſtamenti ſcientia. Et in hoc ipſo tropologico, ſeu morali ſenſu aliam etiam habet Mitra ſignificationem; caſtitatis enim munditiam, & candorem requirit in Prælato illâ vtente. Cæleſtinus Papa III. in conſtitut. quam expono, *licet Monaſterium*, 101. *Bullarij noſtræ Hiſpanæ Congregationis*, ad fauorem Abbatum Monaſterij S. Facundi, vulgò *de Sahagun*, 2 idus Iulij, Pontificatus ſui anno quarto, qui fuit 1194. Chriſti Domini: *Mitra quidem* (ait Cæleſtinus) *quia ſit de lino frequenti, caſtitatis candorem, munditiamque requirit habendam.*

25 Mitræ vſum conceſſit Sylueſter II. Papa, qui regnauit ab anno 999. ad annum 1003. Abbati S. Sabini Placentiæ: Leo Papa IX. illam conceſſit anno 1049. Abbati S. Iuſtinæ Patauino: & S. Petro Cauenſi Abbati Cluniacenſis Congregationis conceſſit anno 1091. S. Vrbanus Papa II. vt Mitrâ etiam vteretur. De qua triplici conceſſione author eſt Gauantus *vbi proximè.* Idem Sanctiſſimus, omnia Pontificalia exercere poſſe (exceptis dumtaxat Sacrorum Ordinum collatione, Baſilicarum, & Altarium conſecratione, ac Chriſmatis confectione) Abbati Monaſterij ſanctiſſimæ Trinitatis, Cauenſi, Congregationis Caſſinenſis conceſſit; ac per conſequens omnia Pontificalia inſignia, vti benè noſter infert Tamburinus *dicta diſput.* 20. *quæſito* 1. *num.* 15 Quia qui aliquid concedit, videtur conceſſiſſe omne id, ſine quo res conceſſa exerceri non poteſt. Idem Aſcanius Tamburinus.

26 Conſultò dixi, *benè.* Quia neceſſaria omnia ad vnum, conceduntur illi, cui conceditur illud vnum. Axioma iuris eſt, quod Auguſt. probat Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris vſufrequentioribus, axiomate* 156. *num.* 3. *ex l.* 2. *ff. de iuriſdictione omnium iudicum, l. ad rem mobilem, §. qui procuratorem, ff. de Procuratoribus, l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi vſusfructus petatur, l.* 3. *§. qui habet, ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædior. l.* 3. *ff. pro ſocio, l.* 1. *§. fin ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, l. ambus*, & ibi gloſſa 2. *ff. de legatis* 3. *§. minorem, Inſtit. de actionibus, cap. præterea, de officio delegati*: & ex his, quæ ad hoc principium exornandum tradunt Nauarrus *in princ. ac Pœnitentia, diſtinct.* 5 *num.* 54. Surdus *conſil.* 317. *num.* 50. Gam. Luſitanus *deciſ.* 506 *num.* 9. Thomas de Thomaſſ. *in floribus legum, reg.* 29. & Gal. *in Margarita caſuum conſcientia, verbo concedere.* In vnius enim actus conceſſione omnia ea veniunt, quæ faciliorem, & commodiorem executionem actui præſtant. Idem Barboſa ex Baldo *in l.* 2. *verſic. Tu dic plenius, ante num.* 1. *ff. de iuriſdictione omnium iudicum*, vbi Curtius Iunior *à num.* 2. Aleiatus *num.* 2. Decius *num.* 6. Ioannes Bolog. *à num.* 18. Menochius *conſilio* 14. *num* 8 ex eodem Baldo, per textum ibi *in cap. vltimo, num.* 4 *de dolo & contumacia.* vbi docet, quod habens mandatum ad neceſſaria, videtur etiam illud habere ad vtilia.

Honorius item Papa III. qui creatus fuit anno Domini 1216. & regnauit vſque ad annum 1227. Mitram, Annulum, Sandalia, Tunicam, Dalmaticam pro Miſſarum ſolemniis, & Benedictione, Clero, & Populo aſtante, Abbati conceſſit Monaſterij S. Pauli Romani, Ordinis noſtri, Congregationis Caſſinenſis, in Bulla, quam innouauit Eugenius Papa IV. 7. kalend. Iunij 1442. 17. huius Pontificis, apud Emmanuelem Rodriquez, cuius meminit Tamburinus ſuprà, *num.* 15.

Mitram, & omnia alia modò recenſita inſi- 27
gnia Pontificalia conceſſit noſter Vrbanus Papa V. anno 1365. Abbati Paſſinianenſi, Congregationis Vallis Vmbroſæ, cuius diploma exſcribit Tamburinus *num.* 17. Clemens VII. Ioanni Abbati mei Hyrachenſis Cœnobij, & illius ſucceſſoribus conceſſit 7. idus Maij de anno 1386. vt Mitra, Annulo, & aliis Pontificalibus inſigniis vti liberè poſſint. Adeſt in archiuio eiuſdem Cœnobij Bulla originalis huius conceſſionis; & illius tranſumptum in Bullario authentico noſtræ Congregationis, *el* 152. *fol.* 140.

Et licèt præfatus Clemens non recenſeatur in Chronologia Summorum Pontificum, quia fuit electus in ſchiſmate contra Vrbanum Papam VI. fuit tamen in Hiſpania pro vero, & legitimo habitus Pontifice, vti apparet ex Bulla ab ipſomet edita ad inſtantiam, & preces Regis Ioannis, pro fundatione Cœnobij S. Benedicti Valliſoletani, 5. kalend. Ianuarij, anno illius duodecimo, Bulla 23. dicti Bullarij: & ex Bulla 54. ad inſtantiam, & ſupplicationem Prioris, & Conuentus eiuſdem Cœnobij iam fundati, 4. nonas Octobris anni eius quartidecimi, qui fuit annus Domini 1392. edita. Bullæ autem, & conceſſiones expeditæ per electos Pontifices in ſchiſmatibus, & pro veris Pontificibus habitos, tanquam legitimæ habentur, vt videre eſt in Bulla, quam verus Clemens VII. pridie nonas Maij 1534. Romæ edidit ad fauorem Cœnobij S. Facundi, 113. Bullarij noſtræ Congregationis, in qua ſic lego: *Sanè pro parte dilecti filij moderni Abbatis Monaſterij ſancti Facundi, Ordinis S. Benedicti, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs felicis recordationis Benedictus Papa XIII. prædeceſſor noſter, vt omnibus, & ſingulis in dicto Monaſterio in Theologia, & Iure Canonico, ac ſeptem Artibus Liberalibus, vel aliqua* facult-

facultatum huiuſmodi legentibus, tunc præſentibus & futuris, tempus lectura, & ſtudy huiuſmodi perinde computaretur, ac ſi in illis, in quo litterarum ſtudium generale vigeret, legiſſent, ſeu ſtuduiſſent, conceſſit per eius litteras, prout in illis litteris dicitur plenius contineri, &c. Et infrà dictum Benedicti confirmat indultum, illumque prædeceſſorem ſuum appellat, vt vidimus, ub rationem dubio procul, quam mox adducam, non obſtante, quod Benedictus præfatus verus Papa non fuerit, vtpotè in eodem, quo alter Clemeus V I I. ſchiſmate electus, conſecratus, & corunatus 5. idus Octobris 1394.

28 Ratio igitur, quare ſic electi, & communiter pru legitimis Pontificibus habiti, tales cenſeantur, & illorum conceſſiones tanquam legitimæ habeantur, hæc meo videri eſt; quia error communis cum titulo colorato, ex veri Papæ, & Eeclcſiæ benignitate tribuit iuriſdictionem in his, quæ ab eorum poteſtate dependent, iuxta legem *Barbarius, ff. de officio Prætoris*, & Doctures, quos allegaui *in Diſquiſit. Moralibus & Canonic. tom. 2. diſquiſit. 11. dub. 17. num.* 137. Sed eirca legitimationem electionis prioris Clementis V I I. fuit error communis eum titulu colurato; habuit enim pro ſe Clemens ille, vt videre eſt apud Spondanum, peritiſſimos Theulugos, & Iuriſconſultos, Vniuerſitatem Pariſienſem, viros religioſiſſimos, & miraculis fulgentes, Militiam S. Ioannis Hieroſulymitani, umnia Hiſpaniarum Regna, Galliæ etiam, Seutiæ, Sieiliæ, Cyprique Regna, & nonnulli alij minures Principes ius Clementis defenderunt: nec potuit vnquam ſic illa decidi quæſtio, quin ſemper remaneret apud plurimos dubia; quod etiam ex ipſiſmet actis Coneiliurum Generalium Piſani, & Conſtantienſis apertè datur intelligi, ait Spondanus, anno 1378. *num.* 17. Ergo ex Summorum Pontificum, & Eccleſiæ benignitate priuilegia per Clementem præſatum euncesſa valida ſunt, & ſubſiſtunt.

Sectio II.

De Baculo.

BREVIARIVM.

Baculus.

Eſt ſignum Paſtoralitatis. n. 29.

Multis appellatur nominibus. ibid.

Tres habet partes, quarum ſignificationes exponuntur. n. 30. & 31.

Geſtari debet à Prælato ſiniſtru manu, & parte curuu ad Populum verſa; à Miniſtro verò pluuiali induto, ambabus manibus à terru eleuatus. num. 32.

A quibus geſtari queat abſque velo appenſo. ibid.

Conſuetudo.

Legitimè præſcriptu, & à lege non reprobatu, inducere poteſt quidquid lex, & priuilegium inducere queunt. n. 32.

Pontificalia.

Abbati S. Facundi conceduntur. n. 31.

29 BAculus, qui eſt Paſturalitatis ſignum, vti noſter Paſchalis Papa II. in epiſtola ad nuſtrum etiam D. Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum, *n.* 74 *lib.* 3. eiuſdem Anſelmi, air, multis etiam nuncupatur nominibus, vti dieunt Gauantus *in theſauro Sacrorum Rituum, tom. 2. tit. 1. num. 6. pag.* 95. & Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſputat. 20. quæſt. 1. num.* 4. videlicet *Virga Paſtoralis, Pedum, Ferula*, & *Cupuita*: quæ omnia ſynonyma ſunt, iuxta Beatum Ioannem Catnotenſem *epiſt.* 8. *Camuuca* appellatur ab aliis, apud Petrum Comeſtorem *in Hiſtoria Exodi, cap.* 52. *Cambuta* dicitur ab Ordine Romano *in Dedicatione Eccleſia.* Sed *Capuita*, & *Cambuta*, curruptæ voces ſunt, à *Cambura* voce barbara, quæ baculum retortum ſignifieat. Dieitur, & *Croſſa*, à gloſſa ... *cap. 6 de priuileg. in* 6. De prædictis. & de ſequentibus videudus etiam venit Dubal ... *part. 1. cap. 18. num.* 72. & Gregorius Magnus *infrà ad conſtit. 6. num.* 1058.

Tres partes habet Baeulus, ſummam retor- 30
tam, & pedum Paſtorum recuruum, ad colligendas oues, vt ex Feſtu ait Gauantus; mediam rectam; imam tandem acutam. Baculi forma recenſita denotat, quod Prælati ita ſe habere debeant erga ſubditos, vt pigros pungant, vagos colligant, & debiles ſuſteuteut Vnde noſter D. Iſidorus Hiſpalenſis *lib. 2 de Eccleſiaſticis officiis, cap. 5. verſ. Quod verò*, de Epiſcopo loquens ait: *Huic autem, dum conſecratur, datur Baculus, vt eius indicio ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infi morum ſuſtineat.* Hæc magnus ille, & egregius Hiſpaniæ Doctor. Eadem legu verba in noſtro etiam Barbaru Mauru, Moguntino Archipræſule, *de inſtitutione Clericorum lib. 1. cap. 4. in fine.* Quocirca Hugo à Sancto Victore *in Speculum Eccleſia, cap. 6.* ita fatur: *Baculus Paſtoralis rectitudine ſui rectum regimen ſignificat. Quod autem vna pars curua eſt, & altera acuta, monſtrat præeſſe ſubiectis, & debellare rebelles, vnde dictum eſt:*

Curua trahit mites,
Pars pungit acutu rebelles.

Et iterum:

Attrahe per curuum,
Medio rege,
Punge per imum.

Et iterum:

Per Baculum rectum doceas, vt Epiſcope, rectè
Viuere: per ferri flexus properes miſereri.

Hactenus Hugo, cui, & aliis præcitatis DD. conſunat Innocentius Papa III. *lib. 1. c. 6.* dum ait:

Collige, ſuſtentu, ſtimula, vagu, morbidu, lenta.

Sub vetuſtiſſima imagine S. Saturnini Epiſcopi & Martyris, Apoſtolorum Diſeipuli, Ciuitatiſque huius Pampilonenſis Apoſtoli, pariter ac Patruni, quæ Toloſæ apud Gallos habetur eum ſimili Baculo, verſus iſte legitur, Gauanto Authore, ex Hugone præfatu deſumptus:

Curuu trahit, quos virgu regit, pars vltima pungit.

Aſcauius Tamburiuus ſequentes etiam recenſet verſus, deſumptos ex Gloſſa *verb. propter Hiſtoriam, in cap. cum veniſſet, el 1. de Sacru Vnctione.*

In Baculi forma, Præſul, datur tibi hæc norma.
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.
Attrahe peccantes, rege iuſtos, punge vagantes.
Attrahe, ſuſtentu, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

Similes refert Chokier *de iuriſdict. in exemptos tom. 2. p. 1. § 1. in princ.* ex Innocentiu I I I. *lib. 1. de officio Miſſu, cap.* 50.

In

In Baculi forma, Præſul, datur hæc tibi forma.
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.
Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

Et ex eodem Innoc. refert, Romanum Pontificem Baculo non vti, quia B. Petrus Baculum ſuum Eucherio primo Treuerenſium Epiſcopo miſit; ipſe tamen Chokier ſentit cum D.Th. *in 4.diſt.14.* Baculo non vti Papam, quia limitatam non habet poteſtatem, quod curuatio deſignat Baculi. De his latiùs Barboſa *in cap. vnic. de ſacra Vnctione, n.14 & 15.*

31 In ſenſu anagogico ſignificat Baculus poteſtatem Chriſti Domini, iuxta Innocentium Papam III. *lib.1.cap.44.* quem Gauantus recenſet *pag.97.* & in tropologico, & morali correptionem Paſtoralem. Idem Gauant. *pag.100.* vtrunique Dubal *dict. num.52.*

In eodem ſenſu morali ſignificat etiam poteſtatem Paſtoralem in ſubditos, vti docet Ioan. Bapt. Lezana *tom.2. Summæ quæſt. Regular. part. 3. verbo Abbas, n.12.* de qua Cœleſtinus Papa III. in conſtitutione iſta *ſicut Monaſterium*, 102. *Bullarij noſtræ Congregationis*, Baculum Abbati S.Facundi myſticè exponens, ait: *Baculo quoque, ſiue virgâ vtens, quorum altero percutiuntur ſubditi, & altero ſuſtentantur; neque nimiam benignitatem, nec aſperitatem habebis: ſed altero alteri diſcretè commixto, temperamentum conficias ex vtroque.* Hæc Cœleſtinus poſtquam Abbati præfato indulſit, vt ei, & ſucceſſoribus eius liceret liberè vti Tunica, Dalmatica, Chirothecis, Annulo, Sandaliis, Mitra, & Baculo; & poſtquam faſſus fuit, duorum vltimorum vſum antea habuiſſe: *Quorum vltimorum*, inquit, *vtrumque hactenus habuiſti.* Quæ certè verba, manifeſtant multis ab illinc annis præcipuis inſigniis Pontificalibus vſos fuiſſe illius celeberrimi Cœnobij Abbates.

32 Baculus à Prælato manu ſiniſtrâ geſtari debet, quæ manus cordis dicitur: & curuam illius partem versùs populum debet vertere, vti aduertit Gauant. *pag.27.* ex Cæremoniali Epiſcoporum *lib.2. cap.8.* cuius verba ſic *pag.188* lego: *Epiſcopus cum Baculo Paſtorali in manu ſiniſtra, parte curuâ Baculi ad populum versâ, ac dexterâ benedicens, ſi ſit in ſua Ciuitate, vel Diœceſi, medius inter Archidiaconum, & Diaconum aſſiſtentes paratos.* Hæc ibi, dum agitur de proceſſionali ritu procedendi ad Altare, in quo Miſſa Pontificalis eſt celebranda. Quando verò baculus à Capellano, ſeu Miniſtro alio ante Prælatum defertur, modo prædicto geſtari non poteſt, ſed qui de eo deſeruit, Pluuiali indutus, illum portare debet ambabus manibus à terra eleuatum, vti expreſsè habetur in Cæremoniali præfato Epiſcoporum, *lib.1.c.17.* & *lib.2.c.33.n.321.in fine.*

Adnoto adeſſe decretum Alexandri VII. quoad Pontificalia, de quo infrà latiùs agam, & circa verba illa dicti decreti, *in 8.capitulo*, videlicet, *Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant*; aduerto cum Pace Iordano *tom.2.de Re beneficiaria, lib.11.tit.2.de proceſſionib.n.16.* Abbates extra Diœceſim Mediolanẽſem vſos fuiſſe Baculo ſine velo appenſo. Conſulant tamen Prælati, quos afficit Decretum, ſuorum Monaſteriorum conſuetudines circa delationem Baculi abſque ſudarij, ſeu veli appenſione; quæ ſi legitimè fuerint præſcriptæ, illis benè poterunt in futurũ licitè & impunè vti. Ducor, quia conſuetudines omnes legitimè præſcriptæ, & à lege nõ reprobatæ, inducere valẽt quidquid lex, & priuilegium inducere

poſſunt: ſed Decretum, aut ius aliud non reprobat conſuetudinem deferendi Baculum ſine velo appenſo: ergo Prælati Monaſteriorum, in quibus huiuſmodi viguerit conſuetudo, licitè illâ vti poterunt in futurum, Decreto, de quo agimus, non obſtante.

SECTIO III.

De Annulo.

BREVIARIVM.

Annulus.

Pontificalis debet eſſe aureus, benedictus, & in eius gemma nihil ſculptum. n.33.

Geſtari debet in indice dextro, ſed in annulari in Miſſa. n.33.

Illius ſignificationes in variis ſenſibus exponuntur. n.33. & ſeqq.

Annulus, qui inter Põtificalia recẽſetur inſignia, aureus debet eſſe, vti Barth. Gauant. docet *tom.1. Theſauri ſacror. Rit. p.2.tit.1 ſub n.6. verſ. Annulus, pag.96.* ex Innoc. Papa III. *lib.1. c.46* & Aſcan. Tambur. *de iure Abbat. tom.1.diſp. 20.quæſ.2.n.14* & appellatur à Paſchali Papa II. *in ep. ad D. Anſelmum, 74. lib.3. epiſtolar. D. Anſelmi, Signaculum fidei.* Et eſſe debet benedictus. Idem Gauantus ex Ordine Romano. In Annuli gemma nihil eſſe debet ſculptum. Ipſe Gauantus *in Manuali Epiſcopor. verbo Annulus, n.5.* ex Durando *lib.2.de Rit.c.9.* & ex Concil. Prouinciali Mediolanenſi 3. *de ſacra Supellectili*, & *dicto loco Theſauri pag.100* quò loci hanc huius rationem reddit: *Vt Deum ipſum in Annulo veneremur Epiſcopi.* Geſtari debet ab Epiſcopo in indice manus dextræ, Gauant. *d.verb. Annulus, n.3.* ex eodem Durando *c.9. cit.* in Miſſa tamen in annulari, vti dicemus, geſtari debet. Dubal *tom.1. expoſitionis Regul. S. Aug. c.18 n.55* ſic ait: *Los Abbades pueden traer continuamente Anillo, por qualquiera parte, en el dedo anular de la mano derecha.* 33

In ſenſu anagogico ſignificat Annulus perfectionem donorum Spiritus Sancti in Chriſto, ex Innoc. III. *c.46.* docet Gauant. *loco allegato Theſauri, n.6. pag.97. in fin.* & noſter Rupert. Abb. *de diuinis Officiis, c.25.* dicens: *Annulus digiti, donum ſignificat Spiritus Sancti, quo diues, & ornatus, ad Eccleſiam ſuam deſcendit Filius Dei*, &c. Dubal vbi proximè, *n.7.* 34

In ſenſu tropologico, ſeu morali, ſignificat matrimonium ſpirituale initum inter Prælatum, & Eccleſiam ſuam. Ita Tambur. *dict. diſp.20.q.1. n.5.* Gauant. *pag.96.* Lezana *in ſum. qq. Regul. to.2. p.3. verb. Abbas, n.12.* Idem ſenſit Rupert. Vide & Hug. à S. Vict. *in Specul. Eccl. c.6.* Vnde Gauant. *pag.100.* & Tambur. ex Steph. Eduen. *de Sacram. Altaris, c.2.* dicunt, quod Annulus, fidei ſacramẽtum eſt cum ſponſa, à qua nunquam diſcedendum eſt. Et Cœleſtinus Papa III. in hac Bulla ad fauorem Abbatis S. Facundi ſic illi Annulum exponit: *Annulus autem te amicum, & Vicarium illius ſponſi, & quodammodo ſponſum ſuæ ſponſæ, ſcilicet Eccleſiæ, debere veracem eſſe requiris; de quo dicitur, qui habet ſponſam, ſponſus eſt; amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit, cum gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* 35

Hæc Summus ille Pontifex, in quibus 36

vltra moralem ſenſum annuli, ſignificationem ſcilicet matrimonij inter Prælatum, & Eccleſiam ſuam celebrati, allegoricus etiam illius ſenſus declaratur, videlicet matrimonij Chriſti Domini cum Eccleſia, de quo Durandus *in Rationali diuinorum Officiorum lib.3.cap.14.* penes Aſcanium Tamburinum *loco citato.* Dicit enim ille, quod annulus eſt fidei Sacramentum, quo Chriſtus ſponſam ſuam ſanctam Eccleſiam ſubarrauit, vt ipſa de ſe dicere valeat: *Annulo ſuo ſubarrauerit me Dominus meus Chriſtus*, &c.

37 Aliam expoſitionem moralem Annuli Prælatitij tradunt D. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus *lib.1 de Eccleſiaſticis Officiis, cap.5. verſ. Quod verò, fol. mihi 18. voluminis de diuinis Officiis diuerſorum*, dicens: *Huic autem* (Epiſcopo ſcilicet) *dum conſecratur, datur & Annulus propter ſignum Pontificalis honoris, vel ſignum ſecretorum. Nam multa ſunt, quæ carnalium, minuſque intelligentium ſenſibus occultantes Sacerdotes, quaſi ſub ſignaculo abſcondunt, ne indignis quibuſque Sacramenta Dei aperiantur.* Hactenus Hiſpaniæ Doctor. Quæ quidem omnia verba, prout ex illo recenſui, in Rabano Mauro, ex Monacho, & Abbate Fuldenſis Cœnobij, Archiepiſcopo Moguntino, *de inſtitut. Clericor. lib.1. cap.4.* penes idem diuerſorum volumen lego.

38 Eandem expoſitionem ſequutus eſt Iſidorus Moſcon. *tract. de magnitudine Militantis Eccleſiæ, part.1 lib.2. cap.8. verſ. Item annulus, pag.233.* quem recenſet Aſcanius Tamburinus, quod ſcilicet detur Annulus ad honorem Pontificiæ dignitatis, vt ſignaculum ſecretorum, vel vt Annulus ſignatorius; ad denotandum, quod non omnia omnibus reuelare myſteria debet: & ſubdit dictus Iſidorus Moſc. quod quando Annulus datur, ſolent quæ ſequuntur verba proferri: *Accipe Annulum diſcretionis, & honoris, fidei ſignum; vt quæ ſignanda ſunt, ſignes; & quæ aperienda ſunt, ſoluas.* Quæ quidem verba deſumpta ſunt ex Ordine Romano, *tit. ordo: Qualiter Epiſcopus in Eccleſia Romana ordinetur*; quibus ibi immediatè adduntur ſequentia, videlicet: *Atque credentibus per fidem baptiſmatis: lapſis autem, ſed pœnitentibus per myſterium reconciliationis ianuam regni cœleſtis aperias: cunctis verò de theſauro Dominico noua, & vetera proferas ad æternam ſalutem hominibus, conſolatus gratiâ Domini noſtri.* Hactenus Ordo Romanus, *pag. mihi 73. in volumine de diuinis Officiis diuerſorum.*

39 In Miſſa Pontificali fertur Annulus in digito annulari manus dextræ, vti diſponit Cæremoniale Epiſcoporum *lib.1.c.7.* & aduertit Gauãtus *in illorum Manuali, verb. Annulus, num.4.* non autem in ſiniſtræ digito, quod eſt ſponſæ proprium. Idem Gauant. *tom.1. theſauri, part.2. tit.1. pag.100.* quò loci, & Aſcan. Tambur. *de iure Abbatum tom 2. diſp.20. q.2. n.14.* docent, prohibitum eſſe à Sacra Rituum Congregatione 11. *die menſis Februarij, de anno 1623.* ne vnquam in Miſſa quis, qui Epiſcopus, vel Abbas non ſit, annulum geſtet, quamvis ſit Doctor, aut Protonotarius non participans. Quia annulus, ait Gauantus, eſt manuum corona: coronam autem digitorum deponere conuenit coram Chriſto, ſeu ſaltem remotiùs geſtare: ideò nec ab Epiſcopo fertur in indice, ſed in annulari.

Sectio IV.

De Caligis, ac Sandaliis.

Breviarium.

Caligæ Pontificales.

Diſtinctæ ſunt à Sandaliis. num.40.

Sandalia.

Quam habeant formam, & ex qua conficiantur materia. n.41. & 45.

Eorum vſus tempore Apoſtolorum fuit introductus. num.42.

Non illis vti licet abſque priuilegio Apoſtolico. num.43.

Sandaliorum ſignificationes in variis ſenſibus exponuntur. n.44.45. & 46.

Tonſura.

Capillorum tonſura abiectionem ſignificat cogitationum terrenarum. n.45.

Veſtimenta.

Illum decorant homines, quem veſtimenta decorant. num.41.

Caligæ, & Sandalia apud D. Hieronymum *in Iſaiam lib. 5. cap 20.* idem ſunt; diſtinguuntur tamen, & benè, penes Innocentium III. *lib. 1. cap. 48.* Gauantum *in theſauro Sacrorum Rituum, part.2. tit.1. num.6. in princip. pag. 93.* & Aſcanium Tamburinum *tom. 2. de iure Abbatum, diſputat. 20. quæſt. 1. num. 8.* Quia caligæ primùm induuntur vſque ad genua, ſandalia verò pedes tantùm contegunt. Vel ſandalia dicuntur caligæ, quia ligantur. Iidem ex D. Iſidoro *lib.19. originum, capit. 34.* Pro dicta diſtinctione eſt B. Iuo Carnotenſis vbi infrà. 40

Sandalia ſoleæ dicuntur à noſtro Albino, ſeu Alcuino, Venerabilis Bedæ diſcipulo, & Magiſtro Imperatoris Caroli Magni, ac Rabani Mauri, *in cap. Quid ſignificent veſtimenta*; quia ſubtus integra ſolea eſſe debet, ſuperiùs verò (inquit maximus ille Doctor) nihil operimenti habent, cui conſonat B. Iuo Carnotenſis *ſermone de ſignificatione indumentorum ſacerdotalium*, dicens: *Vtuntur Epiſcopi, & Cardinales Presbyteri ſandaliis, quæ calceamenta ſunt Prædicatorum. Habeant ad terram ſoleam integram, ne pes tangat terram: ſupra verò conſtent ex corio, quibuſdam locis pertuſo, quia Euangelium non debet terrenis commodis inniti.* Sandalia à Doctoribus deſcribuntur iſtis, quibus Patres Capucini, veri Euangelicæ, & Apoſtolicæ paupertatis, ac Seraphicæ Regulæ ſectatores vtuntur; non autem, quæ deſcribit Aſcanius Tamburinus *dicta diſputatione 20. quæſito. 2. num. 13.* per hoc, quod ſandalia Pontificum, Epiſcoporum & Abbatum eſſe debeant à parte ſuperiori ex ſerico panno ornata. Iſta tamen iam, & illa non ſunt in vſu apud Eccleſiæ Prælatos, doctos etiam, & ſanctos; & fortè ne vileſcat habitus Prælatitius, aut Prælati dignitas, vel vt Prælatus magis honoretur; nam ignorantes putant, quod ille qui habet maiores ornatus, ſit maioris authoritatis, iuxta illud Gloſſæ *in formatione caſus, cap. Vt Apoſtolica, el 6. de Priuil. in 6.* 41

Hunc

Hunc decorant homines, quem veſtimenta decorant.

42 Saudaliorum vſus introductus eſt ab Apoſtolis, ex diuina Chriſti Domini inſtitutione, *Marci cap. 6. verſic. 9. Sed calceatos ſandaliis*, &c. Albinus, ſeu Alcuinus, *de diuinis Officiis cap. citato, Quid ſignificent veſtimenta*, ibi: *Quo iuſſi ſunt Apoſtoli à Domino indui.* Rabanus Maurus ſuum Magiſtrum ſequutus *lib. 1. Inſtitut. Clericor. cap. 22.* & ex illo Gauant. *vbi ſuprà, verſ. Caliga, in fine.*

43 Nemo abſque Apoſtolica authoritate geſtare poteſt iſta ſandalia, quæ inter Pontificalia inſignia, vti vidimus, computantur. Ita Aſcan. Tambur. *diſp. 20. citata, q. 2. verſ. item vti compages, el 6. de priuilegiis, lib. 6.*

44 Sandalia in ſenſu tropologico, ſeu morali, ſignificant greſſus rectos eſſe faciendos in præparationem Euangelij, quod eſt Epiſcoporum, Prælatorum, & Prædicatorum proprium. Gauant. *vbi ſuprà, pag. 98.* Lezana *in ſumma quæſtion. Regular. tom. 2 part. 3. verbo Abbas, n. 12* Cœleſtinus Papa III. in iſta conſtitutione ad fauorem Abbatis S. Facundi. *Legimus*, inquit, *in Euangelio Chriſti, diſcipulos ſandaliis calceatos, in præparationem Euangelij pacis ab ipſo tranſmiſſos; quod innuit ſe prædicationi debere inſtare, & ad pacem habendam ſemper dare operam efficacem.* Et oratio præſcripta à Paulo Papa V. in Miſſali Monaſtico, ab Epiſcopo, vel Abbate dicenda, dum indumentis Pontificalibus induitur, huiuſmodi eſt: *Calcea Domine pedes meos in præparationem Euangelij pacis, & protege me velamento alarum tuarum.*

45 In eodem tropologico ſenſu ſignificant ſandalia iſta, huiuſmodi Prælatos, & Miniſtros, verbi Dei Prædicatores, non debere terrenis incumbere, ſed potiùs cœleſtibus inhiare. Ita Albinus Flacco, vel Alcuinus *d. cap. Quid ſignificent veſtimenta.* Rabanus Maurus *cap. 22. citato,* Hugo à S. Victore *in Speculum Eccleſiæ, cap. 6.* & B. Iuo Carnotenſis *ſermone de ſignificatione indumentorum*, cuius verba *num. 42.* recenſui, quibus, etſi paucis, copioſè docet, quare habeant ſandalia Pontificalia formam iam deſcriptam: ad terram ſcilicet, integram ſolam, ne terram, hoc eſt terrena, tangat pes; terrena namque picis liquidæ naturam, ſeu qualitatem babent hanc, vt ita affectui ipſa tangentis in plurimum adhæreant, arctiſſimè inſideant, ac inſidet & adhæret liquida pix illam tangenti: ſupra autem corio quibuſdam tantùm locis conſtent, pertuſo, non tam pro operimento, quàm pro ligamine, ne pes ſine ſola recedat; tantùm enim corij debent ſupra habere ſandalia, quantùm ad hunc finem ſufficiat, non ampliùs. Debent enim Epiſcopi, Abbatis, Prælati, & Prædicatoris pedes quaſi tonſurari, per operimenti ablationem, ſicut capita per capillorum abraſionem; vt ſicut iſta vera tonſura ſignificat abiectionem terrenarum cogitationum, Gauantus *in Theſauro ſacr. Rit. part. 2. tit. 1. num. 2. pag. 87. verſ. Veſtis*, ex D. Auguſtino *lib. de contemptu ſæculi*. D. Hieronymus relatus *in can. Duo ſunt genera, 20. quæſt. 1.* ibi: *Hanc coronam habent ab inſtitutione Romana Eccleſia. in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur*; ratio verò capitis, eſt temporalium omnium depoſitio, Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 27. quæſ. 2. n. 3.* ita illa quaſi tonſura pedis, ſeu ſandaliorum, eandem denotet terrenorum abiectionem, & cœleſtis regni expectationem.

R. P. de Marga Comment. in Conſt. Apoſt.

In ſenſu allegorico ſignificant ſandalia Pontificis Dominicæ Incarnationis calceamentum, ex quo ipſe *Pſal. 59. In Idumæam*, inquit, *extendam calceamentum meum*, id eſt, gentibus notam faciam incarnationem meam. Hæc noſter Rupertus *de diuinis Officiis lib. 1. cap. 24.* In eadem ſententia eſt Dubal *en la expoſicion de la Regla, tom. 1. cap. 18. num. 57. verſ. Lo primero.* 46

SECTIO V.

De Tunicella.

BREVIARIVM.

Tunicella.

Ex qua materia, & ex qua forma conſtet. numero 47.

Significationes illius in [illegible]*is exponuntur ſenſibus.* num. 48.

TVnicella, ſeu Tunica, quæ vti Tamburinus ait *dict. quæſ. 2. n. 13.* amplioribus manicis conſtat, quàm Diaconalis, & ex eadem materia, quâ caligæ, longa, & lata debet eſſe, vt eſt Dalmatica Diaconalis. 47

Significat in ſenſu tropologico, & morali Prælati vitam angelicam eſſe debere, & cœleſtem eius conuerſationem. Ita B. Iuo Epiſcopus Carnotenſis *ſermone de ſignificatione indumentor. ſacerdotal.* & Cœleſtinus III. in conſtitutione iſta pro Abbate S. Facundi: *Reſpicias quoque*, inquit, *ad Tunicam, per quam, quia in veteri Teſtamento ſolummodò de hyacintho fiebat, Chriſtus vitam tuam angelicam, & conuerſationem vult eſſe cœleſtem.* 48

Amalarius *lib. 2. de Eccleſiaſtico officio, cap. 22.* ait, demonſtrare Tunicellam virtutes intimas Epiſcopi proprias. Illum ſequitur Gauantus *vbi proximè, pag. 99.* Tamburinus *diſput. 27. quæſt. 1. num. 9.* & Lezana *verbo Abbas, num. 12.* & Dubal *dicto cap. 18. num. 66.* dicunt denotare perſeuerantiam in benè operando. Tunica (inquit Aſcanius) quam Abbas ſolemniter celebraturus induitur, perſeuerantiam denotat; nam cùm virtutes in ſtadio currant, perſeuerantia tantùm accipit brauium: qui enim vſque in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Textus *in cap. Apoſtolus, & cap. multi, de pœnitent. diſtinct. 2.*

Aliam etiam expoſitionem tropologicam, & moralem Tunicellæ tradit Rupertus Abbas *dicto lib. 1. de diuinis Officiis, cap. 23* dicens: *Significat autem* (vt Hieronymus ait) *rationem ſublimium, quæ non patet omnibus. ſed maioribus, & perfectis.* Hæc, & alia Rupertus. Accinit expoſitio iſta expoſitioni Annuli traditæ *num. 37. & 38.*

In ſenſu autem anagogico ſignificat Tunicella doctrinam Chriſti inconſutilem, quæ ſcindi non poteſt. Ita Gauantus *pag. 97.* ex Innocentio III. *lib. 1. cap. 39.*

Sectio VI.

De Dalmatica.

Breviarivm.

Dalmatica.

Sic appellatur, quia in Dalmatia fuit inuenta. num.49.

Eius materia, & forma qualis fuerit, & ſit. numero 49. & 51.

Olim illâ vſi ſunt Reges; hodie Reges Armorum. num.50.

Diaconi ex Priuilegio Summi Pontificis eâ vtuntur, quod primò Romanis Diaconis fuit conceſſum. ibid.

Eius ſignificationes in variis ſenſibus exponuntur. num.51. & 52.

49 VEſtis iſta, Dalmatica appellatur, quia in Dalmatia fuit reperta. Ita docent Albinus Flacco *de diuinis Offic. cap. Quid ſignificent veſtimenta.* D. Iſidorus 19. *Etymologiarum, cap.* 22. Gauant. *in theſauro, part.*1.*tit.*19.*n.*5.*in princ* & *part.*2.*tit.*1.*n.*6.*pag.*94.Tambur.*de iure Abbatum tom.*1.*diſp.*20.*quaeſt.*1.*n.*9. Dubal *ſuprà num.*67. Lanea olim fuit, Gauant *pag.*94.ex Ordine Romano: ſerica deinde fuit. Idem Gauant. ex Eduenſi *de Sacramento Altaris cap.*11.Dicitur ab Ordinario Romano *Dalmatica maior*, reſpectu Tunicellæ; quia illa latior, iſta ſtrictior. Pertuſas habet alas, vulgò *Agujeradas, oradadas.* Amalarius *de Eccleſiaſticis offic.lib.*1.*cap.*21. Alæ iſtæ, ſeu manicæ, latæ ſunt. Idem Albinus, Tamburinus *num.*9. qui addit largas eſſe. Duas lineas ante & retro habet, iuxta Amalarium *ibidem.* Fimbriaſque habet (quæ Gallicè, *Frange, bord*; Italicè, *lo bande, lo frange*; & Hiſpanicè *Franjas*, dicuntur.) Cœleſtinus Papa III. in præallegata conſtitutione, ad fauorem Abbatis S. Facundi edita. Quæ omnia myſterio non carent, & ſpeciali ſignificatione, vti videbimus.

50 Dalmaticâ vſi ſunt olim Reges Summi, quos recenſet Baronius *in notis Martyrologij, ad diem* 31. *Maij*; & inde forſan vſus obtinuit in hoc Nauarræ Regno, vt Rex Armorum Proregem præcedat pretioſâ indutus Dalmaticâ, dum generalia Regni Comitia proponit tribus illis brachiis, Eccleſiaſtico, Militari ſeu Nobilium, & Vniuerſitatum; & quando illa abſoluit, & perficit. Fuiſſe Dalmaticam veſtem propriam Diaconorum tantùm Romanorum, conſtat ex noſtro D. Gregorio Magno Papa, huius nominis primo, *lib.*7. *Regiſtri, epiſt.* 18. & 113. & alios illa vtentes, id ex priuilegio Summi Pontificis habere; ait ipſe Gregorius *epiſtola tertia eiuſdem libri.* Vſum etiam Dalmaticæ Diaconi obtinuerunt Romani ex S. Syluestri conceſſione, vti Gauantus ait *dicto num.*5. ex Damaſo.

51 Significat Dalmatica in ſenſu tropologico & morali immaculatam vitam. Gauant. *parte ſecunda, titul.* 1. *pagina* 99. ex Durando *in Rationali diuinorum Officiorum lib.* 4. *cap.* 11. Innocentius Papa *vbi proximè*: *Dalmatica verò* (inquit) *quæ fimbrias habet in latere ſiniſtro pendentes, & nullas in dextro, te reddit attentum, vt ſic per ſiniſtram, id eſt præſentem vitam, quæ ſuperfluitates habet, temporaliter tranſeas, quod ad dextra, quæ libera eſt, & vita æterna, peruenire valeas libertatem.* Similia dicit Albinus mox citandus. Significat etiam geminam charitatem, Dei ſcilicet, & hominis proximi, quam duæ lineæ antè, & retrò ſignificant. Gauant. *part.* 1. *titul.* 19. *pag* 67. & *parte ſecunda, titul.* 1. *pag.* 99. ex Amalario *de Eccleſiaſticis officiis lib.* 2. *cap.* 11. & Hugone Victorino *in Speculum Eccleſiaſt. cap.*6. Formam habet crucis, vt eâ indutus mundo ſit crucifixus. Gauant. *pag.* 67. ex Albino *in cap. Quid ſignificent veſtimenta.* Habet manicas largas, latas, & pertuſas, vt eâ indutus ſit liberalis erga pauperes. Gauant. *pag.* 67. ex Innocentio III. *lib.*1. *cap* 56. Lezana *tom.*1. *verbo Abbas, num.* 12. Dubal *dicto num.* 67. Tamburinus *loco citato*, dicens: Eius forma largitatem denotat, cùm largas, & extenſas habeat manicas. Vnde ſecundùm Apoſtolum oportet Epiſcopum non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem eſſe, 88. *diſt. can. conſequens*; quæ etiam Abbati adaptari debent. Non ergo manum habeat ad dandum collectam, & ad recipiendum porrectam; ſed iſtud efficere debet, quod per Prophetam ſuadetur: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam.*

In ſenſu anagogico ſignificat latam & largam Chriſti erga nos miſericordiam. Gauant. *pag.*97. ex Innocentio III. *lib.*1. *cap.*40. 52

Sectio VII.

De Chirothecis.

Breviarivm.

Chirothecæ.

Quæ & Manicæ, ornantur circulo aureo. numero 53.

Earum vſus ab Apoſtolis ſumpſit exordium. ibidem.

Significationes illarum in variis exponuntur ſenſibus. n.54. & ſeqq.

CHirothecæ, ab Ordine Romano *Manicæ* dictæ, quia manuum ſunt ornamenta, vti ex illo obſeruant Gauantus *pag.* 94. & Tamburinus *diſputat.* 20. *quaeſt.* 2. *num.* 10. debent eſſe contextæ, & circulo aureo inſigniter in extrema parte ornatæ, vti idem ait Tamburinus *num.* 13. Dubal *num.* 68. hæc addit: *Los guantes ſon inconſutiles, eſto es ſin coſturas: porque las obras del Pontifice deben eſtar concordes entreſi, y con la Fé*; illarum vſum, & ritum ab Apoſtolis deducunt duo iſti Doctores, ex Honorio Auguſtodinenſi *in Gemma, lib.*1.*de antiquo ritu, cap.*215. 53

In ſenſu tropologico ſignificant Chirothecæ exempla Sanctorum, quæ in manibus, id eſt operibus, demonſtrari debent. Hugo à S. Victore *in Speculum Eccleſiæ, capite* 6. Aſcanius Tamburinus *dicto numero* 10. Gauantus *pagina* 99. & Lezana *verbo Abbas, num.* 12. ex Durando *libro* 3. *capite* 12. Et quod opera ab omni inquinamento naturæ, & ſorde immunia ſint, ne modicum fermentum totam maſſam corrumpat. Hugo, Tamburinus, 54

&

Digitized by Google

& Dubal *dicto num.* 68. & Cœleſtinus in conſtitutione, quam expendimus. *Chirothecæ quippe* (ait) *quibus lineis nuda manuum induuntur, ipſas manus mundas, & ab omni ſorde immunes, ac nitidas eſſe requirunt.* Et oratio pro Chirothecis dicenda, dum Prælatus Pontificaliter paramentis induitur, de qua paulò inferiùs.

55 Aliam expoſitionem in eodem tropologico, & morali ſenſu tradit Gauantus ex Gemma *eodem cap.* 215. dicens: Manus tegunt, vt opus ſit in publico; intentio in occulto. Conſonat Tamburinus *dicto num.* 10. vbi ſic ait: Chirothecis etiam manus operit, vt neſciat ſiniſtra, quid faciat ipſius dextera, iuxta illud Domini elogium, *Matth.* 6. & Dubal *num.* 68. etiam conſonat, addens tamen illud D. Gregorij *homil.* 11. *in Euangelia. Sic autem ſit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, &c.* & addit: *Pero vnas vezes ſe cubren con los guantes las manos, otras vezes quedan deſnudas, porque las buenas obras, vnas vezes ſe occultan para euitar la vana gloria: y otras vezes ſe manifieſtan, para edificar y dar buen exemplo al proximo.*

56 In ſenſu anagogico ſignificant Chirothecæ ſimilitudinem carnis peccati in Chriſto Domino noſtro. Dubal *num.* 68. Gauantus *loco citato, pag.* 97. ex Innocentio Papa III. *lib.* 1. *cap.* 41. Quæ certè expoſitio commendatur in Oratione dicenda *ad Chirothecas*, dum Prælatus induitur pontificaliter. Huiuſmodi illa eſt: *Circunda Domine manus meas munditia noui hominis, qui de Cœlo deſcendit, vt quemadmodum Iacob dilectus tuus pelliculis hœdorum opertis manibus paternam benedictionem, oblato patri cibo, potuque gratiſſimo, impetrauit: ſic & oblatâ per manus noſtras ſalutari hoſtiâ, gratia tua benedictionem merear. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.* Commendat, inquam, in concluſione, ſicut in principio commendat primam expoſitionem tropologicam.

Sectio VIII.

De Pectorali.

BREVIARIVM.

Crux Pectoralis.

Quæ etiam Filacteria, & Encolpium dicitur, ſuffecta eſt lamina Summi Sacerdotis. num. 57.
Chriſti, & Martyrum paſſiones ſignificat. num. 58. 59.
Illam oſculatur Abbas imponendo, & deponendo, & quare. 58. 59.

57 Crux pectoralis, quæ à collo ſuſpenſa ante pectus pendet, à noſtro Gregorio Magno *lib.* 12. *Regiſtri, epiſt.* 7. *Philacteria, ſeu Filacteria* appellatur, eo quòd filo ſuſpendi ſoleret, vt notat Gauantus *in Theſauro, part.* 2. *tit.* 1. *pag.* 94. poſt Cardinalem Baronium *in Annal. Eccleſiaſticis, anno* 604. & 817. ex Ioanne Diacono. A Nicephoro Epiſcopo Conſtantinopolitano ad Leonem III. Papam ſcribente *Encolpium* vocatur, vti idem exponit Baronius *anno* 811. & benè quidem, quia vox *Elcopium*, prout Græca, ſignificat iuxta Ambroſium Calepinum, *quod è collo geſtatur in pectore.* Ab Innocentio III. ante omnes alios Crux pectoralis appellari cœpit, eo quod pectus ornet: de qua idem Pontifex *lib.* 1. *cap.* 53. dicit, ſuffectam eſſe laminæ Hebrææ, quâ Summus Sacerdos in lege veteri vtebatur. De quo Gauantus *dicto tit.* 1. *num.* 4. & 6. ac Dubal *num.* 64. *pag.* 253.

Crux pectoralis in ſenſu tropologico ſignificat paſſionem Chriſti, & Martyrum, vt memoriam eius recondat Pontifex in pectore ſuo. Gauantus *dicto num.* 6. *pag.* 99. ex Innocentio III. *cap.* 53. *citato*, & Aſcanius Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 20. *quæſito* 1. *num.* 11. dicens: Indutus Abbas omnibus ornamentis, aſſumit etiam Crucem, quæ à collo ſuſpenſa ante pectus pendet; & hoc ad ſignificandum quod ait Apoſtolus: *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Imponendo autem ſibi, & deponendo Crucem illam oſculatur, ad denotandum, quod Chriſti paſſionem, quæ per illam ſignificatur, credit, & confitetur, ad quam repræſentandam in Officio Miſſæ ſe parat, vt per Durandum *dicto lib.* 3. *Diuinorum Officiorum, cap.* 9 Hactenus Tamburinus. Conſonat Dubal *loco citato, num.* 64. 58

Dicta probat oratio appoſita in Miſſali Monaſtico Pauli Papæ V. pro Abbate pontificaliter celebraturo, inter alias dicenda dum pontificaliter induitur. Huiuſmodi illa eſt: *Munire digneris me Domine Ieſu Chriſte ab omnibus inſidiis inimicorum omnium ſigno ſanctiſſimæ Crucis tuæ; ac concedere digneris mihi indigno ſeruo tuo, vt ſicut hanc Crucem Sanctorum tuorum Reliquiis refertam ante pectus meum teneo; ſic ſemper memoriâ retineam & memoriam paſſionis, & Sanctorum victorias Martyrum.* 59

---

§. III.

BREVIARIVM.

Baculus.

Eſt maius ſignum dignitatis, & poteſtatis Paſtoralis. num. 68.
Per illum ſignificatur poteſtas ſacerdotalis à Chriſto Apoſtolis tradita. num. 69.
Quæ verba proferantur quando Epiſcopis & Abbatibus traditur in eorum conſecratione, & benedictione. num. 69.

Clauſulæ.

Nulli omnino hominum liceat, *quid importet.* num. 62.
Auſu temerario, *quid includat.* 64.
Quid clauſulæ, indignationem Omnipotentis Dei; & Indignationem Beatorum Petri, & Pauli; & Indignationem noſtram. *num.* 66. & 67.

Crux Pectoralis.

Cui alia Pontificalia maiora conceduntur, conceditur & Crux. num. 68.

Declaratio.

Nihil de nouo addit. num. 61.

Dictiones.

Decernimus, *iuxta ſubiectam materiam, inducit nouum ius, aut antiquum declarat.* num. 61.
Deliberationem animi iſtam proferemis dictionem, declarat. 61.
An includat præceptum dicta dictio, controuertitur. num. 61.
Dictio, infringere, *quid importet.* num. 63.
Dictio, præſumpſerit, *dolum denotat & temeritatem.* num. 65.

Epiſcopi.

Differunt à Religioſis, quia illi ſunt in perfectionis ſtatu; iſti verò ad perfectionem tendunt. n. 60.

Mitra.

Inter Pontificalia eſt maius ſignum honoris, & ornamenti. num. 68.

Pontificalia.

Conceduntur ornamenta Pontificalia, primò ad inſtruendos Prælatos, quibus debeant ornari virtutibus: ſecundò ad ornatum, & ſplendorem perſonarum, num. 60.

Priuilegia Pontificalia concedentia ſubſiſtunt hodie. num. 70.

Regula.

Cuilibet quod eſt plus licet, vtique licet quod eſt minus. num. 68.

Religioſi.

Ad ſtatum perfectionis tendunt. num. 60.

S. Scriptura.

Sæpe numerum ſingularem pro plurali vſurpat. num. 60,

Sacerdos.

Antiquæ legis Sacerdos, & eius veſtis præceſſerunt tanquam vmbra, & figura nouæ legis Sacerdotis. num. 60.

Sacrificia.

Antiquæ legis Sacrificia, tanquam vmbra ſacrificij legis nouæ præceſſerunt. num. 60.

60 HÆc pro expoſitione inſigniorum, & indumentorum Pontificalium dicta ſufficiant; pro praxi autem, & debito illorum vſu, vt cedant in Dei gloriam, exaltationem Eccleſiæ, & ſpiritualem ſalutem animarum illis vtentium, admonitio Cœleſtini, noſtræ Conſtitutionis conditoris, in fine illius dicentis: *Sic ergo his ornamentis vtaris, vt quæ ſignificant, ad gloriam Ieſu Chriſti, & exaltationem Eccleſiæ ſibi commiſſæ, atque ſalutem animæ tuæ, in operum exhibitione demonſtres*; præ oculis mentis à Prælatis haberi debet. Non enim ornamenta, & inſignia iſta ſolùm ad ornatum, & pompam, ac ſplendorem perſonæ; ſed vt inſtruatur potiùs, quibus virtutibus, & earum actibus ornari debeat, conceduntur. Et quidem ad vtrumque deſeruire debent finem; ſed principalior ſecundus iſte dignoſcitur. Et quid mirum, quod vterque hoc exigatur ordine in veſtibus Summi Sacerdotis legis Euangelicæ & gratiæ, ſi in Aaronis Summi Sacerdotis legis Moyſi exigebatur veſtibus? cùm iſtæ præceſſerint tanquam figura, & vmbra veſtimentorum Sacerdotum nouæ legis, ſicut & ipſi Sacerdotes, ac ſacrificia reſpectiuè præceſſerunt. Sed quid de illis dictum ſit, videamus, vt quid de iſtis dici debeat, inferre valeamus.

In capitulo igitur 28. Exodi verſiculus ſecundus ſub hoc legitur tenore. *Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo, in gloriam, & decorem.* Veſtem lego, ſed *veſtes*, legi debere, docent Montanus, Oleaſter, & alij, quos ſuppreſſis nominibus recenſet, & ſequitur Didacus del Caſtillo *de veſtibus Aaronis, in expoſitione litterali dicti verſiculi, num.* 1. Et id probat, quia ſæpe ſæpiùs ſacræ paginæ numerum ſingularem pro plurali vſurpant numero. Pro quo adducit Geneſin *cap.* 7. *num.* 7. Leuiticum *cap.* 20. *num.* 3. Exodum *cap.* 24. *num.* 19. & Iſaiam *cap.* 25. *n.* 10. Sanctam etiam lego, non ſolùm quia pro Dei ſeruitio, & pro eius cultu in Sacrificiis inſtitutæ ſunt, ſed quia qui illis vtuntur, *ſancti eſſe debent*, perfecti ſcilicet: vnde Dominus de Sacerdotibus dixit: *Sancti ſitis, quoniam ego ſanctus ſum.* Et in hoc differt Epiſcopi ſtatus à Religioſorum ſtatu, quia Religioſi ad ſtatum tendunt perfectionis; Epiſcopi autem in ipſo ſtatu perfectionis exiſtunt. Quocirca Gloſſa ordinaria *in dictum verſic.* 2. *cap.* 28. *Exodi*, ex venerabili noſtro Beda *lib.* 3. *de Tabernaculo, cap.* 3. ſic fatur: *Veſtes ſanctæ Aaron, quas illi Moyſes fecit, opera ſunt iuſtitiæ, & ſanctitatis, quæ Scriptura ſacra legis Rectoribus habenda commendat, quorum in Chriſto exempla imitanda oſtendunt.* Sic & Hugo Carenſis *in Pſalmum* 131. agens de Aaronis ornatu dixit: *Sapientiæ* 18. *dicitur, quod in veſte poderis, quam habebat Sacerdos, erat deſcriptus vniuerſus Orbis; quia omnes debent inuenire in vita Sacerdotum, quid valeant, & debeant imitari.*

Decernimus, inquit Cœleſtinus ad finem 61
huius conſtitutionis. In quo quidem verbo plura implicantur, plura continentur. In primis enim, quod aliquid de nouo induceat, patet ex Clementina *cauſa*, vnica *de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, ibi: *Licere decernimus, nedum petitorium, ſed & poſſeſſorium intentare.* Ex Clementina *ſi vna Eccleſia, verſ. Quod ſi Epiſcopus*, vbi Gloſſa *verb. decernimus, el* 2. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Ex capite *eos qui, el* 22. *de ſent. excommunicat.* iuncta Gloſſa *verb. decernimus*, dicente: *Non dicit, declaramus.* Quaſi diceret, *de nouo id ſtatuimus.* Declaratio enim nihil de nouo addit. Gloſſa *verb. de nouo, in cap. per tuas, el* 5. *de donationibus*, ibi: *Nihil nunc dat, ſed datum declarat.* Bruno Chaſſaing *de Priuilegiis Regularium tract.* 1. *cap.* 6. *propoſit.* 6. ego ipſe *tom.* 2. *Diſquiſition. Moralium & Canonicarum, diſquiſ.* 1. *dub.* 13. *num.* 142. quò loci addidi ex eodem Authore recenſente Rolandum à Valle *conſil.* 15. *num.* 27. *volum.* 30. Decium *conſ.* 8. *num.* 311. *lib.* 9. & Menochium *conſil.* 331. *n.* 100. eum qui declarat, naturam diſpoſitionis non mutare.

Et quod dictio, *Decernimus*, iuxta ſubiectam materiam induceat nouum ius, aut declaret antiquum, docet noſter Nicolaus Todeſchus, Panormitanus Abbas, *in cap. decernimus, num.* 20. *el* 2. *de iudiciis*, dicens: Sed ego dico, quod ad hæc verba (*decernimus*, ſcilicet, *ſtatuimus*) & ſimilia, quod debeamus primò inſpicere materiam ſubiectam; & ſi materia eſt noua, inducitur nouum ius; ſecus ſi materia eſt antiqua. Verba enim appropriantur ſecundùm ſubiectam materiam. Vide bonam Gloſſam *in Clement. vnica de conceſſione præbendæ, in verbo conſenſus*, & 11. *quæſt.* 3. *cap. Rogo*: & 1. *diſtinct. cap. Humanum genus*: & *de verborum ſignificatione, in Clementina exiui.* Hæc Abbas, cuius doctrinæ ſubſcribere videtur Aug. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 79. *num.* 2. poſt Decium *in dict. cap. decernimus, in fine* & Flamin. Pariſium *de confidentia beneficiali quæſt.* 58. *num.* 44. dicens, quod inducit nouum ius, & declarat antiquum, iuxta ſubiectam ſcilicet materiam.

Secundò includit dictio, *Decernimus*, deliberationem animi illam proferentis ab omni actu ſeparatam. Ita Barboſa *num.* 3. ex traditis per Menochium *de præſumptionibus lib.* 4. *præſumpt.* 99. *num.* 21.

An autem importet neceſſitatem, & præceptum

ceptum verbum, *Decernimus*, controuerſum eſt. Illam importare tenent apud Barboſam *ſub eodem num.* 3. Arcbidiaconos *in can.* 1 *num* 2. *diſt.* 76. & ibi Dominic. & Turtecremata *in fine*, Butrius *in cap. Nam concupiſcentiam, de Conſtitutionibus*, vbi Fclinus *num.* 8. *limitat.* 2. Imola *num.* 9. Decius *in lect. num.* 25. *in noua editione.* Ipſe verò Barboſa ſentit, verius eſſe dictum verbum eſſe commune, ac proinde nec præcepti, nec præcepto æquipollens. Allegat Panormitanum *in cap. Nam concupiſcentiam, num.* 4. *el* 4. *de Conſtitutionibus*, Armillam *in ſumma verb præceptum, num.* 7. Caſtrum *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 5. *documento* 4. Gutierrez *Canonicarum lib.* 1. *cap* 7 *num.* 25. & alios, quos recenſet, & ſequitur Thomas Sanchez *in Præcepta Decalogi lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 41. Abbatis verba, quæ ſequuntur, ſunt: Quod limita, vt dixi ſupra *eodem cap.* 1. Aut loquitur per verba communia, putà, *ſtatuo, decerno* vel quid ſimile: & tunc non obligat contrauenientem, ſaltem ad mortale: & eſt notabile dictum Thomæ *vbi ſuprà* (ſcilicet 2. 2. *quæſt.* 86. *artic. penultimo*) quod probat ratione. Nam ſicut non omnis contrauentio legis inducit mortem temporalem, ita non debet indocere mortem æternam. Hæc Abbas. Quamuis autem Cœleſtinus Papa non inducat mediante verbo *Decernimus*, præceptum obligans ſub culpa lethali violatores præſentis Conſtitutionis, certum eſt illud in clauſulis infligere ſequentibus, vt mox videbimus.

62 *Nulli omnino hominum liceat.* Per hanc clauſulam ſtatuit Papa, quod nullus, ſiue priuatus, ſiue in quacumque dignitate conſtitutus, etiam Vicarius Papæ, poteſt huic conſtitutioni contrauenire. Verba ſunt Laurentij de Peyrinis *tom.* 1. *Priuilegiorum. Regularium, ad Conſtitutionem* 1. *Iulij II.* § 43. *& finali, num.* 98. *pag. mihi* 74. & Auguſtini Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſula* 91. *num* 4. vbi reſoluit, infractores Conſtitutionis Apoſtolicæ hanc habentis clauſulam, pœnæ ſubiici arbitrariæ. Allegat Bellencin. *tract. de charitatiuo ſubſidio, quæſt.* 44. Martinum Laudenſ. *tract. de Priuilegiis, q.* 18. Reſtaur. *de Imperatore, quæſt.* 110. Menochium *de arbitrariis, caſu* 365. *num.* 5. *centur.* 4. Eraſmum à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part.* 4. *quæſt* 62. *num* 1. & Ioannem à Cochier *in ſchol. ad preces primarias Imperatoris, in fine.* Imò refert Baldum *in cap.* 1. §. *Porrò, num.* 6. *quæ ſit prima cauſa feudum amittendi*, ſentientem importare dictam clauſulam comminationem priuationis beneficiorum.

63 *Infringere.* Dictio iſta importat retractare, vel per malitioſam interpretationem infringere. Ita Peyrinus *dicto num.* 98.

64 *Auſu temerario.* Clauſula hæc importat etiam ſine dolo, ſed ex ſubtilitate contraïre, videlicet diſſimulando, audiendo allegationes, vel diſceptationes. Peyrinus *vbi proximè*, cum Cardinali Tuſcho *verbo Clauſula, concluſ.* 352.

65 *Præſumpſerit.* Dictio iſta dolum, & temeritatem deuotat. Ang. Barboſa *tract. de dictionibus. dict.* 278. cum pluribus, quos allegat, Doctoribus. Et ego ipſe *tom* 2. *Diſquiſition. Moral. & Canonic. diſq.* 1. *dub.* 13 *num.* 79.

66 *Indignationem Omnipotentis Dei.* Clauſula iſta denotat, quod contrafaciens peccat mortaliter; quia hoc eſt virtualiter obedientiæ præceptum in virtute Spiritus ſancti. Ita Anton. Naldus *in Summa, verbo pœna, num.* 12. *ex cap. vnico. de ſtatu Regular. lib.* 6. Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *de priuileg. ad Conſtitutionem* 2. *Sixti IV.* §. 4. *num.* 7. quem ſequitur Barboſa *dicta clauſ.* 91. *num.* 1. Aſcanius Tamburinus *tom.* 1. *de iure Abbatum. diſſ.* 18. *quæſtio* 6. *num.* 9. & Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Clauſula, num.* 34. Non tamen denotat excommunicationem (Eccleſiaſticam ſcilicet,) vti idem Lezana ex noſtro Gregorio Sayro, *in Theſauro, ſeu de cenſuris, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 16. Quod repetit ipſe Lezana *tomo* 3. *ſuper Mare Magnum Carmelitarum*, § 4. *num.* 13. & vtrobique docet, dictam clauſulam, non importare beneficiorum priuationem, ſed arbitrariam potiùs ad beneplacitum Papæ. Quod etiam docuerunt Tamburinus *vbi proximè, n.* 11. & Barboſa *clauſula* 91. ex Laudenſ. Bellencin. & vtroque Cochier *locis paulò ſuperiùs* ex ipſo Barboſa *recenſitis.* Ipſe tertiò Lezana *tom.* 2. *p.* 4. *verbo pœna, num.* 15. eadem repetit. Vnde dicti Doctores recedunt à Baldo *vbi ſuprà*, à Cardinale Tuſcho *verbo indignationis pœna, concluſ.* 91. Marcheſano *de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 422. *num.* 104. *in editione vltima*, & à Decio *in cap. prudentiam de officio Delegati*, docentibus dictam clauſulam pœnam priuationis beneficiorum importare.

Et Beatorum Petri, & Pauli Clauſula etiam iſta denotat contrafacientes peccare mortaliter, & pœnis ſubiacere arbitrariis. Barboſa *dicta clauſula* 91. *num.* 1. *&* 4. cum Doctoribus modò ab eo præcedente clauſula allegatis. Lezana *verbo clauſula, num.* 35. & *verb. pœna, num.* 16. & *tom.* 3. *ſuper Mare magnum Carmelitarum, n.* 13. qui ait eodem modo philoſophandum eſſe de iſta, ac de præcedenti clauſula. Eodem etiam modo philoſophatur Peyrinus *dicto* § 4. *num.* 8. de clauſula, *indignationem noſtram*, ac de dupliei præcedenti, ita vt obliget ad mortalem colpam, & contrafaciens priuari poſſit beneficiis Eccleſiaſticis in ſententia Felini *in cap. vemens, de præſcriptionibus, num.* 1. & Tuſchi *dicta concluſ.* 91. cum quo illam limitat in rebus magni momenti. 67

Vnum pro Coronide huius Commentarij aduertere operæ pretium duxi, quod licèt Cœleſtinus Papa in Conſtitutione iſta nullam de Cruce pectorali mentionem fecerit, dubio procul illius vſum Abbati S. Facundi in ea ſimul cum aliis Pontificalibus maioribus conceſſit. Quia *cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus, cap.* 53. *de regulis iuris, lib.* 6. & *l.* 188. *ff. eod. tit. Non debet cui plus licet, quod minus eſt, non licere.* Mitra autem inter Pontificalia inſignia maius ſignum eſt honoris, & ornamenti; & Baculus eſt maius ſignum dignitatis, & poteſtatis Paſtoralis. Geſtatur verò ad maiorem Prælati ornatum (ait Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputat.* 20. *quæſt.* 1. *num.* 5. de Mitra loquens) ad hoc vt Prælatus magis honoretur; nam ignorantes putant, quod ille, qui habet maiores ornatus, ſit maioris authoritatis, iuxta illud. 68

Hunc decorant homines, quem veſtimenta decorant.

De quo Gloſſa *in cap. Vt Apoſtolica, de priuilegiis in* 6.

Per Baculum verò Paſtoralem, vti idem 69
Tambu

Tamburinus *num. 1.* docet, poteſtas intelligitur Sacerdotalis, quæ à Chriſto Domino Apoſtolis fuit collata, quando eos ad prædicandum miſit, eis præcipiendo, vt baculos tollerent. Vnde Epiſcopo in conſecratione, ad Baculi traditionem ait Epiſcopus conſecrans: *Accipe Baculum Paſtoralis Officij, vt ſis in corrigendis vitiis piè ſæuiens, &c.* & in Ordine Romano: *Accipe Baculum Paſtoralis Officij, poteſtatem ligandi, atque ſoluendi vt ſis in corrigendis vitiis perſeuerans.* Et noſter Mellifluus Doctor D. Bernardus *ſerm. in Cœna Domini, de Baptiſmo, & de Sacram. Altaris, & de ablutione pedum* ſic ait: *Inueſtitur Canonicus per librum: Abbas per Baculum: Epiſcopus per Baculum & Annulum ſimul.* Et in Rituali antiquo Cœnobij S. Facundi, cuius meminit Yepes *en la Coronica General, tom. 3. centur. 3. anno de Chriſto 756. pag. 181.* ibi: *Entonces ponian en poſſeſſion al nueuo Abbad, entregandole el Baculo Paſtoral, en el Capitulo, con eſtas palabras: Accipe hunc Baculum; & cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Et infrà *fol.* 182. tempore conſecrationis, ſeu benedictionis Abbatis, tradendo ei Baculum Epiſcopus dicebat: *Accipe Baculum Paſtoralis Officij, vt ſis in corrigendis vitiis piè ſæuiens, iudicium ſine ira tenens; in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens; in tranquillitate ſeueritatis cenſuram non deſerens.*

70 Circa ſubſiſtentiam huius Cœleſtinæ conſtitutionis, & illius hodiernum illimitatum valorem, oriri poterat dubitandi ratio, ob varia S. Congregation. Decreta, quæ illam valde limitare videntur: ſed pro illius, & aliarum conſtitutionum idem importantium illibata permanentia, infrà Deo propitio, non debilibus ſtabo innixus fundamentis, maximè Conſt. 16. Alex. VII.

CONSTITVTIO II.

Cœleſtini Papæ III.

Pro Abbate Sancti Facundi, edita anno 1194.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

1. *Nulli perſonæ licet excommunicare, ſuſpendere, aut interdicere Monachum aliquem vbilibet habitantem, præter Romanum Pontificem, aut Legatum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis.*
2. *Tempore generalis interdicti terræ licet Monachis in ſuis Eccleſiis, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce Clericis, & familiæ ſuæ diuina Officia celebrare, & debita ſepulturæ peragere.*
3. *Nulli Epiſcopo, ſeu alteri perſonæ licet quemlibet Clericorum cuiuſcumque Eccleſiæ dicti Monaſterij, quacumque occaſione excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, niſi de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ.*
4. *Non ſoluant Monachi decimas de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus colunt, ſeu de nutrimentis ſuorum animalium.*
5. *Infra Parochias Eccleſiarum ad ipſum Monaſterium pertinentium, ſeu in damnum alicuius earum nullus abſque aſſenſu Abbatis poteſt Eccleſiam ædificare, & quod aliàs ædificatum fuerit, authoritate Apoſtolica in irritum reuocetur.*
6. *In Monachos (qui vbicumque morentur, ab Epiſcoporum ſubiectione omnino liberi ſunt, ac ſi in corpore Monaſterij morarentur) aut in Eccleſias exemptas, vel ipſarum Clericos nullus, præter Abbatem, vel de eius mandato, ſuſpenſionis, interdicti, ſeu excommunicationis ſententiam poteſt promulgare, aut ab Abbate in ſubditos promulgatam aliquatenus relaxare, & aliter factum, tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indultum, irritum ſit, nec ab aliquo obſeruetur.*
7. *Libertates, & immunitates Monaſterio, & eius Eccleſiæ conceſſæ, & hactenus obſeruatæ confirmantur.*

COELESTINVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Ioanni Abbati, & Conuentui Monaſterij SS. Facundi, & Primitiui, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QVātò Monaſterium veſtrum maiori præeminet ſanctitate, & in eo quotidie per regulares obſeruantias Omnipotenti Deo gratior hoſtia, & acceptabilior immolatur; tantò nos, qui aliquando in eo præſentialiter fuimus, & religionem loci oculis noſtris aſpeximus, libentiùs, & faciliùs inuitamur ad ea vobis per multa priuilegia, de fratrum conſilio concedenda, quibus decor veſtri Monaſterij augeatur, & vos, ac ſucceſſores veſtri à quorumlibet infeſtatione muniti, diuino poſſitis obſequio liberiùs, & expeditiùs inſudare. Quocirca dilecti filij in Domino veſtris iuſtis precibus annuentes, præſenti pagina ſtabilimus, vt non li-
ceat alicui omnino perſonæ, præter 1
Romanum Pontificem, aut Legatum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis, ad quam ſpecialiter pertinetis, in Monachos veſtros, vbilibet habitantes, excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti
ſententiam promulgare. Cum autem 2
generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis in Eccleſiis veſtris, excluſis

excommu

excommunicatis & interdictis, clauſis
ianuis,non pulſatis campanis, ſuppreſſa
voce, Clericis, & familiæ veſtræ diuina
Officia celebrare,& debita peragere ſe-
3 pulturæ. Prohibemus inſuper, ne lici-
tum ſit alicui Epiſcoporum,ſeu cuilibet
alij, quemlibet Clericorum veſtrorum
pro aliûs exceſſu ſententiâ excommu-
nicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti
notare, vel aliquem Eccleſiarum ve-
ſtrarum occaſione aliûs Eccleſiæ, vel
perſonæ interdicto ſupponere,niſi fortè
ſuper iis à Sede Apoſtolica mandatum
4 expreſſum contigerit emanare. Sanè
laborum veſtrorum, quos propriis ma-
nibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de
nutrimentis animalium veſtrorum nul-
lus à vobis decimas exigere, vel extor-
5 quere præſumat. Statuimus etiam, &
præſentium auctoritate vetamus, ne
infrà Parochias Eccleſiarum ad ipſum
Monaſterium Sancti Facundi pertinen-
tium, vel in damnum alicuius earum,
abſque Abbatis aſſenſu, aliquis Eccle-
ſiam ædificare præſumat, ſaluis tamen
priuilegiis, & indulgentiis Apoſtolicæ
Sedis: quod ſi contra hoc aliquis ædi-
ficare præſumpſerit, per Abbatem au-
ctoritate Apoſtolica in irritum reuoce-
6 tur. Adiicimus autem, vt ſi in Mona-
chos veſtros, quocumque loco veſtro
morantes, quos omnes ab Epiſcopo-
rum ſubiectione ita per omnia liberos
eſſe volumus, ac ſi in corpore Mo-
naſterij morarentur; aut in Eccleſias
exemptas, vel ipſarum Clericos ſuſpen-
ſionis, interdicti, ſeu excommunica-
tionis ſententiam quiſquam, præter
Abbatem veſtrum, ſeu alium de man-
dato ipſius, promulgare præſumpſerit,
aut à nobis in ſubditos veſtros cano-
nicè promulgatam aliquatenus rela-
xare: quod taliter factum fuerit, id
tanquam contra Sedis Apoſtolicæ in-
dulta prolatum nullam habeat firmita-
7 tem, nec ab aliquo obſeruetur. Ad vl-
timum quoque libertates, & immuni-
tates Monaſterio, & Eccleſiis veſtris
iuſtè conceſſas, hactenus obſeruatas,
præſenti pagina confirmamus. Decer-
nimus ergo, vt nulli omnino hominum
liceat hanc paginam noſtræ conſtitu-
tionis, prohibitionis, & confirmationis
infringere, vel ei auſu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare
præſumpſerit,indignationem Omnipo-
tentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli
Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſu-
rum. Datis Lateran. 2. idûs Iulij, Pon-
tificatus noſtri anno quarto.

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Clauſulæ.

Præter Romanum Pontificem, *&c. quid importent*. num. 3.
Vbilibet habitantes, *quid ſignificet*. num. 4.

Dictiones.

Stabilimus, *ſtatutum perpetuum importat*. num. 2.
Præter, *&* niſi, *exceptiuæ ſunt, & immediatè præcedentibus aduerſantur*. num. 3.

S. Facundi Cœnobium.

Illius obſeruantia Monaſtica canonizatur. num. 1.
Exemptum fuit, & Sedi Apoſtolicæ ſubiectum ab anno 1083. num. 5.
Ordinariam iuriſdictionem habuit ab anno 739. *plus, minùſve, in Eccleſiis, & populis ſuis*. n. 5.
Forma profeſſionis Abbatum illius, in eorum conſecratione fieri ſolita recenſetur. num. 5.

Priuilegia.

Sancti Facundi Cœnobio, & aliis noſtris fuerunt à Summis Pontificibus conceſſa priuilegia, vt liberiùs, & expeditiùs Deo vacare poſſimus. n. 1.

DVo in prœmio huius conſtitu- 1
tionis adnotanda veniunt. *Primum* eſt antiqua obſeruantia Regularis Cœnobij S. Facundi, quæ tanta fuit, & Cœleſtini Papæ oculis ita nota, & manifeſta, vt non dubitauerit illam canonizare, titulo ſanctitatis eam condecorando. *Secundum* eſt, iſtum Pontificem Abbati, & Conuentui tot gratias, & exemptiones conceſſiſſe, vt liberiùs, & expeditiùs poſſent Deo, cuius ſeruitio mancipati agnoſcebantur, vacare. Quem certè finem præ oculis habuerunt omnes alij Summi Eccleſiæ Præſules, qui multa Religioni noſtræ priuilegia conceſſerunt.

Stabilimus. Dictio iſta denotat Cœleſtinum 2
hanc condere conſtitutionem tanquam ſtatutum perpetuum. Verbum enim *ſtabilio*, Ambroſio Calepino teſte, idem importat, quod *ſtabilem facio*.

Præter Romanum Pontificem, aut Legatum Car- 3
dinalem. Per clauſulas iſtas ita exempti remanſerunt Abbas & Monachi S. Facundi, vt per neminem alium cenſuris Eccleſiaſticis innodari poſſent, non ſolùm intra Cœnobij ſui clauſtra, ſed extra illa vbilibet habitantes, quàm per Papam, & Cardinalem Legatum. Dictio enim *præter*, eandem vim habet, ac dictio *niſi*, vti ait Auguſtin. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 279. *num.* 4. Dictio autem *niſi*, exceptiua eſt, & antecedenti, cui immediatè additur, aduerſatur. Idem Barboſa *dict.* 217. *num.* 1. cum pluribus, quos recenſent, & ſequutus fui *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonic. tom.* 1. *tract.* 2. *diſq.* 2. *num.* 7. *pag.* 66. Cùm autem in præſenti conſtitutione, dictionem *præter* immediatè præceſſerit excluſio cuiuſlibet perſonæ, *non liceat alicui omnino perſonæ*; huic clauſulæ omnino aduerſabitur ſubſequens, *præter Romanum Pontificem*, &c.

4 *Vbilibet habitantes.* Per hanc clauſulam demonſtratur, exemptionem in hac indulta conſtitutione, abſolutam, & illimitatam eſſe, & non circunſcriptam certo, & determinato loco. De eius vi, & efficacia infrà redibit ſermo, ad conſtitutionem Eugenij Papæ Quarti, *Etſi ex debito*, ſi Deus dederit, vt de illa agam.

5 *Specialiter pertinens.* Per hanc Papæ enuntiationem demonſtratur antiquiſſima exemptio Cœnobij S. Facundi, & illius immediata ad Sedem Apoſtolicam ſubiectio. Et quamvis antecedenter ad præſentis conſtitutionis editionem talibus exemptione, & ſubiectione non gauderet, certum eſt illis gaudere debuiſſe à tempore, quo illa condita fuit. Abbas *in cap. recepimus. num. 2. el 8. de priuilegiis.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 15 quæſt. 5. à num. 6.* Certum nihilominus eſt, quod noſter S. Gregorius VII. hoc Cœnobium ſub ſua protectione ſuſceperit, & declarauerit exemptum, & immediatum Sedi Apoſtolicæ, anno 1083. & ſui Pontificatus 12. in Bulla, quam Yepes recenſet *in tom. 3. centur. 3. anno Domini 71*[illegible]. Et quod in Rituali antiquo huius Cœnobij, cuius meminit ipſe Yepes, *fol.* 181. habeatur hæc forma profeſſionis, quam Abbates huius Cœnobij tempore ſuarum conſecrationum faciebant: *Ego Ioannes nunc ordinandus Abbas Monachorum ad titulum SS. Facundi, & Primitiui, obedientiam, & ſubiectionem, & reuerentiam ſecundùm præceptum ſanctorum Canonum, tibi Patri Paulo Apoſtolico, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſucceſſoribuſque tuis Apoſtolicis, perpetuò me exhibiturum promitto, & propria manu confirmo.* Imò à tempore Alphonſi Magni Legionis Regis, qui regnauit ab anno Domini 739. vſque ad annum 757. in quo è viuis deceſſit, vti tradunt Mariana, & Zepeda, Abbas S. Facundi in omnibus Monaſteriis, Eccleſiis, ac Populis ad Abbatiam ſuam pertinentibus plenam habuit iuriſdictionem, teſte eodem Yepes *loco citato.*

---

§. II.

BREVIARIVM.

Cenſura.

Si particularibus concedatur, vt à nemine poſſint excommunicari, interdici, aut ſuſpendi, poterunt ab Ordinario ſuo cenſuris innodari, ſi Rex, Regina, aut eorum filij non ſint; ſecus ſi Ordini, Monaſterio, aut Religioſo loco concedatur. n. 6.

Fallit, ſi particularibus vbilibet habitantibus concedatur. num. 8.

Dictiones.

Dictio vniuerſalis apta eſt comprehendere omnia loca vniuerſaliter. num. 8.

Dictiones vbicumque, vbilibet, & vbique, *vniuerſales ſunt.* num. 8.

Quid illæ importent. num. 10.

Priuilegia.

Per nulla iura poſteriora reuocantur, niſi in ipſis caueatur. num. 8.

Vniuerſalitas.

Dictionis vniuerſalitas tunc limitatur, quando profertur in materia per iura iam reſtricta priora. num. 10.

Excommunicationis, &c. Notat ad hoc Peyrinus *de priuilegiis Regular. tom. 3. in additamentis circa Conſtitutiones Iulij II. cap. 3. n. 18.* quod ſi alicui perſonæ particulari concedatur, quod à nullo excommunicari, ſuſpendi, vel interdici poſſit, ſub iſta prohibitione non includuntur iudices ordinarij; atque ita (inquit) ſi Generalis concedat alicui Religioſo, quod à nullo queat excommunicari, hic poterit à ſuo Prouinciali, & Correctore, qui ſunt illius Iudices ordinarij, excommunicari. Ita habetur expreſsè *in cap. ne aliqui, de priuilegiis in 6.* Secus tamen eſt, ſi tale priuilegium ſit conceſſum alicui Religioni, vel loco religioſo. Ita ibidem. Hæc Peyrinus, cuius doctrina expreſſiſſimè canonizatur à Clemente Papa IV. *in dicto cap. Ne aliqui, el 5. dicti tituli, & libri*, in cuius epigraphe ait ſic Ioannes Andreas. *Priuilegium Papæ, quod quis excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſit, non extenditur ad ſententias Ordinariorum, niſi tale priuilegium ſit conceſſum Regibus, Reginis, vel ipſorum filiis, vel religioſo loco, vel Ordini.* Et in Gloſſa *verb. ratione*, & *in caſus formatione*, vbi ſic lego: *Et iſta ſunt vera, quando Priuilegium tale fuit conceſſum certæ perſonæ particulari, ſecus ſi eſſet conceſſum alicui Ordini, vel loco Religioſo, putà tali Monaſterio; tunc enim Religioſi illius Monaſterij non poſſunt excommunicari, ſuſpendi, aut interdici à quocumque Iudice, etiam ab Ordinario: ſed perſonæ particulares poſſunt, niſi eſſent Reges, vel Reginæ, vel eorum filij.* Conſonat Aug. Barboſa *in dictum cap. ne aliqui, à num.* 1. cum pluribus, quos recenſet, & *in num.* 3. præiacta concluſione de eo, quod priuilegium conceſſum ad hoc vt quis excommunicari non poſſit, &c. non intelligatur de ſententiis latis ab Ordinario; & quod illo non obſtante, Ordinarius illum poſſit excommunicare, ſic ampliat concluſionem. Amplia etiamſi eſſent perſonæ religioſæ, quibus ratione, ſeu intuitu perſonæ huiuſmodi perſonale priuilegium conceſſum eſt, vt per Gloſſam *hic verbo ratione*, Eraſmum à Cochier *dicta quæſt. 14. (de iuriſdictione ſcilicet Ordinarij in exemptos, part. 4.) n. 18. verſ. Quod ampliatur:* ſecus verò, ſi priuilegium conceſſum eſſet ratione loci Religioſi, v. g. Monaſterij, aut Ordinis, ſecundùm Henriq. *lib. 7. cap.* 24. §. 1. & *lib. 13. cap.* 24. §. 1. quale priuilegium conceſſum eſſe Societati Ieſu, Prædicatoribus, Minoribus, & Benedictinis, teſtatur Sayrus *dicto num.* 8 (*de cenſuris ſcilicet lib. 5. cap.* 10.) Hæc Barboſa. 6

Nec obſtant cōceſſioni factæ per Cœleſtinum III. Monachis Sancti Facundi in præſenti cōſtitutione, textus *in cap. quoniam, el 21. de priuilegiis*, vbi de priuilegio conceſſo Monaſterio vt nullus Epiſcopus Monachos illius excōmunicare poſſet, ſic ait: *Credimus quod non obſtante illo capitulo priuilegij.... Epiſcopus poſſit interdicere prædictam Eccleſiam, & excommunicare Monachū, vel Clericum veſtrum ad eius regimen deputatum, cùm alterutrum de iure fuerit faciendum*; quoniam illud capitulum eſſe intelligendum videtur de Monachis, aut Clericis in ipſo Monaſterio permanentibus, vel ad Eccleſias deſtinatis, vtroque iure ſubiectas. Et textus *in cap. volentes, §. in eos autem, el 1. eodem titulo in 6.* vbi idem ferè decernitur de Monachis ſimile priuilegium habentibus, deſtinatis ad Prioratus Monaſteriorum ſuorum, Ordinariis ſubiectos, vt eorum regimen gerant, 7

vel

vel in eis reſideant. De quibus vtrobique Gloſſa, & Aug. Barboſa.

8 Non, inquam, obſtant: tum quia interpretatio iſtorum iurium locum habere non poteſt in noſtræ Conſtitutionis priuilegio, cùm exemptionem Monachis S. Facundi concedat, *vbilibet* habitantibus. Dictio autem *vbilibet*, ita vniuerſalis eſt, ac dictiones *vbicumque*, & *vbique*: & dictio vniuerſalis, apta eſt comprehendere omnia loca vniuerſaliter, vti docet dictus Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 413. *num.* 1. *ex cap. Ad honorem, de authoritate, & vſu Pallij*, & *ex l. vbicumque, ff. de interrogatoriis actionibus*. Et Ambroſius Calepinus *in Dictionario* ſic ait: *Vbicumque, quocumque in loco, & Hiſpanè Dondequiera que; & vbique, omni in loco: Hiſpanè, en todo lugar.* & Barboſa *num.* 2 ait: Dictio *vbique*, accipitur pro quocunque loco, vt *in l.* 1. *verſ. vbique, ff. ſoluto matrimonio, princip. Inſtitut. de vſucapione*. Et notat Octauianus Vulpell. *de præpoſitionum & aduerbiorum ſignificationibus, ſub dictione Vbi, verſic. Vbique, pag.* 126. & Solorzanus *de iure Indiarum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 16. & 17. Tum etiam quia Decretalis *Quoniam*, præfata edita eſt ab Innocentio III. & Decretalis *Volentes*, ab Innocentio IV. Cœleſtini III. ſucceſſoribus, & neuter illius Conſtitutioni, ac conceſſioni derogat. Priuilegia autem per iura nulla tempore poſteriora reuocantur, etiam in Concilio Generali condita, niſi in ipſis caueatur.

9 Sed dices cum Barboſa *vbi proximè, num.* 1. cum Cardinali Tuſcho *Practicar. concluſionum tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 391. *num.* 4. & Geminiano *conſil.* 92. *num.* 2. *verſic. Quia ad hoc reſpondetur*, quos allegat, dictionum prædictarum vniuerſalitatem limitari debere, quando illarum aliqua profertur in materia, quæ per alia iura eſt reſtricta ad quædam loca; quia tunc dictio illa ſolùm importat loca illa per alia iura reſtricta.

10 Reſpondeo tamen, doctrinam iſtam ad ſummum locum habere ſolùm, quando facta iam reſtrictione, dictio huiuſmodi profertur; quia tunc cenſetur proferens ſe conformare reſtrictioni iam factæ: cùm autem in noſtro caſu priùs Cœleſtinus protulerit dictionem *vbilibet*, quàm Innocentij loca reſtringerent, iſtorum reſtrictio illius conceſſioni obeſſe non poteſt, cùm illi non deroget. Nec iſti Pontifices verè reſtringunt, vt ſupponitur in obiectione; cùm in Decretalibus ſuis abſolutè loquantur, nulla ex prædictis dictionibus vniuerſalibus receſſita.

§. III.

BREVIARIVM.

Interdictum.

Quid, & quotuplex ſit, oſtenditur. num. 11.
Conceſſio facta Monachis S. Facundi tempore interdicti Generalis localis. num. 21.
Illa vti poſſunt extra Cœnobium in Eccleſiis ad eos ſpectantibus. num. 12. & 16.

Verba.

Intelligenda ſunt veluti teſtimonia mentis illa proferentis. num. 12.
Interpretanda ſunt ſecundùm propriam ſignificationem, etiamſi agatur de præiudicio tertij, & ab illa non eſt recedendum. num. 13.
Sunt intelligenda ſecundùm communem vſum loquendi num. 14.
Debent intelligi cum effectu. n. 14. *& debent aliquid operari.* n. 15. *& non eſſe ſuperflua.* ibid.
Quæ clara ſunt, non admittunt interpretationẽ. n. 15.
Non præſumitur. quempiam dicere, quod priùs non cogitauerit. num. 12.

Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, &c. Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica à iure, vel ab homine prolata, quâ fideles ſeparantur, ſeu prohibentur à Sacramentis non neceſſariis, ab omnibus diuinis Officiis, & à Sepultura, quatenus illa rerum ſpiritualium quandam participationem habẽt. Buſembaum *in Medulla Theologiæ, lib.* 7. *cap.* 4. *dub.* 1. Coninch. *de cenſuris diſp.* 17. *dub.* 1. *n.* 1. Fabius Incarnatus *in ſcrutinio Sacerdotali, part.* 1. *tract.* 12. ego ipſe *tom.* 2. *Diſquiſition. Moral. & Canonic. diſq.* 4. §. 1. *n.* 12. *Generale*, addit Pontifex Cœleſtinus, quia interdictũ diuiditur in generale, & in particulare, ſeu ſpeciale. *Terræ* etiam addit, quia diuiditur *in perſonale, & locale*, ſeu *terræ*. Interdictum igitur generale locale, de quo in præſenti conceſſione, eſt quando integrum Regnum, Prouincia, Ciuitas, Villa, Pagus, aut Parochia interdicto ſupponitur. Conineh *n.* 3. cum Nauarro *in Manuali*, Incarnatus Buſembaum, & ego *locis redditis*. 11

Addit etiam, *in Eccleſiis veſtris*: per quam certè clauſulam denotat poſſe Abbatem, & Monachos S. Facundi priuilegiarios hac vti conceſſione, non ſolùm in Eccleſia intra ſui Cœnobij ſepta ſita, ſed etiam in omnibus aliis Eccleſiis ad ipſos pertinentibus. Verba enim ſunt intelligenda, prout ſigna, & teſtimonia mentis illa proferẽtis ſunt, & animum demonſtrantia voluntatis. Aug. Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 222. *ex l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſupellectili legata, l. ſcire, ff. de Tutoribus, & Curatoribus, l.* 1. §. *Diuus, ff. ad leg. Corneliam de ſicariis.* Gloſſa Magiſtralis *verb. Animus, in l. Fulcinius, §. Quid ſit lectuare. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, l. reprehendende, Cod. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, l. generaliter, in l. notabili, Cod. de non numerata pecunia*; & ex pluribus, quos recenſet Doctoribus. Nec præſumendum eſt (addit) quempiam dicere, quod non priùs cogitauerit. Menoehius *de Præſumptionibus lib.* 1. *præſumpt.* 22. *num.* 1. & 2. 12

Et interpretãda ſunt ac intelligenda ſecundùm propriam ſignificationem, à qua recedendũ non eſt. Idẽ Barboſa *n.* 4. *ex l. non aliter ff. de legatis* 3. Craueta *conſil.* 10. *n* 9. *conſ.* 105. *n.* 2. *conſ.* 149. *n.* 7. *conſ.* 227. *n.* 11. *& ſeqq.* & *conſil.* 239. *n.* 3. & 4. Pariſio *conſil.* 22. *n.* 6. *lib.* 4. ampliante etiamſi agatur de præiudicio tertij, Decio *conſil.* 113. *n.* 6. Surdo *conſil.* 140. *à n.* 63. & *conſil.* 288. *n.* 27. Deciano *conſ* 17 *n.* 45 *lib.* 1. & *conſ.* 30. *n.* 22. *lib.* 3. Sot. *reg.* 8. Brunore à Sole *in locis communibus, verb verba, n.* 1. *fol. mihi* 202. Vnde prouenit, quod vulgò dicitur, verba debere intelligi, quatenus eorũ propria ſignificatio patitur. Ipſe Barboſa *ex l. cùm lege, ff. de Teſtamentis, l.* 1. §. *Quod autem, ff. de aleatoribus: cap. ad audientiam,* 12 *de decimis*. Cardinale Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatũ lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 35. ex alio Barboſa *in l. quia talo, n.* 37. *ff ſoluto matrimonio*, & ex Rota *deciſ.* 352. *n.* 1. apud Farinaceium *part.* 1. *recentiorum*. 13

Et ſecundùm cõmunẽ vſũ loquendi verba intelligi debere docet Aug. Barboſa *n* 7 *ex l. librorũ*, 14

vbi Bartolos §. *quod tamen*, *ff. de legatis* 3. *l. Labeo*, *ff. de ſupellectile legata*, *l. cùm autem*, *Cod. de donationibus ante nuptias*; Cardinale Mantica *de coniecturis vltim. volum. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. Surdo *conſil.* 313. *num.* 87. & *conſ.* 454. *num.* 15. Anton. Souſa *in Bullam Cœnæ*, *cap.* 2. *num.* 4. *cap.* 6. *diſputat.* 39. *num.* 3. & *cap.* 7. *num.* 5. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancell. gloſſa* 11. *n.* 68. *gloſſa* 13. *num.* 62. cum Ioanne Antonio Mangil. *tractatu de imput. quæſt.* 57 *num.* 13. Verba etiam intelligi debent cum effectu. Barboſa *eodem axiomate*, *num.* 10. *ex l.* 1. §. *Hæc verba*, *ff. Quod quiſque iuris*. *l. penult.* §. *Docere*, *ff. ne quis eum*, *l. quoties*, *ff. qui ſatiſdare cogantur*, *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudicata*, *l. ſi Barzamorem*, *Cod. de fideiuſſoribus*, *cap. qualiter*, vbi gloſſa vltima, *de pactis*. *cap. relatum*, *de Clerico non reſidente*, *cap. ſi à Iudice*, *de appellationibus*, *lib.* 6. Vgolino *de officio Epiſc. cap.* 36. §. 1. *num.* 2. Souſa *vbi proximè*, *cap.* 4. *diſput.* 26. *num.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. & *cap.* 12. *diſp.* 63. *num.* 2. & ex pluribus aliis.

15 Debentque verba aliquid operari, & non debent eſſe ſuperflua. Barboſa *num.* 11. *ex leg.* 3. *in princ. ff. de iureiurando*, *l. ſi quando* 109. *de legatis* 1. *l. fin ff. Ne quid in loco publico*, *cap. ſi Papa*, *in fine*, *de priuilegiis lib.* 6. *cap. ſi à Iudice*, *de appellationibus*, *eodem libro*, & ex quampluribus Doctoribus, quos pro more ſuo allegat. Verba tandem clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam. Barboſa *num.* 32. *ex l. licèt Imperator*, *ff de legatis* 1. Socino *conſil.* 13. *num.* 39. *lib.* 1. Rolando à Valle *conſil.* 79. *num.* 55. *lib.* 3. Cardinale Tuſcho *tom.* 8. *litt. V. concluſ.* 108. & Cardinale Seraphino *deciſ.* 762. *num.* 1. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 29. *Octobris* 1621. *coram Coccino*, cum Caſtro *in l. heredes*, §. *ſi quid*, *num* 4 *in fine*, *ff. de teſtamentis*, & *conſil.* 22. *colum. fin. verſic. Præterea dicta declarationi*, *lib.* 1. Decio *conſil.* 114. *num.* 5. *verſic. Et dicit hoc procedere*. Ego ipſe *in Diſquiſit. Moralib. & Canonicis tom.* 1. *tract.* 5. *diſq.* 5. *num.* 4. & *tract.* 7. *diſq* 6. *ſect.* 1. *dub.* 7. *num.* 4.

16 Ex quibus omnibus apparet, verba *in Eccleſiis veſtris* in Cœleſtina appoſita conſtitutione, intelligi debere, non de Eccleſia ſolùm S. Facundi, ſed de aliis etiam ab ea dependentibus. Si enim aliud Summus ille Pontifex voluiſſet, expreſſiſſet dicendo, *in Eccleſia veſtra*. Et præſumi non poteſt, quod dixerit quod priùs non benè cogitauerit. Præterquam quod verba, quibus vſus fuit, ſecundùm propriam ſignificationem intelligi nequeunt de vna tantùm Eccleſia: & verba, *in Eccleſiis veſtris*, ſecundùm communem vſum loquendi accipi, ac intelligi debent. Et ſi verba accipi debent cum effectu, maximè verba à Summo prolata Principe. Et ſi verba item aliquid debent operari, quare id denegandum verbis à Summo, vt præmiſimus, mundi vice Dei Principe? quæ tandem ita clara exiſtunt, vt nullam admittant interpretationem, nec voluntatis coniecturam. Poterunt ergo Sancti Facundi Monachi, tam intra, quàm extra clauſtra in ſuis Eccleſiis, facultate illis facta, pro tempore generalis interdicti localis vti.

---

§. IV.

BREVIARIUM.

Confeſſarius.

Illius approbatio à proprio, non à pœnitentis Ordinario fieri debet. num. 11.

Confeſſio.

Familiares Religioſorum confiteri poſſunt Prælato Monaſterij, & Confeſſariis ab eo ſolùm approbatis. num. 21.

Religioſi tempore Iubilei confiteri poſſunt approbatis ab Ordinario. num. 21.

Euchariſtia.

In Paſchate, & in mortis articulo miniſtrari poteſt à Regularibus ſuis familiaribus. num. 21.

Familiares.

Qui familiares dicantur, & ſint, num. 17. & 18.

Quis Familiaris Epiſcopi ſit, vt ab eo ordinari queat. num. 17. & 20.

Quis familiaris dicatur Regularium, vt exemptus ſit quoad confeſſiones, Euchariſtiam, excommunicationes, &c. ab Epiſcopi, & Parochi iuriſdictione, à num. 18. ad 22.

Ordo.

Vide *Familiares*.

F*Amiliæ*. Notatur ad hoc, quod de familia, ſeu familiares dicuntur, qui exiſtunt in alicuius ſeruitio. Abbas *in cap. cum dilectus*, *n.* 2. *et* 14. *de Clericis non reſidentibus*: imò & habitantes in eadem domo. Idem Abbas ibi, Ioannes Caramuel *in Theologia Fundament. n.* 947. Ang. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi part.* 2. *allegat.* 5. *num.* 6. quoad effectum, vt Epiſcopus poſſit *familiarem* ſuum ordinare, docet illum *familiarem* cenſeri, qui cum Epiſcopo ipſo fuerit commoratus, & præſens inſeruierit; non tamen qui abeſt, eſtò ſumptibus vixerit Epiſcopi. Plures allegat Doctores, de quorum numero eſt Quaranta *in ſumma Bullarum*, *verb. Ordo*, *verſic. limita in eo*, *pag. mihi* 485. vbi ait: Quod primò intellige in illis familiaribus procedere, & locum habere, *qui cum Epiſcopo commorantur*, *ideſt præſentes ſuis obſequiis aſſiſtunt*; *alioquin ſecus*, *ſi abſentes fuerint in regione remota*, *etiamſi ipſius ſumptibus viuant*. Idem Barboſa ibidem *num.* 2. ait: *Familiarium* nomine intelligi debent illi, qui Dominicæ poteſtati ſubiiciuntur, & expenſis Epiſcopi continuò aluntur, indeque commenſales dicuntur. Allegat textum *in cap. final. de verborum ſignificatione*, *lib.* 6. Rotam *part.* 2. *diuerſor. deciſ.* 303. *num.* 1. Maſcardum *de probationibus concluſ.* 755. Tuſchum *tom.* 3. *Practicar. concluſion. litt. F. concl.* 71. Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ*, *gloſſa* 31. *num.* 16. & *ſeqq.* Chriſtophorum de Paz *ad leges ſtyli*, *l.* 32. *num.* 26. *cum ſeqq* Marcum Antonium *var. iur. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 75. 17

18 Iſte vltimus modus explicandi dictionem *Familiaris*, magis placet, pro quo adeſt Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regularium tom.* 1. *ad conſtitutionem* 1. *Iulij II.* §. 15. *num.* 15. in ſequentia prorumpens: Noto 5. quod Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 11. nomine *Familiarium* intelligit, qui actu ſeruiunt Religioſis, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt.

Vnde

Vnde duas conditiones in his requirit, vt ad hunc effectum (exemptiones ſcilicet ab Epiſcoporum iuriſdictione, quoad confeſſiones, excommunicationes, &c. de quibus in præcedentibus diſſeruerat numeris) cenſeantur familiares. *Vna*, vt intra ſepta, ac domos Religionum habitent. *Altera*, vt actu ſeruiant, & ſub obedientia Religionis viuant; non ſub obedientia ratione voti, quia ſic non eſſent familiares, ſed Fratres; ſed ſub obedientia ratione muneris ſeruiendi, cui conſequens eſt, vt obedire debeant, vt benè Suarez *tom.4.de Religione, tr.3. lib.9.cap.4.n.11.*

19 An autem vtraque conditio requiratur coniunctim, an verò quælibet earum diuiſim per ſe ſufficiat, diſſerunt iſti duo Doctores. Suarez reſoluit *num.15.* quod licèt tutius ſit, ambas requiri; nihilominos rigore priuilegiorum attento, non eſſe neceſſarium ambas requiri, eo quòd ad conſtituendum aliquem *familiarem*, ſolùm requiritur, quod in obſequio maneat Religioſorum; quod optimè eſſe poteſt abſque habitatione intra Monaſterij ſepta. Peyrinus autem ſentit, quod vtraque coniunctim requiratur conditio, ad hoc vt *familiares* dictis poſſint priuilegiis vti. Motus fuit ad ſic ſentiendum ob declarationem à Congregatione Sacra 14. Auguſti, de anno 1568. ſub tenore factam ſequenti, videlicet.

Prælati Regulares, ſeu alij Religioſi Confeſſores non poſſunt audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum Monaſteriis, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi; ſecus tamen, ſi illi ſæculares ſunt verè de familia, & continui commenſales.

Hæc declaratio. Interpretatio autem illius per Peyrinum facta, quæ ſequitur, eſt: Per primos enim (inquit) *familiares* intelligo, eos artiſtas, qui inſeruiunt Monaſteriis, ſed non viuunt in eis, neque dormiunt; vt ſectores, tonſores, &c. qui largè dicuntur *familiares*, ſecundùm Rodriquez *tom. 2. qq. Regular. q. 67. art.1. verſ. Qui autem dicuntur*. Per ſecundos intelligo eos, qui ordinariè viuunt in Monaſteriis, comedunt, bibunt, & dormiunt in eis, vt habet Rodriquez *loco citato*, & à Sorbo *verbo interdictum tertiè, §. 5. verſ. Et notandum, pag.388.* & habetur *in cap.finali de verborum ſignificatione, in 6.*

20 Hanc eandem doctrinam tenuit Ioan. Bapt. Lezana *in Summa quæſt. Regular. tom. 1. part. 2. cap.16.* qui *num.1.* in ſequentia prorumpit. *Familiares*, ſeu ſeruitores Regularium in præſenti appellantur illi, qui ipſis inſeruiunt, & cum illis cohabitant, ita vt ſint quaſi ipſorum commenſales. Ita enim colligitur *ex cap. vltimo de verborum ſignificatione, in 6.* Rota Rom. *diuerſor. part. 2. deciſ.303. num 2.* Suarez *tom.4. de Relig. tract.10 lib.9. cap.4. num.14* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 5. num.1.* Non tamen videtur ſimpliciter neceſſariũ vt aliquis familiaris cenſeatur, quod propter ſtipendium, vel mercedem inſeruiat. Nam ſi aliquis gratis ſeruire velit Monaſterio, *familiaris* vtique erit. Felinus *cap. in litteris*, Suarez *vt ſuprà*. Requiri tamen videtur ad *familiaris* rationem in præſenti, quod continuò, vel quaſi continuò in Regularium domibus cohabitet; quia aliàs non vocabitur de familia, ac per conſequens nec *familiaris*, prout in ſimili de *familiari* Epiſcopi loquuntur Bonacina *de Sacramentis diſput.8.quæſt. vnica, punct.4. num.18.* Barboſa *vt ſuprà, num.6.* Sed ægrotus, & qui pro aliquo tempore ad propria negotia, vel Monaſterij pertractanda abſens eſt, familiaris nomen non perdit. Gloſſa *in cap. vlt. de verbor. ſignificat. in 6.* & Suarez *vt ſuprà*. Hactenus Mag. Lezana, qui in ſequentibus numeris varia recenſet priuilegia Regularibus in ordine ad ſuos familiares à Sede Apoſtolica conceſſa; & poſtmodùm, quænam ex illis, & quomodo reuocata ſunt, exponit.

Dictis Doctoribus addo Ioannem Ægidium Trullench *tom. 3. tract. de offic. Parochi, cap 9. dub. 1. num. 5.* quem recenſui, & fui ſequutus *tom.2. Diſquiſit. Moral. & Canonic. diſq.4. dub.6. num. 2. & 3.* dum dixi Religioſos, à ſuis Prælatis tantùm approbatos, poſſe audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de eorum *familia*, & continui commenſales. Quod etiam docet Peyrinus *vbi ſuprà, num. 12.* cum Cruce *lib. 2. de ſtatu Religioſ. cap.6. dub. 1. concluſ.1.* Et allegat Clementinam *Religioſi, §. ſanè, de priuilegiis*, vbi *familiares* excluduntur. Et addit Concilium Tridentinum nihil innouaſſe, ſed ius antiquum explicaſſe, vt ait Nauarrus *in commentario 2. de Regularibus, num.14. verſ. Ad quartum.* Allegat etiam conſtitutionem Leonis X. incipit, *In qua:* Nonis Iulij 1513. ad fauorem Minimorum editam, 4. apud eundem Peyrinum, in qua §. 3. illis concedit, quod *famulis* inſeruientibus in eorum Monaſteriis in habitu ſæculari, poſſint quoties opus fuerit, etiam Paſchatis tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & Eccleſiis Euchariſtiam miniſtrare, *confeſſiones* nouo concedant, ne ſuperfluè ponantur. Ergo ita debent intelligi, quod poſſint eorum audi- *audire*, &c. Quæ vltima verba, vt benè ipſe aduertit, ita debent explicari, vt aliquid de re confeſſiones à Prælatis tantùm Monaſteriorum approbati. Nam de approbatis ab Ordinario non erat dubium, cùm illud ius commune concedat, *Clement. dudum § ſtatuimus, de ſepulturis*. Addunt denique declarationem S. Congregationis ſuprà recenſitam.

Quam certè doctrinam, & omnia fundamenta hîc à Peyrinis tacta, non carere probabilitate, aſſerit Ioan. Bapt. Lezana *dicto cap. 16. num.16.* quod præcipuè eſt verum, ait, loquendo de *familiaribus*, qui ſunt verè de familia Religioſorum, & commenſales. Ita enim dicitur deciſum à Congregatione. Bullarium Rodriquez *tom.2. in Gregor. XIII. in fine*, ſic refert declarationem *ſuper ſeſſ.23. cap. 5. Concilij Tridentini. Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius XIII. declarauit tempore Iubilei poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confeſſiones: in Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audiunt confeſſiones, non autem de Ordinario pœnitentium.*

An Prælati Regulares, ſiue alij Religioſorum confeſſores poſſint audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, aut aliàs deſeruiunt in eorum Monaſteriis abſque licentia, ſeu approbatione Epiſcoporum, de quo in hoc capitulo Congregatio Concilij cenſuit, audire poſſe confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & continui commenſales, non item eorum, qui deſeruiunt in eorum Monaſteriis. Illam approbat Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 25.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

num. 65. dicens: Hinc fit, Prælatos, ſeu alios Religioſos confeſſores, non poſſe audire confeſſiones ſæcularium, qui deſeruiunt ipſorum Monaſteriis, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi; ſecus verò ſi ſint verè de *familia*, & communes commenſales. Ita deciſum refert Armendariz *in additionibus ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 4. tit 23. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno, num.* 10. Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſput. 6 quæſtio 16. num.* 1 recenſet priuilegia nobis, & aliis pro familiaribus conceſſa.

22 Quod ſi petas, eritne cenſendus familiaris Regularium, qui in Monaſterio, Cœnobióve non comedit, ſed portionem recipit in pecunia, vel in ſpecie, & extra illud inſumit? Reſpondeo affirmatiuè, ex Rota *in Hiſpalenſi portionis, 2. May* 1614. *coram R. P. D. Andrea*, impreſſa apud Farinacium *deciſ.* 184. *part. 1. recentiorum*, vbi habetur (ait Barboſa *alleg. 5. n.* 20) quod familiaris poteſt eſſe quis, licèt non comedat in tinello, vtputà quia recipit portionem in pecunia, vel eam habeat extra domum.

§. V.

BREVIARIVM.

Dictio.

Cuilibet, *vniuerſalis eſt, & diſtributiua, & quemlibet in ſolidum afficit*. n. 23.

Alius, *ſumitur pro* alterius. *ibid.*

23 P*Rohibemus.* In hoc §. inhibet Cœleſtinus Papa Epiſcopis, & omnibus, & ſingulis aliis quacumque dignitate, & poteſtate fungentibus (hoc enim denotat dictio illa, *cuilibet*, quæ vniuerſalis eſt, & diſtributiua, Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 74. *num.* 3. cum Caſtro *conſ.* 384 *num.* 1. *in fine*, & *num.* 1. *verſ. Sed nos ſumus in caſu, lib.* 1. & attribuit cuilibet in ſolidum, idem Barboſa *num.* 2. ex Pariſio *conſ.* 49. *à num.* 3. *volum.* 2. & ex Bertaz. *de clauſulis inſtrumentor. clauſ.* 12. *gloſſa* 2. *num.* 1.) ne vllum Clericum Cœnobij S. Facundi, vllámve perſonam Eccleſiarum ſuarum, pro aliûs (hoc eſt, *pro alterius*, iuxta Calepinum, *verbo alius.*) exceſſu, vel occaſione alterius Eccleſiæ, vel perſonæ, cenſuris excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti innodare liceat.

§. VI.

BREVIARIVM.

Decimæ.

Huic conſtitutioni Cœleſtini, quoad Decimas alienarum terrarum, & de nouo acquiſitarum, per caput Nuper, *de decimis, derogatur*. n. 24.

Immunes tamen aliàs ſumus ab illarum ſolutione. ibid.

Lex.

Nihil debet habere ſuperfluum. ibid.

24 S*Auè laborum veſtrorum.* Circa hunc §. noto, conceſſioni in illa factæ non videri præiudicari per conſtitutionem *Nuper*, 34. *de decimis*, in Concilio Generali Lateranenſi editam, ſub Innocentio Papa III. anno 1215. vti teſtantur gloſſa illius *verbo Generali Concilio*, & Facciotus *en el indice de los Summos Pontifices Romanos.* Ducor, quia licèt in dicta conſtitutione dicatur, *Decernimus, vt alienis terris, & amodò acquirendis, etiamſi eas propriis manibus, aut ſumptibus excolunt, decimas perſoluant Eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur, niſi cum ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum*; non tamen videtur derogatum priuilegio à Cœleſtino, ſuo prædeceſſore, iam conceſſo; quæ vtique derogatio neceſſaria eſſet ad infirmandam Cœleſtini conceſſionem quoad decimas terrarum alienarum, & de nouo acquirendarum; quod conſultò dico, quia conſtitutio non procedit reſpectu iam tunc acquiſitarum, vti conſtat ex textu ipſo, ex epigraphe illius, & ex gloſſa in caſus formatione. *Non videtur*, conſultò dixi, & abſolutè id non aſſerui; immò huic priuilegio ſufficienter derogaſſe, verius credo, ipſis innixus Decretalis verbis: *Et hoc ipſum*, inquit, *ad alios Regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegiis, extendi volumus, & mandamus.* Hæc enim diſpoſitio priuilegia iam conceſſa Regularibus ſupponit, & ſuppoſitione facta ſtatuit, huiuſmodi priuilegiarios de cætero decimas ſoluere debere de terris alienis, & de nouo acquirendis, de quibus illæ Eccleſiis debeantur. Quæ certè verba pro ſufficienti derogatione deſeruiunt, cùm aliàs ſuperfluè omnia illa appoſita fuiſſent in Decretali. Quod dici nentiquam debet, nec poteſt quidem. Quia lex, aut conſtitutio non debet ſuperfluum continere. Anton. Naldus *in ſumma, verbo lex, num.* 24. *pag. mihi* 436. Marcus Vidal *in arca vitali, tit. de duello, inquiſit.* 5. *num.* 26. Ego ipſe *in Diſquiſit. Moralibus & Canonic. tom.* 1. *diſq.* 1. *dub.* 14. *num.* 171. Verbum enim *quodlibet*, aliquid operari debet, vti diximus hîc *num* 15. Vnde Cœnobiũ S. Facundi immune non exiſtit à decimarum ſolutione, in vim huius Cœleſtinæ conſtitutionis; an autem alterius vigore exemptum ab illa ſit, ſicut & reliqua noſtræ Congregationis Cœnobia, infrà, Deo dante, diſcutiam. Affirmatiuè reſoluam.

§. VII.

BREVIARIVM.

Ædificare.

Vide verbo Eccleſia, *& verbo* Monaſteria.

Axioma.

Per ſe facere videtur, qui per alium facit. numero 28.

Qui poteſt præſtare aſſenſum, aut licentiam ad aliquid faciendum, poteſt per ſe illud facere. num. 28.

Clauſulæ.

Salua Sedis Apoſtolicæ authoritate; Saluis tamen; & Saluo, &c. *quid importent* n. 29.

Authoritate Apoſtolica, *vel* Authoritate noſtra, *iuriſdictionem delegatam denotat, ita vt cui aliquid cum hac clauſula eſt commiſſum, etiam ſi iuriſdictionem habeat ordinariam, non poſſit illâ vti in illius executione, ſed delegatâ* n. 31.

In

In irritum, *clauſula quid importet*. n. 32.

Dictio.

Præſumpſerit, *dolum ſignificat. Vnde non afficit operantes ex obliuione, incogitantiâ, ſimplicitate, negligentiâ, aut ignorantia culpabili; dummodo deſit ingens temeritas.* n. 30.

Eccleſia.

Sub nomine Eccleſiæ veniunt omnia loca pia, authoritate Epiſcopi, aut iuriſdictionem Eccleſiaſticam habentis fundata, vt ſunt Confraternitas, Hoſpitale, Monaſterium, & ſimilia. num. 25.

Ædificari non poſſunt intra fines alterius, in locis non exemptis, niſi de Epiſcopi; & in exemptis, niſi de Papæ licentia. n. 26.

Monaſteria.

Ædificari non poſſunt cum Eccleſiæ Parochialis præiudicio, etiam de Epiſcopi conſenſu. numero 27.

Ea poteſt ædificare propriâ authoritate Abbas Sancti Facundi in locis ſuis exemptis. numero 28.

Temeritas.

Ingens temeritas datur, quando quis operatur cum vehementi ſuſpicione de operis malitia. num. 30.

25 Eccleſiam *ædificare*. Ad hoc adnoto, ſub Eccleſiæ nomine venire omnem locum pium, vt Confraternitas, Hoſpitale, & ſimilia, Auguſt. Barboſa *in cap. Si quis Presbyterorum, n. 5. & 6. de rebus Eccleſiæ non alienandis*, cum Menochio *remedio 1. recuperand. à num. 24.* Rota Bononienſ. *deciſ. 3. num. 3.* Maſcardo *de probationibus concluſ 869. num. 11* Valaſco *conſult. 105. num. 34.* Camillo Borello *in ſumma omnium deciſionum, tit. 15. à num. 41.* Vgolino *de poteſtate Epiſcop. cap. 14. §. 3. n. 6.* Valerio Reginaldo *in praxi fori Pœnitentiæ, lib. 30. tract. 3. num. 61.* & Stephano Quaranta *in ſumma Bullar. verb. Alienatio, num. 28.* qui benè addunt, *authoritate Epiſcopi fundata*; quia quæ ſine Epiſcopi authoritate, aut alterius iuriſdictionem ſpiritualem in externo habentis foro ædificantur, forum Eccleſiaſticum non ſortiuntur, ſed remanent profana, vti dixi *tom. 1. Diſquiſ. Moralium & Canonicar. tract. 1. diſq. 2. à n. 11. pag. 4. tract. 7. diſq. 12. n. 5. pag. 314.* & aliis in locis.

Et quod ſub nomine Eccleſiæ Monaſterium veniat, decidit S. Rota *in Ianuenſ. Parochialis S. Andreæ, 19. Aprilis 1627. num. 3* coram Vbaldo, *& in eadem* coram eodem R. P. D. Vbaldo *num. 1.* & *in Vliſbonenſ. iuris conferendi. 13. Iunij* 1607. coram Lancelloto *num. 4.* & ſunt 3. 4. & 8. ad mearum quæſtionum Paſtoralium calcem.

26 *Infra Parochias*. Quod Eccleſiæ ædificari non poſſint intra fines alterius, niſi accedente Epiſcopi conſenſu, diffinitum inuenio in Canone, *Quicumque voluerit* 16. *q. 1.* ex Concil. Vormatienſi deſumpto & *in cap. Authoritate, el. 2. de priuilegiis, lib. 6.* clarè id Alexander Papa IV. decernit, dicens: *Statuimus, quod Oratoria, vel Capellas in locis non exemptis ſine Diœceſanorum locorum ipſorum licentia exempti conſtruere non præſumant* Vbi gloſſa *verb. Oratoria*, Barboſa *n. 3. & de officio & poteſtate Epiſcopi allegat. 26. num. 1.* vbi plura iura, & Doctores cumulat. Abbas *in cap. Cum olim, el. 2. de priuilegiis, num. 9.* In locis autem exemptis ædificari non poſſint, niſi de Papæ authoritate. Sic habetur *in dict. cap. Authoritate*, & docet Barboſa *vbi proximè*.

Monaſteria item ædificari prohibentur cum Eccleſiæ Parochialis præiudicio, quo quoquo modo interueniente, illorum erectioni aſſenſum præſtare non debet Epiſcopus, & Parocho licet illam contradicere, & ex Guidone Pap. *deciſ. 370.* docet Barboſa *dicta allegat. 26. num. 5.* quò loci recenſet nouas Sedis Apoſtolicæ diſpoſitiones ſub Clemente VIII. Gregorio XV. & Vrbano VIII. circa nouas Monaſteriorum ædificationes; & ego ipſe *tom. 2. Diſquiſ. Moral. & Canonicar. diſq. 6. dub. 23.* plura alia addidi. 27

Abſque Abbatis aſſenſu. Per clauſulam iſtam Abbati Sancti Facundi facultas conceditur à Cœleſtino III. ad ædificandas Eccleſias in locis ſuis exemptis propria ex authoritate, contra id, quod in iure ſtatutum eſt *cap. Authoritate*, præcitato. Qui enim aſſenſum præſtare ad faciendum aliquid valet, valet & illud facere per ſeipſum. Per ſe enim facere videtur, qui per alium facit. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom. 92 num. 1. ex l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi armata, l. ita, §. Quod ſi quis, ff. de adminiſtratione tutorum, l. ſi per alium, ff. ne quis*, cum *l. non ideo, Cod. de accuſationibus, cap. Mulieres, §. ille vero, de ſentent. excommunicat. cap. Qui per alium, 72. de regulis iuris in 6.* Et inter plures alios Doctores allegat Thomam de Thomaſſet *in Floribus legum, regul. 249.* vbi *regula 146.* ait, quod qui non poteſt per ſe, non poteſt per alium: & Vincent. Caroc. *in ſingularibus ſuis, ſingul. 402.* vbi ait, quod propriè, & verè, & non per fictionem per ſe facere dicitur, qui per alium facit in iis, quæ ſunt iuris, & facti ſimul, vel facti tantùm. Et qui non poteſt per ſe, nec per alium poteſt. Idem Barboſa *ibidem, ex l. neque per ſe, Cod. de hæredibus inſtituendis, cap. Quod alicui, de regulis iuris in 6.* Menochio *de arbitrariis, caſu 459. per totum. & conſilio 444. num. 34.* & Mar. Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. part. 1. cap. 10. gloſſ. 6. num. 28.* Qui autem aſſenſum, & authoritatem præſtat alicui ad aliquid faciendum, per illum id facit, cùm ille ſine tali authoritate facere nequiret. 28

Saluis tamen, &c. Clauſula iſta coincidit cum alia apponi ſolita in priuilegiis Apoſtolicis: *Salua Sedis Apoſtolicæ authoritate*; ad oppoſitum ſcilicet diſponendum: ad reuocandum priuilegium, vti notat Ioan. Bapt. Lezana *in Mare Magnum Eremitarum S. Auguſtini, circa §. 29. num. 91. tom. 3. pag. mihi 127.* quo denotatur (inquit) Summum Pontificem derogare poſſe prædictis priuilegiis conceſſis Regularibus, & eorum domibus, aut poſſeſſionibus; & talis eſt vis clauſulæ, *Saluo, &c.* quæ tuetur ius illæſum, quod quis habet, provt ſentit Rota *deciſ. 610. in fine, in 1. collectione nouiſſima.* Vel ad concedendam, irrenocato manente priuilegio, indulgentiam pro ædificatione in illo prohibita. 29

Præſumpſerit. Dictio iſta dolum ſignificat, & eos non afficit, qui ex obliuione legis, conſtitutionis, ſeu ſtatuti, aut ordinationis aliquid prohibentis, vel ex incogitantia, ſimplicitate, aut negligentia contra illius operantur diſpoſitionem. Laur. de Peyrinis *de priuilegiis Regularium tom. 1. ad conſtitution. 6. Iulij II. §. 3. num. 16. pag. mihi 116.* & alij, quos recenſui, & 30

ſequutus

ſequutus fui *in quæſtionibus Paſtoralib. part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 4. §. 1. *num.* 11. & *in Diſquiſitionib. Moralib. & Canonic. tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 13. *n.* 79. & *dub.* 14 *num.* 14. *& ſequentibus.* Quò loci addidi cum non paucis ex grauiſſimis, quos allegaui Doctoribus, nec afficere operantem ex ignorantia culpabili, quantumvis craſſa illa ſit, dummodo tamen ex ingenti non operetur temeritate, quod tunc contingere ait Franciſcus Pellizzarius *in Manuali Regularium, tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 1. *num.* 9. quando operans vehementem ſuſpicionem de malitia operis habet.

31 *Authoritate Apoſtolica.* Per clauſulam iſtam denotatur, quod licèt Abbas S. Facundi Ordinarius ſit, facultate, de qua in præſenti §. vti non debeat tanquam Ordinarius, ſed tanquam Delegatus Apoſtolicis. Non vtique ſolùm, quia clauſula præfata, quæ eadem eſt ac *authoritate noſtra,* iuriſdictionem non importat ordinariam, ſed delegatam, vti docet Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſ.* 12. *num.* 1. cum Menochio *de præſumptionib. lib.* 2. *præſumpt.* 16. *num.* 28. Marches *de commiſſ. part.* 64. *num.* 216. & *pag.* 802. *num.* 325. & *pag.* 416. *num.* 204. *in vlt. edit.* Petro Barboſa *in l. cùm Prætor* 12. *in princ. num.* 33. *ff. de iudiciis*, & Moneta *de commutatione vltimar. voluntat. cap.* 7. *num.* 141. ſed quia quoties in commiſſione adiecta fuerit dicta, aut ſimilis alia clauſula, tunc iuxta textum *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, verſic. cùm adiicitur, ff. de verborum obligatione*, videtur ſuperior iuriſdictionem ordinariam inferioris in delegatam mutare, dum vult, vt ipſe iam non ſuo nomine, ſed delegantis cognoſcat, quod proprium eſt delegatorum; ſucceditque regula *l.* 1. *verſic. Omnia enim, Cod. de veteri iure enucleando, iuncta l.* 1. *qui mandatam, l.* 3. *ff. de officio eius*, & in ſpecie probat textus *in cap. cum aliquibus, verſ. Niſi, el* 4. *de reſcriptis, lib.* 6. vbi Bonifacius Papa VIII. ſic decernit: *Si verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem, non Apoſtolicâ, ſed recipientium cenſetur authoritate receptus: niſi quod eum authoritate noſtra reciperent, in noſtris litteris caueatur expreſſè.* Et ibi gloſſa *verb. Authoritate noſtra*, ſic ait: Tunc ergo licèt ad eos pertineat receptio, Apoſtolica dicitur authoritate receptus. Ibi etiam Auguſt. Barboſa *num.* 1. 7. *&* 8 vbi notat, quod actus tribuitur ordinanti, non autem exequenti, vt per Surdum *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 56. *num* 88. & *priuileg* 65. *num.* 47. & *deciſ.* 92. *num.* 9. Idem Barboſa *dicta clauſula* 12. *num.* 3. cum Bartolo, & aliis, quos recenſet, & ſequuntur Menochius *de arbitrariis quæſt.* 12. *num.* 4. *& ſeqq.* Azeuedus *in rubrica tit.* 9. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 3. *nouæ recopilationis*, & Molina *de iuſtitia tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 14. *n.* 1. *verſ. Quando verò.*

32 *In irritum reuocetur.* Per clauſulam iſtam datur Abbati S. Facundi plena facultas, vt demoliri, diruere, & ad nihilum redigere poſſit Eccleſias abſque illius aſſenſu ædificatas infra Parochias Eccleſiarum ad ipſius Cœnobium pertinentium, vel in damnum alicuius earum. Hanc enim vim habet ly *in irritum*, vti videre eſt in Calepini dictionario, *verb Irritus*, vbi varias adducit ad id probandum authoritates, *pag. mihi* 816 editionis Lugdunenſis de anno 1647. Quod & conſtabit ex dicendis circa clauſulam, ſeu decretum irritans, circa conſtitutionem.

§. VIII.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Per omnia, *importat omnem ſubſtantiam, & qualitatem, & nihil excludit.* n. 33.

Clauſula in fine appoſita refertur ad præcedentia, & è conuerſo; præcedens tamen eſt maioris efficaciæ ad reſtringenda ſequentia, quàm ſequens ad præcedentia reſtringenda. ibid.

Dictio.

Per, *perfectionem ſignificant rei, in linea de qua agitur.* n. 33.

S. Facundus.

Monachi S. Facundi vbicunque exiſtant, exempti ſunt. n. 33.

Nemo præter Papam, & Abbatem poteſt procedere contra Eccleſias ad Cœnobium S. Facundi pertinentes, nec contra illarum Clericos, nec iſtos abſoluere à cenſuris à Papa latis. n. 34.

Nec poteſt in illos iuriſdictionem aliquam exercere. num. 35.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica fori externi ordinatur ad Chriſtianam diſciplinam ſeruandam, per leges, præcepta, & ſententiam dirigendo. n. 35.

Illa inutilis eſſet, ſi inobedientes coërcere non poſſet. ibid.

AC *ſi in corpore Monaſterij morarentur.* Per 33 iſtam clauſulam denotatur, exemptionem, quâ Monachi Sancti Facundi potiuntur, & gaudent, abſolutam eſſe, & plenam, & illimitatam, & nullatenus loco determinato circunſcriptam. De cuius exemptionis vi, & efficacia paulò latiùs agam circa conſtitutionem Eugenij Papæ IV. & non eſſe particularem, ad locaque ad Cœnobium S. Facundi pertinentia reſtrictam. Quia licèt per illam clauſulam, *quocumque loco veſtro morantes*, reſtringere illam videatur Cœleſtinus ad loca ſolùm ad Monaſterium pertinentia, certum eſt tamen, abſolutam illam concedere. Moueor non ſolùm ex verbis immediatè ſequentibus: *Quos omnes ab Epiſcoporum ſubiectione ita per omnia liberos eſſe volumus, ac ſi in corpore Monaſterij morarentur:* ly enim, *per omnia*, perfectionem indicat vniuerſalis, & abſolutæ exemptionis, cùm dictio *per*, perfectionem ſignificet rei in linea illa, de qua agitur, iuxta Antonium Naldum *in ſumma, verb. dictio, num.* 8. *ex l. Vrbana, in fine, de verborum ſignificatione.* Vnde, ait, obligatus ſeruire per menſes quatuor, putà ſi incepit ſeruire Calendis Ianuarij, hic profectò Calendis Maij dicetur ſeruiiſſe per tempus à ſe promiſſum, & ſic ſuam impleuiſſe obligationem. Rebuffus *in reg.* 32. *in fine, in regulas Cancellariæ.* Ita Naldus, quem ſequitur Lezana *in ſumma quæſtion. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verb. Dictio, num.* 30. qui ſe remittit ad dicta à ſe ipſo, *verb. Annus, n.* 5. vbi dixit quod ſi aſſignentur anni in accuſatiuo cum præpoſitione *per*, vt ſi dicatur, *per tres annos*, requiruntur anni completi, *l. non putabam*, & *l. ſi annos ff. de conditionibus & demonſtrationibus* Et vtraque dictio, *per omnia*, ſimul iuncta, vti in noſtro conſtitutionis caſu, multùm operatur,

operatur, & importat omnem ſubſtantiam, & qualitatem, vt per Alexandrum (veeba ſunt Auguſt. Barboſa *trattat. de Dictionibus*, *dict.* 253. *num.* 1.) *in l.* 1. *num.* 9. *ff. de legatis* 1. Petrum Henriq. *reſponſ. opuſculo* 1. *num.* 31. Cott. *in memorabilibus*, *verb. per omnia*, *pag.* 679. & nihil omninò excludit. Surdus *conſil* 412. *num.* 19. Hactenus Barboſa. Sed etiam moueor ob ea, quæ ſuprà §. 2. *verſicul. Non, inquam, obſtante*, dicta relinquo. Quibus addo, quod licèt clauſula appoſita in fine, referatur ad præcedentia, ſicot poſita in principio refertur ad ſequentia, vti docent Abbas *in cap. Cum dilecti*, *num.* 7. *de donationibus*, & *in cap.* 41. *de appellation. num.* 1. 4. *&* 10. Lezana *tom.* 2. *part.* 1. *verbo clauſula*, *num.* 3. *&* 4. Coccinus *deciſ.* 89. *num.* 6. *deciſ.* 166. *num.* 2. & *deciſ.* 267. *num.* 16. & alij paſſim; ſequentia tamen per præcedentia determinantur, Moronus *reſponſo* 44. *num.* 13. *ex l. auia*, *in fin. ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, *l. filium*, *ff. communia de legat.* & ex Bartolo *in dict. l. auia.* Quia clauſula (inquit) præcedens eſt maioris efficaciæ ad reſtringenda ſequentia, quàm ſequens ad præcedentia. Bartol. *l. ſi quis ff. de legatis* 3. Cum igitur Cœleſtinus in priori clauſula clarè loqnatur de exemptione abſoluta, de eadem in poſteriori loqui debemus dicere.

34 *Aut in Eccleſias exemptas.* Notatur ad hoc, nullum præter Summum Pontificem, & Abbatem ſancti Facundi, ant alium de eius commiſſione, poſſe per cenſuras procedere contra Eccleſias exemptas, ad dictum Abbatem, & illius Cœnobium pertinentes, neque contra illarum Clericos; neque poſſe abſoluere à cenſuris contra ſubditos Abbatis à Papa latis, eaſque aliqualiter relaxare; & ſi ſecus factum fuerit, nullam habebit firmitatem, nullam efficaciam, aut valorem, & à nemine obſeruari quibit.

35 Vnde colligo, nullum prætee Papam, Abbatem, & vtriuſque mandatarium, aliquem actum iuriſdictionis exercere poſſe in dictas Eccleſias, & in earum Clericos. Et ratio eſt, quia vti Baſſæus docet *tom* 1. *verbo cenſura*, *num.* 9. *verſic. Parochus*, omnis poteſtas Eccleſiaſtica fori externi ordinatur ad Chriſtianam diſciplinam ſeruandam per leges, præcepta, & ſententias: at hæc poteſtas infirma, & inermis foret, niſi contumaces, propoſitis pœnis & cenſuris, coercere, & ad obediendum compellere poſſet. Ariſtoteles *Ethicorum cap.* 5. D. Thom. *5. politic. lect.* 12. ibi: *De facili contemnitur, qui non timetur.* Textus *in capit. ſignificaſti*, *el* 7. *de officio & poteſt. Iudicis delegati*, ibi: *Potes executioni mandare; & ſi qui tibi reſtiterint, eos ſententiâ Eccleſiaſticâ coercere.* Vbi gloſſa *verbo Reſiſtentibus*, ait: *Quos poteſt excommunicare, cùm habeat coercitionem, aliàs talis executio deluſoria videretur.* Et *in cap. ex litteris*, *el* 29. *eodem titul.* ibi: *Quam potuerunt poſt modùm Patriarchæ quoad executionem ſententiæ demandare: ex qua coercitionem etiam idem Patriarcha receperat, cùm huiuſmodi demandata iuriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus huiuſmodi coercitionem aliquam non haberet.* Marcus Vidal *in Arca Vitali*, *titul. de ſubdito*, *num.* 5. ibi: Vnde qui poteſtatem puniendi non habet, neque illam habet ad præcipiendum. Id eſt certum apud Doctores. Ita ille. Baſſæus *vbi proximè*. Ego ipſe *in diſquiſitione de Priore annexi*, ſeu de iure Prioris annexi, cum quæſtionibus Paſtoralibus edita, *num.* 125. *&* 127. & *in diſquiſit. de iure, & poteſtate Generalis, & Diffinitorum*, in eodem impreſſa volumine, *num.* 45. *&* 98. Quæ certè doctrina ſententiâ D. Thomæ illuſtratur, dicentis *opuſculo* 19. *contra impugnantes Religionem*, *cap.* 4 *pag.* 239. Ergo ridiculum eſt dicere, & blaſphemiæ vicinum, quod Epiſcopus non poſſit vſum clauium exercere in quemlibet ſuæ Diœceſis, ſicut & Chriſtus poſſet. Quaſi diceret, poſſe Epiſcopum clauibus in quemlibet ſibi ſubditum vti. Ergo ex dictis omnibus benè à contrario ſenſu infertur, nullum præter Papam, Abbatem, & eorum commiſſarium poſſe aliquem actum iuriſdictionis in Eccleſias S. Facundi, & in earum Clericos, nec directiuè quidem exercere.

---

§. IX.

BREVIARIVM.

Confirmatio.

Priuilegiorum confirmatio, quanam ex certa ſcientia, & quanam in forma communi; & quid vtraque operetur. n. 36. 37. & 38.

Confirmamus. Confirmatio hîc à Cœleſtino Papa facta, eſt in forma communi, quia 36
in ea non dicit Pontifex ſe habere notitiam clararam libertatum, & immunitatum Cœnobio S. Facundi, & Eccleſiis illi ſubiectis conceſſarum; neqne tenor in hac inſcribitur conſtitutione alicuius priuilegij illas continentis, neque dicit Cœleſtinus, illas pro expreſſis hic habere, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur; nec dicit illas ex certa ſcientia confirmare, neque vtitur clauſulâ *de plenitudine poteſtatis*; aut alia quidem præcedentibus æquipollenti, vt *non obſtante lege contraria*, &c. Ergo facta eſt hæc confirmatio in forma communi, ioxta tradita per Abbatem *part.* 1. *conſilior. conſ.* 1. *num.* 1. ſimili vtentem argumento à ſufficienti partium enumeratione, per Emmanuelem Rodriquez, Hieronymum eius nepotem, Laurentium Peyrinis, & quamplurimos alios, de quorum numero non paucos recenſui ſuprà.

Deinde idem probatur ex clauſula illa huius 37
conſtitutionis: *Et hactenus obſeruatas*; quæ vtique animum Papæ declarat, confirmandi ſolùm immunitates & libertates obſeruatas; quod proprium eſt confirmationis in forma communi, quæ nullum ius nouum confert, nec dat valorem priuilegiis, ſi erant inualida; qualem confert confirmatio ex certa ſcientia, quæ quidem babet vim nouæ conceſſionis, vti vbi proximè diximus.

Quod ſi petas, quid igitur operatur confir- 38
matio in forma communi, ſi nihil de nouo concedit, nec validum reddit quod inualidum tunc temporis erat? Ferè nihil operari reſpondeo. Gloſſa *in cap. ſi quis*, *verbo confirmationem*, *el* 1. *de confirmatione vtili, vel inutili*, ibi: *Quid ergo valent huiuſmodi confirmationes? Parum*

rum valent, niſi quia ſolet plus timeri, quod ſpecialiter. &c. 23 *diſtinct. Quamquam.* Noſter Nicolaus Tudeſcus, Abbas communiter dictus, *part. 1. conſilior. conſilio* 102. incipit, *Omnipotentis Dei ſuffragio*, qui *num.* 3. ita ait : Nec obſtat approbatio Honorij Papæ, multiplici ratione. *Primo*, quia confirmatio in forma communi facta parum prodeſt. Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de priuilegiis, ad conſtitu. 2. Sixti IV. §. 6. num.* 4. vbi ait : Atque ita parum valet iſta confirmatio. Sed adiicit ſolùm robor authoritatis, quia Papa confirmando in forma communi, de non ſuis facit ſua, vt dicitur *in l. 1. Cod. de vet. iure enucleando*, vbi habetur, Superiorem id facere ſuum, quod authoritate ſua confirmat.

Vnum hîc aduertere duxi, quod licèt præſens Cœleſtini confirmatio parum proſit Cœnobio S. Facundi pro roborandis ſuis priuilegiis, immunitatibus, & libertatibus; proſunt tamen multùm aliæ confirmationes ex certa ſcientia factæ, quibus, ſicut alia noſtræ Congregationis Cœnobia, gaudet, de quibus infrà, Deo dante, agere curabo.

39 *Decernimus.* De vi, & efficacia huius verbi, vide quæ diximus circa primam huius Pontificis conſtitutionem, §. 11. *n.* 61.

Vt nulli omnino hominum. Iſtam clauſulam vbi proximè, *n.* 62 expoſui.

Infringere. Dictio iſta *ibid.* breuiter expoſita fuit : ſicut & dictionem *præſumpſerit*, & clauſulas, *auſu temerario*, *indignationem*, &c. declaraui.

CONSTITVTIO III.

Cœleſtini Papæ III.

Pro Abbate & Conuentu S. Facundi, edita anno 1195.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Monachi requiſiti de quocumque priuilegio, indulgentia, ſeu inſtrumento, non teneantur illud tradere ad tranſcribendum, ſed aut Iudice præſente, aut aliquibus prudentibus viris deputatis, ab ipſo, audiente parte contraria, tantummodo recitetur, & capitulum priuilegij, de quo quæſtio eſt, dumtaxat reſcribatur, eiuſque copia aduerſæ parti detur.

COELESTINVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui SS. Facundi, & Primitiui, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

COntingit interdum, vt dicitis, quod quando cum aliquo litem in cauſis habetis, priuilegium veſtrum aduerſæ parti cogimini pleniùs exhibere, vnde accidit quod occaſione vnius fortè capituli, ſuper quo conuenimini, plurium litigia ſuſcitantur : ſic etiam æmuli multarum cauillationum commenta reperiunt, quibus pacem & tranquillitatem veſtram impugnant. Quia igitur noſtra intereſt obuiare iurgiis ſuſcitandis, & ſuſcitata decidere; conſultationi veſtræ, quam ſuper hoc propoſuiſtis, tali modo reſpondemus, & volumus, vt quandocunque fueritis requiſiti, priuilegium, ſeu quamcunque indulgentiam, vel quodcumque inſtrumentum veſtrum, aut præſente Iudice, aut aliquibus prudentibus viris, deputatis ab ipſo, audiente parte contraria, tantummodò recitetur. Ita quod priuilegium ad tranſcribendum nullo modo tradatur; verumtamen, ſi ſuper vno tantùm priuilegij capitulo quæſtio fuerit, dumtaxat illud capitulum reſcribatur, & aduerſæ parti eius copia fiat. Datis Lateran. 9. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno quarto.

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Inſtrumenta.

Communia inſtrumenta actor reo, & reus actori reddere tenetur. n. 2.

Intellige vti. n. 5. 6. & 7.

Propria tamen neuter tenetur alteri tradere. numero 1. 2. & 3.

Fallit ad fauorem Eccleſiæ, legati ad pias cauſas, matrimonij, dotis, & alimentorum, vbi ſaltem non eſt copia probandi. n. 3.

HÆc conſtitutio inſerta eſt in iure communi, & eſt eadem, ac caput *Contingit*, el 2. *de fide inſtrumentorum* : pro cuius dilucidatione recenſebo quæ circa idem caput in Decretalibus, & in Abbate habentur. Sed in primis aduerto, Gregorium IX. immediatum Cœleſtini ſucceſſorem ſimilem huic conſtitutionem edidiſſe : *in cap.* enim *Ex epiſtola,* 1

epiſtolæ, *el* 1. *de probationibus*, ſic ait Gregorius IX. *Tua excellentia poſtulauit, vt Imperatori ſcriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter Iuſtinianum Principem, & prædeceſſores tuos fuerunt emiſſa, vt ex his colligeret, quid tibi ſeruare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obſtitit, quia nulli dicendum eſt, ea quæ contra te ſunt, apud temetipſum debes documenta requirere, in mediumque proferre.*

2 Hæc habentur in textu; in epigraphe, quæ ſequuntur: *Reus actori ſua propria inſtrumenta edere non tenetur. Ita communiter ſummatur.* Et Gloſſa Bernardi in caſus formatione, ſic in fine ait: Nota, quod reus non tenetur dare actori inſtrumenta ſua contra ſe; ſed actor debet habere ſuas probationes; nec è contrà actor tenetur dare reo inſtrumenta defenſionis; communia tamen inſtrumenta alter alteri dare tenetur. Et in verbo, *contra te*, dicit gloſſa: Verum eſt illud, quod nullus ſua propria inſtrumenta tenetur dare aduerſario, vt ipſe vtatur eis, & præcipuè, quæ faciunt contra ipſum. Et Ioannes Andreas addit *in marginali*: Nec allegare iura tenetur, quæ pro aduerſario faciunt, vt *not*. 4. *q*. 1. Dictis conſonat noſter Abbas Panormitanus *in dictam Decretalem*.

3 Conſonat & Auguſtinus Barboſa *verb. Quia nulli*, *num*. 13. dicens: Notatur ad hoc, quod reus in iudicio conuentus non tenetur edere propria inſtrumenta contra ſe actori petenti. Pro quo allegat Socinum *regula* 149. *& regul*. 212. Hippolyt. *in l. de minore*, §. *tormenta*, *à num*. 2. *ff. de quæſtionibus*. Clarum *lib*. 5. §. *fin. quæſt*. 27. *num*. 2. Menochium *de arbitrariis*, *caſu* 499. Rebuffum *tom*. 1. *ad leges Galliæ*, *titul. de ſentent. prouiſ. artic*. 3. *gloſſ. vlt. num*. 22. & *de priuilegiis Scholarium*, *priuileg*. 116. Ioannem Garciam *de nobilitate gloſſa* 2. §. 1. *num*. 12. *& ſequentibus*. Marcum Antonium Genuenſem *in practicabilibus Eccleſiaſticis*, *quæſt*. 174. *num*. 1. ibi limitationem addentem, & latè probantem, de eo quod in fauorem Eccleſiæ teneatur actor inſtrumenta edere contra ſe. Quod etiam docet Abbas *hic num*. 19. qui etiam excipit in cauſa matrimoniali, in cauſa dotis, in alimentis, in legatis ad pias cauſas, ſaltem vbi non adeſt copia probandi. Allegat & alios plures Barboſa pro à ſeipſo dicto, pro eo ſcilicet, quod reus non teneatur propria inſtrumenta contra ſe edere.

---

§. II.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt. num. 14.

Inſtrumenta.

Communia inſtrumenta multifariè dicuntur. numero 4.

Inſtrumenta propria ipſius petentis in dubio ei reddi debent. n. 8.

Si reus ad exceptionem ſuam fundandam petit ab actore inſtrumentum proprium actoris, illud iſte edere debet. n. 9. & 11.

Si actor petit à reo inſtrumentum ipſius rei, quo iſte eſt vſurus, illud tenetur edere, ſaltem illam partem, quâ eſt vſurus. numero 10.

Tenetur etiamſi non ſit vſurus, ſi illud petit actor ad coadiuuandam intentionem ſuam iam fundatam. ibid.

Item tenetur, ſi illud petat ad fundandam ſuam replicationem. n. 11.

Regulariter non tenetur, ſi illud petat ad probandum ſuam intentionem. n. 12.

Fallit primò in cauſa ciuili fiſci actoris petentis illud. n. 15.

Fallit ſecundò in cauſa matrimoniali. numero 16.

Fallit tertiò in cauſa dotis. n. 17.

Fallit quartò in cauſis Eccleſiæ, Monaſterij, Hoſpitalis, in legatis ad pias cauſas, & in aliis fauorabilibus, ſaltem vbi non eſt copia probandi. n. 17. & 18.

Fallit quintò in cauſis alimentorum. n. 18.

Fallit ſextò quando manifeſtè arguitur peccatum in inſtrumenti retentione. n. 19.

Inſtrumenta originalia non ſunt in actis relinquenda. n. 21.

Quando alienum petitur inſtrumentum, non eſt neceſſe originale tradere, niſi ad perlegendum coram iudice; ſed ſufficit dare copiam partis neceſſariæ. n. 20. 22. & 23.

An poſſit iudex ex officio ad editionem compellere inſtrumenti. n. 20.

Notarius.

Inſtrumenta, quæ conficit, edere tenetur, ſatisfacto de mercede. n. 17.

Poſitiones.

Confeſſionem per poſitiones, vulgò abſoluer por poſiciones, poteſt à reo petere actor. num. 13. & 14.

PRo plena eorum, quæ dicta ſunt, intelligentia, operæ pretium duxi, ex dicto Panormitano adnotare, inſtrumenta aliquando eſſe communia, aliquando propria petentis illa, & aliquando propria ipſius à quo petuntur. Communia multifariè dicuntur. *Primò* quoad proprietatem ipſorum inſtrumentorum, vt quia ſunt cohæredes, & ſunt inſtrumenta hæreditaria, *l. cætera*, §. *fin.* & *l. ſi qui ſunt*, *ff. familiæ erciſcundæ*: vel quia ſunt eis pariter donata, aut legata, vel communi pecuniâ empta, vel alio modo; ita quod ſint communia vtriuſque quoad proprietatem. *Secundò*, communia dicuntur inſtrumenta ex natura negotij, vt quia ſunt geſta ab exercente aliquod officium, vel aliquam artem, & ab eo qui conſuetudine tenebat librum, vbi ſcribebat omnia negotia officij. Quædam autem ſunt perſonæ, quæ exercent aliquam artem, non tamen ad libros faciendos adſtringuntur. Et tunc aut ex conſuetudine faciunt, ſeu edunt libros in publico; aut non habent libros in publico, ſed in ſecreto, in domibus dumtaxat ad ipſorum inſtructionem. *Tertiò*, dicuntur inſtrumenta communia propter materiam in eis contentam, chartæ tamen non ſunt communes, nec ex ſe, aliquo ex dictis in primo modo; nec ex natura negotij, prout in ſecundo. 4

5 Quo adnotato, plura reſoluit Abbas circa editionem inſtrumentorum, quæ ſummatim recenſere libet. Quando inſtrumenta ſunt communia quoad proprietatem, ſeu priori modo, edi debent. Ita Abbas *num. 7. ex cap. G. Perpetuus*, el 12. *de fide inſtrumentorum*, & *ex l. 1. ff. eodem titul.* Ita & gloſſa dicti capitis *Ex epiſtola, verb. Nulli.*

6 *Secundò* debent edi quando communia ſunt ex natura negotij, & ſunt geſta ab exercente officium, vel artem, & eo qui ex conſuetudine tenet librum in quo ſcribit omnia officij negotia. Abbas *num. 8. ex l. quidam, ff. de edendo*, & *ex l. 1. Cod. eod. tit.* Et ratio eſt, quia ratione conſuetudinis videtur ei mandatum vt Scripturam conficiat, & habeat librum in publico. Idem docent de argentario Calepinus *verb. Argentarius* & Gloſſa *verb. Nulli*, citata, quæ addit publicum exactorem teneri rationes contra ſe edere, *ex l. in fraudem, §. ex his bonis*, & *§. ſequenti, ff. de iure fiſci.* Et idem docet ipſe Abbas de iis, qui ex neceſſitate officij libros conficiunt, vt tutor, curator, procurator, & ſimiles: ſecus tamen ait *num. 9* de his, qui non habent libros in publico, ſed in ſecreto in domibus, ad ipſorum dumtaxat inſtructionem; quia ceſſat ratio allata, quod videatur eis mandatum ex conſuetudine. Hæc tamen vltima pars fallit in vſurario, de quo infrà.

7 *Tertiò*, quando inſtrumenta ſunt communia propter materiam in eis contentam; non tamen ſunt propria ex ſe, nec ex natura negotij, iuxta modos *num. 4.* explicatos, aut ſunt illa penes Notarium, qui illa in publicam formam redegit: aut penes partem. Si primum, tenetur Notarius illa edere, ſatisfacto ſibi de ſua mercede, quia ad id ratione officij adſtringitur. Sic Abbas *num. 10. ex l. ſi quis ex argentariis §. pertinere, ff. de edendo.* Si ſecundum, pars illa edere tenetur, ſi originalia ſint; quia illa communia ſunt. Abbas *n. 11. ex dict. cap. G. Perpetuus*, vbi Gloſſa *in caſus formatione*, & *verb. Inſtrumentorum communium.*

8 *Quartò*, quando inſtrumenta propria ſunt ipſius petentis, in dubio debent edi; poſſunt enim tanquam propria vendicari, ſeu agi ad exhibendum, *l. fin. Cod. ad exhibendum*: & notatur *in l. vnica, Cod. de condictione ex lege.* Hæc Abbas *n. 3.*

9 *Quintò*, quando ſunt propria ipſius, à quo inſtrumenta petuntur, diſtinctione vtitur Abbas: aut petuntur ex parte rei ab ipſo actore, ad exceptionem fundandam, & tunc communis eſt ſententia docens, quod fieri debeat editio, *per legem fin. Cod. de probationibus*, & argumento *in leg. diſſoluta, Cod. de condictione ex lege*, & *l. qui tabulas, ff. de furtis*, & facit caput *accedens 1. vt lite non conteſtata.* Et ratio eſt, quia reo ſunt fauorabiliores. Deinde, quia reus ſtimulatur, & non poteſt venire paratus, ſicut actor, qui appenſatè venit. Tertiò, quia actor impugnat, reus ſe defendit. Denique quia inſtrumenta ſunt communiter penes actorem, qui habet pinguius ius, ideò reo faciliùs ſubuenitur.

10 Aut petitur ex parte actoris inſtrumentum; & tunc, aut reus eſt illo vſurus, aut non. Si primum, tenetur edere, *l. 1. §. edenda, ff. de edendo*, Gloſſa *in dict. cap. Ex epiſtola, verb. Nulli*, Abbas *ibidem, num. 15.* ſaltem illam partem, quâ vſurus eſt, *cap. contingit, de fide inſtrumentorum*, & *cap. cum perſonæ, de priuilegiis lib. 6.* Si ſecundum, aut petit actor inſtrumentum ad intentionem ſuam fundatam coadiuuandam, aut ad replicationem ſuam fundandam, aut ad intentionem ſuam probandam. Si petit actor inſtrumentum ad coadiuuandam intentionem fundatam, illud edere tenetur reus, v. g. peto à te fundum, quem mihi vendidiſti. Fundaui intentionem meam, quod mihi vendidiſti, nunc eſt contentio in quantum ille fundus extenditur: certè quoad adiuuandam meam intentionem probatam cogitur reus edere ſua inſtrumenta, cùm non petam principaliter ad impugnandum, *argum. in l. qui contra concubinam, §. cum ita, ff. de legatis 3.* & hoc tenet Bartolus *in dict. l. fin.* & *dicta l. 1. Cod. de edendo*, aliàs *in l. quidam*: & ita tenent noſtri Moderni hîc. Ita Abbas *n. 15.*

11 Si petit actor inſtrumentum proprium rei, ad ſuam replicationem fundandam, etiam tenetur reus illud edere. Quia ſicut actor tenetur edere reo proprium inſtrumentum ad fundandam, & probandam ſuam exceptionem, vt communiter tenetur *per l. fin. Cod. de probationibus*, & *argum. in l. diſſoluta, Cod. de condictione ex lege*, & *l. qui tabulas, ff. de furtis*, & facit caput *accedens, 2. vt lite non conteſtata*; ſic reus edere tenetur actori inſtrumentum proprium ad ſuam fundandam replicationem, cùm replicatio quædam exceptio exceptionis ſit, *l. 2. ff. de exceptionibus*, & notatur *in cap. A nobis, de exceptionibus*: & argumentum optimum eſt ad dictum principale *in dicta l. fin. C. de edendo*, vbi, & hîc communiter tenent Doctores. Sic Abbas *dicto n. 15. iuncto n. 14.*

12 Si tandem actor petit inſtrumentum proprium rei ad fundandam, ſeu probandam ſuam intentionem, regulariter non tenetur reus illud edere, vti habetur expreſsè in præſenti Decretali *Ex epiſtola, in ſumma*, & Gloſſa ſæpè. Abbas *n. 16. ex l. qui accuſare, C. de edendo.* Debet enim venire paratus, & non quærere inſtrumenta de domo aduerſarij.

13 Sed dices, poteſt actor petere reo confeſſionem, poſitiones faciendo. Ergo poterit etiam inſtrumentum proprium ab eo petere. Patet conſequentia, quia ita benè probatur actoris intentio per confeſſionem rei, mediis poſitionibus, ac probatur per inſtrumentum proprium eiuſdem rei. Ergo ſicut poteſt confeſſionem petere, praxi ita approbante, poterit & inſtrumentum petere.

14 Reſpondetur, conceſſo antecedente, negando conſequentiam. Diſparitatem reddit Panormitanus *hic, num. 17.* cum Ioanne Andrea *in cap. 1. de confeſſis, lib. 6.* Quia reſpectu confeſſionis non potuit venire paratus actor, cùm non ſit in poteſtate ſua; ſed ſic reſpectu inſtrumenti, cùm à principio ſibi præcauere potuerit: & ideo ſibi imputandum eſt ſi non fuit diligens; cùm vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniant, *cap. vigilanti, de præſcriptionibus.* Ita Abbas *n. 17.*

15 Conſultò dictum eſt, *regulariter non tenetur*; quia fallit regula primò in fiſco, cui licèt actori, tenetur reus propria edere inſtrumenta, ad intentionem ſuam fundandam, Abbas *num. 18. ex l. ne quiſquam, ff. de edendo.* Qui aduertit, hoc habere locum in ciuili cauſa, non autem in criminali

minali, qnia valde durum eſſet in criminali probationes exigere de domo rei.

16 *Secundo* fallit in cauſa matrimoniali. Abbas *num.* 19. cum Ioan. Andrea *in addit. ad Speculatorem, in tit. de inſtrumentor. edit.* §. *videndum, verſ. Ex præmiſſis, in fine.* Et poſt Abbatem Seb. Sapia hîc, addit Bald. Nouellum *tract. de dote, parte* 9. *in* 11. *ſpeciali.* Rom. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio, & in Authentico ſi ſimiliter, circa* 5. *Cod. ad legem Falcidiam.* Vnde ſi Petrus contraxit cum Maria, quæ dicitur alium virum habere, & illud probat ad diuortium, poteſt petere vt illa exhibeat inſtrumenta primi contractus, vel inſtrumenta dotalia, quæ ſcit, vel præſumit habere.

17 *Tertiò* fallit in cauſa Eccleſiæ, quæ non minùs priuilegiata eſt, quàm fiſcus, vt in ſimili notant Doctores *in cap. fin. de iudiciis, in cap. venerabilis, eod. tit.* & *cap.* 1. *de reſtitutione in integrum.* Ita Abbas *eod. n.* 19.

18 *Quartò* fallit, ſecundùm Ioannem Andream, & Abbatem *ibidem*, in dotibus, alimentis, in legatis ad pias cauſas, in Hoſpitalibus, & in aliis fauorabilibus, ſaltem vbi non eſt copia probandi. Ad quod facit Ludou. *in Auth. ſimiliter, in verbo priuilegium pia cauſa, circa iudicia, C. ad leg. Falcidiam.*

19 *Quartò* fallit, ſecundùm Ioannem Andream, vbi manifeſtè arguitur peccatum in inſtrumenti retentione, de cuius retentione aliqua poteſt fides fieri, vt tunc ſaltem procedi poſſit per viam denuntiationis euangelicæ. Abbas *n.* 20. putat hoc procedere, quando copia probandi haberi non poteſt: & quod ſi præſens eſt Notarius habens originale, non videt ſufficientem cauſam violandi regulam iuris, & ita priuilegium extendendi, contra diſpoſitionem capitis *Sanè, de priuilegiis.* Ceſſat enim tunc ratio peccati, cùm poſſit de facili a Notario haberi copia.

20 Dicta in quinque fallentiis præfatis procedunt de obligatione exhibendi inſtrumenta ad petitionem partis, vti aduertit Abbas *num.* 20. *in fin.* An autem Iudex poſſit ex officio ad exhibitionem compellere? ſpecialis eſt difficultas, de qua latè diſſerit Abbas *à num.* 21. Et quo iure peti debeant, agit *num.* 25. Et quo tempore debeant edi, diſputat *num.* 26. Et an integraliter cum data, an illa tantùm pars de qua eſt quæſtio, examinat, & reſoluit *num.* 27. 28. 29. *&* 30. In *num.* 31. aduertit, quod vbi petitur editio alieni inſtrumenti non eſt neceſſe originale tradere, niſi ad perlegendum coram iudice, ſed ſufficit dare tranſumptum, & copiam partis neceſſariæ inſtrumenti, periti: quod probat ex noſtra conſtitutione Cœleſtini pro S. Facundo, & *ex cap. cùm perſona, el* 7. *de priuilegiis in* 6. ibi: *Oſtendere, ac ad legendum integraliter exhibere: necnon de articulis, de quibus controuerſia fuerit, tranſcriptum tradere teneantur.* Vbi Gloſſa *verb. integraliter*, reddit rationem, quare integraliter oſtendi debeat inſtrumentum ad legendum, ne ſcilicet præcedentia, vel ſequentia arctent articulum, de quo contenditur, *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l.* 2. § *item*, & *à cap. edenda eſt ratio, ff. de edendo, l. argentarius,* § 1. *ex l.* 1. §. *editiones.* §. *edere non videtur.* Et pariter reddit rationem, quare non debeat integrum tranſumptum tradi; quia pluribus diebus, ac noctibus videntes, & perlegentes illud Aduocati, litigia inde ſumunt, vti Cœleſtinus in præſenti conſtitutione; quod ex breui inſpectione integri inſtrumenti tardò contingere poteſt, quod etiam Abbas ad illam adnotat, vt modò videbimus.

Quando etiam quis inſtrumento vtitur, idem videtur dicendum, ait Abbas *num.* 32. vt ſufficiat oſtendere iudici ad videndum, & perlegendum, ne ſit falſum, vel in fine ſe corrigat; & poſtea ſufficit relinquere copiam in actis cauſæ: quod cautum eſt, ne petantur originalia. 21

---

§. III.

BREVIARIVM.

S. Facundus.

Cœnobium S. Facundi ab Alphonſo Magno reſtitutum. n. 3.

Inhabitatum à Benedictinis ex Corduba profugis, à Mauris deuaſtata anno 874. n. 22.

Ibi requieſcunt corpora SS. Facundi, & Primitiui, qui paſſi ſunt ſub Diocletiano, & Maximiano. ibid.

Inſtrumenta.

In iudicio, præſente parte aduerſa, præſentari debent. n 23. & 25.

Legi debent parte aduerſa præſente. n. 25.

Inſtrumentum plura, & diuerſa continens capitula, ad videndum, & legendum coram Iudice, totum in iudicio producitur; ſed parti aduerſæ ſolùm capitulum, quod facit ad materiam, de qua agitur, edi debet. n. 27. & 32.

Ad exemplationem inſtrumentorum ſolemniter faciendam pars aduerſa requiri debet. numero 25.

Priuilegia.

Priuilegium plura, & diuerſa continens capitula, ad videndum, & legendum coram Iudice, vel aliquibus viris iuridicè ad hoc deputatis, audiente parte aduerſa, totum producitur: & ſi ſuper ſolo vno capite ſit quæſtio, illud ſolùm reſcribatur, & parti detur aduerſæ. n. 22. & 23.

Statutum.

Allegans ſtatutum, non tenetur edere totum ſtatutorum volumen, ſed tantùm ſtatutum de quo agitur. n. 27. & 28.

Teſtes.

Produci debent, parte aduerſa præſente. numero 25.

SEd ad noſtram Cœleſtinam redeundo, videamus, quid circa illam dicant Gloſſa, & Panormitanus, à quo illa caſus figurationem deſumpſit: quare integrè Abbatem primò recenſere, & vltimò Gloſſam, omiſſo caſu, duxi.

Contingit. Inſtrumentum, vel priuilegium, 22
quo vtitor, coram Iudice, aduerſario integraliter legi non debet; ſed ſolùm illud capitulum, de quo agitur, edi debet. Communis diuiſio. Secunda ibi, *confirmationis.* Caſus litteralis. Abbas, & Conuentus S. Secundi (ita appellatur ab Abbate, & à Gloſſa, cùm verè S. Facundus appelletur, ob corpus inſignis Martyris Facundi, qui ſimul cum Primitiuo paſſus eſt ſub Diocletiano & Maximiano, & vnà cum eo ſe-

pultus fuit, vbi poſteà ſub eorum nominibus Baſilica, Cœnobiumque Monachorum noſtri Benedictini inſtituti erectum eſt, & primò à Monachis ex Corduba profugis habitatum, anno Domini 874. quod à Mauris Hiſpaniam vaſtantibus euerſum, ab Alphonſo Magno III. huius nominis, Legionis Rege reſtitutum, hodie poſt tot annorum curricula perſeuerat celeberrimum, cum vulgari nomine, *San Benito de Sahagun*: corrupto vocabulo Latino Sancti Facundi, in *Sahagun*, ſicut corruptum videtur apud Abbatem, & Gloſſ. in *Sanctum Secundum*: & quidem Cœleſtinus in noſtra conſtitutione originali, ex qua originem trahit Decretalis *Contingit*, diſertis verbis, vti vidimus, appellat Abbatem & Conuentum Sanctorum *Facundi*, & Primitiui:) quandocunque litem habentes parti aduerſæ compellebantur priuilegium, quo in iudicio vtebantur, integraliter exhibere; vnde accidit, quod occaſione vnius capituli ſuper quo conueniebantur, plurima litigia ſuſcitarentur. Vnde à Domino Papa ſibi ſuper hoc prouideri petierunt. Reſpondet eis Papa, vt quandocunque ſuper exhibendo priuilegio, vel indulgentia, ſeu inſtrumento fuerint requiſiti, præſente iudice, vel aliquibus viris iuridicè ad hoc deputatis, tantummodò recitetur audiente parte aduerſa. Et ſi pro vno capitulo tantùm quæſtio fuerit, id ſolummodò reſcribatur, & parti aduerſæ eius copia fiat.

23 Nota *primò*, maximè iuncta Gloſſa 1. quod vtens priuilegio, vel alio inſtrumento in iudicio, non tenetur originale dimittere apud acta; ſed ſatis eſt præſentare in iudicio præſente parte ad fidem ei imponendam; & copiam illius capituli, de quo eſt quæſtio, edere, quod bene notabis. Et facit ad idem caput *Cùm perſonæ, de priuilegiis lib. 6. primo reſponſo, in fine*: & videtur textus, iuncta gloſſa finali, & ibi Bartolus, *Cod. eodem, l. fin.*

24 Nota *ſecundò* argumentum, quod ex ſimplici lectura inſtrumenti non præſumitur audiens, vel legens plenè inſtrui de contentis in eo, ſaltem eo modo, quo inſtructus fuiſſet, ſi apud eum longa mora fuiſſet. Facit ad ea, quæ dixi *in cap. vltra tertiam, ſuprà tit. proximo.*

25 Nota, quod ſicut teſtes producuntur parte aduerſa præſente, ita & inſtrumenta edi, & legi debent. Ex quo ſumo efficax argumentum, quod in exemplatione inſtrumenti ſolemniter fienda, pars aduerſa debet requiri: de quo dixi plenè *in cap. Albericus, de teſtibus*; & aliquid dicetur infrà *eodem cap. fin.*

26 Nota, quod in vno inſtrumento poſſunt multa, & diuerſa priuilegia contineri. Et pone exemplum in priuilegio Bonifacij, quod conceſſit Prædicatoribus, & Minoribus, in quo concluſit effectum quaſi omnium priuilegiorum Ordinis, quod vocatur Mare Magnum.

27 Nota hic argumentum, & quaſi expreſſum, quod allegans ſtatutum, non tenetur edere totum volumen ſtatutorum; ſed ſatis eſt edere illud, quod facit ad materiam, de qua agitur: ſicut videmus hoc obſeruari in inſtrumento continente plura, & diuerſa capitula, quod tenet Bartolus *de noui operis nuntiatione, ſuper rubricam.* In hoc tamen eſt diuerſitas, quia cùm allegatur ſtatutum, vel liber rationis, non eſt neceſſe producere totum librum ſtatutorum, vel rationis, etiam ad inſpiciendum; ſed ſatis eſt producere totam illam rationem, vel ſtatutum, de quo agitur, vt tenet Bartolus *vbi ſuprà*, & allegat textum *in l. argentarius §. edi, ff. de edendo.* Sed inſtrumentum, quantumcunque magnum, debet totum produci ad inſpiciendum, & legendum; ſed ſolùm illud capitulum, quod quæritur, parti editur, vt hic, & hodie habetur clariùs *in dicto cap. cùm perſonæ*: & vide quod ibi notatur in Gloſſa, *in verb. integraliter*. Et rationem diuerſitatis credo fore, quia in priuilegio, ſeu inſtrumento nonnunquam apponitur vna clauſula in fine, quæ limitat omnia præcedentia, vel ſaltem declarat, vt *in l. ſi ſeruus plurium*, & *l. qui filiabus, ff. de legatis* 1. & *in cap. Cùm dilecti, de donationibus*: non ſic faciliter contingit in libro ſtatutorum, vel rationum, cùm quodlibet capitulum perfectum habetur loco vnius inſtrumenti.

Ex quo infero aliud, quod ſi capitulum, ſeu integrum ſtatutum habent plures partes, ſatis eſt integrum ſtatutum in iudicio producere ad legendum, & parti ſolùm eſt facienda editio illius partis, quæ tangit materiam ſubiectam. Et idem dic de ratione, quod tota ratio iudici exhibeatur; ſed parti ſolùm edatur particula imminens. Sic intelligo Bartolum *in loco præallegato*, & Ioannem Andream *hîc*, *ſuper gloſſam fin.* Et vide ad materiam quæ dixi *in cap.* 1. *de probationibus* (quæ nos recenſuimus hîc *à numero* 4.) Gloſſæ ſunt faciles, & per ſupradicta declaratæ. 28

---

§. IV.

BREVIARIVM.

Inſtrumenta.

Actor reo, & reus actori edere tenetur inſtrumentum, quo vſurus eſt; ſi aduerſarius tamen id petat. num. 29. *Et ſi iuret quod per calumniam hoc non facit.* num. 30.

Non tenetur illud tradere ad legendum, niſi coram iudice, alia parte præſente. num. 31.

OMnia, quæ in præcedente §. dixit noſter Nicolaus Tudeſchus. Videamus nunc quæ dicat Gloſſa, vt præmiſimus in caſus illius figuratione. Quæ ſequuntur, illa ſunt ad amuſſim, nullo illorum prætermiſſo, reddita. 29

Exhibere. Et nonne iſti erant rei? quare ergo coguntur ſua inſtrumenta parti alteri exhibere, contra illud *ſuprà de probationibus, cap.* 1. & 4. *q.* 3. *cap. ſi teſtes, §. item in criminali, verſ. Quod intendis*, & *Cod. de edendo, l. qui accuſare.* Sed non contradicunt illa, quia iſti vſuri erant in iudicio illis priuilegiis; & ideò aduerſario illa edere tenebantur, *ff. de edendo, l.* 1. *§. edenda*; nam & actor reo, & reus actori tenetur edere omnia, quibus vſurus eſt, *Cod. de edendo, l. vlt.* & de hoc dicitur *infrà eod. cap. G. Perpetuus.* Bernard.

Litigia ſuſcitantur. Quod eſſe non debet; imò potius Iudex proſpicere debet, ne lites ex litibus oriantur, *ff. de arb. Non diſtinguemus, §. quæſitum, ff. ſi certum petatur. Quidam*, & *ff. de legatis* 3. *Fideicommiſſa, §. ſi quis decem*, & *ff. de damno infecto. Qui bona, §. vlt.* & *Cod. de iudiciis, Apertiſſimo*, & *Cod. de ſacroſanctis* 30

ſanctis Eccleſiis, *l. vlt.* Vnde & ille, qui petit ſibi fieri editionem inſtrumentorum, iurare debet, quod per calumniam hoc non faciat, *ff. de edendo*, *Si quis ex argentariis*, *§. exigitur*, *Cod. Quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *l. 3.* Bernard.

31 *Præſente iudice.* Aliàs non tenetur; nam coram iudice, & præſente alia parte, hæc ſunt agenda, *argument. ff. de interrogatoriis actionibus. Voluit*, *§. quod ait*, & *l. vlt.*

32 *Illud ſolummodo. ff. de edendo*, *Argentarius*, *§. edi autem.* Alia verò Capitula non debent edi. Sic & quandoque reticetur clauſula teſtamenti, quæ alicui ingerit ignominiam. *Cod. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *l. 3. ff. eod. tit. l. 2. §. 2.* Bernard. Hactenus Gloſſa.

CONSTITVTIO IV. & Vnica Gregorij Papæ IX.

Pro Abbate S. Facundi, edita anno 1237.

Authores ſunt Angel. Cherub. *tom. 1. pag. 98.* Spondanus *in continuatione Annal. tom. 1. anno 1227. num. 2. & anno 1241. num. 14.* Iordanus *in Catalogo.* Barboſa *in Proœmio Decretalium, num. 2.*

FVit Gregorius Nonus Pontifex 180. de Ciuitate Anagniæ, Vgolinus antea dictus, Triſterij de Comitibus Signiæ filius, Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus; Innocentij III. nepos: creatus Romæ 13. Kal. Aprilis, coronatus ad S. Petrum 5. Kal. Aprilis 1227. Creauit Cardinales 13. Vixit annos 14. menſes 5. dies 10. Obijt Romæ 11. Kal. Septembris, anno 1241. Corpus eius in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Sedes menſem vnum.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Licet Abbati indumenta benedicere Sacerdotalia, ac Monachos, & Clericos, Monaſterio pleno iure ſubiectos, ad minores Ordines promouere.

GREGORIVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterij ſancti Facundi, Ordinis ſancti Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

APoſtolicæ Sedis benignitas prouidè penſans merita ſingulorum, illos proſequitur prærogatiuâ gratiæ ſpecialis, qui ſe illâ per ſuæ ſolicitudinis ſtudium dignos reddunt. Cùm itaque ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, Monaſterio tuo, quod ad Romanam Eccleſiam, nullo pertinet mediante, à Sede Apoſtolica ſit conceſſum, vt Abbates, qui pro tempore fuerint, Epiſcopalibus vtantur inſigniis, & tanquam Epiſcopus ſolemniter benedicant: ad cumulandum gratiæ gratiam, mentis tuæ probitatis inducti, authoritate tibi præſentium indulgemus, vt liceat tibi, & tuis ſucceſſoribus eiuſdem Monaſterij indumenta Sacerdotalia benedicere, ac Monachos, & Clericos ſeculares, Monaſterio ipſi pleno iure ſubiectos, vſque ad Acolytatus ordinem promouere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Interamniæ, 3. Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno decimo.

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Benedictio.

Sacerdotalium indumentorum proprij Cœnobij, conceditur Abbati ſancti Facundi. num. 2.

Clauſulæ.

Sicut in noſtra propoſuiſti præſentia, *æquiualet iſti*, ſicut accepimus: *& huic*, vt dicitis. n. 1.

Qualibet iſtarum clauſularum appoſita in gratia motu proprio conceſſa probatione non indiget; ſecus in conceſſa ad partis inſtantiam. num. 1.

Innocentius III.

Creatus fuit Papa anno Domini. 1198. num. 2.

Ordo.

Tonſuram poſſunt Abbates ſuis Monachis conferre; & an poſſint alienis. num. 2.

Poſſunt etiam Oſtiariatum, & Lectoratum. n. 2.

CLAVSVLA illa, *Sicut in noſtra propoſuiſti præſentia*, quæ æquiualet iſti, *ſicut accepimus*; & huic, *vt dicitis*, appoſita in gratia motu proprio conceſſa, non eget iuſtificatione, aut probatione; ſecus verò in gratia ad partis inſtantiam. Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 18. num. 55.* ex Puteo *deciſ. 100. lib. 3. in correct.* Seraphino *deciſ.* 1371. *num.* 4. Rota *dec. 447. num. 1. & 2. p. 1. diuerſor.* & *dec. 656. part. 2. recentior.* Ioannes Bapt. Lezana *in ſumm. verb. Clauſula, num. 66.* & *tom. 3. ad Mare Magn. Minor. §. 39. num. 105.* & *ad Mare magnum Carmelitarum*, *§. 46. num. 303.* Auguſt. Barboſa *tract. de clauſulis*, *clauſ.* 148. qui allegat Martham *clauſ. 154. 1. p. vlt. impreſſ.* & quamplures alias Rotæ deciſiones. 1

Duo

2 Duo concedit in præſenti conſtitutione Gregorius Papa, Abbatibus S.Facundi. *Primo*, illis impartitur facultatem benedicendi ſacerdotalia indumenta propria ſui Monaſterij. *Secundo*, concedit dictis Abbatibus poteſtatem promouendi ad Ordines minores Monachos, & Clericos pleno iure ſibi ſubiectos.

Quæ certè conceſſio maxima fuit, & cui ſimilem, Abbatibus antea factam, neutiquam vidiſſe me memini. Licèt enim in ſeptima Synodo Generali, & ſecunda Nicæna, anno Domini 789. *in Canone, Quoniam videmus, c. 1. 69. diſtinct.* legatur: *Lectores autem manus impoſitione licentia eſt vnicuique Abbati in proprio Monaſterio ſolummodo faciendi, ſi dumtaxat Abbati manus impoſitio facta noſcatur ab Epiſcopo, ſecundùm morem præficiendorum Abbatum, dum conſtet illum eſſe Presbyterum.* Quæ Synodalis diſpoſitio innouata eſt, cum expreſſione Tonſuræ Clericalis, ab Innocentio Papa III. qui creatus fuit Pontifex Summus anno Domini 1198. *in cap. Cùm contingat, c. 11. de ætate, & qualitate*, & à Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 10.* Hæc tamen conceſſio eſt limitatè facta ad Lectoratum tantùm, & ad ſummum, ad gradum Oſtiariatus, qui ad illum præſupponitur, & ſine quo illi conferri non licet; non autem extendi illa poteſt ad gradum Exorciſtæ, & multò minùs ad gradum Acolyti, vti docet Gloſſa *verb. Lectores.* An autem clauſula illa, *in proprio Monaſterio.* ita limitet facultatem, vt nequeant Abbates Oſtiariatum, & Lectoratum conferre aliis, quàm ſubditis ſuis? dubitari poteſt. Aſcanius Tamburinus *tom. 2. de iure Abbatum, diſputatione 2. quæſito 7. num. 1.* & alij penes ipſum Doctores, ſentiunt non poſſe non ſibi ſubditos ordinare. Gloſſa tamen, *verbo Monaſterio*, in contraria fuit ſententia, dicens: *Sed & Monachos alterius Monaſterij poteſt ordinare, ſi inuitatus fuit. 9. quæſt. 2. can. Lugdunenſis.* Vide alia circa Decretum Alexandri VII. §. 19. *n. 203. & ſeqq.*

3 Circa duas iſtas conceſſiones Abbatibus S. Facundi per Gregorium Papam in hac conſtitutione factas, grauis difficultas eſt, an hodie ſubſiſtant, ita vt dictis Domnis Abbatibus liceat, & integrum ſit illis vti. Illam dilucidare duxi, ſeorſim de vna, & altera facultate diſputando, tum claritatis gratiâ, tum etiam, quia plura ſunt in medium afferenda, quæ pro vna illarum, & pro illius reſolutione tantummodò faciunt, & vice verſa. Sit ergo pro prima conceſſione facultatis benedicendi indumenta Sacerdotalia, dubium primum.

§. II.

BREVIARIVM.

Benedictio.

An hodie poſſint Abbates pro alienis Eccleſiis benedicere indumenta, & paramenta Eccleſiaſtica, controuertitur. à n. 4.

Sententia negatiua tuetur declarationibus S.Congregationis, relatis n. 5. 6. 7. & 8.

Recenſentur priuilegia pro propriis Eccleſiis. numero 9.

Vera ſententia affirmatiua fulcitur, à n. 10.

Producuntur multa priuilegia benedictionem pro alienis Eccleſiis concedentia. num. 17. 18. 19. & 20.

Quæ hodie vigent. n. 14.

Quæ non exprimunt facultatem benedicendi pro alienis Eccleſiis, ſtrictè ſunt intelligenda, ita vt proprietatem verborum non excedat interpretatio. n. 12.

Viget hodie antiquiſſima conſuetudo benedicendi pro alienis Eccleſiis. n. 15. & 17.

Clauſula.

Subintelligitur expreſſa clauſula de ſtylo Curiæ apponi ſolita in priuilegiis & Scripturis. numero 9.

Conſecrare.

Poſſunt hodie Abbates noſtri, ſicut & Ciſtercienſes, Calices, Aras, Campanas, &c. pro alienis conſecrare Eccleſiis. à n. 20.

Recenſentur Sacræ Congregationis declarationes pro Caſſinenſibus circa hanc facultatem. à numero 29.

Declaratio.

Natura declarationis eſt, obſcurum & dubium explicare. n. 34.

Subſtantiam non mutat diſpoſitionis. ibid.

Declarationes Sacræ Congregationis non facto verbo cum Sanctiſſimo, non valent priuilegiis derogare. n. 35.

Dictio.

Dictiones, aliunde, vndecumque, *&* vndique, *quid importent.* n. 24. & 25.

Epiſcopi.

Quæ de ordine Epiſcopali ſunt, ad ſolum Epiſcopum de iure pertinent. n. 12.

Gratia.

Gratiæ ad omnia, quæ verba patiuntur, extendi poſſunt. n. 12.

Lex.

Poſterior lex generalis limitanda eſt per priorem ſpecialem, maximè quoties ad concordiam trahi poſſunt. n. 32.

Odia.

Odioſa, quæ tertio præiudicant, ſtrictè interpretanda. n. 12.

Oracula.

Quæ ante Gregorium XIII. fuerunt Regularibus conceſſa, iam bullata ſunt, & reuocata non ſunt. num. 18.

Priuilegia.

Omnibus priuilegiis conceſſis, & concedendis Congregationi Caſſinenſi, noſtra gaudet. numero 18.

Gaudet etiam conceſſis Congregationi Ciſtercienſi. n. 21. & 27.

Signatura.

Signatura ſimplex quænam ſit n. 18.

A viuæ vocis oraculo diſtinguitur. n. 18.

4 AN hodiè Abbates Sancti Facundi (& idem inquiritur de aliis ſimile habentibus priuilegium, aut gaudentibus præſenti Gregoriano, quales ſunt omnes noſtræ Congregationis Abbates, vti Deo fauente demonſtrabimus,) poſſint his temporibus omnia indumenta Sacerdotalia, paramenta Eccleſiaſtica, & Corporalia, non ſolùm pro ſuarum Eccleſiarum vſu, ſed etiam pro alienis, extraneis, & à propriis independentibus, licitè, & liberè benedicere?

Sententiam negatiuam tenent Gauantus *in rubricas*

Rubricas Miſſalis, part. 4. tit. 18. numero 22. & *in Manuali Epiſcoporum. verbo Abbas, num. 29. cum ſeqq.* Hieronymus Rodriquez *in compendio Quæſtion. Regular. reſol. 13. numero ſecundo*, & penes Zachariam Paſqualigum *de ſacrificio nouæ legis, tom. 2. quæſt. 803.* Emmanuel Roderiquez *in ſumma, part. 1. cap. 47. numero primo.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, part. 1. lib. 1. cap. 18. num. 61. & lib. 3. cap. 2. num. 31.* Portel. *in dubiis Regular. verb. Benedicere, numero tertio.* Auerſa *de Euchariſtia, quæſt. 11. ſect. 13. verſic. ſextò*, Hieronymus Garcia *in ſumma tract. 3. difficultat. 8. dub. 4. punct. 1. num. 10. & ſeq.* & Gauant. *in rubricas Miſſalis, part. 2. tit. 1. ſect. 4. dub. 3. difficult. 1. verſic. ſecunda ſententia.* Tenet etiam Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma Quæſtion. Regular. tom. 1. part. 1 cap. 18. num. 57. in fine.*

5 Iſta ſententia præcipuè fundatur in quibuſdam S. Congregationis declarationibus. Gauantus, & Paſqualigus *locis citatis*, & Barboſa *in ſumma decisſ. Apoſtolicar. verbo Abbas, num. 11.* Aſcan. Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 22. quæſt. 2. numero ſecundo*, referunt S. Congregationem Rituum 24. Augusti 1609. declarauiſſe, quod priuilegia dictam benedictionem conceden tia, ſint tantùm accipienda quoad ea, quæ propriis Eccleſiis inſeruiunt.

6 Idem Gauantus, Paſqualigus, & Barboſa referunt S. Congregationem declarauiſſe ad fauotem Epiſcopi Spoletani, 30. Septembris 1628. & 18. Auguſti 1629. non habere locum contrariam conſuetudinem.

7 Sub die 13. Martij 1631. vel 1633. hanc etiam edidit declarationem. *Abbates, Priores, Guardiani, & alij Religionum Prælati, etiam ex Societate Ieſu, habentes priuilegia benedicendi veſtes ſacras, Cæmeteria, & ſimilia, dicto priuilegio vti non poſſunt, niſi in his rebus, in quibus ſacra Vnctio non adhibetur, & pro ſeruitio dumtaxat Monaſteriorum, & propriarum Eccleſiarum.* Sic illam exſcribunt Barboſa *vbi proximè, num. 14.* Lezana *tom. 2. part. 3. verbo Altare, numero tertio.* Paſqualigus *loco præallegato.*

8 Dictis addo decretum S. Congregationis Rituum, authoritate SS. D. N. Alexandri Papæ VII. ſub die 27. Septembris de anno 1659. editum, de quo infra latè agemus, inter cuius capitula, in 18. ſub ſequenti habetur tenore, videlicet: *Eccleſiaſticam ſupellectilem, pro ſeruitio dumtaxat ſuarum Eccleſiaram, vel Monaſteriorum benedicant.*

9 Et confirmatur, quia talis eſt Summorum Pontificum intentio: nam vtplurimùm, quando huiuſmodi priuilegia conceſſerunt, adhibuerunt limitationem quoad ea, quæ propriis inſeruiunt Eccleſiis. Et huiuſmodi ſunt plura à dicta S. Rituum Congregatione conceſſa: 12. Iunij 1610. Abbati Murbach, Imperij Principi: 18. Nouembris 1606. Abbati ſancti Petri de Monte, Theolenſ. Diœceſis: & 9. Octobris 1610. Abbati Bredlenienſi, Polonienſis Diœceſis. Illa recenſet Abbas Tamburinus *tom. 1. diſput. 22. quæſt. 1. numero octauo*, ex Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 1[illegible] num. 62.* Et quamuis dicta limitatio in aliis non apponatur priuilegiis, ſubintelligitur in illis appoſita. Gratia enim facta ſine clauſula, quæ de ſtylo Curiæ in ſimilibus gratiis apponi ſolet, illam ſubintelligitur expreſſum habere, vti docet Abbas *in cap. accepimus*, *numero ſecundo, de ætate, & qualitate.* Aug. Barboſa *tract. de clauſulis in genere, numero primo*, cum Felino *in cap. cum Al. Ferrarienſis, numero ſexto, el 9. de conſtitutionibus*, Mandoſio *in regulam 17. Cancellariæ, quæſt. 2. numero ſexto*, & Rebuffo *in repetitione cap. Nulla, colum. 30. in fine verſic. Tertia eſt mihi, de conceſſione prabendæ.* Aſcanius Tamburinus *dicto tom. 1. diſputat. 12. quæſtio 2. numero quinto*, ex textu *in cap. accepimus*, & ibi Antonio Butrio *de ætate & qualitate*, & ex textu *in l. Magiſtratus*, & Bartolo ibi, *Digeſt. ad municipalem.* Et ratio eſt, quia Notarius debet apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas, & ſolitas. Idem Barboſa cum Boer. *deciſ. 77. numero tertio.* Bertazol. *de Clauſulis inſtrumentor. clauſ. 16. gloſſa 3. num. 2.* & cum Rota *deciſ. 229. num. 24. tom 5. recen*

Secundam ſententiam affirmatiuam, communem contra communem, quam veram iudico, amplectuntur Emmanuel Roderiquez ſibi contrarius, *tom. 1. Quæſtion. Regular. quæſt. 19. art. 2.* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regularium tom. 1. ad Conſtit. 1. Iulij II. §. 19. numero 44.* & *tomo de Prælato Religioſo quæſt. 3. cap. 8. numero ſecundo.* Aſcan. Tamburinus *dicto tom. 1. diſputat. 22. quæſ. 1. numero primo*, cum Sylueſtro *in ſumma, verbo Benedictio, numero tertio.* Caſarubio *in addit. ad Compendium priuilegior. Mendicantium*, & cum aliis penes ipſos, Miranda *in Manuali Regularium Prælatorum, tom. 1. quæſt. 4. artic. 3.* Idem Aſcanius *eodem tomo, diſputat. 23. quæſt. 13. per totam*, Zacharias Paſqualigus *vbi ſuprà*, cum Ioanne à Cruce *lib. 1. de ſtatu Religion. capite quinto, dub. 2.* Nigro *in addit. ad Ruiz, part. 1. præſ. 194. quæſt. 36.* Ludouico à S. Ioan. *in ſumma quæſt. 11. de Euchariſtia, art. 10. dub. 2. append. 4.* Thoma Tamburino *Opuſc. de ſacrificio Miſſæ, lib. 1. cap. 3. §. 2. numero tertio*, & cum Martino à Sancto Ioſeph *in Regulam S. Franciſci, tract. de authorit. Prælati, tit. de authorit. Guardiani, numero decimoſexto.* 10

Pro difficultatis tamen exacta reſolutione, adnotare operæpretium duxi cum Paſqualigo, *vbi proximè, numero octauo*, priuilegia in præſenti materia conceſſa, in triplici eſſe differentia. Quædam enim ſunt cum expreſſa limitatione, *pro his, quæ propriis inſeruiunt Eccleſiis*: cui dubio procul æquiualet clauſula à Gregorio Papa in præſenti appoſita conſtitutione, videlicet: *Indulgemus, vt liceat tibi, & tuis ſucceſſoribus eiuſdem Monaſterij indumenta Sacerdotalia benedicere.* Quædam verò abſque limitatione vlla, & abſque expreſſione extenſionis ad ea, quæ pro alienis inſeruiunt Eccleſiis. Quædam tandem ſunt, quæ expreſſam hanc continent, aut æquiualentem extenſionem. De cuius numero eſt, quod Innocentius VIII. conceſſit Congregationi Caſſinenſi, aliàs S. Iuſtinæ, cuius meminit Aſcanius Tamburinus *tom. 1 diſputat. 22. quæſt. 2.* vbi dicitur (verba Aſcanii ſunt) quod poſſint Abbates dictæ Congregationis benedicere Corporalia, veſtimenta, cæteraque ornamenta Eccleſiaſtica, tam ſui Monaſterii, quam etiam vndecumque ſint. 11

Quo adnotato, dico primò, Abbates S. Facundi, & alios, hac Gregoriana Conſtitutione, & ſimilibus priuilegiis gaudentes, non poſſe in vim illorum præcisè indumenta Sacerdotalia pro vſu alienarum Eccleſiarum benedicere. Hoc 12

dictum probant Doctores primæ ſententiæ, & Paſqualigus *dicto numero octauo*: probant etiam omnes declarationes Sacræ Congregationis Rituum pro illa adductæ, & probat ratio ipſa. Quia gratiæ (quales ſunt in Gregorij Conſtitutione contentæ) licèt extendi poſſint ad ea, quæ verba patiuntur, vti dictus ait Paſqualigus *tom. 1. de ſac. ſpecio, quæſtion.* 178. cum Alex. de Næuo *in cap. Quia circa, numero decimoſexto, de conſanguinitate & affinitate*, Sanchez *de Matrimonio lib. 8. diſputat. 1. numero quinto*, & ego ipſe *in Diſquiſit. Moral. & Canonic. tom. 1. tract. 1. diſp. 3. dub. 1. §. 1. numero 35.* & *tom. 2. diſq. 1. dub. 14. numero* 124. in odioſis tamen, & quæ tertio, maximè Epiſcopo Diœceſano, præiudicant, ſtrictè ſunt interpretandæ. Abbas Panorm. *in cap. Quia circa, numero tertio & quarto*, ibi: Secus ſi priuilegium eſſet conceſſum à Papa, quia cùm præiudicaret iuri Ordinarij, eſſet ſtrictiſſimè interpretandum; *el 22. de priuilegis*, & *cap. ad audientiam, numero primo, el 12. de decimis*, & *part. 1. conſilior. conſ. 98. numero quarto.* Aug. Barboſa *in cap. ex tenore, numero ſecundo, de authoritate, & vſu Pallij*, & *in cap. quidam, numero quarto, el 32. de priuileg.* Ioannes Caramuel in *Theologia Fundamentali, numero* 948. Quod autem Abbates, & Prælati Regulares indumenta Sacerdotalia, & alia Eccleſiaſtica paramenta benedicant, iuri præiudicat Epiſcopi Diœceſani, cùm ad illum tantùm de iure ſpectet, ſicuti alia, quæ de poteſtate Ordinis Epiſcopalis ſunt, *can. Quamuis Corepiſcopus, 68. diſtinct.* Abbas *in cap. Aqua, numero ſecundo, el 9. de conſecrat. Eccleſia.* Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom. 2. part. 3. verbo benedicere.* Gauantus *comment. in rubricas Miſſalis, part. 2. tit. 1, pag.* 87. ex Innocentio III. *lib. 1. myſter. Miſſa, capite nono*, & *part. 4. tit. 19. numero vigeſimotertio.* Ergo priuilegia Abbatibus, & aliis conceſſa ad prædicta benedicenda, ſtrictè debent intelligi, illorum tenore inſpecto; ac per conſequens cùm Gregorius Nonus in præſenti conſtitutione limitet facultatem ad indumenta Sacerdotalia Monaſterij S. Facundi, nequibit illius Abbas indumenta benedicere externa, in vim illius.

13 Dico *ſecundò*, probabile eſſe, poſſe Abbates S. Facundi, & alios noſtræ Congregationis, in vim conſtitutionis Eugenij Papæ IV., 9. noſtri Bullarij, *numero duodecimo*, pro alienis Eccleſiis indumenta benedicere Sacerdotalia. Sed de hoc Deo volente, dum de dicta agam Eugeniana.

14 Dico *tertiò*, prædictos omnes Abbates poſſe hodie benedicere veſtes Sacerdotales, & omnia paramenta Eccleſiaſtica pro vſu propriarum, & alienarum Eccleſiarum. Ita Authores ſecundæ ſententiæ, & præcipuè Paſqualigus *quæſt.* 777. *numero quarto*, & *quæſt.* 803. *à numero octauo*, & Aſcan. Tamburinus *tom. 1. diſputat. 22. quæſ. 2. numero primo*, cum Emman. *tom. 1. qq. Regular. quæſt. 19. art. 2.* Miranda *in Man. tom. 1. quæſt. 40. art. 3.*

15 Hoc dictum fundatur primò in praxi, & conſuetudine antiquiſſima, in qua exiſtunt Abbates, benedicendi ſupradicta, non ſolùm Eccleſiarum ſuarum, verùm etiam vndecumque ad ſe venientia: de qua quidem conſuetudine teſtantur *vbi proximè* Paſqualigus & Tamburinus.

Nec valet dicere cum Gauanto *part. 4. tit. 19.* 16
numero vigeſimoſecundo, huiuſmodi conſuetudinem abrogatam eſſe à S. Congregatione Rituum, 18. Auguſti 1629. Non, inquam, valet. Quia quidquid ſit de hac derogatione, ſolùm procedere illa poteſt de ſimplici conſuetudine, non autem de conſuetudine Apoſtolico priuilegio expreſsè munita, de quo ſtatim.

Secundò fundatur in priuilegio à Sixto Papa 17
Quarto conceſſo Abbati Florentiæ Congregationis Caſſinenſis, eſt 96. Bullarij dictæ Congregationis, extracto ex archiuio Abbatiæ Florentiæ, & relato à Paſqualigo *vbi proximè, numero ſecundo*, in cuius narratiua hæc haberi ait: *Aliàs cùm expoſuiſſes nobis, ex conſuetudine antiqua Abbates prædeceſſores in iſta Abbatia tua Corporalia, Altaris linteamina, necnon Sacerdotales, & alias diuino cultui dicatas veſtes, tam ad Abbatiam ipſius pertinentia, quàm vndecunque tranſmiſſa, benedicere conſueuiſſe.* Et accepta hac narratione (inquit Paſqualigus) Pontifex Sixtus IV. conceſſit facultatem benedicendi pertinentia ad Monaſterium Abbatis. Et addit præfatus Author: Rurſus cùm fuiſſet de nouo ſupplicatum pro conceſſione *iuxta conſuetudinem*, Pontifex diſpoſuit, *vt Monaſterium tuum Abbatia Florentia, inque, & qui pro tempore fuerint Abbates, in ſtatu, & conditione ſuis, quoad prædicta, in quo in, & Monaſterium ipſum eratis ante primam conceſſionem, ſeu declarationem huiuſmodi, per ſignaturam manu noſtra factam, tenore præſentium annuimus, & concedimus.* Hactenus Sixtus Papa, prout Paſqualigus refert.

Huius priuilegij meminit etiam Ioannes Bapt. 18
Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. capite decimo octauo, numero* 57. vbi ait, fuiſſe illud conceſſum viuæ vocis oraculo, atque adeò fuiſſe reuocatum per Gregorium XV. & Vrbanum VIII. cum aliis viuæ vocis oraculis. Sed non bene id dixit, quia ex ipſis Sixti IV. verbis modò redditis euidenter apparet, priuilegium eius fuiſſe conceſſum per ſignaturam ſimplicem, quæ tunc contingit, quando Papa per ſe; aut per ſuum delegatum ſubſcribit, ſine ſigillo, vti cum Brunone Chaſſaing. *de priuilegiis Regular. tract. 1. capite primo, propoſit. 2. in principio*, dixi *in Diſquiſit. Moralib. & Canonic. tom. 2. diſq. 1. dub. 14. numero* 123. & quod diſtinguatur ſimplex ſignatura à viuæ vocis oraculo, *ibidem, numero* 141. dixi cum pluribus DD. de quorum numero eſt ipſe Lezana *tom. 2. part. 4. verb. Oracula viuæ vocis, numero quarto*, dicens: Vnde non ſolùm conceſſiones factæ per Bullam, aut Breue non dicuntur Oracula viuæ vocis, ſed etiam illæ, quæ fiunt per ſignaturam Papæ; quando ſcilicet ipſe alicui petitioni ſubſcribit, vel ſolùm ſcribendo *fiat*; quia tales conceſſiones non fiunt oretenus, ſed etiam manu. Hæc Lezana. Ergo conceſſio Sixti, nec fuit facta viuæ vocis oraculo, nec fuit reuocata per Gregorium, nec Vrbanum: nec fuiſſet quidem, quamuis oraculum eſſet, quia fuit poſteà bullatum per Pium V. & Gregorium XIII. vti docent Peyrinus *de priuileg. tom. 3. cap. 12. ad conſtit. 8. Vrbani VIII.* Lezana *tom. 2. verbo oracula viuæ vocis, numero ſeptimo.* Pellizarius *in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 8. numero* 127. & *tom. 2. tract. 10. cap. 10. num. 76. verſic. cæterùm.* Vidal *in Arca Vitali, tit. de iuriſdictione, inquiſit. 4.*

inquiſit. 4. *num.* 17. *pag.* 277. Dicaſtillus *tom.* 2. *de Sacramentis, tract.* 8. *diſputat.* 10. *dub.* 11. Leander *in Regula S. Franciſci, quæſt.* 20. *ad cap.* 6. *numero tertio.* Ego ipſe *tom.* 1. *Diſquiſitionum, tract.* 2. *diſq.* 9. *numero ſeptimo, &* 19. & *tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 13. *num.* 141. Quod autem Abbas S. Facundi, & omnes alij noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ hoc priuilegio gaudeant, ſicut omnibus aliis dictæ Caſſinenſi Congregationi, eius Abbatibus, & Monaſteriis, ac eorum cuilibet conceſſis, & concedendis, dixi *dicto tom.* 1. *tract.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. *numero* 36. *in fine, & tract* 2. *diſq.* 9. *numero quarto,* vigore conſtitutionum Iulij II. de anno 1505. Leonis X. & Clementis VII. 1523. in Bullario dictæ noſtræ Congregationis contentarum, *la* 1. *pag.* 2. *la* 83. *pag.* 166. de quibus auxiliante Deo, in huius priuilegiorum opere agam.

19 *Tertiò* fundatur dictum noſtrum tertium in conceſſione Innocentij VIII. eidem Congregationi Caſſinenſi facta, de qua per ea, quæ ſequuntur verba, noſter Tamburinus teſtatur, *tom.* 1. *diſputat.* 22. *quæſ.* 2. *ſub numero primo.* Prætereà id hodie non eſt in controuerſia ponendum; clarè enim patet ex priuilegiis Monachalibus Congregationibus elargitis, & præcipuè ex priuilegio Innocentij VIII. Congregationi Caſſinenſi, aliàs S. Iuſtinæ de Padua conceſſo, vbi dicitur, quod *poſſint Abbates dictæ Congregationis benedicere Corporalia, veſtimenta, cæteraque ornamenta Eccleſiaſtica, tam ſui Monaſterij, quàm etiam vndecunque ſint.* Hæc omnia Aſcanius Tamburinus.

20 Fundatur *quartò* in conſtitutione eiuſdem Innocentij Papæ VIII. 5. apud Emmanuelem Roderiquez in Bullario, edita 5. idus Aprilis de anno 1489. in qua Ioanni Abbati Ciſtertij, & aliis quatuor Coabbatibus, & ſucceſſoribus eorum conceſſit, vt de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta pro ſuis, & alienis Eccleſiis benedicere poſſent. Ait enim ibi Pontifex ille Summus: *Et ab aliquibus hæſitetur, an tu, & dicti Abbates, Pallas, & alia ornamenta huiuſmodi, extra ipſius Ordinis Monaſteria, & etiam illa, quæ ad Monaſteria, & loca dicti Ordinis non ſpectarent, & an poſſint in quibuſlibet aliis Monaſteriis, & locis dicti Ordinis vtriuſque ſexus benedicere, licèt Abbates prædeceſſores à tanto tempore citra, cuius contrarij memoria non exiſtit, præmiſſa omnia, ſeu maiorem partem facere conſueuerint. Nos qui Ordinem ipſum præ cæteris in viſceribus gerimus charitatis, & illum intendimus non minoribus gratiis & priuilegiis, quàm prædeceſſores noſtri fecerint, decorare, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, & ſucceſſoribus tuis, ac dictis Abbatibus aliorum quatuor Monaſteriorum prædictorum nunc, & pro tempore exiſtentibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta, & quæcumque alia veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica, Corporalibus, vaſculiſque ad reponendum Sacram Euchariſtiam, ac Imaginibus quibuſlibet comprehenſis, in locis, & domibus dicti Ordinis benedicere, & Calices conſecrare, tam de dicto Ordine, quàm ſi ad vos aliunde nonnunquam deferantur: ac Altaria de nouo conſtructa, ſeu tranſlata, reſtaurata, aut mutata, in quibuſlibet locis dicti Ordinis, Chriſmate ſacro, priùs ab aliquo Catholico Antiſtite recepto, conſecrare.*

Hactenus Innocentius, *in Conſtitutione illa,* incipit, *Expoſcit,* quæ habetur in Bullario authentico Emmanuelis Roderiquez, *à pagina* 528. & in Ciſtercienſi *part.* 1. *priuil.* 118. *fol.* 156. & cuius meminerunt Emmanuel ipſe *tom.* 1. *qq. Regular quæſt.* 28. *art.* 2. Hieronym. Roderiquez *in Compend. earumdem qq. reſolut.* 1. *numero ſeptimo,* & *reſolut.* 13. *numero tertio.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 27. *numero* 36. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputat.* 23. *quæſ.* 13. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *numero* 58. Paſqualigus *de Sacrificio nouæ legis, tom.* 2. *quæſt.* 803. *numero tertio,* Ego ipſe *in Diſq. Moralib. & Canonic. tom.* 1. *tract. ſecundo, diſquiſit.* 9. *numero quarto.*

Quod etiam gaudeant hac innocentij VIII. 21
conſtitutione Abbates S. Facundi, & omnes alii noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, conſtat ex conſtitutione *Romanus Pontifex,* Clementis Papæ VIII. edita ad fauorem eiuſdem Congregationis, die 30. Septembris, de anno 1592. eſt 123. Bullarij noſtri, iuncta maximè alia conſtitutione Gregorij XIV. incipit ſimiliter, *Romanus Pontifex,* anno 1591. edita ad fauorem Congregationis Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, *la* 3. *apud Bullarium Emmanuelis Roderiquez, fol. mihi* 518.

Circa quam Innocentij conſtitutionem non- 22
nulla adnotanda veniunt, ſcitu digniſſima. Primum eſt, non fuiſſe viuæ vocis oraculo conceſſam, ſed per Bullæ expeditionem: & miror, quod hoc ignorauerit Mag. Ioannes Baptiſta Lezana.

Secundum eſt, in vim illius poſſe Abbates 23
benedicere, & conſecrare Calices, Aras, Campanas, Corporalia, veſtes ſacras, & omnia alia ex quocumque loco, ad eos etiam nullo modo ſubiecto & pertinenti delata, vti docent Hieronymus Roderiquez *reſolut.* 13. *numero tertio,* Aſcan. Tamburinus *tom.* 1. *diſſ.* 23. *quæſ.* 13. Antonin. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 15. Paſqualigus *de ſacrific. quæſt.* 777. *numero quarto, & quæſt.* 803. *à numero nono,* & alij penes ipſos, ac Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.* 1. *cap.* 18. *numero* 47. ſequentia docet: *Digo lo ſegundo, los Abbades pueden conſagrar Aras, ò Altares portatiles, Altares fixos, que de nueuo ſe edifican, ò ſe traſladan, ò mudan en ſus Yglesias, Calices, Patenas, bendezir Campanas, vaſos, y Cuſtodias, en que ſe pone el Santiſſimo Sacramento, y otros vaſos ſagrados, las veſtiduras ſagradas, Corporales, y ornamentos de Altar, y Yglesia, no ſolamente para vſo de ſus Yglesias, ſino tambien para otras Yglesias, ſin licencia del Obiſpo, como ſea dentro de ſus Yglesias, y Conuentos, que fuera no pueden ſin licencia del Obiſpo, mas con ella lo pueden hazer en qualquiera lugar. Esto conſta de los priuilegios citados, y lo dixe en la Summa, loco citato (cap. 4. diſp. 3. dub. 9.) num. 351. con otros muchos, a quienes añado a Caramuel, num. 1567. donde haze expreſſa mencion de los Altares fixos, y de las Campanas: y lo miſmo dize Pellizzario de las Aras, Calices, y Patenas, vbi ſupra (tom. 2. tract. 8. cap. 5.) num. 101. de las Campanas, num. 105. de los Corporales, y ornamentos, num. 106. & 108. Y de eſtas coſas, que ſon para otras Yglesias, num. 110. y cita otros muchos priuilegios. Y eſto eſta en vſo en Eſpaña, que las miſmas Yglesias Cathedrales lleuan Aras, Calices, Corporales, y ornamentos a los Conuentos, para que los conſagren, o bendigan los Ab-*

bades, como a mi me ha ſucedido en Auila, y en eſta Ciudad de Valladolid, ſiendo Abbad. Y eſto lo tiene executoriado nueſtra Religion, como lo dixe loco citato Summa de Sacramentis.

24 Et ratio eſt, quia conſtitutionis verba clara ſunt. Clauſula enim, *quam ſi ad vos aliunde nonnunquam deferantur*, vniuerſalitatem importat, quæ ad certa loca ſubiectionis qualitate affecta coarctari non poteſt, ſed omnem locum comprehendit, quicumque ille ſit. Dictio namque, *aliunde*, idem importat, vt Paſſeratius *in Dictionario*, & Paſqualigus docent, ac *ex alio loco*; vulgò, *de alguno otro lugar*: & proinde quandam loci generalitatem importat, ſe extendentem ad omnem locum, iuxta notata per Speculatorem *tit. de inſtrument. præſent.* §. *final. verſic. quod ſi quis*, Ioannem Andream *ibidem, in addit.* Curtium Iuniorem *conſil.* 38. *in fine*, & Caputaquenſem *deciſ.* 296. *num.* 6. *part.* 2.

25 Similem admittit, & genuinam quidem interpretationem clauſula appoſita in præcedenti Sixti IV. Conſtitutione, per verba, *quàm vndecumque tranſmiſſa.* Aduerbium enim, *vndecumque*, idem ſignificat, ac *ex quocumque loco*, eodem Paſſeratio *in Dictionario*, teſte, qui ſic Hiſpanè illud vertit, *Donde quiera.* Conſonant Paſqualigus *numero* 10. quatenus ait, dictionem, *vndecumque*, eandem eſſe, ac dictionem, *vndique*; & iſtam idem importare, quod clauſula, *ex omni loco.* Paſſeratius *verbo Vndique*, & Auguſt. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 434. dictionem, *vndique*, explicant per clauſulam, *ex omni parte.* Et addit Barboſa, *& de loco propriè dicitur.* Pro cuius comprobatione inter alia adducit Virgilium *lib.* 5. *Æneid.* canentem.

Maria vndique, & vndique cœlum.

26 Facultas igitur in hac duplici conſtitutione reſpectiuè conceſſa, ad benedicendum, & conſecrandum, vniuerſaliſſima eſt, & ſe extendit ad omnes res, cuiuſcumque loci ſint, cum plena, & libera facultate, vti ait Paſqualigus, iuxta notata *in cap. licèt, de Officio delegati*, & *in l.* 2. §. *Poſtea, Cod. de veteri iure enucleando*, & *in* §. *fin. Authent. Quomodo oportet Epiſcopos & Clericos ad ordinationem deduci.* Et obſeruat Pariſius *conſil.* 111. *num.* 11. *lib.* 1.

27 Tertium adnotandum eſt contra id, quod docet Lezana *dicta part.* 1. *cap.* 18. *num.* 58. præfatam Innocentij Conſtitutionem vſu eſſe receptam, non ſolùm apud Ciſtercienſes, ſed apud alios Abbates. Teſtatur Aſcanius Tamburinus *vbi ſuprà, num.* 2. *&* 3. per hæc verba: Quia certum eſt etiam ex communi praxi, & conſuetudine, & ex pacifica poſſeſſione, in qua prædicti Abbates communiter reperiuntur, Altaria vndequaque ad ſe delata conſecrandi, &c. De qua certè praxi, conſuetudine, & pacifica poſſeſſione Abbatum meæ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, teſtari bene poſſum, cùm ſæpè ſæpiùs illos viderim conſecrare Calices, & Aras, diuerſis ex locis ad eorum Cœnobia nullo modo pertinentibus, allatas. Et illi quidem ad id ſufficienti exiſtunt, & extiterunt facultate muniti. Conceſſio enim illa quinque Abbatibus Congregationis Ciſtercienſis ab Innocentio VIII. facta, à Gregorio Papa XIV. per communicationem, & extenſionem Congregationi Ciſtercienſi Hiſpanæ, & illius Abbatibus fuit propria facta, ſub 28. die menſis Iunij, de anno 1591. in conſtitutione *Romanus Pontifex, in* 3. *apud authenticum Emmanuelis Roderiquez Bullarium.*; & omnia, & ſingula priuilegia dictæ Congregationis Ciſtercienſis fuerunt noſtræ per Clementem Papam VIII. conceſſa in conſtitutione *Romanus Pontifex*, ſub die 30. Septembris, de anno 1592. edita, *in* 123. *noſtri Bullarij authentici.*

28 Quod ſi quis dicat, noſtros Abbates vti, quantùm ad facultatem benedicendi, & conſecrandi pro externis Eccleſiis Ciſtercienſibus factam, non poſſe Innocentij VIII. conſtitutione, in vim recenſitæ Clementinæ, cùm hæc iſtam addat limitationem, *dummodo non ſint reuocata, & non aduerſentur decreto Concilij Tridentini, & quatenus etiam ſunt in vſu.* Conceſſio autem illa non eſt in vſu, aduerſatur decreto Concilij Tridentini, & à Sacra Congregatione eiuſdem Concilij interpretum reuocatur in declarationibus ſuprà recenſitis.

Dico, bene poſſe Abbates noſtros præfata vti facultate vigore dictæ Clementinæ: tum quia vti modò diximus, ex praxi, communi conſuetudine, & poſſeſſione vſus Innocentianæ conceſſionis comprobatur. Tum etiam, quia illa minimè Tridentini aduerſatur Decreto, nec reuocata à Sacra illius Congregatione exiſtit; quod euidenter demonſtrat eiuſdem S. Congregationis declaratio facta 10. Septembris, de anno 1614. quam recenſet Antonius Naldus *in ſumma, verbo Abbas, num.* 4. *pag. mihi* 3. Antonin. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 15. Aſcan. Tamburinus *tom.* 1. *diſput.* 23. *quæſt.* 1. Paſqualigus *vbi ſuprà, numero duodecimo.* Aug. Barboſa *in Summa deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 1. *verbo Abbas, num.* 12. ex Selio *in Selectis Canonic. cap.* 19. *num.* 9. & fuit facta ad fauorem Abbatum Congregationis Caſſinenſis, illius Procuratore Generali inſtante.

29 *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum declarauit deciſionem à ſe aliàs editam, quod Abbates, vtcumque benedicti, benedicere non poſſunt ea, in quibus vnctio requiritur, non obſtare quominus iidem munus prædictæ benedictionis, quoad ea, in quibus vnctio requiritur, impendere queant, ſi ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat, muniti fuerint. Datum die decimo Septembris*, 1614.

P. CARDINALIS ARIGON.

30 Paſqualigus *dicta quæſt.* 777. Decretum eiuſdem S. Congregationis, ad fauorem Abbatum Congregationis Caſſinenſis recenſet, tenoris ſequentis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum conceſſit, Abbates Congregationis Caſſinenſis, vti hac in parte Sedis Apoſtolicæ priuilegiis munitos, poſſe vtique in locis eorum iuriſdictioni ſubiectis Campanas, & Calices benedicere. Die 5. *Aprilis* 1620.

R. CARDINALIS VBALDINVS.

31 Quæ certè conceſſio, noſtræ etiam Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, aliàs Valliſoletanæ Abbates, ſicut Caſſinenſes, afficit, ob ea, quæ ſuprà *n.* 18. diximus, *in fine*

Si ergo ſpeciale priuilegium Sedis Apoſtolicæ circa vſum vnctionis in benedictionibus ſufficit ad hoc, vt illi non derogetur, neque per Concilium, neque per ſacram illius Congregationem, vti eadem ipſa declarauit dicto die 10. Septembris de anno 1614. & ſi Congregationes noſtræ Caſſinenſis,

nenſis, & Valliſoletana priuilegiis Apoſtolicis in hac parte reperiuntur munitæ, & gaudent earum Abbates priuilegiis Congregationibus Ciſtercienſibus conceſſis, & iſtarum Abbates poſſunt pro alienis Eccleſiis prædicta benedicere, & conſecrare, eadem facere poterunt hodie noſtræ Congregationis Abbates. Vnde immeritò Noſter Didacus de S. Ioſeph *en el Manual Eccleſiaſtico, y Ceremonial, tratado 2. cap. 2. fol.* 89. vbi de Calice, & Patena loquens, ait: *Todo conſagrado por el Obiſpo, ò por otro, que tenga facultad; aduertiendo, que los Abbades, tan ſolamente pueden hazer eſtas conſagraciones para las Ygleſias ſubditas à ellos.*

32 Dices cum Lezana *tom. 2. part. 3. verb. Altare, num.* 3. Declarationi S. Congregationis de anno 1614. derogari per declarationem poſteriorem *ſuprà num.* 7. redditam; ſicut prior lex per poſteriorem derogatur.

Reſpondeo in primis, legem poſteriorem non ſemper derogare priori, immò per priorem ſpecialem limitanda eſt poſterior, & iuxta illam intelligenda, & interpretanda, vt vitetur iuris correctio, quæ maximè vitari debet, *cap.* 29. *de electione in* 6. vbi Gloſſa *verb. ſuſtineri.* Lezana *tom. 2. verb. Leges Regular. n.* 40. Marcus Vidal *in Arca Vitali, in indice vtriuſque iuris textuum, axiomatum, & ſententiarum, verb. Lex.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſputat. 5. punct. 3. §. 3. num.* 13. ego ipſe *tom. 2. Diſquiſit. Moralium & Canonicarum, tit. 1. dub. 14. num.* 142. & 148. Quibus in locis plura allegaui iura, plures cumulaui Doctores. Vnde declaratio poſterior de anno 1632. vel 1633. quæ generalis fuit, præferri non debet priori ſpeciali de anno 1614. factæ, exhibitione priuilegiorum Congregationis Caſſinenſis, per eius Procuratorem Generalem S. Congregationi, præcedente, vti teſtatur Naldus, & Tamburinus, qui adamuſſim exſcribit *ſub dicto num.* 5. petitionem dicti Procuratoris, ſummarium priuilegiorum productum, & decretum editum in cauſa à S. Congregatione dicto die 10. Septembris 1614. hîc, *num.* 29. recenſitum, cuius, præter allegatos Doctores, rurſus meminit Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 17. num.* 64.

33 Deinde reſpondeo, quod quoties locus eſt concordiæ, iuxta doctrinam Ancharani *conſil.* 190. ab eodem recenſitam, Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, verb. correctio, num.* 3. maximè procedit, quod per legem, decretum, aut declarationem poſteriorem priori præiudicium non inferatur. Quod autem locus ſit concordiæ in noſtro præſenti caſu, negari non poteſt, cùm in priori decreto, & declaratione de anno 1614. alterius prioris declaratiua, concedatur facultas ad benedicendum his, qui ſpecialibus ſunt priuilegiis muniti, & declaretur illis Concilium non derogare. Specialia autem priuilegia, quæ in declaratione anni 1614. limitare potuerunt præcedentem declarationem, poterunt etiam limitare ſubſequentem de anno 1632. vel 1633. Et ſi dictis priuilegiis Concilium non derogabat anno 1614. nec derogauit anno 1632. neque derogat quidem hodie, cùm illius diſpoſitionem Sacra Congregatio non variet, ſed illam tantùm declaret.

34 Cùm igitur natura declarationis ſit, quod obſcurum & dubium eſt, explicare, vt benè notat Paſqualigus *vbi ſuprà, num.* 11. ex Dec. *in l. edita, num* 47 *Cod. de edendo*, Socino Iuniore *conſil.* 95. *num* 72. & 76. *volum.* 3. Ruin. *conſil.* 225. *num.* 6. *volum.* 1. & ex Pariſio *conſil.* 65. *num.* 5. *volum.* 1. non debet perimere quod declarat, *cap. cùm dilectis de accuſatione.* & notat Baldus *in authent. At qui ſemel, num.* 4. *Cod. de probationibus*: nec mutare ſubſtantiam diſpoſitionis debet, vt notat idem Paſqualigus ex Deciano *conſil.* 6. *num.* 3. *lib.* 4. Rolando *conſil.* 15. *num.* 27. *volum.* 3. & ex Menochio *conſil.* 360. *num.* 15. Sacra Congregatio in declaratione de anno 1632. aut 1633. non obſtabit priuilegiis in ſpecie concedentibus facultatem benedicendi, & conſecrandi pro alienis Eccleſiis; aliàs illa interimeret, & ſubſtantiam diſpoſitionis eorum mutaret, & neutiquam illa declararet. Ac proinde ſolùm obſtabit priuilegiis ſecundi generis ad ſummum, in quibus indefinitè conceditur facultas benedicendi, & conſecrandi, ad ea non limitando, quæ propriis inſeruiunt Eccleſiis, neque extendendo ad ea, quæ pro alienis inſeruiunt.

Ex dictis ſatis patet ad declarationes pro prima adductas ſententia. Ad confirmationem, & id, 35
quod in ea dicitur de mente Pontificum, reſpondeo cum Paſqualigo *num.* 14. quod licèt Pontifices, qui conceſſerunt priuilegia primi generis, de quibus *num.* 11. egimus, illa intenderint limitatè concedere ad benedictiones rerum pro vſu tantùm Eccleſiarum priuilegiatarum; illi tamen, qui tertij generis priuilegia dederunt, illimitatè, & cum expreſſa extenſione ad res, quæ pro ſeruitio alienarum Eccleſiarum ſunt, conceſſerunt. Nec poteſt dici Pontifices, quando præfatæ S. Congregationis declarationes emanarunt, mentem nobis habuiſſe contrariam: tùm quia nec illam habuit Sacra Congregatio, cùm non declarauerit de priuilegiatis in ſpecie ad benedicendum, & reſpectiuè ad conſecrandum pro alienis Eccleſiis, cum facilè potuiſſet; ſi enim id voluiſſet, expreſſiſſet. Tum etiam, quia dictæ declarationes non emanarunt facto verbo cum Sanctiſſimo, vti adnotauit Paſqualigus. Vnde derogare non valent priuilegiis à Pontificibus conceſſis.

---

§. III.

BREVIARIVM.

Abbates.

Noſtri Abbates, etiamſi benedicti non ſint, inſignia deferre poſſunt. n. 38.

Benedicere.

Priores Conuentuales, Præſidentes & Vicarij in capite, poſſunt hodie benedicere indumenta, & paramenta Eccleſiaſtica pro ſuis, & alienis Eccleſiis. à num. 37. ad 43.

Dictio.

Dictio, omnia, *vniuerſalis eſt, & nihil excludit.* num. 40.

Prælati.

Præſidentes, & Vicarij in capite, Prælati ſunt, & habent pro vtroque foro iuriſdictionem. num. 39.

Priuilegia.

Quidquid dubij emerſerit in priuilegiis noſtris, ad noſtrum debet interpretari fauorem. num. 40.

HIc occurrit inquirendum, an Præſidentes Cœnobiorum, & Priores Conuentuales Prioratuũ 36
vti poſſint facultate benedicendi indumenta ſacra,

& alia, quæ vnctione ſacra non indigent, tam pro ſuis Eccleſiis, quàm pro alienis? Et idem inquiri poteſt de Vicariis in capite Prælatorum ordinariorum Monaſteriorum aliorum Ordinum, habentium priuilegium benedicendi ea, in quibus vnctio non requiritur. Pro cuius breui reſolutione ſit ſequens paragraphus.

37 Ad quæſitum propoſitum reſpondeo, non ſolùm Abbates, & Prælatos immediatos Monaſteriorum aliorum Ordinum, habentes facultatem benedicendi indumenta Sacerdotalia, & alia paramenta ſacra, ſiue per ſpeciale, & proprium priuilegium, ſiue per alienum communicatum; ſed etiam Priores Conuentuales Prioratuum, Præſidentes Cœnobiorum principalium, & Vicarios in capite Prælatorum hac facultate fungentium, prædicta omnia licitè benedicere poſſe, pro ſuarum ſaltem Eccleſiarum vſu.

Ita docent Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom 1. quæſ.5 num.7.* qui concluſionem extendit ad benedicenda pro alienarum Eccleſiarum vſu. Marcus Vidal *in Arca Vitali, titul. de iuriſdictione, inquiſitione 4. num. 25. & ſeqq.* cum eadem extenſione; allegat Capuccinum *in Annotationibus in compendium Minorum, u. Benedicere Eccleſiaſtice,* Collectorem priuilegiorum Ordinis S. Hieronymi *fol 37.§.1* Confettium *in collectionibus priuilegiorum, de Eccleſiarum Regularium benedictione, cap. 4.* Mirandam *in Manuali Prælator. tom. 2. quæſt.40. art 3.* Portellum *in dubiis Regularium, reſol.40.* Emmanuel Roderiquez *tom. 1. qq. Regularium, q. 19. art. 2. fol. mihi 105.* Zacharias Paſqualigus *de ſacrificio nouæ legis, tom.2. quæſt. 803. num. 4* pro ſe *num. 7.* allegat Ioannem de Cruce *de ſtatu Religionis, lib.1. cap. 5. dub. 2.* Nigrum *in addit. ad Ruiz, parte 1. præſup. 4. quæſt. 36.* Ludouicum à Sancto Ioanne *in ſumma, quæſt. 11. de Euchariſtia, art. 10. dub. 2. append. 4.* Thomam Tamburinum *opuſcul. de ſacrificio Miſſæ, lib.1. cap.3. §.2. num. 7.* & Martinum à S. Ioſeph *in Regulam Sancti Franciſci, tract. de authoritate Prælatorum, titul. de authoritate Guardiani, num. 16.* Ego ipſe *in Diſquiſitione Paſtorali de iure Prioris annexi, num. 109.* & octo viri doctiſſimi, qui dictam diſquiſitionem approbauerunt, quorum duo fuerunt vtriuſque iuris Profeſſores, D. Michaël de Olondriz, & D. Ioannes Montero de Eſpinoſa, celeberrimi in ſupremo Senatu Regio Pampilonenſi cauſarum Patroni; & præfatus D. Ioannes, nunc Conſiliarius Regius, & Auditor Cameræ Computorum, vulgò *de Conſejo de Hazienda*: & ſex præſtantiſſimi Theologi Petrus de Bergaño, tunc Hyrachenſis Vniuerſitatis primarius S. Theologiæ Profeſſor, nunc autem eiuſdem digniſſimus Abbas, Rector, ac Cancellarius, & Ordinis noſtri Generalis Magiſter; Ioannes Robé, & Alexander Richard, Ordinis Prædicatorum, Pariſienſes Theologi; Dominicus de Caſanoua, Andreas Salas, & Ludouicus Diaz de Morentin, è Societate IESV, Sacræ Theologiæ, & Philoſophiæ Profeſſores. Inueniet Lector hanc diſquiſitionem in volumine mearum quæſtionum Paſtoralium, de iure Parochi Eccleſiarum vnitarum.

38 Noſtra doctrina fundatur primò in conſtitutione Eugenij Papæ IV. Congregationi Caſſinenſi conceſſa pridie Kalend. Iulij 1436. eſt 9. noſtræ Congregationis Bullarij authentici, incipit: *Et ſi quaſlibet*: in qua ſic *num. 11.* ſtatuit: *Volumus inſuper, quod Prælati Congregationis præfatæ, licèt benedictionis munus non acceperint, perinde tamen Monaſteria, & Religioſa loca ipſius Congregationis regere, & adminiſtrare, ac omnes actus in ipſis valeant exercere, & inſignia deferre, omniáque paramenta Eccleſiaſtica benedicere, ac ſi munus huiuſmodi fuiſſent conſequuti.* Hæc ibi.

Et licèt conceſſio iſta cum ſolis Abbatibus lo- 39
qui videatur, cùm illi ſolùm benedictionis munus accipiant, & inſignia deferant, benè poteſt, & debet intelligi de quolibet, cui principale incumbat Monaſterij regimen; ſiue proprio nomine, tanquam ordinario illius Prælato locali; ſiue nomine ipſius Prælati abſentis, tanquam illius Vicario in capite. Quomodocumque enim ei totum incumbat principale Monaſterij regimen, Prælatus eſt, & habet adminiſtrationem, cum tanta iuriſdictione pro vtroque foro, quantâ pollet Abbas, aut alius quilibet ordinarius, & localis Prælatus, niſi expreſsè ei limitetur per conſtitutiones, aut diffinitiones Ordinis, vti latè in dicta probaui diſquiſitione, *à num. 99.* Cùm igitur quilibet Præſidens, ſeu Vicarius in capite, capax ſit facultatis benedicendi præfatæ, & verè Prælatus ſit, non eſt cur ei denegetur per Eugenium IV. conceſſa indefinitè Congregationis Prælatis.

Quod ſi quis obiiciat, Eugenium Papam non concedere in dicta conſtitutione facultatem benedicendi paramenta Eccleſiaſtica pro aliis, quàm propriis Eccleſiis, non enim exprimit pro alienis; & ſic reſtringi debet conceſſio ad propriarum Eccleſiarum indumenta, iuxta doctrinam ſuprà traditam.

Reſpondeo, quod licèt Eugenius non expri- 40
mat paramenta Eccleſiarum alienarum, & à Monaſteriis independentium, clauſulam apponit æquiualentem, ibi: *Omniaque paramenta Eccleſiaſtica benedicere.* Dictio enim, *omnia*, vniuerſalis eſt, & nihil excludit. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 241. num. 1. & de officio & poteſt. Epiſc alleg. 101. num 39. pag. mihi 337.* qui plura iura, & Doctores allegat. Lezana *tom. 2. part. 3. verb. Dictio, num. 39.* & reſtrictionem nullam recipit. Idem Barboſa *dicta dictione, num. 4.* cum Bartolo *in l. Generali, §. vxori, ff. de vſufructu legato,* Ruin. *conſilio 61. num. 15. volum. 5.* & Rolando à Valle *conſilio 27. num. 21. cum ſeq. & conſil. 76. num. 49. tom 4.* Ego ipſe *tom. 5. diſquiſit. Moral. & Canonicar. tractatu 2. diſquiſit. 11. num. 26.* Non enim exprimit Eugenius aliena, nec propria quidem paramenta; nulla tamen excludit, & reſtringi non patitur conceſſionem ſuam. Quare ergo à nobis, aut ab vllo alio reſtringi debeat, aut poſſit, non video, ſtante maximè conſtitutione Alexandri Papæ VI. incipit: *Inter cæteros*, edita ad fauorem Congregationis Caſſinenſis, eſt 21. Bullarij noſtræ Valliſoletanæ Congregationis, vulgò Benedictinæ Hiſpanæ, Kalend. Aprilis 1501. cuius meminerunt Emman. Roderiq. *tom. 1 qq. Regular. q 63. art. 7. verſic. Secunda via*, Bruno Chaſſaing. *de priuilegiis Regularium, tract. 1. cap. 4. propoſit. 2.* ac penes eum Portel *verb. Priuilegiorum declaratio, num. 76.* & compendium Societatis IESV, cuius etiam meminit Paulus III. in conſtitutione *Benignitas*, 15. Bullarij Cherubini, *tom. 1. pag. mihi 721.* edita nonis Nouembris 1537. in cuius §. 7. ſic ait: *Et demum Alexander prædeceſſor præfatus, motu proprio voluit, & declarauit quicquid dubij in huiuſmodi priuilegiis, ſeu aliquo eorum pro tempore emergeret, data verborum ambiguitate, & varia peritorum interpretatione, in fauorem dictæ Congregationis, ac locorum particularium eius interpretari.* Hæc ibi Paulus, qui *in §. 11.*

de

de nouo eidem Congregationi hoc priuilegium conceſſit, quo, ſicut & aliis omnibus Caſſinenſibus, noſtra gaudet Congregatio, ſicut ſuprà dixi.

41 Secundò fundatur reſolutio in alia Conſtitutione ad fauorem eiuſdem Caſſinenſis Congregationis, ab Innocentio Papa VIII. edita, de qua ſic Aſcanius Tamburinus *vbi ſuprà*, loquitur: Notandum quod hæc poteſtas, non ſolùm Abbatibus conceſſa eſt, verùm etiam extenditur ad Priores, & Vicarios ipſorum Abbatum, per priuilegium conceſſum Congregationi S. Iuſtinæ ab Innocentio VIII. anno Domini 1487. qui conceſſit Prioribus dicti Ordinis, & Vicariis in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuſcunque Monaſterij, poſſe benedicere Corporalia, veſtimenta, cæteráque ornamenta Eccleſiaſtica, ad cultum diuinum pertinentia, tam ſui Monaſterij, quàm etiam vndecumque ſint. Ita refertur in libro priuilegiorum dictæ Congregationis, *fol.* 12. Hactenus Aſcanius, cui conſonat Zacharias Paſqualigus *loco citato*, in ſequentia prorumpens.

42 Eſt etiam aduertendum, quod dictum priuilegium benedicendi Eccleſiaſticas veſtes, & ornamenta, non ſolùm conuenit Prælatis localibus, ſed etiam in ipſorum abſentia, eorundem Vicariis, & cuilibet alteri, cui incumbat principale regimen Monaſterij. Ita conceſſit Innocentius VIII. anno 1487. Congregationi S. Iuſtinæ Monachorum Benedictinorum, vt refertur in compendio priuilegiorum Mendicantium, *verbo benedicere, in adnotat. Capuccin. verſic. Et Congregatio S. Iuſtinæ.* Vnde ſi in abſentia Superiorum regimen Monaſterij deuoluatur ad ſeniorem, quamuis aliàs non habeat titulum Superioritatis, ſed ſolum exercitium regiminis Monaſterij. Hucuſque P. Paſqualigus.

43 Conſonat & Pater Vidal *in recenſito loco* dicens: Tertia concluſio. Prælati Regulares, & quilibet alius habens pro tempore principale regimen Monaſterij, poſſunt hîc, & nunc validè, & licitè benedicere omnia Sacerdotis ornamenta & paramenta Eccleſiæ, vndecumque ſint. Ita conceſſit per authenticam bullam Innocentius VIII. S. Iuſtinæ de Padua, anno Domini 1487. vt notat Capuccinus *in ſuis adnotationibus in Compendium Minorum, titul Benedicere Eccleſiaſtica*, & affirmant, ac ſentiunt Collector, &c. Hæc ibi, vbi, & in numeris ſequentibus latè probat hodiernam ſubſiſtentiam huius facultatis, non obſtantibus declarationibus S.Congregationis, ſuprà *n.* 5. relatis, & earum non obſtantiam variè probat, & latè. Nouiſſimè P. Dubal *en la expoſic de la Regla, part.* 1. *cap.* 18. *n.* 56. in ſequentia prorumpit: *Acerca de la tercera concluſion, ſe aduierta, que los demas Prelados, que no ſon Abbades, pueden hazer todas las bendiciones alli referidas, en que no interuiene vncion: pero no pueden conſagrar, ni bendicir con vncion, ni vſar de las demas inſignias, y actos Pontificales ya referidos, aunque communiquen en los priuilegios con las Religiones Monachales, como lo dixe en la Summa, c.4. diſp. 3. dub. 9. n. 353. con otros, aquienes añados à Caramuel n. 1567. Pellizzario tom. 2. tr. 8. cap. 5. n. 103. Suarez tom. 4. de Religione, tr. 8. cap. 29. n. 28. Ceſpedes de exempt. dub.* 158. *n.* 1. Hactenus Dubal.

Hæc de difficultate propoſita dicta ſufficiant: redeamus nunc ad noſtræ Gregorianæ conſtitutionis immediatam expoſitionem.

§. IV.

BREVIARIVM.

Abbas.

Aras conſecrant, & Calices Abbates noſtri. numero 62.

Confirmare.

Ex commiſſione Papæ poteſt ſimplex Sacerdos verum conferre Confirmationis Sacramentum. numero 58.

Declaratio.

Legis declaratio nihil addit in ipſa lege non imbibitum. n. 51.

Lex.

Prior lex per poſteriorem non derogatur, niſi hæc ſit illi omnino contraria. n. 52.

Ordo.

Poſſunt hodie Abbates noſtri, & alij eiſdem gaudentes priuilegiis, Tonſuram, & quatuor minores Ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre. n. 45.

Et de facto conferunt. n. 62.

Eſt Sacramentum verum. n. 58.

Conferre illos non poſſunt ſæcularibus, etiam ſubditis. à num. 46.

Priuilegium Abbatibus pro Subdiaconatu, & Diaconatu conceſſum, exiſtit reuocatum. n. 64.

Ordinatus ab Epiſcopo alieno abſque dimiſſorialibus, ſuſpenſus ab exercitio manet Ordinis recepti, ad arbitrium Epiſcopi ſui n. 56.

Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato dimiſſoriales non valet concedere. n. 55.

Priuilegia.

Non cenſentur reuocata conceſſa in Concilio Generali, niſi expreſsè caueatur. n. 52.

Priuilegio facultatiuo non derogatur per non vſum. n. 56. & 61.

Priuilegiarius vti non adſtringitur ſibi conceſſo priuilegio. n. 61.

Circa hanc igitur conſtitutionem ſecundò principaliter dubitatur, an hodie poſſint Abbates vti facultate in ea facta conferendi ordines. 44
Quæ quidem facultas bipartita eſt. Continet enim conceſſionem reſpectu Monachorum Cœnobij S. Facundi, & reſpectu Clericorum ſæcularium, eidem Cœnobio iure pleno ſubiectorum. Quâ diſtinctione adnotatâ, cum diſtinctione dubio propoſito etiam reſpondere duxi, eo maximè, quia diuerſa ſunt fundamenta pro vnius partis reſponſione facientia, quæ alterius ſimillimæ reſponſioni aduerſantur. Sit igitur, quoad partem, quæ Monachos tangit, prima reſponſio.

Abbas Sancti Facundi, & omnes, & ſinguli 45
alij Abbates Congregationis noſtræ Benedictinæ Hiſpanæ, & alij etiam Abbates gaudentes priuilegiis, quibus fungimur, poſſunt hodie Monachos & conuerſos ipſis reſpectiuè ſubditos ad primam Tonſuram, & quatuor minores Ordines validè, & licitè promouere, nullo ad id præerequiſito alterius conſenſu, aut licentia. Ita Pax Iordan. *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 18. Coninch *de Sacramentis, diſput.* 10. *dub.* 9. *num.* 77. Chaſſaing. *de priuileg. part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 3. *propoſ.* 3. Diana *part.* 11. *tract.* 2. *reſolut.* 30. *verſic. Sed hanc.* Tamburin. *tom.* 2. *diſputat.* 2. *q.* 1. *& ſeqq.* Noctinot *verb. Ordinis Miniſter. n.* 41.

Hæc

Hæc reſponſio indubitata eſt, & probatur efficaciter. Abbates, præter hanc Gregorianam conſtitutionem, habent pro ſe & pro dicta ordinandi Religioſos ſuos facultate ſimiles alias conſtitutiones, tam in iure inſertas communi, quàm extra illud vagantes; in iure enim id habetur *in cap. cùm contingat, de ætate, & qualitate*, vbi gloſſa *in caſus formatione*, & *in cap. Abbates, el 3. de priuilegiis in 6.* vbi Francus, & communiter ſcribentes. Vaſquez *tom. 3. 3. part. diſput. 243. cap. 1. num. 3.* Sotus *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 1.* Emmanuel Roderiquez *tom. 1. qq. Regular. q. 18. art. 1.* Hieronymus Roderiquez *in compendio, reſolut. 1. num. 4.* & in iure nouo Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 10.* eadem facultas Abbatibus conceditur, ibi: *Non liceat in poſterum .... cuiquam, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre.* Et ita, ſicut nos, hunc intelligunt textum vterque Roderiquez *vbi proximè.* Innocentius VIII. Abbati Ciſtercienſi, & quatuor Coabbatibus eius facultatem conceſſit ad conferendos Ordines minores ſuis Monachis, vti iidem docent Authores. Paulus III. Abbati Vallis Scholarium conceſſit, vt illos conferre poſſet Religioſis, Nouitiis, & ſeruitoribus ſui Monaſterij, & annexorum. De quo Tamburin. *dict. c. 1. num. 7.* Idem Paulus id etiam conceſſit poſt Eugenium IV. Abbatibus Caſſinenſis Congregationis, *in conſtit. 15.* apud Cherubinum, *tom. 1. §. 5. fol. mihi 721.* de quo ait Tamburinus *vbi proximè*, quod ſimili priuilegio fulciuntur hodie omnes Congregationes Monachorum: qui *in q. 3. num 4.* refert Iulium II. conceſſiſſe Ciſtercienſibus Hiſpaniæ temporaneis, non benedictis, poteſtatem Nouitios, & alios quoſcumque ſibi ſubditos clericali charactere inſigniendi. Et per Sacras Congregationes Rituum, & Concilij Tridentini Interpretum declarationibus, & decretis à Summis Pontificibus approbatis, de quibus in decreto, ſeu conſtitutione Alexandri VII. §. 19. agemus, eadem facultas Abbatibus conceſſa ſæpè fuit. Sed poſt dicta iura, conſtitutiones, declarationes, & decreta nullibi reperitur reuocata facultas per illa facta quoad dictos Religioſos ipſis Abbatibus ſubiectos. Ergo hodie validè, & licitè illos poſſunt ad Tonſuram, & ad quatuor minores Ordines promouere, nullâ alterius habitâ veniâ Et hæc pro hac parte reſponſionis, vtpotè luce meridiana clarioris, dicta ſufficiant. Ad alteram accedamus.

46 Non poteſt Abbas S. Facundi, neque alius quidem, ſi intra fines alicuius Diœceſis conſiſtant, Tonſuram, & minores Ordines licitè ſubditis ſuis ſæcularibus, in quos iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem exercent, his temporibus conferre, in vim Gregorij IX. aut alterius priuilegi. Ita Emmanuel Roderiquez *tom. 1. qq. Regular. q. 18. art. 1.* Pax Iordanus *tom. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 6. num. 18.* & *lib. 5. tit. 3 num 60.* Vaſquez *dict. num. 4* Diana *part. 11. tract. 2. reſol. 30. verſ. Sed hanc ſententiam.*

47 Probatur noſtra reſponſio, *primò* ex textu *in cap. 10. de reformatione, ſeſſ. 23. Concilij Tridentini*, vbi ſic decernitur: *Abbatibus, ac aliis quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre. .. Non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, præſcriptionibus aut conſuetudinibus. etiam immemorabilibus.* Hactenus Conciliare Decretum.

Secundò probatur vnâ & alterâ declaratione Congregationis eiuſdem Sacri Concilij interpretum, quas recenſet noſter Petrus Marcilla *ad Decreta dicti Concilij, lib. 2. tit. 13. ſuper dictum cap. 10. ſeſſ. 23;* quæ vna poſt aliam ſic ſe habent. 48

Abbates primam Tonſuram, aut minores Ordines, præterquàm ſuis ſubditis Regularibus alicui conferre non poſſunt, non obſtante quacumque conſuetudine contraria.

Quidam laicus annis elapſis primam Tonſuram ſuſcepit, & Ordines Minores ab Abbate Caſſinenſi, eius in temporalibus, & ſpiritualibus Superiore, credens illam habere poteſtatem; ſed cùm ſit contra diſpoſitionem huius capitis, dubitatur, an iſte indigeat diſpenſatione, vel neceſſe habeat, cupiens eſſe Clericus, iterum ordinari ad dictos ordines, tanquam nulliter ei collatos? Congregatio Concilij ſic reſpondit. Indiget diſpenſatione, ſed non eſt neceſſe vt iterum ordinetur. 49

Nota iſtas declarationes proceſſiſſe in caſibus, de quibus in Concilio, nempe de exiſtentibus intra Diœceſis fines. Declaratio enim legis ipſi legi conformari debet.

Tertiò probatur ex declaratione S. Rotæ coram Cardinale Seraphino, de ordine Clementis Papæ VIII. ſub die 27. Aprilis 1592. quam ad amuſſim exſcribit Tamburinus *tom. 2. de iure Abbatum, diſput. 2. q. 7.* & quam recenſet Lezana *tom. 1. part. 1. qq. Regular. cap. 14. num. 13.* & etiam illam recenſet Pax Iordanus *tom. 1. de Re ſacra, lib. 3. tit. 6. num. 28.* & *lib. 5. titul. 4. num. 60.* & vtrobique aſſignat illam pro 985. dicti Cardinalis, quam ſequuta eſt Sacra Congregatio Concilij *in vna Catanien. ſ. die 23. Nouembris 1641.* & quam approbauit, & inuiolabiliter obſeruari præcepit Summus Pontifex 17. Ianuarij 1642. vti videbimus ad conſtitutionem Alexandri VII. ſeu ad decretum illius in S. Rituum Congregatione, §. 19. *n. 223.* 50

Conſultò dixi in reſponſione, *ſi intra fines alicuius Diœceſis conſiſtunt*; quia ſi extra illos, licitè videtur poſſe Abbates ad Tonſuram, & ad primos quatuor minores Ordines promouere ſæculares, ſibi ipſis pleno iure ſubiectos. Et ratio videtur clara, non ſolùm iure communi, *in cap. Abbates, el 3. de priuilegiis in 6.* ſed etiam præſenti Gregorij conſtitutione inſpecta. Quia nec Concilium Tridentinum, nec declarationes aut decreta, quæ in contrarium videntur adducta, loquuntur de Abbatibus, & de ſubditis extra fines alicuius Diœceſis exiſtentibus, ſed de intra fines exiſtentibus. Antecedens, quoad Concilium, ex illius inſpectione patet, ibi: *Intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus.* Quoad declarationes S. Congregationis eiuſdem Concilij, eadem debet eſſe ratio, cùm declaratio diſpoſitionem legis non mutet, nec aliquid addat in ipſa legis diſpoſitione non imbibitum, & contentum, vti dixi *tom. 2. Diſquiſit. Moral. & Canonicarum, diſquiſit. 1. dub. 13. num. 142.* & *dub. 14. num. 171.* Et quoad Rotæ declarationem, ex illa euidenter apparet ſolùm procedere de Ordinibus collatis alienis ſubditis ſæcularibus, cum dimiſſoriis ſuorum Ordinariorum. 51

Conſequentia verò probatur, quia lex nunquam cenſetur derogata alia lege, niſi lex derogans priori ſit omnino contraria, etiamſi poſterior clauſulam habeat, *Non obſtante, &c.* vti vtrumque dixi cum Palao *tom. 1. tract. 3. diſputat. 5. punct. 3. §. 3. num. 13. in dict. dub. 14. num. 142* vbi plura ad rem addidi, quibus conſonat Pax Iordanus *dicto lib. 5. titul. 4. num. 60. in fine*, in ſequentia prorumpens. 52

pens. Sanchez tamen *in opuſc. tom. 2 lib. 7. cap. 4. dub. 19. n. 20.* tenet tale priuilegium non eſſe reuocatum per Tridentinum, quia priuilegia Conciliorum Generalium in corpore inſerta iuris, per reuocatorias clauſulas generales non reuocantur, ſed debet de eis fieri expreſſa mentio, vt colligitur *ex cap. Ex parte, & ex cap. vlt. de Capellis Monachorum, cap. Eam te, de ætate & qualitate, & cap. Nonnullis, de reſcript.* tenet Couar. 4. *variarum, cap. 16. n. 6.* immò id nouiſſimè docet Lezana Romæ impreſſus *tom. 1. cap. 17. num. 13.* & alij recentiores, cum Præpoſito *in 3. part. q. vnic. de Sacram. Ordinis, dub. 13. num. 227.* vbi adducit aliam declarationem Sacræ Congregationis.

Vtramque opinionem probabilem puto. Hæc omnia præfatus Pax Iordanus; qui quidem non in terminis noſtræ reſponſionis dicta protulit, ſed in caſu quo Abbates ſæculares ſibi non ſubditos, de licentia ſuorum Ordinariorum ſpeciali, pariter & Ordinarij loci ad Ordines promouere vellent, iuxta declarationem S. Congregationis Concilij Tridentini, quam referunt Quaranta *in ſum. Bullar. verb. Ordo, ad finem, verſ. Notandum.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 2. q. 7.* & quam infrà ad Conſtitutionem Alexandri VII. §. 19. n. 213. exſcribam, Vnde à fortiori reſponſionem probabilem putare debuit Pax. Cùm igitur verba illa Concilij, *intra fines*, otioſa in illo eſſe non debeant, & operari debeant id, quod ſonant, & non oppoſitum & contrarium, conſequenter dicendum videtur, non afficere eos, qui extra fines omnes exiſtunt Diœceſum, de quorum numero eſt Abbas S. Æmiliani.

53 Etiam addidi, *licitè*. Quia de hoc, quod validè cõferre poſſint Tonſuram, & minores quatuor Ordines ſuis ſubditis Abbates extra fines omnis Diœceſis conſiſtentes, in dubium videtur reuocari non poſſe, ſi in illos iuriſdictionem ordinariam & quaſi Epiſcopalem exerceant, ſicuti illam exercet prædictus Abbas S. Æmiliani, in multos ſaltem ſubditorum ſuorum ſæcularium. Ratio eſt, quia Concilium Tridentinum dum priuilegia reuocat, *dicta ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 10.* reſpectu adhuc conſiſtentium intra fines Diœceſis, non dicit Abbates non poſſe Tonſuram, vel minores Ordines conferre, ſed id eis non licere intra fines Diœceſis conſiſtentibus. Ergo multò minus illud dicere videtur reſpectu Abbatum extra fines Diœceſum conſiſtentium, de quibus eius diſpoſitio non procedit, vti ex contextu patere videtur.

54 Et confirmatur ex declaratione S. Congregationis eiuſdem Concilij, paulò antè *n. 48.* tradita, ſiquidem declarauit, ordinatum ab Abbate Caſſinenſi, non indigere noua ordinatione, ſed ſolùm diſpenſatione. In primo declaratur, potuiſſe Abbatem validè illum ſæcularem ordinare; in ſecundo verò, illicitè illum ad Ordines promouiſſe.

55 Neque obſtare videtur declaratio S. Congregationis ſub die 27. Iunij de anno 1631. quam refert ex Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum, verb. Abbas, collect. 1. num...* & ex eo Pax Iordanus *dict. tom. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 4. ſub n. 60.* in qua referente Eminentiſſimo Cardinali Gyſio, fuit reſolutum Thomam Narduccium Campleuſ. promotum ab Abbate de Carropoli Congregationis Cœleſtinorum, cum litteris dimiſſorialibus Vicarij Generalis Campleuſ. eidem Abbati directis, cenſeri malè promotum, atque ideò indigere noua promotione. Non, inquam, obſtat: quia, vt inquit præfatus Pax, potuit hoc forſan procedere ob nullitatem dimiſſo-

rialium, eo quod Vicarius non haberet facultatem illas concedendi, prout regulariter non habet, ceſſante particulari conceſſione.

Pro hac parte eſt Emmanuel Roderiq. *tom. 1 qq. Regular. q. 16. art. 1* qui relatis verbis Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.* quæ ſuprà *n. 47.* reddidi, ſic immediatè proſequitur. Ex quibus verbis Concilij colligitur, iam non eſſe veram opinionem aliquorum, quos refert, & ſequitur Baptiſta de Salis *in ſumma verb. Abbas, in princ.* dicentium, quod Abbas inuitatus ab alio Abbate exempto, poterit ordinare Monachos alterius Monaſterij exempti. Nam iuxta verba Concilij Tridentini, ibi, *Qui ſibi ſubditi non ſint*, hæc opinio minimè modò poteſt teneri. Verum eſt tamen, quod ſi ipſi Abbates ſupradictos ordinent, characterem imprimunt, argumento eorum, quæ ſcribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunenſi Archiepiſcopo, dicens, *Quia Clerici ab Epiſcopo alterius Parochiæ ordinati à proprio Epiſcopo in ſuis ordinibus recipi poſſunt.* Ex quo loco duo colliguntur. Primum, quod ipſi Clerici recipiunt characterem. Secundum, quod non ipſis conferunt executionem Ordinum, ſiquidem ait Vrbanus, quod *à proprio Epiſcopo in ſuis Ordinibus recipi poſſunt*: quæ verba præſupponunt, ordinatos eſſe ſuſpenſos ab Ordinum executione, & ſic in noſtro propoſito dicti Monachi extranei ordinati ab Abbate, characterem recipiunt, ſed executio Ordinum illis minimè confertur. Neque hoc inuenio in Sacroſancto Concilio Tridentino reuocatum. Solùm enim Concilium Tridentinum prohibet ipſis Abbatibus ordinare illos, qui ſibi ſubditi non ſunt; non tamen decidit ipſos Abbates, ordinando ſuos non ſubditos, illis minimè characterem conferre. Et regula eſt notiſſima in iure, quod per ſubauditos intellectus non debent iura antiqua corrigi, iuxta gloſſam ſingularem *in cap. Duæ pieteſes, §. Quod ſi per viginti, de electione, lib. 6.* Et iuxta ſupradicta debet intelligi priuilegium conceſſum ab Innoc. Papa VIII. expeditum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quatercenteſimo octuageſimo nono, ad petitionem Ioannis Abbatis Ciſtertij; in quo datur facultas ipſis Abbatibus Ordinis Ciſtertij pro tempore exiſtentibus, vt omnes Ordines minores perſonis Ordinis eiuſdem intra Monaſteria poſſint conferre. Et aduertendum, quod hoc priuilegium, cùm ſit facultatiuum, & ad dignitatem Abbatialem pertineat, ei per non vſum derogare non poſſunt Abbates; quin etiam per longum tempus, mutatâ voluntate, eo vti poſſunt, iuxta tradita à Felino *in cap. Cùm acceſſiſſent, de conſtitutionibus.* 56

Hæc omnia P. Emmanuel, qui pro nobis in multis eſt. In primis in eo quod Abbas non poſſit licitè ordinare Monachos non ſibi ſubditos. Hoc enim docet vſque ad verba, *hæc opinio minimè modò poteſt teneri.* Et conſequenter idem docet quoad ſæculares ipſis non ſubiectos. Quod etiam Vaſquez tenet *tomo 3. in tertiam partem, diſputatione 42. capite 1. numero tertio.* Et quod illa fuerit Emmanuelis mens, licèt voce *licitè*, vſus neutiquam fuerit, ex immediatè ſequenti clauſula euidenter demonſtratur. 57

Secundò dictis fauet in eo quod ſtatim docet, quod Abbas non ſibi ſubiectos ordinans, validè ordinet, cùm aſſerat imprimere characterem; quod non faceret, ſi verè, & validè non ordinaret. Pro quo ſunt canon ab ipſo Emmanuele allegatus, & declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam referunt Quaranta *verb. Ordo, ad finem, verſ. Notandum.* 58

Tamburinus, & alij, de qua *infrà in decreto ſub Alexandro VI*. Vnde videtur non benè dictus doctiſſimus Gabriel Vaſquez *vbi proximè* dixiſſe: *Cumque facultatem prædictam ipſi* (Abbates ſcilicet) *haberent ex ſolo iure Eccleſiaſtico, ſequitur eos, qui ab ipſis contra decretum Concilij Tridentini ordinarentur, non fore verè ordinatos.* Dixi, *non benè*; quia decretum Concilij non videtur derogare facultati Abbatibus ex iure Eccleſiaſtico quoad Ordines factæ, ſed ſolùm decernere, non licere intra fines Diœceſis exiſtentibus aliis, quàm Religioſis ſibi ipſis ſubditis, Tonſuram, vel minores Ordines conferre. In quibus certè verbis apertè admittit, Abbates quoſdam ex Summi Pontificis priuilegio poſſe ſuis Religioſis conferre primam Tonſuram, & minores Ordines. Verba ſunt Ægidij Coninck *de Sacramentis diſput. 20 dub. 9. num. 77* Per quam tamen admiſſionem non videtur excludere alios Abbates, ſeu illorum aliquem, quoad poſſe ordinare non ſubditos validè, ſed quoad licitè tantùm. Neque ex eo quod Abbates ex ſolo iure Eccleſiaſtico dictam habeant facultatem, ſequitur, vti ipſe Ægydius notat, horum collationem non eſſe verum Sacramentum: ſicut ex eo, quod ſimplex Sacerdos ex commiſſione Pontificis Confirmationem conferre poſſit, Pax Iordanus *de Re ſacra lib 3 tit. 1. num. 8. ex can Peruenit*, vbi gloſſa *diſtinct. 95* Baron. *Annal. Eccleſiaſticor. anno 594. num. 17.* Innocent. Abb. & alij *in cap. Quantò de conſuetud.* Nauar. *in Manuali, cap. 22. num. 8. verſ. Dixi, Epiſcopus*: & *conſil. 14. de priuilegiis*. Tolet. *in ſumma, lib 2. cap. 24. num. 1* Emmanuel Roderiquez *tom. 1. q. 18. art. 3.* cum D. Thoma, & communi Theologorum *in 4. diſt. 7* & Canoniſtarum *in cap. peruenit, 95. diſt.* & *in cap. Quanto, de conſuetudine*. Chaſſaing *de priuil. Regul. p. 2. tract. 7. cap. 3. propoſ. 3.* & ipſe Vaſquez *eodem tomo, diſputat. 119. num. 3.* non ſequitur hanc non eſſe Sacramentum. Vnde idem de Abbatibus, ac de Epiſcopis videtur dicendum quoad valorem ordinum per ipſos non ſubditis collatorum, quamvis Epiſcopi facultatem conferendi illos ex iure diuino, Abbates verò ex ſolo iure Eccleſiaſtico habeant. Et idem etiam dicendum de ordinatis illicitè, quoad ſuſpenſionem, quam contrahunt, ſiue ordinentur ab Epiſcopis, ſiue ab Abbatibus.

59 Dictis tamen non obſtantibus, nec validè ordinare poſſe vllos ſæculares, videtur clarè deciſum, vti videbimus ad Alexandri VII. conſtitutionem, §. 10.

60 Circa vltimum, quod ex Emmanuele recenſui, multa in contra dicit Ægidius Coninck *dicta diſputat. 20. cap. 9. num. 91.* dubitando de vera conceſſione priuilegij Abbatibus Ciſtercienſibus per Innocentium VIII. In primis dicit, quod ſi vnquam illis fuiſſet conceſſum, nullum (inquit) debet eſſe dubium, quin eo ſemper, quandiu potuiſſent, fuiſſent vſi. In quo, ſalua pace tanti Doctoris, non benè dixit. *Primo*, quia de vera conceſſione priuilegij conſtat, non ſolùm ex communiſſima Doctorum concorde ſententia. Iordani *tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 32.* Palai *part 4. diſp vnica. punct. 14. n. 9. tract 27.* Chaſſaing *de priuil Regular. part. 2. tract. 7. cap 3. propoſit. 5.* & aliorum paſſim; ſed ex originali Innocentij diplomate, quod in forma vidimus publica, & ordinaria authoritate Vicarij Generalis Salmāticenſis habetur tranſumptum, in Bullario dicti Emmanuelis eſt 5. Innocentij præfati.

61 *Secundo*, quia priuilegium iſtud eſt facultatiuum, vti benè ſuprà ait Emmanuel. Priuilegio autem facultatiuo, non ſemper quandiu poſſunt, priuilegiarij vtuntur, ſed quando volunt tantùm. Vnde quamvis illo non vtantur vllo tempore, non deperditur. Emmanuel *tom. 1. qq Regular. q. 8 a 1. 2* & *q. 18 art. 1. in fine*, cuius verba paulò ſuperiùs reddidi. Barboſa *n. 56. de poteſt Epiſcop. allegat. 26. n. 19 & 20* Nemo enim inuitus vti debet priuilegio; non enim eſſet fauor ſi obſtringeret etiam inuitos. Caramuel *in Theologia fundament. n 955.* cum Paulo Layman *fol. 134. & 650. n. 27.* Quod autem nunquam vſi fuerint hoc priuilegio Abbates Ciſtercienſes, credi non poteſt, cùm dictus Caramuel illius Congregationis digniſſimus filius, *vbi proximè, n. 2057.* in hæc prorumpat: Fauet etiam ſententiæ multorum Abbatum Ordinis Ciſtercienſis priuilegium, ex vi cuius Ordinem Diaconatus, & Subdiaconatus conferunt.

Deinde dicit Ægidius, quod cùm ille vſus fuiſſet 62
publicus, non potuiſſet ita vulgò omnes latêre. Supponit hic ille Author, omnes latuiſſe vſum dicti priuilegij. Immeritò tamen, cùm ſit teſtis omni exceptione maior, & domeſticus quidem, qui de veritate vſus huiuſmodi teſtimonium perhibeat. Cui certè obijci non poteſt, quod domeſticus ſit; quin potiùs qualitas iſta venit magni pendenda pro maiori, & indubitabili fide teſti tribuenda. Quia cùm Abbates intra Monaſteria ſua, iuxta priuilegij tenorem illo tantùm vti debeant, ſine præfixione publica edictorum, more Epiſcoporum, & in ſolos ſubditos, certiores fiunt de vſu ipſo domeſtici, priuilegio gaudentes, quàm extranei, quos rarò, & per accidens aſſiſtere contingit huiuſmodi ordinationibus. Quod vtique in ſimili de collatione minorum Ordinum, ac Tonſuræ, & de Altarium, ac Calicum conſecratione, quotidianâ experientiâ in noſtra demonſtratur Congregatione. Addo pro confirmatione dictorum, quæ ait Emmanuel *dicta q. 18 art. 3. in fine*. Huiuſmodi illa ſunt: Concludo dicendo. *Primò*, non poſſe negari Summum Pontificem ſupradictum priuilegium conceſſiſſe dictis Abbatibus. *Secundo* dico, Summum Pontificem id concedere potuiſſe; ſiquidem de facto ipſum conceſſit, & Patres ſupradicti *eo vſi ſunt, prout accepi à Patribus dicti Ordinis*: quod non concederetur, *& quo non vterentur*, ſi ſecundùm ius non poſſet ab ipſo Papa concedi, argumento eorum, quæ in iure notantur. Hæc Emmanuel.

Ruſus addit Ægidius, quod nulla ſit cauſa, cur 63
Abbates poſt Tridentinum Concilium deſiſſent illa facultate vti. *Primo*. in Francia, vbi Abbatiæ illæ deſignatæ ſunt conſtitutæ, hactenus Tridentinum non fuit receptum, niſi in rebus pauciſſimis, idque ſatis recenter. *Secundo*, quia nullibi in toto Concilio tale priuilegium vllo modo reuocatur, imò nec *ſeſſ. 23. cap. 10. de reformatione* vbi priuilegia Abbatum in collatione minorum Ordinum reſtringuntur, nec vllibi alibi vlla fuit mentio talis priuilegij, aut vſus ipſius. Quare videtur Concilium illud omninò ignoraſſe.

Ad primum, quod adducit de non receptione 64
Concilij in Francia, nihil in contrarium reſpondendum occurrit, cùm ex eo non probetur, nec præſumi quidem queat, Abbates Ciſtertij vſos non fuiſſe prædicto Innocentij priuilegio, imò oppoſitum præſumi poſſe. Ad ſecundum autem dico, communiter cenſeri reuocatum dictum priuilegium, quoad collationem Ordinum Subdiaconatus, & Diaconatus. Ita Gabriel Vaſquez *tom 3. in 3. part. diſputatione 243. cap. 4. num. 44.* Tamburinus *de iure Abbatum tomo 2. diſputatione 2 quæſ. 5.* Emmanuel *dicta q. 18. articulo 4.* Hieronymus *in Compendio, reſolut. 1. numero 9.* cum Nauarro *lib. 5. conſiliorum, titul. de priuilegiis*,

priuilegiis , conſ. 15. Meminit Dubal huius Gregorianæ Conſtitutiois *en la expoſicion de la Regla, p.* 1. *cap.* 18.ſæpè citato, *n.* 43. *verſ. Fuera de eſtos.*

CONSTITVTIO V.
& prima Alexandri Papæ IV.

Pro Abbate Sancti Facundi , edita anno 1258.

Authores ſunt Angel. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 131. Spondanus *ann.* 1254. *n.* 9. aſſignat creationem , nō 8 ſed 12. Kal. Ianuar. & *an.* 1261. *n.* 1. obitum 8. Kal. Iunij. Idem tenet Iordan. *in Catalogo.*

FVit Alexander IV. Pontifex 183. ex Ciuitate Anagniæ, Raynalus antea vocatus, Philippi ex Comitibus Signiæ filius , Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis , & Veliternus , creatus Neapoli 8. Kalend. Ianuarij , anno Domini 1254. vixit annos ſex, menſes 5. dies 5. creauit Cardinalem vnum. Obiit Viterbij anno 1261. 8. Kal. Iunij, & in Eccleſia Cathedrali S. Laurentij ſepultus fuit. Vacauit Romana Sedes menſes tres , dies tres. Refert Spondanus, Paulum Langium aſſerere in chronico Citizenſi , fuiſſe Alexandrum Monachum Benedictinum.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Monachi viatores , & infirmi non tenentur ad aliquod aliud officium recitandum , quàm quod in Regula ſtatutum eſt, per quod officio mortuorum non detrahatur.

ALEXANDER EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Facundi , ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis , Ordinis Sancti Benedicti , Salutem , & Apoſtolicam benedictionem.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis , quod quidam prædeceſſores veſtri officio diuino ſtatuto , & ordinato in Beati Benedicti Regula non contenti , plures adiectiones , & pſalmodias officio addiderunt eidem , quæ Monachis veſtri Monaſterij viatoribus, & infirmis ſunt non modicùm onerosæ , ſuper quo petiſtis per Sedem Apoſtolicam ſalubre remedium adhiberi. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati , auctoritate vobis præſentium indulgemus, vt prædicti Monachi viatores , & infirmi, dummodo dicant officium in Regula ipſa ſtatutum & ordinatum , ad dicendum adiectiones , & pſalmodias huiuſmodi minimè teneantur. Nolumus tamen , quod per hoc in aliquo detrahatur officio mortuorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere , vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Viterbij 8. Kalendas Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Abbas.

Iuſta exiſtente cauſa diſpenſare poteſt cum ſubditis ſuper recitatione Officij diuini. à numero 3. ad 7.

Et Sacerdos ab eo electus , poteſt cum Abbate diſpenſare. n. 7.

Poteſt Abbas ex iuſta cauſa diſpenſare in preceptis , & ſtatutis Eccleſiaſticis. numero 3. 4. 5. 6. & 25.

Lex.

Leges Eccleſiaſticæ , quando humanæ fragilitati accommodatæ non ſunt, non obligant. n. 22.

Lex aut ſtatutum particulare non indiget pro ſui derogatione Principis conſenſu. n. 2.

Idem de conſuetudine particulari. ibid.

Medici.

Diſpenſare poſſunt ex cauſa in ieiunio , & recitatione officij : & Religioſi diſpenſati poſſunt diſpenſatione vti , abſque Prælati diſpenſatione. num. 19.

Non verè diſpenſant Medici , ſed neceſſitatem declarant. n. 18.

Fugiendi ſunt Medici , qui magna facilitate diſpenſare ſolent. n. 18.

Officium Diuinum.

Quando illius recitatio notabiliter offendit , non obligat. n. 5. 17. & 20.

Prælati poſſunt diſpenſare cum infirmis, ſeu illis officium commutare. n. 7. 12. 14. & 16.

Poſſunt illud commutare occupatis in cura infirmorum, iuſta exiſtente cauſa. n. 14. & 16.

Poſſunt etiam occupatis in Monaſterij Officiis , vix ſine labore , & tadio recitare valentibus. n. 9. & 10.

Poſſunt item occupatis ſtudio, in caſu aliquo particulari. num. 14.

Viatoribus poſſunt cum cauſa illud commutare. numero 24.

Confeſſarius an valeat illud commutare ſenibus, & valetudinariis. n. 7. in fine.

F 2 Vrgen

Vrgenter occupati circa negotium publicum, aut priuatum magni ponderis, quod notabiliter impeditetur Officij recitatione; & etiam multum occupati circa curam infirmorum, à recitatione excuſantur. n. 21. & 22.

Quando viatores, & peregrini excuſantur. num. 23. & 24.

In dubio de grauitate, & iuſta excuſatione, in caſibus prædictis ſufficit Prælati, aut Medici authoritas n. 12. 17. 18. & 19.

Poſſunt Prælati commutare Officium non doctis, & minùs expertis, qui ſacro ordine inſigniti non ſint. n. 9. & 10.

Minores, & qui illorum gaudent priuilegiis, quando poſſint anteponere officio. n. 11.

Quæ in officio, & in Ordinario Miſſæ ſub ſilentio dici iubentur, mentaliter, aut intra ſe legendo adimplent. n. 13.

Prælati.

Regulares Prælati iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem. n. 5.

Diſpenſare poſſunt in legibus, & præceptis Eccleſiæ, in quibus poſſunt Epiſcopi, & expreſsè non prohibentur. n. 3. 4. 5. & 6.

Eandem habent iuriſdictionem ſucceſſores Prælati, & à ſtatutis à prædeceſſoribus factis recedere poſſunt. num. 1.

Priuilegia.

Aliquando conceduntur ad maiorem declarationem, & ſecuritatem, & vt faciliori modo, & ex leuiori cauſa aliquid fiat. n. 4. & 6.

Noſtra Congregatio omnibus priuilegiis aliarum Religionum gaudet. n. 16.

Regula.

Omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. n. 7.

Viuæ vocis oracula.

Quæ confirmata ſunt per Breue, Bullam, Reſcriptum, aut Signaturam, reuocata non ſunt. num. 8.

Votum.

Vota, aut iuramenta à prædeceſſoribus facta, ſucceſſores Religionis vinculo non adſtringunt, numero 2.

1 QVIDAM *prædeceſſores.* Si prædeceſſores officium auxerunt, per ſucceſſorem additio illa auferri poterat, cùm eadem authoritate, & iuriſdictione polleret. Laurent. de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. §. 5. pag. mihi 23. verſic. Ex quibus*, cum Sanchez *de Matrimonio diſput. 17. q. 3. num. 28.* Nauarro *in Manual. prælud. 9. num. 5.* Suarez *tom. 4. in 3. part. diſput. 56. ſect. 2. num. 11.* & Salas *de legibus diſputat. 20. ſect. 4. num 41. in fine.* Quare ergo Modernus ille Abbas petit, vt Summus Pontifex remedium opportunum adhibere dignetur? Credo id fuiſſe, non ob defectum poteſtatis, cùm ſtatuentes, & eorum ſucceſſores poſſint à ſtatuto facto ab ipſis, vel à prædeceſſoribus recedere, *cap. cùm acceſſiſſent*, vbi Abbas *n. 2. & 3. el 8 de conſtitutionibus.* Niſi velis dicere, nequiuiſſe à ſtatuto recedere illo, quia fuerit iuramento, aut voto firmatum.

2 Sed præter quam quod dictum hoc voluntarium ſit, cùm ſuppoſitum quid facti ſit, & ſupponi non debeat, ſed probari ab illud allegante, dato, quod prædeceſſores ad additionem illam officij ſe voto aſtrinxerint, aut iuramento, ſucceſſores nulla voti, aut iuramenti Religione obligantur, vti cum Azorio *Inſtitution. Moral. part. 1. lib. 11. cap. 15. quæſt. 15.* dixi *in Diſquiſitionibus Moral. & Canonicarum tom. 1. tract. 5. diſquiſit. 10. numero 4.* & ad ſummum obligari poterant ratione conſuetudinis, tanquam legis introductæ. Cùm autem huiuſmodi conſuetudo haberi non potuerit tanquam lex canonica, & generalis, ſed tanquam ſtatutum illius Eccleſiæ particularis, & lex particularis, & municipalis pro ſui derogatione non requirat ſupremi Principis conſenſum, illius ſufficiet conſenſus, quo annuente introducta fuit. *Omnis enim res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, capite Omnis, el 1. de regulis iuris.*

Non modicùm oneroſa. Clauſula iſta nouam addit 3
rationem, & cauſam ad Papam non adeundi pro diſpenſatione. Poterat enim Abbas diſpenſare tanquam Prælatus immediatus, & ordinarius in illis caſibus, non ſolùm ſuper recitatione Pſalmorum, aut Officiorum voluntariè à Prædeceſſoribus ſuis adiectorum, ſed etiam ſuper Horarum Canonicarum lectione. Non ſolùm quidem ob facultatem Abbati à ſanctiſſimo Legiſlatore noſtro Benedicto in Regula ſancta, *cap. 47.* traditam, de qua Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. diſputat. 10. quæſ. 1. num. 10.* ſed etiam quia Superior, quando cauſa ſubeſt, poteſt diſpenſare in hac obligatione officij diuini, ex iure, & ex conſuetudine introducta; ſicut poteſt in aliis ſtatutis obligatoriis, vti ipſe Aſcanius docet *num. 6.* poſt Leſſium *de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 51.* Quocirca Bruno Chaſſaing. *de priuilegiis Regularium tract. 4. cap. 4. propoſit. vnica*, ait, Prælatos Regulares poſſe diſpenſare cum ſubditis ſuis ſuper Eccleſiæ præceptis, inſtante neceſſitate, niſi à Papa prohibeantur, ſicut poſſunt Epiſcopi; alioquin, addit, non eſſet ſufficienter prouiſum Regularibus, in his quæ frequenter, & ordinariè occurrunt, peiorisque conditionis eſſent ſæcularibus.

Et concludit Bruno, Prælatum Regularem, in 4
caſibus, qui frequenter accidunt, in præceptis, & legibus Eccleſiæ, & Prælatorum ſuperiorum diſpenſare poſſe, iuſta ſcilicet ſuperueniente cauſa. Allegat D. Thomam *in 4. diſt. 13. q. 22.* Medinam *in 1. 2. quæſt. 57. art. 4.* Portellium *verb. Prælati poteſtas, num. 15* Martinum à Sancto Ioſeph *de poteſtate Guardiani, verb. Diſpenſare, §. 1.* & Franciſcum Suarez *tom. 4. de Religione, lib. 2. cap. 11. num. 18.* cum aliis, aſſerentem, *num. 19.* quæ ſequuntur. Hoc ius (inquit) eſſe ius commune Regularium Prælatorum exemptionem concomitans, & priuilegia Prælatis Regularibus ad diſpenſandum ſuper his ſuos ſubditos à Pontificibus facta, nihil aliud præter ius commune concedere, niſi vt faciliori modo, & ex leuiori cauſa id facere poſſint, quàm valerent facere ex ſolo communi iure. Hactenus Suarez, prout à Brunone recenſetur.

Conſonat Lezana *tom. 1. qq. Regular. part. 1.* 5
cap. 12. num. 28. Sine hoc tamen, aut aliis priuilegiis (ait) infirmi, quos notabiliter offendit, vel aggrauat recitatio, excuſantur ab illa, vt diximus ſuprà *num. 25.* illi autem, quos non ita notabiliter offendit, & aggrauat, ſi rationabilis cauſa diſpenſandi ſubſit, poſſunt diſpenſari à ſuis Prælatis, ſicut & Clerici poſſunt diſpenſari ab Epiſcopis, cùm Prælati Regulares habeant authoritatem quaſi Epiſcopalem; Epiſcopi autem diſpenſant cum ſuis ſubditis in præceptis Eccleſiaſticis, niſi quando ſpecialiter

cialiter ex lege, vel conſuetudine talis diſpenſatio reſeruatur Papæ. Hæc ibi Lezana, & *cap.*18. *n.*55. quæ ſequuntur fatur.

6 Circa diſpenſationem in præceptis Eccleſiaſticis, *ſtando iure communi, & ſecluſo etiam omni priuilegio*, poſſunt Prælati cum ſuis ſubditis ea omnia facere, quæ poſſunt Epiſcopi cum ſuis. Vnde quemadmodum Epiſcopi poſſunt cum ſibi ſubditis diſpenſare in omnibus caſibus ſibi aliàs non prohibitis expreſsè, vel ex conſuetudine, iuxta Clementinam *Ne Romani, de electione*, cum gloſſa ibi, & *cap. vnico, de atate & qualitate præficiendorum, in 6.* Ita etiam rationabili cauſa ſubſiſtente, poſſunt facere idem Prælati Regulares cum ſibi inferioribus, propter rationem ſæpius aſſignatam, quod habeant authoritatem quaſi Epiſcopalem. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8 *lib.* 2. *cap.* 12. *à num.*18. Ioannes de Cruce *lib.*1. *de voto obedientiæ, cap.*6. *dub.*21. Vnde priuilegia aliqua concedentia huiuſmodi facultatem Prælatis Regularibus, tantùm valent ad maiorem declarationem, & ſecuritatem, vel ſi aliquid de nouo concedunt, id eſt, vt faciliori modo detur diſpenſatio. Authores citati. De priuilegiis autem iſtis vide Roderiquez *tom.*1. *q.*42. *art.*7. & *q.*21. *art.*10. Hucuſque Pater Lezana. Vide me ipſum *in qq. Paſtoralibus, part.*1. *q.*2. *num.*15. *diuiſ.*1. *part.* 3. *q.*13. *num.*7. & in diſquiſitione Paſtorali de iure Prioris annexi, poſt dictas quæſtiones edita, *num.* 95. 96. 97. & 143. & *ſeqq.* & in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonicis *tom.*1. *tract.*1. *diſquiſit.* 3. *num.* 10. & *tom.*2. *diſquiſit.* 1. *dub.* 14. *num.* 163. *diſquiſit.* 6. *dub.* 3. *num* 15. 29. & 39. vbi, & alibi ſæpè dixi de iuriſdictione tanta, quâ pollent Abbates reſpectiuè, & alij Regularium Prælati, quâ gaudent Epiſcopi.

7 Dicta procedunt de iure communi, vti benè proximè Suarez, & Lezana. Vnde benè procedebant tempore, in quo noſtri Alexandri conſtitutio præſens condita eſt. Noſtris autem temporibus procedunt etiam in vim aliquorum Sedis Apoſtolicæ diplomatum. De quorum numero primum occurrit recenſendum, quod Eugenius Papa IV. meæ Congregationi Hiſpanicæ conceſſit, relatum à Tamburino *tom.*2. *diſputat.*10. *quæſ.* 12. *num.* 4. ex compendio priuilegiorum noſtri Ordinis, & ex Miranda *in Manuali Prælatorum Regular. tom.*1. *quæſt.*37. *art.*16. & Ioannes Baptiſta Lezana *tom.*1. *quæſtion. Regular. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 18. ex compendio priuilegiorum Mendicantium *verb. Infirmi Fratres, n.*8.

Conceſſit igitur nobis Eugenius, prout referunt Authores iſti, vt *quilibet Abbas, Prior, ſeu Prælatus quorumlibet Monaſteriorum præfatorum liberè poſſint diſpenſare cum omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris Monachis quorumcumque Monaſteriorum huiuſmodi, qui ſine tædio non poſſunt dicere Horas Canonicas, quod tempore infirmitatis, vel poſtquam conualuerint, loco Horarum, ac Officiorum, ad quæ aliàs tenebantur, dicant aliquid certum ad arbitrium ipſorum Superiorum, & non teneantur ad illud Officium Canonicum. Et cum Prælatis ipſis ſimili modo quilibet Presbyter Monachus, per quemvis eorum eligendus, etiam diſpenſari poſſit.* Aliud ſimile priuilegium referunt Tamburinus, & Lezana conceſſum Patribus Hieronymianis per Martinum Papam V. de quo *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. Infirmi Fratres*, vbi Aſcanius hæc legit: *Dum fuerint infirmi, & etiam ſenes, & valetudinarij, qui tenentur ad Horas Canonicas, ſatisfaciant recitando aliquas, vel id, quod ſuis confeſſoribus viſum fuerit.*

De vtroque iſto priuilegio aït Lezana nihil valere, eo quod fuerit viuæ vocis oraculo conceſſum: ſed tanti Magiſtri veniâ valere illa cenſeo. 8
Et ratio eſt, quia licèt prima vtriuſque conceſſio viuæ vocis oraculo facta fuerit, iam eſt bullata, ſiquidem confirmata reperitur per Bullas Pij V. *Etſi Mendicantium Ordines*, & *Cùm intra mentis noſtræ*: & Gregorij XIII. *Regimini Militantis Eccleſiæ.* ita Peyrinus *de priuilegiis Regularium tom.* 3. *cap.*12. *ad conſtitutionem, Aliàs felicis Vrbani VIII. num.* 1. *pag. mihi* 512. Bruno Chaſſaing *de priuilegiis Regul. tract.*1. *cap.*2. *propoſit.*6. *pag.*34. *in principio propoſitionis*, Marcus Vidal *in Arca Vitali titul. de iuriſdictione, num.* 17. *pag.* 275. Pellizzarius *in Manuali Regularium tom.*2. *tract.*8. *cap.*1. *num.*130. & *ſeqq.* & *tract.* 10. *cap.*10. *num.*76. ego ipſe *in diſquiſitione de iure Prioris annexi, poſt qq. Paſtorales edita, num.*34. & *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.* 1. *tract.* 2. *diſquiſit.* 9. *à num.*6. & *tom.*2. *diſquiſit.* 1. *dub.* 13. *num.* 143. & 145. Alij duodecim viri doctiſſimi, qui dictas meas approbauerunt, vt typis mandari poſſent diſquiſitiones, immò & idemmet Lezana nobiſcum expreſsè eſt, *tom.*2. *part.*4. *verb. Oracula viuæ vocis, num.*7. in ſequentia prorumpens: Dubium tamen eſt, an per dictas conſtitutiones (ſcilicet Gregorij XV. *Romanus Pontifex*, & Vrbani VIII. *Aliàs felicis*) reuocata etiam ſunt viuæ vocis oracula, quæ etſi primitus verbo tenus conceſſa ſunt, poſteà tamen per Bullam, vel Breue fuerunt confirmata. Ad quod Bordonus *ſuprà, num.*4. & 5. affirmatiuè reſpondet. Probabilius tamen credo contrarium cum Peyrinis *loco relato....* Quod intelligo non ſolùm quando prædicta viuæ vocis oracula nominatim, & expreſsè referuntur in dicta Bulla, ſeu Breui; ſed etiam quando in genere, aut in communi ſub nomine viuæ vocis oraculi innouantur, aut confirmantur ex certa ſcientia, ſeu cum illa clauſula: *Quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, &c.* quia iam prædicta viuæ vocis oracula deſinunt eſſe talia, & fiunt veluti conceſſa per dictas Bullas, Breuia, ſeu reſcripta Papæ. Hæc omnia dictus Lezana, qui alia addit ex Laurentio de Peyrinis pro noſtra, & ſua noua ſententia firmanda.

Secundò occurrit Iulij Papæ II. conceſſio facta 9
Congregationi Canonicorum Regularium ſancti Saluatoris, Ordinis Sancti Auguſtini, 4. nonas Aprilis 1512. & ſui Pontificatus 9. In conſtitutione *Inter cæteros*, 30. & penultima apud Angelum Cherubinum, *tom.*1. *Bullarij Magni Romani, pag. mihi* 528. *in* §. 21. ſic ſtatuit, videlicet:

Volumuſque, quod qui ex præfatis Canonicis adeò Monaſteriorum ſuorum Officiis occupati, vt in Choro intereſſe, & officium diuinum vix ſine labore, & tædio dicere, ac ipſa eis ratione officiorum huiuſmodi incumbentia charitatis opera implere nequeant; & qui ad diuinum huiuſmodi officium dicendum adeò vel non docti, vel minùs experti pro tempore exiſtant, dummodò in ſacris non ſint Ordinibus conſtituti, licèt profeſſionem emiſerint, tamen ad perſoluendum totum diuinum officium integrum minimè teneantur, ſed eorum Prælati habita ſuarum ſuppoſitarum conſideratione, vltra officium Beatæ Mariæ Virginis, ad quod obligati remaneant, iuxta diſpenſationem eis creditam, ſi eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod cum animi alacritate valeant adimplere. Huius conceſſionis meminit Ioannes Baptiſta Lezana

zana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 12. num.* 30.

10 *Tertiò* adeſt priuilegium Leonis Papæ X. pro Congregatione Camaldulenſium Ordinis noſtri, Romæ editum quarto nonas Iulij, anno Dominicæ Incarnationis 1513. & ſui Pontificatus primo, in conſtitutione ſua ſecunda apud Angelum Cherubinum, *tom.* 1. *Bullarij*, incipit, *Etſi à Summo*, in qua *pag. mihi* 540. §. 42. ſic,vt ſequitur, concedit.

Ac quod illi ex præfatis Monachis, qui adeò Monaſteriorum ſuorum Officiis occupati, vt in Choro intereſſe, ac diuinum Officium vix ſine labore, & tædio dicere, ac ipſa eis, ratione Officiorum huiuſmodi, incumbentia charitatis opera implere nequeant, & qui ad Diuinum Officium huiuſmodi dicendum adeò, vel non docti, vel minùs experti pro tempore exiſtunt, dummodo in ſacris non ſint Ordinibus conſtituti, licèt profeſſionem emiſerint; tamen ad perſoluendum totum integrum Officium diuinum minimè teneantur, ſed eorum Prælati, habita ſuppoſitorum ſuorum conſideratione (vltra Officium Beatæ Mariæ Virginis, ad quod obligati remaneant) iuxta diſpenſationem eis traditam, ſi eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod cum animi alacritate valeat adimpleri. Hæc adamuſſim in dicta habentur conſtitutione, quæ libens reddere duxi, vt appareat verum, quod Lezana *vbi proximè* dixit, poſt recenſionem præcedentis Iulij II. priuilegij, nimirum, *Aſſeritur ſimile priuilegium Leonis X. pro Camaldulenſibus.*

11 Eiuſdem Leonis extat aliud priuilegium pro Patribus Minoribus, & pro gaudentibus eorum priuilegiis, vt ait Lezana *dicto num.* 12. vt poſſint officia Feriarum, quæ ſunt prolixiora, anticipare diebus, quibus ſunt otioſi; & officia Feſtiua, quæ ſunt breuiora, reſeruare in illos dies, quibus credunt ſe fore occupatos concionibus, & confeſſionibus; modò id non faciant in fraudem, ſed ad meliùs ſtudendum, prædicandum, & confeſſiones audiendum. Ita Lezana cum Nauarro *de Oratione cap.* 19. *num.* 88. & Roderiq. *tom.* 1. *quæſt.* 42. *art.* 5. Hoc priuilegium fuit conceſſum per ſimplicem ſignaturam propriæ manus Leonis præfati, vti habetur in Bullario Emmanuelis, ſub titulo *Oracula viuæ vocis Leonis X. num.* 42. ſupplicatio autem conceſſa ſub tenore ſequente exſcribitur *num.* 44.

Et quod Prædicatores verbi Dei, & Confeſſores Ordinis Minorum de Obſeruantia, quando actu prædicant, & confeſſiones audiunt, vtputa in Aduentu, & in Quadrageſima, poſſint Officium feriale anticipare, & Feſta illis diebus reſeruare, quibus illos ampliùs laborare neceſſe eſt, non in fraudem diuini Officij, ſed vt liberiùs valeant ſtudio vacare, & conſolationi ſpirituali fidelium populorum incumbere. Quod quidem priuilegium reuocatum non eſt per Gregor XV. nec per Vrbanum VIII. reuocantes Oracula viuæ vocis. Ratio eſt, quia iſti Pontifices non reuocauerunt conceſſa per Signaturam,ſed per Oracula, quæ diuerſa ſunt.

12 *Num.* etiam 13. recenſet ibidem Emmanuel, & *dicta quæſt.* 42. *art.* 7. ſequens priuilegium ab eodem Leone conceſſum die 15. Aprilis 1516. *Ac inſuper, quia aliqui Patres ſcrupuloſi, quando ſunt in infirmitate, ferè nunquam poſſunt, nec ſciunt diſcernere, & ſe determinare, quando licitè poſſunt dimittere dicere horas Canonicas. S. V. concedat, quod ſiue propter febrim, aut dolorem immenſum, vel aliam infirmitatem Fratres fuerint grauati, & afflicti, ſatisfaciant dicendo pro Horis Canonicis Pſalmum, Hymnum, Pater noſter, Aue Maria, vel alia iudicio Prælati, aut Præſidentis loci, ſeu Conuentus aſſignanda, & hoc quando Medicus corporalis, ſi commodè potuerit haberi, dixerit eſſe nociuum infirmo.* Et ſicut hîc fuit à Minoribus petitum, fuit illis conceſſum, vti teſtatur ibi Laurentius Cardinalis, in cuius litteris, *num.* 12. ſequentem petitionem refert ab eiſdem Minoribus factam, pariter & conceſſam.

Et ſimiliter placeat Sanctitati V. vt ne Fratres mutuò ſe impediant in Officio Diuino, aut aliis ſint faſtidioſi, quod illa, quæ in ordinario iubentur dici ſecretè ſub ſilentio, tam in Horis Canonicis, quàm in Miſſa, non teneantur proferre vocaliter, ſed ſatisfaciant dicendo mentaliter, aut legendo intra ſe per librum; quia aliqui deuotiùs ſic dicunt, & abſque impedimento, & faſtidio aliorum: & eodem modo poſſit facere, qui dicit Officium per ſe ſolus, cùm prolatio verbalis ſit præcipuè, vt ab aliis intelligatur. Huius conceſſionis meminerunt etiam Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 31. & Peyrinus *ad conſtitutionem* 28. *Leonis X. n.* 4. 13

Quartò occurrit conceſſio Clementis Papæ VII. facta Congregationi Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, *in conſtitut. Dudum, la* 38. apud Angelum Cherubinum, *tom.* 1. *Bullarij Magni, pag. mihi* 689. *edita* 7. *die Martij*, 1533 & ſui Pontificatus anno 10. cuius meminerunt Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regul. tom.* 1. *ad conſtitutionem* 17. *Leonis X. num.* 9. & *tomo* 3. *in additamentis, cap.* 4. *num.* 57. & Lezana *in Summa qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. in qua ſic lego §. 2. *dictæ Conſtitutionis.* 14

Nos veſtris etiam tunc ſupplicationibus inclinati, vobis, vt ſuperiores veſtri, Præpoſiti nuncupati, pro tempore exiſtentes, cum Clericis, & ſociis ſuis, qui in ſupradictis pietatis operibus (prædicationis ſcilicet verbi Dei, audientiæ confeſſionum,& ſacræ Theologiæ, ac ſacrorum Canonum ſtudiorum, ad ſuarum, & aliorum Chriſti fidelium animarum profectum, de quibus *in* §. 1.) *aut ſtudio litterarum ſacrarum occuparentur, ſeu infirmitate, aut infirmorum curatione, & miniſterio pro tempore præpedirentur, ſuper recitatione diuinorum Officiorum, ad hoc, vt ipſi occupati, vel impediti certum Pſalmorum per ipſos Superiores eis aſſignandorum, non minus ſeptem, aut ſex, cum diuiſione, ac Orationem Dominicam ſepties, Symbolum Apoſtolorum bis; grauiter autem ægrotantes, Orationem Dominicam ſemel, & Salutationem Angelicam ſepties in die recitando, ſeptem Horis Canonicis, & toti Diuino Officio ſatisfeciſſe cenſerentur, & cum quibuſuis Clericis, & ſociis veſtris in præueniendo, vel poſtponendo, vniendo, vel diuidendo, in communi, vel ſpeciali Horas Canonicas, ac in breuiandis, & protelandis lectionibus*; & relatis in ſequentibus paragraphis aliis gratiis, ſic §. 5. ait: *Veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, præmiſſa omnia, ac alia quæcumque per Nos vobis hactenus conceſſa innouamus.*

Circa occupatos in ſtudiis, confeſſionibus, & 15 prædicationibus aduertit Peyrinus *dicto num.* 9. hanc Clementis conceſſionem intelligi de occupatis in caſu aliquo particulari, qui iudicio Superioris maius bonum cenſeatur, quàm diuini Officij ſolutio; & quando ſimpliciter, aut vix poteſt aptè proximi, aut propriæ vtilitati ſatisfieri. Nec demireris. Nam hæc priuilegia (inquit) non conceduntur Regularibus ad laxamen, ſed ad ſolamen, ſcrupuloſque tollendos. Vnde ſtrictè interpretari debent, iuxta caput *Porrò, de priuilegiis.* Ita Nauarrus *tom.* 4. *comment. de Oratione, cap.* 19. *num.* 86.

Quintò adeſt Pauli Papæ III. conceſſio facta 16 Congregationi Clericorum Regularium Sancti

Pauli

Pauli decollati, Kalendis Decembris 1543. & ſui Pontificatus decimo, in conſtitutione *Dudum*, 5. apud præfatum Angelum Cherubinum, *tom. 1. dicti Bullarij, pag. mihi* 702. cuius meminit dictus Lezana *num.* 28. *cap.* 12. In §. 8. ſic ait Summus ille Pontifex.

Nec non vt dictus Superior veſter pro tempore exiſtens, Clerici, & ſocij veſtri, qui infirmitate grauati, aut circa infirmorum in Domibus veſtris morantium curationem adeò impediti fuerint, vt congruum eis tempus ad diuinorum Officiorum recitationem non ſuperſit, vt infirmitate, aut circa infirmos occupatione huiuſmodi durante, certum Pſalmorum per ipſum Superiorem eis aſſignandorum numerum, non minùs ſeptem, aut ſex, cum diuiſione, & orationem Dominicam ſepties, ac Symbolum Apoſtolum bis, grauiter autem ægrotantibus Orationem Dominicam ſemel, & Salutationem Angelicam ſepties in die recitando, ſeptem Horis Canonicis, & toti Diuino Officio ſatisfeciſſe cenſeantur, & cum quibuſvis Clericis, & ſociis veſtris, ſuper præuentione, vel poſtpoſitione temporis recitationis Horarum Canonicarum, aliqua ſubſiſtente cauſa legitima, diſpenſare.

Quo priuilegio, ait Lezana, vti poſſunt Regulares, qui habuerint communicationem priuilegiorum cum prædictis Patribus Clericis Regularibus: quod ego aſſero de illo, & de præcedentibus aliis priuilegiis, cùm eadem reſpectu omnium militet ratio; & quod omnibus illis noſtra gaudeat Hiſpana Congregatio, indubium mihi eſt, ob ea quæ dixi *in Diſquiſitionibus Moral. & Canonicis, tom. 1. tractatu 2. diſquiſit. 9. numero* 4. & *tom. 2. diſquiſit. 1. dubio* 14. *num.* 176.

17 Immò addo excuſatos eſſe ab Officio diuino perſoluendo, infirmos, quos notabiliter offendit, vel aggrauat illius recitatio; ita vt nulla Prælati diſpenſatione, aut Papæ priuilegio indigeant. Gloſſa *in can. Clericus, in formatione caſus, el* 3. 91. *diſtinct.* Panormitanus noſter *in cap. Presbyter, num.* 10. *el* 1. *de celebratione Miſſarum*, cum Innocentio *ibidem* diſtinguens; aut eſt infirmitas, quæ noceret multùm ſibi propter officium dicendum, & tunc excuſatur; ſecus ſi non multùm noceret, putà ſi febre quartana antiquata, vel febricula. Iacobus de Graſſis *in Deciſionibus Aureis, parte prima, lib.* 2. *capite* 54. *numero* 1. cum D. Thoma *in opuſculo* 65. *de Horis Canonicis*, & *numero* 2. vbi dicit cum Nauarro *de Horis Canonicis, numero* 62. quod ſi eſt certum infirmitatem eſſe grauem, poſſit infirmus propria authoritate diſpenſare. Et in dubio de grauitate, ſufficit (inquit) authoritas Prælati, atque Medici. Abbas Tamburinus *de iure Abbatum tomo* 2. *diſputatione* 10. *quæſ.* 12. idem docet quoad vtrumque, & allegat præter dictum Iacobum, & Nauarrum *in tractat. de oratione, capite* 11. *numero* 3. Sotum *de iuſtitia & iure lib.* 10. *quæſtione* 5. *articulo* 3. Azorium *Inſtitut. Moral. parte* 1. *lib.* 10. *cap.* 13. *quæſt.* 1. Suarez *tom.* 2. *de Religione, tractatu* 4. *libro* 4. *capite* 27. *numero* 20. Valerium Reginaldum *in praxi fori Pœnitent. lib.* 18. *numero* 181. *verſicul. Quod autem*, Sotum *in fine*, & alios apud Bonacinam *de Horis Canonicis diſputatione* 1. *quæſtione* 6. *punct.* 1. *numero* 2. & 4. Ioannes Bapt. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 25. & 29 conſonat.

18 Aduertit tamen Tamburinus *numero* 2. Medicum conſulendum eſſe in dubio de grauitate infirmitatis, non quia ad Medicum ſpectet à lege recitandi Officium Diuinum ſoluere, cùm nullam habeat iuriſdictionem; ſed quia ratione officij, & peritiæ in arte ad eum ſpectat iudicare de morbi grauitate, vel leuitate; quo grauem morbum eſſe dicente, homines corporis valetudini conſulere oportet, præſertim cùm non habeant aliam regulam, quâ in eiuſmodi dubio ſe regere valeant. Hæc Aſcanius, quoad Medicum, de quo ait Lezana *dicto numero* 29. Fugiendi tamen ſunt Medici parum timorati, & qui magna facilitate huiuſmodi diſpenſationes ſolent concedere. Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 42. *art.* 7. Miranda *tom* 1. *q.* 57. *art.* 16.

Quoad Medicum, & Prælatum dicit Laurentius de Peyrinis *tom.* 3. *priuilegiorum, cap.* 4. *num.* 57. 19
quæ ſequuntur. Circa infirmos dicit Rodriquez *tom.* 3. *ſumma, cap.* 197. *num.* 1. quod ad hoc, vt non teneantur Officium Diuinum recitare, ſufficit, quod eis dicat Medicus, quod non recitent, abſque alia licentia Superioris, ſicut ad non ieiunandum ſufficit eadem Medici licentia; nam infirmus quoad ſanitatem recuperandam Medico ſubiectus eſt, & illi obedire tenetur independenter à voluntate Prælati, cui ſolùm obedire tenetur quoad ea, quæ ad Regularem diſciplinam ſpectant. Quæ doctrina valet pro Prælatis timidis, & ſcrupuloſis, qui ſemper timent, etiam vbi timendum non eſt: nam vbi dubius eſſet Medicus, an infirmitas eſſet talis, quæ ægrotum excuſaret ab officio, non tenetur ægrotus recitare, ne ſe periculo grauis damni exponat. A Sancto Fauſto *de Horis Canonicis lib.* 2. *quæſt.* 221.

Ego vlteriùs aduerto, recenſitas doctrinas de 20
excuſatione à penſo Officij diuini, procedere etiam abſque omni Medici, & Prælati diſpenſatione, & licentia, & illis etiam inconſultis, in infirmitatibus grauibus occultis, quales ſunt graues dolores capitis, ſtomachi, & huiuſmodi. In his enim nec Medicus, nec Prælatus iudicium de grauitate, vel leuitate doloris facere benè poſſunt, etiamſi conſulantur; ſed patiens ipſe ſolus iudicare meliùs poteſt: & ſi ipſemet, maximè ſi aliàs ſit timoratæ conſcientiæ, ſentiat non poſſe Officium perſoluere, niſi cum graui doloris augmento, poteſt abſque vllo ſcrupulo non recitare. Expedit tamen ad maiorem humilitatem, & meritum, vt conſulatur Prælatus, ſi opportunè id fieri poſſit.

Dictis accinit Lezana *dicto numero vigeſimo-* 21
quinto, in ſequentia prorumpens. Excuſantur à Diuino Officio perſoluendo, primò infirmi, quos notabiliter offendit, vel aggrauat recitatio. Paludanus *in* 4. *diſtinctione decima quinta, articulo ſecundo.* Nauarrus *capite vigeſimo quinto, numero* 110. Deinde (addit) vrgenter occupati circa negotium publicum, quod notabiliter impediretur Officij recitatione, ita vt non poſſet fieri conuenienter ſi diceretur Officium Diuinum, verbi gratia Prædicatio, &c. Syluester *verbo Hora*, §. 18. Et idem dico de vrgenter occupatis circa negotium, etiam priuatum magni ponderis; vel etiam multùm occupatis circa curam infirmorum. Quia in his omnibus caſibus, vel ſimilibus non eſt credendum obligare Eccleſiam ad Officium Diuinum cum tanto diſpendio boni communis, proprij, vel alieni, ſi vtrique obligationi ſatisfieri non poteſt. Toletus *libro ſecundo ſummæ, capite decimo-quarto.*

Hæc

22 Hæc omnia Mag. Lezana, pro cuius ratione illuſtranda, quæ veriſſima eſt, & pro infinitis difficultatibus decidendis aptiſſima, & efficaciſſima, plura menti tenenda cumulaui in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis *tom. 1. tract. 8. diſquiſit. 2. dub. 11. num. 4. & 5.* & *tom. 2. diſq. 1. dub. 13. num. 112. & 113. diſq. 6. dub. 2. num. 20.* Vbi inter alia dixi, præcepta Eccleſiaſtica non obligare cum morali impoſſibilitate; & tunc moraliter impoſſibilia eſſe, quando humanæ fragilitati accommodata non ſunt. Præcepta enim humana, maximè Eccleſiaſtica, facilia, & humanæ fragilitati accommodata debere eſſe, docent Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 10. num. 50.* & Peyrinus *de priuilegiis tom. 2. ad conſtit. 2. Clementis VII. num. 3. & 4. pag. mihi* 304. & bene, quia lex Euangelica Chriſti ſuauis, & onus eius leue eſt: at illam imitari debet lex Miniſtrorum Chriſti; videretur autem iſta minùs dura, rigida, & inexequibilis, ſi vellet illius conditor eam obſeruari cum tanta difficultate.

23 Ex dictis colliges, quid dici debeat circa alteram partem diſpenſationis factæ à noſtro Alexandro IV. cum Monachis Sancti Facundi viatoribus, vt non teneantur dicere adiectiones, & pſalmodias, ſed Officium Diuinum in Regula ſancta ordinatum, & ſtatutum.

Primò enim colligitur, viatores qui recitare non poſſunt abſque incommodo graui, prudentis arbitrio, vel quia eis tempus opportunum moraliter ad Horas legendas deeſt, vel quia ita labore itineris fracti, aut grauati ſentiuntur, vt illarum penſum ſoluere abſque graui ſalutis nocumento, vel maxima nauſea, ac difficultate nequeant, ad eas recitandas non teneri. Non enim obligare intendit Eccleſia ad Officij diuini recitationem cum tanto diſpendio, quod certè moralem ſecum habet impoſſibilitatem. Quæ vtique noſtra doctrina procedit maximè in illorum ſententia, qui penes Azorium *part. 1. lib. 10. cap. 13. quaſt. 14.* affirmant, peregrinationem iuſtè, & legitimè ſuſceptam, iuſtam præbere excuſationem Canonicarum precum, quando Beneficiarius per alium ſui loco ſubrogatum Eccleſiæ deſeruit, in qua eſt beneficium. In caſu tamen, quo adſit proprij Prælati copia, conſultius erit illius diſpenſatione, ſeu commutatione vti.

24 *Secundò* colligitur, Prælatos Regulares bene poſſe cum ſubditis ſuis, iuſtà interueniente cauſâ, de qua in præcedenti numero, in vim priuilegiorum ſuprà recenſitorum, ſuper recitatione Diuini Officij diſpenſare, illud ſcilicet commutando. Si enim Abbates poſſunt tempore infirmitatis, & poſt conualeſcentiam cum his qui ſine tædio Horas Canonicas dicere non poſſunt, diſpenſare, vt aliquid illarum loco dicant, vti Eugenium IV. noſtris conceſſiſſe dicunt Tamburinus, & Lezana locis ſuprà *num.* 7. recenſitis: & ſi Prælati Canonicorum Regularium vigore conceſſionis Iulij II. de qua *num.* 9. diſpenſare poſſunt cum Canonicis adeò officiis Monaſteriorum ſuorum occupatis, vt vix ſine labore, & tædio Officium dicere valeant: & ſi idem noſtri Camaldulenſes in ſimili caſu efficere queunt, Leone X. *num.* 10. concedente: & ſi denique Superiores Clericorum Regularium poſſunt diſpenſare, in vim priuilegij Pauli III. *num.* 16. redditi, cum ſociis adeò impeditis circa infirmorum curationem, vt congruum eis tempus ad Diuinorum Officiorum recitationem non ſuperſit; quare diſpenſare non valeant Regulares Prælati cum ſubditis ſuis, qui ita grauati, & fracti labore itineris ſentiuntur, vt vix poſſint horas perſoluere abſque graui ſalutis nocumento, aut periculo quidem, vel abſque maxima nauſea, aut difficultate, & quando eis congruum tempus ad Officij penſum perſoluendum non ſupereſt? Comparatur enim viator in caſu præſenti, non ſolùm ſociis circa infirmorum curam occupatis, ſed etiam infirmis ipſis.

Tertiò colligitur, poſſe Prælatos cum huiuſmodi viatoribus, vti præfertur impeditis, diſpenſare, 25
vt aliquid certum pro Horis Canonicis recitent, ſecluſo omni priuilegio, & iure communi attento. Quia poſſunt inſtante neceſſitate, & iuſta cauſa in præceptis diſpenſare Eccleſiaſticis; ex quo enim exempti ſunt ab Epiſcoporum iuriſdictione, poſſunt circa ſuos exercere ſubditos, ſecluſo omni alio priuilegio, ab exemptionem concedente diſtincto, quicquid Epiſcopi poſſunt circa ſuos; alias peioris eſſent conditionis Regulares, quàm Sæculares ſunt, & non eſſet illis ſufficienter prouiſum in his, quæ ordinariè, & frequenter occurrunt.

---

§. II.

De Officio Defunctorum.

BREVIARIVM.

Miſſa.

Duplex Miſſa conuentualiter dici debet in Eccleſiis Collegiatis; vna pro viuis, & altera pro defunctis. num. 26.

Miſſa Defunctorum non omittitur propter Miſſam Feſti. num. 26.

Officium Defunctorum.

Antiquitus fiebat quotidie hoc officium. num. 26.

Sub mortali obligat in die Commemorationis omnium Defunctorum omnes, qui ad officium diuinum tenentur. num. 27.

Matutinum dictæ Commemorationis dici debet mane ſecunda die Nouembris, non pridie. num. 28.

Aliis diebus non obligat, nec ſub veniali, vtentes Breuiario Romano, nec Monaſtico Pauli V. num. 29.

Nec recitantes in Choro, num. 30.

Illud tamen recitantes Indulgentiam 100. *dierum lucrantur.* num. 29.

NOlumus tamen, quod per hoc in aliquo detrahatur Officio mortuorum. Per iſtam clauſulam denotatur Officium Defunctorum, tam Obligatorium fuiſſe Alexandri IV. tempore, quàm principale Officium diuinum in Regula Sancta ſtatutum, cùm in illorum nullo diſpenſare velit, cùm tamen diſpenſet cum Monachis viatoribus, & infirmis ſuper recitatione aliarum adiectionum, & pſalmodiarum. An autem præfatum Defunctorum Officium, ſuper cuius lectione diſpenſare noluit Summus ille Pontifex, fuerit quotidianum ex adiectione Abbatum S. Facundi, vel potiùs à Romana Eccleſiâ ſtatutum pro feriis ſecundis Aduentus, & Quadrageſimæ, pro prima cuiuſlibet menſis extra tempus Paſchale die, Feſto duplici, vel ſemiduplici non impeditâ, vel tandem pro omnium Defunctorum commemoratione facienda ſecunda Nouembris die, aſſerere non audeo; præſumo tamen fuiſſe quotidianum penſum ab Abbatibus inter alias adiectio 26

adiectiones, gratiâ denotionis, circa animas in Purgatorio exiſtentes ſuperadditum, quale ab Honorio Papa III. fuerat vniuerſis Eccleſiarum Prælatis iniunctum *in cap. Cùm creatura, el 11. de celebratione Miſſarum*, circa quotidianam Miſſæ defunctorum celebrationem, dicens: *Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quominùs & pro anniuerſariis defunctorum, & pro feſto, vel feria ſecundùm temporum congruentiam, Miſſarum ſolemnia conuentualiter celebretis.* Vbi gloſſa verbo *pro anniuerſariis*, ſic ait: Anniuerſarium dicitur, quod pro defuncto fit anno reuoluto à die mortis ſuæ; ſed dicitur hic anniuerſarium, Officium ſcilicet, quod fit qootidie pro defunctis. Vbi etiam Barboſa *numero* 2. & non obſcurè Abbas, dicens: Item nota ibi, *Mandamus*, quod Clerici Eccleſiæ Collegiatæ peccant non dicendo ſolemniter duas Miſſas in die. Et infrà: Item nota, quod Miſſa defunctorum præfertur Miſſæ de feria. Nam Miſſa defonctorum non omittitur propter feſtum, ſed Miſſa de feria ſic, vt hic.

De qootidiana duplici Miſſa in Collegiatis, vna pro viuis, & altera pro defunctis, agunt etiam Petrus Ledeſma *in ſumma, part. 1. tract. de Eucharistia, cap. 19. dub. 2. concluſ.* 2. & Azorius *Inſtitution. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 2.* & de ſolemnibus Bellarminus *tom. 2. controuerſ. 3. generali, lib. 2. cap. 15.* Steph. Durant. *de Ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 4.* Petrus Gregorius *part. 3. Iuris Canonici, lib. 1. tit. 21. cap. 2.* Et notandum venit ex Abbate, Miſſam quotidianam defunctorum iam fuiſſe iniunctam ante huius Decretalis Honorij editionem; ſed quia ſolus ſacerdos cum vno alio illam celebrabat, mandauit Papa vt conuentualiter celebraretur.

27 An autem hodie obliget officium defunctorum ſub culpa lethali, dubitari poteſt. Quod omnes, qui ad penſum Horarum canonicarum perſoluendum adſtricti reperiuntur, ſub mortali teneantur recitare Officium defunctorum, pro omnium illorum commemoratione, poſt omnium Sanctorum feſtiuitatem prima Nouembris die celebrari conſuetam, commune eſt inter Doctores. P. Franc. Dubal *en la expoſicion de la Regla, part. 1. cap. 18. num. 40. & ſeqq.* qui concluſionem ampliat, ita vt extra Chorum recitantes, etiam ſub mortali obliget, abſque hac diſtinctione. Iacobus de Graffis *in deciſionibus aureis part. 1. lib. 2. cap. 53. num. 24.* Gauantus *in Comment. in Rubricas Breuiarij, ſect. 9. cap. 2. num.* 18. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 12. num.* 24. qui, & dictus Gauantus *ſect. 7. cap. 13. verſic. ſi in Dominica*, addunt cum Suarez *de Horis Canonicis lib. 4 num. 8. & 9.* & Dubal *num.* 44. Beneficiarium officium illud non legentem, ad reſtitutionem fructuum pro rata teneri. Baſſæus *tom. 1. verb. hora Canonica, 11. num. 5. in fine*, cum 25. Doctoribus, quos Diana *part. 4. tract. 4. reſolut. 242.* recenſet. Rationem hanc reddunt Doctores, quia ſcilicet officium defunctorum eſt pars officij illius diei. Quod probari poteſt (ait Baſſæus) ex Kalendario, & Martyrologio, vbi nomen, quod Eccleſia tribuit feſtiuitati illius diei, eſt commemoratio Defunctorum. Ergo officium defunctorum proprium eſt illius diei, quia per nomen feſtiuitatis explicatur, de quo agi debet officium. Quoad noſtram autem Benedictinam Congrega-

R. P. de Marin Comment in Conſt. Apoſt.

tionem Hiſpanam aliter dicendum videtur, ob ea quæ adducam §. *ſequenti, num.* 36.

Aduertunt etiam Lezana cum Barboſa *de officio Parochi cap. 10. num.* 29. & Gauantus *dicto ſect. 7. cap. 13. verſic. prædicto*, Matutinum defunctorum in prædicta die ſecunda Nouembris recitandum eſſe mane, & non pridie. Et ita decreuiſſe Sacram Congregationem Rituum prima die Septembris de anno 1607. teſtatur ipſe Gauantus. 28

Ad officium autem Defunctorum recitandum non teneri in aliis diebus, præterquam in dicta illorum omnium commemoratione, qui Breuiario vtuntur Romano, commune etiam eſt inter Doctores, & non ſolùm ſub mortali, ſed neque ſub veniali culpa. Ita Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 16. quæſt.* 4 Baſſæus cum Aragone 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. Lezana *dicto num.* 24. & Gauantus *ſect. 9. cap. 2. num.* 18. dicens: Reſtat vltimò dicendum de obligatione ad hoc officium recitandum: hæc autem nulla eſt, excepta Commemoratione omnium Defunctorum, de qua diximus *ſect. 7. cap. 13. pag* 171. Nulla, inquam, eſt ſoluente nos Pio V. in Bulla Breuiarij ab antiqua obligatione, & ab omni peccato, exhortante tantùm, & indulgentia centum dierum pro vnaquaque vice ad præſcriptum rubricarum propoſita alliciente. Hæc ille. Conſultò diximus, *qui Breuiario vtuntur Romano*; quia qui illo non vtuntur, propria Breuiaria, Conſtitutiones, Diffinitiones, & priuilegia conſulere debent. Vnum pro certo aſſero, noſtram Congregationem Hiſpanam, & alias Breuiario vtentes Monaſtico, ex quo illud admiſerunt, ſub nulla culpa teneri ad recitationem Officij Defunctorum, præterquam in communi illorum omnium commemoratione, ſuppoſita prædicta Pij V. Bulla, ita Paulo V. concedente in Bulla Monaſtico præfixa Breuiario, videlicet. 29

Cæterùm, vt prædicti Religioſi ad Breuiarium, & libros chorales, vt præfertur, reformatos vnanimiter recipiendos eo alacriùs inducantur, quo ſpiritualibus etiam donis ſe magis refectos eſſe compererint, etiam prouidere volentes; omnibus, & ſingulis prædictis Religioſis, vt Breuiarium huiuſmodi ſic reformatum recitando, eadem priuilegia, gratias, & indulgentias, ac peccatorum remiſſiones conſequantur, quæ fel. rec. recordationis Pius Papa V. prædeceſſor noſter recitantibus Breuiarium Romanum conceſſit, authoritate, & tenore prædictis indulgemus. Non obſtan. &c.

Quod ſi petas, an dicta deobligatio recitandi Officium Defunctorum in aliis diebus, quàm in illorum omnium Commemoratione, procedat non ſolum reſpectu particularium priuatè, & extra chorum recitantium, ſed etiam eorum reſpectu, qui Officij Diuini penſum in eodem perſoluunt choro? Abſolutè reſpondetur, iuxta Gauantum, paulò ante redditum, indiſtinctè loquentem, & iuxta Baſſæum, & Lezanam propiùs ad immediatam reſponſionem accedentes, nec priuatè, nec in choro Officium Diuinum perſoluentes ſub culpa teneri ad Officium Defunctorum recitandum, niſi in illorum omnium commemoratione. Rationem modò reddam. 30

§. III.

De Officio Beatæ Virginis, Pſalmis Gradualibus, Pænitentialibus, & Litaniis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Si illud voluiſſet, expreſſiſſet. n. 28.

Conſuetudo.

Non introducitur conſuetudo obligatoria ex actibus facultatiuis. n. 34.

Gregorius III.

Creatus eſt Papa anno Domini 731. n. 31.

Litaniæ.

Litanias, & preces recitare tenentur in diebus ſancti Marci, & Litaniarum, ſeu Rogationum, qui vtuntur Breuiariis Pij V. & Pauli V. ſi non habent priuilegium. n. 39.

Officium B. V. Mariæ.

Reſtauratum fuit à ſancto Petro Damiani. numero 31.

Ex præcepto Sancti Gregorij III. & Zachariæ illud recitauerunt noſtri Caſſinenſes. numero 31.

Omnes Eccleſiaſtici illud perſoluere debuerunt ex præcepto ſancti Vrbani Papæ II. de anno 1096. ibid.

Qui vtuntur Breuiario Romano Pij V. ad hoc officium, extra chorum non tenentur, ſed in choro, iuxta Eccleſiarum conſuetudinem. numero 32. & 38.

Ad illud adſtringuntur, qui percipiunt penſiones, fructus, aut res alias Eccleſiaſticas, vt Clerici. num. 33.

Qui proprio mutato Breuiario, Romanum acceptauerunt, illud recitare tenentur, ſi ad illud ante mutationem erant adſtricti. numero 34.

In noſtra Congregatione ex ſola illud perſoluitur deuotione. n. 34. 35. & 36.

Officium V. Mariæ pro Sabbathis fuit ab Vrbano II. inſtitutum. n. 31.

Poſſeſſio.

Ex actis facultatiuis non acquiritur. n. 34.

Pſalmi.

Graduales, & Pænitentiales Pſalmos, & Litanias poſt illos recitare non tenemur in noſtra Congregatione. n. 36. & 37.

Neque qui Breuiario vtuntur Romano, niſi adſit conſuetudo illos obligans n. 38.

Zacharias.

Creatus eſt Papa anno Domini 742. numero 31.

QVod ſi iterum incidenter petas, *An Officium Deiparæ paruum, Pſalmi Graduales, Pænitentiales, ac Litaniæ ſub culpa obligent?* Sigillatim vnicuique quæſiti parti, claritatis gratiâ reſpondebo; & in primis dicam, quid ſit; quoad officium V. Mariæ, & quid de illius origine; breuiter tamen, quia aliud non exigit noſtrum præſeos inſtitutum.

Huius officij inſtitutionem attribuit Baronius 31
in Annalibus, anno 1056. noſtro Cardinali Sancto Petro Damiani; ſed melius eius reſtitutionem ei adſcribunt in illius vita Flaminius, & Fortunatus, in primo tomo eiuſdem Sancti exſcripta, id ei iubente noſtro Ildebrando Sanctiſſimo, Gregorio Papa VII. nuncupato, teſte Hieronymo Rubeo *in Hiſtoria Rauennat.* cui ſubſcribit Ganantus *vbi ſuprà, ſectione nona, capite primo, numero primo*, eo ductus fundamento, quia Paulus Diaconus *in expoſitione Regulæ ſancti Patris noſtri, & Patriarchæ Benedicti*, quæ habetur, ait, manuſcripta in Bibliotheca Aniciana Collegij ſancti Gregorij de Vrbe, ſcribit noſtrum Gregorium III. qui creatus fuit Pontifex Summus anno Domini 731. & Zachariam, qui ei in Sede ſucceſſit Petri anno 742. præcepiſſe noſtræ Congregationi Caſſinenſi, vt omni tempore vnà cum officio diuino recitarent etiam Officium Beatæ Virginis: quod poſteà in Concilio Claromontano noſter etiam ſanctus Vrbanus Papa II. menſe Nouembri 1096. omnibus Eccleſiaſticis quotidie recitare iuſſit, vti Ganantus notat ex Radulpho *propoſit.* 20. & Azorius *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 16. *q.* 1. ex D. Antonino *part.* 2. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 23. Durand. *in Rationali Diuinorum Officiorum, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. & eodem Radulpho *in libello de canon. obſeruant. dict. propoſ.* 20. Et addit inſtituiſſe S. Vrbanum Officium, quod hodie in Sabbathis minimè impeditis Eccleſia perſoluit. Vtrumque Radulphus *lib. de Canonum obſeruantia, propoſit.* 20. qui habetur in volumine de diuinis officiis diuerſor. *pag. mihi* 661. Dubal dictis conſonat *En la expoſicion de la Regla, part.* 1. *cap.* 8. *n* 23.

His noſtris diebus extra chorum recitare non 32
tenentur prædictum B. Mariæ Officium paruum, qui ad officium maius, iuxta Breuiarium Romanum, authoritate Pij V. reformatum adſtricti ſunt. Ita Ganantus *ſect.* 9. *cap.* 1. *n.* 2. Lezana *dict. cap.* 12. *n.* 21. Baſſæus *tom.* 1. *verb. Hora Canonica* 11. *num.* 5. In choro autem tenentur illud perſoluere in Eccleſiis illis, in quibus viguit conſuetudo (tanquam ex obligatione ſcilicet graui) illud recitandi. Sic Graſſis *part.* 1. *cap.* 53. *num.* 15. Baſſæus *dicto num.* 5. Lezana *vbi proximè*, cum Emmanuele Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regularium, q.* 42. *art.* 14. concluſionem extendente ad Dominicas, & Feſta ſemiduplicia, ſi talis in illis adſit conſuetudo. Ganantus etiam *num.* 5. quò loci eximit ab obligatione iſta, cum Azorio *parte prima, lib.* 10. *capite decimoſexto*, Canonicum extra chorum recitantem, qui refert *numero ſexto*, Sacram Congregationem Rituum decreuiſſe prima die Septembris de anno 1607. ſeruandam eſſe conſuetudinem recitandi in choro diebus præfatis Dominicarum, & ſemiduplicium feſtorum. Ratio pro vtraque parte deſumitur ex Bulla Pij V. Breuiario Romano præfixa, cuius tenor talis eſt.

Quod verò in rubricis noſtri officij præſcribatur, quibus diebus officium B. Mariæ ſemper Virginis, & Defunctorum; item Pſalmos Pænitentiales, & Graduales dici ac pſalli oporteat: Nos propter varia huius vitæ negotia multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præſcriptione remouẽdum duximus; verùm debito prouidentiæ paſtoralis admoniti, omnes

vehemen

vehementer in Domino cohortamur, vt remiſſionem noſtram, quamtùm fieri poterit, ſua deuotione, ac diligentia præcurrentes, illis etiam precibus, ſuffragiis, & laudibus ſuæ, & aliorum ſaluti conſulere ſtudeant.... Hoc autem concedimus ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarum, in quibus officium paruum Beatæ Mariæ ſemper Virginis in choro dici conſueuerat; ita vt in prædictis Eccleſiis ſeruetur ipſa laudabilis, & ſancta conſuetudo celebrandi modo ſolito prædictum officium. Hactenus Pius V.

33 *Qui ad officium maius adſtricti ſunt* dixi, vt excluderem perſonarios, qui extra chorum recitare tenentur Deiparæ Officium per ſingulos dies, ſub pœna reſtitutionis fructuum penſionis pro rata, ita eodem Pio V. decernente in conſtitutione, *Ex proximo Lateranenſi Concilio*, 135. apud Angelum Cherubinum in Bullario Magno, *tom.* 2. *pag. mihi* 344. per hæc quæ ſequuntur verba: *At quicumque penſiones fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium.* Ita & Gauantus *ſect.* 9. *num.* 3.

34 Vnum hîc aduertere operæ pretium duxi, ex Gauanto *num.* 6. eos ad quotidianam Officij Beatiſſimæ Virginis Mariæ recitationem teneri, qui mutato proprio Breuiario, Romanum acceptauerunt, ſi antea ad illam ex conſuetudine tenebantur, ita decernente Vrbano Papa VIII. de conſilio Sacræ Congregationis Rituum, 2. Ianuarij 1627. inſtante Abbate Cœnobij Ripolenſis Ordinis noſtri in Catalonia. Ex quo inferre non licet, in Congregatione noſtra teneri ad huiuſmodi recitationem ſub peccato, ex quo acceptauit Breuiarium Pauli V. poſt antiquiſſimam conſuetudinem recitandi dictum officium. Non, inquam, id licet inferre. Tum quia non eſt Breuiarium Pauli V. Romanum: ergo cùm odioſa ſit Vrbani diſpoſitio, & pœnalis, ad illud accipientes extendi non debet, ſed ad verè Romanum Pij V. arctari. Tum etiam, quia non quæcumque conſuetudo recitandi venit in diſpoſitionibus Pij V. & Vrbani VIII. ſed illa tantùm, quæ introducta fuerit tanquam ex obligatione, non verò ex deuotione: ex actibus enim ex deuotione factis, vtpotè facultatiuis, acquiri neutiquam poteſt poſſeſſio, ac per conſequens nec conſuetudo propriè ſumpta, quæ habeat obligandi vim, vti diximus *tomo primo Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, tractatu nono*, §. *ſexto*, *numero ſexto*, *pag.* 364. Quocirca Moronus *reſponſo vigeſimoſeptimo*, *numero ſexto*, ait, quod in actibus facultatiuis non datur poſſeſſio manutenibilis, ex Rota *deciſ.* 555. *numero* 1. *part.* 1. *recentior.* non obſtante lapſu temporis immemorabilis: pro quo poſt alios allegat Surdum *conſilio* 127. *num.* 28. *in fine*. Congregatio autem noſtra nunquam Officium Beatæ Virginis Mariæ tanquam ex obligatione recitauit, ſed ex mera erga illam deuotione. Vnde in Capitulo Generali celebrato Valliſoleti, menſe Maij 1621. in quo ab ea fuit acceptatum præfatum Breuiarium Pauli V. ſic vt ſequitur definiuit.

35 *Primeramente ſe admite en toda nueſtra Congregacion el Miſſal y Breuiario Monaſtico ordenado por la Santidad de Paulo Quinto de felice recordacion, y que por ellos rezen, y digan Miſſa todos los Religioſos de nueſtra Congregacion, con que de Nueſtra Señora ſe reze ſiempre, como haſta aqui ſe ha rezado; no poniendo empero nueua obligacion, mas de la que haſta aqui ha hauido en quanto al dicho rezo de Nueſtra Señora. Y que nueſtro Reuerendiſſimo Padre General haga, ò encomiende à perſonas de ſatiſfaçion vn quadernillo del rezo de los Sanctos de la Orden, y de Eſpaña, y demas que à ſu Reuerendiſſima pareciere, y le haga imprimir, y embie à los Monaſterios para el dia, en que ſe ha de empezar a rezar el dicho rezo de Paulo Quinto, que ſera para el dia de año nueuo proximo futuro de mil ſeiſcientos y veinte y dos.* Hactenus Patres Congregationis noſtræ in præfato Capitulo Generali, qui hanc ſecundam diffinitionis partem condiderunt, vigore Conſtitutionis Eugenij IV. 4. Bullarij noſtræ Congregationis, incipit, *Etſi ex ſolicitudine*, concedentis Diffinitoribus facultatem *circa Diuini Officij directionem, & ordinationem abſque tamen ipſius Regulæ* (ſcilicet S.P.N.Benedicti) *variatione ſubſtantiæ, vel effectus interpretatione, ſeu declaratione.* Et vigore Conſtitutionis Alexandri VI. ſeptuageſima prima dicti Bullarij, incipit, *Inter multiplices*, editæ nonis Martij 1506. ſimilia verba proferentis.

Fulciuntur vlteriùs prædicta ex conceſſione Eugenij Papæ IV. eidem noſtræ Congregationi facta 13. Kalendas Auguſti 1439. quod *nullus Prior, Abbas, ſiue Prælatus, nec Monachi profeſſi, & quicumque Religioſi Monaſteriorum huiuſmodi, vt ad aliquas Horas, Pſalmos, ſuffragia, recitationes, preces, deuotiones, & cæremonias, niſi ad ea dumtaxat, quæ in Regula ſancti Benedicti continentur, minimè teneantur, niſi in quantum deuotionis feruore, ſeu aliàs ſua libera, & ſpontanea voluntate proceſſerit.* Verba ſunt dictæ conceſſionis, quæ habetur cum aliis in priuilegio 48. Bullarij authentici dictæ Congregationis, *fol.* 103. 36

Ex quibus apparet, quid quoad noſtros dicendum ſit circa obligationem recitandi Pſalmos Graduales, Pœnitentialeſque, ac Litanias: nullam vtique illos habere in conſcientia, & ſub culpa aliqua illos adſtringentem. 37

Quoad eos verò, qui Breuiario vtuntur Romano Pij Papæ V. dico primò, illos abſolutos eſſe ab obligatione recitandi Pſalmos Graduales, & Pœnitentiales, & Litanias, tam in choro, quàm extra, per dictum Pium V. in Bulla eidem Breuiario præfixa. Ita Lezana *tom.* 1. 1. *part. cap.* 12. *num.* 21. Eligius Baſſæus *tomo primo, verbo Hora Canonica* 11. *numero quinto*. Gauantus *in Commentar. in rubricas Breuiarij*, *capite tertio*, *numero nono*, & *capite* 4. *num.* 14. qui tamen addit: Si tamen adeſt conſuetudo eos recitandi in choro, ſtetur legitimæ conſuetudini, ſicut etiam de Hora recitandi. *Legitime*, inquit, id eſt animo ſe obligandi introductæ poſt dictæ Pianæ editionem, quia ab introducta ante illius conſtitutionem, à Pio præfato fuerunt abſoluti, vt benè notat Baſſæus ex Aragone 2. 2. q. 83. *articulo decimoſecundo*, quia facta conceſſione, hanc limitationem addidit Pius V. *Hac autem concedimus ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarum, in quibus Officium paruum Beatæ Mariæ Virginis in Choro dici conſueuerat.* Non dicit, *in quibus Pſalmi* 38

Graduales, & *Pœnitentiales dici conſueuerant*; ſed, *in quibus Officium paruum*, &c. Ergo conceſſio quoad Pſalmos abſoluta fuit, & non limitata; ſi enim aliud Papa voluiſſet, expreſſiſſet (ſicut Officium Beatæ Virginis expreſſit) *cap. Ad audientiam*. §. *Mandamus*, *de decimis*, vbi gloſſa *verb. Intelligeremus*, *ex Cod. de caducis tollendis*, *l. vnica*, §. *ſi verò*, *canon. ſi quis Presbyter*, *diſt.* 4. & ex aliis iuribus, & D.D. Marcus Vidal *in Arca Vitali*, *titul. de Duello*, *inquiſ.* 6. *num.* 13. cum Rolando à Valle *conſ.* 56. *num* 5. teſtante de communi Doctorum. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular.* *q* 44. *art.* 4. *verſ. Quartum.* Ragius *de regimine Regularium tractat.* 8. *centur.* 2. *dub.* 161. *numero* 2. cum pluribus, quos allegat Thomas Delbene *de immunitate*, *capite* 17 *dubitatione* 22. *numero* 42 Ego ipſe *in Diſquiſit. Moral. & Canon. tomo* 2. *diſquiſit.* 1. *dubio* 14. *numero* 3. *diſquiſit.* 3. *dubio* 1. *numero* 8. *diſquiſit.* 6. *dubio* 3. *numero* 31. & *diſquiſit.* 12. *dubio* 4 *numero* 10. Qui proprio vtuntur Breuiario, illud, conſuetudines, ac priuilegia ſuæ conſulant Religionis.

39 Dico ſecundò, tam vtentes, quàm non vtentes Breuiario Romano, ad Litanias recitandas teneri, ſimul ac ad preces in die Sancti Marci, & in tribus ante Aſcenſionem Domini diebus, ſi non aſſiſtunt Proceſſionibus (ſi tamen priuilegio aliquo ab obligatione iſta non eximantur.) Ita Lezana *dicto capite* 12. *numero* 23. cum Suarez *tom.* 2. *de Religione*, *libro* 4. *de Horis Canonicis*, *capite* 25. & Bonacina *de Horis Canonicis diſputatione* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *numero* 14. Gauantus *in dict. Commentar. ſectione* 6. *capite* 16. *numero* 3. vbi ita ait: *Qui non inte ſunt Proceſſionibus* (verba ſunt Rubricarum Breuiarij,) *dicant priuatim Litanias*, &c quo verbo præcipitur omnibus, qui tenentur recitare Horas Canonicas ſub mortali, ex Suarez *libro* 4. *de Hor. Canon. capite* 25. *numero* 8 &c. Neque de his loquitur Pius V. in Bulla, quando tantùm hortatur ad Pſalmos Pœnitentiales, &c. Hæc Gauantus, qui in eadem perſiſtit ſententia *ſectione* 9. *capite* 4. *numero* 15. Non reticebo tamen Gabrielem Vaſquez *opuſcul. de Beneficiis*, *capite* 4. §. 1. *articulo* 2. *dubio* 1. *numero* 58. dicentem: *De Litaniis aſſerunt Sotus*, *Armilla*, & *Syluester*, *quod extra chorum non obligant*, *nec eſt conſuetudo obligandi. Modò poſt editionem Breuiarij Romani nullus tenetur extra chorum*; *id enim conceſſit Pius V. motu proprio*, *initio Breuiarij*; *in choro verò obligationem iuxta conſuetudinem relinquit.* Ita præfatus Doctor *loco citato*.

CONSTITVTIO VI. & ſecunda Alexandri Papæ IV.

Pro Abbate, & *Conuentu Sancti Æmiliani de Cuculla*, *edita anno* 1259.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

1. *Ordo Monaſticus iuxta Beati Benedicti regulam obſeruetur.*
2. *Bona, quæ iuſtè poſſident, firma illis permaneant.*
3. *Decimæ non ſoluendæ de iis, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colunt, neque de noualibus.*
4. *Poſſunt recipere ad conuerſionem Clericos, ſeu Laicos.*
5. *Nullus profeſſus abſque Abbatis licentia à Monaſterio diſcedat, niſi ad arctiorem Religionem: & aliàs diſcedentem nullus retineat.*
6. *Tempore interdicti liceat celebrare, excluſis excommunicatis.*
7. *Chriſma Altarium, & Baſilicarum conſecrationes, & ordinationes fiant ab Epiſcopo Diœceſano, Catholico tamen, & ſine prauitate ea præſtante.*
8. *Infra fines Parœciæ, abſque Diœceſani, & Monaſterij conſenſu nullus erigat Capellam.*
9. *Nouæ, & indebitæ exactiones non fiant à Monaſterio per quemcumque, &c.*
10. *Sepultura illius loci libera ſit cuicumque, &c.*
11. *Poſſunt redimere decimas ad ſe ſpectantes à quibuſcumque laicis detentas.*
12. *Abbas eligatur à maiori, & ſaniori Fratrum parte, iuxta Regulam Beati Benedicti.*
13. *Infra clauſuram locorum, ſeu grangiarum Monaſterij nullus rapinam faciat, &c.*
14. *Immunitates à Pontificibus, & Regibus indultæ confirmantur.*
15. *Nullus perturbet Monaſterium, aut eius bona auferat, minuat, detineat, &c.*

ALEXANDER EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monaſterij Sancti Æmiliani de Cuculla, eiuſque Fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuam rei memoriam.

RElígioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne fortè cuiuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sancti Æmiliani de Cuculla Calagurritan. Diœceſis, in quo

quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub
Beati Petri, & noſtra protectione ſuſci-
pimus,& præſentis ſcripti priuilegio com-
1 munimus. In primis ſiquidem ſtatuentes,
vt Ordo Monaſticus, qui ſecundùm
Deum, & Beati Benedicti regulam in eo-
dem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſci-
tur, perpetuis ibidem temporibus inuio-
2 labiliter obſeruetur. Præterea quaſcum-
que poſſeſſiones, quæcumque bona idem
Monaſterium in præſentiarum iuſtè, ac
canicè poſſidet, aut in futurum conceſſio-
ne Pontificum, largitione Regum vel
Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis
iuſtis modis præſtante Domino poterit
adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſ-
ſoribus, & illibata permaneant; in qui-
bus hæc propriis duximus exprimenda
vocabulis. Locum ipſum, in quo præ-
fatum Monaſterium ſitum eſt, cum om-
nibus pertinentiis ſuis: decimas, quas in
ſanctæ Mariæ de Froncelejo, Sancti Mar-
tini de Vallucrcanas, ſanctæ Crucis, ſan-
cti Felicis, ſancti Æmiliani de Ycola, &
ſancti Michaëlis de Pedroſo Eccleſiis ob-
tin.tis: Eccleſias, quas habetis in villa,
quæ Villa Gonſaluo vulgariter nomina-
tur: Villas ſitas in valle, quæ Riuus
ſancti Æmiliani vulgariter appellatur: &
Eccleſias villarum ipſarum cum decimis,
poſſeſſionibus, terris, & omnibus iuri-
bus, & pertinentiis eorundem de Fon-
ſeuejo, & de Artable: villas cum omni-
bus iuribus, & pertinentiis earundem,
cum terris, vineis, pratis, & aquis, paſ-
cuis, nemoribus, vſuagiis, imboſco, &
plano, & molendinis in viis, & ſemitis,
& omnibus aliis libertatibus, & immuni-
3 tatibus ſuis. Sanè noualium veſtrorum,
quæ propriis manibus, aut ſumptibus co-
litis, de quibus aliquis hactenus non per-
cepit, ſiue de veſtrorum animalium nu-
trimentis,nullus à vobis decimas exigere,
4 vel extorquere præſumat. Liceat quoque
vobis Clericos, vel Laicos liberos, & ab-
ſolutos, è ſeculo fugientes ad conuerſio-
nem recipere, & eos abſque contradi-
5 ctione aliqua retinere. Prohibemus inſu-
per, vt nulli Fratrum veſtrorum poſt fa-
ctam in Monaſterio veſtro profeſſionem
fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem
loco, niſi arctioris Religionis obtentu
diſcedere; diſcedentem verò abſque
communium litterarum veſtrarum cau-
6 tione nullus audeat retinere. Cùm au-
tem generale interdictum terræ fuerit,
liceat vobis ianuis clauſis, non pulſatis
campanis, ſuppreſſa voce diuina officia
celebrare, dummodo cauſam non dede-
ritis interdicto. Chriſma verò, oleum 7
ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu
Baſilicarum, ordinationes Clericorum,
qui ad Ordines fuerint promouendi, à
Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi qui-
dem Catholicus fuerit, & gratiam, &
communionem Sacroſanctæ Romanæ Se-
dis habuerit, & ea vobis voluerit ſine
prauitate aliqua exhibere. Prohibemus 8
inſuper, vt infra fines Parochiæ veſtræ
nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi,&
veſtro, Capellam, ſeu Oratorium de no-
uo conſtruere audeat, ſaluis priuilegiis
Pontificum Romanorum. Ad hæc no- 9
uas, & indebitas exactiones ab Archi-
epiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu
Decanis,aliiſque omnibus Eccleſiaſticis,&
ſæcularibus perſonis à vobis omniuo fieri
prohibemus. Sepulturam quoque ipſius 10
loci liberam eſſe decernimus, vt eorum
deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe
illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè ex-
communicati, vel interdicti ſint, aut
etiam publici vſurarij, nullus obſiſtat;
ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum,
à quibus mortuorum corpora aſſumun-
tur. Decimas præterea, & poſſeſſiones 11
ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes,
quæ à Laicis detinentur, redimendi, &
legitimè liberandi de manibus eorum, &
ad Eccleſias, ad quas pertinent, reuocan-
di libera ſit vobis de noſtra authoritate
facultas. Obeunte verò te nunc eiuſdem 12
loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſ-
ſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis
aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi
quem Fratres communi conſenſu, vel
Fratrum maior pars conſilij ſanioris, ſe-
cundùm Deum, & Beati Benedicti re-
gulam prouiderint eligendum. Paci quo- 13
que, & tranquillitati veſtræ paterna in
poſterum ſolicitudine prouidere volentes,
authoritate Apoſtolica prohibemus, vt in-
fra clauſuras locorum, ſeu grangiarum
veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum
facere, ignem apponere, ſanguinem fun-
dere, hominem temerè capere, vel inter-
ficere, ſeu violentiam audeat exercere.
Præterea omnes libertates, & immunita- 14
tes à prædeceſſoribus noſtris Romanis
Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas,
necnon libertates, & exemptiones ſæcu-
larium exactionum à Regibus, & Princi-
pibus, vel aliis fidelibus rationabiliter
vobis indultas, auctoritate Apoſtolica
confirmamus, & præſentis ſcripti priuile-
gio communimus. Decernimus ergo vt 15
nulli omnino hominum liceat præfatum
Monaſterium temerè perturbare, aut

eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus commodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia, & in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis. Si quæ in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertióve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti fiat aliena, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni; cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Ego Alexander, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. S. Ego Odo, Tuſculan. Epiſcopus. S. Ego Stephanus, Præneſtinus Epiſcopus. S. Ego Frater Ioannes, tituli Sancti Laurentij in Lucin. Presbyter Cardinalis. S. Ego Frater Hugo, tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis. S. Ego Richardus, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis. S. Ego Octauianus, Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis. S. Ego Petrus, Sancti Georgij ad Velum Aureum Diacon. Cardinal. S. Ego Ioannes, Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardin. S. Ego Orrobon. Sancti Adriani Diacon. Cardin. S. Datis Agnaniæ per manum Magiſtri, Iordani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarij, & Vicecancellarij, ſecundo Kalendas Maij, indictione ſecunda, Incarnationis Dominicæ anno 1259. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ IV. anno quinto.

COMMENTARIVS.

§. I.

Nonnullæ dictiones, & clauſulæ exponuntur.

BREVIARIVM.

S. Æmilianus.

Cœnobium S. Æmiliani, & loca ſua iuriſdictionis ordinariæ non ſunt de Diœceſi, neque in Diœceſi. num. 2.

Clauſulæ.

Ad, *vel* in perpetuam rei memoriam, *perpetuam demonſtrat permanentiam.* n. 1.

Sub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, *non eximit ab Ordinarij iuriſdictione.* numero 3. & 4.

Præſentis ſcripti priuilegio communimus, *an importet exemptionem.* n. 3. & 5.

Perpetuis temporibus. *idem importat ac* ſemper, *&* omni tempore. *num.* 8.

Dictiones.

Perpetuò, *idem quod* ſemper, & omni tempore, *indicat.* n. 1.

Protector, *&* Protegere, *idem ſunt, ac* Defenſor, *&* Defendere. *n.* 4. *&* 5.

Protector Eccleſiæ, *eſt idem quod Patronus illius.* num. 4.

Statuimus, *&* ſtatuentes, *præceptum non inducunt.* num. 6.

Nouum ius inducunt n. 7.

Imperator.

Eſt Romanæ Eccleſiæ protector, non eſt tamen eius, aut Papæ Superior. n. 4.

Lex.

Omnem efficaciam, & vim habet à legiſlatoris mente. num. 7.

Magis attendi debent, quæ habentur ex legiſlatoris mente, quàm ex legis verbis. n. 7.

Neque lex ciuilis, neque canonica obligat ſemper in foro interno. n. 7.

IN perpetuam rei memoriam. Clauſula iſta ſubſiſtentiam, & permanentiam perpetuam huius conſtitutionis demonſtrat; natura enim dictionis *Perpetuò*, ſeu *in perpetuum*, eſt, vt ſine præfinitione temporis accipiatur, & ſe in infinitum extendat, ac importet idem, quod *ſemper, & omni tempore.* Ioannes Baptiſta Lezana *tom.* 4. *conſultorum, conſulto* 40. *num.* 111. & Auguſtinus Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 254. *num.* 2. *ex l. purè, in fine, ff. de exceptionibus, l. fundi, §. Labeo, ff. de actionibus empti, l. eum debere, ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum, l. fin. Cod. de ſuis & legitimis, l.* 1. *Cod. ſoluto matrimonio.* Decio *conſilio* 472. *numero* 22. *conſ.* 521. *num.* 12. & *conſ.* 616. *num.* 15. *tom.* 2. Pariſio *conſ.* 81. *num.* 5. *volum.* 3. *conſ.* 100. *numero* 38. *&* 39. *volum.* 4. *conſ.* 53. *num.* 33. *&* 34. *volum.* 2. & ex pluribus aliis. Et *num.* 3. addit Barboſa: Vnde hanc dictionem ſignificare tempus in ſæcula ſæculorum, tradit Pariſius *conſ.* 10. *n.* 24. *vol.* 2. quem refert, & ſequitur Anchar. Regienſ. *dicta quæſt.* 72. *n.* 10. *&* 13. 1

Calagurri

2 *Calagurritana Diœceſis.* Occaſione huius clauſulæ, & appoſitæ *num.* 15. videlicet, *Salua.... Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia*; meminit huius Alexaudrinæ conſtitutionis Sacra Rota *in Calagurritana, ſeu nullius iuriſdictionis, Veneris* 16. *Iunij* 1606. *coram Ortembergo*, quam exſcripſit noſter Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *la* 47. *pag. mihi* 353. Circa quam aduoto, Monaſterium, & loca ſuæ iuriſdictionis ordinariæ, non eſſe neque de Diœceſi, neque in Diœceſi; neque eſſent quidem, etiamſi eſſent circumdata limitibus Epiſcopatus Calagurritani. Rota *in nullius Squillacenſ. Iuriſdictionis*, anno 1616. coram Martino Andrea, apud Lezanam *tom.* 4. *conſultat.* 45. *pag.* 308.

3 *Sub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus.* Peti poteſt, *an per iſtam clauſulam eximantur ab Ordinarij poteſtate.* Ait ex Mandoſio *in praxi & tract. de Signatura gratiæ, tit. Exemptiones, verſic. Et de clauſula priuilegij*. Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regularium tom.* 2 *ad conſtitutionem vnicam Iulij Papæ III. num.* 1. Et addit iſte Author, iſtam clauſulam operari, quod non poſſint ſuſcepti ſub Apoſtolica protectione ſe ſubiicere Ordinariorum iuriſdictioni, ex Rota coram Seraphino *deciſ.* 595. *num.* 7. Sed negat Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputat.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 15. *ex cap. Ex parte*, & *cap. Recepimus, de priuilegiis*, & ex Cardinali ibi *in principio*, Socino *à num.* 7. Decio *à num.* 13. Maſcardo *de probationibus concluſ.* 713. *num.* 2. Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 3. & Gaill. *lib.* 2. *obſeruat.* 54. *à principio*, vbi *num.* 4. teſtatur eſſe omnium ſcribentium communem ſententiam. Auguſtinus Barboſa *de poteſtate Epiſcop.* 3. *p. allegat.* 123. *num.* 26. qui eadem iura & Doctores recenſet. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regularium, tom.* 2. *verbo exemptio Regularium*; & *tom.* 3. *in Mare Magnum Eremitarum ſancti Auguſtini*. §. 10. *num.* 24. quò loci allegat Thomam Sanchez *tom.* 2. *conſiliorum moralium, lib.* 6. *cap.* 9 *dub.* 2. *num.* 4. poſt Panormitanum, & alios. Ratione etiam probatur ſequenti, quam à Tamburino adamuſſim deſumere duxi.

4 Ratio eſt, quia *protegere*, idem eſt ac *defendere*, vt notat gloſſa *in l. deſertorem*, §. *vltimo, ff. de re militari*; & ideò non importat ſuperioritatem, immò verificatur in inferiori, ſicut etiam defenſio, vt patet in militibus, qui pro ſalute, & defenſione Regis ad eius cuſtodiam aſſiſtunt, vt per gloſſam *in rubr. Cod. de domeſticis, & protectoribus, lib.* 12. vbi *in l.* 1. benè explicat Cuiacius, Protectores dici eos, qui armatam militiam ſubeuntes, non ſolùm defendendi corporis ſui, verùm etiam protegendi lateris Principis curam habent. Ita etiam Imperator dicitur Eccleſiæ Romanæ protector *in Clementina* 1. *de iureiurando*, & tamen non ideò Superior eſt Papæ, aut ipſius Romanæ Eccleſiæ, *cap. Solitæ. de maioritate, & obedientia*. Immò inferiorem ſe profitetur *in Canone Valentinianus*, 63. *diſtinct.* ibi: *Cui & nos, qui gubernamus Imperium, ſincerè noſtra capita ſubmittimus.* Sic etiam Ciuitates ſub Imperij protectione poſitas, non ſubiectas eſſe, ſed confœderatas cenſeri, ex Bartolo *in l.* 1. *Cod. de excuſationibus munerum, lib.* 10. notat Decius *in dictum cap. Recepimus, numero* 17. & 18 Gaill. *dicta obſeruat.* 54. *numero* 1. Hactenus Tamburinus, cui conſonat Vrrutigoyti, quatenus *in Pacto ali interno, parte tertia, voto* 2. *numero* 40. dicit, quoad Reges Hiſpaniæ, reſpectu Eccleſiarum idem ſonare Protectores eſſe, ac Patronos.

Et præſentis ſcripti priuilegio communimus. Quod 5
ſi iterum petas, *An per iſtam clauſulam eximat noſter Alexander Abbatem, Monachos, & Fratres Monaſterij ſancti Æmiliani ab Ordinariorum poteſtate?* Reſpondet affirmatiuè Mag. Lezana *in dictum Mare Magnum ſancti Auguſtini*, § 10. *numero* 25. dicens: Addit Pontifex in hac exemptione illa verba: *Et præſentis ſcripti patrocinio communimus*: per quæ, prout habet Seraphinus Freitas *in ſcholiis ad Bullarium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, ſuper eadem verba eiuſdem Innocentij IV. in Bulla prima*, Pontifex ſe conſtituit immediatum Patronum, Superiorem, Iudicemque ordinarium, eximitque Religioſos à cuiuſcumque alterius iuriſdictione. Hactenus Lezana.

De veritate autem ſui, & Seraphini aſſerti dubitari benè poteſt; quia ſi clauſula præcedens in ſuo, & communi Doctorum placito, exemptionem ab Ordinarij non continet poteſtate, iſta illam continere non videtur. Verbum enim *patrocinium* (cui dictio *priuilegium*, hîc æquiparari videtur,) idem quod præſidium, tutela, & defenſio importat, teſte Calepino Paſſeratij *verb. Patrocinium.* Si ergo protectio, & definitio ſuperioritatem, & exemptionem ibi non inducit, neque hîc inducet patrocinium, ſeu priuilegium; cùm idem ſit protectio, ac defenſio; idem defenſio, ac patrocinium. Et quamvis Abbas & Monachi Æmilianenſes exemptionem vigore dictarum non obtinuerint clauſarum, indubitata veritas eſt, illâ, immò & iuriſdictione ordinariâ, priuatiuè quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos gaudere, & immediatâ quidem Apoſtolicæ Sedi.

Statuentes. Dubitari poteſt, *An dictio iſta, præ-* 6
ceptum importet? Sunt qui affirment. Felinus *in cap. Nam concupiſcentiam, num.* 8. *limitat.* 4. *de conſtitutionibus*, vbi Decius *in* 2. *lectura, num.* 25. *in nona edit.* & Imola *num.* 8. & 9. Sunt etiam qui negent. Butrius *in dict. cap. Nam concupiſcentiam, in fine.* Abbas *num* 4. Gutierrez *Canonicarum lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. Azorius *Inſtitutionum Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 5 noſter Gregorius Sayrus *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 28. Sanchez *in Decalogum tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 40. quos omnes recenſet Auguſtinus Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict.* 385. *Statuimus, num.* 2. Quod autem per illam nouum ius inducatur, aſſerit ipſe Barboſa *n.* 1. *ex cap. Paſtoralis, de iudic. ex cap.* 1. *de officio delegati, in* 6. *Clement. finali*, & ibi gloſſa *verb. Statuimus, de reſcript.* Gloſſa *verb. Statuimus, in cap. ſtatuimus*, 13. *de officio delegati, in* 6. Alexand. de Næuo *in dict. c. Nam concupiſcentiam, n.* 28. Rebuffo *in concord. rubrica de collat.* §. 1. *littera A.* Seraphino *deciſ.* 510. *num.* 4. Nicolao Garcia *de beneficiis parte tertia, capite* 1. *numero* 9. & ex Flaminio Pariſio *de confidentia beneficiali, quæſtione* 58. *numero* 44. Nauarrus *tomo* 2. *conſiliorum, libro* 5. *de purgatione vulgari, conſ.* 1. *n.* 5.

Sed inferes ex hac ſententia: Ergo dictio *ſtatui-* 7
mus, ſeu *ſtatuentes*, præceptum importat. Quia ius, ſeu lex obligat ad culpam, ad quam neutiquam obligaret ſi præceptum non importaret. Sed negat conſequentiam Alexander de Næuo *vbi proximè*, dicens ex eo, quod verbum *ſtatuimus*, ſit noui iuris inductiuum, non inde concludi, obligare ad culpam, ac per conſequens præceptum importare. Et benè vtique negat. Quia lex, tam ciuilis, quàm

canonica

canonica, non ſemper ligat in foro interiori, vti docent Antonius Naldus *in ſumma, verb. Lex, num. 1.* Balſæus *in Floribus Theologiæ Practicæ, verbo etiam Lex 4. num. 1.* cum Suarez *de legibus, lib. 4. cap. 17.* Valentia *t. 2. diſp. 7. quaſt. 5. punct. 6.* Caſpenſi *tractatu. de legibus, diſputat. 3. ſectione prima.* Sanchez *operum Moral. in Decalogum, lib. 3. capite 9 numero 34* & Sayto *vbi ſuprà, numero 1.* Quibus addo Emmanuelem Sà *verb. Lex, numero 1.* Iacobum de Graffis *in deciſionibus aureis, parte 1. libro 2 capite 10. à numero 16.* Et ratio eſt, quia lex omnem vim habet, & efficaciam à legiſlatoris voluntate, ita vt magis attendi debeant, quæ ex legiſlatoris mente, quàm quæ ex ipſius legis comprehenduntur verbis: ita latè probaui *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tomo 1. tractatu 2. diſquiſit. 5. num. 24. & tom. 2. diſquiſit. 1. dub. 14. num. 86.*

8 *Perpetuis temporibus* Clauſula iſta ſine præfinitione vlla temporis accipi debet, & in infinitum extendi, ita vt idem importet, ac clauſula, *ſemper, & in omni tempore.* Auguſtinus Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict. Perpetuo num. 2. ia 254. ex lege purè, in fine,* & aliis ſuprà *num. 1.* recenſitis.

---

§. II.

Bona, & iura Cœnobij confirmantur.

BREVIARIVM.

S. Æmilianus.

Cœnobij S. Æmiliani bona, & iura ex certa ſcientia confirmantur. n. 9. & 10.

Axioma.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. n. 10.

Confirmatio.

Ex certa ſcientia, & in forma communi datur confirmatio: & quid qualibet earum operetur. numero 9.

9 *QVaſcumque poſſeſſiones, &c.* Paragraphus iſte continet confirmationem, tam ex certa ſcientia, quàm in forma communi, bonorum, iurium, libertatum, & immunitatum Cœnobij S. Æmiliani. Ex certa vtique ſcientia reſpectu eorum, quæ propriis exprimit vocabulis; in forma verò communi, eorum reſpectu, quæ ſuis non exprimit vocabulis. Inter quas confirmationes hoc intereſt diſcrimen regulariter, & in plurimum, quod confirmatio ex certa ſcientia confirmat actum nullum, eique nouum tribuit robur, & validitatem. Barboſa *in cap. cùm dilecta, num. 18. el 4. de confirmatione vtili, vel inutili.* Lezana *tom 2. part. 3. verb. Clauſula, num. 29. & verbo Priuilegia Regularium, num. 23.* Chaſſaing *de priuilegiis Regular. tract. 1. cap. 2. propoſit 4.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſput. 18. quæſito 1. n. 7. & quæſ. 6. n. 25.* Pellizarius *in Manuali Regularium, tom. 2. tractat. 8. cap. 1. num. 26.* Vidal *in Area Vitali, titul. de Duello, inquiſit. 6. num. 33.* Peyrinus *de priuilegiis tom. 2. ad conſtitutionem Gregorij XIV. num. 1.* quos, & alios recenſui, & fui ſequutus *in Diſquiſit. Moral. & Canonicis, tom. 2. diſq. 11. dub. 17. n. 161.* & habet vim nouæ conceſſionis. Idem Barboſa *n. 19.* Lezana, Chaſſaing, Pellizarius, Vidal *locis citatis,* Tamburinus *dict. n. 7.* & ego ipſe *n. 164. & ſeqq. & tom. 1. tract. 2. diſq. 9 n. 7. 20. & 23.* Confirmatio autem in forma communi nullum nouum ius confert, nec valida, quæ antea erant inualida, facit. Pellizarius *dict. n. 26.* Peyrinus *tom. 1. ad conſtitut. 2. Sixti IV § 6. n. 4* cum Abbate *in cap. Dudum, de decimis, n. 8.* Emmanuel Roderiq. *tom. 1. qq. Regular. q. 8. art. 4.* Hieronymus *in compendio, reſolut. 116. n. 9.* Ego *loco citato tom. 1. n. 166.* Vnde parum prodeſt. Abbas *in part. 1. conſiliorum, conſil. 102.* incipit, *Omnipotentis Dei. n. 1.* Peyrinus *dict. n. 4* quò loci ait, ſolùm adiicere hanc confirmationem authoritatis robur, quia Papa confirmando in forma communi, de non ſuo facit ſuum, vt dicitur *in l. 1. C. de veteri iure enucleando,* vbi habetur: *Superiorem id facere ſuum, quod authoritate ſua confirmat* Et habetur etiam, addit, *in cap. Si Apoſtolica, de præbendis in 6* & docet Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 18. n. 10.*

Conſultò dixi, *regulariter & in plurimum,* vt cum 10 aliqua probabilitate caſum excluderem præſentis confirmationis; in quo dicere poſſumus, eandem vim habere quoad non expreſſa, quàm quoad in hac conſtitutione, & paragrapho expreſſa. Taciti enim, & expreſſi idem eſt iudicium. Barboſa *tractat. de Axiomatibus iuris, axiomate 218. num. 1. ex l. cùm quid ff. ſi certum petatur, l. ſi filiusfamilias, ff. eodem titul* & ex aliis iuribus, & Doctoribus. Quod certè axioma procedit, quando vtrumque, tacitum ſcilicet, & expreſſum, ex potentia eiuſdem cauſæ procedit, vti declarauit Rota *deciſ. 608. num. 2.* apud Farinacium *part. 2. recentiorum,* teſte eodem Barboſa *num. 2.* Confirmatio autem vtraque, de qua in præſenti, ab eadem cauſa procedit, tam impulſiua, declarata per illam clauſulam, *Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium;* quàm efficiente, confirmante eodem ſcilicet Alexandro IV. Qui indubiè voluntatem ſuam ad omnia alia à meis Æmilianenſibus tunc poſſeſſa, & in futurum adipiſcenda in confirmatione præſenti Alexandrina extendit liberalitate, ibi: *Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè, ac canonicè poſſidet, aut in futurum.... poterit adipiſci, firma vobis, &c.*

---

§. III.

Exemptionem decimarum noualium concedit.

BREVIARIVM.

Decimæ.

Noualium decima non cenſentur conceſſa cum magno detrimento Eccleſiarum Parochialium. numero 13.

Exemptio à ſolutione decimarum de noualibus, an intelligatur de noualibus propriis, & propriis manibus, aut expenſis excultis. num. 14. 15. & 16.

Ad decimas non tenentur hodie Religioſi, ex bonis, quæ habent in emphyteuſim, neque ex his, quæ habent conducta. n. 16.

Priuilegium, quod habent Regulares ad non ſoluendas decimas, reale eſt, & non perſonale. num. 19. 20. 22. & 23.

Coloni Regularium non tenentur decimas de bonis illorum ſoluere. n. 20. 22. & 23.

Priuilegio

Digitized by Google

Priuilegio exemptionis à decimarum ſolutione, quod habent PP. Societatis Iesv, *Omnes Religiones gaudere, ſunt qui aſſerant.* num. 20.

Gaudet noſtra Congregatio. num. 23.

Recenſetur exemptio conceſſa Congregationi S. Iuſtinæ. num. 25.

Priuilegia.

Quæ Eccleſiæ, Monaſterio, & Religioni, & illorum prædiis, & bonis conceſſa exiſtunt, realia ſunt, & non perſonalia. num. 19.

Et tranſeunt ad colonos. num. 20. & 23.

11 S*Anè noualium veſtrorum.* Quæ dicantur *Noualia*? inquires. Reſpondebit Paulus Iureconſultus, apud Calepinum Paſſeratij *in Dictionario, verbo Nouale*, eſſe terras proſciſſas, quæ anno ceſſant. Varro idem apud eundem ait; Qui intermittitur à nouando, Noualis ager dicitur. Plinius etiam inquit: Nouale eſt, quod alternis annis ſeritur. Et hoc quidem verum eſſe de iure ciuili, aſſerit noſter Nicolaus Tudeſcus, Panormitanus Abbas *in cap. Quid per nouale, num. 1. el 21. de verborum ſignificatione.* Sed de iure Canonico noualia dici terras, quæ nouiter ad culturam ſint redactæ, & de quibus non extet memoria, quod fuerint aliquando cultæ. Idem tenet *in dict. cap* Aug. Barboſa *num. 1. & 2.* vbi allegat Bellameram *in Clementinam Religioſi, num. 157. de decimis.* Henricum Caniſium *de decimis, cap. 11. num. 1. & in ſumma iuris Canonici, lib. 2. tit. 26 §. noualium*, Rebuffum *in l. ſylua 30. §. nouales ff. de verborum ſignificatione, pag. 181.* Maſcardum *de probationibus, concluſ.* 1106. Petrum Gregorium *Syntagm. iuris lib. 1. cap. 2. numero* Monetam *de decimis, cap. 4. quæſt. 3. num. 50.* Cardinalem Tuſchum *tom. 5. littera N, concluſ. 115.* & alios, Peyrinus *de Priuilegiis tom. 1. ad conſtitut. 2. Iulij II. n. 133.* Tamburin. *tom. 1. de iure Abbat. diſput. 15. q. 18. num. 6. pag* 200.

12 Et quidem vtraque ſignificatio noualis, tam ciuilis, quam canonica, habetur *in dicto cap. quid per nouale*. ibi enim ita Innocentius Papa III Cæſarauguſtano Epiſcopo reſcribens ait: *Licet autem quidam dixerint, quod nouale ſit terra proſciſſa, quæ anno ceſſat, aliis aſſerentibus, quod ex ſylua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur, quarum vtraque interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos igitur inquiſitioni tuæ reſpondemus, quod eam credimus prædeceſſorum noſtrorum intentionem fuiſſe, cùm piis locis indulgentiam de noualibus conceſſerunt, vt nouale intellexerint agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet.*

13 Quod ſi iterum quæras, *An omnes decimæ noualium, in quocumque ſint valore, aut quantitate, conceſſæ cenſeantur in hac, & ſimilibus conſtitutionibus, & priuilegiis?* Reſpondeo, quod non, ſed illæ tantùm, quæ procedunt de terra de nouo culta, quæ ante culturam nullum, aut modicum quidem afferebat Eccleſiæ Parochiali, titulo decimarum, emolumentum. Contingere namque poteſt, quod ex inculta ſylua Eccleſia Parochialis nomine decimarum magnam percipiat vtilitatem, vt quia arbores inciduntur, & venduntur, aut quid ſimile. Tunc enim in conceſſione decimarum noualium noualia iſta non veniunt; quia concedentis intentio eſt modicum Eccleſiæ Parochiali præiudicium afferre. Et ita docent Panormitanus *dicto n. 1.* & Barboſa *num. etiam 1.* cum pluribus, quos recenſet Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 15. q. 18. num. 4.* Quod etiam diffiniuit Innocentius III. in dicta Decretali, per hæc verba: *Sed nec de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam fore conceſſam, niſi de illo dumtaxat, cuius decimam religioſus poteſt Conuentus abſque graui detrimento Parochialis Eccleſiæ detinere, cùm talis ſit ſæpe locus incultus, de quo Parochialis Eccleſia magnos percipit decimarum ratione prouentus.* Et quod eadem ſit noſtri Alexandri mens, ex eius verbis demonſtratur, ibi, *de quibus aliquis hactenus non percipit.*

Quæ propriis manibus, aut ſumptibus. Duo requiruntur ad hoc, vt aliquod dicatur *Nouale*, & Religioſi de eo decimas ſoluere non teneantur. Primum, quod *nouale* ſit proprium; *ſecundum*, quod propriis manibus, vel ſumptibus excolant, vel ad culturam reduxerint. Ita Tamburinus *dicta quæſt. 18. num. 5. ex cap. ex parte. el 1. de decimis*, ibi; *Noualibus ſuis, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt.* Henrico Boich. ibi *num. 2. verſic. Quod intellige*, Rebuffo *in tract. Nominationum, quæſt. 14. n. 43. & 45.* & aliis citatis, & ex gloſſa *in dictum cap. verb. laborum* vbi ſic illa ait: *Laborum ſuorum.* Hoc intellige de propriis poſſeſſionibus, & non de conductis ad firmam. Vnde aliqua colligit Tamburinus. 14

Primo, quod ſi alij terram de nouo ad culturam redegerunt, & deinde nouale ad Religioſos peruenerit, priuilegium illis conceſſum ad non ſoluendas decimas de noualibus ceſſabit. Allegat Hoſtienſem *in dict. cap. Ex parte, num. 2. verb. propriis manibus*, Ancharanum *num. 4.* Butrium *num. 6. in fine*, Rebuffum *dicta quæſt. 14. n. 46. verſic. vnde ſi quis.* 15

Secundò, ſi noualia ſint aliena, & Religioſis conducta, dictum priuilegium eis non ſuffragatur. Pro quo recenſet Tamburinus Hoſtienſem *vbi proximè, num. 1. poſt medium, verb. de Noualibus*, Rebuffum *in præcitata quæſt. 14. num 52.* & Monetam *tract. de decimis, cap. 4. num 63.* & facit gloſſa ibi, *& non de conductis.* Et probatur *ex cap. dilecti filij, el 8. de decimis*, ibi: *Nec fuit intentionis noſtræ, aut anteceſſorum noſtrorum, vt de poſſeſſionibus, quas conduxiſtis, decimas non ſolueretis.* Vbi gloſſa *verb. Nec fuit intentionis*, & Aug. Barboſa *num. 1. el 2.* qui allegat Azorium *Inſtitut. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 26. quæſt. 6.* Suarez *de Religione, tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 19. à num. 8.* Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rubrica 12. cap 13. num. 151.* & quamplures alios; qui certè Doctor idem tenet *in dict. cap. ex parte. num. 4.* Hodie tamen non teneri decimas ſoluere Regulares ex bonis, quæ habent in emphyteuſim, neque ex his, quæ habent conducta, ſiue locata, docet Peyrinus *tom. 1. de priuileg. ad 2. Conſt. Iulij II. num. 133.* cum Azorio *vbi proximè q. 8.* 16

Tertiò colligit Tamburinus, nec ſuffragari hoc priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum, ſi noualia aliis excolenda Religioſi tradant. Quod concludenter probatur *ex cap. licèt, el 11. de decimis*, in quo ſic decernitur. *Licèt de benignitate Sedis Apoſtolicæ ſit vobis indultum, vt de laboribus, quos propriis manibus, vel ſumptibus colitis, nemini decimas ſoluere teneamini; propter hoc tamen non eſt licitum vobis decimas de terris veſtris ſubtrahere, quas aliis traditis excolendas.* Hæc textus. Gloſſæ autem *verbo Traditis*, quæ ſequuntur, ſunt: *Traditis* Ad hoc enim non extenditur priuilegium, nec ad illas, quas conducunt ab aliis ad firmam, *ſuprà, eod. Dilecti.* Et ſic priuilegium intelligitur de propriis poſſeſſionibus, quas colunt propriis ſumptibus. Idem tenet ibi Aug. Barboſa, & allegat, præter multos alios, Azorium *loco citato, cap. 27. quæſt. 7.* Suarez *vbi proximè, num. 13.* & probat ſic. 17

18 Ratio eſt, quia priuilegia exemptionis à ſolutione decimarum, ſunt perſonalia, non autem realia; & ideò non tranſeunt ad colonos, arrendatarios, ſeu emptores prædiorum, aut fructuum, vt non ſemel cenſuit Rota, & ſignanter *in vna Placentina decimarum*, 17. *Decembris* 1615 coram Blanchetto, & *in Pampilonenſi decimarum*, 15. *Decembris* 1615. coram R. D. meo Coccino Decano; & *deciſ.* 23. *part.* 2. *diuerſor.* & apud Seraphinum *deciſ.* 827. *n.* 2. & nouiſſimè *in Leodienſ. decimarum*, 20. *Decembris* 1618. coram Cardinale Virili.

19 Ita Barboſa, ſed eius aſſumptum, & Tamburini, *num.* 32. mihi non ſatis probatur. Quia priuilegium conceſſum Eccleſiæ, Monaſterio, Religioni, prædiis, ac bonis illorum, reale eſt, & non perſonale. Delbene *tom.* 1. *de immunitat. cap.* 5. *dub.* 7 *ſect.* 18. *n.* 4. ex gloſſa *in l. Quamquam ff. de cenſibus*, & Menochio *lib.* 1. *conſ.* 276. *n.* 8. Peyrinus *de priuilegiis, tom.* 2. *ad conſtit.* 1. *Iulij II. n.* 132. *pag. mihi* 99. Emmanuel Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 7. *art.* 2. Hieronymus *in illarum compendio, reſolut.* 116. *n.* 2 Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 2. Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſp.* 53. *n.* 24. Ioannes Caramuel *in Theologia Fundamentali*, *n.* 946. & *n.* 1318. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 5. *verb. Priuilegia Regularium*, *n.* 2 Auſonius Noctinot. *in ſumma Dianæ*, *verb. Priuilegium*, *n.* 1. Rota *in nullius, ſeu Squillacenſi Iuriſdictionis, coram D. Martino Andrea*, 1616. *n.* 29. adeſt exſcripta à Lezana *tom.* 4. *conſulto* 45. *pag. mihi* 311. & addito Tamburino *tom.* 3. *deciſ.* 69 *pag.* 373. Et in terminis noſtris, ſeu in ſpecie, de exemptione à decimarum ſolutione, Lezana *tom.* 8. *in Mare Magnum Minimorum*, §. 10. *n.* 107. Thomas Delbene *ſect.* 19. vbi refert Tamburinum, & illius fundamenta ſoluit. Licèt illum recenſere.

20 Sequitur nonò, Regularium colonos non teneri ſoluere decimas pro ſua portione colonica ex prædiis Eccleſiaſticis percepta; idque propter eaſdem rationes ſuprà adductas.

Confirmatur, quia dicta priuilegia exemptionis ſunt realia, vt ſuprà probatur: ergo de iure tranſeunt etiam ad colonos: atque ita docent contra Tamburinum *vbi ſuprà, quæſt.* 1. *num.* 31. quamplures Doctores, quos citat, & ſequitur Menochius *lib.* 1. *conſil.* 276. *num.* 8. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 27 *n.* 8. & *in gloſſa littera H*, vbi refert priuilegium quoddam exemptionis decimarum Societatis IESV à Gregorio XIII. conceſſum (quod per participationem competit cuicumque Religioni,) & ſubdit, quod hæc cauſa fuerit pluries agitata apud Tribunalia Eccleſiaſtica Romæ, & in Hiſpania, & ſemper fuerit pronunciatum pro Regularibus, eorumque colonis: ita etiam docet Peyrinus *de priuileg. Minimorum, tom.* 2. *conſtit.* 1. *Iulij II.* §. 31. *num.* 131. vbi ait, quod non ſolùm domus, & prædia noſtra ſunt exempta à ſolutione decimarum, ſed etiam coloni, qui conducunt agros noſtros; ſiue conducant ad medietatem fructuum, & dicuntur coloni partiarij; ſiue vt quotannis certam fructuum nobis tribuant in omnem euentum, & reliquum ſibi acquirant; & dicuntur coloni, vel conductores cenſuales. Nam priuilegium eſt reale; & priuilegium reale, iure communi tranſit ad colonos, Panormitanus *in cap. Ex parte, el* 1. *num.* 4. *de decimis*, & *cap. ſequenti, num* 3. Puteus *lib.* 2. *deciſionum*, *deciſ.* 522. *num.* 3. Corduba *in ſumma*, *caſu* 101. Guido Papæ *quæſtione* 207. Azorius *tomo* 1. *lib.* 7. *cap.* 26. *quæſt.* 7. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 302. Rodriquez *tom.* 2. *qq. Regularium*, *q.* 44. *art.* 4. *verſic. Ec primo dicendum eſt.* Henriquez *lib* 7. *de Indulgentiis*, *cap.* 27. *num.* 8. Habet gloſſa *in Clement.* 1. *verſ. Ad excolendos*, *de decimis*, & multos alios refert Henriquez *in commentario*, *littera K*, & *in eodem comment. littera L*, adducit ad id priuilegia Pauli III. & Pij IV. & Gregorij XIII. Et addit, quod cùm hæc cauſa fuerit agitata Romæ, & apud multa Eccleſiaſtica Tribunalia in Hiſpania, ſemper pronunciatum eſt in fauorem Religionis, & colonorum. Hucuſque adamuſſim Peyrinus, exinde, *quod non ſolum autem*; aliquibus verbis à Delbene, licèt non in ſubſtantia mutatis, & omiſſis à nomine *Panormitanus.*

Dices (proſequitur Delbene,) in nonnullis prouinciis Moniales, & Regulares, eorumque coloni ſoluunt decimas. Ergo. 21

Reſpondetur id forſan eſſe, quia ibi Epiſcopi obtinuerunt à Summo Pontifice reuocatoriam priuilegiorum, & iurium Regularium.

Dices *ſecundo*, ex Tamburino *vbi ſuprà* (poterat addere, & ex Barboſa, quem recenſui *paulò ſuperiùs, verſic. Ratio,*) Rota *in vna Placentina*, 17. *Decembris* 1584. coram Blanchetto (quam refert, & ſequitur Seraphinus *deciſ.* 127. *numero* 2. & *in vna Pampilonenſi*, 15. *Decembris* 1615. coram Coccino, docet oppoſitum, ex eo, quod priuilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſint perſonalia, non autem realia, & conſequenter non tranſeant ad colonos, vel arrendatarios. Ergo. 22

Reſpondetur, ſequi Rotam opinionem probabilem; at opinio oppoſita noſtra eſt multò probabilior, vt patet ex his, quæ ſuprà dicebantur. Hactenus Thomas Delbene. Ex quibus, & ex à nobis dictis conſtat, aſſumptum Tamburini & Barboſæ, quo vtuntur ad probandum noualia Regularium aliis excolenda tradita, decimas debere Parochiali Eccleſiæ, non ſatis mihi probari, ſequenti communem contrariam ſententiam, aſſerentem priuilegium exemptionis Regularibus conceſſum, ad hoc, vt non teneantur ad decimas terrarum ſuarum, reale eſſe, & non perſonale. Et conſequenter probatio ab illis intenta ruit.

Ratio autem, & fundamentum ſolidum tertij corollarij eſt, quia Pontifex cum limitatione expreſſa exemptionem conceſſit decimarum ſuorum bonorum, illorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colunt; & de hac ſolùm exemptione fit mentio *in dicto cap. Licèt*, 11. *de decimis.* Vnde Religioſi, qui abſolutam aliunde exemptionem habent, qualem conceſſit Congregationi Caſſinenſi, aliàs S. Iuſtinæ Eugenius Papa IV. ſeptimo Kalendas Martij 1434. in conſtitutione, *Etſi ex debito*, 6. *Bullarij noſtræ Congregationis*, *num.* 11. dicens: *Cæterùm de quibuſcumque poſſeſſionibus, vbilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & Bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel perſonæ colunt, ſeu colent, aut* COLI FACIUNT, *aut in futurum colent, aut* COLI FACIENT..... *nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis primitias, decimas quarteſia aut alio quocumque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſoluere teneantur, ſeu ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſint inuiti, Generalis Concilij, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus Conſtitutionibus nequaquam obſtantibus.* De cuius conſtitutionis ſubſiſtentia Sacra Rota *in Ferrarienſi decimarum*, 8. *Aprilis* 1658. *coram Reuerendiſſimo P. Domino Beuilaqua*, cuius deciſio

habetur

habetur ad calcem huius voluminis, in qui benè fundatur, exemptionem per Eugenium factam, ampliſſimam eſſe, & indultum illius eſſe reale, ac illo colonos frui, & non ſolùm Monachos; & per illud tandem derogari capiti *Nuper*, *el* 34. *de Decimis*, ex Concilio Lateranenſi deſumpto. Quod abſoluta, & ampliſſima ſit exemptio, demonſtrat Eugenius ipſe. Æqualem conceſſit Sixtus Quartus Congregationi Ciſtercienſi, 6. Kalendas Octobris 1482. eſt 102. tomi primi priuilegiorum ſuorum, *fol. mihi* 110. & quam innouauit Iulius Papa II. 6. *Kalend. Iulij* 1506. *priuilegio* 18. *ſecundi tomi*, *fol.* 51. Æquales concesſerunt Paulus III. Pius IV. & Gregorius XIII. de quibus *ſuprà*, vt eorum quidem coloni ad ſoluendas decimas minimè adſtringantur, dicta Decretali *Licet*, aut alia qualibet non obſtante, cùm illis derogetur per conſtitutiones Eugenij, Sixti, & aliorum. Quod autem noſtra Hiſpana Congregatio præfatis gaudeat priuilegiis, dixi ad conſtitutionis Gregorij IX. *numerum* 18. 21. *&* 27.

---

§. IV.

De nutrimentis animalium decimas non debent.

BREVIARIVM.

S. Æmilianus.

Cœnobium S. Æmiliani à ſolutione decimæ nutrimentorum ſuorum animalium eximitur; hoc eſt à ſolutione decimæ partis pretij nutrimentorum. numero 24. 25. & 26.

Alexander.

Alexander III. creatus fuit anno 1159. numero 27.

Alexander IV. fuit ad Pontificatum aſſumptus anno 1254. n. 27.

Decima.

Quid ſit decima, explicatur. n. 26.

Ab onere ſoluendi decimas de noualibus ſuis, quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt, & de nutrimentis ſuorum animalium, exempti ſunt Monachi Nigri, ac Albi, & ferè omnes Religioſi. num. 27.

Nutrimenta.

Animalium nutrimenta quænam ſint, & quarum arborum fructuum. n. 24.

Priuilegia.

Sæpè impetrantur, & vtiliter, ſuper facultate, quæ impetranti illa competebat in vim iuris communis, aut alterius priuilegij. num. 28. 29. & 30.

24 SIue de veſtrorum animalium nutrimentis. Nutrimentum, ſeu nutrimenta ſunt animalium ea, quibus eorum ſubſtantia augmentatur, vulgò *alimento, y mantenimiento*, iuxta Calepinum Paſſeratij verb. *Nutrimentum*. verbi gratia herba, fenum, glans, fructus ſcilicet quercûs, & roboris, vulgò *de encina, y de robre* fagi, *de la aya*, de quo Plin. *lib* 16. apud Paſſeratium verbo *Glans*, dicit: *Dulcisſima* [illegible] *omnium glans fagi*. Eſculi, arboris ſcilicet glandiferæ, quæ fago eſt magnitudine, & glande inferior, de qua canit Virgilius 2. *Georg.*

Altiùs ac penitus terra defigitur arbos,
Eſculus in primis, quæ quantum vertice ad auras,
Æthereas, tantùm radice ad tartara tendit.

Eſculus dicta eſt arbor iſta, teſte Seruio *in* 2. *Georg.* apud dictum Calepinum, eo quod primi mortales nondum inuentis frugibus, glande eius pro eſca vterentur. Plura de hac arbore agit Plinius *libro duodecimo, capite primo, libro decimoſexto, capite quarto, & libro decimoſeptimo, capite vigeſimo.* Fructus etiam cerri. Cerrus, arboris glandiferæ ſpecies eſt, cuius glande ſuilla caro firmior redditur. De qua etiam Calepinus, & Plinius *libro decimoſexto, cap*[illegible] *ſexto*, & de illius fructu dicunt, quod ſit triſtis, horridus, & echinato calyce, ceu caſtaneæ, *cubierto con erizo, como de caſtaña.* Glans optima (inquiunt) in quercu, atque grandiſſima, mox eſculo: nam roberi parua, *cerro triſtis, horrida* (eſpantable) *echinato calyce, ceu caſtanea.* Voces, *Echinatus*, & *Calyx*, ferè idem ſonant: *calyx* enim vulgò ſignificat *el erizo, como de caſtaña, ò belleta*: *echinatus* autem idem importat, *que coſa cubierta como de erizo.* Fructus etiam ilicis nutrimentum animalium eſt. Eſt autem ilex arbor grandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice, cuius duo ſunt genera. Plinius *libro decimoſexto, cap.* 6. Calepinus ait de hac arbore, quod ſit, Hiſpanicè loquendo, *vn genero de enzina, o coſcoja*; de quo Virgilius *lib.* 6 *Æneid.*

Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ
Ilice: ſic leni crepitabat bractea vento.

Ouidius etiam 3. *Faſt.*

Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra.

Procera ilex, dicit de prædicta arbore Horatius: Ramoſa ilex, Ouidius 6. *Metamorph.* Et Virgilius *ecloga* 7. Arguta ilex. Etymologia huius nominis, *Ilex*, eſt a verbo eligo, teſte Paſſeratio, quia homines (inquit) primùm hanc arborem ſibi in victum elegerunt, glandeſque nondum reperta fruge comederunt. Fructus etiam *ſuberis*, vulgò *del Alcornoque*, inter nutrimenta recenſetur animalium. De ſubere ait Paſſeratius ex Plinio *lib.* 16. *capite octauo*, ſuber, minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantùm in fructu præcraſſus, ac renaſcens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Item & caſtanea nutrimentum eſt animalium.

A ſolutione igitur decimarum prædictorum omnium nutrimentorum animalium ſuorum abſoluuntur mei Æmilianenſes vigore Alexandrinæ conſti- 25
tutionis, & clauſulæ, quam expono. Exemptione enim non extante, de prædictis omnibus decimare tenerentur, *ex cap. Peruenit*, & ibi gloſſa, *verb. Fæno, el* 5. *de decimis*: & *ex cap. Commiſſum*, vbi gloſſa *verb. Paſcuis, el* 4 *eod. tit.* & vtrobique Barboſa, & priùs Abbas *in dict. cap. Commiſſum n.* 1 & 2. Nota 2. (ait) quod de paſcuis ſoluitur decima. Id eſt (addit) de pretio, quo paſcua, ſeu paſtura vendita eſt. Iſtam etiam explicationem affert Barbosa *n.* 3. & allegat Andream Hiſpan. *in Regulis Decimarum, verſ. Decimo fui interrogatus, num.* 1. Rebuffum *dict. tract. de decimis, q.* 8. *num.* 22. Azeuedum *l.* 2. *num.* 2. *titul.* 5. *lib* 1. *Noua recopilat.* Guttierrez *practicarum libro primo, q.* 18. *numero* 22. Suarez de

Religione, *tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. *cap.* 34. *num.* 3. Moncetam *de Decimis*, *cap.* 4. *num.* 14. & ſeipſum *de officio Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 1. *num.* 14.

26 Iuxta quorum expoſitionem videtur dicendum, Monachos ementes paſturam pro nutriendis ouibus ſuis vel glandem pro ſuibus, poſſe decimam partem pretij retinere, ſi illam paſturæ venditor decimare tenetur. Aliàs non poterit verificari, quod ſint exempti ab obligatione ſoluendi decimas de nutrimentis animalium ſuorum. Non enim ipſi percipiunt pretium de paſtura, quâ oues nutriuntur propriæ; quia aut paſtura propria eſt, aut aliena. Si propria, à ſeipſo pro illa quis accipere pretium dicat? Si aliena, quis non dicat dare, & non accipere? De eo autem, quod quis non accipit, decimas perſoluere non tenetur. Decima enim ſic definitur à Peyrinis *de priuilegiis tom* 1. *ad Conſtitutionem* 2. *Iulij II* §.30.*n.* 112. ex Hoſtienſi *in ſumma*, *tit. de decimis*. §.1. & ex Roderiquez *tom.* 2 *qq. Regularium*, *quæſt.* 44. *art.* 1 videlicet: *Eſt omnium bonorum mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo dicata, diuinâ conſtitutione debita.* Verbum autem *Quæro.* pro lucrari, & acquirere ponitur, teſte Paſſeratio.

27 Operæpretium duxi aduertere, conceſſionem hic ab Alexandro Papa factam Abbati, & Conuentui S. Æmiliani, circa exemptionem de onere ſoluendi decimas de noualibus ſuis, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, ab antiquiſſimo tempore fuiſſe etiam factam Monachis Nigris, & Albis, & ferè omnibus Religioſis, per Adrianum Papam, Alexandri III. prædeceſſorem, vti ipſe Alexander refert, & confirmat *in cap. ex parte tua*, *el* 10. *de decimis*, ibi, *quem ſumus ſuper his imitati.* Vnde huiuſmodi exemptio ab Alexandri præfati tempore, qui ferè per centum annos Alexandrum IV. præceſſit (creatum enim fuiſſe Alexandrum III. anno 1159. Alexandrum verò IV. anno 1254. conſtat apud omnes) vigore iuris communis, præfatis Abbati, & Conuentui Sancti Æmiliani competebat.

28 Ex quo non licet inferre: ergo inutiliter de nouo per Alexandrum IV. fuit illis exemptio iſta conceſſa. Non, inquam, id inferre licet; quia ſæpiſſimè Summi Pontifices aliquibus concedere ſolent, quæ antea illis aliquando in vim alterius priuilegi, & aliquando in vim iuris communis competebant, vti benè obſeruant noſter Panormitanus Abbas Nicolaus Tudeſchus *in cap. cùm dilectus*, *num* 3. *el* 8. *de conſuetudine*, dicens: *Nota* 2. *quod priuilegium poteſt concurrere cum iure communi.* Et *in cap. Cùm olim*, *num.* 17. *el* 14. *de priuilegiis*, ibi: *Et nota ſingulariter ex hac gloſſa, & ex textu, quod impetrando ſecundum priuilegium exemptionis, etiam ab alio ſuperiore, non videtur impetrans renuntiare priori priuilegio ſuper eodem obtento: immò poteſt ex vtroque priuilegio ſe defendere*; argumento in regula *Nullus pluribus, de regulis, in lib.* 6 Emmanuel Roderiquez *tom.* 1. *qq. regularium*, *quæſt.* 7. *art.* 1. Hieronymus Roderiquez *in dictarum quæſtionum compendio*, *reſolut.* 116. *num.* 1. Azorius *inſtitutionum Moralium part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 23. *quæſt.* 3. Bruno Chaſſaing *de priuileg. Regularium*, *part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 3. *prop.* 1. *verſic. obiicies*; quos recenſui, & ſequutus fui *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonic.* *tom.* 1. *tract.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. *num.* 49. *& ſequentibus.* Salgadus *in labyrintho creditor. part.* 2. *cap.* 17. *n.* 29. Non enim impeditur (inquit) quis obtinere priuilegio, & gratiâ Principis id ipſum, quod aliàs de iure communi ſibi competebat, ad iuris ſui corroborationem, & confirmationem. Textus eſt optimus in 1. *forma.* § *fin ff. de cenſibus*, vbi gloſſa *verbo Reſcriptum*, alia iura refert concordantia. Textus etiam *in l.* 1. *C. de repudiand. hæredit.* Molina *de primogeniis lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 75. Solorzanus *de iure Indiarum*, *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 56. Cancerius *variarum reſolut. tom.* 2. *p.* 1. *ex n.* 81.

Et quidem benè aſſertum probatur *ex cap. Quia* 29
in cauſis el 7. *de Procuratoribus*, vbi ſic Innocentius Papa III. Vniuerſitati Pariſienſi reſcribens, ait: *Licèt igitur de iure communi hoc facere valeatis, inſtituendi tamen procuratorem ſuper his authoritate præſentium, vobis concedimus facultatem.* Probatur etiam *ex cap. Cùm dilectus*, *iam citato*, ibi: *Idem Guillelmus electionem ſuam à Fratribus Andrenenſis Eccleſiæ concorditer celebratam, authoritate Apoſtolica petiit confirmari, aſſerens tam de iure communi, quàm priuilegio ſpeciali eis ab Alexandro Papa conceſſo, & à nobis poſtmodum confirmato, liberam eligendi authoritatem ad eoſdem Fratres tantummodò pertinere.* Et infrà: *Cæterùm cùm ſupradictum ſtatutum ita ſanè poſſet intelligi, quod per illud, nec iuri communi, nec priuilegio derogetur*, &c. Probatur denique *ex dicto cap. cùm olim* in quo facta mentione duorum priuilegiorum exemptionis, Monaſterio S. Crucis conceſſorum per Summum Pontificem, & per Ordinarium, Colubrienſem ſcilicet Epiſcopum, ſic Innocentius Papa III. *Diſtinguentes itaque inter libertatem per prædictum Epiſcopum Eccleſiæ ipſi conceſſam, & libertatem, quam ei longè ante tempus ipſius Epiſcopi Apoſtolica Sedes indulſit, &c.* In cuius quidem Decretalis epigraphe ſic lego: *Eccleſia vtens duplici priuilegio exemptionis, licèt ſuccumbat ex vno, poteſt nihilominus ex alio ſe iuuare, & obtinere: nec tenetur exemptus promittere obedientiam Diœceſano.*

Conceditur itaque de nouo priuilegium ad id, 30
quod antea priuilegiario licebat, & cum magna quidem illius vtilitate; aliquando enim conceditur, non ob illius neceſſitatem, ſed ad faciliùs, & ſine impedimento indebito munus ſuum exequendum, & ad liberius vtendum iure ſuo, vti dixi *dicto num.* 49. Aliquando etiam nouum priuilegium obtinetur, vt priuilegiarius ad ius commune reſtituatur. Dixi *ibidem*, *num.* 50. ex Azorio *loco citato.* Aliquando ad iuris ſui corroborationem, & comprobationem. Salgadus *vbi ſuprà*, ex iuribus, & Doctoribus, quos allegat. Aliquando ad ſcrupulos penitus ex animo excutiendos. Azorius *loco citato.* ConinK *de Sacramentis diſp.* 8. *dub.* 7. *num.* 55. Trullench *in Bullam Cruciatam*, *lib.* 1 §.7. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 10. Sanchez *de Matrimonio tom.* 1. *libr.* 2. *diſputat.* 17. *num.* 15. *ad vltimum argumentum.* Bruno Chaſſaing *de priuilegiis Regularium*, *part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 3. *propoſit.* 1. *verſic. obiicies*, ibi: Reſpondetur primò, plura Pontifices, quæ aliàs conceſſa ſunt, ad tollendos ſcrupulos, vel ad ſedandas controuerſias (nota hîc aliam cauſam) de nouo concedere.

§. V.

Quoad Habitus, & Profeſſionis admiſſionem, conceſſionem continens.

BREVIARIVM.

Religio.

Omnes, qui impedimento aliquo, ex natura rei, vel ex iure poſitiuo introducto inhabiles non exiſtunt, liberi ſunt ad habitum ſuſcipiendum. num. 3 .

31 L*Iceat quoque vobis Clericos,&c.* Circa iſtam Alexandri diſpoſitionem aduerto p im , liberos,& abſolutos ad habitum Religionis ſuſcipiendum illos omnes eſſe, qui impedimento aliquo, vel ex natura rei, vel ex iure poſitiuo introducto inhabiles non exiſtunt. Impedimenta ex natura rei oriuntur ex naturali defectu, vt amentia, & huiuſmodi, quæ naturaliter impediunt. Impedimenta ex iure poſitiuo ſunt, quæ de iure communi Religionis ingreſſum inualidum reddunt. Vtriuſque differentiæ impedimenta, quæ ſequuntur, ſunt.

Sectio I.

De defectu vſus rationis.

BREVIARIVM.

Regula.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. n. 33.

Religio.

Carentia vſus rationis ex natura rei impedit habitus ſuſceptionem. n. 32.

Qui habitum tempore ſuſcepit amentiæ, an in ſe reuerſus poſſit validè conſentire, n. 33.

Qui poſt habitus ſuſceptionem, peracto probationis anno, in amentiam incidit, poteſt in ſe reuerſus validè profiteri, n. 35.

Poteſt etiamſi intra annum, dummodo dies 15. tantùm in amentia inſumpſerit. n. 36 *ſecus ſi permanſerit per tempus notabile* n. 34.

Annus probationis interrumpitur per tempus notabile. n. 34.

Qui per integrum menſem in amentia fuit, debet illud ſupplere tempus. n. 37.

32 PRimum impedimentum eſt carentia vſus rationis, ſi ſit perpetua: quod verum eſt, etiamſi poſt ſufficientem ætatem ſuperuenerit ex læſione aliqua corporis, hominem ſtolidum, ſeu amentem reddente. Si autem perpetua non ſit, non reddit inhabilem abſolutè, & ſimpliciter ad ingreſſum, ſed pro tempore tantùm, quo talis durat carentia. Ita Tamburinus Abbas *tom. 3. de iure Abbatum, diſputat. 6. quæſt. 3. num.* 2 Aug. Barboſa *in cap. ſicut,* mox citandum, ex Boer. *deciſ.* 23. *n.* 69. Azorio *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. quæſt. 23.* Lorich. *in Theſauro, tit. de Regularibus, num. 9. ve ſ. ſecundò nullus furioſus*, Miranda *in Manual. Prælat tom. 1. quæſt. 17. art. 5. concl. 3.* Bart. de Vecchis *in Praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp. 2. dub. 3. à princ.* Sanchez *in Decalogum tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 5. tom. 2. lib. 5 cap. 4. num.* 53. & cum aliis, Addo Peyrinum *tom. 2. de Prælato, quæſt. 3 cap. 1. § 2. num. 37.* plures alios allegantem; Lezanam *tom. . p. 1. c. 24. num.* 18. & *cap. 2. num.* 24. cum Bonacina *tract. de Clauſura, quæſt. 2, punct. 10. diff. 2. §. 1.* Vtrumque probatur *ex cap. ſicut tenor, el 15. de Regularibus,* vbi ſic Innocentius Papa III.

Sicut tenor litterarum. Et infrà: *Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod licèt ita duo inter ſe repugnantia videantur, vt quiſquam ſcilicet ſit extra ſe poſitus, & de præſenti vita deſperet; ſi tamen eo tempore, quo P. Sacerdos lator præſentium poſitus extra mentem aſſeritur, indutus fuit habitu Monachali, cùm alienatus non ſentiat, ac per hoc non valeat conſentire, eum denuncietis ab obſeruatione Monaſtici Ordinis abſolutum, niſi poſtquam mentis ſuæ factus eſt compos, ſpontanea voluntate profeſſionem fecerit Monachalem.* 33

Et aduertit Tamburinus, quod ſi quis tempore amentiæ ſit ad habitum receptus, & ſtatim ac in ſe reuerſus fuerit, conſentiat, receptio, ex quo conſenſit, computanda eſt; non autem ab initio ingreſſus, quia antea perſona erat inhabilis. Sed contrarium tenet Peyrinus *num.* 39. quia actus ſumendi habitum fuit nullus, vnde in illo fundari non poteſt nouitiatus, ſeu probatio; & quia actus à principio nullus, tractu temporis non validatur, per regulam. *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit, la 18. de regul. iuris, lib. 6.* 34

Aduertit *ſecundò*, quod ſi legitimè receptus, durante nouitiatus tempore amens efficiatur per tempus notabile, prior irritatur receptio, quia pro tempore, quo amentia durauit, perſona inhabilitata eſt ad probationem, ſine qua profeſſio emitti non poteſt: probatio enim fit per experientiam, quæ eſt rationis actus; & continua eſſe debet, & non interrupta per tempus notabile, vti docet Sanchez *lib. 5. in Decalo cap. 4. num. 31.* Vnde ſequitur, actum eſſe nullum, & nullo modo fieri poſſe, vt in eo verus fundetur Nouitiatus. Et ita docere ait Suarez *tom. 3 de Religione, lib 5. cap. 4.* Idem docet Peyrinus *dict. § 2. num. 39* Lezana *num.* 18. 35

Tertio aduertit, quod ſi poſt impletum annum probationis, & ante profeſſionis emiſſionem in amentiam incidat, ac poſteà mentis compos effectus, ratam habeat probationem, poterit ad profeſſionem admitti. Allegat Syluestrum *verb. Religio 5. quæſt. 2.* Bartholom. de Vecchis *dicta diſp. 2. dub. 7. in fine* & Sanchez *dicto cap. 4. n.* 53. Idem tenet Peyrinus *dicto §. 2 n.* 39. 36

Quod ſi petas, quid dicendum de eo, qui mente ſana receptus, deinde durante probationis anno per octo, aut quindecim dies in phrenesin incidit? Reſpondet Peyrinus *dicto num.* 39. non teneri huiuſmodi, vel annum probationis de nouo incipere, vel tempus illud phreneſis ſupplere. Quia omnium Religionum praxis tempus tam breue pro nihilo ducit. Idem docet Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 24. n. 18* cum Sanchez *dicto cap. 4. n. 24.* 37

Quod ſi iterum quæras, quid de eo, cuius mentis alienatio per integrum durauit menſem? Idem Peyrinus cum Sanchez *dicto cap. 4. n. 55.* & Barboſa *in cap. ſicut tenor. n. 1. el 1. & 15. de Regularibus,* quod non teneatur de nouo incipere nouitiatum; teneri tamen tempus illud ſupplere, docet. Idem ſentire videtur Lezana *dicto num.* 18. Primum, 38

quia non cenſetur tunc nouitiatus interrumpi, ſed dormire, Nouitio in Religione ſub Prælati obedientia permanente. *Secundum*, quia qui rationis compos non eſt, diſciplinam monaſticam experiri non valet. Refert tamen Peyrinus Suarez *tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 4. num. 3. in fine*, & Barth. de Vecchis *dicta diſſ. 1. dub. 7. n. 4.* aſſerentes, quod quando amentia per menſem durauit, debet iterum incipi nouitiatus.

Sectio II.

De Coniugatis.

Breviarium.

Axioma.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. numero 65.

Dictio.

Nullatenus, *vim habet præciſæ prohibitionis, & decreti irritantis.* n. 56. & 57.

Diuortium.

Diuortium perpetuum poteſt facere coniux innocens propria authoritate n. 47.

Redintegratur matrimonium, ſi coniux innocens poſt diuortium ſit nocens per adulterium. numero 50. & 51.

Fœmina.

Naturaliter ſterilis, præ cæteris libidinoſa eſt. numero 44.

Quinquagenaria quoad ſuſpicionem incontinentiæ ſenex cenſetur. n. 43.

Generatio.

Mirabile eſt quinquagenariam Fœminam prolem ſuſcipere n. 43.

Ad generationem in plurium DD. ſententia, concurſus ſeminum, viri, & fœmini requiritur. numero 64.

Impedimenta.

An contrahatur impedimentum ex copula, quam vir habuit cum vxoris conſanguinea, aut affine, ſi iſta non ſeminauit ſed ille ſolus. n. 64.

Licentia.

Licentia, aut conſenſus extortus metu, aut dolo gratuit, nullus eſt, & nullum veram effectum parere valet. num. 53.

Licentia tacita ſufficit . n. 54.

Contingit licentia tacita, quando qui illam concedere poteſt, ſcit factum illius, cui erat concedenda, & tacet, ac non prohibet ibid.

Matrimonium.

Secundum matrimonium contrahere poteſt coniux, ſi ante primi conſummationem alter coniux in Religione profeſſionem emiſit. n. 59. & 61.

Non cenſetur conſummatum, ſi antequam iniretur, ſemel aut pluries, etiam cum promiſſione de contrahendo, fuerit fornicatum. n. 63.

Non conſummatur, niſi per commiſtionem ſeminum vtriuſque coniugis, in plurium ſententia DD. numero 64.

Ad conſummationem intra bimeſtre mutuus deſideratur conſenſus vtriuſque coniugis. n. 65.

Moraliter peccat coniux, qui intra bimeſtre opprimit vxorem. n. 65.

Conſummari matrimonium per copulam vi extortam, aſſerunt Doctores aliqui; negant alij. numero 65.

Poteſt iudex, causâ cognitâ, terminum duorum menſium prædictorum reſtringere, & prorogare. num. 66.

Tranſacto bimeſtri poſſunt ſponſi cogi ad conſummandum matrimonium, vel ad deliberandum de ingreſſu Religionis. n. 67.

Bimeſtre non datur ad profitendum, ſed ad deliberandum de Religionis ingreſſu n. 68.

Si ſponſa duodennis Religionem ingredi eligat, tenetur ſponſus per quatuor expectare annos, donec illa profiteatur. n. 69.

Si alter ſponſus prætextu Religionis nimis differat matrimonium conſummare, tranſeundo de vna ad aliam Religionem intra nouitiatus annum, poteſt à iudice compelli, dato termino peremptorio ad profitendum in vna, vel ad illud conſummandum. num. 70.

Profeſſio Religionis dirimit matrimonium non conſummatum. n. 62.

Peccat, qui poſt bimeſtre debitum coniugale negat, etiamſi Religionem ingredi intendat. n. 67.

Alia vide verbo Religio.

Regula.

Scienti, & conſentienti non fit iniuria. n. 54.

Qui tacet, conſentire videtur. n. 54.

Religio.

Matrimonium conſummatum impedit Religionis ingreſſum n. 38.

Limita, niſi adſit conſenſus alterius coniugis. numero 39.

Et ſeruatis aliquibus conditionibus. numero 40. & ſeqq.

Primâ earum non ſeruatâ, profeſſio coniugis tenet. n. 45. & 46.

Qui non profitetur, ad Religionem non tranſit. numero 42.

Validè, & licitè poteſt coniux innocens, alio inuito coniuge, in Religione profiteri. num. 47. & 48.

Limita poſt ſententiam, & etiam quando adulterium fuit notorium. n. 49.

Si innocens poſt profeſſionem adulterium commiſit, non tenetur redire ad vxorem, propter illius adulterium derelictam. n. 50. & 51.

Secus ſi ante profeſſionem adulterium commiſerit ille, coniuge tamen petente. n. 51. & 52.

De licentia tacita vnius coniugis poteſt alter Religionem ingredi. n. 53. & 54.

Vt ingredi poſſit Religionem, indiget etiam Epiſcopi licentiâ. n. 55.

Non ad valorem profeſſionis. n. 56.

Sed de honeſtate. n. 57.

Religionem ingredi poteſt vnus coniux ante conſummationem matrimonij, altero inuito. numero 58.

Non ſolùm intra bimeſtre, ſed multis tranſactis annis. num. 67.

Poteſt ſponſa intra bimeſtre Religionem ingredi, inuito ſponſo, ſi ab illo vi fuerit cognita. numero 65.

Profeſſio ante decimumſextum annum emiſſa, nulla eſt. num. 68.

Senes.

Vir ſexagenarius, & fœmina quinquagenaria cenſentur ſenes quoad ſuſpicionem incontinentiæ. numero 43.

Sponſi.

Appellantur coniuges, ſponſi, à Sanctis Patribus,

tribus,

tribus, ante conſummationem matrimonij. numero 58.

38 S*Ecundum impedimentum ingreſſus Religionis*, eſt vinculum matrimonij conſummati. Docent Tamburinus *dicta diſput.6. quaſt. 3. n.4.* Fulgentius de Oniedo *in Republica Regulari, part. 1. tract.4. cap.2 q.4. num.16. & 18.* Peyrinus *dicto §.2. n.49.* cum Syluestro *verbo Religio 2. q.9.* Angelo *verbo Religioſus, §.14.* Tabiena *verbo Religio, num.13.* Ledeſma *de ſtatu Relig. in communi, cap.6. colum.1. verſ. la ſegunda condicion.* Roderiquez *in ſumma, part.1. cap.6. num.1.* & *tom.3. qq. Regular. q.13. art.1.* Leſſio *de iuſtit. lib.2. cap.41. dub.3. num.25.* Roſella *verbo impedimentum 11. in principio.* Azorio *part.1. lib.12. cap.1. q.6.* Suarez *tom.3. citato, lib.5. cap.4. num. 5.* Vecchio *diſp. 3. de Nouit. dub. 3. num.1.* Miranda *in Man. tom.1. q.17. art.1. concl.2.* Sanchez *in Decalog. lib.5. cap.4. num.5.* Reginaldo *in praxi, lib.18. num.377.* Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religion, lib.5. q.74.* Corduba *in Regulam Minorum, cap.2. quaſt.4. verſ. ſecunda conditio.* Rebello *de oblig. iuſt. part.2. lib.3. q.4. ſect.2. num.13.* Coninck *de Sacramentis tom.2. diſp.26. dub.1. num.30.* quibus addo Lezanam *tom.1. cap.2. num.31.* & Barboſam *in cap. Quidam. num.2. el 3. de conuerſione coniugum*, & ibi gloſſam in formatione caſus dicentem: Nota quod alter coniugum, altero inuito, ad Religionem tranſire non poteſt. Et quidem ex textu illo probatur, in quo ſic Alexander Papa III. *Quidam intrauit Monaſterium inuita vxore; quâ ipſum repetente, coactus eſt ad eam redire. Et mortuâ quaris, an ipſe cogatur reuerti ad Monaſterium? an aliam poſſit ducere in vxorem? Conſultationi tua taliter reſpondemus, quod votum non tenuit: vnde ratione voti, ad Monaſterium non tenetur redire; vlterius verò non poterit vxorem accipere: promiſit enim ſe non exigere debitum, quod in eius poteſtate erat: ideò quoad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, ſed in mulieris poteſtate.*

Et quidem hoc impedimentum non ſolùm ex hoc, & ex aliis iuribus Eccleſiaſticis comprobatur, ſed etiam ex diuino, dicente Apoſtolo 1. *Corinth.7. verſ.10. Iis autem, qui matrimonio iuncti ſunt, pracipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere.* Ipſe autem Dominus *Matthai 5. verſ.32. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari*: Et *cap. 19. verſ.6. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

39 Tot tamen iuribus, & talibus non obſtantibus, impedimentum præfatum diſpenſabile eſt. Et ſi quæras quis ſuper eo diſpenſare valeat? Reſpondebo, quòd ipſi coniuges, mutuo accedente conſenſu. Colligitur *ex dicto cap. Quidam*, ibi: *Inuita vxore. cap. veniens, el 16. eodem tit.* ibi: *Apud vxorem ſuam inſtitit, vt ſuper hoc ſuum impertiretur aſſenſum.* Et infrà: *Quocirca mandamus, quatenus ſi ita eſt, pradictum Lambertum in Monaſterio, quod intrauit, perſeuerare permittatis.* Colligitur etiam *ex cap. Accedens*, immediatè ſequenti, & ex aliis iuribus. Et ratio eſt, quia per eaſdem cauſas, per quas res naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis res. de regulis iuris.*

Ad hanc tamen diſpenſationem, ſeu ad hoc vt
40 alter coniugum licentiam conſorti impertire queat, ad ingrediendum Religionem tres conditiones requiruntur. *Prima* eſt, quod coniux, qui licentiam concedit, ſi iuuenis ſit, pariter & ipſe Religionem ingrediatur, & altero profeſſionem emittente, eam ſimiliter & ipſe emittat. Hanc requirunt Laurent. de Peyrinis *tom.2. de Pralato, quaſt.3. cap.1. §.2. num. 50.* Tamburinus *tom. 3. de iure Abbat. diſp.6. quaſ. 3. ſub num. 4. verſ. Ad hoc*, Aug. Barboſa *in cap. cùm ſis, num.1. el 4. de conuerſione coniugum*; cum pluribus quos recenſet DD. & *in cap. vxoratus, el 8. num. 1. cap. ad Apoſtolicam, num.1. el 13. eod. tit.* Et decernitur ab Alexandro III. *in dicto cap. cùm ſis*, per hæc verba: *Cùm ſis praditus ſcientiâ litterarum, ignorare non debes Sanctorum Patrum conſtitutioni eſſe contrarium, vt vir vxore ſua, aut vxor viro eius non aſſumente Religionis habitum, debeat ad Religionem tranſire.* Et infrà: *Inde eſt, quod authoritate Apoſtolica prohibemus, ne in Epiſcopatu tuo virum, vel vxorem (niſi vterque ad Religionem migrauerit) tranſire permittas.* Hæc Alexander. Conſtitutio autem SS. Patrum, cuius meminit, habetur, vt aduertit gloſſa, *verb. Conſtitutioni, in can. ſunt qui dicunt, 27. q.2. can. Agathoſa, can. quia Agatho, & cap. ſcripſit nobis, ead. cauſa, & q. el 18. 20. 24. & 25.*

Conſultò dictum eſt, *ſi iuuenis ſit*: quia ſi ſe- 41
nex ſit, licentiam coniugi conſorti concedens, & abſque incontinentiæ ſuſpicione remanere poſſit in ſæculo, Religionem ingredi non tenetur; debet tamen votum emittere caſtitatis. Ita Peyrinus cum Sanchez *lib.7. de Matrimonio, diſputat.32. à n. 2.* Tamburinus & Barboſa *dicto cap. cùm ſis, cap. ad Apoſtolicam, citat.* & ab Alexandro III. declaratur *in dicto cap. cùm ſis*, in quo immediatè poſt modò recenſita verba, ſubiungit ſequentia; *Verùm ſi vxor ita ſenex ſit, & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſaculo, diſſimulare poteritis, vt ea in ſaculo remanente, & caſtitatem promittente, ad Religionem tranſeat vir eiuſdem.* Idem decreuit Innocentius III. *in dicto cap. ad Apoſtolicam.*

Notanter etiam dictum eſt: *Et altero profeſſionem* 42
emittente, eam ſimiliter & ipſe emittat. Quia non tranſit ad Religionem, qui non profitetur. Barboſa *cap. cùm ſis, num 3.* cum Sanchez *dicta diſput. 32. num.4* & S. Fauſto *in Theſauro, lib.5. q.57.* Tamburinus *loco citato, verſic. nec item*, ex Abbate *in cap. vxoratus, num.3.* & *in cap. Accedens, num.2. de conuerſione coniugum*, Soto *in 4. diſt. 27. quaſt.1. art.4. verſic. Poteſt & vnus*, & ex Petro Ledeſma *de Matrimonio q. 64. art.4. dub.1. concl. vlt.*

Quæres circa dicta, *primò*: Quis cenſeatur in 43
caſu præſenti ſenex? Reſpondet Barboſa *in cap. cùm ſis, num.4.* cum Sanchez *diſp.32. num. 16.* virum ſexagenarium ſenem eſſe, mulierem verò quinquagenariam; & tam ſenem eſſe fœminam quinquagenariam, quàm virum ſexagenarium; & ardorem libidinis in illa, ac in iſto tepeſcere. Et addit ex Mantica *deciſ.49. num. 4.* Mirabile eſſe, prolem ſuſcipere mulierem, quæ ſit plus quàm quinquagenaria. Et ex Barth. de Vecchis *vbi ſuprà, dub.3. num.5.* quinquagenariam ſuſpicione incontinentiæ liberam credi.

Quæres *ſecundò*, de quanam ſterili loquantur in 44
præſenti caſu iura; de illa, quæ ratione naturæ ſterilitate laborat; an verò de illa, quæ ratione ætatis? Reſpondet idem Barboſa *ibidem, num. 4.* ex gloſſa *in dict. cap. cùm ſis, verbo ſterilis*, ex Hoſtienſi *ſuper eodem verbo, num.4.* Sanchez *dicto num.16.* & ex Vecchis *loco citato*, loqui de ſterili ratione ætatis. Fœminæ enim (inquit Barboſa) naturaliter ſteriles, præ cæteris libidinoſæ ſunt, teſte Tiraquello *ad l.9. connub. num.121.*

Tertiò, quæres, an validè profeſſionem emittat 45
coniux, ſi eius conſors, à quo licentiam obtinuit, ſiue ſenex, ſiue iuuenis ſit, neque profeſſionem emiſit,

emiſit, neque votum ſimplex caſtitatis, in ſæculo tamen remanet? Reſpondet Peyrinus *dicto num.* 50. cum Thoma Sanchez *lib.* 7. *de Matrimonio, diſp.* 33. *num.* 4. validè profeſſionem emittere, etiamſi alter coniux ſit iuuenis, & nec Religionem ingrediatur, nec voueat caſtitatem. Et ratio eſt, quia iura præcipientia profeſſionem in iuuene, id eſt in eo, in quo ſit ſuſpicio incontinentiæ, & votum in ſene, profeſſionem non irritant ab altero factam coniuge. Eandem ſententiam tenet Barboſa *in cap. vxoratus, num.* 2. & 3. & affirmat cum Paludano, Sylueſtro, Roſella, Tabiena, & Soto, quos refert & ſequitur Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 65. cum Nauarro *tit. de Conuerſione coniugatorum, conſil.* 14. *num.* 3 Henriquez *in ſumma lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 9. & cum Azorio *Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 1. *quæſt.* 6. profeſſionem eſſe validam, altero coniuge iuuene, & incontinentiæ ſuſpecto non profitente, ſed manente in ſæculo cum voto caſtitatis. Ducitur, quia non eſt de eſſentia profeſſionis coniugis profeſſio alterius; ſed ſolùm deſideratur, vt profeſſio ſit licita. Tum quia textus *in præſenti*, & ſimiles non irritant contrà factam. Hic autem, *numero* ſcilicet 3. in ſequentia prorumpit Barboſa.

46 Notatur ad hoc, quod profeſſio coniugis ſolenniter facta de licentia ſpontanea alterius, qui manens in ſæculo continentiam non promiſit, eſt valida. Sequuntur in præſenti Butrius *n.* 5. Abbas etiam *num.* 5. Sylueſter *verb. Matrimonium* 8. *q.* 12. *dicto* 4. Henriquez *in ſumma, lib.* 11. *de Matrimonio, cap.* 15 *num.* 9. *litt.* O. Azorius *Inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 1 *q.* 6. *verſ. ſi quæras*, Sanchez *de Matrimonio lib.* 7. *diſp* 33. *num.* 4. Gutierrez *eod tract cap.* 95. *n.* 13. Idem Barboſa *in cap. ex parte, el* 1. & 9. *eiuſdem tituli.* ſic *num.* 3. fatur: Communis enim, tam Theologorum, quàm Canoniſtarum ſententia habet, profeſſionem coniugis factam de licentia alterius non vouentis caſtitatem, valere. Azorius *d q* 6. Durand. Riccius, Maior, Adrianus, Sylueſter, Palacius, Roſella, Henriquez, Vega, & alij, quos refert, & ſequitur Barth. à S. Fauſto *dicto lib.* 5. *q.* 66. Hæc ille. Dictus à S. Fauſto allegat caput *ex parte, el* 1. *de conuerſione coniugatorum*, Durandum *in* 4. *diſt.* 32. *q.* 2. *n.* 6. Richardum 4. *d.* 27. *q.* 4. *art.* 2. Maiorem *ibi. q.* 2. Adrianum *quodlib.* 1. *art.* 3. *ad* 7. & alios cum communi.

47 Quæres *quartò*, an validè, & licitè profeſſionem emittat coniux innocens, non petitâ licentiâ ab alio coniuge nocente, & adultero? Reſpondeo, quod ſic. Ita docent Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1 *cap.* 2. *num* 31. cum Rebello *lib.* 3. *q.* 4. & Bonacina *quæſt.* 3. *de Matrimonio, punct.* 4. *propoſit.* 3. *num.* 10. Auguſtinus Barboſa *in cap. conſtitutus, num.* 2. *el* 15. *de conuerſione coniugum*, vbi ſic ait: Collige ex textu, innocenti coniugi licitum eſſe, inuito adultero, ad Religionem tranſire, vt per Sanchez *de Matrimonio lib.* 19. *diſp.* 11. *à principio.* Valer. Reginald. *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.* 31. *num.* 327. Frat. Baſil. Pont. *de impedimentis matrimonij, cap.* 30. §. 2. *verſ. tertiò.* Idem Barboſa *in cap. Ex litteris, num.* 6. *el* 5. *de diuortiis.* Et ratio eſt, quia propria ex facultate poteſt innocens diuortium perpetuum facere. Ergo poterit & in Religione liberè profiteri.

48 Quod benè reſponſio ex textu illo colligatur, patet. Quia ibi decernit Innocentius Papa III. quandam mulierem, coniugem illius, qui eâ relictâ ob diſcordias inter illum, & vxoris amicos, habitum Religionis aſſumpſerat, debere recedere ab alio, cui per adulterium fuerat coniuncta, *nec prædictum Monachum* (addit) *inquietet, quominus regulare votum valeat adimplere, per cenſuras Eccleſiaſticas cogere non omittas.*

Difficultas autem eſt, an coniux innocens licitè 49
ad Religionem tranſire valeat ante ſententiam ſuper diuortio pronunciatam; an verò ſufficiat adulterium eſſe notorium? Sanchez *de matrimonio lib.* 19. *diſputat.* 11. *num.* 7. 8. & 9. tres ſententias circa hanc recenſet difficultatem, & illam *num.* 10. reſoluit dicens, tunc licere innocenti ad Religionem tranſire, inuito adultero, quando vel præceſſit ſententia diuortij, vel eâ non expectatâ, adulterium ita notorium eſt, vt poſſit innocens propriâ authoritate deſerere conſortium, & habitationem adulteri abſque metu reſtitutionis. Recenſet, & ſequitur Thomam Sanchez Auguſtinus Barboſa *in dict. cap. conſtitutus, num.* 2. Idemmet Peyrinus *num.* 53. *ex can. Agathoſa,* 27. *q.* 2. & *cap.* 15. & 16. *de conuerſ. coniugum.*

Secunda difficultas eſt, an coniux innocens, qui 50
ob adulterium alterius ad Religionem tranſiuit, & profeſſione emiſſa, in fornicationem incidit, ad vxorem redire teneatur? Ratio dubitandi eſt, quia licèt adulterium inducat ſeparationem matrimonij; ſi tamen alter coniux innocens poſteà fiat nocens adulterium perpetrando, matrimonium redintegratur, vti docet Naldus *verbo Adulterium, num.* 11. Et quidem Alexander III. ita decreuit *in cap. ex litteris, in fine, el* 5. *de diuortiis*, vbi epigraphe, & gloſſa *verbo redire*, & Barboſa latè cum pluribus *num.* 1.

Reſpondetur nihilominus, huiuſmodi Religio- 51
ſum profeſſum adulterum, ad vxorem adulteram redire non teneri. Ita gloſſa *in cap. veniens, verbo ſponte, ad finem,* Barboſa ibi, *num.* 5. cum Innocentio *num. vnico, ſuper verbo continuit.* Hoſtienſi *num.* 6. Butrio *num.* 5 Ioanne Andrea etiam *num.* 5. Zabarella *quæſt.* 4. Abbate *num.* 7. Ancharano *num.* 5. & Sanchez *de Matrimonio lib.* 10. *diſp.* 9. *num* 34. Et ratio eſt, quia vti ait Barboſa *in dicto cap. ex litteris, num.* 6. ex dicto Sanchez *eodem libro, diſp.* 11. & ex Stephano Gratiano *diſceptationum forenſium cap.* 102. *num.* 24. neuter alteri tenetur, & quilibet iuri ſuo ceſſit. Adultera vtique ad viri ſui fauorem; & vir eius ad Religionis fauorem, quæ ratione profeſſionis illum fecit ſuum, tempore, quo liber erat à coniugij obligationibus. Vnde minimè extrahi poteſt à Monaſterio propter ſuperuenientem illius fornicationem. Quia ius à Monaſterio acquiſitum non perditur per Monachi ſui delictum. Secus tamen eſſet, ſi profeſſione non emiſſa, aut Sacro Ordine nondum recepto, adulterium committeret; tunc enim teneretur dimiſſo habitu, & nouitiatu, ad vxorem redire. Sanchez *diſp.* 9 *num.* 34. & Barboſa *dicto num.* 5. quia vnum adulterium fuit cum altero compenſatum.

Teneretur, dixi, ſi tamen ab vxore petatur. In 52
conſcientia enim, poſt diuortium adulterantem non teneri redire ad vxorem, licèt ob eiuſmodi adulteria poſſet vxore petente compelli ab Eccleſia, vt ſecum habitaret, docet Naldus *dicto num.* 11. & ſic (addit) diſpoſitio illa textualis (*cap.* ſcilicet *Ex litteris*) non procedit ipſo iure, ſed ope tantùm exceptionis. Soto *in* 4. *diſt.* 36. *art.* 6. *in fine.* Et per hoc patet ad rationem dubitandi, & per dicta in reſponſione.

Secunda conditio eſt, vt licentia ſit ſponte con-
ceſſa, non metu, aut dolo graui extorta; nulla enim 53

reddetur

redderur profeſſio illius coniugis, qui illam ſic ab altero obtinuit coniuge. Ita gloſſa in cap. accedens, verbo votis, el 17. de conuerſione coniugum, vbi Barboſa num. 1. & ſeqq. ex Abbate in fine, Zabarella num. vnico, oppoſitione 2. in præſenti. Petro Ledeſma de Matrimonio, q.64. art.4 dub.1. concluſ. vlt. Azorio Inſtit. Moral. part.1. lib.12. cap.1. q.6. Barth. à S. Fauſto in Theſauro Religioſor. lib.5. q.88. Roſella, Angelo, Sylueſtro, Turrecremata, Durando, Greg. Lopez, Ludouic. Lopez, & cum aliis, quos recenſet, & ſequitur Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſp.35. num.1. Ioannes Baptiſta Lezana tom.1. part.1. cap.2. num.31. cum Bonacina q. 3. de Matrimonio, punct.4. propoſit.3. num.9. & Cornejo tom.2. in 3. part. tract. 6. de Matrimonio, diſp.6. dub.2. Peyrinus tom.2. de Prælato, q. 3. cap. 1. §. 2. num.50. cum aliis. Reſolutio probatur, cùm ratione; quia licentia violentià, aut graui metu extorta, legitima non eſt, & vera, quia vt legitima, & vera illa ſit, debet omninò liberè à concedente procedere, vt dixi in Diſquiſitionibus Moral. & Canonic. tom.2. diſq.6. dub.17. à num. 1. & quæ vera non eſt, ſed nulla, & iniuſta, nullum verum effectum parere valet. Dixi in eadem diſquiſitione. dub.4. num.18. & 35. Tum etiam probatur reſolutio ex cap. quidam, el 3. de conuerſione coniugum, vbi ſic Alexander III. *Quidam intrauit Monaſterium inuita vxore... Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod votum non tenuit.* Ex cap. tandem accedens, el 17. eod. tit. probatur, in quo ſic Innocentius III. vt ſequitur, decernit.

Accedens ad præſentiam noſtram I. mulier, propoſuit, quod cùm V. vir eius eam ſibi matrimonio copulaſſet, volens tandem idem vir habitum aſſumere monachalem, poſtulabat humiliter ab eadem, vt ea pio propoſito faueret ipſius; quæ propter multa verbera, & alia grauamina, quæ dictus vir inferebat eidem, ſeipſam aſſerens dimiſſurum, annuit votis eius. Cùmque idem vir in domo de Vader. Ciſtercienſis Ordinis, Religionis habitum aſſumpſiſſet, mulier in domo Monialium, nullo ſibi habitu Religionis aſſumpto, vel voto conuerſionis emiſſo permanſit: proceſſu vero temporis, cùm idem vir ad ſæculum rediens, Religionis habitum reliquiſſet, eadem mulier ſe inſtanter ab ipſo petiit reaſſumi. Et infrà: *Quocirca diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, dictum virum, vt eam recipiat, eique affectum exhibeat coniugalem, appellatione remota cogatis.*

54 Aduertit Peyrinus dicto num.50. & 53. ex Suarez tom.3. de Religione, lib.6. cap.7. num.10. quod ſufficit, vt dicta licentia ſit tacita, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, per regulam 27. de Regulis iuris in 6. qui tacet conſentire videtur, per regulam 43. eodem libro. Per licentiam autem tacitam intelligit, quando alter coniux ſcit factum alterius, & non prohibet. Ita etiam Azorius part.1. lib.12. cap.1. q.6. verſic. ſi quæras, & Reginaldus fori penitent. lib.18. numero 377. verſic. etiamſi quæras.

55 Tertia conditio requiſita ad tollendum ſecundum præfatum impedimentum vinculi matrimonij, eſt licentia Epiſcopi, aut eius authoritas, & conſenſus. Peyrinus tom. 2. de Prælato, q.3. cap. 1. §.1. num.50. cum Rebello de obligationib. iuſtitia, part. 2. lib. 3. q. 4. ſect. 2. num.18. & cum Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſput. 32. num. 3. Auguſtinus Barboſa in cap. præterea, num. 4. el 1. de conuerſione coniugum, ex can. ſi vir & vxor, 27. q.2. ibi: *Si vir, & vxor diuertere pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine Epiſcopi conſcientia fiat.* Hoſtienſis in cap. cùm ſis, num. 3. ſuper verbo permittas, de conuerſione Coniug. & in cap. vxoratus, num. vnico, ſuper verbo publicè, eodem tit. vbi Ioann. Andreas num. 1. Anchar. num. 4. notab. 3. Butrius num. 4. Zabarel. in fine, & Maiolus de irregularitate, lib.1. cap.4. num.5.

Difficultas autem eſt circa neceſſitatem, & 56
obligationem huius conditionis, an ſcilicet ita deſideretur, vt profeſſio à coniuge facta ſine Epiſcopi conſenſo, & licentia nulla ſit, & irrita; an verò illicita tantùm: & ſi illicita, an mortaliter, an verò ſub culpa veniali.

In primis conueniunt Doctores in hoc, quod defectus licentiæ, & conſenſus Epiſcopi nullatenus officiat profeſſioni coniugatorum. Ita Peyrinus dicto numero 50. in fine. Barboſa eod. numero 4. cum Gloſſa in dict. cap. ſi vir, verbo Conſcientia. vbi Archidiaconus num. 1. Bellam. num. vnic. Turrecremata etiam num. vnico, & in dictum cap. præterea, Ioan. Andr. num. 1. Butr. num.5. & Panormitan. num. 3. Greg. Lopez in l.2. verb. del Obiſpo, tit. 10. part. 4. poſt Aretinum, Scotum, Sotum, Gabrielem, & alios, Sanchez de Matrimonio, lib. 7. diſput. 31. num.3. & Baſil. Pontius de impedimentis matrimonij, cap. 9. § 1. verſic. At ſi, in fine. Ex quibus impugnat Barboſa dictum Maioli dicto num.5. ſentientis ad coniugum conuerſiones validandas decretum Epiſcopi requiri. Et etiam ex eo, quod in dicto can. ſi vir, ea licentia petitur, non verò irritatur profeſſio aliter facta. Et tandem ex dicto cap. præterea, in fine, vbi dicit virum, qui ignorante Epiſcopo de licentia vxoris profeſſus eſt, reuocandum non eſſe, ſi vxor vouerit caſtitatem. Ergo ſentit textus, ex defectu licentiæ Epiſcopi nihil officere profeſſioni. Sic probat Barboſa. Addi poteſt alia ratio, quam reddit Peyrinus ex Thoma Sanchez, videlicet, quod vſu receptum, & conſuetudine ſit, vt ea ab Epiſcopo non petatur licentia. Quæ vtique, ſi ad valorem profeſſionis eſſet neceſſaria, peteretur: & illà non petitâ, ſæpe iam profeſſi, pœnitentià de nouo ſtatu ducti, illum derelinquerent, & ad ſæculum redirent. Quod ex hac cauſa contigiſſe quis dixerit? Placitum tamen Maioli probabilitate non caret. Quia dictio nullatenus, appoſita in dicto canone, ſi vir & vxor, vim habere decreti irritantis docet ipſe Barboſa tract. de Dictionibus, dict.226. num.5. cum Imola in Clement. 1. num. 20. verſ. ex hoc nota, & ibi Cardinalis, §. ſi quis autem, ſub num. 6. Felinus in cap. ex litteris, num.7. in 5. caſu, de conſtit. Rota deciſ.24. num.4. part.2. diuerſorum Rolandus conſ.27. num.11. & 12. tom.4. Marches de commiſſ. part.2. de Aper. Choris, num.66. Ac proinde (proſequitur Barboſa) habere vim præciſæ prohibitionis, actumque in contrarium factum irritare, tradunt Mandoſ. in reg.7. Cancellar. q.4. num.2. & in regul.15. q.5. n.8. Cenedos poſt lib. Canonicar. qq. ſingul.69. num.2. & Steph. Gratianus Marchita deciſ.51. n.8.

Quoad alteram verò partem, de illicito ingreſ- 57
ſu, & profeſſione abſque Epiſcopi venia, facta à coniuge, varij ſunt opinandi modi. Rebellus enim loco citato, penes Peyrinum, docet ſub culpa lethali teneri huiuſmodi vxoratum licentiam petere ab Epiſcopo, vt profeſſionem emittere poſſit. Quia in dicto can. ſi vir & vxor, 27. q.2. requiritur de præcepto conſenſus Epiſcopi. Id enim importare videtur clauſula illa nullatenus, cùm iuxta modò dicta, vim habeat præciſæ prohibitionis, & vim etiam decreti irritan

irritantis, & actum annullantis obtineat. Barboſa *in dict. cap. Præterea*, n. 4. non explicat grauitatem culpæ in omiſſione petitionis licentiæ Epiſcopalis perpetratæ, aliquam tamen in illa recognoſcit: requiritur enim (inquit de licentia loquens) vt licitè fiat. Peyrinus tandem *dict. num.* 50. cum Sanchez *diſp.* 32. *n.* 3. ſentit, conſenſum Epiſcopi ſolùm *in dict. canone. Si vir & vxor*, de honeſtate requiri.

58 Omnia, quæ hactenus dicta ſunt, procedunt ſolùm quando matrimonium ratum eſt, & conſummatum; ideò diximus, *Secundum impedimentum ingreſſus Religionis, eſſe vinculum matrimonij conſummati*; non autem procedunt, nec impedimentum quidem, quando matrimonium, licèt ſit ratum per verba de præſenti, non tamen eſt conſummatum. Ita Peyrinus *num.* 51. cum Rebell. *loco citato*, *n.* 10. Sanchez *lib.* 2. *de Matrimonio, diſput.* 18. *n.* 3. Leſſio *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 8. *n.* 69. & cum communi Barboſa *in cap.* 2. & 7. *de conuerſione coniugum*, cum pluribus, quos recenſet Aſcan. Tamburin. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 3. *n.* 4. Et probatur primò ex Euſebio Papa *in cap. Deſponſatam*, 27. *q.* 2. dicente: *Deſponſatam puellam non licet parentibus alij viro tradere; licet tamen illi Monaſterium ſibi eligere.* Et quod ibi fiat mentio de ſponſa poſt matrimonium ratum nondum conſummatum, ex immediato canone ſequenti, *Decreta legalia*, liquet, in quo ſponſæ dicuntur à ſanctis Patribus, Gregorio, Auguſtino, & Leone; cum quibus nondum fuerit commiſtio ſexus.

59 Secundò expreſſiùs decernitur ab Alexandro III. *in cap.* 2. *de conuerſione coniugum*, dicente: *Verùm poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere Monaſterium (ſicut quidam Sancti de nuptiis vocati fuerunt,) dummodo carnalis commiſtio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit,) licitum eſt ad ſecunda vota tranſire. Quia cùm non fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tranſire, & alter in ſæculo manere.*

60 Tertiò probatur *ex cap. Ex publico, el* 7. *eodem titul.* in quo idem Alexander ſic decernit: *Cæterùm, quia licèt à præfato viro deſponſata fuit, adhuc tamen (ſicut aſſerit) ab ipſo non eſt cognita; mandamus, quatenus ſi prædictus vir ipſam carnaliter non cognouerit, & eadem ad Religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad Religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire intra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam à ſententia, quâ tenetur, abſoluas.*

61 Quartò probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *can.* 6. *de Sacramento Matrimonij*, in quo ſic habetur: *Si quis dixerit matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit.*

62 Quod ſi inquiras, quo iure competat religioſæ profeſſioni dirimere matrimonium ratum non conſummatum? Quæſtionem iſtam diſputant Coninck *de Sacramentis*, *tom.* 2. *diſputat.* 26. *num.* 31. Leonardus Leſſius *dicto dub.* 8. & Thomas Sanchez *libro* 2. *de Matrimonio*, *diſputat.* 19. Breuiter ab illa me expediam recenſendo Peyrinum *num.* 51. *citato*, dicentem: Ego credo, quod illi competat iure naturæ, approbato à temporibus Apoſtolorum, quo cuique licitum eſt perfectiorem ſibi ſtatum quærere, quando id poteſt ſine alterius iniuria. Et Barboſam *in dict. cap. Ex publico, num.* 10. dicentem cum Scoto, Victoria, Soto, Corduba, quos, & alios refert, & ſequitur Baſilius Pontius *de Matrimonio lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 4. cum Gutierrez *canonicarum li.* 1. *capite* 17. *num.* 26. 35. & 43. & *de Matrimonio capite* 54. *num.* 8. Sanchez *loco citato*, *num.* 3. & cum Rebello *de oblig. iuſtit. part.* 2. *lib.* 3. *q.* 4. *ſect.* 2. *à num.* 12. ex ſolo iure diuino, ex Chriſti priuilegio dirimi. Idem tenet Baſſæus *tom.* 1. *verb. Matrimonium* 11. *num.* 4. Et hac fortè de cauſa, tanquam de fide diffiniuit Tridentinum *dict. canone* 6. dirimi coniugium non conſummatum per alterius profeſſionem.

Quod ſi quæras *ſecundò*, an cenſeatur conſummatum matrimonium quoad caſum, de quo in præſenti, de libertate ingrediendi Religionem intra bimeſtre, ſi poſt illud contractum coram Parocho, & teſtibus, copula non interceſſit, quamvis priùs non ſemel, etiam cum promiſſione de contrahendo fuiſſent fornicati? Reſpondeo, ratum cenſeri, & non conſummatum, cum Barboſa *in cap. Verùm*, *num.* 2. *el* 2. *de conuerſione coniugatorum*, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij, ſub die 18. Nouembris de anno 1618. quam ibi refert, & *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum*, *collect.* 465. *num.* 29. ex Aldano *in comp. canonicarum reſolutionum, lib.* 1. *titul.* 72. *num.* 15. & ex authoritate Doctorum quos *in dictum cap.* 2. *numero* 6. allegat, videlicet Conarruuiam *de ſponſalibus*, *p.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 14. Menochium *de præſumptionibus*, *lib.* 3. *præſ.* 1. *à num.* 44. Petrum Ledeſmam *de Matrimonio, q.* 61. *art.* 1. *in fine*. Henriquez *dict. tract. lib.* 11. *cap.* 8. *n.* 8. alterum Barboſam *in rubr. ff. ſoluto matrimonio, p.* 1. *n.* 107. Sanchez *de Matrimonio, lib.* 2. *diſp.* 21. *num.* 12. Idem tenet Baſſæus *tom.* 1. *verb. Matrimonium*, 11. *num.* 5. cum Nauar. *cap.* 22. *num.* 84. 63

Si *tertiò* quæras, an quælibet coniunctio coniugum ſufficiat ad efficiendum matrimonium conſummatum? De hoc diſſerit Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 21. & alij. Vera ſententia docet, ad hunc effectum non quamcumque ſufficere, ſed illam tantùm, quâ mediante ſemen virile vas ſubintrat ſponſæ ita taliter, vt aptum ſit generationi. Vnde in ſententia Hippocratis, & Galeni, & Abulenſis *paradox.* 1. *cap.* 486. Caietani 2. 2. *q.* 154. *art.* 12. Dianæ *part.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 43. & *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 45. quos recenſet Baſſæus *tom.* 1. *verb. Matrimonium*, 11. *num.* 5. & aliorum, cum eiſdem opinantium, ad generationem requiri concurſum ſeminum viri, & fœminæ, nec ſufficiet acceſſus, in quo ſolus ſeminauerit vir; ex quorum ſententia probabiliter dici poſſet (ait Baſſæus) quod ſi viro ſeminante fœmina non ſeminauerit, idque partibus conſtet, poſſent Religionem ingredi, & profiteri, & pars relicta in ſæculo aliud matrimonium inire: & ſtante probabilitate huius ſententiæ, qui habuit copulam cum conſanguinea, vel affine vxoris, ſi illa non ſeminauit, non contraxit vllum impedimentum, & ideo poteſt ſine alia diſpenſatione petere debitum. Hæc Eligius Baſſæus. Et ratio dictorum eſt, quia ſolùm per commiſtionem vtriuſque ſeminis fit ex duobus, viro & fœmina, vna caro. 64

Si *quartò* quæras, ſponſa intra bimeſtre inuita fuit à ſponſo oppreſſa, & per vim conſummauit; poteritne conſummatione matrimonij non obſtante inuito ſponſo Religionem ingredi, & profeſſionem ſolemnem emittere? Reſpondeo *primò*, ſub opinionibus eſſe, an conſummetur matrimonium per copulam vi extortam intra bimeſtre datum à iure *in cap. Ex publico*, 7. *de conuerſ. coniugatur.* & *in Trident.* quidam enim, quos ſuppreſſis nominibus allegat pro parte negatiua Baſſæus *vbi proximè*, *num.* 6. 65

num. 6. (penes quem illam probabilem indicant Durandus *in* 4.*diſt*.27.*q*.2.*num*.14. Paludan. *ibid q*.3. *art*.2. Sylueſter *verb.Diuortium*, *q*.5.) dicunt, per illam ſolùm copulam matrimonium conſummari, quæ vnionem Chriſti cum Eccleſia repræſentare poteſt: at cùm huiuſmodi ſola ſit copula voluntaria, cùm vnio Chriſti fuerit voluntaria, illa ſolùm conſummabit matrimonium. Alij autem ex oppoſito dicunt, quocumque tempore, & quocumque caſu, etiam per vim, matrimonium conſummari, & illud non ſolui per profeſſionem. Ita Sà *verb. Matrimonium*, *ſub n*.17. cum Couar. *in* 4. *Decretalium*, *part*.2. *cap*.7. §.4.*n*.10. & Sanchez *de Matrimonio lib*.2.*diſp*.22.*n*.4. Reſpondeo *ſecundo*, poſſe ſponſam, non obſtante commixtione, inuito ſponſo, Religionem ingredi, & profeſſionem emittere. Sic ſentit idem Sà *dict. n*.17. dicens: Qui conſummauit inuitus, an poſſit Religionem ingredi, non conuenit inter Doctores. Mihi meliùs videntur dicere qui negant, *niſi fortè ante bimeſtre datum ad deliberandum, inuitus eſſet ab altero coniuge oppreſſus*. Ita ille, & plures alij, quorum ſententiam probabilem pronunciat Baſſæus *ubi proximè*, *n*.6. dicens: Quia licèt ſecundùm probabilem ſententiam multorum Doctorum poſſit talis ſponſa vi cognita adhuc Religionem ingredi, quia viri culpa alterius bonum impedire non debet, &c. Alia enim ratio addi bene poteſt, videlicet, quod ita neceſſarius eſt mutuus conſenſus in conſummatione, ac in ratificatione, cùm iſta ad illam ex ipſa inſtitutione matrimonij ordinetur: propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis. Sed matrimonium ratum non fit, nec fieri poteſt ſine vtriuſque mutuo conſenſu. Ergo ſine eodem mutuo conſenſu fieri non poteſt conſummatum intra bimeſtre, intra quod neuter coniugum tenetur alteri debitum reddere. Peyrinus *tom*.2. *de Prælato*. *q*.3. *cap*.1.§.2. *n*.51 cum Toleto *lib*.7.*cap* 24.*n* 3 *verſ. Quartus caſus*: & ſi vnus opprimit alterum, mortaliter peccat, Baſſæus *dict.n*.6. cum Sanchez *de Matrimonio lib*.2. *diſp*.22.*n*.152. Soto *in* 4.*diſt*.27.*q*.1.*art*.4 Filliucio *tract*.10. *cap*.... *n*.47. Rodriquez *tom*.1.*ſumma*. *capite* 238.*num*.1. Diana *part*.3.*tract.de Sacramentis*, *reſolut*.242 & cum Pontio *de Matrimonio lib*.9. *cap*.10. *num*.3. Intra bimeſtre, conſultò dixi, quia illo tranſacto ſecus eſt dicendum, cùm terminus ille, & non alius, à iure contrahentibus matrimonium conceditur ad deliberandum ſuper illius conſummatione, aut ſuper electione ſtatus Religionis, & alium ſibi ipſis non præfixerint in celebratione matrimonij.

66 Per hoc tamen non negamus, quod iudex cauſâ cognitâ poſſit terminum iſtum reſtringere, vel prorogare. Poteſt vtique, vti docent Baſſæus *numero* 7. Barboſa *in dicto cap. Ex publico*, *num* 15. *el* 7. *de conuerſ. coniugum*, dicens illud eſſe arbitrarium. Allegat Zabarellam, *ibi*, *q*.6. & Abbatem *num*.11. Nauarrum *in Manuali*, *cap*. 16. *num*.27. Roderiquez *in ſumma*, *tom*.1. *cap*.242 *numero* 1. Gutierrez *de Matrimonio*, *cap*.54. *num*.15. Baſilium Pontium *eodem tract. lib*.9. *cap* 19. §.2. *in principio*, & latè *cap* 9. *num* 8. & 9. & Thomam Sanchez *de Matrimonio lib*. 2. *diſputat*. 24. *num*. 12. Ratio autem huius eſt, iuxta Baſſæum, quia licèt quando datur terminus à lege abſque Iudicis miniſterio, nequeat iudex reſtringere, nec prorogare, cùm non ſit ſupra legem; ſecus tamen eſt, vbi datur Iudicis miniſterium, vt contingit *in dict.cap. Ex publico*; vbi non ſignatur bimeſtre, ſed mandatur Iudici, vt illud deſignet. Ita Baſſæus. Sed, ni fallor, bimeſtre à lege datur ipſa, & Epiſcopi miniſterio ſolùm datur abſolutio ſponſæ à cenſura, quâ tenebatur, vt textum intuenti patebit. Nihilominus tamen veram iudico concluſionem, propter authoritatem tot Doctorum, & etiam gloſſæ dicentis: *Credo, quod iſtud committeretur arbitrio Iudicis, vtrum plus, vel minus tempus indulgeat.*

Si quæras *quinto*, an tranſacto bimeſtri poſſit quilibet coniux ingredi Religionem, ſi matrimonium non ſit conſummatum? Reſpondeo, quod poſſit. Ita gloſſ. *in dict.cap. Ex publico*, *verb. intra duorum* Ita enim inquirit, & reſoluit. Sed pone, quod elapſum eſt tempus ſtatutum, nunquid adhuc poteſt intrare Religionem? Dic quod ſic, *ſemper* ante carnalem copulam. Sanchez *tom*. 1. *de Matrimonio*. *lib*.2. *diſp*.14. *n*.27. quem recenſet, & ſequitur Barboſa *in dict. cap. Ex publico*, *n*.9. *in fine*. Baſſæus *tom* 1. *verb. Matrimonium*, 11.*n*.8. qui in ſequentia prorumpit: Reſponſio eſt affirmatiua, quamvis plures anni elapſi ſunt à matrimonio inito, dum conſummatum non ſit, quamvis alter nolit, & antea interuenerit iniuſta debiti negatio; quia *in dict. cap. Ex publico, de conuerſione coniugatorum*, abſolutè conceditur facultas ingrediendi Religionem ante conſummatum matrimonium, & duo menſes tantùm aſſignantur, vt intra eos nequeant coniuges cogi ad conſummandum, & vt eis tranſactis poſſint cogi, vel ad conſummandum, vel ad Religionem ingrediendum, & non vt poſteà nequeant ingredi. Ita ille, Sanchez, & Barboſæ benè conſonans; inquiunt enim illi: Si bimeſtri tranſacto, vel tempore à Iudice præſcripto ad conſummandum matrimonium, neuter ſponſus ad Religionem tranſiit, & matrimonium conſummatum non eſt, adhuc poſſunt ingredi; quia licèt peccauerit negando debitum poſt illud bimeſtre, etiamſi Religionem ingredi intenderet, minimè tamen amiſit ius ſtatim ingrediendi. 67

Quæres *ſextò*, an bimeſtre detur ad profeſſionem emittendam, an verò ad ingreſſum Religionis, & nouitiatus? Gloſſa *in cap. Ex publico*, *verbo intra duorum*, videtur ſentire, ad profeſſionem emittendam tempus illud præfigi. Sed vera ſententia, quam tenet Baſſæus *ubi proximè*, *num*. 7. cum Armilla *verbo Diuortium*, *num*.5 Soto *in* 4. *diſt*. 27. *q*.2. *art*. 4. Henriquez *lib*. 12. *cap*.5. *num*. 8. & cum Roderiquez *in ſumma*, *p*.1. *cap*. 238. *num*. 2. Peyrinus *tomo* 2. *de Prælato*, *quæſt*.3. *cap*. 1. §. 2. *num*. 51. cum Ægid. Coninck *tom*.2. *de Sacramentis*, *diſput*. 26. *num*. 48. & cum Barthol. de Vecchis *de nouitiat. diſputatione tertia*, *dubio ſecundo*, *numero tertio*, & Auguſtinus Barboſa *in dict. cap. Ex publico*, *numero octauo*, cum Hoſtienſi *ſuper verba*, *infrà duorum*, Butrio *numero duodecimo*, D. Antonino, Soto, Bartholomæo à Ledeſma, & aliis, quos recenſet, & ſequitur Sanchez *libro ſecundo de Matrimonio*, *diſputatione vigeſimaquarta*, *numero quarto*, cum Baſilio Pontio *eodem tract. libro nono*, *capite nono*, *numero ſecundo*, & *capite decimonono*, § 2. *in principio*, & cùm Gutierrez *eodem ſimili tractat*. *cap*. 54. *num*. 15. docet tempus ſponſis aſſignatum eſſe ad deliberandum de Religionis ingreſſu, non autem ad profeſſionem emittendam, dummodo tamen illud non pertingat ad annum, vel ad annos quidem neceſſarios ad hoc vt Religionis ingreſſus integrum probationis annum, & decimumſextum ætatis compleuerit; intra quod enim ſi profeſſio fiat, nulla prorſus erit, ita S. Concilio Tridentino decernente, *cap. in quacumque*, *el* 15. *ſeſſ*.25. *de Regularibus*. 68

69 Ex quo infertur, quod ſponſam duodennem, eligentem ingredi Religionem, teneatur ſponſus per quatuor annos expectare, donec profiteatur, cùm ante decimumſextum ætatis expletum profiteri nequeat. Et ita docent Peyrinus *num.* 51. cum Sanchez *de Matrimonio, loco proximè citato, à numero* 8. Rebello *de obligationibus iuſt. part. 2. lib. 3. q. 4. ſect. 2. num.* 21. & cum Henriquez *lib. 12. capite 5. num.* 8. Auguſtinus Barboſa *dict. cap. Ex publico, num.* 8. cum eodem Henriquez *dicto capite 5. §. 8. littera F*, poſt Menochium, cum Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 13. art. 4.* Gutierrez *de Matrimon. cap. 54. num.* 12. Baſilio Pontio *eod. tract. lib. 9. num. 3.*

70 Sed inquies, quid ſi alter ſponſus prætextu Religionis nimis differat matrimonium conſummare, tranſeundo de vna Religione in aliam intra nouitiatus annum? Reſpondeo cum Sanchez *numero* 9. quem recenſent, & ſequuntur Peyrinus & Barboſa, poſſe iudicem illum compellere, dato termino peremptorio, vt maneat in vna Religione, in qua expleto nouitiatus anno, profeſſionem emittat, vel ad alterum redeat ſponſum, & matrimonium conſummet: aliàs enim cederet in magnum alterius ſponſi detrimentum, qui diu, vel potiùs toto vitæ ſpatio poſſet manere ligatus primo illo matrimonio, & ſic non poſſet ſibi mederi aliud contrahendo.

Sectio III.

De profeſſis in alia Religione.

BREVIARIVM.

Alienare.

Prælati alienare non poſſunt res Monaſteriorum, niſi de Conuentuum aſſenſu. n. 79.

Dictio.

Dictio debet, *regulariter importat præceptum.* numero 89.

Ioannes Caſſianus.

Commendatur, & commentatur Caſſianus. numero 84.

Ioannes Geſſen.

Abbas Benedictinus, Author librorum de Imitatione Christi. n. 82.

Licentia.

Quoties requiritur peti pro aliquo actu, ante illum actum an ſit neceſſario poſtulanda. numero 90.

Papa.

Sine iuſta, vel legitima cauſa diſpenſare non poteſt in his, quæ à iure dependent diuino. numero 73.

Præcepta.

Data materia grauitate obligant ſub mortali. numero 89.

Prælati.

Præiudicare poſſunt Monaſteriis in acquirendis, non in acquiſitis. n. 77.

Priuilegia.

Priuilegium meretur amittere, qui conceſſâ ſibi abutitur facultate. n. 86.

Regula.

Omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. n. 78.

Religio, Religioſi.

Profeſſio facta in ſtrictiori Religione, impedit tranſitum ad laxiorem. n. 71.

Impedit etiam, quando adeſt priuilegium Papæ, irritans tranſitum, & profeſſionem in diuerſa Religione. n. 71.

Profeſſus in ſtrictiſſima Religione in nulla alia recipi poteſt. n. 72.

Peccat mortaliter, qui à perfectiori, ad imperfectiorem tranſit. ibid.

Diſpenſare abſque cauſa non poteſt Papa abſque peccato mortali, cum Religioſo Profeſſo, vt tranſeat ad laxiorem Religionem. n. 73.

Profeſſus in vna Religione, procurans, ſine iuſta cauſa, licentiam tranſeundi ad laxiorem, & eâ vtens, mortaliter peccat ibid.

Qui ſine iuſta cauſa licentiam iſtam obtinuit, proderit illa pro foro externo, vt in illo non moleſtetur. numero 73.

Cauſa legitima interueniente, poteſt Papa licentiam concedere n. 74.

Poteſt etiam Prælatus Regularis in plurimum. numero 74.

De Conuentus tamen conſenſu. num. 75. & ſeqq. & num. 96.

Cauſa aliqua legitima ad diſpenſandum aſſignantur. num. 74.

Non eſt laudabilis tranſitus ab vna ad aliam Religionem, vel Congregationem, niſi propter euidentem neceſſitatem, vel vtilitatem. numero 80. & ſeqq.

Scandalum ſequitur ex huiuſmodi tranſitu. n. 81. 82. & 83.

Leuitatis reus eſt, qui ſic tranſit. n. 81.

Quando leuitas in tranſeunte præſumatur. numero 88.

Attento iure communi licet Religioſo, ſtudio perfectioris vitæ, ad ſtrictiorem tranſire Religionem, petita, & non obtenta licentia. à n. 85.

Monachi, & Conuerſi noſtræ Religionis, ad aliam, quàm ad Carthuſiam tranſire non poſſunt, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, quam etiam incurrunt admittentes, auxilium, vel conſilium præſtantes, &c. n. 87. & 124.

Qui ad aliam tranſit Religionem, licentiâ non petitâ, peccat mortaliter. n. 89.

Per profeſſionem acquirit Religio ius in Religioſum, & in eius opera; & Religioſus acquirit ius contra Religionem, vt prouideatur ab ea de neceſſariis quoad victum, & veſtitum. n. 77.

Vita perfecta.

Quærenda eſt à tyronibus in paucis; à prouectioribus in multis. n. 84.

Tertium *impedimentum* ad ingrediendum Religionem, eſt profeſſio priùs facta in diuerſa alia Religione ſtrictiori, & quando in propria Religione adeſt ex Summi Pontificis conſtitutione prohibitio irritans tranſitum ad aliam, & profeſſionem in illa factam. De hoc impedimento agunt Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 2. capite* 24. per plures paragraphos, & *tom. 2. de Prælato, quæſt. 3. cap. 1 §. 2. num* 55. *& ſeqq.* Aſcanius noſter Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. diſputat. 6. quæſit. 2. num. 5.* & latè *diſput. 7. per ſex quæſita.* Iacobus de Graſſis *in deciſionibus aureis, p. 1. lib. 3. c. 5. à num.* 98. Barboſa *in cap. Licet, el 18. de Regularibus.* Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 19. difficultat. 1. n. 17.* qui *num.* 11. addit, irritam eſſe profeſſionem emiſſam, non ſolùm in minùs, ſed etiam 71

in

in æquè ſtricta Religione, diſpenſatione non interueniente; quia talis tranſitus nullo eſt iure permiſſus. Allegat Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 7. n. 93.* Pellizzarium *tom. 1. tract. 3. cap. 5. num.* 100. & communem omnium Doctorum ſententiam.

72 Circa hoc impedimentum multa occurrunt dubia, quorum reſolutiones vtiliſſimas credo pro bono Religionum omnium regimine, & pro earundem alumnorum quiete, & ſpiritnali profectu. Selectiora diſcutiam, & quâ potuero breuitate, fundamentaliter dilucidabo. Sed ante omnia ſuppono, profeſſum in Religione ſtrictiſſima, in nulla alia recipi, nec profiteri poſſe, iuſta tamen ad id non interueniente cauſa. Docet Peyrinus *dicto num.* 55. cum Petro Ledeſma *in ſumma, de ſtatu Religionis in communi, cap. 6. concluſ. 1. verſic. la tercera condicion.* Suarez *de Religione, tom. 3. lib. 5. cap. 4. num.* 12. Corduba *in Regulam Minorum, cap. 2. quæſt. 17. part. 1.* Cruz *de ſtatu Relig. lib. 1 cap. 7. dub. 3. concluſ.* 3 Bartholomæs à Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis. diſputat. 13. dub. 1. n.* 15. Et probatur, quia profeſſus in Religione perfectiori, & ſtrictiori, minùs ſtrictam, & imperfectiorem ingrediens, à perfectione, ad quam tendere debet, recederet, contra illud Lucæ *cap. 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt Regno Dei.* Et huiuſmodi tranſitus ita à S. Tridentina Synodo prohibetur, *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap* 19. *Quicunque*, vt omnem ad id facultatem excludat, dicens: *Nemo etiam Regularis, cuiuſcumque facultatis* vigore transferatur ad laxiorem Religionem. Quâ duplici authoritate ſuppoſita, bene probatur, quod Peyrinus *num.* 56 aſſerit, peccare ſcilicet mortaliter, qui à perfectiori ad minùs perfectam Religionem tranſit. Quo ſuppoſito.

73 Quæritur *primò*, an ſine cauſa poſſit Papa diſpenſare, vt Religioſus in vna profeſſus Religione ad aliam tranſeat laxiorem? Reſpondeo non poſſe; & ſi de facto diſpenſet, diſpenſatio erit nulla, & irrita, & tam diſpenſans, quàm diſpenſatus diſpenſatione vtens, mortalis culpæ erunt rei, & qui ſcienter etiam diſpenſationem procurauerit. Ita docet Tamburin *diſp. 7. q. 5. n. 5. & 6. 18. & 19.* cum D. Th *1. 2. q 96 art. 9 & q. 97. art. 4.* Caiet. *ibi*, Corduba *in Regul. S. Franc. c. 2. q 17. part. 1.* Leſſio *de iuſt. lib. 2. c. 41. dub. 13. n.* 102. Azorio *tom. 1. lib. 12. cap. 14. q. 8.* à S. Fauſto *in Theſauro, lib. 5. q.* 147. Dubal *parte 2. q. 9. num. 44. concluſ.* 1. qui ampliat illam, ita vt nec ad æqualem valeat concedere tranſitum ſine iuſta cauſa. Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. cap. 24. concl.* 5. cum Abbate *in cap. Non eſt, de Regularib. n.* 6. Angelo *verbo Religioſus. n. 34. in princ.* Syluestro *verbo Religio, quæſt.* 2. Roſella *verbo Abbas, num.* 3. Tabiena *verbo Religio, quæſt.* 23. Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. quæſt. 52. art.* 10. Nauarro *commentario 4. de Regularibus, n. 10. verſic. ſecundò addo*, & cum Sanchez *in Decalogum, lib. 6. cap. 7. num.* 67. ac cum aliis penes ipſum citatis, *num.* 51. Si tamen Papa diſpenſauerit, proderit tantùm diſpenſatio pro foro externo, vt ne in eo moleſtia tranſeunti inferatur, vti ipſe Peyrinus ait. Ratio primæ partis eſt, quia diſpenſatio circa legem dependentem à iure diuino, vt in caſſu quæſtionis, fieri non poteſt à Papa ſine iuſta, & legitima cauſa, vti Graffis *p. 1. deciſion. lib. 3. cap. 5. n.* 98. cum Nauar. *lib. 3. conſil. de Regularib. conſ.* 56. vnde Barboſa *in cap. licet, n. 12. el 18. de Regularibus*, aſſerit, quod ſi fiat ſine cauſa, non reddit Religioſum tutum in foro poli; quod etiam de Papa dicere poſſet. Allegat gloſſam *in cap. non eſt, de voto*, Abbatem *ibi, n.* 9. Nauarrum *conſil. 88. de Regularib.* Mirandam, Gratianum, ac Ricciul. Peyrinus cum Roderiquez, & Graſſio, ac Tamburino, & Dubal in ſpecie, & in genere Doctores paſſim.

74 *Secundò* quæritur, quis cum legitima poſſit cauſa diſpenſare cum Religioſo profeſſo, vt ad laxiorem tranſeat Religionem? Quod poſſit Papa, commune eſt inter Doctores; controuertitur autem inter eos, an id valeat Prælatus Religionis, à qua tranſitus fieri intenditur: Negat Peyrinus *vbi proximè, concluſ.* 6. cum Corduba *in Regulam Minor. cap. 2. q. 17. part.* 1. & cum aliis, quos refert Sanchez *loco citato, num.* 52. Affirmant penes ipſum Peyrinum idem Sanchez *n.* 68. Abbas, Syluester, Angelus, Tabiena *locis proximè citatis*, Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 13. num.* 103. Diana *p. 3. tract. 2. reſol.* 43. Barboſa *vbi proximè, n.* 13. cum à S. Fauſto *in Theſaur. lib. 5. q.* 345. Vecchis *diſp. 12. dub. 5. ex num.* 2. & Sanctarel. *de apoſtaſ. c. 8. n.* 7. Dubal *n.* 45 cum Pellizzario *tom. 1. tract. 3. cap. 5. n. 64 & 65* à S. Fauſto *lib. 5. q.* 345. & Barboſa *in Concil. ſeſ 25. de Regular. cap. 19. num. 29. & aliis.* Nauarrus *lib. 3. Concilior. tit. de Regular. conſ. 56. num.* 1. Roderiquez *quæſt. 52. cit. art.* 9. (quò loci, ſicut etiam Leſſius *n.* 102. Sanchez *num* 71. Diana, & Barboſa *num.* 15 multas legitimas, & ſufficientes affert cauſas) Miranda *in Manuali Prælator. Regular. tom. 1. q. 31. art. 5. concluſ.* 2. Ampliant Angelus, Syluester, Sanchez, & Thabiena, etiamſi ad ad ſummum Pontificem ſit facilis aditus. Barboſa cum ab eo citatis etiam ampliat. Cauſas legitimas, & iuſtas iſtius tranſitus has aſſignat Barboſa ex Roderiq Azorio *p. 1. lib. 12. c 14. q* 8 & ex Sanchez *n.* 72. ſi Religioſus infirma, aut incommoda valetudine vtatur, aut ita fragili corporis naturâ, vt Religionis ſtrictioris auſteritates ferre nequeat; item ſi is Religioſus odio habeatur à cæteris Fratribus, aut indignè, & malè tractetur; item neceſſitas maga parentum, cui in ea Religione nequit commodè ſubuenire, & poterit in alia. Quibus quæ ſequuntur addit Dubal 48. I. Si propter delictum à ſe perpetratum adeò eſt infamatus, vt ſemper rubore, & tædio oppreſſus ſentiatur. II. Si propter proprias imperfectiones, & deprauatos mores, etſi Regulam, & Conſtitutiones ſuæ obſeruet Religionis, magna tamen, & continua afficiatur triſtitia, & dolore dum in illa degit. III. Si quando profeſſionem emiſit, non fuit ſatis inſtructus Regulâ, & Conſtitutionibus, & poſteà magis laxè viuere velit. IV. Quando Religio propria relaxata reperitur. V. Quando in illa adeſt impedimentum ad perfectionem conſequendam, quod non inuenitur in altera. VI. Quando eſt ſitum Monaſterium in loco ita infirmo, vt in illo viuere non valeat. Sed huic occurritur cauſæ ad aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis tranſeundo. Vide *inf. à num.* 157.

75 An autem ad hanc licentiam concedendam ſit neceſſarius conſenſus Conuentus, necne? diſcutiendum etiam eſt. Negat Aſcanius Tamburinus *dicta diſp. 7. quæſt. 1. num.* 14. dicens: Quartò deducitur ad hanc licentiam concedendam, non eſſe neceſſarium conſenſum Conuentus, vt dicunt Nauarrus *comment. 4. de Regularibus, num.* 10. & Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſor. lib. 5. q.* 333. Ratio eſt, quia dictum caput licet, de Regularibus, obligat tantùm ad petendum licentiam à Prælato. Ita ille loquens de licentia concedenda ad

ingreſſum arctioris Religionis. Et Peyrinus *dicto cap.24. §.1. concluſ.4.* in terminis de licentia tranſeundi ad æqualem Religionem. Allegat Abbatem *in cap. non eſt, de Regularib. num.6.* Roderiq. *tom.5. q.52. art.9.* Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.7. num.65.* & alios, ac gloſſam *in cap. cum ſingula, de præbendis, & dignitatib. verb. Canonicè.* Barboſa *in dicto cap. licèt, num.10.* cum Monacho *in cap. cum ſingula, num.4. de præbend. in 6.* & ibi Franch. *§. prohibemus, num.3.* Butrio *in cap. non eſt, eod. num. de Regularib.* vbi Abbas *in 6.* Rebuff. *in Prax. Benefic. tit. de tranſlat. Monach. num. 5.* & Miranda *tom. 1. q.31. art.5. concl. 1.* idem Barboſa *ibidem, num.18.* cum Roderiquez *tom. 3. q3. Regul. q. 52. art.3.* Graſſius *p.1. cap.5. num. 98. lib. 3. caſu 4.* Dubal *en la expoſicion de la Regla, parte 2. q. 19. num. 31.*

76 Hæc tamen opinio, etſi per principia extrinſeca mihi probabiliſſima videatur; per intrinſeca tamen duo illa non ſatis mihi probatur. *Primum* eſt commune, reſpectu omnium, & ſingularium Regolarium Congregationum: alterum illarum reſpectu, in quibus admittuntur Religioſi ad habitum, & profeſſionem, non per Prælatos ſolos, ſiue mediatos, Generales ſcilicet, & Prouinciales, ſiue immediatos, & locales, ſiue per immediatos & mediatos ſimul, vt in noſtra fit Hiſpana Congregatione; ſed etiam per Conuentus ipſos, vti apud noſtros ſimiliter contingit, ex conſtitutione *etſi ex ſolicitudinis*, Eugen. IV. 4. noſtri Bullarij Valliſoletani, *num.8.* cuius verba ſectione finali reddam.

77 Fundamentum igitur commune eſt, quod licèt Prælati per ſe ſolos valeant cœnobiis, ſeu Monaſteriis ſuis in acquirendis, ſeu in non acquirendo præiudicare, vti præfatus Emmanuel Roderiquez *dicto tom. 3. q.61. art.3.* docet, & probat ex quodam decreto, *16. q.6. §. finali*; tamen in acquiſitis id nentiquam poſſe, docet ipſemet Author cum Syluestro, *verbo Sepultura, num.11.* quos recenſui *in diſquiſitionibus Moral. & Canonic. tom.1. tract.7. diſp.6. dub.14. num.2.* Sed Monaſterium, & Religio per profeſſionem Religioſi ius acquiſiuit in omnes illius operas, & in ipſummet Religioſum: & certè (inquit noſter Fulgentius de Ouiedo, *in Republica Regulari, part.1. tract.9. cap.1. q. 13.* omnis opera regularis eſt debita Monaſterio, cui ſe cum ſuis omnibus donauit per profeſſionem Religioſus, vt *in cap. in præſentia, de probationibus, Authentica ingreſſi, de ſacroſanctis Eccleſiis* Hæc ille, quæ recenſui *tom.2. diſquiſitionum, diſq. 6. dub. 9. num.24.* Imò ipſe Peyrinos à me recenſitus, *eod. dub. num.31.* ſequutus Hieronymum Llamas *part.3. Methodi, cap.13. §.14.* & Stephanum Gratianum *diſceptationum forenſium tom.3. cap.552. num.21.* ac Leſſium *de iuſt. lib.2. cap.41. dub.8. num.67. verſic. verius tamen puto*, in ſequentia prorumpit, *tom.2. de Prælato, q.1. cap.5. §. 1. num. 58.* Inſuper, per profeſſionem initur quidam tacitus contractus inter Religionem, & Religioſum, *quo hic tenetur omnes operas ſuas in Religionis fauorem impendere*, & illa ſe obligat ad illi prouidendum de neceſſariis quoad victum, & veſtitum. Hæc Peyrinus. Ergo Prælatus ſine Conuentu non poteſt Monaſterio præiudicare in his iuribus iam acquiſitis, concedendo Religioſo ad aliam Religionem tranſeundi licentiam, illum manumittendo.

78 Fundamentum particulare eſt, quia in Religionibus, in quibus non ſolùm Prælati, ſed etiam conſiliarij, & ſeniores ac Religioſi priuati in Conuentu, ſeu Capitulo ſua dederunt ſuffragia ad receptionem Religioſi (provt de iure *in cap. nouit, el 4. de his quæ fiunt à Prælato*, & *cap. ea noſcitur, eod. tit. el 6.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib.1. cap.42. num.146.* Barth. à S.Fauſto *lib.5. q.239. 240. & 346.* vt infrà, *num.146*) & virtualiter cum illo contractum inierunt, de quo modò Peyrinus, & alij, neceſſe eſt, vt contractus ille reſcindatur, præcedentibus eiſdem ſuffragiis ad illius reſciſſionem; quia *omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. omnis res, de regulis iuris, el 1.* vbi Barboſa cum Narbona *de appellatione à Vicario ad Epiſcopum, part. 1. num. 9.* Valaſco *conſil. 130. num.19* Et addit Barboſa: Vnde eadem ſolemnitas requiritur in reuocatione actus, quæ in confectione ipſius. Ducñas *reg. 187. verſ.18.* Caldas Pereyra *de poteſtate elig. cap. 7. num.13.* Ego ipſe *in tract. de locis communibus argumentorum iuris, loco 16. num.12.* Hæc Barboſa, ibi: *in tract.* item *de Axiomatibus iuris, axiom. 199. num.8.* iſta omnia repetit, & addit pro prima parte, *can. omnis 27. q.2.* Imò ipſe Peyrinus *in dicto cap.24.* iſtam ſuàm concluſionem 2. *Qui poteſt facultatem facere tranſeundi ad arctiorem Religionem, & à quo debet talis licentia peti, eſt Generalis in toto Ordine, vel Prouincialis in ſua prouincia*; ſic probat. *Quia ad ipſos ordinariè ſpectat recipere Fratres ad Religionem: ſed per eaſdem cauſas diſſoluitur contractus, per quas fit. Ergo.* Quod argumentum in ſuum retorqeo Authorem, ad probandum contra ipſum, & alios ſuprà nominatos DD. non poſſe ſolos Prælatos concedere licentiam ingrediendi alienam Religionem, in quibus non ipſi ſolùm, ſed alij ſimul vocales ad habitum admittunt, & profeſſionem.

Et meum quidem placitum fundatur vlteriùs *in can. Statuimus, 19. q.3.* in quo ſic noſter S. Vrbanus Papa II. *Statuimus ne profeſſionis canonica quiſpiam, poſtquam Dei vice ſupra caput ſibi hominem impoſuit, alicuius leuitatis inſtinctu, vel diſtrictioris Religionis obtentu ex eodem clauſtro audeat ſine Patris, & totius Congregationis permiſſione recedere: diſcedentem verò nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus Monachorum ſine communi litterarum cautione ſuſcipiat.* 79
Vnde diſpoſitio capitis *Licèt 18. de Regularibus*, exigentis Prælati licentiam, intelligi debet, vel ſimul cum Conuentu, vt huius Canonis vitetur correptio, vel vbi ex priuilegio, aut legitima conſuetudine ſoli Prælati habent admittere ad proprios habitus, & ad alienos licentiare. Et adhuc in hoc caſu multùm dubito de ſufficientia licentiæ ſolius Prælati, quia hoc negotium, vti ait Tamburinus *dict. diſp. 7. q. 5. n. 3.* cum Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſor. lib.5. q.346.* & Barth. de Vecchis *in praxi Nouitior. dub. 4.* requirit conſenſum Monaſterij, eo quòd ſit vnum de maioribus negotiis Monaſterij, in quo de quadam alienatione agitur; & huiuſmodi negotia fieri non poſſunt ſine conſenſu Conuentus. Et addit, idem affirmare Leſſium *lib. 2. de iuſt. cap.41. dub.13. num.103.* & *num.4.* fatetur ipſe Tamburinus, quod Prælatus licentiam concedendo, rem pretioſam alienat. Pro nobis eſt Eugenius IV. *in conſtit. Harum ſerie, la 10. tom.2. Bullarij Ciſtercienſium*, edita 10. Nouembris 1437. *num 19.* ibi: *Propterea authoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, concedimus licentiam, & authoritatem dicto Abbati reformatori, qui pro tempore fuerit, quod ipſe cum conſilio aliquorum ſeniorum liberè, & licitè valeat ex iuſta cauſa, vel neceſſaria, vel expediente dare licentiam cuicumque Monacho, vel conuerſo tranſeundi in perpetuum ad aliam Religionem, parem, vel ſtrictiorem;*

ctiorem ; dum tamen conſenſus maioris partis illius Conuentus accedat, cuius profeſſus fuerit, qui mittendus extiterit, & non aliter. Nec valet dicere cum Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.2. q.19. n.33.* Canonem *Statuimus*, fuiſſe correctum per caput *Licèt*, *de Regularibus.* Quia quoties ius nouum conciliari poteſt cum antiquo, mediante aliqua diſtinctione, aut limitatione, prius correctum per poſterius non cenſetur, ad tradita per meipſum *in diſquiſitionibus, tom.2. diſquiſit. 1. dubio 14. num. 142. & 148. & diſq.6. dub.3. num.29.* At conciliari poſſunt canon *Statuimus*, & caput *Licèt*. ita vt ille procedat quando ad habitum, & profeſſionem admittuntur Religioſi per ſolam Superioris voluntatem, & independenter ab alterius conſenſu, & ſuffragio; iſtud autem, quando Superioris, & Conſiliariorum, aut Conuentus concurrunt ad receptionem placita.

80 *Tertiò* quæritur, an liceat Religioſis profeſſis in vna Religione, maioris perfectionis zelo, ad aliam ſtrictiorem ex propria tranſire authoritate? Antequam quæſito reſpondeam, aduertere duxi, laudabile non eſſe tranſire de vna ad aliam Religionem, niſi propter euidentem vtilitatem, vel neceſſitatem: immò nec de vna ad aliam eiuſdem Ordinis Congregationem. Eſt enim contra Eccleſiæ Patres, & contra illorum doctrinam, & contra Apoſtoli Pauli Doctoris Gentium præceptum.

Caſſianus enim *in collationibus, collat. 14. cap.5.* ſic ait: *Vnicuique vtile eſt, ſecundùm propoſitum, quod elegit, vt ſummo ſtudio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire feſtinet, & nequaquam à ſua, quam elegit ſemel, profeſſione diſcedat.* In quem locum Caſſiani Commentator noſter Alardus Gazæus, Vedaſtinus Monachus, pro illius illuſtranda doctrina ad longum recenſet celebrem Claraeuallenſis Archimandritæ locum, quem etſi integrè, ne diutiùs immorer, non referam; libet tamen partem, quæ ad intentum ſit ſatis, lectori reddere.

81 Noſter Mellifluus Bernardus *tom. 4. tractatu de præcepto, & diſpenſat. cap.16. num.45.* mihi *fol. 81.* in ſequentia prorumpit: *Fortè vult aliquis de Cluniacenſibus inſtitutis ad Ciſtercienſium ſeſe ſtringere paupertatem, eligens præ illis, nimirum conſuetudinibus, magis Regulæ puritatem. Si me conſulit, non conſulo, ſi non ſanè id Abbatis ſui vſurparit aſſenſu. Primò, propter ſcandalum ipſorum, quos deſerit. Deinde, quia certa pro dubiis relinquere tutum non eſt. Tertiò ſuſpectum habeo leuitatem, quia id ſæpè, quod facilè volumus antequam probemus, experti iam nolumus, vno propè momento id ipſum & cupientes, & reſpuentes, tam leuiter, quàm & irrationabiliter. Quales vtique non paucos frequenter experimur, qui vnâ vix horâ in vna voluntate durantes, aurâ leuitatis impulſi, vagi, & inſtabiles hac, & illac velut ebrij mutant, mutantque pro experimento iudicium; immò ſine iudicio fluctuantes, & tumultuantes, tot de ſe conſilia præſumunt, quot loca reuiſunt, ſemper quod non habent cupientes, & quod habent faſtidientes.* Hactenus D. Bernardus.

82 Noſter etiam Ioannes Geſſen Abbas, Author libri *de Imitatione Chriſti*, ſeu voluminis quatuor libros continentis, paruos quidem in foliis, maximos verò in præſtantiſſima doctrina, dirigente mortales ad immortalitatem, & vitam æternam, quorum authorem alij volunt fuiſſe præfatum D. Bernardum, alij Ioannem Gerſonem, Cancellarium Pariſienſis Academiæ, & alij Thomam à Kempis; ſed immeritò, vti demonſtrat noſter Conſtantinus Caietanus *in defenſorio pro Ioanne Geſſen.* Iſte igitur Author *lib. 1. cap. 9* hanc ſententiam breuem, ſed ſeipſo dignam protulit. *Curre alicubi, vel ibi non inuenies quietem, niſi in humili ſubiectione, ſub Prælati regimine. Imaginatio locorum, & mutatio multos feſellit.*

Diuus Thomas *2. 2. q.189. art.8. in corpore*, ſic 83
ait: *Reſpondeo dicendum, quod tranſire de Religione ad Religionem, niſi propter magnam vtilitatem, vel neceſſitatem, non eſt laudabile: tum quia ex hoc plerumque ſcandalizantur illi, qui relinquuntur: tum etiam, quia faciliùs proficit aliquis in Religione quam conſueuit, quàm in illa quam non conſueuit, cæteris paribus. Vnde in collationibus Patrum Abbas Neſtorius dicit* (collat. 14. cap. 5. in princ.) *vnicuique vtile eſt ſecundùm propoſitum, quod elegit, vt ſummo ſtudio, ac diligentiâ ad operis arrepti perfectionem peruenire feſtinet, & nequaquam à ſua, quam elegit ſemel, profeſſione diſcedat.*

Valde notanda occurrit ſententia D. Laurentij Iuſtiniani *de diſciplina, & perfectione Monaſticæ conuerſationis, cap. 3.* in ſequentia prorumpentis: *Eligentes in alio ſtatu, quàm in eo, ad quem vocati fuere, Domino militare, ingenti nempe crimine tales reos ſe fecere. Hi etenim tacitè Deum calumniauerunt inſipienter egiſſe, ſe ſtatum arripere non congruentem ſibi. Talis eorum opinio omni vacua eſt ratione; immò iniquitate, & cæcitate plena, &c.* Ita ille, quem recenſet Bruno Chaſſaing in Prælato Regulari, *capite 8. §.9.*

Nec ſatis honeſtatur tranſitus eo, quod in alie- 84
na Congregatione, aut Religione plures, quàm in propria ſint viri, qui feruentiori affectu, & conatu viam perfectionis arripiant, quorum doctrinâ, & exemplo magis prouocari ſperet ad illorum ſequenda veſtigia. Quia in qualibet Congregatione, & Conuentu ſaltem vnus eſt, qui ad perfectionem vitæ tendere dignoſcatur; & vnus vir ſpectatæ vitæ, qui in propria Congregatione, aut Conuentu commoretur, plus tibi ſuo exemplo proderit, quàm plures in alieno prodeſſe quibunt. In cuius probationem adducam teſtem omni exceptione maiorem, qui licèt vnus, pro mille tamen ſufficere valet: præfatum ſcilicet Ioannem Caſſianum, eximium vitæ ſpiritualis profeſſorem, Doctorem maximum, quem commendat Sanctiſſimus Pater noſter, & Monachorum Patriarcha Benedictus *in cap. 73. ſanctæ Regulæ*, ibi; *Necnon & collationes Patrum, &c.* & quem Angelicus Præceptor S. Thomas perſæpiſſimè reuerenter, pro ſua roboranda doctrina, citat, & allegat. Sic itaque præfatus deponit teſtis *lib. 4. de Inſtitutis, cap. 40.*

Ad quod vt valeas faciliùs peruenire, exempla tibi ſunt imitationis, ac vitæ perfectæ, in Congregatione commoranti, à paucis, immò ab vno, vel duobus, non à pluribus expetenda. Nam præter id quod examinata vita, atque ad purum excocta reperitur in paucis; etiam iſtud ex hoc vtilitatis accedit, quod ad perfectionem propoſiti huius, id eſt cœnobialis vita, diligentiùs quis vnius imbuitur, ac formatur exemplo. Hæc Caſianus, quem commentans Gazæus, ait eſſe intelligendum alloqui tyrones, & non ea iudicij, & prudentiæ facultate pollentes, vt ſciant reprobare malum, & eligere bonum. Nam de prouectioribus, & prudentioribus aliter ſentiendum ait, ex ſententia B. Antonij, quâ docet Monachum minimè debere ab vno, quamvis ſummo, vniuerſa genera virtutum expetere. *Alius enim,* inquit,

inquit, *ſcientiæ floribus exornatur, alter diſcretionis ratione robuſtiùs communitur, alter patientiæ grauitate fundatur, alius humilitatis, alius continentiæ præfertur, alius ſimplicitatis gratiâ decoratur, &c.*

85 Reſpondendo igitur quæſitui propoſito, dico *primo*, licere Religioſo profeſſo in vna Religione, iure communi attento, ad aliam tranſire arctiorem, petitâ tamen licentiâ à potente illam concedere, iuxta ſuprà dicta, licèt non obtentâ. Hæc reſponſio communis eſt. Illam tenet gloſſa *in cap. Licèt, verb. licentiam, el 18. de Regularibus*, vbi Barboſa *num.* 2. cum Deciano *reſp.* 20. *num.* 12. *lib.* 1. Lapo *allegat.* 130. *num.* 2. Romano *conſil.* 341. *num.* 4. Menochio *de arbitrariis, caſu* 421. *à num.* 37. Sayro *in Claui Regia, lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 23. Miranda *in Manuali, tom.* 1. *q.* 31. *art.* 2. Anton. Ricciul. *tract. de iure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſtem. lib.* 8. *cap.* 4. *à num.* 19. Eraſmo à Chokier *de iuriſdict. in exemptos, p.* 4. *q.* 12. *in princip.* idem Barboſa *ſub num.* 9. cum Cucho *lib. Inſtitut. maior. tit.* 1. *de Regularibus, num.* 132. Barth. de Vecchis *in praxi Nouitiat. diſput.* 15. *dub.* 3. *num.* 2. & Rota *in Bononienſi Profeſſionis*, 14. *Martij* 1622. *coram Merlino.* Benedictus Remigius *en la practica de Curas, y Confeſſores, tract.* 2. *cap.* 4 §. 11. Dubal *p.* 2. *de la expoſicion de la Regla*, *q.* 19 *num.* 4. & *num.* 18. aliis pluribus citatis. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſput.* 7. *quæſ.* 1. *num.* 1. Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap.* 24. *concl.* 1. cum D.Thoma 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. & *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 1. *ad* 3. & *diſt.* 38. *q* 1. *art.* 4. *q.* 3. *ad* 2. Panormitano *in cap. Ex tranſmiſſa, de renuntiationibus, numero* 9. & 10. *cap. Sanè, de Regularibus, per totum,* & *cap. Licèt, à num.* 1. *eodem titul.* Syluestro *verbo Religio* 4. Piſanella *verbo eod.* 5. Nauarro *commentario* 4. *de Regularibus, à num.* 10. & *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularibus, à conſil.* 52. *vſque ad* 70. Armilla *verb. Religio, num.* 14. Angelo *num.* 34. D.Antonino *in ſumma, part.* 3. *tit.* 16. *cap.* 4. Reginaldo *in praxi, lib.* 18. *à num.* 112. Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. & 15. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 52. Miranda *in Manuali, tom.* 1. *q* 31. Caſarubio *in compendio priuileg. Mendicantium, verbo Apoſtata, num.* 6. & 14. & *verb. Recipere*, Leſſio *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 3. *num.* 100. Paſſarello *in not. priuilegiorum Minimorum, num.* 39. & cum Sanchez *in Decalogum, lib.* 6. *cap.* 7. Tenent etiam Iacobus de Graffis *in deciſionibus aureis, part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 98. *caſu* 4. *fol. mihi* 391. Emmanuel Sà *verb. Religio, num.* 37. Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 323. Naldus *verb. Religioſus, num.* 25. Conſultò dixi, *ad arctiorem*, petitâ, & non obtentâ licentiâ poſſe tranſire; quia ad laxiorem, immò ad æqualem tranſitus fieri non poteſt, niſi petitâ, & obtentâ: cùm huiuſmodi tranſitus fieri non poſſit ſine diſpenſatione: diſpenſatio autem non petita, & obtenta, diſpenſatio non eſt, cùm iſta non concedatur ſine expreſſo diſpenſantis conſenſu. Ita Dubal *num.* 46. cum Fagundez *in præcepta Eccleſiæ, præcepto* 2. *cap.* 5. *n.* 11. & Baſſæo *verb. Religio*, 5. *n.* 3.

86 Probatur concludenter *ex can.* 1 20. *q.* 4. deſumpto ex Concilio Triburienſi, in quo ſic habetur: *Virgines ſacræ, ſi pro lucro animæ ſuæ propter diſtrictiorem vitam ad aliud Monaſterium pergere diſpoſuerint, ibidemque commanere decreuerint, Synodus concedit; ſi verò fugâ diſciplinæ alium locum quæſierint, redire cogantur.* Quod autem de Virginibus ſacris hoc capitulo ſtatuitur, de Monachis etiam conſequenter intelligitur, & de quolibet etiam Clerico. Probatur etiam *ex cap. Licèt quibuſdam, el* 18. *de Regularibus.* In quo Innocentius Papa III. poſtquam retulit, quibuſdam Monachis, Canonicis, Hoſpitalariis, & Templariis fuiſſe à Sede Apoſtolica indultum, ne poſtquam aliquis fuerit profeſſus apud eos, ad alium locum poſſit ipſis inuitis, arctioris etiam Religionis obtentu tranſire; quia tamen ea ratione id videtur illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate, vel leuitate, in iacturam, vel iniuriam ſui Ordinis, ſub prætextu maioris Religionis ad alium Ordinem tranſvolaret, & non vt ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate, ac puritate duxerit poſtulandam, vt non fictè, ſed verè ad frugem melioris vitæ valeat tranſmigrare, ſicut ſequitur, decernit: *Talis ergo poſtquàm à Prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulauerit, ex lege priuata (quæ publicæ legi præiudicat) abſolutus, liberè poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere, non obſtante proterua indiſcreti contradictione Prælati. Quia priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate.*

Hæc textus, circa quem Barboſa *num.* 7. & 9. 87
in fine, aduertit cum Hoſtienſi ſtatim à principio, Ioanne Andrea *num.* 2. Butrio *num.* etiam 2. & cum Zabarella *notabili primo*, cum Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 53. *art.* 10. Miranda *in Manuali, tom.* 1. *q.* 31. *art.* 12. Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 10. & Barth. de Vecchis *in praxi obſeru. in admitt. ad Religionis ſtatum Nouit. diſp.* 15. *dub.* 3. *num.* 3. quod ſi priuilegium neget tranſitum abſque licentia obtenta Prælati, non haberet locum iſte textus, nec eius interpretatio, ſed neceſſariò ea obtinenda eſſet, vt tranſitus, quantumcumque bono zelo factus, firmitatem haberet. Quæ vtrque doctrina maximè locum habet in noſtra Congregatione, in vim conſtitutionis Eugenij Papæ IV. 5. noſtri Bullarij, incipit: *Paſtor bonus*, edita 3. Kalend. Decembris 1436. ſtrictiſſimè prohibentis Monachis, & Conuerſis noſtris tranſitum ad aliam omninò quancumque Religionem, præter Carthuſiam, authoritate cuiuſcumque licentiæ, & indulti etiam Apoſtolici; & ſub excommunicationis pœna Summo Pontifici reſeruatæ, Religioſis ipſis tranſitum prohibet; & omnibus aliis, etiam Patriarchali dignitate fulgentibus, admiſſionem, receptationem, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantibus, præcipit ſub eadem pœna, vt infra ſex dies à die requiſitionis deſuper à noſtris Superioribus faciendæ, reſtituant ſic, vt præmittitur, receptos, admiſſos, aut occultatos.

Idem Barboſa *num.* 9. ex textu colligit cum Mi- 88
randa *q.* 31. *art.* 6. *concluſ.* 1. & cum Sanchez *dicto cap.* 7. *num.* 11. tranſitum, vt licitum ſit, & validum, non temeritate, leuitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, ſed ſtudio perfectioris vitæ faciendum. Et addit cum Sanchez, quod zelus non bonus, ſed potiùs leuitas, & temeritas tranſire volentis, ex circumſtantiis deprehendi debet. Præſumitur, inquit, leuitas, vel temeritas, quando petens tranſitum, eſt inconſtans, facilèque mutat Monaſteria, aut ſi rixa præceſſit, quia ex his, & aliis huiuſmodi coniecturis facilè comprehenditur voluntas tranſeundi potiùs ex leuitate, quàm ex ardore maioris perfectionis. Sanchez *dict. cap.* 7. *num.* 12. Bartholomæus de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp.* 5. *dub.* 2. *num.* 2. His omnibus conſonat Dubal *p.* 2. *q.* 19. *num.* 13. qui *num.* 20. recenſet Bartholomæum à S. Fauſto *lib.* 5. *q.* 339. &

Sanchez

Sanchez *in Decalog.lib.6.cap.7.n.89.* aſſerentes irritas eſſe, & nullas profeſſiones illorum, qui ob malum finem,& non ſtudio perfectioris vitæ ad aliam Religionem, etiam ſtrictiorem tranſierunt, *ex cap. Licet, de Regularibus*.Pro contraria tamen ſententia refert Pellizzarium *tom.1. tractat.3. cap.5.num.*100. & Lezanam *tom.1. cap.22. num.7.*

89 Dico ad quæſitum *ſecundò*, Religioſum tranſeuntem ad alteram Religionem, non petitâ licentiâ in propria à Prælato, ſeu ab eo, & ab aliis, quibus competat illam concedere, iuxta ſuprà dicta, lethaliter peccare tranſeundo ante illius petitionem. Ita Aſcanius Tamburinus *tomo tertio de iure Abbatum, diſputatione ſeptima, quæſito* 1. *numero ſecundo*, & *q.* 3. *numero ſexto*, cum Sanchez *in Decalogum libro ſexto, capite ſeptimo, numero* 33. & cum Bonacina *de clauſura, quæſtione ſecunda, punct.* 1. §. 3. *difficult.* 1. *numero primo.* Auguſtinus Barboſa *in cap. Licèt, numero decimoſeptimo, el* 18. *de Regularibus*, cum Nauarro *titul. de Regularibus, conſ.* 59. *in antiqua editione*, & *in noua conſ.* 52. & cum Abbate *in dict. cap. Licèt, numero decimo*, & Dubal *dicta q.* 19. *numero* 26. cum Bonacina, Pellizzario, Villalobos, à S. Fauſto, Fulgentio, & aliis. Et ratio deſumitur *ex hoc cap.* à dictis à Tamburino, & Barboſa, ex verbis, *ſubditus cum humilitate & puritate debet licentiam tranſeundi poſtulare*; quia verbum *debet*, neceſſitatem regulariter importat præcepti, vti ipſe Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict.* 77. *numero* 9. per quod (ait ex Tuſcho *practicarum concluſionum tom.* 2. *littera D, concluſ.* 31. *num.* 1. poſt Calderinum *conſ.* 220. *circa princ. verſ. Quintò probatur*, aliàs *conſ. vnico, de vita & honeſt. Clericorum*) contrafaciens incurrit peccatum mortale. Et Tamburinus: Importat debitum præcepti, & conſequenter indicat obligationem ſub mortali, data materiæ grauitate, vt docent communiter Doctores, præcipuè Sanchez *in Decalogum lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. & *cap.* 7. *num.* 27. Salas *de legibus diſputat.* 10. *ſect.* 9. *num.* 47. & 51. An autem excommunicationem incurrat Religioſus tranſiens in caſibus à iure non permiſſis, ſed prohibitis, controuerſum eſt. Negat Dubal *en la expoſicion de la Regla, part.*1. *cap.*10. *num.*33. cum Seruatio *in Optica, ſpeculo* 66. *inſtructione* 8. Pellizzario *in Manual. tom.*1. *tract.*5. *cap.*7. *num.*24.& cum Sanchez *dict.lib.6.cap.8.num.*68. Affirmant tamen penes ipſum Syluester,Suarez,Nauarrus,& Azorius.

90 *Ante illius petitionem*, conſultò dixi,quia quoties in aliquo actu requiritur peti licentiam, eſt neceſſariò ante illum actum poſtulanda. Ita Barboſa *dict. n* 17. cum Abbate *in præcitatum cap. Licèt, num.*11. Azorio *Inſtit. Moral.p.*1.*lib.*12.*cap.*14.*quæſt.*6.*in fine*, Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *quæſt.*331 Tamburinus *num.*10.

Licet aduertere ex Dubale *p.*2.*q.*19.*n.*15. *Que ſi alguno entraſſe en Religion menos eſtrecha con animo de eſtudiar, porque en ella ay mas occaſion de darſe à los eſtudios, y en hauiendo eſtudiado, paſſar a otra Religion mas eſtrecha, pecaria mortalmente, y eſtaria obligado à reſtituir à la primera Religion todos los daños con tal, que eſte animo le tenga antes de profeſſar; que ſi le tiene deſde profeſſo y con el eſtudia, no peca. Aſſi lo tiene Pellizzario (tom.*1. *tract.*3. *cap.*5.) *num.* 82. *y Sanchez lib.*6. *cap.*7. *n.*17.

Subsectio I.

Breviarium.

Apoſtata.

Qui recedit à ſui Ordinis inſtituto, cum propoſito non reuertendi, etiamſi habitum retineat, apoſtata eſt. num.94.

Axioma.

*In dubio melior eſt conditio poſſidentis.*n.98.

Religio, Religioſi.

*Religioſus, qui ad aliam Religionem tranſire intendit ſtrictiorem, poſt petitam licentiam, non ſtatim tranſire poteſt, ſed debito tempore reſponſum expectare debet.*n.91.& 93.

Quid debeat Prælatus interrogare, & quomodo debeat ſubditus reſpondere. n.92.

Non ſtatim ac denegatur licentia, tranſire licet, & quare. n.93.

Licentia iuſtè petita, non ſtatim concedenda, ſed primò quærendum, an Religio ſtrictior ſit parata ad illum Religioſum ſuſcipiendum. num. 95. 96. & 97.

Peccat mortaliter, ſi licentiam denegat ſine iuſta cauſa. num.99.

Si antea ille recedat Religioſus, erit apoſtata. numero 94.

Religio ſtrictior non poteſt illum recipere ſine litteris dimiſſoriis ſui Prælati; & ſi denegata eſt licentia, debet cauſam denegationis perquirere. numero 96.

Peccat mortaliter recipiens ſine dimiſſoriis. numero 99.

Si Prælatus dederit iuſtam cauſam denegationis, & ſubditus velit illam probare falſam, recipi non poteſt donec cauſa ſit coram Superiore denegantis deciſa. num.96.

Idem eſt in caſu, quo dubitetur, an Religio, ad quam tranſire vult, ſtrictior ſit. n.97.

*Idem etiam in aliis caſibus.*n.97.98.& 112.

PRo praxi aliqua ſummè neceſſaria operæpretium aduertere duxi. *Primum*, non ſtatim ac 91
petitur licentia, licere ad ſtrictiorem tranſire Religionem alienam, ſed debito tempore expectari debere reſponſum illius,aut illorum, à quo,vel à quibus illa concedi debeat. Ita Tamburinus *num.* 4. & 11.cum Nauarro *conſ.*52.*n.*1.*de Regularibus*, Cucho *inſtit. maior. tit.*1.*de Regularibus, n.*132. Azorio *dict. lib.*12. *cap.*14. *q.*4. Reginaldo *in praxi lib.*28. *n.*421. Auguſtinus Barboſa *dict.n.*17 cum Butrio *in dict.c. Licèt n.*12. Abbate *n.*8.Zabarella *num.*2.*oppoſit.*3. Ioanne Andrea .21 Ancharano *n.*5. *notab.*7. & *n.*10 *oppoſit.* .Barth.à S.Fauſto *dict. lib.*5. *q.*329. Azorio *vbi proximè, q.*5. *verſic. Quæres, an poſtquam.* Sanchez *in Decalogum lib.*6.*cap.*7.*n.*35.Tamburinus *num.*11. allegat Barboſam *de iure Eccleſiaſt.lib.*1. *capite* 42.*num.*67

Secundum quod aduertitur, eſt, ſubditum pe- 92
tentem tranſeundi licentiam, interrogandum eſſe à Superiore de cauſa ad tranſitum inducente, & ſubditum teneri cauſam exprimere. Tambur. *dict n.*11. cum Barb. *toto tit. de iure Eccleſiaſt.* Idem Barb. *in ſæpè citat cap. Licèt n.*17.cum Sanchez *cap.*7. *citat.n* 36.& penes illum cum Ioanne Andrea, Hoſtienſi Innocentio, & Zabarella *in idem cap. Licèt*, Dubal *p.*2. *q.*19. *num.*29. cum Sanchez *in Decalog. lib.*6.*cap.*7. *num.*30. Pellizzario *tom.*1. *tract.*3. *cap.*5.*n.*92. & à

S. Fauſto q.332. & addit Dubal: *Teſto es tan neceſſario, que ſi alguno pidieſſe licencia fingiendo que ſu motiuo era buſcar mayor perfeccion, ſiendo aſſi que le mouian otras cauſas humanas, y mundanas, la tal licencia ſeria ſubrepticia, y peccaria el Religioſo en paſſar a otra Religion con ella, y conſiguientemente debe el Prelado preguntar al ſubdito la cauſa del tranſito.*

93 *Tertium* eſt, non ſtatim ac Superior licentiam denegat, licere ſubdito ad aliam ſtrictiorem tranſire Religionem; quia poteſt ex iuſta cauſa denegare illam, aut ſaltem ſuſpendere illius conceſſionem. Quod ſi nullam aſſignet denegandi, aut ſuſpendendi cauſam, ſubditi erit petere denegatæ, aut ſuſpenſæ quidem licentiæ cauſam; & ſi Superior illam exprimere nolit, ſibi imputare debet, & licebit iam ſubdito ad arctiorem tranſire Religionem; debito tamen tempore debet ſubditus, vt dictum eſt, expectare Superioris reſponſionem, antequam tranſeat. Ita Aſcanius Tamburinus *n.12.* cum Barboſa *loco citato, de iure Eccleſiaſtico, n.* 68. cum Innocentio *in cap. Licèt, de Regularibus, n.* 4. Hoſtienſi *num.*16. Ioanne Andrea *num.*9. & 10. & Zarabella *num.* 3 *q.*14. ſubinferente Barboſa *n.*69. quod licebit ſubdito ſtatim tranſire, quando Superior indicans cauſam eſſe iuſtam, denegat licentiam, vel nihil reſpondet, vel allegat cauſam negationis euidenter iniuſtam, quia tunc conſtat de indiſcreta, & proterua denegatione licentiæ. Ita Azorius *loco citato, cap.* 40. *q.* 5 Rebuffus & Roderiquez ſimul cum aliis *ſuperiùs* citatis, apud eundem Barboſam *loco relato* Ita idem Barboſa *in dict. cap. Licèt, n.* 17. *de Regularibus,* cum Innocentio *ibi, n.*2. Hoſtienſi *num.* 15. Ioanne Andrea *num.* 7. & cum Zabarella *num.* 3. *vaſ.* 8 & cum Butrio *num.*6. Abbate *num.*9. Ancharano *num.*5. *not.*7. Azorio *cap.*14. *q.*5. & Sanchez *dict. cap.*7. *n.*57. Prædictis omnibus conſonat Dubal *dict. q.*19 *n.*30 cum Pellizz. *n.*93. & 94 Fulgentio de Ouiedo *p.*1. *tract.*12. *n* :. & aliis.

94 *Quartum* eſt, quod dato, quod iuſta adſit cauſa tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, non ſtatim concedenda eſt tranſitus licentia; ſed primò quærendum eſt, an ſtrictior Religio ſit parata ad recipiendum ad illam tranſire volentem. Quod ſi antea Religioſus ille recedat, erit apoſtata, cùm ſub nullius ſit obedientia (& receſſerit à ſui Ordinis, quem aſſumpſerat, inſtituto, ſine reuertendi propoſito: hoc enim ſolùm verum apoſtatam conſtituit, ſiue habitum retineat, ſiue non, vti omnia oſtendi *in Diſputationibus Moralib. & Canon. tom.*2. *diſp.*1 *dub* 6.) ita Tamburinus *tom.* 3. *diſp.* 7. *q.*3. *n.*13. & Barboſa *in cap. Licèt, n.*17 *in fine,* cum Sanchez *vbi proximè. n* 38. allegante Rebuffum, Emmanuelem Roderiquez, & alios. Ita & Dubal *n.*31.

95 Difficultas ergo præſens eſt, an Superior ſtatim dare poſſit ſubdito licentiam exeundi Monaſterio, ſub ſua tamen obedientia manenti, vt quærat Religionem ſtrictiorem, quæ illum ſuſcipere velit? Barboſa *vbi proximè,* ſentit quod poſſit. Similiter & Tamburinus ſentit; ſed addit Bartholomæum de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp* 15. *dub.*2. *n* 9. contrarium tenere, ſicut etiam tenet Dubal *dict n.* 31. ſtante decreto Sacræ Congregationis, iuſſu Vrbani Papæ VIII. edito 21. Septembris de ann. 1624. vbi ſtatuitur: *Vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem tranſire, niſi priùs Superiori legitimè conſtiterit, eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentiam petit; & tunc Regularis rectâ viâ ſe transferat ad arctiorem: quod vt re ipſa adimpleatur, idem Superior omni ſtudio, ac diligentia inuigilet.* Et hoc quidem decretum conſonat doctrinæ Abbatis *in Clement. conceſſa. n.*6. *de electione.* Aduertit Dubal hoc decretum, quod fuit editum cum aliis contra Regulares apoſtatas, & eiectos, ſeruari etiam debere, quando ex cauſa, & licentia fit tranſitus ad æqualem, & ad laxiorem. Allegat Pellizzarium *n.*101. & Lezanam. Et *n.* 21. loquens de Monialis tranſitu, ait: *De donde ſe infiere, que las Monjas, para paſſar à otra Religion, no han meneſter licencia eſpecial por razon de la clauſura, y por eſcrito: baſta la licencia, que pide el derecho, cap. Licèt, de Regular. Eſto es licencia pedida, aunque no alcanzada: pero no baſta pedirla à la Abbadeſa, ſino que es neceſſario pedirla al Prelado del Monaſterio, que es el Obiſpo en las que no eſtan eſſentas, ò el Prelado Regular, en las eſſentas.... Pero es neceſſario, que al Prelado conſte legitimamente, que el Conuento donde quiere paſſar la Monja, eſta diſpueſto para admitirla, ſegun vn decreto de la Congregacion. Aſſi lo tienen Pellizzario tom.*1. *tract.* 3. *cap.*5. *n.*17. *y Baſſeo verb. Religio,* 5. *n.*2. *§. Ad hunc. El qual añade, que es neceſſario antes que ſalga de ſu Conuento, eſte recibida por votos del Capitulo del otro Conuento.* Hæc Dubal iuxta dicti Decreti præſcriptum.

Quintum, quod aduertitur, eſt, Religioſos arctiores, ad quos quis ex laxiore tranſit, illum admittere non poſſe abſque ſui Superioris dimiſſoriis litteris, eſtò eis conſtet, licentiam fuiſſe petitam, ſed non obtentam. Decernitur à noſtro Vrbano II. Papa *in can. Statuimus,* 19 *quæſt.* 3. ibi: *Diſcedentem vero nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus Monachorum, ſine communi litterarum cautione ſuſcipiat.* Et gloſſa *in caſus formatione,* ait: Nec aliquis debet eum recipere ſine litteris Capituli ſui. Pro nobis etiam ſunt Laurent. de Peyrinis *tom* 1. *de ſubdito. q.*1. *cap.*24. *concl.*2. *ve ſ. Vnde colligitur,* & Tamburinus *vbi proximè. n.*15 qui addunt, Religioſos arctiores debere perquirere cauſam denegationis, Prælatum laxioris conſulere, & interrogare, an licentiam dederit ad tranſitum ſubdito, vel cur illam denegauerit: & tunc ſi nullam, aut iniuſtam quidem denegationis cauſam dederit, ſecurè illum admittere poterunt. Ita Peyrinus, & Tamburinus, qui allegat Innocentium *in cap. Licèt. n* 5. *de Regularibus.* & ibi Zarabellam *n.*16. Ioan. Andream *n.*13. & Bartholomæum de Vecchis *n.*11. *dict. dub.*2. Addit vlteriùs Peyrinus, quod ſi tranſeuntis Prælatus iuſtam denegationis licentiæ cauſam dederit, & Religioſus velit illam in continenti probare falſam, non poſſe Superiorem ſtrictiorem de veritate, aut de falſitate diſcutere cauſæ, nec poſſe Religioſum admittere donec cauſa decisa ſit coram Superiore Prælati qui licentiam denegauit, & tranſitus ab eo approbatus. Allegat Innoc. *eod. n.*5. & Sanchez *lib.*6 *in Decalogum, cap.*7. *n.*59. Dictis omnibus conſonat Dubal *dicta q.*19. *n.*34. cum Sanchez hîc, cum Pellizz. *cap* 5. *cit. n.*183. & cum Barth. à S Fauſto *lib.*5. *q.*334 & aliis. 96

Peyrino conſonat Tambur. *n* 16. dicens: Sed ſi dubitaretur, quo animo, bono, vel malo, Abbas denegaret licentiam, tunc non eſt ſtandum iudicio ſubditi, vt ei ſtatim liceat tranſire ad aliam Religionem, nec etiam Superioris denegantis licentiam; *Sed eius Superioris iudicium expectandum eſt, ad quem, vt ad verum Superiorem, & maiorem ſpectat hoc inquirere,* eo modo, quo Religioſus contra ius vexatus recurrit ad maiorem Superiorem, vt elicitur ex Azorio *loco cit. cap.*14 *q* 5. & Barth. de Vecchis *diſp.*15. *dub.*2. *n.*16. idem dicit, ſi dubitetur, an Religio, ad quam quis ſe conferre deſiderat, arctior ſit, necne, penſatis penſandis, & diligenter inſpectis. Aut ſi dubitetur, num Religioſus ex charitate, vel ex leuitate potiùs tranſitum 97

Digitized by Google

tranſitum procuret. In quibus neque ſubditi petentis iudicio, neque Superioris licentiam denegantis ſtandum eſſe aſſerit, ſed Superioris maioris vtriuſque, Generalis nempe, vel Prouincialis, ex ſententia Hoſtienſis *in ſumma, part. 1. lib. 1. tit. 20. art. 10. q. 1.* Sylueſtri *verb. Religio*, 4. q. 1. Roſellæ *eodem verb.* 4. *num.* 2. Tabienæ *num.* 24. Azoris *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 5. Cuchi *lib.* 5. *inſtitut. maior. titul.* 1. *num.* 132. *de Regular.* Et concludit dicendo, idem eſſe in omni alio dubio, vt ſi dubitetur, an Monaſterium paſſurum ſit, necne, ex tranſitu Religioſi, damnum notabile, vel grauem infamiam.

98 In dubio autem, an ſubditus bono, vel malo animo ad aliam tranſeat Religionem; & in dubio, an Religio, ad quam ſe transfert, ſtrictior ſit, necne, aſſerit idem Tamburinus *num.* 17. ex Thoma Sanchez in Decalogum *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *numero* 16. & ex Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *capite* 42. *n.* 72. non poſſe Religioſum tranſire denegatâ ei licentiâ per Superiorem; ſed ad licitum tranſitum oportere, vt ab eo, vel ab alio Superiore, ad quem prouocatur, illa obtineatur. Immò vt validus iſte ſit tranſitus, neceſſariam aſſerit iſtam licentiam, *num.* 8. quia Superior denegans iure ſuo priuari non debet, antequam dubium Superioris iudicio terminetur, iuxta textum *in dict. cap. Licèt, de Regularibus.* In dubio enim melior eſt conditio Prælati poſſidentis. Et ita docere aſſerit Innocentium *in dict. cap. Licèt*, Butr. *num.* 8. Panormitanum *num* 3. Antonium Ricciulum *tract. de iure perſonarum extragremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.* 8. *capite* 4. *num.* 20. & Franciſcum Suarez *de Religione tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 27.

99 Et aduertere debent Religioſi, etiam ſtrictiores, Religioſum alienum, ſine dimiſſoriis litteris ſui Prælati mortaliter delinquere, quod indubitatum eſſe aſſerit Tamburinus *num.* 15. ex Bartholomæo de Vecchis *diſput.* 15. *dub.* 2. *num.* 12 Zabarella *in dicto cap. Licet*, *num.* 17. Ioanne Andrea *num.* 13. Hoſtienſi *num.* 14. Et ratio ex modò dictis patet, quia Prælatus illius Religioſi eſt in poſſeſſione illius; & iure, quod in illo habet, priuari non poteſt, niſi de eius, aut ſui Superioris maioris conſenſu. Quod limita, vt ſuprà *num.* 39. quando aut nullam, aut iniuſtiam denegationis licentiæ cauſam dederit Prælatus. Qui ſimiliter licentiam ſine legitima cauſa denegans, mortaliter peccat, vti docet Barboſa *in dict. cap. Licèt, num.* 16. cum Miranda *in Manuali. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 6. *concluſ.* 1. Bartholomæo à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 342. Tamburinus *num* 5 cum Suarez *capite* 10. *citato*, *num.* 17. ſic ait Aſcanius ibi: Peccat autem mortaliter Abbas licentiam denegans, ſi ſibi conſtet, illam nec temerè, nec de re incerta, aut dubia poſtulari; quia iniuriam ſubdito facit, illi ius ſuum denegando, & quantum ex parte ſua eſt, impediendo meliorem ſtatum, & ſcandali, vel infamiæ occaſionem præbendo, ſi ſubditus ipſo renuente tranſeat. Probatur ex textu citati capitis *Licèt. Sine difficultate, & prauitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum.* Ita Suarez *dicto cap.* 10. *num.* 17. Hæc Tamburinus. Idem *q.* 3. *num.* 4. ait: Hinc eſt, quod Corduba *in Regul. S. Franc. c.* 10. *q.* 5. *punct.* 4. optimè concludat, Prælatum impedientem tranſitum abſque iuſtis cauſis ſuprà enumeratis, delinquere contra ius diuinum, & humanum. Benedictus Remigius *en la practica de Curas, &c. tract.* 2. *cap.* 4. §. 11. conſonat, ſicut & Dubal *q.* 19. *num.* 27. cum Portel. *verb. Religionis tranſitus, num.* 11. Pellizzario *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 139. & communi Doctorum. Similia dicit Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regularium, tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 22. *de Regularibus tranſeuntibus ex vna Religione ad aliam*, *n.* 13. quò loci pro ſe, & nobis allegat Sylueſtrum *verb. Religio* 4 *quæſt.* 1. *not.* 5. & Mirandam *in Manuali Prælator. tom.* 1. *part.* 6. Notanda venit dictio illa *debet*, quæ præceptum ſub culpa mortali hîc importat, iuxta dicta *ſuprà dict.* 2. *n.* 89.

Sextum, quod aduertitur, eſt, ad ſtrictiorem Religionem Religioſum tranſire non poſſe, etiam intuitu perfectioris vitæ, ſi ex tali tranſitu propriæ Religioni graue detrimentum in fama, & æſtimatione, ſaltem apud bonos, & probos ſequatur viros; & ſi cum effectu tranſierit, poterit etiam poſt profeſſionem à priori peti Religione. Ita Dubal *q.* 19. *num.* 16. cum Sanchez *in Decalogum, lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 92. & Pellizzario *tom* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *numero* 84. & 100. & aliis penes ipſos. Limitat tamen in caſu, quo prima Religio cum ſua relaxatione, & deprauatis moribus iuſtam præſtat tranſeundi cauſam. Tunc enim ipſi Religioni imputari deberet infamia orta, non tam ex tranſitu, quàm ex ſuis prauis moribus. Ita ille *ex cap. Licèt, de Regularibus.*

SVBSECTIO II.

BREVIARIVM.

Argumenta.

Ab æquiparatis valet argumentum. n. 110.

Axioma.

Vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. num. 102.

Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. numero 102.

S. Bonauentura.

Ad cœlum migrauit anno 1275. *in Concilio Lugdunenſi.* n. 136.

Carthuſia.

Ordo Carthuſianus non eſt præ cæteris perfectior. numero 113.

Carnes comedere non poſſunt Carthuſiani, etiamſi in illarum comeſtione eorum vita conſiſtat. n. 137.

Auſterior, & arctior eſt iſte Ordo Ordine Minorum. ibid.

Quinam poſſint aliorum Ordinum Religioſi ad Carthuſianos tranſire, vide verbo Religio.

Clerici.

Religioſi ad chorum deſtinati, Clerici vocantur. numero 100.

Commiſſi, Conuerſi.

Sic appellantur Fratres laici ad chorum non deſtinati. n. 100. & 101.

Lex.

Ex initio, & procemio legis mens legiſlatoris colligitur. num. 144.

Martinus IV.

Creatus fuit Pontifex anno 1281. n. 136.

Minimi.

Ordo Minimorum, omnium Ordinum ſtrictiſſimus declaratur. n. 137.

Moniales.

Nomine Religioſorum veniunt in fauorabilibus. n. 109.

Priuilegia Religioſis viris conceſſa, Monialibus ab ipſis dependentibus conceſſa cenſentur, ſi illis adaptari poſſunt. n. 109.

Et è contra. num. 110.

Oblati, vulgò *Donados.*

Matrimonium contrahere poſſunt, & ad alteram Religionem tranſire poſſunt. n.103.& 104.

Religio, Religioſi.

Commiſſi poſſunt ad aliam Religionem tranſire, quando poſſunt ad chorum deputari, & ſeruatis ſeruandis cum Clericis n.101.& 102.

Poſſunt & Moniales. numero 105. 108. 109. & 110.

De licentia tamen S.Congregationis. n.106.

Et aliquibus ſeruatis conditionibus. n.107.

Vt tranſitus licitus ſit, & validus, debet fieri, non ad ſanctiorem Religionem, ſed ad ſtrictiorem. n.111. 112.113.& 114.

Omnibus Mendicantibus conceditur ad Carthuſiam tranſitus. n.113.

Et prohibetur ad alios Monachales ſub excommunicatione Papæ reſeruata. n.129.

Illa Religio eſt perfectior, quæ ex parte finis, ad quem ordinatur, ex parte mediorum, & circumſtantiarum magis accedit chriſtianæ perfectioni, dilectioni ſcilicet Dei, & proximi, vt ordinata ad prædicandum, & docendum. n.115.

Illa eſt ſtrictior, quæ ſtrictiora, & duriora ſeruat inſtituta. n.116.

Ad quod non attenditur Regula in primæua inſtitutione, ſed in præſenti Religionis obſeruantia. n.117. 118.& 119.

Vt quis poſſit ad ſtrictiorem tranſire Religionem, requiritur vt non ſit in Prouincia aliud proprię Religionis Cænobium arctioris obſeruantiæ, nec probabilis reformationis ſpes. n.120.

Caſſinenſes obtentu literarum Apoſtolicarum ad nullum Monaſterium aut locum tranſire poſſunt, niſi quibuſdam ſeruatis. n.122.

Noſtri Valliſoletani ad aliud Monaſterium, vel locum eiuſdem Congregationis, vel alterius Religionis tranſire non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia; & reuocandi ſunt etiamſi in illa emiſerint profeſſionem. n.123.& 124.

Ciſtercienſes ad nullum ordinem, præter Carthuſiam, tranſire poſſunt ſine Papæ, Capituli Generalis, vel Abbatis Ciſtertij licentia. n.125.

Nec Monachi Sancti Hieronymi Hiſpaniæ. numero 127.

Diſcalceati Sancti Auguſtini ad Calceatos eiuſdem ordinis tranſire non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia, neque ad alium Ordinem laxiorem. numero 127.

Mercenarij Diſcalceati, ad Calceatos eiuſdem Ordinis tranſire non poſſunt ſine ſimili licentia. num.128.

Patres Societatis IESV *tranſire non poſſunt ad alium, quàm ad Carthuſianum Ordinem, ſub pæna excommunicationis Papæ reſeruatæ.* n.129.

Trinitarij ad nullum Ordinem tranſire poſſunt ſine licentia S.Congregationis. n.131.

Minores Obſeruantes, ad Minores, & è conuerſo tranſire non poſſunt, niſi de licentia Papæ. num.132. & 133.

Nec Minores ad Capucinos. n.134.

Illos recipientes pœnam incurrunt priuationis Officiorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ. numero 133.

Et vtraque voce carent Minores ad Carthuſianos tranſiti. n.129.

Capuccini ad Minimos, & è conuerſo ſine Papæ licentia tranſire non poſſunt, neque Capuccini ad Minores Obſeruantes neque ad alium Ordinem laxiorem, neque ad Carthuſiam ſine licentia Generalis ſub pœnis grauiſſimis. n.134.

Minores ad Carthuſianos tranſire poſſunt. numero 136.

Diſcalceati Carmelitæ tranſire non poſſunt ad ſuos calceatos, aut ad alium Ordinem, præter Carthuſiam, niſi obtentâ licentiâ Sedis Apoſtolicæ. numero 138.

Diſcalceati Auguſtiniani ſimilem habent prohibitionem n.139.

Clerici Regulares Congregationis Miniſtrantium infirmis, ad nullum tranſire Ordinem poſſunt, niſi de expreſſa Papæ, aut S. Congregationis licentia. num.140.

Priuilegia Religionibus conceſſa circa tranſitum ab vna ad aliam, & illum interdicentia, reuocata non ſunt. n.143.& 144.

Religioſi ſeruis comparantur. Nihil habent proprij. Et ſi fugiant, capi vbique à Prælato ſuo poſſunt. num.104.

Serui.

Nihil habent proprium, & vbique poſſunt à Domino capi. num.104.

Verba.

Verba conniuentia operantur, quod nihil poſſit opponi. num.112.

Ex geminatis verbis mens deprehenditur legiſlatoris. ibid.

HIc aliqua occurrunt diſcutienda. *Primum*, an quæ in præcedentibus dicta ſunt, procedant non ſolùm reſpectu Regularium Clericorum, ſeu illorum, qui ad chorum ſunt deſtinati; ſed etiam laicorum, qui pro ſeruitio Monaſteriorum obſequiis humilioribus illorum addicti ſunt, & Conuerſi vocantur, & Commiſſi? *Secundum*, an etiam eadem intelligantur de Monialibus, & de illarum ſeruitricibus? *Tertium*, an tranſitus, vt licitus, & validus ſit, ſeruatis ſeruandis, iuxta ſuprà dicta, debeat fieri ad Religionem perfectiorem, an ad ſtrictiorem, & quænam illæ cenſeantur? *Quartum*, an priuilegia, quæ aliquæ Religiones habent, quibus prohibetur tranſitus ad alias Religiones, ſubſiſtant hodie? 100

101 Ad primum reſpondent Angelus, Armilla, & Tabiena, quos ex Antonio Ricciullo *dict. lib.*8. *cap.*5.*num.*31.*in princip.* refert Barboſa *in cap. Licèt, num.*4. *de Regularibus*, gloſſa etiam *in cap. Vt lex, verbo Profeſſi, in fine*, 27. *q.*1. & Panormitanus *in cap. Non eſt, num.*3. *de Regularibus*, penes Tamburinum *tom.*3. *diſput.*7. *quæſ.*1. *num.*22. Graff. *p.*1. *deciſ. lib.* 3. *c.*5. *num.* 101. & negatiuam partem tuentur, ea ducti ratione, quia per oblationem iam illi facti ſunt illius Religionis, & Monaſterij, cui ſe donarunt ſerui.

Affirmatiuam nihilominus ſententiam amplectendam cenſeo cum iiſdem Barboſa, & Tamburino, & cum Archidiacono *in dict. can. Vt lex.* Felino *in cap. In præſenti, colum.* 3. *num.* 4. *in fine, de probationibus*, Suarez *de Religione, tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 3. *cap.*10. *num.*1. Gregorio Lopez *leg.* 9. *tit.* 7. *p.*1. Tapia *in Authent. ingreſſi, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, cap.*9. *num.*19. & *verb. Sua, cap.*6. *num.*57. Emmanuel Roderiquez *tom.*3. *quæſt. Regular. q.*21. *art.*2. & *q.*52. *art.*7. Bonacina *de clauſura, q.*2. *punct.* 9. §.1. *num* 3. Sanchez *in Decalog. tom.*2. *lib.*6 *cap.*7. *num.* 9. & Antonio Ricciullo *loco citato, num.* 31. *verſic. Cæterùm* & cum aliis penes ipſum, quos recenſent Tamburinus, & Barboſa. Dubal eſt etiam nobiſcum *en la expoſicion de la Regla, part.*2. *q.*19. *num.*25.

*num.*25. cum Baſſæo *verbo Religio*, 5. *n.* 2. §. *ſed circa*, & Pellizzario *tom.*1. *tract.*3. *cap.* 5. *num.*134. vbi addit, tranſire poſſe etiam ad laxiorem Religionem pro ſtatu Clericorum aſſumendo.

102 Et ratio eſt, quia loquendo de verè conuerſis, de illis ſcilicet, qui habitu mutato, & ſolemni profeſſione trium votorum, extra chorum obſequiis humilioribus Monaſterij addicti ſiunt, eadem de illis, ac de Monachis, & Fratribus ad chorum deputatis diei debent: tum quia caput *Licèt, el* 18. *de Regularibus*, in quo Religioſis conceditur facultas tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, ſanctioris vitæ zelo, abſolutè loquitur de Religioſis abſque diſtinctione Clericorum, & laicorum. Ergo quoad dictam facultatem nulla eſt ratio, quare nos diſtinguere debeamus, *l. Præſes, ff. de officio Præſidis*, Bartol. *in l. de pretio, ff. de publiciana*, Lezana *tom* 2. *part.*4. *verbo Leges Regularium*, *num.*35. Pellizzarius *in Manuali Regular. tract.*6. *cap.*3. *num.*13. Delbene *de immunitate tom.*1. *cap.*1. *dub.*7. *num.*2. & *cap* 2. *dub.*7. *ſect.*1. *num.*11. *dub.*12. *num.* 10. Vidal *in Arca vitali, tit. de caſibus reſeruatis*, *num* 18. ego ipſe *in diſquiſit. Moralib. & Canonic. tom.*1. *diſq* 6. *dub.* 2. *num.* 31. Quod vtique iuris axioma, *Lex*, ſcilicet, *vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus*, quampluribus aliis iuribus, & DD. illuſtrat Barboſa *tract. de Axiomatibus*, *axiom.*136. *num* 4. & maximè procedit in fauorabilibus, & non ſolùm animæ, qualis eſt dicta conceſſio, ſed etiam in aliis, iuxta caput *odia, de regulis iuris, lib.*6. *el* 15. Tum etiam, quia vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio; & licèt non extenſiuè, comprehenſiuè tamen dicitur adeſſe idem ius. Latè Barboſa *axiom.*197. *n.*7. & ego *eodem tomo. diſq* 6. *dub.*2 *num.*29 & *diſq.*11. *dub.*17. *num* 20. ſed ratio tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem eadem eſt in laïco, ac in Clerico, *vt ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare*, inquit Innocentius III. *in dicto cap. Licèt*: Ergo Summus iſte Pontifex æquè laïco, ac Clerico Religioſo licentiam concedit tranſmigrandi. Et addit Dubal poſſe laïcos tranſire ad ſtatum Clericorum, ſeu Choriſtarum intra eandem Religionem, non obſtante decreto S. Congregationis de receptione, & educatione Nouitiorum, auctoritate Clementis VIII. edito, eo quod illud non ſit in vſu.

103 Loquendo etiam de oblatis, ſeu commiſſis, de illis ſcilicet, qui obſequiis humilioribus Monaſteriorum ſunt addicti, abſque emiſſione profeſſionis trium votorum eſſentialium ſtatui Religioſo, vulgò *Donados*, idem quoad libertatem tranſeundi ad aliam Religionem reſpectiuè dicendum eſt; quia ſimplex oblatio priori Monaſterio facta, maiorem vim habere non poteſt, nec tantam quidem, quantam habet profeſſio ſolemnis. Sed iſtius vis impedire non poteſt, ne Religioſi ad frugem melioris vitæ valeant tranſmigrare. Ergo nec ſimplex oblatio oblati, ſeu commiſſi illi poterit impedimentum apponere, ne ad melioris vitæ frugem tranſmigrare valeat. Et ita tenet Tamburinus cum Archidiac. Greg. Lopez, Felino, Ricciullo, Bonacina, & Suarez *locis citatis*. Imò & gloſſa *in can. Vt lex, verbo Atque conuerſi*, 17. *q.*1. in contrarium allegata, pro nobis eſt. Dicit enim. Argumentum. quod conuerſi, qui profeſſi non fuerint, matrimonium contrahere non vetantur. Ergo à fortiori nec vetantur contrahere ſpiritale matrimonium, quod initur in ſolemni religioſa poſſeſſione. Eſt etiam pro nobis Dubal *dicta q.*19. *num.*15. cum Sanchez *in Decalogum lib.*6.*cap.*7.*num.*9. Bonacina *de clauſura*, *q.*2. *puncto* 9. §.1. *num.*3. Baſſæo *verb Religio* 5. *num.*2 §. *ſed circa*, & cum aliis.

104 Ad id, quod pro contraria ſententia dictum fuit, reſpondeo, ſtrictiori vinculo ſeruitutis ſe Religioni mancipaſſe Religioſos per ſolemnem profeſſionem, quàm commiſſi per ſimplicem oblationem ſeipſos adſtrinxerunt; & ideò ſeruis & mancipiis illi comparantur, itavt ſicut iſti nihil habent proprij, & capi poſſunt vbique (ſi fugiant) à proprio Domino; ità & illi, vt dixi *tom.*2. *Diſquiſitionum Moral. & Canonic. diſq.* 1 *dub.*6. *num.*22. & *diſq*6. *dub.*1. *num.* 74. ſed hoc maiori vinculo non obſtante, poſſunt Religioſi Clerici, ſeu ad Chorum deputati, & etiam conuerſi ad aliam Religionem ſtrictiorem tranſire. Ergo etiam ad illam tranſire poterunt Oblati, & Commiſſi.

105 Ad ſecundum reſpondeo, facultatem tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, extendi ad Sanctimoniales iam profeſſas in laxiori alia Religione. Ita docent Barboſa *in cap licèt*, *num.*3. *el* 18. *de Regularibus*, & Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.*3. *diſp* 7. *quæſt.* 1. *num.* 25. & 26. cum Mandoſio *in ſignatura gratiæ*, *verbo licentia*, *colum.*9. *verſic. quæ dicta ſunt*. Tapia *in Authent. ingreſſi*, *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, *verbo Ingreſſu*, *cap* 9. *num* 57. Zerola *in praxi Epiſc. part.* 1. *verbo Moniales*, *in fine*, Roderiquez *tom.*3.*q*. *Regular. q* 52. *art.*6. Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum*, *lib.* 5 *q.* 317. Sanchez *in Decalog. tom.*2. *lib.*6. *cap.*7. *num.*6. & cum Antonio Ricciull *tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium*, *lib* 8. *cap.* 5. *in princip.* & *num.*4 cum Bonacina *de clauſura diſp.*1. *q* 1. *punct.* 9 *num* 11. Et aſſerunt ex dicto Ricciullo, nec Concilium Tridentinum, nec conſtitutionem Pij V. prohibuiſſe huiuſmodi Monialium tranſitum, imò illum approbaſſe S. Congregationem ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, in vna Nanatenſi, 16. Ianuarij 1615. & in Redonenſi, 31. Ianuarij 1617.

106 Aduertunt tamen, quod licèt fieri poſſit iſte tranſitus in caſibus à iure permiſſis, de authoritate Epiſcopi, aut Superioris Monaſterij Monialis tranſire volentis, vt dicunt Roderiquez *vbi proximè*, *art.*3. & Sanchez *dicto num.*6. Sacra tamen Congregatio in duplici allegata declaratione cenſuit, ad eandem in ſimilibus caſibus eſſe recurrendum.

107 Quatuor conditiones requirunt ad hunc tranſitum Barboſa, & Tamburinus *num.*26. prima eſt, vt antequam à primo Monaſterio egrediatur Monialis, aliud ſit paratum, in quo beneuolas habeat receptatrices; quodque in eo capitulariter recipiatur per ſecreta ſuffragia. *Secunda*, vt dotem à cæteris Monialibus præſtari ſolitam perſoluat. *Tertia*, vt ſpes illi ad primum redeundi Monaſterium auferatur. *Quarta*, vt tranſlatio fiat comitantibus matronis conſanguineis grauibus ab vno ad aliud Monaſterium, rectâ viâ, abſque diuerticulo, ac nullibi pernoctetur, niſi causâ hoſpitij, idque nonniſi apud honeſtas perſonas.

108 Ratio autem *prima* noſtræ reſponſionis eſt, quia licèt *in prædicto cap. licèt*, *de Regularibus*, de Monialium tranſitu expreſſa mentio non fiat, ſed de virorum; rationes in eo traditæ ad honeſtatem iſtorum tranſitus ſuadendam, æquè in Monialium procedunt tranſitu; & ſic diſpoſitio illius Decretalis intelligi etiam debet de Monialibus, iuxta axioma illud: *Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio*.

109 *Secunda* ratio eſt, quia in fauorabilibus, qualis

eſt conceſſio dicti capitis *Licèt*. Moniales nomine veniunt Religioſorum. Tamburinus *tom.4. de iure Abbatiſſarum, diſp 6. quæſ.6. num.14.* & *diſp.17. q.1. num.1.* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regular. tom. 2. ad conſtitut. P. V* §.1. *num.3.* Pellizzarius *in Manuali Regular. tom.2. tract.8. cap.1. num.72. & 73.* Paſqualigus *de ſacrificio nouæ legis, tom.1. quæſt.480. & 481.* Qui omnes docent, quod quando conceditur Religioſis viris priuilegium aliquod, cenſetur etiam conceſſum fœminis ab illis dependentibus, ſi illius ſunt capaces, aut illis adaptari poſſit. Cui vtique innixus fundamento dixi *tom.1* Diſquiſitionum mearum Moralium, & Canonicarum, *tract.7. diſp.8.* §.9 *pag.297.* conceſſionem ſactam Religioſis viris *in cap. Religioſi, el final. de ſepulturis in 6.* vt exiſtentes extra Monaſterium vltra vnam dietam, valeant ſibi eligere ſepulturam, etiam Monialibus remotis à Monaſterio ob iuſtam aliquam cauſam fuiſſe pariter conceſſam. Idem in præſenti aſſero de conceſſione tranſeundi ad aliam Religionem facta *in dicto cap. Licèt*, ob eandem rationem.

110 Quæ quidem, & reſponſum noſtrum fulciuntur, & illuſtrantur vlteriùs per Canonem primum, 20. *quæſt.* 4. ex Concilio Triburienſi deſumptum, in quo ſic decernitur: *Virgines ſacræ, ſi pro lucro animæ ſuæ, propter diſtrictiorem vitam ad aliud Monaſterium pergere diſpoſuerint, ibidemque commanere decreuerint, Synodus concedit: ſi verò fugâ diſciplinæ alium locum quæſierint, redire cogantur.* Et ſtatim, ſiue ab ipſa Synodo, ſiue à noſtro Gratiano, Decreti compilatore, vt colligitur ex gloſſa, *verbo quod autem*, ſic ſequitur: *Quod autem de Virginibus ſacris hoc capitulo ſtatuitur, de Monachis etiam conſequenter intelligitur.* Si ergo in ſpecie huius conceſſionis tranſitus, arguitur à conceſſione Monialibus facta, ad conceſſionem reſpectu Monachorum, ita è conuerſo; quia argumentum ab æquiparatis valet. Barboſa *tract. locorum argumentorum iuris, loco 6. ex l. Stichus, ff. de manumiſſis teſtamento*, Cephalo *conſ.210. num.42.* & *conſ 537. num.19.* Menochio *conſ.12. num.17.* & ex pluribus aliis Doctoribus. Huc ſpectat quod ait Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.1. q.19. num.23.* in ſequentia prorumpens: *Aduierta que ſi en la Religion ay priuilegio, de que no puedan paſſar los Religioſos à Religion mas eſtrecha, ſin licencia del Prelado, pedida, y alcanzada, ò ſin licencia del General, ò del Papa; la miſma es neceſſaria en las Monjas de aquella Religion para paſſar à Religion mas eſtrecha: porque las Monjas gozan de los priuilegios, que gozan los Religioſos. Aſſi lo tiene* Pellizzario, *citato cap. 3. (tom 2. tract.10.) num.18.*

111 Ad tertium reſpondeo, *primò* illam Religionem eſſe eligendam, vt tranſitus ad illam licitè, & validè fiat, quæ ſtrictior, & aſperior, non quæ perfectior ſit. Ita docent Tamburinus *tom.3. de iure Abbatum, diſp.7. quæſ.1. num.18.* & *quæſ.4. num.3.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib.1. cap.42. num.73.* & *in cap. Licèt, num. 18.* & Peyrinus *tom.1. de ſubdito, q.1. cap.24. concluſ.7.* præcipuè *verſ. probatur primò.* Allegantur à Tamburino, & Barboſa pro noſtra reſponſione Ioannes Andr. *in dicto cap. Licèt, de Regularibus, num. 8. ad finem.* Butrius *num. 7.* Ancharanus *num.6.* Zabarella *quæſt. vltima.* Abbas *in fine*, & *in c. ſanè, in fine, eod. tit.* Henric. *num.16.* Gregorius Lopez *in l. 9. verb. Mas fuertes, tit.7. partita 1.* Azorius *Inſt. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 14. q 2.* Emman. Roderiq. *tom. 3. qq. Regular. q.51. art.4.* Thom. Sanchez *tom.2. in Decalog. lib. 6. cap.7. num 21.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 41. dubit. 13. num.100.* Ludouic. de Miranda *in Manuali Prælator. tom.1. q 31. art.7.* Antonius Riccinllus *tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 8. cap 6. à num.4.* Valer. Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 18. cap. 29. num. 414.* Giouagn. *reſponſione 39. lib. 2.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.15. dub.1. num.5.* Angelus *verbo Religioſus, num.34.* Paſſarellus *in priuileg. Ordin. Minor. tit. notanda priuilegia, cap.39.* Sanctarellus *de apoſtaſia, cap. 8. num. 30.* Bonacina *tract. de clauſura, quæſt. 2. punct. 9.* §. *3. difficult. 3. ſub num. 2.* Nauarrus *comment. 4. de Regularibus, numero 2.* Portellus *in dubiis Regularium, verbo Religionis tranſitus, numero 2.* Hieronymus Roderiq. *in compendio qq. Regular. reſol. 123. num. 58.* & alij penes ipſum. Sorbus *in Compend. priuilegior. tit. Apoſtata, verbo Aduertendum eſt.* Syluester *verbo Religio, 4. q. 1. numero 3.* Cuchus *Inſtitut. maior. lib. 3. tit. 1. num 126.*

Probatur reſponſio, primò *ex can. Virgines* 112
ſacræ, el 1. 20. q. 4. deſumpto ex Concilio Triburienſi, quem modò recenſui, ibi: *Propter diſtrictiorem vitam.* Et *ex cap. Licèt, el 18. de Regularibus*, ibi: *Ad alium locum poſſit ipſis inuitis arctioris etiam Religionis obtentu tranſire.* Hæc in principio. Poſt medium autem, ibi: *Si verò probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, aut ex temeritate tranſire, ſuperioris eſt iudicium requirendum.* Et in fine, ibi: *Vt apud eos vitam duceret arctiorem.* Quamuis enim Innocentius III. in Decretali illa dixerit, *liberè poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere*; ſufficienter ſuam exprimit mentem, & illam intellexiſſe quoad facultatem ad illam tranſeundi, ſanctiorem, quæ arctior, diſtrictior, & durior fuerit, non quæ perfectior: ſiquidem ante iſtam clauſulam appoſuit, quam primò recenſui, & poſt illam duas alias clauſulas hic ad amuſſim exſcriptas: in qua triplici clauſula ſemper de arctiori Religione, & vita fit mentio, non de perfectiori, aut ſanctiori. Ad quid ergo tanta geminatio dictionis *arctior*, niſi ad manifeſtandam legiſlatoris mentem ad hoc fuiſſe directam, vt diſpoſitio illius Decretalis deberet intelligi de tranſitu ad arctiorem Religionem, non ad perfectiorem? Verba etiam geminata operantur, quod nihil poſſit opponi. Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom. 105. numero 18.* cum Curtio Iuniore *conſil. 278. numero 18.* & cum Cardinale Tuſcho *tom. 4. lit. G, concl.18. num.44.* Vnde dictio illa *ſanctioris*, appoſita fuit ab Innocentio ad eundem effectum, ad quem appoſuit in alia clauſula dictionem *ex charitate*, quæ ſimul cum dictione *arctiorem*, reperitur.

Deinde probatur ex extrauagante *Viam am-* 113
bitioſæ, de Regularibus, in qua omnibus Mendicantibus conceditur tranſitus ad Carthuſiam, quæ Religio cæteris perfectior non eſt, quoad finem, cuius inſtitutum non eſt vacandi ſpirituali proximorum ſaluti; ſed ſoli orationi, & ſilentio, cum arctiſſima clauſura, & perpetua à carnibus abſtinentia. Ergo iura tranſitum ad alienam concedentia Religionem, arctitudinem, non autem illius attendunt perfectionem.

Vltimò,

114 Vltimò, quia aliàs plures, & inextricabiles quæſtiones oriri poſſent inter Religioſos, quænam Religio perfectior diceretur, dum quilibet propriam excellentiâ, & nobilitate finis cæteris præferre contenderet, vti benè cum Portellio *loco citato*, docet Tamburinus *dict. quæſt.* 4. *num.* 3.

115 Reſpondeo *ſecundò* ad ſecundam quæſiti partem, illam Religionem perfectiorem eſſe, quæ ex parte finis, ad quem Religio ipſa ordinatur, & ex parte mediorum, & circumſtantiarum proportionatarum magis Chriſtianæ perfectioni, quæ in dilectione Dei, & proximi conſiſtit, accedit. Vnde Religio ordinata ad prædicandum, & docendum, quia primarius eius finis eſt altiſſimus, & eſt Epiſcoporum perfectioni propinquiſſima, perfectiſſima reputatur, licèt in exterioribus corporis obſeruantiis alia ſit eâ aſperior, & rigoroſior. Ita ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 188. *art.*6 Tamburinus *dict. q.*4. *num.* 1. *& num.* 3. in verbis, quæ de Carthuſianis dixit, & modò in argumento, ex Clementina *Viam*, confectò recenſui, ibi: *Cuius inſtitutum non eſt vacandi proximorum ſaluti*

116 Reſpondeo *tertiò* ad eandem ſecundam partem, illam Religionem ſimpliciter ſtrictiorem eſſe, quæ ſtrictiora, & duriora ſeruat inſtituta. Ita Peyrinus *tom* 2. *de ſubdito, q.*1. *cap.*24. *concluſ.* 7. cum Ioanne Andrea *in cap. ſanè, num.*8. *ad finem, de Regularibus*, Abbate *num.*5. Roſella *verb. Religio* 4. *num* 8. *ad finem.* Angelo *verb. Religioſus, num.* 3. Paſſarello *in priuilegiis Minimorum, notab.* 19. Leſſio *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 41. *dub.*13. *num.*100. *verſ. Dico arctiorem* Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.*12. *capite* 14. *q.* 1. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 52. *art.*4 Sanchez *in Decalogum, tom.* 2. *lib.*6. *cap.*9. *num.*21 & cum Reginaldo *in praxi lib.* 18. *numero* 414. Tamburinus conſonat *dicta diſputatione* 7. *quæſt.*1. *num.*19. & *q.*4. *num.*4. conſonat & Barboſa *in dictum cap. Licèt, de Regularibus, num.* 19. & Benedictus etiam Remigius *en la practica, tract.* 2. *cap.*4. §.11.

117 Aduertunt tamen dicti Authores, quod ad iudicandum, quænam Religio ſit arctior, aſperior, & durior, non eſt ſpectanda regula in primæua ſua inſtitutione, ſed in præſenti obſeruantia; nam poteſt accidere, quod Regula in primæua inſtitutione ſit lata, & deinde per adiunctas conſtitutiones, diffinitiones, ac viſitationes reddita ſit arctior, durior, & aſperior, & è contra. Ita Peyrinus, Tamburinus, & Barboſa cum Abbate, Roſella, & Sanchez *proximè citatis*, Innocentio *in dict. cap. Licèt, num. vnic.* Ioanne Andrea *num.* 2. *&* 3. Anchar. *num.* 3. *&* 4 Butrio *num.* 4. *&* 7. Lapo *allegat.*61. *ſub num.* 5 & *allegat.* 130. *ſub numero* 1. *verſic. Item notorium.* Mandoſio *in addit. littera C*, Sylueſtro *verb. Religio* 4. *q* 6. Angelo *verb. Religioſus, num.* 34. Roderiquez *loco citato, art.*5. Calder. Roman. Præpoſ. Prob. & aliis recenſitis, quos ſequitur Antonius Ricciullus *tractatu de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.* 4. *cap.*6 *num.*6. *verſic Tertiò*, cum Miranda *in Manuali Prælator. tom* 1. *q.*11. *art.*4 *concluſ.*1. *in medio.* Ita & Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.*1. *p* 1 *cap* 1. *num.*6. *in fine*, cum Azorio *dict. cap.*14. *q.*3. & 8. & Leſſio *loco cit.* & Remigio.

118 Item aduertunt Tamburinus & Barboſa cum Sanchez *num* 34. Roderiquez *art* 5 Nauarro *Comment.* 4. *de Regularibus, num.* 1. Leſſio *num.* 101, Azorio *dict. q.*3. *&* 8. & cum Ricciullo *num.* 8. quod ad faciendum iudicium de maiori, aut minori aſperitate, & de arctiori, & laxiori Religione, non veniant conſiderandæ Regulæ, & Conſtitutiones, & earum aſperitas, ſed præſens obſeruantia. Quod elatè decernit Alexander Papa III. *in cap. Sanè, el* 10. *de Regularibus*, dicens. *Sanè de Canonico, qui in Eccleſia Aromatenſi profeſſionem fecerat, & ſugerat ab eadem, in Monachum à quodam Abbate recepto, id tua fraternitati ſignificamus, quod ſi locus in quo nunc permanet, maioris Religionis, quàm Eccleſia Aromatenſis exiſtat, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia permanere permittas; alioquin eum ad priorem Eccleſiam redire compellas* Quò certè loci Summus Pontifex, vti obſeruant dicti Doctores, non ponderat qualis fuerit Regula, ſed qualis ſit, & exiſtat præſens obſeruantia. Et ratio eſt, quia tranſitus hic permittitur ad vitam ſtrictiorem ducendam; id enim deſiderium præſumitur à Spiritu Sancto procedere. Ergo attendendus eſt præſens viuendi modus in Religione, & non Regola, & Conſtitutiones, ſiue iſtæ laxiores, ſiue ſtrictiores fuerint, quàm præſens exiſtat obſeruantia.

Vnde ſi ex Regula, & Conſtitutionibus alicuius Religionis inſtitutum laxius factum fuerit, & ad præſens obſeruantia illius, & viuendi modus ſtrictior, arctior, & durior ſit; illa Religio arctior, durior, & ſtrictior dicetur, quàm ſit alia, quæ ex Regula & Conſtitutionibus olim fuerit ſtrictior, & ad præſens ſit iam laxata, & collapſa. Vnde ab ea, quæ olim fuit ſtrictior, & nunc relaxata, datur tranſitus ad eam, quæ nunc ſtrictior eſt, licèt olim laxa fuerit, & non è contra. Ita Tamburinus *q.*4. *num* 4 & Barboſa *dict. num.*19. cum Roderiquez *dict. art.* 5 Nauarro *dict. comment.* 4. *num.* 1. Leſſio *num.*101. Azorio *eiſdem qq.* 3. *&* 8. Sanchez *lib.* 6. *cap.*14. *num.* 24. & Ricciullo *in tractatu cap.* 6. *num.* 8. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *capite* 22. *num.* 14. 119

Et aduertunt denique Tamburinus *dict. num.* 4. & *q.*5. *num.*14 ex Roderiquez *q.*52. *art.*9. Sanchez *lib* 6. *cap.*7. *num.*72. & Bartholomæus à S Fauſto *in Theſauro, lib.*5. *q.*352. Remigius *verſic. Quando en la Religion*, & Barboſa *in dict. cap. Licèt, numero* 19. ex Ioanne Andrea *in dict. cap. Sanè, numero* 3. ex Abbate *num.*7. Ancharano *num.*4 Cardinali *q.* 3. ex Sanchez *num.* 25. ex Roderiquez, Ricciullo, & aliis ferè omnibus prællegatis Doctoribus, quod ad hoc vt permittatur huiuſmodi tranſitus; requiritur, vt non ſit in Prouincia aliud eiuſdem Religionis Cœnobium, in quo ſit arctior inſtituti obſeruatio, nec ſubſit probabilis ſpes, priſtinæ vitæ formulæ in ea Religione reuocandæ. 120

Ad quartum reſpondeo, ſupponendo Religiones varia habere diplomata Summorum Pontificum, tranſitum ad alias Religiones illarum alumnis interdicentia; quorum aliqua occurrunt recenſenda. 121

Eugenius IV. conceſſit Congregationi Caſſinenſi, aliàs S. Iuſtinæ, pridie Kalendas Iulij, de anno 1436. *in conſtitut. Regularem vitam*, 10. Bullarij noſtræ Congregationis, *Quod Prælati dictæ Congregationis contra Monachos eiuſdem, qui licentiam à Sede Apoſtolica habere dixerint, ad aliud quodcumque Monaſterium, ſiue locum ſe transferendi, obtentu litterarum Apoſtolicarum, niſi in ipſis litteris ſpeciales, nominata & expreſſa fuerit mentio de ipſa Congregatione, & huiuſmodi indulti etiam conceſſi reuocatione;* 122

reuocatione ; & nunc niſi infra tres menſes id impleuerint , tanquam contra apoſtatas agere , & procedere valeant , niſi tempus in litteris Apoſtolicis fuerit expreſſum , infra quod ſe debeant ad huiuſmodi Monaſteria , ſiue loca tranſtuliſſe ; quo caſu non priùs agere poſſint contra eos , quàm dicta tempora fuerint elapſa. Hactenus Eugenius , qui ad annuſſim eandem conceſſionem eidem fecit Congregationi , in alia conſtitutione eodem die , menſe, & anno, & ſub eodem initio , & plura alia continente, edita cum ampliſſima reuocatione Conciliorum Conſtantienſis , & aliorum , & conſtitutionum Innocentij IV. Martini V.& aliorum Summorum Pontificum. Adeſt in dicto Bullario 15.

123 Eidem noſtræ Valliſoletanæ, ſeu Hiſpanæ Congregationi conceſſit Benedictus XIII. ſub die 3. Kalend. Iulij 1398.ne vllus Monachus illius abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali tranſire poſſit ad aliud Monaſterium, Eccleſiam , vel locum dictæ Congregationis, & Ordinis, vel alterius. Et ſi de facto tranſierit, & in alio Monaſterio profeſſionem emiſerit, illâ non obſtante, ad proprium Cœnobium reduci imperauit. Adeſt conſtitutio in dicto Bullario 26. in qua Iudices executores illius creauit, Epiſcopos Abulenſem, & Zamorenſem,ac Abbatem S. Facundi. Incipit illa, *Paſtor bonus.*

124. Prædictus Eugenius IV. Congregationi eidem Hiſpanæ conceſſit 3. Kalend. Decembris, de anno 1446. *in conſtit 51. dicti Bullarij*, incipit ſimiliter, *Paſtor bonus*, ne aliquis Monachus, vel Conuerſus ad alia quæuis Monaſteria, ſeu loca tranſire poſſit, quarumcunque etiam litterarum Apoſtolicarum vigore, niſi in ipſis ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio dictæ Conſtitutionis fiat, præterquam ad Carthuſiam. Qua ſtante conſtitutione , dubium mihi occurrit, an validè potuerit noſtra Congregatio diffinitionem condere tenoris ſequentis. *Iten , para atajar los inconuenientes , que ſe han conocido en la Religion , en las prohijaciones de los Religioſos , ſe difinio , y mando , que de aqui adelante ninguno ſe prohije en otra caſa , ſin que primero tenga licencia del Reuerendiſſimo General , y beneplacito de los Padres Abbades , y Conuentos de donde es hijo , y de donde ſe quiere prohijar , hauiendo lo votado primero en ellos por hauas blancas , y negras , y teniendo la mayor parte de ellas.* Ita anno 1637. & 1641. cuius reſolutionem alibi, Deo dante,reddam. Dictæ Eugenianæ meminit Dubal *en la expoſicion de la Regla*, *p.*2. *q.*19. *num* 6. poſt Fulgentium de Ouiedo *tract.* 12. *cap. vnico*, *num* 3. Baſſæum *verbo Religio*, 5. *num.*1. & alios.

125 Martinus Papa V. in conſtitutione *Experientia ipſa* , 27. Bullarij Ciſtercienſis , & prima illius partis, confirmata, vti ibi apparet , à Concilio Generali Baſileenſi 11. Kalend. Aprilis 1437. atque adeò antequam authoritate Apoſtolica diſſolueretur, anno 1417. & ſui Pontificatus primo, Congregationi Ciſtercienſi conceſſit , ne aliquis illius profeſſor , prætextu quarumvis litterarum Apoſtolicarum, aut aliàs quouis quæſito colore, ad aliquem Ordinem, Carthuſienſium tantùm Ordine excepto, tranſiret ſine licentia Capituli Generalis, vel Abbatis Ciſtercij,niſi ex legitima cauſa,probata coram eodem Abbate, vel coram Procuratore Generali dictæ Congregationis,in Romana Curia pro tempore exiſtente. Huius meminit conſtitutionis Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *diſputat.* 7. *quæſ.* 2. *numero* 3. cum Barboſa *de iure Eccleſiaſtico* , *lib.* 1. *cap.*41. *dub.*56.

Eodem frui priuilegio Monachos S. Hieronymi in Hiſpania , teſtatur Tamburinus *num.* 4. ex eiuſdem Religionis compendio, *verbo Tranſitus.* 126

Clemens VIII. anno 1602. ſub die 11. Februarij, prohibuit tranſitum à Diſcalceatis S. Auguſtini, ad Calceatos eiuſdem Ordinis , & ad quemcumque alium Ordinem laxiorem, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, provt Tamburinus *num.* 5. teſtatur conſtare ex illius conſtitutione, quæ incipit *Apoſtolica.* 127

Vrbanus VIII. 19. Ianuarij 1628. in conſtitutione *Iniuncti*, 77. apud Angelum Cherubinum, *in Bullario Magno* , *tom.*4. *pag. mihi* 136. prohibuit tranſitum ab Ordine Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad Fratres Calceatos eiuſdem Ordinis, abſque Romani Pontificis expreſſa licentia. Meminit etiam illius Tamburinus *num.*6. 128

Mendicantes ad Ordines Monachales, excepto Carthuſiano , tranſire non poſſunt, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ , ſine expreſſa Summi Pontificis licentia : quam pœnam incurrunt , tam tranſeuntes, quàm recipientes. Habetur expreſsè *in extrauagante* , *Viam ambitioſæ* , 1. *inter communes* , *tit. de Regularibus*, à Martino IV. edita, anno 1281. & primo ſui Pontificatus, Sebennis, 4. Kalendas Auguſti. Illius meminit Tamburinus *num.*7. vbi refert Barboſam *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.*41. *num.*53. teſtantem, ſacram Congregationem reſcripſiſſe Generali Carthuſianorum, declarando, Mendicantes non poſſe ad alium Ordinem tranſire præter Carthuſianos, inter quos Mendicantes huiuſmodi, iuxta Clementis VIII. conſtitutionem , voce actiua, & paſſiua careant, atque ad quæuis officia, aut miniſteria, aut gradus Religionis perpetuò inhabiles exiſtant. Meminit & Dubal *p.*2. *q.*19. *num.*19. vbi ait, tranſitum, & profeſſionem in alia emiſſam , quàm in Carthuſiana Religione, eſſe non ſolùm illicitam, ſed etiam irritam, & nullam, ex decreto irritante, in præfata appoſito extrauagante : *num.* tamen 39. dicit, quod ſi non obſtent Religionum priuilegia, poſſunt Mendicantes ad ſtrictiorem Religionem tranſire, ordine iuris ſeruato. 129

Pius IV. & Pius V. dictam extrauagantem ad Societatem IESV extenderunt cum ſua cenſura, tam reſpectu tranſeuntium, quàm recipientium, reſpectu quorumvis Ordinum, Carthuſiano ablato. Ita Tamburinus , qui *num.* 9. alia refert ex compendio Societatis, & ex Sanchez *in Decalogum tom.*2. *lib.*6. *cap.*7. *num.*28. circa tranſitum Patrum poſt profeſſionem. Dubal *dicto num.* 19. addit PP. Societatis IESV tranſeuntes ad aliam Religionem præter Carthuſianam, poſt emiſſionem trium votorum eſſentialium, ſine Generalis ſui licentia,aut Sedis Apoſtolicæ venia,nulliter tranſire, & profiteri,& incidere ipſo facto in excommunicationem, tam tranſeuntes,quàm illos admittentes, in vim priuilegij Pauli III. eidem conceſſi Societati, quo cæteras gaudere Religiones aſſerit cum Pellizzario *tom.* 1. *tract.*3. *cap.*5. *n.*100. Præfatus Dubal *n.*25. ait, *verſic.Tampoco*, Gregorium XIII. dictis PP. Societatis conceſſiſſe, poſſe tranſire ad quamlibet Religionem minùs ſtrictam,de Generalis licentia : intellige tamen , dummodo iuſta exiſtat cauſa, quâ interueniente ait, poſſe Mendicantes etiam ad non Mendicantes tranſire laxiores , de ſuorum licentia Prælatorum, non obſtante dicta extrauagante *Viam ambitioſæ* : *porque ſe entiende* (inquit) *ſi el tranſito ſe haze ſin cauſa.* 130

Tamburi

131 Tamburinus *n.8.* ex Barboſa *vbi proximè, n.54.* refert declarationem S.Congregationis, ad inſtantiam Patrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum editam ſub his verbis. *Ne Ordines huiuſmodi Religioſi ad alium quemcumque, etiam Mendicantium Ordinem ſe transferant, niſi petitâ à Superioribus licentiâ, cognitaque, & approbata priùs ab eadem Sacra Congregatione tranſitus causâ, ac inuentis in Religione, ad quam tranſire intendunt, beneuolis receptoribus, necnon ſeruata, vbi opus fuerit, felicis recordationis Sixti Papæ V. Conſtitutione, prohibendum cenſuit, 15. Martij 1616.*

132 Minores Obſeruantes ad Minimos, & è conuerſo tranſire non poſſunt, niſi de Summi Pontificis licentia. Vtrumque ſtatuit Iulius Papa II. primum die 9. Iulij 1510. *in conſtitut. Exponi, 16. apud Peyrinum, de Priuilegiis tom. 1.* ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ; ſecundum verò 27. Martij 1508. *in conſtitut. Sacer Ordo, 5.* apud eundem Peyrinum, qui *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. cap. 24. in fine,* recenſet *ex dicta conſtit. 16.* & ex Caſarubio *de priuilegiis, verbo Recipere, num. 10.* prohibitionem tranſitus Minorum ad Minimos.

133 Tamburinus *numer.* 10. refert prohibitionem vtriuſque iſtius tranſitus, in vim conſtitutionis Pij V. confirmatæ per Gregorium XIII. vti dicit Capucinus *in addit. ad compendium priuilegiorum, tit. Recipere, §. item in anno.* Et deinde Sacra Congregatio (addit Tamburinus) authoritate Gregorij XIV. ſtatuit, vt tranſeuntes, & illos recipientes incurrant pœnam priuationis officiorum ipſo facto, & vocis actiuæ, & paſſiuæ in perpetuum, 27. Maij 1595. Refert Bechium *diſp.15. dub.3. n.6.*

134 Capucinis, & Minimis prohibuit Pius V. in conſtitutione *Sedis Apoſtolicæ,* 45. apud Angelum Cherubinum, *tom. 2. pag. mihi* 240. ne de vna ad alteram tranſeant Religionem, & è conuerſo. Et ne ad Capucinos tranſeant Minores de Obſeruantia, ſtatuit Sixtus V. *in conſtit. Pro ea, 20. eod. tomo Bullarij Cherubini. pag. 518.* Vrbanus VIII. *in conſtit. Iniuncti, 91.* Bullarij eiuſdem Angeli, *pag. 151. tom 4.* ſub die 9. Auguſti 1628. prohibuit, ne Capucini ad laxiorem Ordinem tranſeant abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, nec ad Carthuſienſem ſine Miniſtri Generalis licentia, ſicut nec ad quemcumque alium Ordinem, vel Congregationem. Apponit pœnas notæ apoſtaſiæ, & infamiæ, excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto, abſque vlla declaratione incurrendas. Huius vltimæ conſtitutionis meminit Tamburinus *num* 11. ſicut & præfatæ Sixti V. Et addit ex Sorbo *in compendio. verbo Recipere, verſic. Pariter ſic aduertendum,* Paulum III. prohibuiſſe Capucinis, ſub pœna excommunicationis, & inhabilitatis ad quæcumque officia, & actus legitimos, ne recipiant Minores de Obſeruantia: & Iulium III. huiuſmodi inhibitionem renouando, declarauiſſe, talem receptionem, & profeſſionem eſſe nullas.

135 An autem Minores ad Carthuſianos tranſire poſſint, dubitari poteſt. Pro parte negatiua allegari poteſt eorum Regula, in qua Beatus Franciſcus *cap. 1.* prohibet, ne Fratres exeant ab illo Ordine, iuxta mandatum Summi Pontificis. *Secundò* allegari poteſt Beatus Bonauentura *in quæſtionibus ſupra eandem Regulam, q. 13.* vbi vniuerſaliter dicit, non poſſe in foro conſcientiæ tranſiri de Ordine Minorum ad aliam Religionem abſque licentia Sedis Apoſtolicæ.

Pars nihilominus affirmatiua vera eſt, quam 136
tenet Tamburinus *num. 12.* poſt Emmanuelem Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 52. art. 1.* Portellium *in dubiis Regular. verbo Religionis tranſitus, num. 2.* & Azorium *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 14. q. 2. & 14.* Et ratio eſt, quia Martinus IV. (hic enim, & non Martinus V. vt vult Tamburinus, conditor fuit Extrauagantis. *Viam ambitioſæ,* vti ex illius titulo in Extrauagantium volumine apparet,) omnibus Mendicantibus tranſitum ad Carthuſianos permiſit. Vnde cùm dictus Martinus IV. poſt D. Bonauenturæ mortem Cathedram aſcenderit Petri, ſedit enim anno Domini 1281. & D. Bonauentura feliciter diem clauſit extremum in Lugdunenſi Concilio Generali, ſub Gregorio X. celebrato ann. 1275. atque adeò ante annos ſex; mirum non eſt, quod Sanctus ille Doctor in contraria fuerit ſententia, tunc quidem vera in vim ſui Patriarchæ Regulæ.

Poterunt igitur Minores in foro conſcientiæ, vt 137
in externo, ad Ordinem Carthuſienſem tranſire, vtpote ſtrictiorem, duriorem, & aſperiorem in ſententia Tamburini *eadem diſp. 7. quæſt 4. num. 12.* allegantis Nauarrum *conſil. 11. de Regularibus, verſ. . . . ſi de Regula . . .*, & Azorium *dicta q. 14.* Emmanuelem Roderiquez ac Portellium *locis vbi proximè* Ducuntur, quia ille Ordo auſterior eſt, & arctior, qui in externis corporis obſeruantiis aſperior, & rigoroſior eſt: & huiuſmodi eſt Carthuſianus in oratione, ſilentio, ſilicio, arctiſſima clauſura, & abſtinentia à carnibus perpetua, in ſumma etiam infirmitate, adeò vt eas illi non liceat comedere, quamuis in huiuſmodi comeſtione vita conſiſtat illius. Antonius autem Ricciullus *tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 8. cap. 7.* penes Tamburinum *quæſt. 1. num. 13.* & Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 24. poſt concl. 7.* & latè §. 1. contendunt Religionem Minimorum arctiſſimam omnium Religionum eſſe, propter perpetuam quadrageſimalem vitam, & quia ita declarauerunt Iulius II. & Leo X. Iulius quidem 27. Martij 1508. *in conſt. Sacer Ordo, 5.* apud eundem Peyrinum *de priuilegiis tom. 1.* in qua ſic §. 4. ait: *Et cùm vita Ordinis Minimorum huiuſmodi ſit cæteris aliorum Religioſorum arctior, & ſtrictior, &c.* Leo autem 18. Auguſti 1516. *in conſt. Quamuis alias, 6.* apud eundem, *& eodem tom. 1.* in qua ſic §. 1. *Proinde conſiderans, quod vita, & obſeruantia Ordinis Minimorum huiuſmodi, cùm ſit continuè quadrageſimalis, tam in Conuentibus, & Domibus Ordinis huiuſmodi, quàm extra, cæterùm quatuor Mendicantium Ordinum, & aliorum Religioſorum ſit arctior, & ſtrictior, &c.* Sed de hac controuerſia ſit pro nunc ſatis.

Patres deinde Carmelitæ Diſcalceati, in 138
vim priuilegij ipſis conceſſi die 3. Aprilis de anno 16 0. per Paulum V. cuius meminit Ioannes Baptiſta Lezana *tom. 1. ſumma qq. Regularium, pa . . cap. 21. num. 4. el 6.* ad nullam aliam Religionem tranſire præter ad Carthuſiam poſſunt, & ad illam non ſine petita. & obtenta à Superioribus licentia. Hanc Conſtitutionem in Cherubino non inueni; inueni tamen aliam Gregorij XIII. incipit, *Pia conſideratione, 64.* edita 22. Iunij 1580. in cuius §. 10. ſtatuit, ne ad ſuos Calceatos, aut ad alium Ordinem, præterquam ad Carthuſiam tranſire poſſint ſine apoſtaſiæ nota, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ.

139 Auguſtiniani Diſcalceati ad Calceatos eiuſdem Ordinis, aut aliam quidem Religionem tranſire, præterquam ad Carthuſiam non poſſunt. Ita ſtatuit Clemens VIII. 25. Septembris 1604. *in conſtit. Paſtoralis officij*, III Bullarij Magni Angeli Cherubini, *tom. 3. pag. mihi* 155.

140 Clerici Regulares Congregationis miniſtrantium infirmis, ex conſtitutione Pauli V. *Romanum decet Pontificem*, apud dictum tomum 3. Bullarij, *pag.* 201. edita die 16. Maij 1606. cuius meminit Lezana *num.* 6. *citato*, abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, vel Sanctæ Congregationis Cardinalium, negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum, ad nullam aliam Religionem tranſire, neque ad Carthuſiam quidem poſſunt. Et aduertit Dubal *p. 2. q. 19. n.* 10. quod iſta & ſimilia priuilegia veniunt ſub generali communicatione priuilegiorum, ac per conſequens Religiones, quæ dictam habent communicationem cum ſuprà recentitis, quibus prædicta ſunt priuilegia conceſſa, poſſe, ſi velint, illis vti.

141 Quibus omnibus conſtitutionibus Apoſtolicis ſuppoſitis, dubitaui *quartò*, an hodie omnes illæ ſubſiſtant, quoad prohibitionem tranſitus ab vna ad alteram Religionem? Rationem præbuit dubitandi conſtitutio Pij. V. incipit, *Quacumque ſacrarum Religionum*, 89. apud Cherubinum, *tom. 2. Bullarij, pag. mihi* 288. & apud Stephan. Quarantam *in Summa Bullarij, verbo Monaſteria, & Conuentus Regularium Virorum, pag. mihi* 434. cuius meminit Tamburinus *tom. 3. de iure Abbatum, diſp. 7. quæſt. 1. n.* 14. & Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap* 22. *num.* 2. & Benedictus Remigius, *en la Practica, tract. 2. cap. 4. §. 11. verſic. de aqui.*

142 Pius igitur V. in conſtitutione citata, idibus Octobris de anno 1569. edita, prohibuit recipi, & retineri in Religionibus Religioſos alterius Ordinis, & præcipit remitti illos ad proprios Ordines, à quibus exierant, etiamſi laxiores illi ſint. Et reuocat *omnia & quacumque priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta, præter iuris communis diſpoſitionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios, etiam laxiorum Ordinum Profeſſores.* Emanata dixit. Vnde quæ poſt illam conſtitutionem emanauerunt, in nullo euentu fuerunt per illam reuocata. Vnde Piana conſtitutione non obſtante, illis bene poterunt hodie omnes Regulares vti, quibus immediatè, & mediatè conceſſa reperiuntur. Et licèt quoad iſta hoc ſufficeret pro dubij propoſiti reſponſione

143 Abſolutè reſpondeo, priuilegia Religionibus conceſſa pro tranſitu vnius ad alteram, hodie ſubſiſtere, & non eſſe illa ſublata per Pium V. Ita Tamburinus, & Lezana *locis modò citatis*, cum Nauarro *lib. 3. conſilior. tit. de Regularibus, conſ.* 88. *n.* 1. Suarez *de Religione tom. 4. lib. 3. cap.* 12. Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q.* 52. *art.* 8. Miranda *in Manuali Prælator. tom. 1. q. 31. art. 7. concl.* 1. & cum Barthol. de Vecchis *in Praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp. 15. dub. 1, num.* 8.

144 Et ratio eſt, quia Summus ille Pontifex non iubet Religioſos debitè tranſlatos, vi iuris communis redire debere ad primas ſuas Religiones; ſed tantùm tranſlatos virtute facultatum, & priuilegiorum particularium à Sede Apoſtolica conceſſorum ſpeciatim aliquibus Religionibus contra ius commune, vt poſſent recipere apoſtatas, vel aliquos aliarum Religionum. Et quod iſta fuerit in illa conſtitutione Pij V. mens, & eius intentio, patet ex proœmio, & initio eiuſdem conſtitutionis. Ex nullo enim alio, quàm ex initio, & ex proœmio legis ita efficaciter colligi poteſt legiſlatoris intentio, cùm ſæpe ibi apponatur finis, & cauſa ob quam lex fertur, vti dixi *in diſquiſitione Paſtorali de iure Prioris annexi, num.* 16. edita poſt quæſtiones Paſtorales de iure Parochi Eccleſiarum vnitarum, cum Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 2. part. 4. verbo Leges Regularium, num.* 37. Caſtro Palao *part. 1. tract. 3. diſput. 5. punct. 3. § 3. num.* 10. & Emmanuele Sà *verbo Lex, num.* 1. & cum aliis pluribus. Ait itaque in proœmio Pius præfatus: *Multi tamen Superiores, & Prælati obtentu priuilegiorum quamplurimos apoſtatas, & alios diuerſorum Ordinum ad ſe ob iurgia, contentiones, leuitatem, & malefacta vtmaximè fugientes, eo etiam conſilio receptare non deſinunt, vt illorum opera in viſitandis infirmis, gerendiſque eorum locorum rebus, & negotiis vtantur: ex qua re plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantùm eorum Ordinum, vnde animaduerſionis metu fortè exierant, ſed & ipſorum Ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur.* Hæc omnia in proœmio, ex quibus ſatis bene percipitur, mentem, & intentionem ſequentis diſpoſitionis fuiſſe prouidere de remedio opportuno circa non receptionem apoſtatarum, fugitiuorum, & ſuas Religiones deſerentium, ob iurgia, contentiones, leuitatem, & malefacta, & ad fugiendas animaduerſiones ſuis exceſſibus debitas, non autem illorum, qui zelo melioris vitæ beneficio iuris vtuntur, ad arctiorem tranſeundo Religionem, quorum certè deſiderium præſumitur à Spiritu ſancto procedere, vti Tamburin. *q. 4. n.* 4.

Immò, & ab ipſa diſpoſitione idem Manifeſtè conuincitur. Sic enim §. 1. habetur: *Quocirca cùm eiuſmodi priuilegia veniant abroganda, quandocumque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiam ſcandala generare. Nos his, aliiſque rationabiliter cauſis adducti, & vt quibuſlibet huiuſmodi effugia præcludamus, de nobis attributa poteſtatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quacumque priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta præter iuris communis diſpoſitionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam laxiorum Ordinum profeſſores, quibuſcumque Ordinibus . . . conceſſa, &c.* Expende clauſulam, *effugia præcludamus*; quæ vtique locum habere non poteſt in caſu noſtro tranſitus ad ſtrictiorem Religionem, ob zelum melioris vitæ, & ſpiritualis profectus. Expende & illam, *præter iuris communis diſpoſitionem emanata*: quæ nec verificari poteſt in priuilegiis ſuprà à nobis recenſitis, tranſitum huiuſmodi concedentibus, cùm ſint conceſſa iuxta iuris communis diſpoſitionem, *in can. Virgines ſacræ*, 20. *quæſt.* 4. & *in cap. licèt*, *el* 18. *de Regularibus.* Ergo dicendum omnino eſt, prædictam Pij V. conſtitutionem non obſtare hodiernæ prædictorum priuilegiorum ſubſiſtentiæ.

SVP

Svbsectio III.

BREVIARIVM.

Conſenſus.

Vbi in iure requiritur conſenſus, ſi ille non adhibetur, actus eſt nullus. num. 146.

Epiſcupi.

Quando poſſunt praeſſe, & prodeſſe, licentiam Religionem ingrediendi à Papa obtinere non debent. numero 151.

Odioſa.

Pœnalia, & odioſa non irrogantur, niſi expreſſè cauentur in iure. num. 151.

Officium diuinum.

Religioſus Clericus ad conuerſum tranſlatus, non tenetur illud recitare. num. 156.

Ordo.

Conſtitutus in ſacris, ad inferiorem deiici non poteſt ordinem. num. 155.

Papa.

Latiſſimam habet ſuper omnibus, quæ ſunt de iure poſitiuo, poteſtatem. n. 148.

Eſt omnium Religionum Generalis generaliſſimus. num. 148.

Pœnæ.

Prælati Regulares punire poſſunt ſubditos pœnis carceris perpetui, triremium, &c. n. 154.

Religio, Religioſi.

Ad tranſeundum ad Religionem æqualem, exiſtente iuſta cauſa, Papa licentiam concedere poteſt, non ſine illa; licitè tamen eâ licentiam vtetur. n. 145. & 148.

Sine cauſa non poſſunt Prælati dare licentiam ſubditis ad æqualem tranſeundi Religionem. n. 145.

Poſſunt tamen cum cauſa n. 146.

Sed de Conuentus conſenſu, non ſine illo. num. 78, 79. & 146.

Vt in noſtra Congregatione poſſit de vno ad aliud Cœnobium tranſitus fieri, vulgò prohijarſe, *præter Reuerendiſſimi Generalis authoritatem deſideratur conſenſus Abbatum, & Conuentuum vtriuſque Cœnobij.* n. 147. & 149.

Abbates exempti, & non Papæ immediatè ſubditi, de licentia ſui Superioris poſſunt ad aliam tranſire Religionem. n. 150.

Poſſunt etiam Generales tranſire petitâ licentiâ, & non negatâ, ad Religionem ſtrictiorem. numero 150.

Poteſt tota domus de vna Religione ad aliam tranſire. n. 152.

De facto tranſiuit Cœnobium Leyerenſe. n. 152.

Aſſignantur cauſæ ob quas licitus eſt tranſitus à ſtrictiori ad laxiorem Religionem. n. 157. & ſeqq.

Religioſus Clericus ex cauſa poteſt à Prælato ad conuerſum transferri, dummodo in ſacris non ſit. n. 153. & 155.

Omnes Religiones ſunt de iure humano poſitiuo. numero 148.

Prælati ſine Conuentus conſilio, & aſſenſu maioris partis admittere non poſſunt ad habitum, & profeſſionem. n. 146.

In profeſſione quidam contractus celebratur inter profitentem, & Monaſterium, in quo hoc ſe obligat ad illum alendum. num. 146.

Profeſſio facta ſine conſenſu Prælati & maioris partis Capituli, non ſolùm venit annullanda, ſed eſt ipſo iure nulla. n. 146.

QVartò principaliter quæritur, *an Prælati Regulares per ſe ſolos, aut ſimul cum ſuis Conuentibus poſſint ſuis ſubditis licentiam tranſeundi ad æqualem Religionem concedere?* Pro reſponſione huius quæſtionis vtendum eſt diſtinctione: aut adeſt cauſa ad huiuſmoodi tranſitum, aut non adeſt. Si illa deſit, certum eſt non poſſe Prælatos ſolos, nec ſimul cum Conuentibus licentiam tranſeundi ad æqualem Religionem concedere. Et ratio eſt, quia nulla cauſa legitima exiſtente, vt tranſitus fiat de vna ad aliam Religionem æqualem, ſolus Papa concedere poteſt licentiam. Ita docet Tamburinus *tom. 3. de iure Abbatum, diſp. 7. quæſ. 5. num. 1.* cum Cardinale *in cap. de renunciatione, num. 2. q. 3.* Abbate *in cap. Non eſt, de Regularibus*, Sylueſtro *verbo Religio, 4. q. 2.* Tabiena *eod. verbo, q. 22. num. 24.* Angelo *verbo Religioſus, num. 34.* Roſella *verbo Abbas, num. 3.* Cuccho *lib. 3. Inſtit. maior. tit. 1. num. 132.* Azorio *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 14. q. 9.* & D. Antonino *in ſumma, part. 3. tit. 16. cap. 4.* Docent etiam Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 24. concluſ. 3.* cum Sanchez *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num 64.* Miranda *in Manuali, tom. 1. quæſt. 31. art. 5. concl. 2. in fine*; cum quo Sylueſtro, & Angelo ait, huiuſmodi Papæ licentiam, ſine cauſa conceſſam, excuſare etiam quoad Deum. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regularium, tom. 1. part 1. cap. 22. num. 8.* Qui tamen cum Suarez *tom 4 de Religione, lib. 3. cap 11. num. 8.* addit, Papam illicitè ſine cauſa has licentias concedere. Tum quia hoc eſſet contra ius Religionis, à qua tranſitus fit. Tum quia huiuſmodi mutationes ſunt ex ſuo genere odioſæ, & parum vtiles. 145

Si tamen cauſa adſit legitima, poterunt Prælati Regulares dictam concedere ſubditis ſuis licentiam. Ita Tamburinus *ſub eodem num. 1. & 2. verſic. ſi verò.* Lezana *n. 9.* cum Suarez *vbi proximè, num. 2.* Peyrinus *loco citato, concl. 4.* cum Abbate *in dicto cap. non eſt, num. 6.* Roderiq. *tom. 3. qq. Regular. q. 52. art. 9.* Sanchez *dicto cap. 7. num. 65.* & aliis ſuprà citatis, Remigius *in Practica, tract. 2. cap. 4. § 11. in fine.* Allegat Tamburinus gloſſam *in dict. cap. Non eſt, verbo Permittatur, & in cap. cùm ſingula, §. Prohibemus, verbo Canonicè, de Præbendis, n. 6.* Lapum *allegat. 130. num. 2.* Bellameram *in cap. ex parte, ad finem, de Temporibus ordinandorum* Roſellam *dicto num. 3.* Mirandam *vbi proximè*, Bartholomæum de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp. 15 dub. 4.* & Barthol. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib. 5. q. 346.* qui duo vltimi, & Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 42. dubit. 13. num. 103.* dicunt, & bene quidem, *vt ſuprà num. 78. & 79.* diximus, requiri conſenſum Conuentus, quia hoc negotium eſt vnum de maioribus negotiis Monaſterij, in quo de quadam alienatione Monaſterij agitur, & huiuſmodi negotia ſine conſenſu Conuentus fieri non poſſunt. Idem firmat Barboſa de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, *lib 1. cap. 42 n. 146.* dicens: Non ſolius Abbatis eſt ad Religionis profeſſionem admittere, ſed exigitur quoque conſenſus maioris partis Conuentus. Allegat gloſſam *verbo non faciat, in cap. Porrectum.* Cuchum *lib. 2. Inſtit. Maior. tit. 1. n. 56. verbo Religio, n 65.* Lap. *alleg. 31. n. 3.* Nauarr. *de conſtit. conſ. 9. à n. 9. in nouis, & comm. 3 de Regul. n. 5.* Spinum *in ſpecul. teſt. gl. 12. princ. n. 2 & 3.* Azor. *ſ... lib. 12. c. 29 q vlt.* Menoch. *de præſ. lib 6. præſump. 83. à n. 9.* 146

Roderiq. *tom.* 3. *qq. Regul. q.*17. *art.*7. Leſſium *de iuſt. lib.*2. *cap.*41. *dub.*7. *num.*61. & Sanchez *in Decalog. lib.*5. *cap.*4. *num* 65.

Sed vt hæc veritas magis dilucidetur, libet reddere quæ tradit Barthol. à S. Fauſto *in Theſauro, qq.*239. 240 *&* 346. In prima igitur iſtarum quæſtione, *num* 2. ait ſic: Et quidem certum eſt, Prælatum, vt aliquem ad habitum, & profeſſionem admittat, teneri audire conſilium ſui Capituli, vt habetur *cap. Nouit*, 4. *de his quæ fiunt à Prælato.* Et ſtatim quæſtionem 240. provt ſequitur excitat, & reſoluit, videlicet.

Sed quod in dubium vertitur eſt, an teneatur illud ſequi? Roderiquez *p.*2. *ſum. cap* 8. *num.*13. negat. At omnino dicendum eſt, in Nouitiis recipiendis, non ſolùm ad profeſſionem, verùm etiam ad habitum, Prælatum teneri non ſolùm exquirere conſilium, verùm etiam & expectare illud, quin verò & ſequi conſenſum maioris partis Capituli; nam creatio Monachorum ſpectat de iure ad Prælatum, & ad Conuentum ſimul, *cap. Ea noſcitur*, 6. *de his quæ fiunt à Prælatis.* Et ratio eſt, quia in creatione Monachorum inuenitur quidam contractus, & reciproca quædam obligatio, quâ profitens Monaſterio obligatur, & Monaſterium viciſſim ipſi profitenti eundem alendi, & ſuſtentandi, & cum ipſo vnum corpus, & vnum collegium conſtituendi. Ita Nauarrus *lib.*3. *conſilior. tit. de Regularibus, conſ.*62. *num.*2. & *ſuper cap. ſtatuimus, de Regularib. num.* 74. vbi addit, nullum Prælatum, quantumvis generalem, per ſe ſolum, & inuitis Fratribus, poſſe quempiam ad habitum, & multò minùs ad profeſſionem recipere. Leſſius *lib.*2. *de iuſt. cap.*41. *dubit.*7. Emman. Sà *verbo Religio, num.*65. & omnes alij à Barboſa citati *dicto num.*146.

Hinc nec totum Capitulum, repugnante Prælato, nec Prælatus repugnante maiori parte Capituli, poteſt aliquem ad profeſſionem admittere, vt rectè docet Nauar. *lib.*1. *conſil. in* 2. *edit. tit. de conſtit. conſ.*9. 5. *num.*13. & Barboſa *vbi proximè*, cum Sanchez *dicto cap.*4. *num.*69. Nec ſufficit conſenſus Prælati, & dimidiæ partis Capituli, ſed debet maior pars Capituli vltra Prælatum conſentire, vt docet idem Nauar. *lib.*3. *conſilior. tit. de Regularib. in* 1. *edit. conſ.*62. *num.*1. & *in* 2. *conſil.* 37. *num* 3. & Sanchez *lib.*5. *cap.*4. *num.* 69. cui ſubſcribit Barboſa, & cum eo *num.*67. docet, quod Monaſterium dum vacat, neminem poteſt ad profeſſionem admittere.

Ex quo planè ſequitur, admiſſionem, & profeſſionem eſſe irritas iure communi, ſi abſque conſenſu maioris partis Capituli fiat. Quia vbi in iure requiritur conſenſus, niſi adhibeatur, actus eſt nullus, *cap. Nouit.* 4. *de his quæ fiunt à Prælato.*

Quare non approbo quod ait Roderiq. *tom.*3. *qq. Regular. q.*17. *art.*7. nempe profeſſionem à ſolo Prælato receptam ſine conſenſu Capituli, non eſſe ipſo iure irritam, ſed talem declarandam. Sed dicendum eſt, eam eſſe omnino irritam, vt probatum eſt, & tenet Barboſa *dicto n.*146 cum Sanchez *n.*66.

Hæc omnia Barth. à S. Fauſto, *in dicta q* in quæſtione autem 346. ita procedit. An (ſcilicet) vnà cum Prælato requiratur quoque conſenſus Capituli ad hunc tranſitum in æquè ſtrictum Monaſterium? Reſpondeo requiri. Ratio eſt, quia res hæc eſt vna de maioribus negotiis Monaſterij, & in qua de Religioſi alienatione agitur. At maiora Religionis negotia non poſſunt ſine conſenſu Capituli fieri: ergo. Et ita tenet Leſſius *cap.* 41. *dubit.*13. *num.*103.

Et quidem in noſtra Congregatione Hiſpana, 147
vt tranſire poſſit Religioſus à Cœnobio, in quo profeſſionem emiſerat, ad aliud eiuſdem Congregationis, vulgò, *para poderſe prohijar*, omninò requiritur Reuerendiſſimi Generalis licentia, & conſenſus Abbatum, & Conuentuum vtriuſque Cœnobij: ita habetur in diffinitione edita in Capitulo Generali celebrato Valliſoleti anno 1637. confirmata in Capitulo Generali ibidem celebrato anno 1645. *in* §. 2. *n.* 19. *fol. mihi* 13. huiuſmodi ſub tenore: *Item para atajar los inconuenientes, que ſe han conocido en la Religion, en la prohijacion de los Religioſos, ſe difinio, y mando, que de aqui adelante ninguno ſe prohije en otra caſa, ſinque primero tenga licentia del Reuerendiſſimo General, y beneplacito de los Padres Abbades, y Conuentos de donde es hijo, y de donde ſe quiere prohijar, hauiendolo votado primero en ellos, por hauas blancas, y negras, teniendo la maior parte de ellas.*

Quod poſſit Papa licentiam concedere, patet 148
primò, quia omnes Religiones ſunt de iure poſitiuo, *cap. Ne nimia*, el 9. *& finali*, *de Religioſis domibus*, ex Concilio Generali ſub Innocentio III. deſumpto, vbi Abbas *num.* 1. & Auguſt. Barboſa *num.*2 pluribus citatis, Tamburinus *diſp.*7. *q.*5. *num.* 5. Sed Summus Pontifex latiſſimam poteſtatem habet ſuper omnibus, quæ ſunt de iure poſitiuo. Tamburinus cum Doctoribus *in cap.* 1. *de Conſtitutionibus.* Plura ad rem opportuna dixi *in Diſquiſitionib. Moral. & Canon. tom.* 1. quæ in illius poteris reperire repertorio, *Verbo Papa*, per primos 18. veſiculos. Ergo poterit concedere licentiam ad huiuſmodi tranſitum. Secundò quia Papa Generalis Generaliſſimus eſt omnium Religionum. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.*6. & *num.* 26. & *cap.*22. *n.* 6. Ego ipſe *in dictis diſquiſit. tom.* 2. *diſq.*6. *dub.*15. *n.*5. Sed Generales Religionum poſſunt dictam licentiam concedere: ergo poteſt & Papa.

Quod autem illam concedere valeat Prælatus 149
immediatus cum cauſa, & de Conuentus ſui conſenſu, etiam patet, quia poteſtatem habet diſponendi de rebus Cœnobij, causâ rationabili ſubſiſtentæ, ſine voti emiſſi læſione, & niſi illi ſit ab Eccleſia, vel à Religione ipſa prohibitum. Sed in caſu tranſitus ad Religionem æqualem, ſiue ad æquè ſtrictam, non læditur votum, nec priori profeſſioni aliquid detrahit, quia in æqualem commutatur, neque ab Eccleſia eſt prohibitus ille, cùm iura ſolùm tranſitum ſine cauſa fieri prohibeant. Ergo huiuſmodi licentiam poterit Abbas, & quilibet alius Prælatus localis cum ſuo Conuentu ſuis concedere ſubditis, dummodo à propria Religione ei interdictum, & prohibitum non ſit.

Quintò quæritur, *An Prælati Regulares, qui etſi* 150
exempti ſint, non tamen ſubſunt immediatè Summo Pontifici, poſſint tranſire ad aliam Religionem, petitâ ab alio ſuo Superiore licentiâ, ſeruatis ſeruandis, iuxta dicta de tranſitu ſubditorum? Reſpondeo poſſe. Ita docet Tamburinus *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.*7. *quæſt.*1. *num.*23 Barboſa *in cap. Licèt, num.*5. el 18. *de Regularibus*, cum Abbate ibi, *num.*13. Ancharrano *n.*8. *notab.*11. Henric. *n.*4. Azorio *part. lib.*12. *cap.*14. *q.*7. Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.*5. *q.*318. & Sanchez *tom.*2. *in Decalogum, lib.* 6. *cap.*7. *num* 8. & cum aliis penes ipſum, qui etiam reſoluit, & approbant Tamburinus, & Barboſa cum Azorio, & Syluestro *verbo Religio* 4. *q.* 3. Ricciullo *tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 25. *verſic. ſi verò ſubſit*, Generales Religionum poſſe tranſire ad
aliam

allam ſtrictiorem Religionem, petitâ tamen licentiâ, licèt non obtentâ, non tamen illâ negatâ.

Ratio reſponſionis duplex eſt, alia naturalis, & iuridica altera. Naturalis eſt, quia Prælati Regulares peioris conditionis, quàm ſubditi ipſorum ſunt, eſſe non debent; eſſent tamen peioris conditionis, ſi zelo maiòris perfectionis conſequendæ, ad alteram Religionem poſſent ſubditi tranſire, & non poſſent ipſi Prælati. Ergo vt hoc vitetur abſurdum, dicendum eſt, poſſe Prælatos Regulares ad alias Religiones tranſire, petitâ licentiâ, &c.

151 Ratio autem iuridica eſt, quia Innocentius III. *in dict. cap. Licèt*, ſolos Epiſcopos excipit, illis interdicens tranſitum ad Religionem, non obtentâ Pontificis licentiâ, vti obſeruant Tamburinus, & Barboſa *vbi proximè*, & conſtat ex textu ibi: *Cùm etiam Romanus Pontifex, qui ſupremam in Eccleſia obtinet poteſtatem, Archiepiſcopis, & Epiſcopis cedendi licentiam, ex iuſta cauſa petentibus ſine difficultate concedat.* Et infrà: *Vnde quando poteſt Epiſcopus praeſſe pariter, & prodeſſe, non debet cedendi licentiam poſtulare, aut etiam obtinere.* Ergo exceptio iſta extendi non debet ad Prælatos Regulares, vtpotè illis pœnalis, & odioſa, ex trita & communiſſima iuris regula *in cap. Odia, el 15. de regulis iuris, lib. 6.* Vnde odioſa, & pœnalia non irrogantur, niſi expreſsè caueatur in iure. Barboſa *tractat. de Axiomatibus iuris, axiom. 166. numero 1. 2. & 3. ex dict. cap. Odia, can. Renouantes, 12. diſt. l, cùm quidam, ff. de liberis, & poſthumis.* Ægidio *conſ, 9. num. 20. & 21.* & Federico & Senis *conſ. 25. num. 4. in fine, verſic. Inſuper*, vbi quod diſpoſitio odioſa loquens de Monachis non extenditur ad Canonicos Regulares, &c. & *axiom. 181. num. 7. ex authent. de non eligendo ſecundò nubentes, §. ſin autem*, & ex pluribus Doctoribus: ego ipſe *in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonicis, tom. 1. tractat. 2. diſquiſition. 1. dub. 15. num. 2. & alibi ſæpe.*

152 *Sextò* quæritur, *an tota domus, ſeu Conuentus, poſſit ſe ad ſtrictiorem Religionem, ſeu Congregationem eiuſdem Religionis transferre?* Reſpondeo poſſe. Et ita habetur expreſſum *in cap. Recolentes, el 3. de ſtatu Monachorum* in quo ſic Alexander Papa III. Abbatibus, & Conuentibus Ciſtercienſibus dicit: *Cæterùm domus illæ, quæ de aliis inſtitutionibus ad veſtrum Ordinem ſe tranſtulerint, veſtris omninò ſe ſatagant vſibus conformare*, &c. Hæc textus, vbi Barboſa *num. 6.* ait: Notetur ad hoc, quod tota domus poteſt ſe ad ſtrictiorem Religionem transferre. Allegat Tapiam *in authent. c. ingreſſi. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, verbo ingreſſu, cap. 9. numero 37.* Emmanuel Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 51. art. 6.* Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 7.* Antonium Ricciullum *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 8. cap. 4. à num. 14.* & Bonacinam *tractat. de clauſura. q. 2. punct. 9. §. 2. numero 5.* Quibus addo Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 3. diſput. 7. quæſ. 1. num. 25.* & Lezanam *tom. 1. part. 1. ſumma qq. Regularium, cap. 22. numero 27.* ac Patrem Dubal *p. 1. q. 19. num. 24* cum Baſſæo *verb. Religio 5. num. 2. §. Secundum dubium.* Hieronymum Roderiquez *reſolut. 123. num. 60.* & Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap 42. num. 51.* & ait colligi *ex dict. cap. Recolentes.*

Addo & exemplum in antiquiſſimo, & perilluſtri Cœnobio Monachorum noſtrorum Nigrorum Sancti Saluatoris de Leyre, olim Sede Epiſcopali Nauarrorum, ſimul cum Abbatiali Leyrenſi, vſque ad tempus Regis Sancij Maioris, qui illam ad Pampilonenſem tranſtulit Eccleſiam, celebrato ad id Concilio Prouinciali, & vt ait Moſſen Diego Ramirez de Aualos de la Piſcina *en la Coronica de Nauarra, lib. 3. cap. 5. El Papa Gregorio Quinto, que en el año de 992. la Ygleſia de Dios regia, hizo legado a eſte Catbolico Emperador contra la dicha heregia, y ſus ſequaces, el qual luego hizo celebrar Concilio en S. Maria de Pamplona, y condenada la heregia, &c.* Monachi enim, & Religioſi omnes dicti Cœnobij ad Congregationem Ciſtercienſem tranſierunt, inuitis, & reluctantibus aliis Abbatibus, & Præſidentibus Ordinis S. Benedicti, anno 1237. vti apparet ex epiſtola per dictos Abbates, & Præſidentes in meo Hyrachenſi Cœnobio, Regi Nauarræ Tibaldo dicata, de tertia Maij dicti anni, quæ ad ſeruatur originaliter in Regali Archiuio Cameræ Computorum dicti Regni Nauarræ, in pergameno, cum quatuor ſigillis ex illo pendentibus, vt refertur in prima parte Inuentarij Scripturarum dicti archiuij, *fol. 31.* vbi ſic egomet legi: *Eſcritura en pergamino, con quatro ſellos pendientes, eſcrita en Hyrache à 3. de Mayo, de 1237. Es carta eſcrita por ciertos Abbades y Preſidentes de la Orden de San Benito, al Rey Tibaldo de Nauarra, ſupplicandole no permitieſſe que los Religioſos de San Saluador de Leyre ſe paſſaſſen à la Orden del Ciſtel, y que dieſſe fauor y ayuda à los Viſitadores, que la Orden de San Benito embiaua à Viſitarlos.* Hæc ibi.

Septimò incidenter quæritur, *An Religioſus Cle-* 153
ricus, ſeu ad chorum deputatus, ad Ordinem laicorum, ſeu conuerſorum transferri poſſit? Reſpondeo poſſe transferri ex Superioris authoritate, etiam inuitum, dummodo non ſit conſtitutus in ſacris, ob cauſam ſcilicet aliquam, quæ regulariter triplex eſt, nimirum punitio delicti, ineptitudo ad litteras addiſcendas, & maximus ardor vitæ humilioris. Reſponſionem tenet Villalobos *in ſumma, tomo 2. tract. 24. difficult. 9. num. 11.* quem recenſet Vrrutigoyti *in Paſtorali interno, part. 2. voto 1. numero 23.* Dubal *vbi proximè, num. 25.* ibi: *Y aſſi miſmo pueden los Choriſtas paſſar al eſtado de legos.* Lezana *in ſumma qq. Regular. part. 1. cap. 22. num. 25.* cum Azorio *part. 1 Inſtit. Moral. lib. 10. cap. 6 q. 7.* Petro Ledeſma *in ſumma, part. 2. tract. 9. cap. 4.* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 24. §. 3.* cum Soto *de iuſt. lib. 10. q. 9. art. 3. circum penult. verſu Ad aliud verò*, Aragone *2. 2. q 83. art 12. dub. 4 in argum. 4.* ibi, *verſ. Aduertendo ſecundò, in fine.* Suarez *tom. 2. lib. 6. cap. 7. n. 80.* & cum Ledeſma *dict. cap. 4. concl. 13. dub. 1. pag. 740.*

Et probatur *primò*, quia in huiuſmodi transla- 154
tione non variatur ſubſtantialis Religionis ſtatus, ſed illæſus manet; nec hic tranſit ad aliam Religionem, ſed cum eiſdemmet Religionis votis in ea in laicali ordine manet.

Probatur *ſecundò*, quia ſicut poteſt Prælatus ſuis ſubditis alias grauiores pœnas infligere, vt eiectionis à Religione, perpetui carceris, triremium, &c. iuxta diſpoſita per Concilium Generale Lateranenſe *in cap. In ſingulis, el 8. de ſtatu Monachorum*, & Honorium III. *in cap. Ea quæ, el 9. eodem titul.* ita in pœnam alicuius delicti poterit deſtinatum choro ab illo amouere, & ad ſtatum laicalem transferre. Quod tamen limitandum cenſeo in Religionibus, quæ pœnas taxatas habent pro cuiuſlibet criminis punitione, quales noſtra habet

Congregatio in conſtitutionibus Sancti Facundi, *cap.61. & finali.*

155 Addidi, *dummodo non ſit conſtitutus in ſacris*; quia qui eſt in ſacris, non poteſt ad inferiorem deiici ordinem, etiamſi ab Ordinibus ſuis ſuſpendatur. Ita Lezana cum Soto.

156 Quod ſi petas, eritne Clericus iſte ad laicum tranſlatus ad recitationem officij obligatus? Reſpondeo cum Pellizzario *tract. 5. cap.8. num.57.* Sanchez *in Decalog. lib.6 cap.7. num.*80. Aragone, Ledeſma, Azorio, & Bauni *in praxi beneſic. diſput.* 13. *q.*4. ac Lezana, & Peyrino, & Villalobos *loco citato*, cum Soto, & Vrrutigoyti *dict. num.12.* quod non. Et ratio eſt, quia tota obligatio, quam habent Religioſi Clerici, nondum ſacris initiati, eſt deſtinatio ad chorum, & conſuetudo, ſuppoſita tali deſtinatione. Sed tranſlato Clerico ad ſtatum laicalem aufertur deſtinatio ad chorum. Ergo auferetur etiam obligatio penſionis officij diuini.

157 *Octauo* quæritur, *Quanam ſint cauſa legitima tranſeundi ad Religionem laxiorem?* Plures aſſignant Doctores. *Prima* eſt, ſi Religioſus infirmâ, aut incommodâ valetudine vtatur, aut ita fragili corporis naturâ, vt Religionis ſtrictioris auſteritates ferre nequeat. Hanc reddunt Dubal *p.2. q.*48. *numero* 48. Graffis *in deciſ. Aureis*, *p.1. lib.3. cap.5. num.* 103. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.*22. *num.*12. Noctinot *in ſumma Diana*, *verb. Regulares*, *num.*9. Remigius *tract.* 2. *cap.*4. §.11. *in fine.* Barboſa *in cap. Licet*, *num.* 15. *et* 18. *de Regularibus.* Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *diſputat.*7. *quæſ.*5. *numero* 8. cum D.Thoma 2. 2. *quæſt. vltima, art.*8. Sylueſtro *verb. Religio* 4. *q.* 2. Tabiena *eodem verbo* 4. *num.*2. Angelo *verb. Religioſus, num.*55. Azorio *Inſtitut. Moral.part.*1.*lib.*12. *cap.*14. *q.*8. Diana *part.*3. *de dubiis Regularium, reſolut.*43. Cuccho *lib.*3. *inſtit. malor. tit.*1. *num.*135. Geminiano *in cap. Cum ſingula*, §. *prohibemus*, *num.*6. *de prabendis in* 6. Franco *ibid. num.*4. Abbate *in cap. Non eſt*, *de Regularibus*. Thoma Sanchez *tom.*2. *in Decalogum*, *lib.6. capite* 7. *num.*72. & cum Bartholomæo à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum*, *lib.* 5. *quæſt.* 352. cum quo Sanchez, & Diana extendit dictum contra Roderiquez *tom.*3. *qq. Regular. q.*52. *art.*9. ad caſum, in quo Prælatus cum illo diſpenſaret Religioſo, vt propter infirmitatem ad onera non teneatur Religionis: quia licèt cum illo diſpenſaret, non poſſet moraliter loquendo non eſſe Religioni oneroſus, & cauſa ſcandali, & multarum murmurationum.

158 *Secunda* cauſa eſt ſenectus, iis auſteritatibus tolerandis inepta. Ita Tamburinus *num.* 9. cum Dominico *in dict. cap. Cùm ſingula*, *num.* 6. Franco *ibid. n.*4. & cum Sanchez *vbi proximè, n.*72. Iacobus de Graffis *dict. n.*103.

159 *Tertia* cauſa eſt, ſi in propria Religione aliquod eſſet perfectionis impedimentum, quod non eſſet in alia. Ita Dubal *num.* 48. Tamburinus *num.* 10. cum Tabiena *verb. Religio*, *quæſt.*23. *num.*22. Sanchez *dict. num.*72. & Bartholomæo à S. Fauſto *quæſtione* 352. cui affinis eſt, quam aſſignat Graffius *num.* 103. videlicet propter declinationem Regulæ, quia laxiori modo viuitur in propria Religione.

160 *Quarta* cauſa eſt, ſi Religioſus odio habeatur à cæteris Fratribus, aut indignè, & malè tractetur. Ita Barboſa *in præcitatum cap. Licèt*, *num.*15. Tamburinus *num.* 11. cum Leonardo Leſſio *de iuſtit. & iure, lib.*1. *cap.*41. *dubitat.*13. *num.* 102. Valer. Reginaldo *in praxi fori pænit. tom.*2. *lib.*18. *cap.*29. *numero* 414. Sanchez *loco citato*. Bartholomæus à ſancto Fauſto *dict. q.* 352. Azorius *dict. q.*8. Lezana *dict. cap* 22. *num.*12. Diana *dict. reſolut.*43. Noctinot *loco citato*. Dubal *num.*48. Emmanuel Roderiquez *art.* 9. *citato*, qui hanc limitat cauſam dicendo: Si non dedit cauſam ad talem perſecutionem. Nam ſi dedit cauſam, videtur quod cum illo non poſſit diſpenſari, quia nemo ex ſuo peccato debet commodum reportare. Ita vir quidam doctus cenſuit dicendo; quod ego (addit Emmanuel) moderandum cenſeo, niſi ipſe præfatæ cauſæ datæ iam egerit pœnitentiam, & per ſigna exteriora contritionis manifeſtum, & emendarum ſe oſtenderit: nam ſi hoc non obſtante perſecutio apud falſos fratres non ceſſat, ego non video, cur ipſi diſpenſatio debeat denegari. Immò video, ſecundum quod coniecturaliter poſſumus videre, & affirmare, charitatem chriſtianam diffuſam in corde eius per Spiritum Sanctum, qui datus eſt ei, gemitibus inenarrabilibus poſtulare licentiam, vt dictus Religioſus fugiat perſecutionem, & occaſionem cedendi à præfata charitate.

Quinta cauſa eſt, ſi in priori Religione fuerit 161
Religioſus infamatus ob crimen aliquod à ſe patratum, & ſemper in ea pudore ſuffuſus, ac ſubinde magnâ triſtitiâ affectus, vitam ſit tranſacturus: quod ſæpè poteſt accidere in Religionibus, in quibus obſeruantia viget. Hanc aſſignat Tamburinus *dicta diſputat.*7. *q.*5. *num.*12. cum Sanchez *dict. num.*72. Antonius Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regular. reſolut.* 43. Bartholomæus à S. Fauſto *lib.* 5. *q.* 352. Ioannes Baptiſta Lezana *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 22. *num.* 12. Noctinot *in ſumma Diana*, *verb. Religioſus*, *n.*9. Dubal *n.*48.

Sexta cauſa eſt, magna difficultas ſuſtinendi au- 162
ctoritates propriæ Religionis, quæ eſt in re ipſa: verbi gratia ſi inconſultâ prudentiâ profeſſus, vel non credidit ita aſperam eſſe Religionem, ex quadam ſimplicitate ſua. Ita Tamburinus *num.*13. cum Sanchez *lib.*6. *cap.*7. *num.*72. Emmanuel Roderiquez *dicta q.*52. *art.* 9. Diana *reſolut.* 43. *cit.* Dubal *num.* 48. Noctinot *dict. num.* 9. Limitat Roderiquez quando ex prauo habitu difficultas procedit. Quam etiam limitationem apponunt alij, quos recenſet Sanchez *lib.* 8. *de Matrimonio*, *diſputat.* 20. *num.* 19. vbi ait, hoc eſſe intelligendum, niſi prauus habitus eò deuenerit, vt iam votis illis ligatus, non poſſit præ ſua fragilitate frequentes vitare lapſus. Idem apud Tamburinum affirmat Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis*, *diſput.* 15. *dub.* 7. *num.* 4.

Septima cauſa eſt, quando propter noxiam 163
aëris temperiem non poteſt Religioſus permanere in priori Religione. Tamburinus *num.* 14. cum Menochio *de arbitrariis*, *centuria* 5. *caſu* 411. *numero* 26. Roderiquez *vbi proximè*, cum aliis penes ipſum, Thomas Sanchez *in Decalogum*, *tom.* 2. *lib.*6. *cap.*7. *num.*72. Barthol. à S. Fauſto *dict. q.*352. *cauſa* 5.

Limitant tamen hanc cauſam Tamburinus, Ro- 164
deriquez, Dubal, Sanchez, & Bartholomæus à S. Fauſto, ita vt illa tantùm intelligi debeat, quando aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis non ſit extra locum illum, in quo eſt mala temperies. Quod intellige, quando aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis non ſit intra eandem Prouinciam, in quo mala etiam aëris temperies regnet: ſi enim illud intra Prouinciam adſit, puto cauſam iſtam non ſufficere ad tranſeundum ad alienam Religionem.

Quia

Quia facile ſibi poteſt ſine tali tranſitu proſpicere, & conſulere ; ſecus ſi intra Prouinciam illud non adſit.

165 *Octauam* cauſam aſſignant Barboſa *in cap. Licèt, num.* 15. *de Regularibus*, el 18. cum Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 52. *art.* 9. Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 8. *verſ. Quæres*, & Thoma Sanchez *dict. num.* 72. Tamburinus *tom.* 3. *de iure Abbatum*, *diſputat.* 7. *quæſ.* 5. *num.* 15. cum eodem Barboſa *de iure Eccleſiaſtico*, *lib.* 1. *cap.* 42. Bartholomæus à Sancto Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 352. Ioannes Baptiſta Lezána *tom.* 1. *ſumma qq. Regular. p.* 1. *cap.* 22. *num.* 12. Dubal *numero* 48. Illa eſt magna parentum neceſſitas, cui in propria Religione non poteſt commodè ſubueniri ; poterit tamen in laxiori, ad quam tranſire intendit.

166 *Nona* cauſa eſt, ſi in propria Religione non ſeruetur Regula, quæ tamen obſeruatur in alia Religione, ad quam tranſire deſiderat. Ita Iacobus de Graſſis *in deciſionibus aureis, part.* 1. *lib.* 3. *capite* 5. *num.* 103. Tamburinus *num.* 16. Bartholomæus à Sancto Fauſto *in ſæpè citata q.* 352. *cauſa* 1. Dubal *num.* 48.

167 *Decimam* cauſam aſſignat Lezana *in dict. cap.* 22. *num.* 12. quæ eſt, eſſe oneroſum in propria Religione, & vtilem in illa laxiori, ad quam tranſire cupit. Allegat pro illa Patrem Suarez *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 21.

SVBSECTIO IV.

BREVIARIVM.

Minor.

Qui non habet vigintiquinque annos, minor in iure appellatur. n. 168.

Illius priuilegia recenſentur, à numero 168. ad 174.

Vbi redditur ratio conceſſionis illorum.

Officia.

Sub nomine officiorum veniunt in Religionibus omnia munia per Religioſos exerceri ſolita, vt œconomi, oſtiarij, cellarij, & ſimilia : munus prædicandi, & docendi Theologiam, & Canones, ac alias facultates. n. 184.

Religio, Religioſi.

Pro diſpenſatione ad tranſitum vnius ad aliam Religionem leuior ſufficit cauſa, ſi profeſſio fuit emiſſa in ſtrictiori ante annum ætatis 25. numero 168.

Qui de vna ad alteram tranſiuit Religionem, integrum annum debet agere nouitiatus, & nouam emittere profeſſionem n. 175.

Amplia etiamſi ad hoc, vt ſit Prælatus, tranſierit. num. 176.

Qui ſub vna Regula, de vna ad aliam Religionem, ſiue Congregationem tranſiuit, nouum debet probationis annum agere. numero 177. & 178.

Sed non nouam emittere profeſſionem n. 178.

Neque quando tranſiuit de licentia Papæ, addit Tamburinus. ibid.

Legitimè ab vna ad aliam Religionem tranſlati, ad obſeruantias prioris Religionis non tenentur. numero 179.

Neque tenentur ad ſpecialia vota in priori emiſſa, vltra eſſentialia tria. n. 180.

Pœnæ, quibus afficiuntur tranſlati ad aliam Religionem, recenſentur. à n. 181. ad 186.

PRo praxi, & faciliori vſu diſpenſationis ſuper 168
tranſitu de vna Religione ad aliam laxiorem, in vim alicuius ex prærecenſitis cauſis, aduertit Tambur. *n.* 17. cum Innocentio *in cap. Cùm ſingula, §. prohibemus, n.* 5. *de præbendis, lib.* 6. & cum Sanch. *loco citato, num.* 73. quod ſi profeſſio in prima Religione fuerit emiſſa in minori ætate, nempe ante annum 25. facilior cauſa erit legitima, & ſufficiens ad diſpenſandum in hoc tranſitu ; quia faciliùs proſpicitur geſtis in ea ætate, in qua tam maturum non adeſt conſilium. Quæ vtique ratio quamplurimis comprobatur exemplis, quorum aliqua ad maioris illius illuſtrationem, ex Panormitano noſtro in locis ſigillatim allegandis, recenſere operæpretium duxi.

Minor æquiparatur Eccleſiæ in materia reſtitu- 169
tionis in integrum, Abb. *in cap.* 1. *num.* 9. *de præſcriptionibus.*

Minor ætas in delictis, licèt non excuſet, alleuiat 170
tamen pœnam. Idem *in cap.* 1. *n.* 2. & 5. *de ſententia excommunicationis.*

Minor, ſi beneficio ſuo renuntiat, reſtituitur ſine 171
noua collatione. Idem *in cap.* 14. *n.* 18. *de reſtitutione ſpoliatorum.*

Minor læſus reſtituitur aduersùs alienationes, 172
etiam ſolemniter, & iuris ordine ſeruato factas, ſicut Eccleſia reſtituitur. Idem *in cap. conſtitutus, n.* 8. *de reſtitutione in integrum.*

Minor reſtituitur aduersùs alienationem, licèt 173
interuenerit Iudicis decretum, & tutoris authoritas. Idem *in cap. Cùm cauſa, num.* 5. el 6. *de emptione, & venditione.*

Horum, & aliorum ratio eſt, quia in minori 174
præſumitur deceptio, vti ipſe ait Panormitanus *in cap. Cùm cauſa, num.* 13. el 6. *de emptione, modò citato*, argumento *in l. ſi quis cùm ſciret, ff. pro empt.*

Nonò quæritur, *An qui ex vna ad alteram tran-* 175
ſierunt Religionem, teneantur in illa annum integrum, & continuum nouitiatus agere, & in illa emittere profeſſionem? Reſpondeo, teneri ad integrum, & continuum annum nouitiatus, & de nouo profiteri. Ita Barboſa *in cap. Licèt, num.* 25. *de Regularibus*, cum Rebuffo *in tract. Nominat. q.* 114. *num.* 115. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 22. *num.* 16. ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, cap.* 25. Nauarro *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularibus, conſ.* 3. *num.* 1. & *conſ.* 49. *num.* 2. Tamburinus *tom.* 3. *diſput.* 7. *quæſ.* 1. *num.* 20. & *quæſ.* 6. *num.* 1. cum eodem Nauarro *in dict. titul. conſ.* 60. *in fine*, & *conſ.* 61. *num.* 4. Leſſio *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 41. *dubitatione* 13. *num.* 161. Azorio *Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 13. & 19. Barth. ad Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis. diſputat.* 15. *dub.* 2. *num.* 18. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 15. *art.* 11. & *q.* 17. *art.* 8. Roderico de Acuña *in commentar. ad can.* 1. *num.* 21. *diſt.* 54. Bartholomæo à Sancto Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 37. & cum Miranda *in Manuali, tom.* 1. *q.* 21. *art.* 21. & quoad profeſſionem Iacobus de Graſſis *in deciſionibus aureis, part.* 1. *lib.* 3. *capite* 5. *num.* 103. *ex cap. Cùm ſingula, de præbendis in* 6. Ratio deſumitur reſponſionis *ex cap. In quacumque*, el 15. citato Concilij, in quo vniuerſaliter ſtatuitur, & abſque diſtinctione, ne in vlla fiat Religione profeſſio, niſi poſt annum expletum probationis. Ergo nos diſtinguere non debemus de profeſſio

profeſſione facta à tranſeunte ex altera Religione, à profeſſione emiſſa è ſæculo immediatè tranſeunte, iuxta commune, & tritum iuris axioma: *Quod ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.* De quo plures cumulaui Doctores *tom. 1. Diſquiſit. Moral. & Canonic. tractatu 7. diſquiſition. 8. §. 7. num. 3.*

176 Sed inquires, *Eritne neceſſarius annus probationis continuus, & profeſſio, quando quis tranſit de vna ad aliam Religionem, vt ſit in illa Prælatus?* Dubal *p. 2. q. 3. num. 34.* docet cum Sanchez *in Decalog. lib. 5. cap. 4. num. 15.* Pellizzario *tom. 1. tract. 2. cap. 1. n. 44.* Barth. à S. Fauſto *lib. 5. q. 373.* & Barboſa *ad Concilium ſeſſ. 25. de Regular. cap. 1. num. 5.* & cum aliis penes illum, Religioſos profeſſos per præſentationem promotos ad Prælatias alterius Religionis, debere in ea intra ſex menſes profiteri, iuxta diſpoſitionem Concilij *ſeſſ. 14. cap. 10. de reformat.* & *ſeſſ. 25. cap. 21.* & idem docet de Clericis ad eaſdem dignitates promotis per præſentationem, aut illas renunciare teneri, aliàs ipſo iure illas vacare: & validè profiteri non adimpleto Nouitiatus anno, eo quòd iſtorum reſpectu non procedit eiuſdem Concilij diſpoſitio *in ſeſſ. 25. de Regularibus citata, cap. 15.* Tamburinus *dict. quæſ. 1. num. 10.* dicit non requiri annum probationis, nec profeſſionem nouam; cùm eadem ſit quoad ſubſtantialia in omnibus Religionibus, & ad cæteras obſeruantias ſatis cenſeatur obligari ea conſuetudine, & lege, quâ Prælati Regulares ſe communi Regulæ, & loci ſtatutis conformare tenentur, vti dicunt Leſſius *dicta dubit. 13. n. 161.* Nauarrus *de Regular. conſ. 60. in fine*, Azorius *cap. 3. q. 5.* & Barth. de Vecchis *diſp. 15. num. 18. dubij 2.* ſed ſufficit, ait Tamburinus, profeſſio tacita.

Credo tamen hunc Doctorem ibi loqui de tranſeuntibus, vt ſint in altera Religione Prælati perpetui. Quia *in quæſ. 6. num. 4.* contrarium docet de tranſeuntibus, vt ſint Prælati temporales. Inquirit enim ibi, *An de vna Religione ad aliam tranſlatus, vt ſit illius Abbas, vel Prælatus, debeat ibi de nouo profiteri?* Et reſpondet, quod ſic: quia vacante, inquit, Prælatura, remanet Monachus illius ſecundæ Religionis. Allegat Mirandam *tom. 1. q. 32. articulo 22. concluſ. 1.* Nauar. *conſ. 61. de Regular.* in antiquis, & in nouis *conſ. 11. de maioritate, & obedientia.* Sanchez *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. n. 86.* & Roderiquez *tom. 3. q. 52. art. 29.* Similia docet Barboſa *in dict. cap. Licèt, num. 26* cum eiſdem Doctoribus, & Bartholomæus à S. Fauſto *q. 372.* Pater Lezana *eodem num. 16.* indiſtinctè docet, cum eiſdem Nauarro *conſ. 3. num. 1.* & *conſ. 49. num. 2. de Regular.* & Miranda *q. 31. art. 21. & 22.* extendi reſponſionem ad caſum, quo aliquis transferretur ad alium Ordinem, vt eſſet ibi Prælatus. Addit tamen: Alij verò hoc negant. Et remittit ad Chokier *tractat. de iuriſdict. Ordinarij in exemptos. part. 5. q. 14.* qui certè videtur ſententiam ſequi aſſerentem nouam profeſſionem facere debere, cùm iſtam in vltimo recenſeat loco.

177 Si inquiras ſecundò, *An dicta etiam procedant, quando tranſitus ſit de vna familia, aut Congregatione eiuſdem Ordinis ad aliam, vt ſi Diſcalceatus Carmelitarum, aut SS. Trinitatis, ſeu S. Mariæ de Mercede, tranſeat ad Calceatos eiuſdem Ordinis reſpectiuè; à Capuccinis ad Minores de Obſeruantia, à Benedictinis Nigris ad Ciſtercienſes, vel è contra?* Lezana *dict. num. 16.* aſſerit, requiri in his caſibus nouam probationem, quæ ex diſpenſatione S. Congregationis breuior fieri ſolet, quàm per annum, per aliquos tantùm menſes, & cum quibuſdam conditionibus, vt ſe vidiſſe teſtatur anno 1645. 23. Nouembris, & anno 1647. 23. Auguſti: & etiam requirit nouam profeſſionem. Et hanc reddit rationem, quia licèt iſtæ Religiones cenſeantur vnæ ratione Regulæ, & Fundatoris; tamen ſimpliciter (inquit) ſunt diuerſæ, & habent diuerſas auſteritates, vel ad minùs diuerſum modum viuendi: atque ita neceſſarius eſt nouus Nouitiatus: tùm ad illa experienda, tùm ad hoc quod Religio ipſa experiatur etiam mores, & conditiones admittendorum ad illam.

178 Hæc Lezana, cuius ſententiam, quoad probationis annum, tenet Tamburinus *dict. quæſ. 6. num. 2. & 3.* ſed quoad profeſſionem, contrariam ſequitur, ſicut etiam Barboſa *in cap. Licet, num. 25. de Regularibus*, & vterque illam probat ex Rota apud Farinacium *deciſ. 115. num. 8. part. 2. recentiorum*, affirmante, ſufficere profeſſionem emiſſam in primo Monaſterio, quando fit tranſlatio de vno Monaſterio ad aliud eiuſdem Regulæ, vel vbi transfertur de licentia Papæ: & citat Rebuffum (addit Barboſa) *de Tranſlatione Monach. in principio.* Recenſet vlteriùs Tamburinus decretum Sacræ Congregationis Concilij, editum die 12. Ianuarij de anno 1619. in quo fuit deciſum, Regulares Diſcalceatos Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, de licentia Sedis Apoſtolicæ ad laxiorem Calceatorum tranſeuntes, facere debere annum probationis, non autem emittere profeſſionem.

179 *Decimò* quæritur, *Ad quid teneantur tranſlati ex vna ad alteram Religionem, de his ad quæ in prima Religione tenebantur?* Reſpondeo *primò*, non teneri ad obſeruantias prioris Religionis, ſi legitimè ad alteram tranſierunt. Ratio eſt, quia exempti iam ſunt à prioris Religionis iugo. Et ita docet Lezana *dict. cap. 21. n. 19* Dubal *p. 2. q. 19. n. 50.*

180 Reſpondeo *ſecundò*, nec teneri ad vlla vota ſpecialia in priori emiſſa Religione. Ita idem Lezana & Dubal *dict. n. 50* cum Diana *p. 10. tract. 12. reſol. 1. §. Poſſet etiam*, Pellizzar. *tom. 1. tract. 3. cap. 5. numero 11. 151. & 152.* Barboſa *vbi proximè, n. 28.* & Tamburinus *num. 6.* cum Suarez *tom. 4. de Religione, tract. de voto, lib. 6. cap. 3. num. 7.* & Sanchez *tom. 2. in Decalogum, lib. 6. cap. 7. num. 87.* vbi loquens de tranſitu ex Religione Minimorum, an teneantur à carnibus abſtinere? & an qui profeſſionem emiſerat in Societate IESV, ſi Minor fiat, aut Dominicanus, teneatur ad ea vota ſpecialia, quæ in Societate à profeſſis emittuntur? dicit, quod non. Et idem dico ego de tranſeunte ex noſtra Congregatione Hiſpana ad alteram Religionem, ſcilicet non teneri ad quartum votum perpetuæ clauſuræ. Et ratio omnium eſt, quia illa vota annexa ſunt profeſſioni prioris Religionis, aut Congregationis; ceſſante autem principali, ceſſant etiam acceſſoria, ex Regula *in cap. acceſſorium, el 42. de regulis iuris in 6. l. cùm principalis, ff. eodem titul.* & ex *l. nihil de dolo, §. cùm principalis, Cod. eodem*, & docent communiter Doctores, & ego ipſe *in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonic. tom. 2. diſquiſit. 11. dub. 7. num. 21.* Ergo ceſſante profeſſione prioris Religionis, aut Congregationis quidem, prout illius, ceſſant omnia alia vota illi annexa, ſpecialia ſcilicet, præter eſſentialia tria, Paupertatis, Obedientiæ, & Caſtitatis. Dubal *num. 51.* limitat dictam doctrinam, vt non procedat in voto, aut iuramento facto in aliquibus Religionibus, de non ambiendo, ſeu de honores, dignitates, aut officia non quærendo; de quo ait perſeuerare in qualibet

Religio

Religione; immò etiamſi expelli contingat, & ab omni habitu exſpolietur regulari, iuxta conſtitutionem 140. Vrbani VIII. *tom. 4. Bullarij*, & doctrinam Pellizzarij *vbi proximè*, & *tract. 4. cap. 5. num. 166.* & ſæpe alibi.

181 *Vndecimò* quæritur, *quænam prohibita ſint transeuntibus ex vna ad aliam Religionem?* Reſpondet Bartholomæus à S. Fauſto *lib. 5. de Religioſo ſtatu, quæſt. 370. num. 1. & 2.* Lezana *dicto cap. 22. numero 20. & ſeqq.* primò etiamſi Canonici ſint Regulares, eſſe omnino incapaces quorumcunque beneficiorum ſæcularium, etiam Curatorum. Ita ille cum Leſſio *de iuſt. lib. 2. cap. 41. dubit. 13. num. 105.* & cum Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 3. cap. 15.* & probat ex Conc. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 11.* cuius deciſionis ratio eſſe videtur, ne aliquis tranſeat ex vna ad aliam Religionem ſub ſpe obtinendi aliquod beneficium ſæculare. Et addit cum Sanchez *vbi proximè, num* 108. etiamſi tranſitus ad ſtrictiorem fiat Religionem.

182 In vim extrauagantis *Viam ambitioſæ*, *1. inter communes, de Regularibus*, priuantur voce in Capitulo, etiamſi hoc illis ab aliis concedatur. Voce vtique actiua, & paſſiua, vti Barth. à S. Fauſto *vbi proximè*, & etiam Lezana *num. 2.* docet cum Bonacina *de clauſura, q. 2. punct. 9. §. 5. num. 2.* Quæ Clementina locum habet reſpectu Mendicantium ad non Mendicantes tranſeuntium.

183 Deinde priuantur loco in eodem Capitulo dicti Mendicantes ad non Mendicantes tranſeuntes, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ. Lezana *num. 21.* cum Sanchez *dicto lib. 6. cap. 7. n. 123.*

184 Præterea, aſſumi non poſſunt ad Prioratus, adminiſtrationes, aut quæcumque alia officia, etiam tanquam Vicarij, ſeu Miniſtri, vel locum aliorum tenentes; nec animarum curam, aut regimen poſſunt pro ſe, vel pro aliis exercere, & quidquid contrarium fuerit geſtum, irritum & nullum eſt. Ita decernitur in dicta extrauaganti, & docet Lezana *dicto num. 21.* & Barth. à S. Fauſto *dict. quæſt. 370. num. 2.* addit, nec poſſe eſſe cellarios, œconomos, oſtiarios, aut ſimilia exercere officia. Et allegat Nauarrum *commen. 4. de Regularib. num. 24.* Intelligitur etiam prohibitum (proſequitur ille) diuini verbi annunciandi munus, & munus docendi publicè Theologiam, aut ius Canonicum, vel alias Facultates. Hæc enim omnia dicuntur in Religione Officia. Azor. *lib. 12. cap. 14. quæſt. 12.* Leſſius *lib. 2. cap. 41. dub. 13* & Roderic. *tom. 3. qq. Regular. q. 52. art. 28.* Hactenus à Sancto Fauſto.

185 Ratio deciſionis in prædictis eſſe poteſt, ait Lezana cum Azorio *Inſt. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 14. quæſt. 12.* & cum Sanchez *vbi proximè, num. 109. & ſeq.* vt Mendicantes quietiùs in ſua perſiſtant vocatione.

186 Sacra tamen Congregatio Cardinalium deciſionem huius extrauagantis limitauit pro tranſeuntibus ad Carthuſiam, per hæc verba: *Omnes cuiuſcunque Religionis legitimè tranſlatos ad Carthuſianos, poſſunt in eadem Carthuſienſi Religione, in clauſtro, Priores; & extra clauſtrum, Procuratores eſſe.* Ita recenſet Lezana *dicto num. 21.* cum Suarez *dicto lib. 3. cap. 15. num. 6.*

SVBSECTIO V.

BREVIARIVM.

Conditio.

Tempus conditionis aduenientis attenditur in inſtitutionibus, fideicommiſſis, & legatis. n. 194.

Religio, Religioſi.

Tranſlatus ad aliam Religionem, locum debet habere in ea, iuxta tempus in quo habitum in ea ſuſcepit, vel profeſſionem emiſit. n. 187.

Si tamen fuerint tranſlati, vt ſint Prælati, primum debent habere locum; & finitâ Prælatiâ, habent primum poſt Prælatum locum, niſi lex obſtet, aut conſuetudo. num. 188.

Tranſlati de vna Prouincia, aut Congregatione ad aliam eiuſdem Ordinis, locum habent iuxta tempus primæ aſſumptionis habitus, aut primæ profeſſionis. num. 189.

An Monachus exemptus, tranſlatus ad Monaſterium non exemptum, exemptus remaneat numero 190.

Quæcumque bona ad Religioſum licitè tranſlatum pertinentia ante ſecundam actualem profeſſionem, ad prius pertinent Monaſterium. n. 191.

Ad ſecundum verò poſt ſecundam, ſi illud capax ſit bonorum in communi. n. 193.

Si indebitè fuit tranſlatus, bona, quæ ad illum pertinent, ad primum ſpectant Monaſterium. n. 192.

Legatum conditionatum Religioſo tranſlato ad Monaſterium capax relictum, ſi conditio completa eſt poſt ſecundam profeſſionem, ad ſecundum pertinet Monaſterium bonorum capax. n. 194.

Qui profeſſus in Religione bonorum incapaci transfertur ad capacem illorum, poſt profeſſionem in illa recuperat ius ſuccedendi, & bona ſibi poſt ſecundam delata profeſſionem, cedunt ad fauorem ſecundæ Religionis, ſeu Monaſterij. n. 195.

Secus dic de bonis ante tranſlationem Religioſo delatis.

Qui nulla facta bonorum diſpoſitione profeſſus fuit in Religione incapaci bonorum, illius bona venientibus ab inteſtato fuerunt acquiſita. n. 196.

Tranſlati de Religione incapaci bonorum ad capacem authoritate Apoſtolica, non recuperant bona, quæ habebant ante profeſſionem in prima factam Religione. num. 197.

Debitè tranſlatus ad aliam Religionem, veſtes ſecum licitè defert. n. 198.

Et libros manuſcriptos à ſe compoſitos. n. 199.

Monialis ad aliud tranſiens Monaſterium, an ſuam dotem ſecum deferre valeat n. 200.

Vſusfructus bonorum priori Monaſterio acquiſitorum per profeſſionem tranſeuntis ad aliud, non perpetuò, ſed pro aliquo tempore ſecundo debetur vſque ad quantitatem pro illius victu, & veſtitu neceſſariam; ſi tamen ſecundo Monaſterio inutilis ſit. n. 201.

Quæ acquirit Religioſus ad tempus, & non perpetuò tranſlatus, priori cedunt Monaſterio. n. 202.

DVodecimò quæritur, *Quem locum habere debet, & quibus præminentiis frui, qui ex vna ad alteram tranſiuit Religionem, Congregationem, vel Prouinciam eiuſdem Religionis?* Reſpondeo *primò*, ſi tranſitus fit de vna in aliam Religionem, qui ad illam tranſiuit, locum in Capitulo, in Choro, 187

 M &

& in aliis ſeſſionibus habere debet iuxta tempus in quo in illa ſuſcepit habitum, vel profeſſionem emiſit. Ita Tamburinus tom. 3. diſp. 7. quæſt. 6. num. 5. Barboſa in cap. Licèt. num. 27. et 18. de Regularibus, & Lezana tom. 1. p. 1. cap. 22. num. 17. & penes eos Emmanuel Roderiquez tom. 3. qq. Regular. q 52. art. 29 Nauarrus lib. 3 conſilior. conſ 60. de Regularib. in antiquis, & in nouis tit. de maioritate, & obedientia, conſ. 11. Sanchez in Decalogum tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 86. & Ludouicus Miranda in Manuali tom. 1. quæſt. 21. art. 23. concl. 1. Et ratio eſt, quia eo tempore incipit eſſe illius Religioſus, & numeratur inter membra ipſius. Addidit, in quo ſuſcepit habitum, quia in Religione noſtra, qui illum antè ſuſcepit, præcedit alios, qui poſt illum habitum ſuſceperunt, quamvis iſti priùs profeſſionem emittant. Nec procedit quæſitum reſpectu Mendicantium tranſlatorum ad non Mendicantes, reſpectu eorum, quæ deciſa teliqnimus à num. 81.

188 Limitatur reſponſio in caſu, quo quis ad alteram tranſeat Religionem, vt ſit in illa Prælatus. Tunc enim ſine dubio primum debet in Conuentu habere locum, cùm incongruum ſit Prælatum loco eſſe ſubditis inferiorem ſuis. Ita Tamburinus, Dubal part. 2. q. 19. n. 71. cum Pellizzario tom. 1. tr. 3. capite 5. num. 133. & 149 Barboſa, & Lezana locis modò allegatis, qui rurſus dicunt, quod finità Prælatià, immediatum debeat habere poſt actualem Prælatum locum, in memoriam priſtinæ dignitatis; niſi eſſent alij (addit Barboſa, cum Nauarro, Roderiquez & Sanchez vbi proximè) qui maiorem honorem geſſerint. Vel niſi aliud ferant conſuetudo, & leges Religionis, quæ obſeruandæ ſunt, addit cum eiſdem Nauarro conſ. 61. & Roderiquez art. 26 Magiſter Lezana.

189 Secundò reſpondeo. Si tranſitus fiat de vna Prouincia ad alteram eiuſdem Ordinis, locum habet qui tranſiuit, non à tempore ſuæ incorporationis, ſed à die quo aſſumpſit habitum, aut emiſit profeſſionem in prima Prouincia, aut Congregatione. Ita Tamburinus cum Hieronymo Roderiquez in compendio qq. Regular. reſolut. 123. n. 84. & cum Miranda vbi ſuprà, concl. 2 Ita & Barboſa num. 27. citato.

190 Sed quid ſi monachus exemptus transferatur ad Prælaturam Monaſterij non exempti? Eraſmus Chokier de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, part 5. 5. 14. problematicè vtramque propugnat partem circa hoc, an Monachus exemptus ad Monaſterium non exemptum tranſlatus, remaneat exemptus? De hoc enim ſolùm ibi agit circa huiuſmodi tranſlatum exemptum ad Prælaturam Monaſterij non exempti. Et multis hinc inde deductis ad probationem ſententiæ affirmatiuæ, & etiam negatiuæ reſpectiuè, concludit diſcuſſionem quæſtionis, dicendo: Vtra porrò pars videatur amplectenda, ſuum cuique eſto iudicium.

191 Tertiodecimò quæritur, cui cedant bona Religioſi tranſeuntis ex vna ad aliam Religionem? Reſpondeo dicendum primò, quod per tranſitum debitè factum ſtudio, & zelo melioris vitæ, bona quæ Religioſus in prima habebat Religione, non pertinent ad ſecundam Religionem, ſed penes primam, & ipſius Monaſterium debent permanere, ſicut & omnia, quæ ad dictum pertinent Religioſum ante profeſſionem in ſecunda Religione factam. Et ratio eſt, quia quidquid Monachus adquirit, Monaſterio ſuo adquirit. Sed Monachus, aut Religioſus debitè tranſlatus, ſtudio melioris vitæ, ante profeſſionem in ſecunda Religione de facto factam, non eſt ſecundæ Religionis membrum, & pars, ſed primæ, in qua profeſſionem emiſit. Ergo quæcumque bona ad Religioſum tranſlatum quomodolibet pertinentia ante actualem profeſſionem in ſecunda Religione factam, non ad iſtam, ſed ad priorem pertinent, illique cedunt. Et ita docent Iacobus de Graſſis in deciſionibus aureis part. 1. lib. 3. cap. 5. num 104. cum Zabarella in Clement. fin. q. 14. de electione, Tamburinus tom. 3. diſp. 7. quæſ. 6. num. 7. cum Molina de iuſt. tract. 2. diſp. 140. verſic. Quando Religioſus. Nauarro in can. Non dicatis, n. 31. 12. quæſt. 2. Azorio part. 1. lib. 12. cap. 15. q. 3. Roderiquez tom. 2. qq. Regular. q. 78. art. 2. Miranda in Manuali Prælator. tom. 1. q. 31. art. 24. Tuſcho tom. 5. litt. M, concl. 321. Ægidio in repetit. l. Titia, part. 1. n. 50. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, Hieronymo Roderiquez in compend. qq. Regular. reſolut. 123. n. 82. Villalobos in ſumma, part. 2. tract. 35. difficult. 14. Barth. à S. Fauſto in Theſauro Religioſorum. lib. 5. q. 375. teſtante de communi ſententia Doctorum iuris Canonici Profeſſorum. Et cum Aug. Barboſa de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 42. n. 91. idem Barboſa in cap. Licèt, num. 29. cum Ranchin. part. 1. deciſion. 160. Chaldas Pereyra in l. ſi curatorem, verbo Hunc contractum, n. 31. Emmanuele loco cit. q. 79. art. 2. & tom. 3. q. 5. art. 5. Docet & Lezana in ſumma qq. Regular. p. 1. cap. 24. num. 23. cum Nauarro lib. 3. conſilior. conſ. 55. n. 9. tit. de Regularibus. Dubal p 2 q. 19. n. 56. cum Pellizzario tom. 1. tr. 3. cap. 5. n 153. Diana parte 3. tr. 2. reſolut. 114. Sanchez lib. 6. cap. 32. n. 8. Bonacina tom. 1. tr. de clauſula, q. 2. punct. 9. §. 4. diffic. 2. num. 2. Portel. in dubiis Regular. verbo Bona tranſeuntium, num. 2.

Conſultò dixi debitè factam; quia ſi indebitè, 192
pertinent ad primum Monaſterium, quæ acquiruntur poſt profeſſionem factam in ſecundo, vti benè Lezana dicto num. 23. Quia cùm tranſitus ille ſit illegitimus, & inualidus, nullum ius ex eo prouenire debet poſteriori Religioni. Azorius vbi proximè, & Molina tract. 2. diſp. 144.

Reſpondeo ſecundò, bona Religioſi tranſlati ad 193
ſecundum Monaſterium, quæ iam in illo profeſſus quoquo modo acquiſiuit, ad dictum pertinent ſecundum Monaſterium (dummodo Monaſterium ſit capax bonorum in communi.) Ita docent Tamburinus, Barboſa, & Lezana locis citatis, cum Doctoribus, quos ex illis recenſui. Et ratio eſt eadem, quam pro prima adduxi reſponſione, mutatis mutandis. Quia ſcilicet quidquid Religioſus acquirit, ſuo Monaſterio acquirit. Sed Religioſus tranſlatus, & profeſſus in ſecunda Religione, & Monaſterio, illius eſt membrum, & pars, & non prioris Religionis, & Monaſterij. Ergo non iſtis, ſed illis acquirit.

Ex quo colligitur primò, Legatum relictum 194
Religioſo tranſlato ad Monaſterium, quod eſt bonorum capax; ſi illud legatum fuerit conditionatum, & conditio adimpleta ſit tempore, quo ſecundò eſt in illo profeſſus, huiuſmodi legatum ad ſecundum Monaſterium pertinere. Docet Tamburinus vbi proximè, cum Villalobos loco citato, num. 4. & cum Diana part. 2. tract. 2 de dubiis Regularium, reſolut. 114. Facit Graſſius in deciſionibus, part. 1. lib. 3. cap. 5. num 105 vbi rationem reddit, quia in inſtitutionibus, fideicommiſſis, & legatis attenditur tempus conditionis aduenientis, ff. de Regulis iuris, l. quæ legata, l. ſi legatò, de pignoribus, l. ſi vxor, Codice de conditionibus inſertis.

Secundò

195 *Secundò* colligitur, quod primò profeſſus in Religione incapaci bonorum, ſi transfertur ad Religionem illorum capacem, & in illa profeſſionem emittit, recuperet bona ſibi delata poſt ſecundam profeſſionem, ad vtilitatem ſecundæ Religionis. Tamburinus ex Iaſone *in l. ex pacto, ſuo num.* 10. *verſ. Adde etiam, ff. de vulgari*, Tiraquello *de retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 105. Buratto *deciſ.* 756. Nicolao de Vbald. *de ſucceſſione ab inteſtato, part.* 1. *num.* 1. Rota *in Romana fideicommiſſi*, 26. *Nouembr.* 1627. *coram Card. Virili.* Vnde cùm in vna Neorenenſ. dubitaretur, an ex indulto à Religione Minorum de Obſeruantia ad Tertium Ordinem Sancti Franciſci, ex legitima cauſa tranſlatus, recuperet ſuccedendi ius in bonis ſibi ex teſtamento poſt tranſlationem delatis, Sacra Congregatio Concilij Tridentini, 22. Ianuarij de anno 1628. reſpondit, recuperare ad commodum ſecundi Monaſterij. Ita refert Tamburinus *ſub dicto numero* 7. *verſic. Profeſſus autem*, ex Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 2.

196 Secus autem dicendum eſſe de bonis dicto Religioſo delatis ante tranſlationem, docent Tamburinus & Barboſa *vbi proximè, num.* 93. ex declaratione Sacræ Congregationis, die 17. Iunij 1617. tenoris ſequentis: *Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium S. Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, ſi Orator in Religione incapaci, nullâ factâ diſpoſitione bonorum validam profeſſionem emiſerit, bona ipſa fuiſſe acquiſita venientibus ab inteſtato, ac proinde, nec ſucceſſioni ſecundæ Religionis capacis, ad quam fuit tranſitus, eſſe ampliùs locum, nec bonorum renuntiationi.*

197 Quod ſi petas, *An tranſlatus de Religione incapaci bonorum in communi ad capacem authoritate Apoſtolica, recuperet bona, quæ ante profeſſionem in prima Religione factam obtinebat?* Reſpondet Tamburinus *dicto n.* 7. *verſic. Tranſlatus*, & *verſic. Si verò tranſlatus*. Barboſa *in cap. Licet, n.* 30. *el* 18. *de Regularib* cum Natta *conſ.* 180. *n.* 4. quod non. Allegat Carolum Tapia *in authentica ingreſſi, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, cap.* 6. *num.* 34. Barthol. *in tract. Minorit. lib.* 4. *diſt.* 3. *cap.* 2. Barboſam *cap. citato, n.* 57. & Rotam *in Ianuenſ. reintegrationis*, 16. *Nouembris* 1621. *coram Buratto, inter eius impreſſas, deciſ.* 776. *num.* 2. citatam à Barboſa *num.* 94. *dicti cap.* 2.

198 Nonnulla adhuc dubia circa principalem quæſtionem reſtant reſoluenda, à quibus me breuiter expediam. *Primum ſit, An debitè de vna ad aliam tranſiens Religionem, poſſit ſecum veſtes deferre, aut quid aliud, ex his, quæ in prima habebat ad vſum?* Reſolutio ex præcedentibus negatiua eſſe debebat, cùm omnia ad primum pertineant Monaſterium, quamvis tranſitus de licentia Superioris fiat. Nihilominus affirmatiuè quoad veſtes reſpondet Tamburinus *loco citato, num.* 8. cum Barthol. à S. Fauſto *in Theſauro lib.* 5. *q.* 375. Nauarro *lib.* 3. *Conſilior. tit. de Regularibus, conſ.* 55. *n.* 9. & Emmanuel Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 79. *art.* 2. ego ipſe *in Diſquiſitionib. Moralib. & Canonic. tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 21. *n.* 2. *&* 6. cum Lugo *de iuſt. diſp.* 3. *ſect.* 11. *n.* 230. & aliis. Ratio eſt, quia licentia tacita Prælati Monaſterij, à quo diſcedit, id permittit. Lezana *dicto cap.* 22. *n.* 23. in genere dicit, non poſſe ſecum deferre, niſi ea ſolùm, quæ ſibi gratioſè à Superiore fuerint conceſſa. Pro quo allegat Nauarrum *in cap. Non dicatis, n.* 30. *&* 31. & *in cap. Statuimus, num.* 24.

199 *Secundum ſit, Quid dicendum de libris manuſcriptis à tranſeunte compoſitis. Poteritne illos ſecum deferre?* Negatiuè reſpondent apud Tamburinum Hieronymus Roderiquez *in compend. qq. Regular. reſolut.* 125. *n.* 82. Villalobos *in ſumma, tom.* 2. *tract.* 35. *difficult.* 14. *c.* 5. & Barth. à S. Fauſto *quæſt.* 386. *num.* 5. quorum ſententiam probabilem iudicat Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regularium, reſol* 63. Nihilominus affirmatiuè reſpondeo, vt reſpondi *dicto dub.* 21. *num.* 4. cum Diana *part.* 1. *tract.* 6. *reſolut.* 25. (qui non minùs probabilem hanc ſententiam vocat *dicta reſol.* 63. quàm negatiuam) cum Ioanne Valero *in differentiis vtriuſque fori, verbo Munera, num.* 106. aſſerente, quod libri manuſcripti ſemper ſunt Religioſi, & eos ſemper poteſt deferre, quocumque vadat, etiamſi ſe transferat in aliam Religionem. *Et verbo Regularis, differentia* 8. *num.* 2. docet id eſſe verum, etiam nullâ petitâ licentiâ. Et teſtatur, ſe vidiſſe quemdam doctiſſimum Ieſuitam, ad ſuam Carthuſianam Religionem tranſiſſe, ſecum deferentem duos libros à ſe compoſitos, nullâ ad id à Prælato licentiâ petitâ. Allegaui etiam Auſonium Noctinot *in ſumma Dianæ, verbo Paupertas Religioſa, num.* 3. Pellizzarium *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 156. & *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 318. vbi ait manuſcriptos libros ſemper eſſe Religioſi, & donare poſſe illos: Cardinalem de Lugo *vbi proximè*, & Ioannem Caramuelem *in Theologia Regulari, comment. in Regulam S. P. N. Benedicti, diſp.* 59. *numero* 831 & *in Theologia Fundamentali, fundam.* 51. *§.* 10. *n.* 1421. *verſic. Reſpondi*, qui latè probat, Religioſum habere dominium directum in manuſcripta. Quod quomodo debeat intelligi, ibi, & apud me videre poteris. Addo Franciſcum Dubal *p.* 2. *q.* 7. *n.* 22. noſtram ſententiam probabilem iudicantem, pro qua recenſita probatione ex ratione per Caramuelem adducta, ſic ait: *Eſſo la que me parece mas efficaz es, que como aduierten Homobono p.* 1. *tr.* 7. *cap.* 22. *q.* 100 *y Corzolano de caſibus reſeru. p.* 2. *caſu* 16. *n.* 19. *Clemente Octauo declaro, que los Religioſos pueden dar, y enagenar los manuſcritos ſin contrauenir à ſu Conſtitucion, de Largitione munerum. Luego no ſon de la communidad, ſino del Religioſo.*

Tertium dubium eſt, *An Monialis ad aliud Mo-* 200
naſterium tranſiens pr[illegible]ia ex voluntate, dotem ſuam ſecum deferre poſſit? Reſpondet Tamburinus *dicto quæſt.* 6. *n.* 9. cum Nauarro *comment.* 4. *de Regularibus, n.* 24. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 79. *art.* 2. & Barth. à S. Fauſto *dicto lib* 5. *Theſauri, q* 375. non poſſe illam ſecum deferre, quia nondum profeſſio ſequuta eſt in illo ſecundo Monaſterio; ſecus autem dicendum, quando profeſſio fuerit ſequuta. Quod dotem ſoluere debeat, docet Dubal, ſed non dicit quando.

Quartum eſt, *Vtrum Religioſo, aut Religioſa, tranſlato, vel tranſlata ad aliam Religionem, aut Monaſterium, non vt in eo profeſſionem emittat, & perpetuò degat tanquam illius membrum, & pars, ſed vt pœnitentiam agat delictorum ſuorum, vſusfructus bonorum priori Monaſterio acquiſitorum debeatur ſecundo, vbi pœnitentiam gerit? Et an quæ in ſecundo Monaſterio acquirit, illi, vel potiùs primo cedant?*

Primæ quæſiti parti reſpondet Tamburinus 201
in ſæpe citata diſputatione ſeptima, quæſtione ſexta, ſub numero ſeptimo, verſic. Si verò Religioſus, cum Roderiquez *tomo tertio qq. Regular. quæſt.* 5. *art.* 5. Azorio *Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Sanchez *in Decalogum, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 46.

*num.*46 Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib.*1.*cap.*42.*n.*96. & cum Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regularium, reſolution.*114 quod ſic, maximè ſi Monaſterium ſecundum inops ſit; quia aliàs illi eſſet granis, & oneroſus.

Limitat tamen huius vſusfructus tranſlationem vſque ad illam quantitatem, quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſit Religioſo ſic tranſlato, & ad cætera illius alimenta prudentis viri iudicio moderandam. Allegat pro limitatione iſta Tamburinus Menochium *ae arbitrariis caſu* 436.*caſu vltimo*, Roderiquez *vbi proximè*, *art.* 27. *in fine*, & Sanchez *loco citato*, *cap.* 32. *num.* 47. & 48. quò loci ait, hoc eſſe intelligendum in caſu, quo Religioſus eſſet pro ſecundo Monaſterio inutilis; ſecus autem dicendum, ſi eſſet vtilis, & ei deſeruiret, ita vt obſequia præſtita ſecundo Monaſterio alimentis æquiualerent prædictis.

202 Secundæ autem parti reſpondet Barboſa *in cap. Licèt*, *n.* 30. *el* 18. *de Regularibus*, cedere primo Monaſterio quæ in ſecundo acquirit. Allegat Rotam *decif.* 115. apud Farinacium *part.*2. *recentior. num.* 3. dicentem quod Monialis tranſlatio ad aliud Monaſterium duobus modis fit, vel vt Monialis, quæ transfertur, liberetur à conſortio, & filiatione primi, & efficiatur Monialis ſecundi; & tunc acquiſita per eam ſecundo Monaſterio debentur: vel vt non liberetur à conſortio, & poteſtate primi, ſed transferatur aliquâ de cauſâ; & tunc acquiſita per eam acquiruntur primo Monaſterio, cuius Monialis eſt.

SVBSECTIO VI.

BREVIARIVM.

Axioma.

Ceſſante cauſa ceſſat effectus. n. 211.

Excommunicatio.

Recipientes Caſſinenſes abſque conſenſu Capituli Generalis, vel Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum, excommunicationi Papæ reſeruatæ ſubiiciuntur. num. 204.

Monachos, & Conuerſos noſtræ Congregationis admittentes, recipientes, vel ad receptionem, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, etiamſi Archiepiſcopi ſint, &c. ſimili ſubiacent cenſuræ. num. 205.

Eadem plectuntur pœnâ Monachales, præter Carthuſianos, mendicantes recipientes. n. 206.

Recipientes Minimos abſque Papæ & Correctoris Generalis licentia, ipſo facto excommunicati exiſtunt. num. 207.

Simili pœnâ puniuntur Minimi præſumentes recipere, vel retinere Minorem non habentem ſpecialem Papæ licentiam, ab eo petitam, & obtentam. n. 208.

Fulienſes ad Carthuſiam tranſeuntes, non petitâ, nec obtentâ licentiâ à Superioribus, ipſo facto excommunicationem incurrunt. n. 210.

Religio, Religioſi.

Recipientes Religioſum alterius Ordinis, peccant mortaliter, ſi contra iuris Ordinem recipiant. numero 203.

Qui ad alienam tranſierat Religionem, ad propriam redire poteſt antequam in aliena profiteatur, & debet admitti, ſiue cum licentia, ſiue ſine illa tranſierit. num. 211.

Redeuntes ad propriam Religionem, in pœnam ſuæ leuitatis poſſunt puniri, ſi abſque iuſta tranſierint cauſa: & de facto Clerici Minores priuantur voce, &c. numero 212.

Prædicatores, Minores, & Auguſtiniani prohibentur recipere Carmelitanos ſine licentia Generalis, ſub pœna priuationis, &c n.209.

Pro recipientibus Religioſos aliorum Ordinum, vide verb. Excommunicatio.

Tranſitus.

Ab vna ad aliam Religionem tranſitus, an & quomodo liceat, & ſub quibus prohibeatur pœnis, & plura alia circa hanc materiam, vide verbo Religio, & Religioſi.

Decimoquartò principaliter quæritur de pœ- 203
nis inflictis recipientibus Religioſum alterius Ordinis, contra iuris ordinem, *quanam illa ſint?*

Reſpondeo *primò*, omnes illos mortaliter peccare. Ratio eſt, quia in re grauiſſima delinquunt. Et ita docet Ioan. Baptiſta Lezana *in Summa qq. Regularium*, *part.* 1. *cap.* 22. *n.* 24.

Secundò, omnes, & ſinguli recipientes abſque 204
conſenſu Capituli Generalis, ſeu Præſidentis, & maioris partis viſitatorum, Monachos Congregationis Caſſinenſis, excommunicationi Papæ reſeruatæ ſubiiciuntur, ſi factâ eis notitiâ de conſtitutione, *Etſi ex debito*, Eugenij Quarti, edita 7. Kalendas Martij 1434. 6. Bullarij noſtræ Congregationis, infrà tres dies receptos non reſtituerint cum effectu, vel à ſe realiter abiecerint, etiamſi vtantur litteris Apoſtolicis in huiuſmodi tranſitu, in quibus de huiuſmodi perſonis, ac Congregatione nominatim, & expreſsè mentionem fiat. Quo quidem priuilegio noſtra Congregatio gaudet, vti aliàs dico.

Tertiò idem Eugenius in conſtitutione *Paſtor* 205
bonus, 50. eiuſdem Bullarij, 3. Kalendas Decembris de anno 1446. excommunicatione Papæ reſeruata percuſſit omnes, & ſingulos cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, vel conditionis, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, &c. præfulgentes dignitate, receptatores, & admittentes, ſeu ad hoc vt admittantur, & recipiantur Monachi, aut Conuerſi noſtræ Congregationis Hiſpanæ, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, niſi infra ſex dies à die requiſitionis eis à Superioribus faciendæ, per eos receptos, & admiſſos dictis ſuis Superioribus reſtituerint.

Quartò, Martinus IV. in extrauagante *Viam* 206
ambitioſæ, 1. *inter communes*, *tit. de Regularibus*, excommunicationem tulit Papæ reſeruatam, contra Monachales (Carthuſienſibus exceptis) recipientes Religioſos Mendicantes.

Quintò, Iulius II. in conſtitutione *Sacer Ordo*, 5. 207
apud Peyrinum *tom.* 1. *de priuilegiis*, edita 27. Martij 1508. §. 4. excommunicationem latæ ſententiæ tulit contra recipientes Fratres Ordinis Minimorum abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, & Correctoris Generalis Ordinis. De qua idem Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *quæſt.* 1. *cap.* 24.

Sextò, idem Iulius in conſtitutione *Exponi no-* 208
bis, 16 penes dictum Peyrinum *de priuilegiis tom.* 1. cuius meminit eodem tomo de ſubdito, *loco citato*, *poſt concluſionem* 7. *verſic. Fallit tamen*, & Caſarubius *in priuilegiis Mendicantium*, *verb. Recipere*, *num.* 10. ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohibet vniuerſis Fratribus Minimis, *ne de cætero aliquem ex Fratribus Ordinis Minimorum de Obſeruantia modo aliquo, vel recipere, vel retinere præſumant,*

Digitized by Google

præſumant, ſine expreſſa, & ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, à volente ad illos tranſire ſpecialiter obtenta. Habetur hæc prohibitio §.2. dictæ conſtitutionis, editæ die 9. Iulij anni 1510.

209 *Septimò*, Patres Prædicatores, Minores, vel Auguſtiniani non poſſunt recipere Fratres Carmelitanos ad eorum Ordines, vel retinere, ſine conſenſu Generalis dicti Ordinis Carmelitanorum, ſub pœna priuationis Officij, vel adminiſtrationis, & inhabilitatis ad alia, ipſo facto incurrenda, ita decernente Ioanne XXII. vt ait Lezana *dict. n.24. ex Speculo Ordinum, fol.*71. & in Mare Magnum Carmelitanorum, §.10. *n.*209.

210 *Octauò*, nullus è Congregatione Fulienſi ad Carthuſiam tranſire poteſt ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, niſi petitâ, & obtentâ licentiâ à Superioribus. Ita Bartholomæus à S.Fauſto *lib.5. Theſauri, quæſt.*351. *n.*5. ex priuilegio conceſſo à Paulo Papa V. Carmelitis Diſcalceatis, 3. die Aprilis, de anno 1610.

Nono, Mendicantes ad non Mendicantes, etiam de Papæ licentia tranſeuntes, perpetuò manent abſque voce, & loco in Capitulo, quamvis gratis à Capitulo concedatur. Et ſunt inhabiles ad omnem dignitatem, officium, & adminiſtrationem, & ad curam animarum, tam proprio nomine, quàm alieno. Dubal *p.2. q.19. num.*65. ex Clementina *Vt profeſſores, de Regularibus*, Barth. à S. Fauſto, Bonacina, Baſſæo, Sanchez, Pellizzario, Villalobos, Hieronymo Roderiquez, Pottel, & communi Doctorum.

211 *Vltimò* quæritur, *An in propria Religione debeat recipi, qui ex aliena reuertitur, ad quam tranſierat?* Tamburinus *tom.3. diſput. 7. quæſ.1. num.* 30. cum Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.15. dub.2. num.19.* cum Miranda *in Manuali Prælator. tom.1. q.. art.*18. Roſella *verb. Religio, 4. n.9.* Syluestro *eodem verb.4. q.5.* & cum Tabiena eodem ſimiliter *verbo, num.*24. & Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.1. part.1. cap.22. num.*18. cum eodem Syluestro, & cum Azorio *Inſtit. Moral. part.1. lib.12. cap.14. q.*11. Benedictus Remigius *in practica, tract. 2. capite 4. §.11. verſic. Para oniar*, docent, Superiorem teneri recipere Religioſum, cui conceſſerat licentiam tranſeundi ad aliam Religionem, ſi ante emiſſam profeſſionem in ſecunda Religione reuerti vult ad priorem, vel quia rigorem alterius ſuſtinere nequiuit, vel quia pœnituit. Et ratio eſt, quia adhuc eſt membrum Religionis à qua diſceſſit, ratione vinculi profeſſionis in ea emiſſæ: & licentia tranſeundi, & propriæ Religionis renunciatio fuit facta ex cauſa, quâ non ſequutâ, nullus etiam ſequitur effectus. Barboſa *tractat. de Axiomatibus iuris, axiomat.40. num.4. ex l. adigere, §. Quamvis, ff. de iurepatronatus, l. ſi pater, ff. de hæredibus inſtituendis, l. generaliter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. cùm tu, Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem, cap. Magnæ, in fine, de voto, cap. cùm ceſſante, de appellationibus.* Tiraquello *in ſpeciali tractat. Ceſſante cauſa ceſſat effectus*: & *de iure primog. q* 40. *num.* 170. Brunore à Sole *in locis communibus, verbo Cauſa*, 2. & ex pluribus aliis Doctoribus.

Idem docent Tamburinus cum Vecchio *dict. num.19. in fine*, & Lezana cum Sanchez *tom. 2. in Decalogum, lib. 6. cap. 7. num.* 105. de illo, qui ſine licentia iniuſtè, aut illegitimè à ſua in alteram Religionem tranſiuit. Quod priùs docuerat Abbas Panormitanus *part. 1. conſilior. conſil.* 95. *ante finem*, vbi ait: Debet reddi, & etiam reſtitui Monaſterio primò, vt *in cap. Ioannes, de Regularibus*: quin etiam (addit) competit ſibi actio contra primum Monaſterium, vt ibidem recipiatur, vt notat Ioannes Andreas *ſuper dicta gloſſa fin.* pro quo plura cumulat Abbas, qui in illo agebat conſilio de quodam Canonico Regulari Sancti Auguſtini, qui nec obtentâ, nec petitâ licentiâ à ſuo Prælato, ex animi leuitate ad quoddam Monaſterium Sancti Dominici tranſiuit, & in eo profeſſionem emiſit; quâ tamen non obſtante, conſuluit, poſſe illum propria ex authoritate ad ſuum primum redire Monaſterium, cùm non valuerit tranſitus eius ad ſecundum.

212 Vnum addit Remigius, poſſe Prælatos redeuntes Religioſos ſuos punire, in leuitatis ſuæ pœnam, & in aliorum exemplum, iuxta Regulæ, & Conſtitutionum præſcriptum. Et de Religioſo ſuæ Religionis Clericorum Regularium Minorum, ab aliena redeunte, teſtatur ſuum amittere gradum, ac etiam vocem actiuam, & paſſiuam, & per annum recluſionem pati.

SECTIO IV.

De ſeruis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Tempus ignoranti non currit. n.215.

Filius.

Pubes filius, ſui iuris eſt in his, quæ ad Deum ſunt; & ideò inuito patre Religionem ingredi poteſt. num.217.

Seruus.

Omnino eſt Domini ſui; in cuius præiudicium ſe obligare non poteſt. n.214. & 216.

Multiplex ſeruorum genus n.216.

Seruus in Religione ſuſcipi non poteſt ſine conſenſu Domini n.213.

Et ibi plura de hac materia.

213 Q*Vartum impedimentum* ad ingreſſum Religionis, eſt ſeruitus; ſeruus enim ſine Domini conſenſu, ſiue eo ignorante, vel contradicente, recipi non poteſt in Religione vlla; quod ſi recipiatur, reddendus eſt Domino petenti eum omnibus, quæ attulit; poſt triennium verò repeti non poteſt, niſi fortè tam longè abeſſet, quod inueniri non poſſit, *can. Si quis ineuenitus*, 17. *q.*2. Aliàs poſt triennium conſenſus præſumitur Domini. Et ſi interim profeſſionem emiſerit, Domino reſtituetur, profeſſione non obſtante, ſi admiſſus in receptione vſus eſt dolo, aut fraude, probando per teſtes falſos, ſe liberum eſſe, *cap. Oportet, de ſeruis non ordinandis.* Si autem Superior, ſiue Conuentus in culpa fuerit, vel quia ſciebat illum eſſe ſeruum, vel quia neglexerit inquirere, cùm eſſet ille cognitus, remanebit in Monaſterio; ſed hoc Domino illius ſatisfaciet.

214 Hæc omnia docent Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.1. part.1. cap.2. num.21.* & *cap.24. numero* 20. Aſcanius Tamburinus *tom.3. de iure Abbatum, diſputatione 6. quæſ. 3. num.6.* Laurentius de Peyrinis *tom. 2. de Prælato, quæſt. 3. cap. 1. §. 2. numero* 43. Fulgentius de Ouiedo *in Republica Regulari, part. 1. tractat. 4. cap. 2. q.1. num.* 2. Barboſa

in can. Generalis, *el* 12. *diſtinct*. 54. & penes illos D. Antoninus *part*. 3. *titul*. 16. *cap*. 3. §. 4. Syluester *ve v. Religio* 1. *q* 3. Azorius *Inſtitut. Moral. parte* 1. *lib*. 12. *cap*. 1. *q*. 3. Barth. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis*, *diſputatione* 2. *dubitat*. 1. *num*. 2. Tabiena *verb. Religio*, *q*. 10. *num*. 11. Sanchez in *Decalog. lib*. 5 *capite* 4. *num*. 47. Roſella *verb. Religio*, §. 1. & 2. Angelo *eodem verbo*, § 5. Piſanella *eodem* etiam *verbo* 2. §. *Verum ſeruus*. & §. *Quod ſi ſeruus*. Petrus Ledeſma *de ſtatu Religioſ. in communi*, *cap*. 6. *concluſ*. 1. *à verſic. Acerca de la primera*. Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum lib*. 5. *q*. 129. Trottus *de perfectione Clericor. lib*. 2. *part*. 1. *reg*. 3. *num*. 13. & 14. Suarez *de Relig. tom*. 3. *lib*. 4. *cap*. 6. *num*. 2. Leſſius *de iuſt. lib*. 2. *cap* 41. *dub*. 3. *num*. 31. Portellus *in dubiis Regular. verbo Nouitij qual. num*. 23. Miranda *in Manuali Prælatorum tom*. 1. *q* 17. *art*. 1. Feſtus *in Conſtit. Prædic. part*. 2. *cap*. 5. Et ratio eſt, quia ſeruus eſt omnino Domini ſui. Ergo in illius præiudicium ſe obligare non poteſt profeſſionis vinculo, cùm nec Deus, nec Eccleſia quidquam velint in tertij præiudicium.

215 Quod ſi inquiras, *quando incipiat currere triennium*, *vt Domini præſumatur conſenſus*? Currere à die probationis inceptæ, dixerunt Leſſius *de iuſt. lib*. 2. *cap*. 41. *dub*. 3. *num*. 31. & Azorius *Inſtitut. Moral. part*. 1. *lib*. 12. *cap*. 1. *q*. 3. ſed vera ſententia tenet currere à die, quâ Dominus certior factus eſt, ſeruum Religionem intraſſe. Ita Tamburinus *dict. num*. 6. cum gloſſa *in can. ſi ſeruus*, *verbo vnus*, *el* 2. 54. *diſt*. D. Antonin. 3. *part. titul*. 16. *cap*. 3. §. 4. Sylueſtro *verb. Religio*, 2. *q*. 3. Roſella *verb. Religio* 2. *num*. 1. Sanchez *in Decalogum*, *loco citato*, *num*. 46 Vecchis *dict. dub*. 1. *num*. 3. Tenet etiam Barboſa *in dictum canon. num*. 2. & *in canon. Si quis incognitus*, *el* 3. 17. *q*. 2. cum D. Anton. *titul*. 20 *cap*. 6. Sayro *in Theſauro*, *lib*. 6. *cap*. 54. *numero* 5. Campan. *in diuerſ. iuris Canonici*, *rubr*. 11. *cap*. 8 *num*. 12. Miranda *vbi ſuprà*, *concluſ*. 4 *in fine*, & cum Reginaldo *in praxi*, *lib*. 30 *tract*. 2. *numero* 63. Et ratio eſt, quia tempus ignoranti non currit, *l. annus*, *ff. de calumniatoribus*, *l. quinquaginta*, *ff. de excuſationibus tutorum*, *l. quamdiu*, *Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem*. Barboſa *tractat. de Axiomatibus iuris*, *axiomate* 113. *num*. 15. cum Flamin. Pariſio *de reſignat. beneficiorum lib*. 11. *q*. 4. *à num*. 58. Chalda Pereyra *de renouatione emphyteuſis*, *q*. 7. *num*. 11. *cum ſequentibus*. Surdo *conſilio* 371. *numero* 86. & cum Ioanne Baptiſta Coſta *de facti ſcientia*, & *ignorantia*, *inſpect*. 87. *numero* 5. & *inſpect*. 88. *num*. 2. & Aſcanius Tamburinus *vbi proximè*.

216 Quod ſi inquiras ſecundò, *An impedimentum hoc procedat in omni ſeruorum genere*, *ſiue coloni*, *ſiue originarij*, *ſiue adſcriptitij ſint*? Reſpondet affirmatiuè Tamburinus *eodem num*. 6. & Barboſa *in canon. Generalis*, *el* 12. *diſtinct*. 54. cum D. Antonin. Sylueſtro, Tabiena, & Roſella *locis citatis*, cum Sanchez *num* 48. Vecchis *num*. 1. Aldobrandino *in* §. *ſeruitus*, *num*. 29. *Inſtitut. de iure perſonarum*, & cum Valaſco *de iure emphyteutico*, *q*. 37. *num*. 6. Et ratio eſt, quia omnes iſti ſerui ita Domini ſunt, vt obligare ſe non valeant in Domini præiudicium; & ſic eadem eſt impedimenti ratio in vno, ac in alio ſeruorum genere.

217 Sed dices, *Cur idipſum non procedat in filiisfamilias*, *cùm videatur ſimilis ratio*, *ex quo in aliena ſunt poteſtate*? Reſpondet Tamburinus *vbi ſuprà*, ideo id in filiofamilias non procedere, quia quilibet pubes ratione vtens, & Nouitiatus capax, Religionem ingredi poteſt inuito patre, vti docet Pater Syluester *verb. Religio*, *num*. 11. & probatur *cap. Puella*, 20. *q*. 2. & *cap. Cùm virum*, *de Regularibus*. Et eſt ratio, quia pubes eſt ſui iuris in his, quæ ad Deum ſunt, qui eſt magis ſequendus, quàm homines.

SECTIO V.

De Epiſcopis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Bonum maius minori præfertur. n. 220.

Communis vtilitas vtilitati præfertur ſpeciali. numero 220.

Beneficia.

Quæ poſſidentur à Religionem ingredientibus, *durante probationis tempore non vacant*. numero 226.

Epiſcopi.

Ingredi non poſſunt Religionem Epiſcopi conſecrati Eccleſias actualiter habentes. numero 218. & ſequentibus.

Nec etiam confirmati. n. 223.

Nec titulares quidem. n. 224.

Cauſa, *ob quas Epiſcopi cedere valeant*. numero 219.

Epiſcopi ſuis Eccleſiis maritati ſunt, & *in actu conſecrationis matrimonium ſpirituale conſummatum eſt*. n. 221.

Epiſcoporum ſtatus ſtatu Religioſorum perfectior eſt. num. 222.

Vinculum Epiſcopi cum ſua Eccleſia, *iure diuino eſt indiſſolubile*. n. 224.

Matrimonium.

Eodem modo philoſophatur de matrimonio ſpirituali, *ac de carnali*. n. 224.

Vide alia verbo Epiſcopi.

Religio, Religioſi.

An Religionem ingredi poſſint Epiſcopi. *Vide verbo* Epiſcopi.

Prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, *ſi exempti ſunt*, *poſſunt Religionem ingredi abſque vlla licentia*; *ſi non exempti*, *petitâ*, & *non obtentâ ab Ordinariis ſuis*. n. 225.

QVintum impedimentum ad ingreſſum Religionis, eſt Epiſcopalis dignitas. Prohibitum enim eſt Epiſcopis, ne Religionem ingrediantur, vti docent Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part*. 3. *allegat*. 53. *num*. 23. & 26. & *in cap. Niſi cum pridem*, num. 20. *el* 10. *de renunciatione*, ac *in cap. Licèt*, *num*. 22. *de Regular*. Tamburinus *tom*. 3. *de iure Abbatum*, *diſputatione* 6. *q*. 3. *num*. 7. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom*. 1. *part*. 1. *cap*. 24. *num*. 11. Laurentius de Peyrinis *tom*. 2. *de Prælato*, *q*. 3. *cap*. 1. §. 2. *num*. 46. & penes eos D. Thomas 2. 2. *q*. 189. *art*. 7. *in corpore*, Sanchez *in Decalogum lib*. 4. *cap*. 25. *num*. 36. Suarez *tom*. 3. *de Religione*, *lib*. 1. *cap*. 19. *à num*. 13. *lib*. 5. *cap*. 14. *num*. 14. & *lib*. 6. *cap*. 8. Angelus *verb. Religioſus*, §. 22. Syluester *verb. Religio* 2. *q*. 8. Roſella *eodem verb*. 2 §. 8. Tabiena *eodem* §. 12. Piſanella *eodem verb*. 1. §. *Verum Epiſcopi*, &c. Vecchius *praxi de admittendis* 218

ad

ad Religionis ſtatum nouitiis, diſputatione 2. *dub.* 3. *num.* 1. Miranda *in Manual. tom.* 1. *q.*17. *articulo* 3. Leſſius *de iuſtit. lib.*2. *cap.* 41. *dubitatione* 3. *numero* 14. Reginaldus *in praxi*, *lib.* 18. *num.*377. *verſicul. Poſtremò.* Nauarrus *lib.* 1. *conſiliorum*, *conſil.*1. & 4. *de renunciatione*, Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 423. Maiolus *de irregularitate*, *lib.* 3. *capite* 3. *num.* 31. *in fine.* Flamin. Pariſius *de reſignat. lib.*5. *q.*3. *à numero* 233. Azorius *Inſtitut. Moralium parte* 1. *lib.* 11. *cap.* 6. *q.* 1. *verſicul. Quæres*, & Marcus Antonius Genuenſis *in practicab. Eccleſ. q.* 502. & *in praxi Archiepiſc. Neapolitan. capite* 31. *num.* 11. Quod tamen intelligi debet de Epiſcopo electo, confirmato, pariter & conſecrato, & ſuam Eccleſiam actualiter habente, cuius curam gerit, vti aduertunt Tamburinus *eodem num.* 7. & Peyrinus *num.*47.ex Suarez *dict. lib.*6 *cap* 8.

219 Hoc impedimentum probatur primò *ex cap Niſi cùm pridem*, *el* 10. *de renunciatione*, vbi Innocentius III. ait: *Si in huiuſmodi ceſſione fratrem tibi melio in vita promittis, ſcire te debes, non eſſe ſanctificato in vtero ſanctiorem; & ideò non oportet te prædicationis iam ſuſcepta deſerere miniſterium, cùm ille, cuius fieri baiulus recuſabas, tandem prædicandum reperit verbum Dei.* Et infrà: *Intimari te itaque volumus, quod hæc ſunt illa, per quæ cedendi Epiſcopus licentiam poteſt poſtulare; conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, irregularitaſque perſonæ.* Illa exponit Barboſa *ibi.*

220 *Secundò* probatur *ex cap. Licèt*, *el* 18. *de Regularibus*, vbi ita Cœleſtinus III. *Illâ ſemper Regulâ inuiolabiliter obſeruatâ, vt nullus abſque licentia Romani Pontificis præſumat occaſione quacumque deſerere Præſulatum; quoniam ſicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur. Et in hoc caſu rectè præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, & labor quieti.*

221 *Tertiò* probatur, quia Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſuis Eccleſiis maritati ſunt; vnde ſicut vxoratus ingredi non poteſt Religionem, niſi obtentâ licentiâ ſuæ vxoris; ita nec Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſine Papæ licentia, qui eam dare ſibi reſeruauit, cui obedire iurauerunt in actu conſecrationis, per quem fuit conſummatum matrimonium ſpirituale eorum cum Eccleſiis.

222 *Quartè* quia ſtatus Epiſcoporum perfectior eſt Religioſorum ſtatu, vti probat D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 184. *articulo* 7. ſed à perfectiori ad minùs perfectum tranſiri non poteſt ſine licentia, vti ex iuribus allegatis apparet. Ergo Epiſcopi, & Archiepiſcopi tranſire non poſſunt ad Religioſorum ſtatum ſine Papæ licentia.

223 Ampliat concluſionem Peyrinus *num.* 47. cum Suarez *tom.*3. *de Religione*, *lib.*6. *cap* 8. *num.* 1. ad Epiſcopum confirmatum, & nondum conſecratum; eo ductus fundamento, quod iam verè ſit Epiſcopus, & ſponſus ſuæ Eccleſiæ.

224 Secundò ampliat illam ad Epiſcopum titularem, cum eodem Soarez *num* . quia huiuſmodi per accidens eſt abſens à ſua Eccleſia. Vnde profeſſio eius abſque Papæ licentia eſſet nulla. Tum quia vinculum Epiſcopi cum ſua Eccleſia iure diuino eſt indiſſolubile: & quandocumque diſſoluitur, non humana, ſed diuina authoritate, id eſt Papæ authoritate, qui eſt Chriſti Vicarius, diſſolui debet, *cap. Inter corporalia. de tranſlatione Epiſcopi.* Tum etiam, quia de matrimonio ſpirituali eodem modo, quo de carnali philoſophamur. Sed in hoc non licet ſine coniugis licentia Religionem ingredi, vt iam diximus. Ergo nec in illo ſine Papæ licentia.

Quod ſi inquiras de aliis Prælatis, dignitatem 225
etiam quaſi Epiſcopalem habentibus, *poterùntne Religionem ingredi ſine licentia Papæ?* Reſpondet Peyrinus *num.* 48 cum D. Thoma, Syluestro, Angelo, & Roſella *locis citatis*, cum Ghetio *in Theologia Morali*, *verb. Religio*, *q.* 30. & Suarez *vbi ſuprà*, *num.* 13. & 14 poſſe ingredi cum ſola petita, & non obtenta licentia Ordinariorum, quibus ſubduntur, ſi exempti non ſunt; & ſi exempti, eximi à petenda: vel vt dicit Suarez *dict. num.* 14. ſufficere licentiam petere ab illo Epiſcopo, cui deberent eſſe ſubiecti, niſi eſſent exempti. Et quidem, quod conſenſus non requiratur Epiſcopi, definit Vrbanus Papa *in canone duæ ſunt*, 19. *q.*2. dicens: *Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducitur, etiam Epiſcopo ſuo contradicente, eat liber noſtra authoritate.*

Aduertit Peyrinus *dict. num.* 48. quod benefi- 226
cia Religionem ingredientium infra annum probationis non ſunt alicui conferenda, ſed interim eis eſt inſeruiendum per alios, aſſignata eiſdem congrua portione. Vtrumque ſtatuit Bonifacius Papa VIII. *in cap. Beneficium*, *el* 4. *de Regularibus in* 6. vbi latè gloſſa, & Barboſa, qui *num.* 4. recenſet Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſputatione* 8. *dub.*7. *n.* 4. *verſ. Immò*, & alios penes ipſum, ac Thomam Sanchez *tom.*1. *in Decalogum*, *lib.*7. *c.*4. *n.*6. aſſerentes, idem dicendum etiamſi Nouitiatus pluribus duret annis.

Sectio VI.

De ære alieno grauatis.

Breviarium.

Alimenta.

Ex bonis acquiſitis per profeſſionem Religioſi tenetur Monaſterium alimenta dare illius parentibus, filiis, &c. n.246.

Axioma.

Impoſſibilia non obligant. n.234.

Legis verba cui non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio. n.236.

Bona.

Prælati Regulares in pia opera conuertere poſſunt bona incerta ab ingredientibus Religionem debita; num.233.

Qui in bona alicuius ſuccedunt, ipſius debitis adſtringuntur, iuxta quantitatem ſaltem bonorum; num.246.

Alia vide verbo Alimenta.

Debita, Debitor.

Debita ſoluere eſt de iure naturæ. numero 228. & 244.

Debita Religioſi, & ingredientis Religionem, quando teneatur Monaſterium ſoluere. n.246.

Debitor quibus in caſibus Religionem ingredi non poſſit. n.227. & ſeqq.

Hæres, Hæreditas.

Adeat hæres hæreditatem cum beneficio inuentarij; vt vltra vires hæreditarias non teneatur. numero 246.

Impoſſibi

Impoſſibile.

Nemo ad impoſſibile tenetur. n. 234.

Difficultas magna impoſſibilitati æquiparatur. numero 234.

Religio, Religioſi.

Ære alieno grauati, & debito ſoluendo obligati, Religionem ingredi prohibentur, multis caſibus exceptis. n. 229. & ſeqq.

Qui ære alieno grauatus profeſſionem emiſit, quomodo procurare teneatur ſolutionem, & an teneatur Religio. n. 247.

227 SExtum impedimentum. eſt obligatio ſoluendi debitum; onuſti enim debitis, & ære alieno granati, Religionem ingredi non poſſunt, quin priùs illa reddant, & iſtud ſoluant. Ita Tamburinus *tom. 3. diſputat 6. quæſ. 3. num. 9. & ſeqq.* Lezana *tom. 1. part. 1. ſummæ qq. Regular. cap. 24. num. 12. & 17.* Peyrinus *tom. 2. de Prælato, quæſt. 3. cap. 1. §. 2. num. 71.* cum Ledeſma *de ſtatu Relig. in communi, cap. 6. concluſ. 1. verſ. La quinta condicion*, & *concluſ. 3. diffic. 3. verſ. Digo lo ſegundo.* Tabiena *verb. Religio, num. 11.* Angelo *verb. Religioſus, §. 6.* Portello *in dubiis Regular. verb. Nouitij qual. num. 19.* Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 10. art. 9.* Azorio *part 1. lib 12. cap. 1. q. 5.* Sorbo *in compendio, verb. Nouitius, tit. de Nouit. qual. verſ. Tertiò principaliter.* Miranda *tom. 1. Manual. q. 17. art. 7.* Vecchio *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſputat. 2. dubio 13. num. 2.* Sà *verb. Religio, num. 1.* Sanchez *lib. 4. in Decalogum, cap. 19. num. 21.* Suarez *tom. 3. de Religione, lib 5. cap. 7. num. 2.* Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſauro lib. 5 q. 134. num. 5.* Ghettio *in Theolog. Morali, verb. Religio, q. 48.* & cum D. Thom. *2. 2. q. 189. art. 3. ad 3.*

228 Et probatur, quia debita ſoluenda ſunt de iure naturæ, & ingreſſus Religionis eſt de conſilio. Sed prius eſt ſatisfaciendum præceptis, quàm conſiliis. Ergo ære alieno grauatus Religionem non poteſt ingredi, antequam debitum ſoluat.

229 Secundò probatur ex conſtitutione *Cùm de omnibus*, 71. Sixti V. apud tomum 2. Bullarij Angeli Cherubini, *pag. mihi 606.* edita 6. Kalendas Decembris 1587. ſic §. 4. decernentis, *in fine: Omnes autem, & quoſcumque, vt dictum eſt, criminoſos, vel ſuſpectos, aut ære alieno, vt etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuò inhabiles declaramus.* Quæ conſtitutio quoad hoc reuocata non eſt per Clementem VIII. per conſtitutionem *In ſuprema*, vt in ſpecie dicit Peyrinus cum Sanchez, & Suarez *locis citatis.* Ipſe Peyrinus *numero 72.* & Tamburinus *num. 11.* ac Scortia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, theoremate 72.* cum Bonacina *de reſtitutione diſputat. 1. q. vlt. punct. 2. §. 1. propoſit. 3. num. 21.* dicunt fore hodie validam profeſſionem granati magno ære alieno, & obnoxij reddendis rationibus, ob dictam Clementinam, de anno 1602. quæ Sixtianam moderauit quoad hoc ſolùm, vt profeſſio prædictorum valida eſſet, relictâ illâ in ſuo robore, quoad illicitam eorum receptionem, & pœnas receptoribus inflictas. Quod iterum docet *theoremate 573.* Pœnæ autem in §. 6. contentæ, huiuſmodi ſunt, vt quicumque Religioſi, & eorum Superiores, qui aliquas perſonas inhabiles, vt dictum fuerat, poſt conſtitutionis publicationem receperint, voce actiua, & paſſiua, necnon officiis, gradibus, honoribus, & dignitatibus priuantur, & ad illa, & alia ſunt inhabiles in futuro.

230 Circa dictam Sixti V. conſtitutionem aliqua adnotanda veniunt. *Primum* eſt, in illa non comprehendi ære alieno grauatos, qui habent facultates ſufficientes ad ſoluendum. Ita Tamburinus *dict. num. 11.* cum Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 10. art. 9. notab. 2.* & cum Sanchez *cap. 19. citato, num. 24.* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. capite 25. §. 3. verſic. Secundò noto*, & *tom. 2. de Prælato, q. 3. cap. 1. §. 2. num. 73.* Conſonat Salzedus, & Barboſa recenſendi *ſect. 7. not. 4.* & colligitur ex illis conſtitutionis verbis: *Supra vires facultatum ſuarum.*

Secundum eſt, nec illâ eos comprehendi, quorum debita magni momenti non ſunt. Docet Tamburinus cum Sanchez *dict. num. 24.* & cum Suarez *cap. 7. citato, num. 20* Colligitur etiam ex ipſa conſtitutione, ex verbis, *Ingenti ære alieno*, bis in ea appoſitis; quod etiam obſeruat Scortia *theoremate 372.* cum Bonacina *loco citato*, Peyrinus *dicto num. 73.* 231

Tertium eſt, nec comprehendi eos, qui incertis debitis ſunt grauati. Tamburinus cum Roderiquez, & Sanchez *vbi proximè*, Lezana *dict. capite 24. num. 17.* & *in Mare Magn. Prædicator. §. 27. num. 81.* cum Vecchio *diſput. 2. dub. 13. num. 15.* & Noctinot *verb. Debitor, n. 7.* Peyrinus *de ſubdito*; & debent (inquit) eſſe certa, quorum dominus, factâ diligenti inquiſitione, poſſit ſciri: & *dicto numero 73.* Barboſa *in cap. 1. de obligatis ad ratiocinia, num. 9.* 232

Vnum hîc aduerto, quod Iulius II. in 2. Conſtit. apud Peyrinum, *de priuilegiis, tom. 1.* conceſſit Prouincialibus, Vigilibus, ac Vicariis Minimorum, vt eorum ſinguli in locis ſibi commiſſis, bona iſta incerta, ab ingredientibus illorum Ordinem debita, in pios vſus conuertere valeant, prout ſecundùm Deum videbitur expedire. Similem facultatem conceſſit Sixtus IV. in Bulla, *Dum attenta*, Generali, Prouincialibus, ac Prioribus localibus Carmelitarum, quam recenſet Lezana *dict. cap. 24. num. 39.* & refert, Clementem IV. ſimilem etiam conceſſiſſe Minoribus. Quibus bene vti poſſunt noſtri Generales, Abbates, & Præſidentes, ſicut aliarum Religionum Prælati, gaudentium priuilegiis trium prædictarum. Immò & abſque priuilegio id fieri poſſe, docet Peyrinus in dictam Iulianam Conſtitutionem, *§. 20. num. 54.* cum Henriquez *lib. 7. cap. 21. num. 7. in fine*, & cum Nauarro *in Manuali, cap. 17. num. 92.* & id probat argumento *capit. Cùm tu*, ibi: *His non ſuperſtitibus, et 5. de vſuris.* 233

Quartum eſt, nec comprehendi in conſtitutione qui abſque graui ſua culpa deuenere ad impotentiam ſoluendi debita, adeò vt nulla ſit ſpes, fore, vt in ſæculo manentes ſatisfacere poſſint. Colligitur ex textu, ibi: *Multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni.* Et ita docet Tamburinus cum Sanchez *numero 25.* exiſtimante, idem dicendum fore, quamvis manentes in ſæculo poſſent artificio lucrari bona, quibus ſoluerent, ſi reuera abſque graui eorum culpa eueniret, eos ita ingenti ære alieno grauari, vt ſoluendo non eſſent. Docet & Peyrinus *eod. n. 73.* ſiue ſit ſpes (inquit) vt in ſæculo manentes, poſſent ea ſoluere, ſiue non. 234

Immò ſi huiuſmodi deſit ſpes, poterunt ingredi Religionem, licèt ex graui culpa eorum euenerit ipſos ita grauari. Ratio eſt, quia impoſſibilia non obligant. Barboſa *axiomate 118. num. 7. ex l. ſi quis in graui, in princip.* vbi Bartol. *ff. ad Syllan. l. ſi ſtipuler, ff. de verbor. obligat. l. Paulus,*

lus, *ff. Quæ ſententia ſine appellatione reſcinduntur*, *l. impoſſibilium*, *ff. de Regul. iuris*, *§. Impoſſibilis*, *Inſtit. de hæredibus inſtituendis*, & *ex cap. Nemo poteſt*, *de Regul. iuris.* Sed quod non ſperatur, impoſſibile indicatur; impoſſibilitati enim æquiparatur difficultas magna, *l. 2. §. Ex quo*, & *l. continuus*, *§. cùm quis*, *ff. de verbor. obligation.* Barboſa *num.* 8. cum aliis. Ergo quibus deeſt ſoluendi ſpes, eſto ex culpa ipſorum ære alieno grauari contigerit, Religionem ingredi poterunt. Quocirca Lezana *dicto num.* 17. ait: Quando debitor neque in parte poteſt ſatisfacere, nec ſperatur poſſe manendo in ſæculo, tunc credo, poſſe etiam licitè intrare Religionem, & in ea profiteri. Quia tunc nulla fit iniuria alieni per talem ingreſſum, aut profeſſionem. Miranda *in Man. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 7. Hæc ille.

235 *Quintum* eſt, nec comprehendi quidem eos, qui ſuâ culpâ ingentem æris alieni vim contraxerunt ſupra facultates ſuas, ſi bona omnia creditoribus relinquant, & nulla ſit ſpes fore, vt manentes in ſæculo ſint ſoluendo. Ita Tamburinus cum Roderiquez *dicto art* 9. *in fine*, Sanchez *vbi ſuprà*, *num.* 26. & cum Barth. de Vecchis *dub.* 13. *citato*, *num.* 15. Peyrinus *dicto num.* 73. Conſonat Naldus *in ſumma*, *verbo Religioſus*, *num.* 2. quatenus docet cum Miranda *in Manuali*, *tom.* 1. *quæſt.* 17. *art.* 11. non eſſe impeditum ingredi ratiocinationibus obſtrictum, ſi cedat bonis, de quo §.7. ago.

236 *Sextum* eſt, non comprehendi in Conſtitutione, damnatos à Iudice, vt ſoluant ingentem pecuniæ quantitatem in pœnam alicuius facinoris, neque obligatos ad ſatisfactionem aliquam pecuniariam ratione alicuius iniuriæ, aut damni illatorum, vt quia virginem v. g. deflorauerunt. Et ratio eſt, quia huiuſmodi non poſſunt conſtitutionis verba adaptari illa: *Multi decoctores, poſt dilapidatam rem familiarem*, & *contractam ingentem vim æris alieni.* Ergo illos non afficit ipſa conſtitutio. Conſequentia probatur ex axiomate illo iuris 136. apud Barboſam, *num.* 8. *Legis verba, cui non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio*: *l.* 4. *§. Toties*, vbi Paulus, *ff. de damno infecto*, *l. quod conſtitutum*, *ff. de militari teſtamento*, *l. ita autem, in princ.* & ibi Bart. *ff. de adminiſtratione*, & *periculo tutorum. l. hos accuſare*, *§. Omnibus*, *ff. de accuſationibus*, *l.* 1. *§. loquitur*, *ff. de aqua quotidiana*, & *æſtiua*, *l. ſi ancillas omnes*, *ff. de legatis* 1. *l. adigere*, *§. quamuis*, *ff. de Iurepatronatus*, *l.* 2. *Cod. communia de legatis*, *cap. indemnitatibus*, *§. Sed cùm eas*, *de electione in* 6. Pluribus Doctoribus allegatis exornat axioma præfatum Barboſa, & noſtrum aſſertum, de incomprehenſione prædictorum damnatorum in Sixtiana conſtitutione, firmat Tamburinus *dicto num.* 3. *diſput.* 6. *quæſ.* 3. *num.* 11. cum Sanchez, & Barth. de Vecchis *locis proximè allegatis*, contra Emmanuelem Roderiquez *dicto art* 9. & Mirandam *in Manuali Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 17. *art.* 17. *in fine concl.* Firmat etiam Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 3. *c.* 1. *§.* 1. *n.* 73.

237 *Septimum* eſt, nec huiuſmodi ære alieno grauatos à Sixto V. comprehendi in directæ conſtitutionis diſpoſitione, ſi creditores conſentiant in hoc, quod debitores Religioſi fiant. Ratio eſt, quia tunc virtualiter illis debita remittunt. Perinde enim eſt, ac ſi illis eſſet ſatisfactum, ita docet Tamburinus *loco citato*, cum Roderiquez *art.* 9. *notabili* 4. & Sanchez *lib.* 4. *in Decalogum*, *cap.* 19. *num.* 27.

Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *quæſt.* 3. *cap.* 1 § 3. *n.* 73.

Octauum eſt, illos non comprehendi, quorum debita, vel Monaſterium, aut quiſpiam alius ſoluit, quia iam ſunt ære alieno ſoluti. Et ita aſſerit cum Sanchez *vbi proximè* Tamburinus. Aſſerit & Peyrinus *eodem n.* 73. 238

Nonum eſt, neque comprehendi in dicta conſtitutione, qui ex ſola liberali promiſſione debitores ſunt magnæ quantitatis, licèt ex culpa propria ſoluere illam nequeant. Docet Tamburin. cum Sanchez *dicto cap.* 19. *num.* 28. & cum Barth. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis*, *diſp.* 2. *dub.* 13. *num.* 15. Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato*, *quæſt.* 3. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 73. Et ratio eſt, quia hi non dicuntur ære alieno grauati: & quia liberales promiſſiones Religionis ingreſſum non impediunt, vti docet idem Tamburinus cum Medina *cauſa* 8. *in ſolutione ad* 4. cum Gerſone, & aliis penes Sanchez *dicto cap.* 19. *n.* 10. 239

Decimum eſt, quod conſtitutio Sixti V. non afficiat eos, qui ex ludis, cambiis, & aliis contractibus illicitis, debitis onuſti ſunt, ita Peyrinus *vbi proximè.* 240

Vndecimum eſt, non habere locum dictam conſtitutionẽ in Monialibus. Aſſerit Peyrinẽ *eod. n.* 73. 241

Duodecimum eſt, nec procedere in recipiendis ad Ordines Militares. Ita prædictus Peyrinus *n.* 73. 242

Tertiumdecimum eſt, eum, qui non poteſt ſoluere debita, ſed ſperat quod manens in ſæculo, ea ſit breui tempore ſoluturus, non poſſe Religionem licitè intrare, debitis non ſolutis; ſecus ſi ſperet, poſt longum tempus debita ſoluturum. Breue tempus in hoc caſu biennium eſſe dicit Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 24. *num.* 17. cum Sanchez *in Decalogum*, *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 8. & cum Cardinale de Lugo *tom* 1. *de iuſt.* & *iure*, *diſp.* 21. *ſect.* 6. 243

Ratio prioris eſt, quia cùm ſolutio debitorum ſit de iure naturæ præcepta, præferri debet operibus conſilij, quale eſt Religionem ingredi. Et ita docet Lezana, *loco citato*, & Peyrinus *n.* 72. 244

Poſterioris verò ratio eſt, quia perſona debitoris non eſt ita adſtricta pro debitis, vt ipſamet debita ſit, & quaſi captiua inſtar ſeruorum creditori. Et quia quando ſe obligauit ad debita illa ſoluenda, neque explicitè, neque implicitè ſe obligauit ad ſubeundum tale, & tantum detrimentum, quale eſt reddere ſe impoſſibilem per multum tempus ad procurandum ſtatum tam vtilem pro ſuæ æternæ ſalutis ſecuritate, qualis eſt ſtatus Religioſus. De quo idem Lezana poſt Ludouicum Lopez *in Inſtruct. part.* 1. *cap.* 29. Azorium *part.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 5. Dianam *part.* 2. *tract.* 2. *de dubiis Regularium*, *reſol.* 41. Lugum *vbi proximè.* 245

Quod ſi inquiras, *Qui ære alieno grauatus Religionum ingreſſus fuit*, & *profeſſionem emiſit*, *tenebiturne, aut Monaſterium debita ſoluere creditoribus ſuis?* 246

Quoad Monaſterium reſpondeo cum Lezana *in ſumma qq. Regular. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 17. poſt Dianam *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regular. reſolut.* 41. Cardin. de Lugo *de iuſt.* & *iure*, *tom* 1. *diſp* 21. *ſect.* 6. *n.* 79. Sanchez, & alios, teneri illa ſoluere ex his, quæ Religioſus ſecum detulit, & ex his quoque, quæ quouis modo Monaſterio obuenerint ratione talis Religioſi, hæreditate ſcilicet, legato, aut donatione. Si autem nihil ille ſecum detulit, nec obuenerit quiquam ratione illius Monaſterio, ad nullam ſolutionẽ tenebitur Monaſteriũ ex propriis bonis. Ratio primæ partis eſt, quia omnia bona Religioſi, ſeu ad illũ 247

ſpectantia, obnoxia ſunt reſtitutioni, & debitorum ſolutioni, ſicut ipſemet Religioſus obnoxius eſt, & illis ineſt realis quædam obligatio. Quia commune omnibus eſt, qui in bona alterius ſuccedunt (inquit ad idem intentum ipſe Lezana *num* 38) quod adſtringantur debitis ipſius. Couarruuias *in* 4. *Decretal.* 2. *p. cap.* 28. §. 6. *num* 14. Quod tamen intelligit iuxta quantitatem bonorum, quæ nouitij ex bonis Monaſterium acquiſiuit, ita vt non ſe extendat ad plura. Quia cùm hanc obligationem ſubeat Monaſterium præcisè propter bona, quæ ex nouitio habuit, ratio dictat, quod non ſe extendat vltra bona acquiſita. Roſella *verbo Abbas*, Molina *de iuſt. tom.* 1 *diſput.* 140. Et pro maiori cautela addit, adeat Monaſterium hæreditatem cum beneficio inuentarij, & non tenebitur niſi intra vires hæreditarias, *l. fin. C. de iure deliberandi* Et hinc colligit Lezana, Monaſterium teneri ex bonis acquiſitis per profeſſionem alicuius, alimenta dare parentibus, vel filiis profeſſi, & aliis, quibus iſte ex iuſtitia illa tenebatur dare. Quia tranſeunt bona cum tota obligatione, cui profeſſus erat obſtrictus. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 43. Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. cap.* 31. *num.* 2. Lugo *de iuſtitia tom.* 1. *diſſ.* 3. *ſect.* 10. *n.* 215.

Ratio verò ſecundæ partis eſt, quia ſicut Monaſterium non tenetur ad debita Religioſi, niſi ex licentia, aut ex mandato Monaſterij ipſius contracta fuerint, aut ipſimet Monaſterio vtilia, vti bene ait Lezana *dicto tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 2. *num* 18. cum Sanchez *in Decalogum. lib.* 7. *cap.* 31. *num* 9. tunc enim, quoad illam ſaltem partem vtilitatis teneri Monaſterium docent; ita nec tenebitur ad debita Religioſi ante ingreſſum Religionis contracta, niſi in ea tantùm parte vtilitatis, quæ Monaſterio ratione Religioſi è ſæculo obuenerit.

247 Quoad Religioſum autem ipſum, reſpondeo cum eodem Lezana *dicto cap.* 24. *num.* 17. *in fine*, & Lugo *eadem ſect.* 6. *num.* 81. à Lezana citato, teneri illum procurare labore, aut alio modo honeſto, & conformi ſtatui ſuæ Religionis, ſolutionem illorum debitorum. Qui ſtatus Religionis non aliter excuſare poteſt à ſoluendis debitis, quæ ex iuris naturæ præcepto ſolui debent, niſi quatenus impedit modum ſoluendi illa indecentem tali ſtatui. Addit tamen Lezana ex dicto Cardinali, & ex Sanchez *vbi proximè*, *num* 14. Prælatum non teneri ad dandam licentiam ad ſic laborandum, cùm ipſe nihil creditoribus ſubditi debeat, & ius habeat aliunde ratione profeſſionis, ad gubernandum ſubditum, & iniungendi illi quam maluerit occupationem. Sic ille *pag. mihi* 186.

SECTIO VII.

De obligatis ad ratiocinia reddenda.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. n. 250.

Ratiocinia.

Alia ſunt ratiocinia publica, & alia priuata, numero 248.

Religio, Religioſi.

Obligati ad ratiocinia reddenda, ſiue publica ſint, ſiue priuata, Religionem ingredi prohibentur. numero 248. 249. & 250.

Si tamen lis, vel moleſtia ex huiuſmodi cauſa iam ſit eis illata, vel timeatur inferenda. n. 252.

Amplia in harede illius, qui ad ratiocinia reddenda tenebatur. n. 259.

Limita in caſibus, de quibus num. 253. & 5. ſequentibus.

Profeſſio emiſſa ab obligatis ad ratiocinia, hodie valida eſt. n. 251.

SEptimum *impedimentum* ad Religionis ingreſſum, eſt obligatio, quâ quis obſtrictus eſt ad reddenda ratiocinia. Iſta duplicia ſunt: alia publica, alia priuata. Publica illa ſunt, quæ ratione publicæ adminiſtrationis alicui competunt, reddere v. gr. theſaurariis, depoſitariis æris publici, Magiſtratibus, Iudicibus, Aduocatis, &c. ait Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *quæſt* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 76. Priuata verò ſunt, ad quæ reddenda quis obſtrictus eſt ratione adminiſtrationis priuatæ. Huius generis ſunt, ad quæ obligantur tutores, procuratores, curatores, inſtitores, vulgò, *los reuendedores*, &c. Idem Peyrinus *eodem num.* 76. Barboſa *in cap. Magnus, n.* 2. *el* 1. *de obligatis ad ratiocinia.* 248

Hoc impedimentum quoad ratiocinia publica introductum inuenio à Sanctiſſimo P. N. Gregorio Magno *lib* 8. *Regiſtri*, *in epiſtola ad omnes Epiſcopos*, & habetur in canone *Legem, vnico*, 53. *diſtinct.* in quo ſic Lego: *Legem quam piiſſimus Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militia, vel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad Eccleſiaſticum habitum veniant, vel in Monaſteriis conuertantur, veſtra ſtuduò Fraternitati tranſmittere, ob hanc maximè cauſam, quod hi, qui ſeculi actionibus implicati ſunt, in Clero Eccleſiæ præposterè ſuſcipiendi non ſunt; quia dum in Eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quàm prius vixerant, viuunt, nequaquam ſtudent ſæculum fugere, ſed mutare. Quod ſi etiam tales quique Monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi prius à ratiociniis publicis fuerint abſoluti.* Hactenus Gregorius Primus. 249

Quoad omnia autem ratiocinia, etiam priuata, Pontifex Sixtus V. edidit conſtitutionem, *Cùm de omnibus*, cuius decretum inhabiles reddens ad habitum, & profeſſionem omnes ratiociniis obligatos, ſub initium reddidi ſectionis ſextæ præcedentis. Et quod afficiat etiam priuatis ratiociniis obnoxios, docent Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſ.* 3. *numer.* 14. & Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato*, *quæſt.* 3. *cap.* 1. §. 2. *num.* 74. cum Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. quæſt.* 10. *artic.* 11. Miranda *in manuali*, *tom.* 1. *quæſt.* 17. *art.* 6. Sanchez *lib.* 4. *in Decalogum*, *cap.* 19. *num.* 29. Suarez *tom.* 3. *de Religione*, *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 20. Portellio *in dubiis Regular. verbo Nouitij qual. num.* 20. Petro Ledeſma *de ſtatu Relig. in communi*, *cap.* 6. *concl.* 3. *dub.* 4. Sotbo *in Compendio*, *verbo Nouitius*, *tit. de non. profeſſ. emiſſ. verſicul Tertiò principaliter.* Barthol. à S. Fauſto *in Theſauro*, *lib.* 5. *quæſt.* 133. *numero* 2. & cum Vecchio *in Praxi ſeruanda in admittendis ad Religiones Nouitiis*, *diſputat.* 3. *dub.* 15. *numero* 2. Et ratio eſt, 250

quia

quia conſtitutio præfata indiſtinctè loquitur de obligatis ad reddenda ratiocinia. Ergo de obligatis ad publica, & priuata. Vbi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de Publiciana in rem actione.* Barboſa *dict. c.1. num.8* cum Roderiq. Miranda, Sanchez, Suarex, & Vecchio *locis citatis*.

251 Sunt tamen aliqua circa dictam Sixti conſtitutionem notanda. *Primum* eſt, illam quoad profeſſionis valorem fuiſſe moderatam per Clementem Papam VIII. in conſtitutione *in ſuprema*, anno 1602. edita, ita vt obligatus ratiociniis validè profeſſionem emittat. Ita docet Scortia *in ſelectis Summorum Pontificum conſtitutiones, theorem. 372.* & Tamburinus *dicto num. 13. & num. 14. in fine*, cum Suarex *dicto cap. 7. in fine*, & cum Sanchez *locis mox citandis*. Clemens enim VIII. ad terminos iuris communis reduxit Sixti Conſtitutionem, quoad valorem profeſſionis. Sed iure communi attento valebat profeſſio à ratiociniis obnoxiis emiſſa, vti Tamburinus docet cum Nauarro *conſil. 3. de Regularibus, n. vnico*, & cum Sanchez *dicto cap. 19. & 22.* Ergo valet etiam hodie.

252 *Secundum* eſt, non indiſtinctè prohiberi Religionem ingredi omnes ratiociniis obligatos, ſed eos ſolùm, qui ita ſunt obligati, vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam ſit illata, vel timendum ſit, ne inferatur. Vnde licèt reddenda ſint ratiocinia, ſi tamen moraliter creditur, ſine lite, aut magno grauamine, aut diſtractione ea reddi poſſe, non impediet Religionis ingreſſum obligatio ratiocinia reddendi. Ita docet Antonius Naldus *in ſumma, verbo Religioſus, num. 2.* cum Diaz *in praxi criminali, cap. 20.* Tamburinus *eodem num. 13.* cum Roderiquez *tom. 3. quæſt. 10. art. 11.* & Sanchez *cap. 19. citato, num. 29.* & Peyrinus *loco citato, num. 75.* cum Suarez *de Religione, tom. 3. lib. 5. cap. 7. num 20.* Sanchez *num. 11.* & cum Barthol. de Vecchis *dictu diſput. & cap. num. 4.* Auguſtinus Barboſa *in dict. cap. Magnus, num. 3* & in ſpecie *n. 8.*

253 *Tertium* adnotandum eſt, non comprehendi in conſtitutione Sixti V. mercatores, qui inter ſe initis contractibus multa ſibi debent; nec etiam qui ex mutuo, locatione, venditione, depoſito, &c. rationem reddere tenentur ſuis creditoribus, & ſic poſſunt ad Religionem admitti in ſententia Peyrini *num. 76.* allegantis dictum Diaz *vbi proximè, numer. 4.* Portellium *in dubiis Regular. verbo Nouitij qual. num. 10.* & Bonacinam *de cenſuris, diſput. 7. quæſt. 2. punct. 4. num. 3.* qui limitat, niſi ante ingreſſum eis mota eſſet lis de dolo, & perfidia; nam tunc non in ratione dictæ conſtitutionis includerentur.

154 *Quartum* eſt, non eſſe impeditum ad ingrediendum Religionem, nec ad emittendam profeſſionem, cuius patrimonium ſuperat longam adminiſtrationem, ſi rationes ita inuolutæ non ſunt, vt moleſtia aliqua quouis quæſito colore inferri poſſit. Ita docet Barboſa *in dict. cap Magnus, num. 8.* ex Salzedo ad Bernardum Diaz *in praxi, c. 20. in fine.* Ita & Naldus *verbo Religioſus. num 2.* ex eodem Diaz, & docere debent Tamburinus, Roderiquez, Sanchez, & Peyrinus, cùm idem dicant in ſimili de ære alieno grauatis, vti vidimus *ſect. 6. notabili 1.* Et colligitur ex textu, vt ibi.

255 *Quintum* eſt, neque dictam conſtitutionem comprehendere illum, qui ante ingreſſum Religionis ſufficientem præſtaret cautionem, quà fideiuſſores ſe ad reddendas rationes obligarent ſicut principales debitores. Ita ex eodem Salzedo Auguſtinus Barboſa *vbi proximè*, Peyrinus *de ſubdito, q. 1. c. 25. §. 3. verſ. Nec ſimiliter.*

Sextum eſt, neque comprehendere eos, qui obligati, & obſtricti ſunt ad reddenda ratiocinia, quæ magni momenti non ſint. Patet à ſimili de debitoribus, de quibus diximus *ſect. 6. notab. 2.* 256

Septimum eſt, neque afficere eos, quorum creditores conſentiunt in hoc, quod obligati ad ratiocinia Religioſi fiant. Patet à ſimili de ære alieno grauatis, iuxta dicta *in ſect. 6. notab. 7.* 257

Octauum eſt, non comprehendere illum, qui ſi remaneret in ſæculo, non poſſet creditoribus vtilitatem afferre, & bonis ſuis renuntiat. Ita Naldus *verbo Religioſus, num. 2.* cum Roderiq. *qq. tom. 3. quæſt. 10. art. 9.* & Miranda *in Manuali, tom. 1. q. 17. art. 17.* 258

Nonum eſt, conſtitutionem Sixti V. comprehendere hæredem illius, qui ad reddenda ratiocinia tenebatur, ita vt ſicut ille non poterat Religionem ingredi, priuſquam ratiocinia redderet, ita nec hæres poſſit. Docet Barboſa *in dict. cap Magnus, num. 9.* cum Campanil. *in diuerſ. iuris Canonici, rubrica 11. cap. 9 num. 13.* & cum Carol. de Tapia *Authentic. ingreſſi, verbo ingreſſ, cap. 8. num. 7. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & Laurentius de Peyrinis *tom. 2. de Prælato, q. 3 cap. 1. §. 7. n. 76.* 259

SECTIO VIII.

De criminoſis.

BREVIARIVM.

Criminoſi.

Homicidæ, fures, latrones, & ſimiles prohibentur à Sixto V. Religionem ingredi. n. 260.

Si tamen eorum delicta deducta ſint ad forum contentioſum. n. 262.

Aliàs ſecus. n. 165.

Limita primò ſi poſt accuſationem innocentes fuerint declarati. n. 263.

Limita ſecundò, ſi damnati pœnam ſoluerint, & Curiæ, ac parti ſatisfecerint. n. 264.

Si ante ingreſſum Religionis iudex ſæcularis de his criminibus non cognouit, non poteſt poſteà cognoſcere. n. 266.

Profeſſio emiſſa à prædictis criminoſis, hodie valida eſt. n. 261. & 265.

Priuilegia.

Congregatio noſtra omnibus gaudet priuilegiis aliorum Ordinum. n. 268.

Religio, Religioſi.

Qui grauiſſimis delictis diffamati, & interrogati tacuerunt in ſuſceptione habitus, & profeſſione, expelli poſſunt à Minoribus, & à gaudentibus eorum priuilegiis. n. 267. & ſeqq.

Amplia, etiò eorum delicta non ſint ad forum deducta contentioſum. n 270.

Alia vide verbo Criminoſi.

OCtauum impedimentum* ad ingreſſum Religionis, eſt criminoſitas, ex diſpoſitione Sixti V in conſtitutione *Cùm de omnibus*, 71. apud Bullarium Angeli Cherubini, *pag. 606.* in qua criminoſos, vel ſuſpectos de crimine ad Religionem perpetuò inhabiles declarauit, & illorum receptioné prohibuit ſub pœnis ſuprà relatis *ſect. 6. verſ. Secundo probatur.* Crimina de quibus procedit præſens impedimentum, vti ipſe Pótifex ibi declarauit, 260

Digitized by Google

ſunt *homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, & grauiora*. Criminoſi autem ſunt aliquorum iſtorum criminum rei, vel qui ſuſpecti exiſtunt, *vt propterea damnati ſint, aut ne damnentur, formidant*. Et in noua conſtitutione ab eodem condita Sixto pro præcedentis declaratione, ſic ait 1 *Contra criminoſos vere, quorum profeſſio eadem conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea Iudicibus, & Curiis ſæcularibus procedendi facultas conceditur, tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis conſtiterit, ipſos Iudices, & Curiam ſæcularem, ante ſuſceptionem habitus de ipſo crimine aduersùs eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionem inſtituiſſe*.

De hoc agunt impedimento Aſcan. Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 3. diſputat. 6. q. 3. num. 14.* Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 25. §. 3. verſic. Quartò circa criminoſos*, Lezana *in Summa quæſt. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 24. n. 16.* Iacobus de Graffis *in deciſionibus, part. 1. lib. 3. c. 5. num. 9.*

261 Circa hoc impedimentum, & pro maiori intelligentia dictarum Sixti V. conſtitutionum, aliqua operæpretium duxi adnotare. *Primum* ſit, inhabilitatem per illas inflictam ad Religionem criminoſis, ſublatam fuiſſe per Clementem VIII. in Bulla *In ſupremâ*, moderatoria præcedentium Sixti V. vti aduertunt Tamburinus *num. 11* Ioannes Bapt. Scottia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, theoremate 373.* Peyrinus *tom. 2. de Prælat. q. 3. cap. 1. §. 1. num. 71. & 72.* Lezana *num. 16. cit.* Angel Cherubinus *ad conſtit. Cùm de omnibus*.

262 *Secundum* adnotandum ſit, crimina homicidij, furti, & cætera recenſita, non impedire ingreſſum Religionis, & profeſſionem, ſi ante ingreſſum deducta illa non ſint ad forum contentioſum, per accuſationem, ſeu inquiſitionem contra delinquentes. Ita Peyrinus *tom. 1. de ſubdito. q. 1. cap. 25. §. 3. cap. 1. §. 1. num. 87.* & Tamburinus *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 3. n. 14.*

263 *Tertium* ſit, hos criminoſos poſſe licitè, & validè ad habitum, & profeſſionem admitti ſi poſt accuſationem, aut inquiſitionem contra illos factas fuerint abſoluti, vel innocentes declarati. Ita Aſcanius Tamburinus *dicto n. 14.*

264 *Quartum*, de aliquo, vel aliquibus ex prædictis criminibus conuictos iuridicè, & ad pœnam damnatos, ſi pœnam impoſitam perſoluerint, & tam Curiæ, quam parti ſatisfecerint, quantum eſt ex dictis Sixti conſtitutionibus, ad habitum & profeſſionem admitti poſſe. Et ratio eſt, quia illius Summi Pontificis intentio ſolùm fuit obuiare, ne prætextu, vel colore Religionis delicta remanerent impunita. De Sixti mente apparet ex verbis illis, §. 4. dictæ primæ conſtitutionis, quaſi procemialibus Decreti: *Sed ad euitandam legum, & iudiciorum ſeueritatem, quia tutò in ſæculo viuere non poſſunt, tunc demum quærunt à Religione auxilium, quando aliunde illud non ſperant … vt his quoque ſubterfugiis, & impunitatis ſpes omnis tollatur, authoritate Apoſtolica. &c.* Et ita docet Tamburinus *eadem diſp. 6. q. 3. num. 14.* cum Suarez *de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 7. n.*

265 *Quintum* ſit, non comprehendi in Sixti V. conſtitutionibus, quoad punctum, de quo agimus, illos quorum crimina occulta ſunt, immò neque quorum publica, quamuis eorum authoribus grauem afferant infamiam. Et ratio eſt, quia Papa Sixtus, per ſuam ſecundam conſtitutionem declarauit, primam quoad criminoſos illos ſolos intelligi, aduerſus quos ante habitus ſuſceptionem Iudices ſæculares de ipſis criminibus accuſationem ſuſcepiſſent, vel inquiſitionem inſtituiſſent, vti in principio huius ſectionis vidimus. Et ita ſentit Tamburinus *dicto num. 14.* Lezana *dicto cap. 24. num. 16. in medio*, ibi: Immò ad hoc, vt præfati Religioſi poſſint à Religione expelli, *non eſt neceſſe, quod eorum delicta ſint deducta per accuſationem in iudicium, vt volebat Sixtus*. Similia dicit Roderiquez *tom. 3. q. 17. art. 9.* Sentit etiam Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 25. §. 3. verſic. Quartò*, vbi in ſequentia prorumpit.

Circa criminoſos noto, quod ſi poſtquam quis commiſit homicidium, latrocinium, &c. & antequam de his cognoſcat iudex ſæcularis, ingrediatur Religionem, non poteſt de his delictis ampliùs iudex ſæcularis cognoſcere, nec hæc crimina impediunt Religionis ingreſſum, ſed ſolùm impedirent, quando ante ſuſceptionem habitus deducta eſſent in iudicium per accuſationem, ſeu inquiſitionem contra delinquentem. Ita declarauit ſuam primam conſtitutionem prædictus Sixtus, & aduertunt Rodriquez *loco citato* (ſcilicet *tom. 3. qq. Regular quæſt. 10*) *art. 7.* & Miranda *tom. 1. Manualis, quæſt. 20. art. 8.* Et hinc eſt, validè iſtos profiteri, quia ſic declarauit Clemens VIII. & docet Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 24. num. 16.* Tamburinus *vbi proximè, num. 15.* cum Sanchez *lib. 4. in Decalogum, cap. 19. num. 2. 19. & 21.* & cum Suarez *dicto cap. 7. ad finem*. 266

Dicta in præcedentibus procedunt tantùm attentis Sixti V. conſtitutionibus, ſecus attenta Conſtitutione Leonis Papæ X. incipit, *Cùm ſicut nobis*, ad fauorem Ordinis Minorum edita 15. Martij 1516. eſt 19. apud Laurentium de Peyrinis *tom. 1. priuilegiorum, pag. mihi 181.* cuius meminerunt ipſemet Peyrinus, Roderiquez, Tamburinus, & Lezana *locis modo allegatis*. In illa ſic Leo ſtatuit, §. 2. 267

Nos itaque veſtram Religionem, quæ Domino concedente inter alias vberrimos bonorum operum fructus exhibere conſueuit, in ſua puritate manere, ac tot murmurationibus, & ſcandalis obuiare volentes, vobis, quod omnes, & ſingulos ad veſtram Religionem confugientes, etiam profeſſos, qui grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati, & diffamati fuerunt, qui fraudulenter & dolosè in eorum receptione, ſeu profeſſionis emiſſione (monitione ſuper his per vos præmiſſa) tacuerunt, nonobſtante, quod iam per vos recepti, & profeſſiones per eos emiſſæ fuerunt, ne morbida, & infecta pecus ouile Domini corrumpat, aliiſque cedat in exemplum, à domibus, & Conuentibus veſtris, prout conſcientiæ veſtræ, quam ſuper hoc oneramus, viſum fuerit, & iuſtum, & honeſtum fore decreueritis, expellere, & remouere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, pariterque indulgemus.

Circa hanc Leoninam conſtitutionem noto *primò*, illa gaudere, & potiri omnes Religiones communicationem habentes in priuilegiis cum Ordine Minorum. Ita tenent Lezana *dicto cap. 24. num. 16.* & Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, cap. 25. §. 3. quæſtionis primæ, ad finem*, dicens: Aduerto etiam, quod hoc priuilegio gaudent omnes communicationem habentes, & quod non eſt reuocatum. Hæc ille. Quod autem noſtra Congregatio illo gaudeat, patet, quia gaudet omnibus priuilegiis, quibus gaudet Congregatio Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, in vim conſtitutionis Clementis Papæ VIII. *Romanus Pontifex*, die 30. Septembris 1592. editæ, eſt 123. Bullarij noſtræ eiuſdem Congregationis: & dicta 268

Ciſtercien

Ciſtercienſis Congregatio gaudet omnibus priuilegiis omnium aliorum Ordinum, ita concedente Gregorio XIV. anno 1591. in conſtitutione pariter incipiente, *Romanus Pontifex*, quæ habetur in Bullario Emmanuelis Roderiquez, & eſt 3. *fol. mihi* 518.

269 *Secundò* notatur, quod ſi delictis diffamati ſua crimina interrogati non tacerent in profeſſione, ſed ea manifeſtarent, vel Religioſis illius Conuentus eſſent nota, non poſſent in vim Leoninæ conceſſionis expelli. Et ratio eſt, quia Leo Papa hanc conceſſionem fecit ſolùm contra eos, qui interrogati, *& monitione ſuper his præmiſſa*, *tacuerunt*. Ita Peyrinus *de priuilegiis loco citato, num.* 2. & Lezana *vbi proximè*.

270 *Tertiò* notatur, quod ad hoc, vt iſti criminoſi à Religione poſſint expelli, non eſt neceſſe, quod eorum delicta fuerint deducta in iudicium per accuſationem, inquiſitionem, vel denunciationem; ſed ſufficit, quod de his delictis fuerint diffamati, ac notati, & quod illa negauerint interrogati. Ita Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, loco citato, verſiculo Circa quam*, cum Emmanuele Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regul. quæſt.* 17. *art.* 9. & cum vtroque Lezana *vbi proximè*.

271 *Quartò* notatur, Leonem Decimum non concedere per dictam conſtitutionem, vt profeſſio ab iſtis criminoſis facta, poſſit nulla declarari, ſed tantùm, vt expelli poſſint. Ita Peyrinus *vbi proximè, verſiculo Aduerto etiam*.

SECTIO IX.

De habentibus parentes in neceſſitate conſtitutos.

BREVIARIVM.

Conſilia.

Vt meliùs præcepta ſeruentur, conſilia ſeruantur. num. 280.

Filij.

In tribus honorare debent parentes. n. 273.

Iure naturæ tenentur ſubuenire parentibus in extrema, & magna conſtitutis neceſſitate. n. 278.

Filius pars eſt corporis patris, & eadem perſona cenſetur. n. 283.

Iam profeſſus, petitâ, & non obtentâ licentiâ, & repugnante Prælato, egredi tenetur, ad ſubueniendum parenti verò extremè indigenti. n. 284.

Amplia, etiamſi poſt profeſſionem in illam incurrerit neceſſitatem. n. 286.

Limita, ſi alius ſubueniendi non ſuppetat modus, laborando, prædicando, ſcribendo, pingendo, &c. n. 293.

Tenetur etiam exire ad ſubueniendum parenti in magna neceſſitate, ſi alius modus non ſuppetat. n 287. & ſeqq.

Dicta limita, ſi egrediendo ſubuenire poſſit. numero 286.

Neceſſitas.

Licitum, & debitum eſt ſua, & bona etiam Eccleſiaſtica. ad ſubueniendum extremè indigenti, ſi aliâ viâ ſubueniri non poſſit, n. 285. & 289.

Præcepta.

Conſiliis præferuntur præcepta. numero 273. 274. & 280.

In concurſu præceptorum, priori fortiori, ſeu maiori, antiquiori, & ſtrictiùs liganti, & per ſe, cedere debet poſterius quod eſt per accidens, & quod minùs fortiùs, & ſtrictiùs ligat. n. 281. & 288.

Præcepta affirmatiua non ſemper, & continuè obligant, ſed ſemper in omni neceſſitatis caſu, negatiua verò obligant ſemper, & continuè n. 291.

Religio, Religioſi.

Religioſus fictione iuris dicitur mortuus mundo. numero 289.

Poſt profeſſionem obligationes naturales incurrit. numero 286.

Si filium iam profeſſus genuerit, illi conſulere debet. n. 286.

Habens parentes in tanta neceſſitate conſtitutos, vt eis aliter ſubuenire non poſſit, niſi per ſuum obſequium, Religionem ingredi non poteſt. n. 272.

Tenetur exire petitâ, & non obtentâ licentiâ, & contradicente Prælato, ad ſubueniendum fratri, vel ſorori, immò cuilibet proximo extremè laboranti. num. 294.

Si tamen alio modo ſubuenire non poſſit. ibid.

Si frater, aut ſoror extremè non indigeat, exire non tenetur. n. 295.

Victima.

De alienis Deo non pla... victima. n. 278.

Votum.

Votum de ingrediendo Religionem ſeruare non licet; parentibus in graui neceſſitate conſtitutis. n. 279.

Votum impeditiuum maioris boni eſt nullum. numero 280.

Votum opera iuſtitiæ non impedit. n. 285. & 288.

Voti obligatio ſuſpenditur, quando eſt impedimentum maioris boni, & quoties eius obſeruatio impeditiua eſt obſeruationis altioris, arctioris, anterioris, & fortioris præcepti, quod ſit per ſe, & non per accidens. num. 292.

Vxoratus.

Non tenetur vxorem relinquere propter patris neceſſitatem. n. 290.

NOnum impedimentum, quo quis remouetur ab ingreſſu Religionis eſt habere parentes in tanta neceſſitate conſtitutos, vt eis aliter commodè ſubueniri non poſſit, quàm per ipſius obſequium. Ita docet ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 101. *art.* 4. *quæſt.* 189. *art.* 6. & *quodlib.* 3. *art.* 16. Aſcan. Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſ.* 3. *num.* 16. Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap* 9. *concluſ.* 2. & *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.* 3. *cap.* 1. §. 2. *num.* 69. ex eodem D. Thoma *quodlib.* 10. *art.* 9. & *aliis locis citatis*, Caietano *dicta quæſt.* 101. Toſtato *tom.* 3. *in Matth cap.* 8. *quæſt.* 69. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. quæſt.* 57. *art.* 3. & 4. & in Summa *tom.* 2. *cap.* 6. *concl.* 4. Lopez *part.* 1. *inſtruct. cap.* 54. *colum.* 1. *verb. Peccatque filius, & ſequenti*, Roſella *verbo Religio* 2 *num.* 7. Syluestro *eodem verbo* 6 *quæſt.* 9. Angelo *verbo Religioſus, num.* 31. Tabiena *verbo pietas, num* 2. Piſanella *verbo Religio*, 1. § *Vtrum occaſione*, Nauarro *commentario de Regularibus, n.* 48. & *in Manuali cap.* 14. *num.* 14. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 7. *quæſt* 1. *punct.* 2. *verſic. Sextò poteſt eſſe quæſtio*, Iacobo de Graffis *p.* 2. *deciſion. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 18. Miranda *in Manuali tom.* 1. *quæſt.* 26. *art.* 11. Sanchez *in Decalogum tom* 1. *lib* 4. *concl* 8. *dub.* 6. Sayro *in claui Regia, lib.* 7. *cap.* 6. *à num.* 13. Leſſio *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 34. Reginaldo *lib* 20. *praxis, à num.* 11 Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *q.* 5. D. Antonino *part.* 3. *tit.* 16. *cap.* 2. §. 1. Toleto *in ſumma lib* 5. *cap* 1. *num.* 5. Angles *in Floribus, part.* 2. *quæſt. vnica, de voto, art.* 2. *difficult.* 11. 272

Digitized by Google

Barth. de Medina *in ſumma lib.1. cap.14. §.14.* Armilla *verbo Pietas, num vnico*, Paſſarello *in notandis priuilegiorum Minimorum, cap.* 47. & Corduba *in Regulam S. Franciſci, cap.* 2. *quaſt.* 6. & *in ſumma, quaſt.* 141. Marcus Vidal *de voto, inquiſit.* 3. *numer.*67.

273 Rationem Aſcanius, & Peyrinus reddunt, quia opera præcepti, quale eſt honorare parentes, propter nullum opus conſilij, etiam Religionis, ſunt prætermittenda; actus autem honorandi parentes præcipuè relucet in obſequio, per quod ab extrema, & magna eorum neceſſitate liberantur. Honor enim parentum in tribus conſiſtit, vti DD. *in c.*20. *verſ.*12. *Exodi*, & *Deutheron. cap.*5. *verſ.*6. vbi Cornelius à Lapide. D. Ambroſ. *in Lucam lib.*8. *c.*17. D. Hieronym. *in Matth. lib.*2. *cap.*15. & D. Antonin. *in ſumma, part.*4. *tit.*5. *cap.*9. §. 1. penes Peyrinum *dicto tom.*1. *de ſubdito, quaſt.* 1. *cap.*9. *concl.*1. *verſic. Probatur.* Conſiſtit enim *primò* exhibendo illis reuerentiam: *ſecundò* obedientiam præſtando: *tertiò* in neceſſitatibus ſuccurrendo.

274 Et adeò grauis eſt obligatio ſubueniendi parentibus in extrema, immò & in graui neceſſitate, vt non liceat filiis in ea parentes relinquere, & ingredi Religionem abſque lethalis culpæ reatu, vti docet Lezana *tom.*1. *part.*1. *cap.*2. *num.* 13. & *cap.*24. *num.*40. Graffis *in deciſion. p.*1 *lib.*3. *cap.*5. *num.*37. Peyrinus *quaſt.*1. *de ſubdito, cap.*9. *concl.*1. & *quaſt.*3. *de Prælato, cap.*1. §. 2. *concl.* 10. *num.* 69. & allegat D. Thomam, & Caietanum *locis citatis*, Angelum *num.*11. Sylueſtrum *verbo Religio*, 2. *quaſt.* 7. Tabienam *verbo Pietas, ad finem*, vbi Armil. Paſſarellum *in dictis notandis, cap.*41. Toletum, Angles, Valentiam *locis citatis*, Sanchez *num.* 3. Suarez *de Religione, tom.*3. *lib.*5. *cap.*5. & *lib.*6. *cap.*9. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.* 2. *dub.*8. Politium *in Regulam Min. cap.*2. *à num.*44. Mirandam *in Manuali, tom.*1. *quaſt.*17. *art.* 8. Portellium *in dubiis Regularium, verbo Nouitij, num.*26. & Reginaldum *lib.*18. *num.*376. Et infert Peyrinus, etiam peccare mortaliter illos recipientes; quia rei hîc, & nunc malæ in caſu graui cooperantur: malum enim eſt relictis præceptis conſilia ſequi perfectionis.

275 Limitat tamen Tamburinus *dicto num.* 16. doctrinam traditam, dummodo ex huiuſmodi parentum obſequio non immineat filiis notabile diſpendium ſpiritualis ſalutis, aut periculum peccati mortalis. Quia tunc parentibus relictis Religionem ingredi poſſunt. Quod etiam docuit D. Thomas *dicta quaſt.* 101. *art.* 4. & ibi Caietanus, Peyrinus *dicto cap.*9. *ſub concl.*1. *verſic. Limitat tamen*, Lezana (*dicto num.*13. & *num.*40. Graffis *loco citato*, plura vide in Lezana *tom.* 3. *ad Mare Magnum Eremitarum S. Auguſtini*, §.14. & illa huiuſmodi ſunt, *ex num.*38. deſumpta. Pro maiori etiam materiæ notitia, nota aliquos eſſe caſus, in quibus, non obſtante parentum graui, immò & extrema neceſſitate, poſſint filij licitè Religionem profiteri. Idem dico de parentibus reſpectu filiorum in ſimili neceſſitate poſitorum. *Primus* eſt, quando filius non poteſt extra Religionem viuere abſque periculo peccandi mortaliter; quia ordo charitatis poſcit ſalutem propriam ſpiritualem anteferre temporali parentum bono. D. Thomas *quodlib.*10. *art.*9. Toletus *in ſumma, lib.*5. *cap.*1. *num.*6. Sanchez *dicto cap.* 20. *numer.*11. (ſcilicet *lib.* 4. *in Decalog*) poſt Roſellam, Angelum, Sylueſtrum, Tabienam, Cordubam, Paſſarellium, Fagundez *ſuprà, num.*21. (ſcilicet *in* 4. *præcept. Decalogi, lib.*4. *cap.*2.) Vecchius *de Nouitiatu, diſp.*2. *dub.* 8. *num.* 17. poſt Suarez, Sayrum, & Graffium, Candidus *ſuprà num.*3. (ideſt *tom.* 2. *diſp.*25. *art.*15.) poſt alios etiam. *Secundus* eſt, quando parentes prouocarent filios ad peccandum, ita vt probabiliter filiorum lapſus timeretur, propter eandem rationem. S. Thomas 2. 2. *quaſt.*101. *art.*4. *ad* 1. & 3. Caietanus *ibidem*, Sanchez *num.*12. Fagundez, & Candidus *ſuprà*, Vecchius *num.*15. poſt Mirandam, & alios. *Tertius* eſt, quando pater, vel mater habent alios filios, vel alium modum, quo ſuæ neceſſitati ſuccurrere poſſint; quia tunc eximitur filius à tali obligatione, & poteſt proſpicere propriæ vtilitati, maximè ſpirituali. D. Thomas *dicto art.*4. *ad* 2. & *quodlib.*3. *art.* 6. Sanchez *ſuprà, num.*3. Vecchius *num.*14. poſt alios. *Quartus*, cùm filius non habet ſpem probabilem ſubueniendi neceſſitati parentum, manendo in ſæculo; quia tunc impoſſibile reputatur tale adiutorium, iuxta Gloſſam *in l. in condemnatione, in princ. ff. de regulis iuris.* Sayrus *in Claui Regia lib.*7. *cap.*6. *num.*9. Vecchius *ſuprà num.* 1. alios etiam referens. Quid verò dicendum pro caſu dubij talis excuſationis, habes apud Barth. à S. Fauſto *lib.*5. *de Religioſo ſtatu, quaſt.*143 & Candidum *ſuprà*. Hactenus Lezana. Sed eſt notandum, quod procedit limitatio, vt bene Peyrinus aduertit, quando periculum peccati mortalis, ſeu occaſio peccandi, proxima eſt, quam filius ſtando in ſæculo, moraliter loquendo, vitare non poteſt, vti ait Sanchez *dicto lib.*4. *in Decalogum, cap.*20. *n.*11.

Extremam neceſſitatem vocat Peyrinus *vbi proximè*, illam, quâ pater fame periret ſine filij auxilio, vt ſi eſſet v. gr. in carcere, vel infirmus, &c. grauem autem appellat illam, quâ fame quidem non periret ſine auxilio filij, ſed cogeretur vel mendicare, vel viliora alia exercitia facere, contra primordia ſuæ natiuitatis, & in propriæ dedecus familiæ. 276

Magna hîc occurrit difficultas, *An profeſſio emiſſa ab eo, qui patrem, cui ſubuenire poterat, in extrema, vel graui neceſſitate conſtitutum reliquit in ſæculo, valida ſit, nec ne?* Communis reſponſio affirmat. Ita Tamburinus *dicto quaſt.*3. *num.*18. cum Nauarro *lib.*3. *conſilior. tit de Regularibus, conſ.*26. Miranda *in Manuali, tom.*1. *quaſt.* 17. *art. vlt. concluſ. vlt.* & cum Suarez *de Religione, tom.* 3. *lib.*5. *c.*5. & 6. *per tot.* & penes Peyrinum *tom.* 2. *de Prælato, quaſt.*3. *cap.* 1. §.3. *num.* 70. idem Nauarrus *conſ.*3. *eod tit.* Emmanuel Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. quaſt.*13. *art.*5. *dicto* 4. & *tom.* 2. *Summæ, cap.* 6. *n.*4. Sanchez *in Decalogum, lib.*4. *cap.*20. *num.*10. Leſſius *de iuſt. lib.*2. *cap.*41. *dub.*3. *num.* 34. Barth. de Vecchis *in dicta Praxi, diſp.*13. *dub.*1. *num.* 9. & dictus Suarez *lib.*6. *cap.* 9. *num.* 1. quos ſequitur ipſe Peyrinus. Et licèt fateatur eſſe communem ſententiam, à qua non audeat recedere; ſententia nihilominus contraria, maximè Portellij *in dubiis Regular. verbo Nouitij, num.* 26. aſſerentis, non valere profeſſionem, ſi neceſſitas parentum ſit extrema; cuius placito videtur (inquit) fauere Henricus *quodlib.* 6. *q.* 19. illi maximam ingerit difficultatem, ob rationes ſequentes. 277

Primò, quia Deo non placent victimæ de alienis, & hac de cauſa dictum eſt *ſect.* 2. vxoratum nulliter profiteri, niſi obtentâ vxoris licentiâ. Sed filij iure naturæ tenentur parentibus in extrema, & in magna etiam neceſſitate conſtitutis ſubuenire. Ergo illorum profeſſio, ſubſtractâ parentum ſubuentione, nulla etiam videtur, & Deo iniucunda. 278

Secundò

279 *Secundò* in caſu huiuſmodi neceſſitatis parentum non eſſet licitum votum ſimplex Religionem ingrediendi ſeruare. Ergo nec ſolemne.

280 *Tertiò*, melius eſt ſemper ſeruare præcepta, quàm conſilia, quando vtraque ſimul ſeruari non poſſunt; nam vt melius præcepta ſeruentur, & impleantur, conſilia ſeruantur. Corduba *in Regulam S. Franciſci, cap. 2. q.6. art. 1.* Ergo profeſſio in noſtro caſu non eſt licita, nec valida, cùm nullum votum, vtique de conſilio, ſubſiſtere poſſit, ſi ſit impeditiuum maioris boni, operis ſcilicet præcepti.

281 *Quartò* in concurſu præceptorum, priori, fortiori, & per ſe cedere debet poſterius, & per accidens: ſed præceptum ſubueniendi parentibus in extrema, imò & in magna neceſſitate conſtitutis, eſt prius, fortius, & per ſe, cùm ſit naturale, & diuinum; præceptum verò obedien-di Prælato poſterius, leuius, & per accidens eſt, cùm à profeſſione dependeat: ergo hoc illi cedere debet.

282 Nec valet dicere, Debitor validè profeſſionem emittit, poſt Clementem VIII. quamuis ſit ingenti ære alieno grauatus, vti videmus *ſect.6. verſic. ſecundo probatur*: ergo idem dici debet de filio, qui cùm deberet parenti neceſſitatem patienti alimenta præſtare, Religionem ingreſſus profeſſionem pariter emiſit.

283 Non, inquam, id dicere valet, ob diſſimilitudinem, & diſparitatem; quia in caſu, quo quis ingenti ære alieno ſit grauatus, potiùs bona ſunt ad ſolutionem debiti obligata, quàm debitoris perſona: vnde ſi bonis cedat, ipſe liber euadit, vt *eadem ſect.6. verſic. quantum eſt*, dictum reliquimus: at in noſtro caſu iure naturæ obligata eſt perſona filij ad ſubueniendum patri, ita vt teneatur, tam patri, quàm ſibi, cùm ſit corporis patris pars, *l. cum ſcimus, de agricolis, & cenſitis, l. fin. §. ſi quis, Cod. de nuptiis*, Aretinus *in l. quod dicitur, in princ. de verbor. obligatione.* Marian Socinus *conſ. 31. verſ. circa tertiam quæſtionem*, Lezana *conſulto 16. num. 4.* Delbene *de immunit. p. 1. c.1. dub. 11. num 8.* & cenſetur eadem perſona, *l. fin. Cod. de impuberum ſubſtitionib.* Idem Delbene *ibidem. ſect. ſcilicet 4.* nec ab hac liberatur obligatione bonis cedendo, vti debitor alter liberatur. Et ita reſpondet Peyrinus.

284 Sed dato, quod vere ſit adſtrictus voto per profeſſionem emiſſo, qui patrem reliquit neceſſitate laborantem, incidenter libuit inquirere, *Ad quid erga patrem, ſeu matrem patientem teneatur?*

Dico *primò*, quod ſi parentes ſint in extrema neceſſitate conſtituti, tenetur egredi ad ſubueniendum illis, petitâ, & non obtentâ licentiâ, imò contradicente, præcipiente, & reclamante Prælato, dummodo tamen certa ſit talis neceſſitas extrema, & non ſuperſit alius modus illis ſubueniendi. Ita Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 2. num. 13.* & *cap. 24. num. 40.* & Peyrinus *dicto tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 9. concl. 2.* cum Caietano *2.2. q. 101. art. 4. ad quartum.* Nauarro *comment. 3. de Regularibus, num. 48.* & *in Manuali, cap. 14 num. 14.* Paſſarello *in priuileg. Minimor cap. 42* Valentia *tom. 3. diſp. 7. q. 1. punct. 2.* Miranda *in Manuali Prælator. tom. 1. q. 26. art. 11.* Sanchez *tom. . in Decalogum, lib. 4. cap. 20. num. 14.* & Ledeſma *de ſtatu Religioſorum in communi, cap. 4. concl. 8. dub 6. verſic. Digo lo tercero.* Ita & Naldus cum Azorio; ille *verbo Religioſus, num. 12.* & iſte *part. 2. Inſtitution. Moralium, lib. 2. cap. 40. q. 8*

285 Probatur, quia præceptum iuris naturæ, & diuini in extrema neceſſitate præeminet omni voto, & vinculo, quia vota non debent eſſe impeditiua operum iuſtitiæ. Nec ſolùm pro parente, ſed pro quocumque proximo in extrema conſtituto neceſſitate ad id quilibet tenetur. Vnde ſicut licet furari propter extremam proximi neceſſitatem; ita licet actualem obedientiam Prælato ſubtrahere, & Eccleſiæ bona furari, ſi non poteſt aliter patri ſubueniri.

Ampliant doctrinam Tamburin. *tom. 2. diſp. 21.* 286
q. 11. in fine, Lezana *citato num. 40.* & Peyrinus *verſ. & hanc concluſionem*, cum Azorio *dicto lib. 2. cap. 3. q. 5.* & cum Petro Ledeſma *vbi ſuprà, verſ. digo lo vltimo.* impugnante Syluestrum & Nauarrum, ſiue pater incurrerit hanc neceſſitatem extremam ante, vel poſt profeſſionem. Et ratio eſt, quia licèt Religioſus mundo per profeſſionem ſit mortuus; poteſt tamen, etiam poſt profeſſionem multas incurrere obligationes naturales, verbi gratia ſi filium genuiſſet, poſſet vtique & deberet iure naturæ id præcipiente, illi conſulere, eo meliori modo, quo ſuum deceret ſtatum. Ita pariter in noſtro caſu, licet mundo ſit mortuus Religioſus, ſi illi ſuperueniat neceſſitas extrema parentum, eodem iure naturali præcipiente poterit, & tenebitur illis conſulere, etiam egrediendo e Religione, ſi alio non potuerit, vti ſupponitur, modo.

Dico ſecundo, ſi Religioſus, ſtando in Religio- 287
ne, graui parentum neceſſitati non poteſt ſubuenire, & egrediendo è Religione poſſit, poteſt, & debet petitâ, & non obtentâ licentiâ, imò & contradicente Prælato, è Religione exire, vt huiuſmodi graui illorum neceſſitati ſubueniat. Ita docet Peyrinus *vbi ſuprà, concl. 3.* cum Valentia *tom. 3. diſp. 7. quæſt. 1. punct. 2. quæſtiuncula 6. concl. 2.* Maiore *in 4. diſt. 38. quæſt. 26.* Corduba *in Regulam Minor. cap. 2. quæſt. 6. art. 1. opinione 5. p. 3.* Miranda *in Manuali Prælatorum tom. 1. quæſt. 26. art. 11. concl. 2.* Naldus *in ſumma, verbo Religioſus, num 22.* cum Caiet. *2.2. q. 102. art 4.* Nauarro *in Manuali, cap. 14. num. 14.* Azorio *part. 2. lib 1. cap. 40. q. 8.* Tamburinus *tom 2. diſp. 11 q. 11. num. 3.*

Sic probatur à Peyrino concluſio: quia quando 288
concurrunt ſimul duo præcepta, quæ ſimul, & ſemel nequeunt obſeruari, illud eſt obſeruandum, quod maius, & antiquius eſt, & quod ſtrictiùs ligat. At hic occurrunt duo præcepta, diuinum, quod præcipit obſeruantiam voti obedientiæ, & diuinum naturale, quod præcipit ſubuentionem parentum: vtrumque ſimul, vt ſupponitur, obſeruari non poteſt. Ergo videndum, quod ſtrictiùs ligat, & quod eſt maius, & antiquius. Hoc ſine dubio eſt præceptum ſubueniendi parentibus: tum quia eſt etiam diuinum, & naturale: tum quia ſtrictiùs ligat, ob plurima à parentibus recepta: tum quia Deus, qui noſtris non indiget oblationibus, facilè cedit iuri ſuo circa obſeruationem voti, quando ſine iniuria & graui proximi detrimento, & adeò coniuncti, vt ſunt parentes, non poteſt obſeruari.

Nec valet dicere: Religioſus per profeſſionem 289
eſt mortuus mundo, & per conſequens eſt liberatus ab obligatione ſubueniendi parentibus in graui illa neceſſitate.

Non, inquam, valet; quia ſi hæc ratio ſufficeret ad excuſandam ſubuentionem in tempore grauis neceſſitatis, ſufficeret in extrema. Hoc non eſt dicendum, cùm omnes ferè fateantur Doctores, licere Religioſo, ſuperioris præcepto neglecto, domum ab incendio, & hominem à periculo mortis liberare, extremè indigenti per eleemoſynam, etiam

furando,

furando,ſubuenire.Ergo nec dicendum , quod Religioſus per profeſſionem liberetur ab obligatione ſubueniendi parentibus in graui neceſſitare conſtitutis, ex eo, quod mortuus mundo ſit , vel cenſeatur. Licèt itaque fictione iuris mortuus dicatur mundo Religioſus quoad aliqua , remaner tamen homo,& eſt viuus qooad alia , vti ſuprà dictum eſt de eo, qui filium genuiſſet.

Et inſuper reddi debet ratio , quare Religioſus mundo mortuus , non teneatur ex naturali præcepto ſuccurrere parenti in ſæculo , eo modo , quo ſi Religioſus non fuiſſet, eodem naturali præcepto id facere teneretur.

290 Dicunt aliqui præceptum honorandi parentes eſſe affirmatiuum, & non obligare , niſi eo modo, quo pro ſtatu , & conditione perſonæ poteſt. Et exemplum apponunt in vxorato, qui vt patris ſuccurrat neceſſitati , vxorem relinquere non tenetur.

Sed reſpondet Peyrinus *verſic. Reſpondet* , cum Valentia *tom.3.diſp.7.q.1.punct.1. quæſtiunc.6.concl.2.verſic.in caſu autem ſecundo*,hoc argumentum procedere ex ſuppoſitione falſi;ſupponit enim, votũ eo caſu magnæ neceſſitatis parentis , obligare , quod falſum eſt. Votum namque eo caſu non eſſet de melioribus, ſed impeditiuom maioris,& magis neceſſarij boni ; impediret enim executionem , & obſeruantiam præcepti diuini,& naturalis,cui, vti diximus , cedit præceptum diuinum ex ſuppoſitione profeſſionis,& ſic præceptum per accidens de obediendo Prælato.

291 Deinde reſpondetur,quod licèt præceptum affirmatiuum non ſemper , & continuè obliget , ſicut obligat negatiuum ; obligat tamen ſemper in omni neceſſitatis caſu, licèt eo modo,quo poteſt. Sed in noſtro caſu nullo alio modo adimpleri poteſt præceptum honorandi parentes , mediante ſubuentione, quàm exeundo è Religione, vt ſupponimus in concluſione. Ergo è Religioſus exire debet Religione,neglecto etiam Superioris Præcepto, vt diuinum illud , & naturale honorandi parentes adimpleat.

292 Ad exemplum vxorati reſpondetur, illum teneri ſtatum matrimonij tueri,ex ſtrictiſſimo, & abſoluto diuino præcepto,dicente Domino *Math.5.verſu 32. Ego autem dico vobis, quia omnis , qui dimiſerit vxorem ſuam , exceptâ fornicationis cauſa , facit eam mœchari*.Et Apoſtolus 1. *Corinthior.7.verſ.*10. dicit: *Iis autem, qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio.non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere*. Religioſus autem ex præcepto diuino tenetur, ſuppoſito voto, non egredi ex Religione , niſi de Superioris licentia ; cùm autem obligatio voti ſuſpendatur,quoties eius obſeruatio impeditiua fuerit maioris boni , & obſeruationis altioris,arctioris,anterioris,& fortioris præcepti, quod ſit perſe , & non per accidens, quale eſt quo tenetur Religioſus;hinc eſt,non dari ſimile inter præceptum vxorati,& præceptum Religioſi ; & non argui à ſimili:Vxoratus non tenetur vxorem relinquere , vt ſubueniat parentibus magnam patientibus neceſſitatem:Ergo nec tenebitur Religioſus.

293 Inquirit Peyrinus *ante §. primum , cap. 9. dicta q.1.de ſubdito*, quomodo poſſit Religioſus ſtando in Religione aliquid acquirere , quo parentibus ſubuenire poſſit,quo non acquiſito,poſſit, & teneatur egredi ex Religione,petitâ , & non obtentâ licentiâ Superioris legitimi,Generalis ſcilicet, vel Prouincialis , iuxta à ſe dicta *verſic. Limitanda tamen*, cum Nauarro *comment.3.de Regularibus n.*49.Rodeṙiq.*in ſumma,cap.6.n.*4. & cum Sanchez *in Decalogum lib.4 c.20. num 22.* immò neglecto Superioris præcepto ? Et ſic vt ſequitur reſponder. Videlicet,

Reſpondeo , multa poſſe acquirere honeſtis artibus,laborando,ſcribendo,pingendo, concionando,libros imprimendo, vel eleemoſynas quærendo pro tali affectu. Et licèt quicquid acquirat Monachus,Monaſterio acquirat, verum etiam eſt , quod Prælatus de eleemoſynis venientibus ad Conuentum poteſt eleemoſynas facere , vt ait Suarez *de fide,ſpe, & charitate , tract.3. diſp.7. ſect.2. num.3.* & quod idem poteſt facere ſubditus ex licentia Prælati expreſſa,vel probabiliter præſumpta, vt D.Th. 2.2.q.31.*art*.8. *ad* 1.& cenſet Suarez cum Syluestro *verbo Eleemoſyna*, & aliis , quod quando neceſſitas eſt grauis , & non poteſt facilè Superioris conſenſus poſtulari,debet præſumi.His modis poteſt ſaluâ regulari diſciplinâ filius ſuccurrere neceſſitati parentum.

Secundò occurrit difficultas,ad quid teneatur Regularis reſpectu fratrum, & ſororum magnâ laboraotium neceſſitate ? 294

Reſpondetur *primò*, ad id teneri, ſi neceſſitas eſt extrema , ad quod tenetur reſpectu aliorum proximorum , eadem extrema laborantium neceſſitate. Debet enim exire, etiam contra Superioris præceptum , ſi alio modo illis ſubuenire non poſſit ex proximè recenſitis,laborando, ſcribendo , vel pingendo , &c. Et ita docet Peyrinus *dicto tom. 1. de ſubdito, q.1.cap.9.verſic. In extrema.* Antonius Naldus *in Summa verbo Religioſus, num.* 22. cum Azorio *part.2.lib.2.cap* 40. *quæſt*.8. Quæ reſponſio probata manet in probatione concluſionis primæ de obligatione exeundi pro ſubueniendo parentibus extremè indigentibus.

Reſpondetur *ſecundò* , ſi neceſſitas Fratrum , aut Sororum non eſt extrema , egredi non tenetur è Religione , quamuis aliquo ex dictis modis ſubuenire illis non poſſit.Eſſet tamen iuſta cauſa petendi licentiam à Summo Pontifice exeundi , maximè ſi ſorores eſſent in graui pudicitiæ periculo. Primam partem tenent Peyrinus & Naldus *locis citatis*. Lezana *in Summa, tom.1. part.1. cap.24. num.*40. cum Sanchez *in Decalogum lib.4.cap.10. num.*33.Suarez *tom.3.de Religione,lib 5.cap.6.à num.*3. & cum Corduba *in Summa , quæſt.* 141. *art.*2. Secundam verò partem reſponſionis tenent Lezana *vbi proximè*, cum eiſdem DD. & Peyrinus. 295

Aduertendum tandem eſt , prædicta in hac ſectione procedere in caſibus,in quibus filij, aut fratres Religioſi egrediendo ex Religione ſubuenire poſſint parentibus, aut fratribus, vel ſororibus, & eorum neceſſitates ſubleuare , & in quibus alius non ſit, qui id faciat , aliàs ceſſat cauſa exeundi. 296

SECTIO X.

De habentibus filium , aut filios in neceſſitate conſtitutos.

BREVIARIVM.

Religio , Religioſi.

Habens filium grauiter indigentem ipſius ſubuentione, Religionem ingredi non poteſt. n.297.

Mortaliter peccant , tam ingrediens , quàm recipientes. num.298.

Si relinquat filium extremè indigentem, & non habeat modum alium quo illi ſubuenire poſſit , tenetur exire, petitâ & non obtentâ licentiâ,& repugnante Prælato. num.299.

Idem

Idem, ſi magnam filius neceſſitatem patiatur. numero 300.

297 DEcimum impedimentum ad ingrediendum Religionem, eſt habere filios, qui grauiter indigeant parentum ſubuentione. De quo quidem impedimento alij Doctores, ſimul ac de præcedente agunt, quia fundamenta reſolutionum vtrique communia ſunt; illa autem ego, maioris claritatis gratiâ, ſeorſim dilucidare duxi. Loquendo igitur de parentibus, iam dicta ſummando.

298 Dico *primò*, lethaliter illos peccare ingrediendo Religionem (& pariter illos recipientes) ſi relinquant in ſæculo filium, prætermiſsâ illius curâ, nec prouiſo ſuper eius educatione. Ita docet D.Th. 2.2. *q.* 189. *art.* 6. dicendo, quod in hoc genere maior eſt obligatio patris ad filium, quàm filij ad patrem: nam filius non obligatur per ſe ad alendum, ſeu honorandum patrem, niſi per accidens, ratione neceſſitatis; pater autem non ratione neceſſitatis, & per accidens tantùm, ſed per ſe ratione ſui muneris, tenetur alere, & educare filium, non ſolùm ad tempus, ſed per totum vitæ curriculum, quia eſt eius principium. Aſcanius Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.* 6. *quæſ.* 3. *n.* 17. cum Nauarro *commentario* 2. *de Regularib. n.* 8. & cum Corduba *in Regulam S. Franciſci, cap.* 2. *quæſt.* 6. *art.* 1. Ioan. Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 13. cum D.Th. *loco citato.* Laur. de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato, q.* 3. *cap.* 1. §. 2. *n.* 70. quatenus dicit, quod par eſt obligatio inter patrem, & filium, quoad ſubuentionem in neceſſitatibus. Bart. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 158. nobiſcum etiam eſt, *iuncta* maximè *q.* 142.

299 Dico *ſecundò*, in communi Doctorum ſententia ſi Pater Religionem ingrediatur, relinquendo filium in ſæculo in extrema neceſſitate conſtitutum, ſi non habeat modum alium, quo illi ſubuenire poſſit, tenetur egredi, petita, & non obtenta Prælati licentia, & iſtius præcepto neglecto; ſi tamen certa ſit neceſſitas extrema, & ſperet, quod egrediendo illi ſuccurrere poſſit. Et ratio eſt eadem, quâ *ſect.* 9. probauimus per ſimilem concluſionem primum dictum. Hanc tenent Bart. à S. Fauſto *q.* 146. Tambur. *vbi proximè, n.* 19. cum Sanchez *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 10. Leſſio *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 3. *n.* 34. Nauarro *conſ.* 3. *de Regularibus*, Roderiq. *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 13 *art.* 5. & Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp.* 31. *dub.* 1. *n.* 9 Peyrinus *vbi proximè*, Lezana *dict. n.* 13. cum D.Th. *art.* 6. *citato*, qui dicunt parem, immò, & maiorem obligationem reſidere in patre, ad ſubueniendum filio, quàm reſidet in filio ad ſuccurrendum patri.

300 Dico *tertiò*, ſi filius in ſæculo ſub magna ſit neceſſitate conſtitutus, & pater in Religione permanendo non poſſit ei ſuccurrere vllo ex aſſignatis modis circa finem ſectionis præcedentis, *verſ. Reſpondeo, multa poſſe*, & ſpem habeat, vt egrediendo ex Religione, illi valeat ſubuenire, exire poteſt, & tenetur egredi petitâ, & non obtentâ Prælati licentiâ, immò illo repugnante. Ratio ſuprà adducta eſt, ad probationem ſecundæ concluſionis ſectionis 9. quæ certè magis pro præſenti vrget, cùm eadem, & maior ſit, vt modò dictum eſt, ad hoc vt pater filio ſubueniat quàm è conuerſo. Et hanc concluſionem tenet Tamburinus *vbi proximè*, cum iiſdem Sanch. Leſſio, Nauarro, & Vecchio *locis allegatis*.

Sectio XI.

De ſexus diuerſitate.

BREVIARIVM.

Fœmina.

Sæpè fuit in virum mutata, & vir aliquando in fœminam. n. 306.

Hermaphroditus.

Tanquam infamis habetur in iure canonico. numero 302.

Excluditur à Beneficiis, & Ordinibus. n. 304.

Religionem ingredi prohibetur; & ſi defectum taceat, profeſſio ab eo emiſſa eſt nulla. n. 302.

Etiamſi profeſſio ſit valida, expelli poteſt à Minoribus, & ab eorum priuilegiis gaudentibus. numero 305.

Infamis.

Ad Religionem admitti non poteſt. n. 302.

Monaſteria duplicia.

Prohibita ſunt in octaua Synodo vniuerſali, & in Collegio Agathenſi. n. 303.

Religio, Religioſi.

Perſona diuerſi ſexus in Monaſterio admitti non poteſt; & eius profeſſio eſt nulla. n. 301.

Nulla eſt profeſſio, quoties conſenſus profitentis, aut admittentis defecit. n. 301.

Monialis in virum mutata permanere in Religione non tenetur, neque Religioſus mutatus in fœminam. num. 307.

Alia vide verbo Hermaphroditus, *& verbo* Infamis.

VNdecimum impedimentum, ad ingreſſum Religionis, & profeſſionem, eſt ſexus diuerſitas, 301
quia ſcilicet ingredi volens eſt diuerſi ſexus ab illis, in quorum Monaſterium ingredi vult; vt ſi vir in Monaſterio Monialium, & mulier in virorum Monaſterio recipiatur. Ita Emmanuel Sà *in aphoriſm. verb. Religio, n.* 30. cum Syluestro *eodem verb.* 3. *n.* 9. Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato, q.* 3. *cap.* 1. §. 2. *n.* 58. cum Nauarro *lib.* 3. *conſilior. de Regularibus, conſ.* 47. *n.* 4. Roderiq. *in ſumma part.* 2. *cap.* 6. *n.* 14 Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. *n.* 6. *in commentar. lit. A*, Sanchez *in Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 40. Franciſco Suarez *tom.* 3. *de Religione, lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 1. & *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 24. Barth. à Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp.* 1. *dub.* 1. *n.* 1. & *diſp.* 13, *dub*.... *n.* 12. & Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.* 6. *quæſ.* 3. *n.* 20. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. Barth. à S. Fauſto *in Theſauro, lib.* 5. *q.* 229. cum dicto Nauarro *lib.* 1. *conſilior. in* 1. *edit. tit. de ætate & qualitate, conſ.* 8. *n.* 1. Qui, excepto Syluestro, aſſerunt abſolutè, irritam, & nullam eſſe profeſſionem ab huiuſmodi emiſſam in Monaſterio diuerſi ſexus, & non ſolùm in indiuiduo, ad manendum in illo Monaſterio, vt volebat Syluester. Et ratio contra illum eſt, quia non ſolùm in indiuiduo pro illo Monaſterio, ſed abſolutè pro omni alio illa profeſſio nulla eſt, in qua deeſt conſenſus vtriuſque contrahentis, vel ſaltem alterius, ingredientis, ſeu profitentis ſcilicet, aut admittentis. Sed in noſtro caſu ſaltem defuit conſenſus admittentis, cùm illius animus fuerit admittere perſonam eiuſdem ſexus, & non diuerſi. Ergo abſolutè eſt nulla profeſſio emiſſa in Monaſterio inhabitato per diuerſi ſexus perſonas.

302 Quod ſi inquiras, quid de hermaphroditis dicendum? Reſpondeo cum Bartholomæo à Sancto Fauſto *in Theſauro lib.5.q.220.* Peyrino *num.59.* cum Tamburino *num.21.* Sà *num.10.* & cum Lezana *num.20.* qui plures alios recenſent, idem dicendum de illis, ſiue præualeat vnus, aut alter ſexus, ſiue non, quod dictum eſt de eo qui diuerſo pollet ſexu; ita vt licèt præualeat in eo virilis ſexus, non poſſit ingredi, nec profiteri in Monaſterio virorum, nec è contra. Et ſi defectum hunc taceat, profeſſio ab illo facta erit nulla, & debebit defectu cognito, à Superiotibus Religionis expelli, ob ſequentes rationes. *Prima*, quia hermaphroditus eſt infamis, ſeu tanquam infamis habetur in iure Canonico, *cap. Si teſtes, 4.quæſt.4.§.Hermaphroditus,* Peyrinus *dict.tom.2. de Prælato, q.2. cap 4.num.22.* cum Azorio *part.2. lib.6. cap.2.q.3.* Suarez *tom.5.in 3.part. diſput.51. ſect.2. num.1.* Auila *de cenſuris,p.7. diſp.3. dub.5.* infames autem ad Religionem admitti non debent, nec poſſunt recipi, vt videbimus. *Secunda*, quia indecens eſt, iſta monſtra ad inſeruiendum Deo in Religione recipere.

303 *Tertia*, quia illorum receptio eſſet in ſcandalum, & offendiculum multorum. Propter quam quidem rationem *in canone definimus, et 21. q.2.* ex octaua Synodo vniuerſali, quæ fuit 4. Conſtantinopolitana, deſumpto, ſtrictè prohibita ſunt Monaſteria duplicia, illa ſcilicet, in quibus Monachi, & Monachæ, vti ait ibi gloſſa *in formatione caſus*, ſimul, vel alternatim conueniebant in eodem choro ad officium faciendum. Et *verbo Duplex*, ait: In quo ſunt Monachi, & Monachæ. In dicto igitur canone ſic lego: *Diffinimus minimè duplex Monaſterium fieri, quia ſcandalum multis efficitur.* Quæ certè diffiniendi ratio æquè militat in prohibitione cohabitationis hermaphroditi, & aliorum, cuiuſcumque ſexus ſint. Et in Concilio Agathenſi, ex quo deſumptus eſt canon vigeſimuſtertius eiuſdem cauſæ, & quæſtionis, eadem ratio prohibitionis Monaſteriorum duplicium datur. *Monaſteria puellarum* (inquit) *longiùs à Monaſterio Monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutionem hominum collocentur.*

304 Et propter hanc eandem rationem debet hermaphroditus ab Ordinibus, & beneficiis excludi, vti docent Peyrinus *dict. num. 59.* Tamburinus *n.21. citato*, cum Azorio *vbi proximè*, Maiolo *de irregularitate, lib.1. cap.27. num.4.* & *lib.2. cap.1. num.7.* Portellio *in dubiis Regularium, verbo Nouitij qual. num.25.* Barth. de Vecchis *in praxi Nouit. diſput.5. dub.1. à n.3.* & *diſp.13.n.12.citato.* Petro Ledeſma *de ſtatu Relig.in communi.cap.6.concl.1.verſ.Otra condicion*, & cum Barth. à S.Fauſto *in Theſauro Relig. lib.5. q.230.*

305 Ad hoc autem, vt hermaphroditus expelli poſſit etiam poſt profeſſionem, licentia Papæ non requiritur, ſi in eis æqualiter dominetur ſexus; quia tunc nec eſt vir, neque fœmina. Neque requiritur illa, quando in eo, qui profeſſus fuit in Monialium Monaſterio, virilitas dominatur. Nec denique requiritur perfecta licentia, etiamſi prædominante virilitate fuerit in virorum Monaſterio profeſſus, quia ſemper adeſt incentiuum peccati, fomes ſcandali, & vix ſciri poteſt, quo ſexu ſit validior, niſi ex ipſo, qui certus eſt: quod ſi tacuit defectum in profeſſione, ſemper dicet, in ſe præualere ſexum ſibi magis vtilem, vti benè aduertit Peyrinus *loco citato.* Et dato quod profeſſio teneat hermaphroditi, expelli ille poteſt à Minoribus, & ab illorum priuilegiis gaudentibus, in vim priuilegij eiſdem Minoribus à Leone X. conceſſi, vti refert Barth.à S.Fauſto *dict.lib.5.* & *q.230.* quibus nos gaudemus.

Mouent Doctores aliqui quæſtionem iſtam, quæ 306
inutilis fortaſſe aliis videbitur, ob impoſſibilitatem, ſeu potiùs ob incredibilitatem poſſibilitatis caſus: *An qui in Monaſterio Monialium tanquam mulier profeſſionem emiſit, cum verè mulier appareret, & eſſet, deinde humeros oneri cuidam graui ſupponens, vi ponderis, ſeu alio accidenti facta eſt vir, teneatur in eodem permanere Monaſterio, vel teneatur tranſire ad aliud eiuſdem, vel alterius ordinis, Monaſterium virorum?*

Doctores dictam quæſtionem mouentes, poſſibilitatem caſus aſtrunt, aſſerunt, & confirmant ex quamplurimis aliis deponentibus, fœminam in virum mutari, naturaliter contingere poſſe; & contigiſſe, ſunt qui teſtentur. Pro poſſibilitate teſtes omni acceptione maiores producuntur, videlicet D. Auguſtinus *lib.3. de Ciuitate Dei, cap.31.* vbi Coqu. multa cumulat. Hippocrates *lib. 6. epidim. ſect.8.* Plinius *lib.7. Hiſtoriæ naturalis, cap.4.* Fulgoſius *lib.1. cap.6. tit.de Carolo Franciſco Guarnis.* Maiolus *de irregularitate, lib.1.cap.27. num.6.* Martinus Delrius *Magicarum Diſquiſitionum lib.2. quæſ.22.* & Menochius *lib.2. de arbitrariis, caſu 286. num.13.* quibus ſubſcribunt Peyrinus *dict.tom.2.de Prælato, quæſt.3. cap.1. §.2. n.60.* cum Petro Ledeſma *de ſtatu Religioſo in communi, cap.6. concl.1.* & Tamburinus *tom.3.diſp.6.q.3.n.22.* Pax Iordanus *tom.2.de re beneficiaria, lib.10.tit.15.num.8.* ex Plinio *lib.7.cap.4.* Azorio *Inſtit. Moral. part.2.lib.6.cap.2.q.3. à medio,* Victorell. *ſuper D. Auguſtinum, vbi proximè,* dicentem: *In libris Gentilium legimus fœminas, & gallinas, & homines, in maſculinum ſexum fuiſſe conuerſas.* Deinde ait: *Difficile mihi apparet, ex mare fieri fœminam: contra fieri ex fœmina marem, non ita difficile videtur.* Laurent.etiam Portel. *in dubiis Regularibus, verb.Profeſſio, in additione ad addit.* aſſerit contigiſſe paucis ab illinc menſibus, Monialem humeros cuidam graui oneri ſupponentem, vi ponderis erupiſſe in ſexum maſculinum. Et ferè omnes de facto deponunt, non ſemel contigiſſe fœminam in virum mutari. Menochius de quadam fœmina refert bis fuiſſe nuptam, & poſt mortem fuiſſe repertam habere virilia: & Peyrinus teſtatur, fuiſſe ſibi oſtenſam Romæ anno 1619. mulierem in virum mutatam, & virili incedentem habitu. Et quod magis mirandum eſt, refert ex Auſonio *epigr. 68.* mares in fœminas aliquando fuiſſe mutatos. Sic ex illo canit:

Fœmineam in ſpeciem conuertit maſculus ales,
Pauáque de pauo conſtitit ante oculos.
Nec ſatis antiquum, quod Campana in Beneuento,
Vnus Ephorum virgo repentè fuit.

Et quod fœmina in virum fuerit mutata, in Bœtica, nobiliſſima noſtræ Hiſpaniæ plaga, refert Doctus F. Ioannes à Conceptione *in compendio P. Leandri, tractat. 6. de Sacramento Ordinis, diſputatione 5. num. 3.* per ea quæ ſequuntur verba.

Mulier, quæ erumpente ipſa natura, in virum tranſiit, poteſt promoueri ad Ordines, vt dictum eſt. Validè, inquam, & licitè: quia, vt ſuppono, verè eſt vir; atqui nullum eſt ius, quod hoc illi prohibeat. Ergo. Ego cùm eſſem Theologiæ Lector in Collegio noſtro Ciuitatis Beacienſis in Hiſpania, vidi, & multoties allocutus fui Franciſcum

Munnoz,

Munnoz, natum in villa vicina, nomine *Sabiote*, qui per decem, vel duodecim annos fuit Monialis S. Dominici in Conuentu Ciuitatis vicinæ, nomine *Ubedæ*, & erumpente ipſa natura in virum tranſiit. Bene verum eſt, quod in collo non habebat os illud, ſeu partem, quam nos appellamus *nucem*: habebat capillos barbæ raros, faciem quaſi vetulæ. Hæc Author præfatus, *pag. mihi* 200.

307 Quo ſuppoſito, ſatis vtiliter quæſtio præfata proponitur, ad quam reſpondet Peyrinus *vbi ſuprà*, *num.* 60. & Tamburinus *eodem num.* 22. cum Ledeſma proximè citato, quod Monialis in virum mutata non tenetur ſtare, & permanere in eodem Monaſterio Monialium, nec tranſire quidem ad Monaſterium virorum eiuſdem, aut alterius Ordinis. Et ratio eſt, quia profeſſa eſt mulier, & tanquam mulier, non tanquam vir; vnde in virum mutata, non tenetur amplius ad officia muliebria, ſed ad virilia in ſæculo. Et quod de muliere in virum mutata Doctores dicunt citati, dici è conuerſo debet de viro in mulierem mutato, ſi fortè id contingat ob eandem rationem, quæ æquè in vno, ac in altero militat caſu.

An autem in ſæculo teneatur huiuſmodi hermaphroditus obſeruare eo modo quo potuerit tria vota, eſt noua difficultas, quam affirmatiuè reſolnit Portel. *vbi proximè*, *num.* 9. Et probat, quia eius profeſſio fuit valida, nec per ſequens impedimentum fuit irritata. Quod probatur à ſimili de matrimonio carnali: nam ſi hoc contrahatur ſine impedimento dirimente, ſi hoc ſuperueniat impedimentum, illud non diſſoluitur. Ergo ſimiliter matrimonio ſpirituali ſemel per profeſſionem contracto, non diſſoluitur per nouum impedimentum eruptionis diuerſi ſexus. *Secundò* probatur. Qui verè profeſſus, poſt profeſſionem aliquem occideret, contraheret impedimentum profeſſionem aliàs irritans, ex Sixti V. conſtitutione; & tamen homicidium profeſſionem iam factam legitimè non irritaret. Ergo, &c. *Tertiò*, Fœmina, quæ diſſimulato proprio ſexu profitetur in Conuentu virorum, validè profitetur, vti docet Comitolus *tom.* 1. *reſponſorum Moral. lib.* 2. *q.* 8. cum D. Antonino, Armilla, Sylueſtro, & Tabiena, quia eius profeſſio in ſubſtantia valida fuit. Vnde tenetur extra Conuentum virorum tria ſeruare vota. Ergo cùm in noſtro caſu validè fuerit profeſſa, quæ poſteà ſexum erupit in virilem, ad obſeruantiam etiam tenebitur votorum. *Quartò* probatur exemplo Religioſi ad Epiſcopatum aſſumpti, qui extra Religionem tenetur vota eſſentialia ſeruare meliori, quo poſſit modo. Ergo idem dicendum de hermaphrodito poſt veram profeſſionem facto. Vnde infert Portel. non poſſe matrimonium contrahere, nec tempore mortis teſtamentum condere: & de bonis ab eo extra monaſterium acquiſitis, iudicari debere, tanquam de bonis acquiſitis à Religioſis ab Ordine eiectis: vel pertinere ad Conuentum, in quo profeſſionem emiſerat, ſi ab eo alatur, & ſuſtentetur extra illum.

SECTIO XII.

De Excommunicato.

BREVIARIVM.

Excommunicatio.

Vinculo excommunicationis maioris innodatus, ab ingreſſu Religionis, & à profeſſione remouetur. n.308.& 310.

Tam ingrediens, quàm illum recipientes peccant mortaliter. n.308.309.& 313.

Admiſſio, & profeſſio excommunicati tenent. n. 308. & 311.

Niſi tamen illa fiant in vim reſcripti ab excommunicato impetrati, cùm incapax illius ſit. numero 312.

Excommunicatis interdicta eſt ſub mortali communicatio in diuinis. n.309.

Contractus per excommunicatos initi validi ſunt. numero 311.

Communicare poſſumus cum excommunicatis non denunciatis, nec notoriis Clerici percuſſoribus, etiam in diuinis. n.313.

Non tamen poſſumus licitè coeperari rei hic, & nunc peccaminoſa excommunicatis, qua aliàs non fieret, nobis non cooperantibus. n.313.

Prælati noſtri poſſunt abſoluere pro vtroque foro, & ad reincidentiam ingredi volentes Religionem, ab omnibus excommunicationibus, à quibus ſuos poſſunt abſoluere ſubditos. ibid.

Religio, Religioſi.

Pro admiſſione ad habitum, & profeſſionem, vide verb. Excommunicatio.

Duodecimum impedimentum, quo quis remo- 308
uetur ab ingreſſu Religionis, & à profeſſionis emiſſione, eſt maior excommunicatio. Excommunicatus itaque excommunicationis vinculo, ſiue ſit denunciatus, ſiue non, inhabilis eſt ad habitum, & profeſſionem, ita vt tam ipſe ingrediens, quàm illum admittentes mortiferè peccent; ingreſſus tamen, & profeſſio valida ſunt, quamvis recipientes, & receptus notitiam excommunicationis habeant. Ita docent Abbas *in cap. cùm illorum*, *num.* 4. *el* 32. *de ſentent. excommunicat.* vbi Barboſa *num.* 7. cum Innocentio *verbo Prælatis*, Henric. *num.* 4. Zabarella *num.* 8. Felino *num.* 2. Butrio *num.* 6. Socino *num.* 15. Idem Zabarella *conſ.* 46. *in fine*, Conarruuias *de ſponſalibus part.* 2. *cap.* 6. *in initio*, *num.* 3. Henriquez *in ſumma libro* 13. *capite ſeptimo*, §. 7. *in medio.* Ægid. *de Sacramentis, & cenſuris, diſp.* 14. *num.* 119. Sayr. *de cenſuris, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 19. Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 6. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 62. *art.* 15. *verſ. Quod procedit*, & *tom.* 3. *q.* 17. *art.* 14. Mar. Alterio *de cenſuris*, *lib.* 2. *diſputat.* 7. *cap.* 1. Anton. Ricciull. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.* 4. *cap.* 41. *per totum*. Azor. *p.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 9. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſputat.* 5. *dub.* 2. *per totum*. Auila *de cenſuris*, *part.* 2. *cap.* 6. *diſput.* 6. *verſ. de profeſſione*, & Suarez *tom.* 3. *de Religione*, *lib.* 5. *q.* 223. Docet etiam Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 3. *cap.* 1. §. 2. *num.* 61. cum Sanchez *in Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 36. & 37. Iacobo de Graffis *tom.* 1. *conſilior. lib.* 3. *de Regularib. conſ.* 4.

conſ 4. Nauarro *lib.* 3. *conſiliorum, titul. de Regularibus, conſ.* 3. *num.* 1. cum Comitolo *lib.* 2. *reſponſionum moral. q.* 8. §. *vltimo*, & cum dicto Suarez *eod. tom. lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 19. & Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3 *diſp.* 6. *quæſ.* 3. *n.* 23.

309 Quod lethaliter peccet receptus in maiori exiſtens excommunicatione, probatur; quia tam in receptione, quàm in profeſſione communiter interueniunt multi Religioſi, ordinatas preces cantando, & cæremonias particulares exequentes, quod maximam dicit communicationem, & in diuinis quidem. Sed huiuſmodi communicatio prohibita eſt ſub mortali culpa excommunicatione maiori innodatis. Ergo excommunicati maiori excommunicatione ſuſcipientes habitum, & profeſſionem emittentes, peccant mortaliter.

310 Inhabilitas autem ad habitum & profeſſionem ſuadetur *primò*, quia qui ea fecit, propter quod fuit excommunicatus, indignus eſt, vt admittatur ad ſtatum ad perfectionem aſpirantem, & tendentem: & præciſus ab Eccleſiæ gremio, non debet, ante reconciliationem ſaltem, in corde ipſius, id eſt in Religione recipi. *Secundò*, quia inhabilis eſt ad aliquid faciendum, qui illud ſine peccato facere non poteſt. Sed ingreſſus, & profeſſio fieri non poſſunt ab excommunicato ſine culpa mortali, vti modò probauimus. Ergo excommunicatus inhabilis eſt ad habitum, & profeſſionem.

311 Quod teneant ingreſſus, & profeſſio, & valida ſint, probatur primò *ex cap. Cùm illorum, ſuprà citato*, iuncta gloſſa *verb. Talibus.* Secundò, quia tam ingreſſus, quàm profeſſio, ſunt contractus initi inter ingredientem, & profitentem, & Religionem. Sed contractus initi inter excommunicatos validi ſunt, *cap. inter dilectos, §. Attendentes, el* 8. *de donationibus*, & *cap. ſignificaſti nobis, el* 6. *de eo, qui duxit in matrimonium*, Peyrinus *dict. num.* 61. *in fine*, & Ægidius Coninck *de Sacramentis, tom.* 2. *diſputatione* 14. *dubio* 12. *num.* 119. *ex cap vltim.* §. *cùm autem, verſ. verùm, de pœnis, lib.* 6. vbi abſolutis ab excommunicatione conceditur facultas repetendi debita, quæ alij tempore excommunicationis erga eos contraxerunt.

312 Sed difficultas eſt, *An valida ſint ingreſſus, & profeſſio, ſi fiant in vim reſcripti ab ipſo excommunicato impetrati?* Quod valeant, tenent penes Barboſam *vbi ſuprà, num.* 7. Gomez, Couarruuias, & Mar. Alterius. Quod non valeant, tenet ipſe Barboſa cum Felino *in dict. cap. Cùm illorum, num.* 2. *verſ. Limita.* Calderino *conſ.* 12. *de Regularibus*, & *conſ.* 4. *de Reſcriptis*, Socino *in cap. Sacris, num.* 174. *de ſentent. excomm.* Barthol. de Vecchis *dict. dub.* 2. *num.* 3. Rodriguez *tom.* 3. *q.* 17. *art.* 14. Ricciullo *dict. cap.* 41. Quorum ratio eſt, quia in tali caſu ingreſſus, & profeſſio fiunt, & fundantur ſuper reſcripto, cuius cùm excommunicatus ſit incapax, *cap.* 1. *de reſcriptis, in* 6. ſequitur, quod etiam ſit incapax, ingreſſus, & profeſſionis, argumento *cap. fin. de Clerico excommunicato miniſtrante.*

313 Quod denique recipientes etiam peccent mortaliter, non ſolùm quando recipiunt excommunicatum denunciatum, vel notorium Clerici percuſſorem, ſed etiam non denunciatum, & non percuſſorem notorium, patet; quia licèt in vim extrauagantis *In ſuper ad euitandum ſcandalum* editæ in Concilio Conſtantienſi, ſub Martino V. quæ habetur apud D. Antoninum *in ſumma, part.* 3. *titulo* 25. *de excommunicat. cap.* 3. in conſtitutionibus Synodalibus Diœceſis Pampilonenſis, ſub Cardinali Cæſarino, editis anno 1531. *eodem tit. de ſentent. excommunic.* & in meis Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonic. *tom.* 2. *diſquiſit.* 2. *dub.* 4. *num* 2. poſſint fideles excommunicare etiam in quibuſcumque diuinis, cum excommunicatis non ſpecialiter denunciatis, nec notoriis Clerici percuſſoribus; non tamen poſſunt licitè cooperari rei hîc & nunc malæ, & peccaminoſæ, quæ aliàs non fieret, niſi illis cooperantibus.

Aduertunt Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib.* 5 *q.* 208. cum Syluestro *verb. Abſolutio* 5. *q* 9. Tabiena *eodem verb.* 3. *n.* 14. Armilla 314
ibid. num. 61. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgentiis, cap.* 12. §. 7. & Sayro *de Cenſuris, lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 14. ac cum aliis communiter, Azorius *Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q* 9. *col. mihi* 1319. cum Innocentio, & Hoſtienſi, Peyrinus *num.* 63. ex priuilegio Iulij II. Minimis conceſſo, 2. apud ipſius Bullarium, & Barboſa *dict. num.* 7. cum Vecchis *dict. dub.* 2. Auila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 6. *diſputat.* 6. *verſ. de profeſſione*, Suarez *tom.* 4. *de Religione, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 18. Abbatem, & Prælatum recipientem ad habitum, & profeſſionem excommunicatum, poſſe illum ab excommunicationibus abſoluere illis, à quibus ſubditos ſuos profeſſos abſoluere poteſt; ad reincidentiam tamen, ſi profeſſionem non emiſerit. Cum qua limitatione expreſſa eandem facultatem conceſſit Eugenius Papa IV. Abbatibus Congregationis Caſſinenſis, & Præſidentibus in illorum loco conſtitutis, *in conſtitut. Etſi quælibet*, data pridie Kalendas Iulij 1436. 9. Bullarij noſtræ Hiſpanæ Congregationis. Et adnotat Peyrinus ad dictam Iulianam conſtitutionem, §. 9. *num.* 30. dictam abſolutionem poſſe conferre pro vtroque foro. Quia cùm Papa forum non exprimat, de vtroque intelligendum eſt priuilegium, cùm beneficium Principis latiſſimè interpretandum ſit, *l. beneficium, ff. de conſtitutionibus Principum.* Innocent. *in cap. cùm dilectus, de donationibus.* Guido Papæ *ſingul.* 350 Et quod ille adnotat pro Iuliana, adnoto ego pro Eugeniana.

SECTIO XIII.

De impotentibus ad Regularia ſubſtantialia, & accidentalia ſeruanda.

BREVIARIVM.

Axioma.

Ad impoſſibile nemo tenetur. n. 320.

Conſtitutio.

Religionum conſtitutiones ſunt veluti muri, eſſentialia Religionum cuſtodientes. n. 322.

Lex.

Frequens legum ſolutio aditum aperit ad illas omninò contemnendas. n. 318.

Vbi ratio naturalis apparet, legem quærere ſcriptam eſt infirmitas intellectus. n. 320.

Religio, Religioſi.

Impotens ad obſeruantias Regulares, ad ingreſſum Religionis impeditur. n. 315.

Peccant mortaliter in plurimum iſtì impotentes ingredientes, & illos recipientes. numero 315. & 316.

Quatuor

Quatuor de cauſis ſolent Religiones ad habitum recipere. n. 319.

Profeſſio emiſſa ab impotente ſeruare præcepta, etiam accidentalia Religionis, nulla eſt iure naturæ, in Ledeſmæ ſententia num. 320 & ſeqq.

Secus in aliorum placito, ſi tamen adſit ſufficiens admittentium conſenſus. num. 324.

Qui toto probationis anno infirmus fuit, ad profeſſionem admitti poteſt. n. 325.

Nulla eſt profeſſio illius, qui interrogatus de morbo gallico, aut alio incurabili, defectum tacuit, ſi ex parte Religionis fuit proteſtatum. n. 326.

Immò in multorum ſententia eſt nulla, etiamſi proteſtatum non fuerit. n. 327.

In illorum ſententia poſſunt huiuſmodi liberè exire, & etiam expelli. n. 327.

Alij oppoſitum docent. n. 329.

Poſſunt expelli à Religione habente ſtatutum à Papa confirmatum id permittente. n. 329.

Praxis aliquarum Religionum expellentium illos recenſetur. n. 329.

Vrbanus VIII. expulſionem prohibuit ob alias cauſas, quàm ob incorrigibilitatem. n. 329.

Sepelire.

Leproſi, & contagioſo morbo laborantes ſepeliri non debent in loco deſtinato pro communi ſepultura. numero 328.

Votum.

Simplex, & ſolemne ſolùm differunt Eccleſiæ inſtitutione. num. 323.

Votum ſimplex, & etiam ſolemne, emiſſum ab eo qui infirmitatem incurabilem patitur, & à qua impotens redditur ad obſeruanda præcepta Regularia, nullum eſt, in ſententia Ledeſmæ. n. 323.

Validum ſecundum alios, maximè ſi defectus à recipientibus fuit cognitus. n. 324.

Votum de ingrediendo Religionem Excalceatorum adimplere non tenetur, qui laborauit morbo gallico, aut alio inſanabili. num. 329.

315 TErtiumdecimum *impedimentum* ad ingreſſum Religionis, & ad profeſſionem emittendam, eſt impotentia ad ſeruanda eſſentialia, & etiam accidentalia præcepta, & obſeruantias Religionis; ſiue impotentia proueniat ex ſenectute, aut alia ex infirmitate proueniat: & tam ingrediens, quàm illum recipientes mortaliter peccant. Ita docet Peyrinus *tom. 2. de Prælato, quæſt. 3. cap. 1. §. 2. n. 64.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. diſp. 6. q. 3. num. 24.* & Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 2 num. 22.* Licèt non tam expreſsè, ſicut Laurentius, & Aſcanius, qui pro ſe, & nobis allegant Petrum Ledeſmam *in ſumma, tract. de ſtatu Religionis in communi, cap. 6. concl. 1. verſic. la quarta condicion*, Mirandam *in Manuali Prælator. tom. 1. q. 19. art. 2.* Suarez *tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 4. num. 19.* Barthol. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp. 12. dub. 9. num. 2.* Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 12. art. 3.*

316 Et probatur *primò*, quia in profeſſione, ad quam nouitiatus ordinatur, promittunt profeſſuri, ſi non obſeruare Regulam, & conſtitutiones, ſaltem ſecundùm illas viuere promittunt, vti dicit D. Bernardus *de præcepto, & diſpenſatione, cap. 16. verſic. Et quomodo*, per hæc verba: *Nemo quidem cùm profitetur, ſpondet Regulam, ſed determinatè ſecundùm Regulam, ſui quiſque conuerſionem, ſuamque deinceps conuerſationem ſeſe pollicetur dirigere.* Ergo ſi ſciant ſe impotentes, mentiuntur, & recipientes ignorantes decipiunt, atque adeò omnes illi peccant mortaliter, cùm materia ſit grauis.

Sed dices. Profeſſionem emittens promittit ſerua- 317
re Regulam, & Conſtitutiones eo modo, quo illæ obligant, nempe cùm iuſta cauſa non excuſat; vti dicunt Sanchez *in Decalogum, lib. 5. cap. 4. n. 52.* Roderiquez *in ſumma, tom. 2. cap. 6. num. 13.* & Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſorum, lib. 5. q. 249. num. 2. pag. mihi* 400.

Sed contra. Quia iuſta cauſa non ſeruandi Regulam, & Conſtitutiones, debet eſſe ſuperueniens promiſſioni, vt verum ſit, quod iſti dicunt Doctores; non autem debet eſſe eidem promiſſioni præſens; alioquin non tam promiſſio, quàm irriſio erit. Vt ſi quis pauperrimus mihi mille aureos ſoluere promittat, cùm ſciam nec mille ſolidos vnquam poſſediſſe, irriſum me exiſtimabo, & tamen ille dicere poteſt, *Ego ſeruabo eo modo, quo promiſſa ſeruari debent*, nimirum, ſi poſſunt.

Probatur *ſecundò*. Quia turpis eſt pars, quæ ſuo 318
non congruit toti. Deinde frequens legum, ſaltem in aliquibus, ſolutio, aditum aperit ad eas omninò contemnendas, vti Concilium Tridentinum dicit *ſeſſ. 25. de Regularibus, in decreto de reformatione, cap. ſicuti, el* 18. per hæc, quæ ſequuntur verba: *Sic frequentiùs legem ſoluere, exemploque potiùs, quàm certo perſonarum, rerumque delectu petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire.*

Placet tamen aliquibus Doctoribus limitare, vt 319
poſſit ad Religionem admitti perſona, quæ licèt impotens ad ſeruanda accidentalia Religionis ſit, eſt tamen ita aliàs inſignis, & eminens, vt ex eius receptione intus, & extra Religionem omnes maximum deuotionis exemplum ſint recepturi. Ita Peyrinus *dicto num. 64. in fine*, priùs Emmanuel Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. quæſt. 12. art. 3. verſic. Aduertendum*, quò loci ad id probandum recenſet D. Bonauenturam *quæſt. 19.* ſic interrogantem, & reſpondentem. *Cùm multitudo ſit ſæpe occaſio confuſionis, eo quod regi non poſſit; cur multiplicatis numerum in recipiendo inutiles, & oneratis vos ipſos, & alios? Reſpondeo inutiles omninò ſcienter non recipimus, ſed præter ſpem aliquoties ſic contingit: quatuor enim de cauſis ſolemus recipere ſuperuenientes; vna eſt compaſſio perditionis eorum, qui vix extra Ordinem in ſæculo ſaluarentur, ſicut qui de igne, vel aqua periclitantem rapit, vèl de alio diſcrimine. Secundò, propter profectum Ordinis, quia ex ſcientia, & induſtria, morum honeſtate, & reuerentia quorumdam præſumitur. Tertia, propter aliorum ædificationem, vt multi de talium conuerſatione, qui aliquo modo ſunt famoſi in ſæculo, emendentur, & eorum incitentur exemplo. Quarta, propter precum inſtantiam, quam ipſi faciunt pro ſe, & alij pro eis nimia importunitate obtinent aliquos recipi, quibus denegari non poteſt. Sicut autem agricola ſæpe ſeminat, & plantat in ſpe quod omnia conualeſcant, quod plerumque in aliquibus non inueniet; ita contingit in Religioſis ad Ordinem receptis. Lucæ 8. cap. Aliud cecidit ſecus viam, &c. Seminat plures ſulcos, vt ſi aliqua pereant, alia pro illis conualeſcant; ſi tamen omnes conualeſcerent, ſeges copioſior proueniret.* Hactenus Bonauentura.

Nonnulla hîc occurrunt diſcutienda. Primum, 320
An ſit nulla profeſſio illius, qui cùm non valeat Religionis præcepta obſeruare, profeſſionem emiſit? Ad quod Petrus Ledeſma *de ſtatu Relig. in communi, cap. 6. verſic. Digo lo ſegundo*, penes Peyrinum *tom. 2. de Prælato, q. 3. cap. 1. §. 2. num. 65.* reſpondet, nullam eſſe huiuſmodi profeſſionem; non

quidem in vim iuris alicuius ſcripti id decernentis, ſed iure ipſo naturæ illam irritante, ex eo quod nemo ad impoſſibile teneatur. Vbi autem ratio naturalis apparet, legem quærere ſcriptam eſt infirmitas intellectus, vti ex Ariſtotele 8. *Phyſicor. textu* 22. cum Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 10. *de indiuid. num.* 1. & Stephano de Federic. *de iure interpret. p.* 1. *num.* 3. colligit idem Peyrinus *num.* 45.

321 Et procedit Ledeſmæ ſententia, non ſolùm quando ſeruare non valet ſubſtantialia profeſſus, ſed etiam quando accidentalia. Quia ratione profeſſionis non ſolùm quis tenetur eſſentialia ſuæ Religionis obſeruare, ſed etiam accidentalia, ſecundumque Regulam promiſſam viuere. Licèt ergo poſſit infirmus eſſentialia ſeruare, cùm tamen ſecundùm Regulam viuere nequeat, ſequitur, quod profeſſio emiſſa, quæ vtrumque includit, nulla ſit.

322 Addit *primò*, quod conſtitutiones omnes Regulares eò tendunt, vt eſſentialia Religionis ſeruentur, & ſunt veluti muri ea cuſtodientes.

323 *Secundò* addit, quod ſi quis infirmitate laborans contagioſa, aut incurabili, quæ illum impotentem redderet, votum ſimplex Religionis faceret, votum illud nullum eſſet ratione materiæ incompoſſibilis; ita etiam ex eadem ratione nullum erit votum ſolemne, cùm à ſimplici non differat voto ex natura rei, nec ex diuino iure, ſed ex ſola Eccleſiæ inſtitutione, vti expreſsè Cœleſtinus Papa III. declarat *in cap. rurſus, el* 6. *Qui Clerici, vel vouentes*, dicens: *Vnde à fraternitate tua requiſiui arbitramur, quod cùm ſimplex votum apud Deum non minùs obliget, quàm ſolemne.* Et Bonifacius Papa VIII. *in cap. Quod votum, vnico de voto, & voti redemptione, in* 6. per hæc, quæ ſequuntur verba: *Nos igitur attendentes, quod voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſia eſt inuenta.* Iacobus de Graffis *in ſuis deciſionibus, part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 10. Baſſæus *tom.* 1. *verbo Votum* 1. *num.* 15. & *verbo Matrimonium*, 7. *num.* 17. *in fine.* Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 2. *part.* 4. *verbo Votum, num.* 2. cum Leſſio *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 40. *dub* 19. Sanchez *lib.* 7. *de Matrimonio, diſp.* 25. Portellio *in dubiis Regular. verbo Votò ſolemnitas, num.* 22. & cum Bonacina *de Matrimonio q.* 3. *punct.* 4. *num.* 3. poſt Bellarminum, Reginaldum, & alios, quos allegat Peyrinus *vbi proximè, num.* 65. Axorius *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæſt.* 1. *in fine*, cum Innocentio, Hoſtienſi, Archidiacono, Ioanne Andrea, Abbate, Panorm. Ancharano, Cardinale, Franco, Felino, & omnibus Canoniſtis, poſt gloſſam *in dicto cap. rurſus*, & cum Soto *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. Herueo *quodlib.* 11. *q.* 25. Henrico *quodlib.* 6. *q.* 39. Paludano 4. *diſt.* 38. *q.* 4. *art.* 4. *concl.* 11. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 7. & aliis.

324 Contra Ledeſmæ ſententiam docent penes ipſum Peyrinum Sanchez *lib.* 5. *in Decalogum, cap.* 4. *num.* 52. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 12. *art.* 3. Miranda *in Manuali, tom.* 1. *q.* 19. *art.* 2. & Vecchius *in Praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp* 5. *dub.* 2. votum à præfato impotente emiſſum, nullum non eſſe, & irritum, ſed validum. Docet & Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. cum eodem Roderiquez *in ſumma, tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 13. ſic enim ait. Profeſſio illius, qui præ morbo, aut ſenectute impotens eſt ad ſeruanda Regulæ præcepta, valida eſt. Tum quia poteſt ſeruare tria vota, quæ ſunt eſſentialia Religioni. Tum quia erunt multa in regula, quæ ab iſto abſque dubio ſeruari poterunt.

Ipſe tamen Peyrinus P. Ledeſmæ ſubſcribit in caſu, quo quis impotentiam in profeſſione tacuiſſet; ſed non in eo, qui cum tali impotentia cognita, propter eminentiam perſonæ fuit ad habitum, & ad profeſſionem admiſſus. Et idem dicendum credo, quoties impotentia ad ſeruanda accidentalia cognita fuerit à recipientibus ante profeſſionem actualem; quia in illis omnibus caſibus adeſt ſufficiens recipientium conſenſus, qui ſolus validam reddere valet profeſſionem impotentis, ſed eminentis perſonæ, & cuius defectus inualidam illam faceret, vt colligi poteſt ex Peyrini mente. Hoc tamen limita in caſu, quo non adſit ſpecialis prohibitio potentis impedire conſenſum recipientium ad habitum, & profeſſionem, qualis eſt, quam S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium relaxauit anno 1604. 12. Ianuarij, vti ait Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Monialium profeſſio, n.* 12. vel S. Congregatio Concilij, vti vult Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 26. & *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Moniales, collectan.* 506. *num.* 2. poſt Anton. Nouatium *in Lucerna Regularium, verbo Monialis, num.* 2 & poſt vtrumque Lezana *tom.* 1. *p.* 4. *verbo Moniales, num.* 8. Igitur Congregatio *in Gergen.* dicta die, menſe, & anno declarauit, Moniales, neque ad chorum, neque ad profeſſionem admitti debere, legere neſcientes. Id eſt, non poſſe. Verbum enim, & dictio *Debet*, importat præciſam obligationem, & neceſſitatem, iuxta dicta *num.* 89.

Secundum, quod occurrit, eſt, *An nouitius, qui toto probationis anno fuit infirmus, poſſit ad profeſſionem admitti?* Ad quod affirmatiuè reſpondent Lau- 325
rentius de Peyrinis *dicto* §. 2. *num.* 66. & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 3. *num.* 25 cum Nauarro *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularib. conſ.* 32. *num* 5. *in* 2. *ſcilicet editione*, & *in* 1. *conſ.* 41. *num.* 5. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 15. *art.* 10. *verſic. Tum quia*, Barth. à S. Fauſto *in Theſauro Religioſor. lib.* 5. *q.* 249. *num.* 3. Suarez *de Religione, tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 15. & Sanchez *in Decalogum lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 52. dicente *num.* 28. quod Nouitius in Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula, qui fuit toto anno infirmus, & carnibus, & lacticiniis vſus fuit, validè profeſſionem emittit, licèt rigidiſſimum illius Religionis onus, vitam ſcilicet quadrageſimalem minimè expertus fuerit. Quod etiam in hoc caſu ſentire Vecchium *vbi proximè, diſp.* 12. *dub.* 8. *num.* 4. addit Peyrinus. Idem ſenſit præfatus Barth. à S. Fauſto *dicto num.* 3. Et ratio eſt duplex. *Prima*, quia annum expleuit probationis legitimè, & quantum eſt ex ſe, in probatione fuit. *Secunda*, quia non tenetur Nouitius omnes Religionis auſteritates in ſpecie probare, ſed ſatis eſt, ſi probet in genere, perſeuerando per integrum annum ſub Prælati obedientia.

Tertium, quod occurrit, eſt, *An profeſſio ab eo* 326
qui morbum Gallicum, lepram, ſeu aliam contagioſam infirmitatem incurabilem patiebatur, facta, irrita ſit, aut valida, ſi morbum, etiam interrogatus, tempore tacuit profeſſionis? Non procedit quæſitum in caſu, quo ante profeſſionem illi fuerit proteſtatum. Tunc enim certum eſt, profeſſionem eſſe nullam, quia deficit conſenſus Religionis omnino neceſſarius ad valorem profeſſionis, vti bene tradit Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. & *cap.* 24. *num.* 26. cum Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. quæſt.* 17. *art.* 9. & cum Sanchez *lib* 5. *in Decalogum, cap.* 4. *n.* 57. Peyrinus *de Prælato, tom.* 2. *quæſt.* 3.

quæſt. 3. *cap.* 1. §. 2. *num.* 67. ibi : Tum, quia ſi talem infirmitatem callidè tacuit, interrogatus, an aliquâ laboret, non liberè receptus eſt. Verba autem Lezanæ *dicto num.* 26. iſta ſunt : Cùm Nouitij ante profeſſionem interrogantur, an habeant aliquem defectum, v. gr. infirmitatem incurabilem, cum proteſtatione, quod ſi poſteà inuenti fuerint illum habere, profeſſio erit nulla, talis profeſſio inualida eſt, ſi prædictum defectum celauerint. Ratio eſt, quia deficit illi profeſſioni conſenſus ex parte Religionis requiſitus. Procedit igitur difficultas propoſita in caſu, quo interrogatus, non tamen proteſtatus, defectum Nouitius taceat.

In hoc igitur caſu Lezana *num.* 23. *citato*, ſentit profeſſionem eſſe validam, & reddit rationem, dicens ; quia talis defectus, & occultatio illius, non tollunt aliquid de eſſentialibus Religionis. Nauarrus *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularib. conſ.* 25. *vel* 48 Hæc Lezana.

327 Peyrinus tamen *num.* 67. *recenſito*, & Tamburinus *dicto quæſt.* 3. *num.* 26. probabile videri dicunt, abſtrahendo à quocumque ſtatuto particulari, nullam eſſe profeſſionem emiſſam ab illo, qui ita morbo Gallico laborat, vt nequeat obſeruantias Regulares complere ; atque ita poſſe illum liberè à Religione exire, & ſimiliter poſſe Religionem illum expellere. Allegat Peyrinus Petrum Ledeſmam *de ſtatu Relig. in communi*, *cap.* 6. *dub.* 2. *pag.* 240. & multipliciter probat. *Primò*, quia cum illa infirmitate non teneretur votum ſimplex Religionis adimplere, vti circa quæſitum primum, *verſic. ſecundò*, dictum eſt. Ergo neque ſolemne, iuxta ibidem reddita. *Secundò*, quia morbus iſte continuè infamiam morboſi deprædicat cum ſcandalo, & carnali titillatione Fratrum. *Tertiò*, quia ſtomachum gignit, & fœtorem, & communicationem prohibet. Vnde durum videtur, quod Religio teneatur talem infectam ouem cum tanto ſuo detrimento, & horrore detinere.

328 Cuius prima, & vltima probatio æquè in leproſo, & ſimili contagioſo morbo laborante militant, & non parum illuſtrantur ex à meipſo traditis *in Diſquiſitionibus Moralibus*, *& Canonicis*, *tom.* 1. *tract.* 7. *diſq.* 10. §. 3. vbi reſolui, leproſos, & contagioſo morbo laborantes, non poſſe eligere ſepulturam in loco communi pro fidelium ſepulturis deſtinato. Quia vti ibi ex Abbate dixi, fœtor inficit aërem, & quia eſt timor contagij in actu ſepulturæ. Vnde in iure, *in cap. Cùm dicat*, *de Eccleſiis ædificandis*, leproſis permittitur habere Eccleſiam cum Cæmeterio, & vt proprio gaudeant Sacerdote. Quæ vtique non permitterentur, niſi ob manifeſtum contagij periculum. Et quidem ſi hoc imminet poſt mortem, in breuiſſimo tempore ſepelitionis, quantò magis imminebit Religioſis, ex continua & longa cohabitatione ſub eodem tecto, & inter quatuor parietes, intra clauſtra ; cùm cum his, qui contagioſo laborant morbo, ſiue in communitate, ſiue ſeorſim manducent, bibant, dormiant, & vitam degant.

329 Reſoluunt nihilominus Peyrinus *num.* 68 & Tamburinus *num.* 26. cum Nauarro *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularib. conſ.* 48. Roderiquez *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. & *tom.* 4. *q.* 1. *Regular. q.* 17. *art.* 9. Sorbo *in compendio priuilegior verbo Nouitius*, *tit. de non. profeſ. emiſſ. verſic. Quintò princip. pag.* 435. Vega *in Summa*, *tom.* 2. *pag.* 39. *caſu* 4. *verſic. la tercera*, & Sanchez *lib.* 5. *in Decalogum*, *cap.* 4. *num.* 57. morbo Gallico laborantem, illumque in profeſſione tacentem, poſſe eâ factâ à Religione expelli, ſi Religio ſtatutum habeat confirmatum à Papa, prædictam annullans profeſſionem ; aliàs ſecus, quia illa valida eſt, cùm nullibi videatur irrita. Impugnantque Peyrinus, & Aſcanius cum Ledeſma *loco citato*, & Graffis *tom.* 1. *conſilior. lib.* 3. *conſil.* 4. *de Regularib. num.* 9. Nauarri, Roderiquez, Vegæ, & Sorbi placitum, aſſerentium, poſſe Prælatos non habentes dictum ſtatutum, huiuſmodi profeſſum expellere in pœnam peccati, quod commiſit morbum illum occultando. Ratio illorum eſt, quia illa non eſt cauſa ſufficiens illum expellendi, cùm non liceat expellere à Religione, niſi ratione incorrigibilitatis, ita decernente Vrbano VIII. 21. Septembris 1624. *in conſtit. Sacra Congregatio*, *la* 28. *Bullarij Angeli Cherubini*, §. 6. *pag. mihi* 61. *tom.* 4. Addunt tamen, in multis Religionibus extare praxin. tali morbo laborantes expellendi. De Societate IESV aſſerunt Peyrinus, & Tamburinus, ex Sanchez *num.* 58. De Capuccinis teſtantur iidem DD. ex Sorbo, & Vecchio *in praxi Nouitior. diſp.* 13. *dub.* 15 & de Minimis idem aſtruunt, ex ipſorum Regula, ſtatuente, vt nullus admittatur cum infirmitate incurabili, qualis eſt iſta, vt dicit Sanchez *lib.* 4. *in Decalogum*, *cap.* 16. *num.* 37. qui propterea excuſat eos, qui illa laborant, vel laborauerunt, ab obligatione adimplendi votum de ingrediendo Religionem Diſcalceatorum, eorum, qui nudis incedunt pedibus.

SECTIO XIV.

De vi, & metu extrinſeco compulſis.

BREVIARIVM.

Confeſſio.

Non nocet confeſſio vi, vel metu extorta, quoad forum externum ; ſecus quoad internum, ſi iniuſta ſit, aut falſa. n. 334.

Contractus.

Vt validus ſit, requirit vtriuſque partis conſenſum. num. 337.

Vtrinque par eſt omnimoda obligatio, & vno contrahentium non obligato, alter non remanet obligatus. num. 337.

Correlatiua.

De vno diſpoſitum correlatiuo, de altero diſpoſitum cenſetur. n. 337.

Æquiparata.

Æquiparatorum idem eſt iudicium, & de vno fit ad aliud extenſio. n. 337.

Matrimonium.

Irritum eſt, ſi cuilibet contrahentium metus ſit illatus. num. 337.

Metus.

Ad ingreſſum Religionis inhabiles ſunt, vi, & metu extrinſeco compulſi. n. 330. 331.

Profeſſio.

Irrita eſt profeſſio emiſſa ex metu cadente in virum conſtantem. n. 334.

Et ex timore reuerentiali. n. 336.

Vt valeat, omninò libera debet eſſe. num. 336.

Coactam profeſſionem Deus non acceptat. n. 335.

Profeſſio coacta prohibetur in iure. n. 335.

Nulla eſt, quæ à coactis acceptatur. n. 337.

In

In profeſſione initur contractus inter profitentem, & Religionem, & ad quid ſe obliget pars. n. 337.

Matrimonio æquiparatur profeſſio. n. 337.

Religio, Religioſi.

Vi, & metu ad ingreſſum Religionis cogentes, & coactos ſcienter recipientes, lethaliter peccant. numero 330. & 332.

Quod peccent etiam recepti, ſunt qui aſſerant; ſed veriùs negamus. n. 333.

Falſum teſtimonium.

Ita mortaliter peccat, qui contra ſe falſum profert teſtimonium, ac qui contra proximum. n. 334.

Qui timore tormentorum falſa contra ſe fatetur, ſi non reuocat confeſſionem, in æternum damnatur. n. 334.

Timor reuerentialis.

Adnumerantur plures reuerentiales timores, in virum cadentes conſtantem. n. 336.

Voluntas.

Coacta voluntas, voluntas eſt, ſed non eſt libera. num. 335.

Votum.

Votum coactum non acceptat Deus. n. 335.

330 INhabiles etiam ſunt ad Religionis ingreſſum, qui vi, & metu extrinſeco compulſi, ad eam ingrediuntur; & tam cogentes, quàm ſcienter recipientes, mortaliter peccant. Docent Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 3. cap. 1. §. 2. num.* 78. cum Angelo *verbo Religioſus, §. 16.* Tabiena *verbo Religio, §. 14.* Syluestro *verbo Metus, q. 8. verſic. octauò.* Roſella *verbo Votum, 1. §. 4 & verbo Metus, §. 3. in fine,* Ledeſma *de ſtatu Relig. in communi, cap. 7. concl. vlt.* Miranda *in Manuali, tom. 1. q. 17. art. 4.* Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 14. art. 3.* Suarez *de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 9. num. 1.* Farinacio *part. 1. deciſionum Rotæ, deciſ. 175. num. 5.* Barboſa *in cap. 1. de Regularibus, num. 3.* Azorio *part. 1. lib. 12. cap. 4. q. 10.* Barthol. à S. Fausto *in Theſauro Religioſor. lib. 5. q. 238. num. 2.* & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. diſp. 6. quæſ. 3. num. 27.* qui addit, ipſum etiam receptum peccare mortaliter.

331 De inhabilitate, & impedimento iſto conſtat *in can. Puella, el 2. 20. q. 2. can. Proſlimus, el 2. can. Præſens, el 4. ead. cauſa, q. 3.* & extra, *cap. Nullus, el 1. de Regularibus.* & *cap. Vidua, el 4. eod. tit.* in quibus iuribus deciditur, ingreſſum Religionis ſpontaneum, & liberum eſſe debere.

332 Quod lethaliter delinquant, tam cogentes, quàm ſcienter recipientes, patet. Illi quidem, quia maximam in re grauiſſima iniuriam ingredientibus irrogant. Iſti autem, quia recipiendo ſic coactos, eandem iniuriam, & illam inferentem fouent. Ergo omnes illi mortaliter peccant.

333 Quod verò receptus, etiam mortaliter peccet, mihi non ſatis probatur. Quia duriſſimum eſt ad mortem damnare æternam illum, qui ex metu, maximè cadente in virum conſtantem, id facit, vel potiùs patitur, quod abſque omni peccato, imò cum merito maximo pati, & fieri poteſt. Vnde Sà *Verbo Metus, num 2.* ait: Metus iuſtus excuſat à peccato mortali in lege humana: & in his quæ requirunt conſenſum liberum, vt voto, & matrimonio, tollit obligationem, cùm ab aliquo ad hæc facienda incutitur. Allegat pro immunitate à peccato Fumum *verbo Excommunicatio, num 59.* Syluestrum *eod. verbo, 5. q. 14.* & Azorius *part. 1. lib. 1. cap. 11. q. 1. colum. mihi 26.* pro eadem eſt ſententia cum Gabriele *in 4. diſt. 18. q. 3. art. 3.* Maiore *diſt. 14. q. 4.* Almaino, Medina, Soto, cum Angelo *verbo Excommunicatio 8. num. 18.* Summa Confeſſorum *lib. 33. tit. 33. q. 165.* Aſtienſi *lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1.* Roſella *verbo Excommunicatio, 6. in princ.* Tabiena *eod. verbo 8. num. 9. & 10.* & Armilla *verb. Excommunicatio 59.* & pluribus inſtantiis probat contra Adrianum, Caietanum, Ioannem Andream, Hoſtienſem, Panormitanum, Felinum, & alios.

Profeſſio ex metu in virum conſtantem cadente emiſſa, nulla eſt ipſo iure, & irrita, vt docet Peyrinus *loco citato, num. 79.* cum Ledeſma *vbi proximè,* Venero *in examine Epiſcop. lib. 6. cap. 15. num. 29.* Sanchez *lib. 4. in Decalogum, cap. 3. n. 12.* Sylueſtro *verbo Metus, q. 8.* Roſella *verbo eod. dict. 8. num. 3.* Vecchio *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp. 13. dub. 12. num. 7.* Nauarro *comment. 4. de Regularibus, à num. 71.* & cum Suarez *de Religione, tom. 3. lib. 5. cap. 9. num. 3. & 12.* quem etiam *lib. 6. cap. 4. num. 11.* recenſet, & ſequitur Tamburinus *vbi proximè, num. 28.* Auguſtinus Barboſa *in cap. Perlatum, num. 3. el 1. de iis, quæ vi,* cum Sayro *in Claui Regia, lib. 2. cap. 2. num. 11.* & *lib. 6. cap. 4. num. 17.* & aliis pluribus. Emmanuel Sà *verbo Metus, num. 2.* & *verbo Votum, num. 8.* vnde etiam confeſſio per vim, vel metum extorta (addit Barboſa) non nocet. Maſcard. *de probation. in proœmio, q. 7. num. 17.* Farinac. *in praxi crimin. q. 81. à num. 16.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 2. cap. 4. num. 9.* Non nocet, dicit: ſed intellige, quoad forum externum, & contentioſum; quia quoad internum, & animæ forum, ſi illa iniuſta ſit, aut falſa, nocet, & plurimùm quidem, ſi non retractetur. Vnde *tom. 2.* diſquiſitionum mearum Moralium, & Canonicarum, *diſq. 8. num. 11.* recenſui noſtrum Panormitanum *in cap. Ex parte, num. 2. el 2 & 11. de ſepulturis,* dicentem: Nam ſicut peccat quis falſum teſtimonium ferendo contra proximum, ita & contra ſeipſum. Per quod infero, quod iſti, qui timore tormentorum falſa confitentur crimina contra ſe, grauiter peccant: ita quod puto, etſi mortem patiuntur ob illam confeſſionem, quam ſaltem in extremo non reuocant, recedunt in peccato mortali. Hæc Abbas, cui non opponuntur Sà, & ab eo modò allegati; quia illi de lege humana, Tudeſchus autem de diuina. 334

Quod ſit nulla profeſſio emiſſa ex metu cadente in virum conſtantem, patet. *Primò.* Quia ad profeſſionis valorem requiritur voluntas omninò libera; voluntas autem coacta, licèt voluntas ſit, *can. Meritò 15. q. 1.* non tamen eſt libera. *Secundò.* Quia Deus votis coactis non indiget, nec illa acceptat. *Tertiò.* Quia huiuſmodi profeſſio prohibetur in iure, *cap. 1. de iis quæ vi, metuſve cauſâ fiunt,* modo citato, & in Concilio Trident. *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. Quicumque, el 19.* 335

Inter timores in virum conſtantem cadentes, adnumerat Peyrinus *num. 80.* ex Leſſio *lib. 2. de iuſtitia, cap. 17. dubit. 6. num. 13.* timorem reuerentialem, quo ſcilicet filius timet offenſionem parentum, pupillus tutorum, ſubditus Principis, vxor viri, Monachus Abbatis, Clericus Epiſcopi, quando videlicet offenſio putatur fore magna, & diuturna, cum aſperitate vultus, vel verborum, vel alia mala tractatione, præſertim ſi mala præceſſerit tractatio. Item ſi parens vel alius, cui hæc debetur reuerentia, aliquid importunè, & aſſiduè petat. Profeſſio igitur hoc timore reuerentiali emiſſa, irrita eſt, & nulla, quia cenſetur emiſſa ex metu cadente in virum conſtantem. 336

tem. Et in noſtro caſu id docet Peyrinus ex Suarez *tom. tertio de Religione , libro quinto , capite nono , numero 17.* Venero *vbi ſuprà , numero 31.* Aloyſio Riccio *collectanea 932. prope finem*, Bartholomæo de Vecchis *dicta diſputatione 13. numero 19.* Roderiquez *in ſumma , parte ſecunda , capite 8. numero decimo* , Nauarro *libro tertio , conſilior. titulo de Regularibus , conſil. 89. num. 2.* Axor *p. 1. lib. 12. cap. 5. q. 9.*

337 Dubium hic occurrit diſcuſſione dignum , *An ſcilicet valida ſit , aut nulla profeſſio per Prælatum, aut per ipſum , & Conuentum recepta , ex metu illis illato , qui talis ſit , vt in virum conſtantem cadat?* Validam fore reſpondent penes Peyrinum *num.* 81. Suarez *vbi proximè , numero* 20. & Vecchius *numero* 13. quorum fundamentum eſt , quia nullibi reperitur cauta illius nullitas. Ipſe tamen Peyrinus cum Leſſio *de iuſtitia , libro ſecundo , capite 41. dub. 7. numero 61.* nullam eſſe defendit, & bene. Ratio fundamentalis , & iuridica eſt, quia in profeſſione religioſa interuenit verus contractus tacitus , in quo mutuò ſe obligant profeſſionem emittens , & Religio illam acceptans, vti dixi *in dicto tom. 2. diſquiſitionum , diſquiſit. 6. dub. 9. numero 31. & 32.* cum Hieronymo Llamas *part. 3. Methodi , capite 13. § 14. pagina mihi 914.* & cum ipſo Peyrino *dicto tomo ſecundo, de Prælato , quæſt. prima , capite quinto , § primo, numero 58.* recenſente Leſſium *vbi proximè , dubit. 8. numero 67. verſic. Verius tamen puto* , & Stephanum Gratianum *diſceptationum forenſium tomo tertio , capite 552. numero 21.* quibus addo Barthol. à Sancto Fauſto *in Theſauro , libro quinto, quæſt. 238. numero quarto* , quia Religioſus ſe obligat impendere omnes ſuas operas in Religionis fauorem , & Religio ſe obligat ad illi prouidendum de neceſſariis quoad victum , & veſtitum , & ad illum alendum : & de natura contractus eſt , vt par omnimoda ſit vtrinque obligatio ; æqualitas enim iuſtitiæ requirit , quod ſi vnus ex contractu obligetur , obligetur & alter ; & vno non obligato , nec alter obligetur, vti bene Moronus *in centum reſponſis , reſp. 46. numero 39.* & Lezana *tomo primo, parte prima , capite ſecundo , numero 41.* dicens : Quod etiam roboratur ex eo , quod profeſſio eſt quidam contractus oneroſus , vltro citroque obligatorius ; ac proinde requirit vtriuſque partis conſenſum , iuxta legem *in omnibus* , relatam (ſcilicet *ff. de actionibus , & obligationibus* :) deficiente ergo conſenſu Religionis ad profeſſionem , profeſſio nullo modo ſubſiſtit , ſicut nec ſubſiſteret , ſi defuiſſet conſenſus ex parte profitentis. Vecchius *in praxi Nouitior. diſp. 13. dub. 15 num 4 & ſeqq.* poſt Gerſonem, Cordubam , & Leſſium , Politium , Suarez , & alios. Hæc Lezana. Vnde eo ipſo , quod Sacri Canones irritent profeſſionem ab oppreſſo , & à coacto emiſſam , irritant etiam acceptatam à coactis. Correlatiue enim ſe habent emittens profeſſionem , & illam acceptans. Vnde de vno diſpoſitum , ad aliud trahitur. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris . axiom 61 num 1* quò loci plura iura, & plures cumulat Doctores. Et facit pro nobis conſtitutio 10. Iulij II. apud Peyrinum *tom. 1. privileg. ur.* ad fauorem Congregationis Montis Oliueti , Ordinis noſtri , in qua pari pœna plectit eos qui iniuriâ afficiunt ad dictam tendentes Congregationem , atque eos , qui iniuriâ afficiunt recipientes. Facit etiam ſimile de matrimonio metu facto, cuicumq; enim cõtrahentium ſit illatus metus, irritum illud redditur ex vtraque parte. Ita & profeſſio. Iſta vtique, & matrimonium æquiparantur, vti ex omnibus Iuriſperitis docent Suarez *loco citat. numero decimoſexto* , & Tiraquellus *de retr. lign. §. 1. gloſſ. 8. num. 35.* penes Peyrinum *dicta q. 3. cap. 1. §. 2. num. 81.* æquiparatorum autem idem eſt iudicium , eadem diſpoſitio ; & de vno ad aliud æquiparatum regulariter fit extenſio. Pluribus exornat Barboſa *axiomate* 14.

SECTIO XV.

De corpore vitiatis.

BREVIARIVM.

Matrimonium.

Spirituale contrahitur matrimonium inter profitentem , & Religionem illum recipientem. numero 339.

Mutus poteſt per ſigna matrimonium contrahere. ibid.

Religio, Religioſi.

Inhabiles ſunt ad habitum Religionis corpore vitiati, niſi ſuppleat morum integritas, inſignis doctrina, vel magna nobilitas. n. 339.

Si tamen adſit vtriuſque partis conſenſus , tenet profeſſio ibid.

Vitiati corpore.

A ſacris officiis , & ab habitu Religionis arcentur. num. 338.

CORpore vitiati ad Religionis ingreſſum inhabiles ſunt , niſi corporalem defectum ſuppleat vel morum integritas , vel inſignis doctrina, vel magna ſanguinis nobilitas. Ita docent noſter Iacobus de Graffiis *in deciſionibus aureis , part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 11. fol. mihi* 380. Laurentius de Peyrinis *tom 2. de Prælato , q. 1. cap. 1. §. 2. num. 82. concluſ.* 14. cum Barthol. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſputatione quinta , dub. 6.* & Tamburinus *de iure Abbatum , tomo 3. diſputatione 6. quæſ. 3. numero* 29. Et probatur , quia corpore vitiati à ſacris officiis prohibentur , ita decernente Gelaſio Papa *in canon. Priſcus , el 1. diſtinct. 55.* & extra *in toto titulo de corpore vitiatis* , & *in cap. Presbyterum , de Clerico ægrotante* , cauetur. Ergo cùm Religioſi Clerici , id eſt ad chorum deſtinati , ad hoc Religionem ingrediantur , vt inſeruiant Altari , qui huic muneri ſunt inhabiles , inhabiles etiam erunt ad habitum Choriſtarum Religioſorum. 338

Sed quæres , *An iſtorum profeſſio valida ſit , necne*: Reſpondeo cum Peyrino *num.* 83. & Tamburino *num.* 30. validam illam eſſe. Et ratio eſt , quia cùm à nullo iure irritetur , adſitque , vt ſupponimus , vtriuſque partis contrahere potentis mutuus conſenſus , ſpontaneus , & liber , nullus occurrit ambigendi locus. Et in ſpecie , quod validè profiteatur cæcus , patet ; quia ore poteſt profeſſionis proferre verba , & ſe obligare , ſicut qui lumen vident. De muto idem conſtat , quia per ſigna poteſt matrimonium contrahere carnale , *cap. Cum apud Sedem , el 23. de ſponſalibus.* Ergo poteſt & ſpirituale Religionis contrahere matrimonium , iuxta dicta in fine præcedentis ſectionis. De quo ſpirituali matrimonio plura eruditè Graffius *num.* 6 Quod valeat profeſſio ſurdi , & muti , docent Peyrinus , & 339

Tamburinus cum Sanchez *lib.* 7. *in Decalogum, cap.* 12. *num.* 32. & patet *ex dict. cap.* vbi Innocentius Papa III. de muto ſimul ex ſurdo, quod de muto dixi, decernit. Et licèt legere nequeat, nec audire Religionis auſteritates, poterit tamen illas anno probationis experiri. Idem docet Peyrinus de cæco, ſurdo, & muto: tum quia poteſt matrimonium carnale contrahere, vti docent Angelus, Tabiena, & Lopez apud Sanchez *de Matrimonio, lib.* 1. *diſp.* 8. *num.* 13. Tum etiam, quia vti modò diximus, experiri poteſt anno probationis Religionis auſteritates. De claudis, mancis, luſcis, vulgò *Tuertos*, de querceris, ſurdaſtris, &c. validè profiteri docent iidem Peyrinus, & Tamburinus; admonent tamen, ne recipiantur, niſi merita defectus compenſent, & niſi vero ſpiritu Deo inſeruiendi veniant. Adaptari enim poteſt illis doctrina iſta D. Hieronymi ad Demetr. *Solent miſeri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere.*

Sectio XVI.

De infamibus.

Breviarivm.

Infames.

Inhabiles ſunt ad Clericatum, & ad Religionis ingreſſum. n. 340.

Recenſentur aliqui infames n. 340.

Monachatus.

Maioris perfectionis, & dignitatis eſt, quàm Clericatus. num. 340.

A Clericatu ad Monachatum tranſire licet, non è contra. ibid.

Profeſſio.

Ab infame emiſſa valida eſt, ſi admittentium proteſtatio non præceſſit n. 341.

Repræſentatio.

Officium repræſentandi vile eſt, & infame. numero 340.

Tranſitus.

Ordinatus eſt de minori ad maius. n. 340.

340 INhabiles ſunt ad habitum & profeſſionem religioſam omnes infames, de quorum numero ſunt buffones, hiſtriones, lenones, carnifices, ſatellites, & huiuſmodi alij. Ita Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.* 3. *cap.* 1. § 2. *num.* 84. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſputatione ſexta, quæſt.* 3. *num.* 31. Et probant, quia buffones, & hiſtriones, vulgò *Los repreſentantes*, admitti non poſſunt ad Clericatum, eo quòd infames ſunt. Panormitanus *in cap. Cùm decorem, num.* 2. *el* 12. *de vita, & honeſtate Clericorum*, cum Innocentio, Auguſtinus Barboſa *in idem caput, numero tertio*, cum Gregorio Lopez *l.* 5. *verb. Iuglar, titulo ſeptimo, partit.* 6. Fructuoſo Biſbe *en el tratado de las Comedias, capite* 12. latè probante officium repræſentandi vtroque iure ab antiquo pro vili habitum, & infame. Ergo nec admitti poſſunt ad Monachatum, qui ſine dubio maioris perfectionis, & dignitatis eſt, quàm Clericatus, vti ait Peyrinus, & probat tum ex D. Thoma 2. 2. *q.* 184. *art.* 8. *in corpore*, & *quodlib.* 3. *artic.* 17. Nauarro *lib.* 3. *conſiliorum*, ac Felino *in rubrica de maioritate & obedientia, num.* 5. Abbate Bonæ Spei *tractat. de Inſtit. Clericor. cap.* 122. Tum etiam, quia à Clericatu licet ad Monachatum tranſire, & non è contra, *can. Duæ ſunt*, 19. *quæſt.* 2. ſed tranſitus ordinatus eſt de minori ad maius. Ergo maioris perfectionis, & dignitatis eſt Monachatus, quàm Clericatus.

Quod ſi petas, *an valida ſit, necne profeſſio emiſſa ab infami?* Reſpondeo cum Peyrino, & Tamburino, validam illam eſſe. Et ratio eſt, 341
quia nullo iure nulla declaratur, & irrita. Sed tu limita in caſu, quo ex parte Religionis illum ad profeſſionem admittentis, non præcedat proteſtatio, quod non ſit eius animus illum admittere, ſi infamis eſt. Tunc enim, ſi nouitius defectum infamiæ taceat, nulliter profeſſionem emittet, ob defectum conſenſus Religionis: iure enim naturæ conſenſus deſideratur in vnoquoque contrahente, ad contractus valorem, & firmitatem.

Sectio XVII.

De deſcendentibus ab Hæreticis, Iudæis, ac Mauris.

Breviarivm.

Beneficiarij.

Religioſi beneficiarij ſunt, vel beneficiariis æquiparantur. n. 344.

Conditio.

Diſpoſitio conditionalis nihil operatur conditione non exiſtente. n. 349.

Conſtitutio.

Diffinitio, aut ſtatutum in Eccleſia, aut Religione factum, quo cauetur, ne admittantur Iudæi, &c. ſi approbatum non eſt à Papa, nullum habet effectum. n. 343.

Fundator.

In limine fundationis poteſt apponere quaſlibet conditiones, etiam contra ius; à iure tamen non reprobatas, nec impoſſibiles n. 346.

Iudæi, Mahumetani.

Deſcendentes ex Iudæis de iure communi ad beneficia admitti debent n. 342.

Ad habitum, & profeſſionem admitti debent à Minimis, poſt quartam generationem. n. 347.

In aliquibus caſibus poſſunt illos iam profeſſos expellere. n. 348. & 349.

Ex Iudæis in quolibet gradu deſcendentes poſſunt expelli, ſi appoſita fuit ab admittentibus ad profeſſionem conditio iſta: Si Iudæus non es. *num.* 349.

Limita hoc in Minimis. ibid.

Noſtra Congregatio habet ex Pio IV. circa hanc materiam priuilegium. n. 350.

CIrca hoc impedimentum ſuppono *primò*, iure communi decerni, *in cap. Eam te, el* 7. *de reſcriptis*, deſcendentes ex Iudæis, ad Eccleſiaſtica beneficia admitti debere. *Pro eo verò, quòd Iudæus extiterit* (concludit ibi Alexander III. loquens de Iudæo quodam, quem ad Canonicatum, & præbendam admitti præcipit) *ipſum deſpernare non debes*, vbi gloſſa *verbo* [illegible], rationem reddens ait: Quoniam de Iudæis conuerſis Eccleſia fundata fuit, 342

fuit, 21. *diſt. In nouo*, & 32. *q*. 4. *Recurrat.* Abbas *num.* 7. ait: Vltimò nota, quod Iudæus factus Chriſtianus, eſt capax beneficij Eccleſiaſtici, & poteſt impetrare etiam in Eccleſia Cathedrali, nec eſt contemnendus quia fuit Iudæus; ſed commendandus, quia ad fidem conuerſus. Barboſa *numero* 3. ſimilia profert verba, & reddit ad illorum probationem hæc Sacræ Scripturæ teſtimonia. *Ad Romanos* 10. *verſic.* 12. *Non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus, omnium, diues omnes, qui inuocant illum.* Et 1. *ad Corinthios* 12. *verſic.* 13. *Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus.* Vide etiam Lezanam *in ſumma qq. Regular. p.* 1. *cap.* 24. *num.* 25. Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 3. *diſputatione* 6. *quæſ.* 3. *numero* 32. Peyrinum *tomo* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *capite* 25. §. 3. *verſicul. Circa ſecundum*, & *tomo* 2. *de Prælato*, *q.* 3. *capite* 1. §. 2. *numero* 85. & Emmanuelem Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 10. *artic.* 3.

343 *Secundò* ſuppono, ſtatuta, conſtitutiones, vel etiam diffinitiones factas in qualibet Eccleſia, aut Religione, cauentes, ne in ea recipiantur deſcendentes, in quolibet gradu, ex Hæreticis, Iudæis, aut Mauris, nullius exiſtere roboris, vel momenti, ſi à Sede Apoſtolica confirmatæ non ſint. Et ratio eſt, quia contra ea, quæ iuris ſunt, nullus inferior Papæ ſtatuendi authoritatem habet. Peyrinus *tomo* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *capite* 25. §. 3. *verſic. Itaque prædictum*, cum Nauarro *libro tertio conſilior. titul. de Regularibus*, *conſil.* 26. *numero* 4. Paſſarello *in ſcholiis*, *num.* 31. §. *Quæſtio ſuper receptione iſtorum*, Miranda *in Manuali Prælatorum*, *tom.* 1. *q.* 19. *art.* 7. & Roderiquez *tomo* 3. *qq. Regular. q.* 11. *art.* 2. Ego ipſe *in diſquiſition. paſtorali de iure Prioris annexi*, ad calcem edita mearum quæſtionum Paſtoralium, *num.* 83. vbi alios allegaui Doctores, & caput *Quod ſuper his*, *el* 9. *de maioritate, & obedientia.* Videatur Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſcopi. part.* 1. *alleg.* 17. *n* 22. vbi cum pluribus aliis improbat Doctoribus huiuſmodi ſtatuta.

344 Qui tamen *num.* 24. illa probare videtur tribus caſibus. *Primò* quando prohibitio non eſt indefinita, ſed determinata, & reſtricta ad certos gradus, veluti ad ſecundum, vel ad tertium, & ad ſummum ad quartum; quia intra hos, inquit, poterit eſſe rationabilis, vel propter odium parentum, vel propter ſuſpicionem, quæ haberi poteſt, ne parentum crimina imitentur. Et quidem de filiis hæreticorum, & de nepotibus id ſtatutum in iure inuenio, *in cap. Quicumque*, §. *hæretici autem*, *el* 2. *de hæreticis in* 6. ibi: *Ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittantur.* Et *in cap. Vt commiſſi*, §. *priuandi*, *el* 12. *eodem lib. & titul.* ſic decernitur. *Priuandi præterea, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Eccleſiaſticis... & officiis publicis, ac honoribus quibuſcumque eoſdem hæreticos... eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem.* Et *in cap. ſtatutum*, *el* 15. Bonifacius VIII. declarat, prædicta intelligi, quoad lineam paternam, de filiis & nepotibus; quoad maternam verò de ſolis filiis. Et quod prædicta decernunt de beneficiis iura, cenſeri debent decreta de Religioſis, qui beneficiarij etiam ſunt, vel beneficiariis æquiparantur. Æquiparatorum autem idem eſt iudicium, eadem diſpoſitio, & de vno ad aliud regulariter fit extenſio.

Secundo probare videtur Barboſa dicta ſtatuta, quando prohibitio ad certas eſt Eccleſias reſtricta, 345
eo quod illæ valde celebres ſint, & hoc ſibi vſurpant in ſignum ſuæ nobilitatis, iuxta tradita per Rotam *in vna Hiſpalenſi voti*, 21. *Aprilis* 1597. *coram Gypſio.*

Tertiò, quando diſtinctio generis per patronum 346
ſit, vel fundatorem in fundationis Eccleſiæ limine. Quia conditio adiecta per patronum, aut fundatorem Eccleſiæ in fundationis ipſius limine, quod non poſſint recipi in illa beneficiarij, qui ex puris, & antiquis Chriſtianis nati non ſunt, valida eſt. Otalora *de Nobilitate*, *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 16. Perez de Lara *de Capellaniis*, *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. & 10 Poteſt enim fundator in limine fundationis apponere quaſcumque conditiones bene ſibi viſas, etiamſi ſint contra ius, dummodo tamen ab eo non reprobentur, aut impoſſibiles ſint. Lambertinus *de iure patronatus lib.* 1. *part.* 1. *art.* 1. *q.* 9. *n.* 52. *vel* 25. Tamburinus *de iure Abb. tom.* 2. *diſp.* 5. *q.* 10. *n.* 7. Ego ipſe *tom.* 1. *diſq. Moralium, & Canonicar. tract.* 5. *diſq.* 8. *num.* 3. & 4.

In quibus tribus caſibus, quibus ſtatuta probanda eſſe reſoluit Barboſa, aduertit, & bene *numero* 29. ſtrictè illa accipienda, vtpote pœnalia, exorbitantia, & iuri communi contraria. Vnde debent illa iuxta verborum proprietatem intelligi, ex reſolutis per Federicum de Senis *conſil.* 72. *n.* 2. Alexandrum *conſil* 77. *n.* 9. *verſ. Non obſtat*, *lib.* 2. Pariſium *conſil.* 29. *num.* 14. *lib.* 4. & *conſil.* 30. *num.* 16. *eod. libro.*

Dictis ſuppoſitis, quælibet Religio ſua conſulat 347
Apoſtolica diplomata, ex quorum diligenti inſpectione deprehendet, an valeat excludere, ſeu non recipere deſcendentes ex Iudæis, Mauris, aut Hæreticis, necne? Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 25. §. 3. *circa ſecundum*, & *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 5. §. 6. *num* 85. & *ſeqq.* & *de priuilegiis tom.* 2 recenſet conſtitutionem Gregorij XIII. in qua decernit, quod deſcendentes ex Iudæis, & Mahumetanis, in ſua Minimorum recipiantur, & ad dignitates admittantur, non tamen deſcendentes, vſque ad quartam generationem incluſiuè, ex Hæreticis, Iudæis, Mahumetaniſque relapſis. Incipit conſtitutio, *Muneris noſtri*, & eſt tertia dicti tomi *de Priuilegiis*, edita 1. Auguſti 1583. Et aduertit Author, ſupplicatum fuiſſe ex ſtatuto Capituli Generalis Ordinis, vt eam dignaretur reuocare pro Religionis quiete, & noluiſſe illam reuocare. Vnde reſoluit, quod ſit in ſuo robore.

Aduertit Peyrinus duo *dicto capite vigeſimo-* 348
quinto, §. 3. *Primum*, duas requiri conditiones ad hoc, vt quis iam profeſſus in ſua Religione expelli poſſit. *Prima*, quod originem ducat ex Hæreticis, Iudæis, aut ex Mahumetanis, qui poſt ſuſceptum Baptiſma ad Iudaiſmum, &c. redierint. *Secunda* quod de hoc conuicti, & damnati fuerint in Tribunali Eccleſiaſtico. Quod vtique expreſsè habetur deciſum à Gregorio XIII. in præallegata conſtitutione, §. 3. per hæc quæ ſequuntur verba: *Quo verò ad illos, qui ex Iudæis, ex eo, quod poſt Baptiſma ab eis ſuſceptum, iterum à fide Catholica receſſerunt, per ſententiam in foro Eccleſiaſtico latam damnatis, Mahumetanis item, & hæreticis ſimiliter damnatis, viuis, vel defunctis, vel quorum oſſa, vel ſtatua combuſta ſunt, originem ducunt per lineam paternam*

vel maternam, vſque ad quartam generationem incluſiuè, in Ordinem ipſum recipi, & admitti non poſſe. Et idem in iis profeſſoribus eiuſdem Ordinis, qui ad ſacros, etiam Presbyteratus Ordines admittuntur, ſeruari decernimus. Hæc Gregorius, in quibus venit adnotanda diſiunctiua illa, *vel quorum oſſa*, &c.

349 *Secundum*, quod aduertit Peyrinus, eſt, quod licèt deſcendentes ex maculato genere illorum, qui relapſi non ſunt, eiici non poſſint è Religione vigore ſtatuti facti contra iuris, & Gregorij diſpoſitionem, quod expreſsè confirmatum non ſit per Priuilegium Apoſtolicum; poſſunt tamen eiici, ſi recepti fuerunt cum hac conditione, *ſi non deſcendunt ex infidelibus*, ac proinde cum proteſtatione. Allegat Nauarrum *lib. 3. conſiliorum titul. de Regularibus, conſil. 26. num. 1. & 11.* Roderiquez *tom. 3. qq. Regularium, q. 11. articulo 2.* Ludouicum Beia 4. *part. caſuum, caſu 35. verſicul. Probatur hac veritas, col. & verſic. Ex his apertè, colum. 6.* & Sanchez *lib. 7. de Matrimonio, diſputat. 37. quæſt. 4. num. 30.* & *lib. 5. in Decalogum, cap. 4. num. 73.* Quibus addo Lezanam *tomo primo qq. Regular. part. 1. cap. 24. num. 25.* Et ratio eſt, quia non fuit datus conſenſus legitimus ex parte recipientium; receperunt enim eos cum dicta conditione: diſpoſitio autem conditionalis, non exiſtente conditione, nihil operatur. Expreſsè deciditur à Cœleſtino III. *in cap. preterea, el 2. & 40. de appellationibus*, vbi gloſſa, *verbo Impedire* Et Bonifacius VIII. *in cap. Si pro te*, vbi gloſſa *verb. Si ad id, el 13. de reſcriptis in 6.* concludit tamen Peyrinus dicens: Quibus tamen obſtat præfata conſtitutio Gregorij, quæ vult, quod conditio originis, Iudæis, & Mahumetanis, nec quoad ingreſſum, nec quoad dignitates quicquam nocere poſſit, aut debeat, etiam facta dicta proteſtatione ex parte Religionis, vt patet ex dicta conſtitutione Gregorij, §. 1. Hæc ille.

Sed aduerto, Pontificem ibi, & in tota illa conſtitutione nihil decernere circa alias Religiones, ſed circa Ordinem Minimorum tantùm, reuocando ſtatutum factum in illius Capitulo Generali, quo cauebatur, vt nullus de genere Iudæorum, vel Mahumetanorum in eum Ordinem reciperetur, ac vt Nouitius, tam ad habitum, quàm ad profeſſionem admittendus, interrogaretur à Prælato, an ex huiuſmodi genere deſcendat; qui ſi negatiuè reſponderet, reciperetur, præmiſſa proteſtatione, quod quotieſcumque poſteà inuentum foret, eum ex tali genere originem ducere, profeſſio ab eo facta eſſet ex parte Religionis nulla.

350 Pro noſtra Hiſpana Congregatione, Pius Papa IV. edidit conſtitutionem, ſtatutum ab ipſo editum hac de re confirmantem, quam Deo propitio infra expendere curabo. Sufficiat pro nunc recenſere illius ſummarium, quod huiuſmodi eſt: *Vt deſcendentes ex genere nouorum Chriſtianorum, quomodocumque ſit, vel ſi fuerint puniti per ſanctum Inquiſitionis Officium, non recipiantur ad profeſſionem; vel ſi recepti fuerint, nequeant admitti ad dignitatem, adminiſtrationem, vel officium cuiuſvis Monaſterij, Prioratus, vel membri Regularis Congregationis.* Edita fuit Piana conſtitutio 10. Kalendas Ianuarij, de anno 1650. incipit: *Quia libenter*, eſt 91. Bullarij noſtri.

Sectio XVIII.

De Bigamis.

BREVIARIVM.

Bigamia.

Bigamia, nomen Græcum, duplices, aut multiplices ſignificat nuptias. n. 355.

Triplex eſt bigamiæ ſpecies, vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria; quarum qualibet explicatur. num. 354.

Similitudinaria non oritur, ſicut aliæ oriuntur, ex ſignificationis defectu. n. 356.

Similitudinaria, vera bigamia dici non poteſt. numero 357.

Cum veris, & interpretatiuis bigamis, de iure communi ad ſacros Ordines ſolus Papa diſpenſat. num. 358.

Ad minores verò Epiſcopus, & Prælatus Regularis. num. 364.

Cum ſimilitudinariis autem, quoad omnes, diſpenſant Epiſcopi, & Prælati Regulares. numero 358.

Nulla bigamiæ ſpecies contrahitur ſine carnis commixtione, quæ per vtriuſque fit ſeminationem. num. 365.

Bigami inhabiles ſunt ad habitum, & profeſſionem, exceptis Conuerſis, & Monialibus. numero 351.

Poſſe admitti bigamum nobilem, & virtuoſum, vt inſeruiat choro in Minoribus Ordinibus, ſunt qui aſſerant. n. 352.

Dictio.

Dictiones, quavis, quilibet, & quivis, *omnia comprehendunt: idem operantur, quod dictio*, omnis: *idem operantur, ac ſi plures facta fuiſſent diſpoſitiones, & dinumerationes.* n. 362.

Dictio omnis, *comprehendit ea, quæ aliàs non comprehenderentur.* n. 363.

Diſpenſare.

Poſſunt Prælati Regulares diſpenſare cum ſubditis in omnibus, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare cum ſuis. n. 358.

Feria ſecunda Dominicæ primæ Quadrageſimæ, in omni irregularitate, quavis occaſione, vel cauſâ contracta, diſpenſare poſſunt noſtri Prælati. num. 359.

Facultas iſta nondum eſt reuocata, & hodie viget. num. 359.

Poſſunt Prælati diſpenſare cum bigamo, vt ad minores poſſit Ordines promoueri, & vt in ſuſceptis miniſtret. num. 352.

Poſſe diſpenſare ſuper bigamia ſimilitudinaria, quoad maiores Ordines ſuſceptos, & ſuſcipiendos, ſunt qui doceant. n. 353.

Ordo.

Vide verbo Diſpenſare.

Regula.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus. n. 360.

Nec veniunt Principi reſeruata. n. 360.

Intelliguntur iſtæ Regulæ, quando conceſſioni deeſt expreſſio dictionis vniuerſalis, quæ ampliet diſpoſitionem. n. 361.

D*Ecimumoctauum* impedimentum ad habitum, & profeſſionem, eſt bigamia. Ita Iacobus de 351

Graffiis

Graſſiis in deciſionibus, part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 11. fol. mihi 380. Laurentius de Peyrinis tom. 2. de Prælato, quæſt. 2. cap. 5. §. 8. n. 100. & q. 3. cap. 1. §. 2. num. 86. cum Barth. de Vecchis in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſput. 5. dub. 3. n. 2. Nauarro lib. 3. conſilior. tit. de conuerſione coniug. conſ. 8. num. 2. Lambertino de iurepatronatus, lib. 2. p. 1. q. 7. art. 13. num. 7. & Borgaſio de irregularitate, part. 5. num. 62. tit. de Bigamis. Tamburinus de iure Abbatum tom. 3. diſput. 6. quæſ. 3. num. 33. Non tamen impedit habitum, & profeſſionem Fratris Laici, ac per conſequens nec Monialis, ſed tantùm Religioſi Clerici, ſeu deputati ad Chorum, vti aduertunt dicti Peyrinus num. 100. & num. 86. citati, & Tamburinus dicto num. 33. Et ratio eſt, quia ſoli Religioſi Clerici deſtinantur ad ſeruiendum Deo in ſacrificio Miſſæ, ad quod inhabiles ſunt bigami, quia irregulares.

352 Poſſe tamen admitti ad habitum, & profeſſionem bigamum nobilem & virtuoſum, & à Prælato diſpenſari, vt poſſit ad Ordines minores promoueri, & ſic in Choro, & in Eccleſia inſeruire, & alia minora officia exercere, docet Peyrinus de priuilegiis, tom. 1. ad conſtitut. 2. Iulij II. num. 120. & tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 5. §. 8. num. 100. ex Roderiq. tom. 1. qq. Regular. q. 24. art. 2. Llamas 1. part. Methodi, cap. 12. §. 2. & 3. Sayro in Theſauro, lib. 6. cap. 6. n. 11. D. Thoma in 4 diſt. 27. quæſt. 3. art. 3. & cum pluribus aliis relatis à Garcia de beneficiis part. 7. cap. 6. num. 13. aſſerentibus, quoad Ordines minores ſuſceptos, & ſuſcipiendos Prælatos Regulares poſſe diſpenſare. Quorum ſententiam probabilem pronunciant penes ipſum Peyrinum, & poſſe ſeruari in praxi, docent Campanil. in Diuerſor. iuris, rubrica 11. num. 29. & Sanchez lib. 7. de Matrimonio, diſp. 86. num. 11. Et videtur (addit Peyrinus) probari euidenter ex cap. Lector: diſt. 33 Immò expreſſum videtur in cap. 2. de bigamis. Ita ille; ſed ex neutro illo iure ego id capio.

353 Et addit Peyrinus dicto num. 120. poſſe Prælatos Regulares diſpenſare cum ſuis ſubditis ſuper bigamia ſimilitudinaria, non ſolùm quoad Ordines minores, ſed etiam quoad maiores; & non ſolùm, vt in iam ſuſceptis miniſtrent, ſed etiam vt ad non ſuſceptos aſcendant. Allegat Emmanuelem Roderiquez, & Llamas citatos, Nauarrum in Manuali, cap. 27. num. 197. in fine, Zerolam in praxi Epiſc. part. 2. verbo Bigami, verſ. 3. Panormitanum in cap. Ex litterarum, qui Clerici, vel vouentes, num. 5. & Crucem de ſtatu Religion. lib. 1. cap. 6. dub. 17. colum. 1. Quod & colligit ex cap. de Diacono, el 1. dicti tit. Qui Clerici, &c. & ex dicto cap. ex litterarum, el 2.

354 Quod vt meliùs percipiatur, aduerto bigamiam, quod eſt nomen Græcum, vti ait Graſſius dicta part. 1. lib. 4. cap. 27. num. 38 inducere irregularitatem triplicis ſpeciei, veræ ſcilicet bigamiæ, interpretatiuæ, & ſimilitudinariæ. Idem Graſſius, Eligius Baſſæus tom. 1. verbo Bigamia, num. 2. cum Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſp. 83. num. 2. Filliucio tract. 19. num. 97. ac Bonacina de irregularitate diſput. 7. quæſt. 2. punct. 5. num. 2. & verbo Irregularitas 4. n. 6. Aug. Barboſa de poteſtate Epiſc. allegat. 49. n. 1. cum Sayro in Theſauro lib 6. cap. 3. num. 23. Ioannes à S. Thoma poſt explicationem doctrinæ Chriſtianæ, ſub tit. Irregularidades contrahidas ſin delicto, in ſignificationem num. 1. Idem Peyrinus citato num. 120. cum Llamas, Roderiq. Nauarro locis redditis, & Viualdo in Candelabro aureo, tit. de Irregularitate ex Bigamia, num. 1. & communi omnium ſententia. Bigamia vera eſt, quando quis cum duabus legitimis vxoribus matrimonium conſummauit. Bigamia interpretatiua eſt, quando quis duxit non virginem, ſiue viduam, ſiue ſolutam, & matrimonium cum illa conſummauit; & etiam quando virginem duxit, ſi illam poſt adulterium ab ipſa commiſſum carnaliter cognouit. Bigamia tandem ſimilitudinaria eſt, quando quis in ſacris Ordinibus conſtitutus, aut in Religione profeſſus, vxorem duxit, etiam virginem, & matrimonium conſummauit.

Prima dicitur Bigamia vera, quia cùm nomen 355
Bigamia, importet in ſua ſignificatione propria duplices nuptias, ſeu multiplicationem nuptiarum, iuxta Paſſeratium, & Baſſæum, tunc veriſſimè quis dicetur dos vezes caſado, quando bis contraxit legitimè, & vtramque cognouit ductam. Secunda autem Interpretatiua Bigamia appellatur, quia iuris fictione interpretatur duplicem contraxiſſe matrimonium, cùm illam, quam in matrimonium duxit, iam ab alio priùs cognitam ipſe cognouerit. Tertia tandem Bigamia ſimilitudinaria nuncupatur, quia cùm quis mediante voto ſolemni caſtitatis, in ſuſceptione Ordinis Sacri, aut in profeſſionis Religioſæ emiſſione, cum Chriſto ſimilitudinarium contrahat matrimonium, conſummatum in illo genere, & poſteà ad alias tranſeat nuptias, eaſque copulâ conſummet carnali, bigamus ſimilitudinariè dicitur, ad ſimilitudinem ſcilicet illius, qui verè, aut interpretatiuè ad duas nuptias carnales tranſiuit, eaſque copulâ conſummauit.

Irregularitas bigamiæ ſimilitudinariæ in his dif- 356
fert ab aliis bigamiis. Primò, quòd non oritur ex ſignificationis defectu, ſed ex delicto. Ita Baſſæus dicto, num. 2. & expreſsè decernitur ab Innocentio III. in cap. Nuper à nobis, ibi: Non propter Sacramenti defectum, vbi gloſſa, verbo Diſpenſare, el 4. de bigamis non ordinandis; & in cap. à nobis, el 7. & fin. eod. tit. ibi: Non propter Sacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, vbi gloſſa verbo Viduam.

Secundò differt, quia in veritate bigamia dici 357
non poteſt, ſicut illæ dicuntur, & ſunt, cùm verum matrimonium à Clerico in ſacris, & à profeſſo non contrahatur, nec vinculum maritale. Ita in dictis cap. Nuper, & A nobis. Punitur tamen tanquam verus bigamus, propter affectum contrahendi matrimonium, & opus conſummationis ſubſequutum. Conſtat ex eiſdem iuribus, & eorum gloſſis. Illuminatus Moronus reſponſo 80. num. 12.

Tertiò differt quoad diſpenſationem irregulari- 358
tatis, quia ſuper irregularitate bigamiæ veræ, & etiam interpretatiuæ ſolus Papa de iure communi diſpenſat, quoad ſacros Ordines. Baſſæus num. 11. & verbo Irregularitas 4. num. 6. cum Sayro in Theſauro, lib. 6. cap. 5. num. 2. Gauantus in Manuali Epiſcop. verbo Irregularitas, num. 22. cum Bonacina q. 2. punct. 5. propoſ. 2. Peyrinus ad dictam conſtitutionem 2. Iulij II. num. 120. Graſſius dicto cap. 27. num. 38. Super irregularitate autem ex bigamia ſimilitudinaria proueniente diſpenſare poſſunt Epiſcopi. Baſſæus verbo Bigamia, num. 12. cum Sayro vbi proximè, cap. 6. numero 14. & Diana part. 4. tract. 2. reſolut. 62. & 63. Gauant. num. 25. Barboſa de poteſt. Epiſcopi, allegat. 49. num. 26. folio mihi 373. Ita enim à iure, & ab Ale-

xandro III. conceditur *in cap. de Diacono*, *et 1. Qui Clerici*, *vel vouentes*, vbi gloſſa *verbo Diſpenſatiuè*, ſic ait : *Et ita Epiſcopi poſſunt etiam diſpenſare cum Clericis conſtitutis in ſacris Ordinibus*, *ſi contrahunt de facto*, *&c* Diſpenſare etiam poſſunt Abbates, & alij Regulares Prælati. Dixi *verſic. Et addit*, ex Peyrino, & aliis, quibus addo Lezanam *tom* 1. *ſumma qq. Regular. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. dicentem : Quod attinet ad diſpenſationem in irregularitatibus, poſſunt Prælati Regularium cum ſibi ſubditis diſpenſare, *primo* in omnibus illis, in quibus poſſunt Epiſcopi cum ſibi ſubiectis; & hoc eſt iure communi, quia ſcilicet habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Hæc ille & *tom.* 3. *ſuper Mare magnum Prædicatorum*, §.42. *num.* 129. cum Sigiſmundo à Bononia *de election. Prælator. dub.* 71. *n.* 2. Bordono *reſolut.* 13. *num.*17. Barboſa *vbi proximè*, *num.* 31. cum Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 11. De cuius cauſali latè illam fulciendo ego ipſe egi *in quæſtionibus Paſtoralibus de iure & poteſtate Parochi Eccleſiarum vnitarum*, *part.* 3. *q.* 13. *num.* 7. & *in eodem volumine diſquiſitione paſtorali de iure Prioris anexi*, *num.* 95. & *duobus ſequentibus*, *num.* 113. & *num.* 133. & *in Diſquiſitionibus Moralibus*, *& Canonicis*, *tom* 1. *tract.* 1. *diſquiſit.* 3. *num.* 10. & alibi ſæpe.

359 Dixi conſultò, *de iure communi*; quia de iure priuilegij Apoſtolici aliter contingere poteſt, & de facto in noſtra contingere Valliſoletana, ſeu Hiſpana Congregatione notorium eſt. Paulus enim III. noſtræ Congregationi conceſſit, vt Prælati ſingulis annis, primo die Lunæ Quadrageſimæ diſpenſent cum omnibus ſuis ſubditis in omni irregularitate, quauis occaſione, vel cauſa contracta, cuius conſtitutionem Emmanuel ſcripſit in ſuo Bullario, *tom.* 2. *Bulla* 10. Et in eiuſdem Congregationis Bullario authentico habetur Bulla 90. de qua, auxiliante Deo, ſuo loco agam. Interim Lectori meo libet proponere obſeruationem à Baſſæo factam *tom.* 1. *verbo Abbas*, *num.* 8. poſt Hieronymum Roderiquez *in compend. qq. Regular. reſolut.* 16. & Portellinum *in additionibus ad dubia Regularia*, *verbo Diſpenſare*, *num.* 5. nimirum, Summum Pontificem non limitare ſi ſit delictum occultum, vel publicum; ſi ſit homicidij caſualis, vel voluntarij, neque excipit bigamiam, &c. ſed abſolutè, & in communi ait, *quauis occaſione*, *aut cauſa contracta* Cumque conceſſio ſit tam ampla & generalis,.& Papa id poſſit concedere, nec ab vllo ſucceſſore reuocatum inueniamus in ſpeciali, videtur poſſe Religioſos illâ vti, ſicut iacet ſine limitatione; quia cùm lex, vel Princeps non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Ita Doctores citati, quibus addo Brunonem Chaſſaing *de priuilegiis Regularium*, *tract.* 4. *cap.* 1. *propoſ.* 6. Tamburinum *de iure Abbatum tom.* 3. *diſput.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 10. *&* 11. vide Auilam *de cenſuris*, *p.* 7. *diſp.* 8. *dub.* 4. *concl.* 8. & Henriq. *lib.* 12. *cap* 6. *num.* 11. in gloſ. *Litt. Z*, quos, & alios refert Diana *p.* 3. *tract. de dubiis Regularium*, *reſol.* 45 *in fine*, pro ſententia affirmante Prælatos Regulares poſſe diſpenſare ſuper Bigamia vera, & interpretatiua.

360 Sed dices ex Barboſa *dicta alleg.* 49. *num.* 30. in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus, *cap. in generali*, *de regulis iuris in* 6. nec reſeruata Principi, *cap. fin. de Officio Vicarij*, *in eod. lib.* Rolando *conſ.* 1. *num.* 147. *lib.* 2. Oſaſch. Pedemont. *deciſ.* 29. *num.* 5. Giouagn. *reſp.* 95. *num.* 3. *lib.* 1. ſed in ſpecie facultas diſpenſandi generaliter ſuper irregularitatibus non extenditur ad bigamiam, & homicidium voluntarium, vt tradunt Nauarrus *tit. de homicidio*, *conſ.* 38. Viualdus *in Candelab. de irregularit. numero* 312. Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 24. *art.* 15. & *tom.* 2. *q.* 105. *art.* 1. *in fine*, Miranda *in Manuali*, *tom.* 2. *q.* 8. *art.* 14. *concl.* 5. Homobon. de Bonis *de caſib. reſeruat. p.* 1. *cap.* 5. §. *Quintò obſeruandum.* Ergo in noſtra Pauli III. conceſſione non venit facultas diſpenſandi ſuper bigamia, & homicidio voluntario.

Sed reſpondeo, regulas de quibus in maiori 361
propoſitione, intelligi quando conceſſio habet tantùm verba vniuerſalia ſine expreſſione dictionis vniuerſalis; quæ ampliet diſpoſitionem, qualis appoſita à Paulo III. ſcilicet, *Quauis.* Quæ vtique talis eſt virtutis, vt virtute illius, quamcumque irregularitatem ex multis deligere libet, Paſſeratio Authore *verbo Quilibet*, *Quauis*, qui pro eodem vtrumque verbum vſurpat : & ipſe Barboſa *tract. de dictionibus*, *dict.* 320. plura de dictione *Quilibet*, pro nobis dicit. *Primò*, quod omnia comprehendat. Gloſſa *in l. cùm quid*, *ff. ſi certum petatur*, *verbo Quilibet*, *in l. omnes*, *C. de quadriennij præſcript.* & *in Clement.* 1. *verbo Quauis alia*, *de re iudicata*, ex Decio, Rebuffo, Menochio, Azeuedo, Ioan. Franc. de Ponte, Glorit. *reſp.* 1. *p. num.* 185. & Franciſco de Leone. Et certè dicta gloſſa *in Clement. vt calumniis*, in illa textus verba : *Ij qui in beneficiali*, *vel alia quauis cauſa*, ſic ait : *Quauis*, includit ſpirituales, quaſi ſpirituales, criminales, ciuiles, & miſtas. Omnes vtique cauſas.

Secundò dicit, quod operetur idem quod di- 362
ctio *omnis.* Hæc autem dictio, vti ipſe ait Barboſa *dict.* 241. inter alia importat, vt comprehendat ea, quæ aliàs non comprehenderentur, & quod nihil excludat.

Tertiò dicit operari idem, ac ſi eſſent factæ 363
plures diſpoſitiones, & dinumerationes. Ac proinde Paulus III. in clauſula, *quauis occaſione*, *vel cauſâ contractu*, omnium irregularitatum diſpenſationem includet, illarum etiam, quæ aliàs non includerentur; nullam excludit. Et plures virtualiter faciet diſpoſitiones, in quarum vna concedat diſpenſationem bigamiæ regulariter non conſuetam concedi.

Notanter etiam dixi, *quoad Sacros Ordines*; quia 364
quoad minores de iure communi diſpenſat Epiſcopus. Graffius *part.* 1. *deciſionum*, *lib.* 4. *cap.* 27. *numero* 38. cum Soto *in* 4. *ſententiarum*, *diſt.* 27. *quæſtione* 3. *articulo* 3. Et etiam diſpenſant Prælati Regulares, vt ſuprà dictum eſt.

Tandem adnoto, bigamiam in nulla ex tri- 365
bus adnumeratis ſpeciebus contrahi ſine carnis commixtione. Ita docet Sà *verbo Irregularitas ex bigamia*, *numero primo*, cum Couarruuia *in Clementinam Si furioſus*, 2. *part.* §. 2. *numero* 2. Commixtio autem carnis tunc ſolùm fit, quando vir ſimul, & fœmina in coitu ſeminant; non enim ſufficit alterius ſeminatio, iuxta ea, quæ dicta relinquimus *ſectione ſecunda*, *de coniugatis*, *verſic. ſi tertio quæras*, ſed vtriuſque neceſſaria eſt, vt copula conſummata dicatur, & ſit.

SECTIO

Sectio XIX.

De Illiteratis.

Breviarium.

Illiterati.

Inhabiles ſunt ad habitum, & profeſſionem Choriſtarum, & ad Tonſuram, & Ordines. num.366. & ſeqq.

Partem litteraturæ ſupplet habilitas, ſi ſpes adſit profectus n.366. & 327.

Moṅachi.

Olim non erant Clerici. n.369.

Officium Diuinum.

Religioſi, & Religioſæ poſt emiſſam profeſſionem ſub mortali recitare tenentur. n.367.

Quando quis ad Chorum deputatus profitetur, beneficiumve obtinet, aut Ordinem ſuſcipit ſacrum, ſub mortali debet ſcientiâ pollere neceſſariâ ad Officium perſoluendum. n.367. & ſeqq.

Ordo.

Ab Ordinibus arcentur bigami, corpore vitiati, & illiterati. n.368. & 369.

366 V*Ltimum* ad habitum, & profeſſionem Religioſi Clerici, ſeu ad Chorum deputati impedimentum, eſt illitteratura, defectus ſcientiæ requiſitæ ad munus Choriſtarum ritè, & rectè obeundum, ad diuinum officium ritè perſoluendum. Ita Iacobus de Graffiis *in deciſionibus aureis, part.1. lib. 3. cap.5. num.10.* Peyrinus *tom.1. de Prælato, quæſt.3. cap 1. §.1. num.18.* cum Petro Ledeſma *de ſtatu Religionis in communi, cap 6. concluſ. 1.* Corduba *in Regulam S. Franciſci, cap.2. q.2. in fine.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom.3. diſp.6. quæſ.3. num.35.* ex Azorio *part.2. Inſtit. Moral. lib.6. cap.6. quæſt.1.* Gonzalez *ad regulam menſium, gloſſa 4. num.7[illegible].* & Garcia *de beneficiis part.7. cap.7. num.9.* latè D. Didacus Frances de Vrrutigoyti *in Foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno, part.3. voto 1. per totum,* qui tamen *n.21.* ſicut & Peyrinus *dicto num.28* ſupplent ſufficientiæ, & litteraturæ partem, ſi recipiendus habilitatem habeat, & ſpes ſit, illum ſufficienter profuturum. Et quod de Religioſo dicimus, dicimus etiam de Religioſa ad Chorum deputata, de qua agit D. Vrrutigoyti *loco citato.*

367 Pro vtroque, Religioſo, & Religioſa, adeſt communis hæc ratio, quod poſt profeſſionem teneantur ſub mortali culpa ad recitationem Officij diuini: cùm autem illud perſoluere nequeant, niſi ſcientiâ polleant ad id neceſſariâ, hinc eſt, quod iure ipſo naturę, ſuppoſitâ recitandi obligatione impediantur, ne Ordinem, ſeu ſtatum Choriſtarum aſſumant ſcientiâ illâ non præditi, aut præditæ: quoad hoc enim pari currunt paſſu cum Clericis ſæcularibus, qui hanc ſcientiam, dum ſacris initiantur Ordinibus, & quando beneficium obtinent, habere debent, vt ait Tamburinus cum Azorio *part. 2. lib. 6. cap. 6. q. 2.* Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 4. num 73.* & Garcia *de beneficiis, p.7. cap 7. num.9.*

368 Alia eſt ſpecialis ratio pro Religioſis viris, quia ſcilicet illiterati à Sacris Canonibus ab Ordinibus recipiendis arcentur, ac repelluntur, Gregorio Papa ſic decernente *in can. Præcipimus, 34. diſtinct. Præcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum... aut ignorantem litteras.* Et Gelaſius Papa *diſt.36. can.1.* ita decernit: *Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præſumat ad Clericatus Ordinem promouere.* Et rationem hanc reddit; *Quia litteris carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officiis.* Et Hilarius Papa *in can. pænitentes, el 3. diſt.55.* idem ſtatuit. Et Bonifacius VIII. *in cap. Nullus, el 4. & finali, de temporibus ordinationum,* Clericalem Tonſuram prohibet conferre, *in lib 6.* Sed etiam noſtris temporibus, & multis abhinc ſæculis, Religioſi ad Chorum deputati aſſumuntur ad ſeruiendum in Altaris ſacrificio, & non ſolùm ad canendum, pſallendum, vel recitandum in Choro. Ergo maiori pollere debent ſcientiâ, quàm Moniales, & Clerici primâ Tonſurâ initiati, Monachi, & Fratres Clerici.

Nec valet ſi dicas cum gloſſa *in can. legè, verbo* 369
Inſtructio. 16 quæſt.1. ſufficit Monacho, quod tantùm bonus ſit, licèt ſit illiteratus, vel irregularis. Non, inquam, valet: quia vti diximus, & bene notant noſtri Panormitanus *in cap. cùm illorum, num.13. in fine, el 22. de ſententia excommunicationis,* & Iacobus de Graffiis *in deciſ. aur part.1. lib.3. cap.5. num.10* ratio gloſſæ (verba Abbatis reddo) procedebat olim quando Monachi non erant Clerici, vt habetur *16. q. 1. cap. Generaliter* (in principio ſcilicet, ibi, *& præcipuè Monachi, licet non ſint Clerici:*) hodie communiter ſunt Clerici. Et hanc fuiſſe gloſſæ obiectæ mentem, ex ipſamet euidenter demonſtratur, cùm immediatè poſt relata ipſius verba, quæ ſequuntur, ſubiungit, videlicet: Quæ duo nocent Clerico promouendo, *55. dist. cap. 1.* & *36 dist. cap. illi[illegible].* Ergo ex eadem gloſſa habemus intentum, quod cùm Monachi, & Fratres Choro deſtinati promouendi ſint, *illiteratura. & irregularitas* illis nocebit, vt eiuſdem gloſſæ verbis vtar.

Sectio XX.

De pœnis inſtictu impedientibus, ne quis ad habitum, aut ad profeſſionem recipiatur.

Breviarium.

Axioma.

Verba generalia generaliter ſunt intelligenda. numero 375.

Verba intentioni ſeruire debent. Non è contra. numero 375.

Excommunicatio.

Qui moleſtant ingredi volentes Congregationem Caſſinenſem, & etiam noſtram Valliſoletanam, aut illos recipientes Prælatos, & ſubditos, excommunicationem Papæ reſeruatam quando incurrant. n.370. & 375.

Similem incurrunt excommunicationem moleſtantes ingredi volentes Congregationem Montis Oliueti, & illos recipientes. n.371.

Prædicta intellige effectu ſequuto. n.374.

Non incurrunt impedientes, ſeu moleſtantes inhabiles iure naturali, & canonico, ab ingreſſu Religionis; neque habiles quidem, quos inhabiles putant; neque qui precibus importunis, aut conſiliis impediunt. n.372.

Qui tamen Nouitium habitu indutum, vel ſtatim inducn

Google

induendum ad Monaſterium pergentem precum importunitate ad domum reduceret ſæcularem, in eaque voluptatibus detineret, quouſque à propoſito diuerteretur, excommunicationem incurreret. num. 373.

Pœnæ.

Extendi non debent pœnæ, ſed reſtringi. numero 372.

Religio, Religioſi.

Qui Nouitium habilem ad Religionem è Monaſterio rapi., pœnâ capitis punitur. n. 372.

Prælati noſtri ad habitum, & profeſſionem admittere non poſſunt ſine duarum partium Conuentus aſſenſu. num. 375.

Qui vi, vel fraude impedit, ne quis habitum aſſumat, aut profiteatur, niſi ex cauſa legitima, peccat mortaliter. n. 376.

An autem ad reſtitutionem teneatur, ſub opinione eſt vtrinque probabili. n. 376.

Qui ſine iuſta cauſa denegat Nouitio ad profeſſionem ſuffragium, mortaliter peccat. n. 377.

Nouitius iniuſtè expulſus agere poteſt contra Religionem. n. 378.

Qui iniuſtè fuit in cauſa, vt Nouitius non profiteretur, non tenetur loco illius ingredi Religionem. n. 380.

Tenetur tamen illi regreſſum ſuadere, cuius egreſſus fuit ipſe cauſa, aut alium æquè bonum procurare, qui loco illius intret. n. 381.

Quàm grauiter peccent parentes filios auertentes à Religionis propoſito, colligitur ex infauſtis euentibus, qui narrantur. n. 382.

Alia vide verbo Excommunicatio.

Reſtitutio.

Ex iniuſtitia illata oritur reſtitutionis obligatio. numero 379.

Damnum diuerſi generis nemo reſarcire tenetur cum proprio damno Superioris generis. n. 380.

Verba.

Cum effectu intelliguntur verba, ita vt attentare non ſufficiat, vt quis pœnas incurrat. n. 374.

Alia vide verbo Axioma.

370 POena excommunicationis maioris Sedi Apoſtolicæ reſeruata inflicta fuit ab Eugenio Papa IV. contra moleſtantes, ſeu iniuriam aliquam irrogantes ingredi volentibus Congregationem Caſſinenſem, aliàs S. Iuſtinæ, aut illos in ipſa recipientibus Ita enim ſtatuit in conſtitutione: *Etſi ex debito*, 6. Bullarij noſtræ Hiſpanæ Congregationis, quâ & ipſa gaudet, & fruitur, Florentiæ edita 7. kalendas Martij, de anno 1434. *Prohibemus inſuper, ne aliqui cuiuſpiam ſtatus, gradus vel conditionis exiſtant, perſonas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex ſæculo fugientes, & ad conuerſationem huiuſmodi Congregationis venire cupientes, verberibus, aut violentiis quibuſcumque impedire, vel prohibere, aut à Monaſteriis, & locis ipſius Congregationis præſentibus, & futuris iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando, ſeu eos moleſtando, huiuſmodi perſonas euellere, aut extrahere audeant, vel præſumant: contra facientes verò ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; dum tamen hoc præſens ſtatutum fuerit eis ad notitiam deductum, & non deſtiterint à prædictis; à qua non poſſint, præterquam in mortis articulo, niſi per Sedem Apoſtolicam beneficium abſolutionis obtinere.* Hæc Eugenius num. 15.

Meminit huius conſtitutionis Laurentius de Peyrinis circa conſtitutionem 10. Iulij II. *tomo primo de priuilegiis*, ex Emmanuel. Roderiquez *in Bullario, Bulla ſeptima*, §. 14. Quò loci ſub iiſdem verbis recenſet ſimile priuilegium conceſſum Congregationi Montis Oliueti, Ordinis noſtri per dictum Iulium, pridie nonas Iulij, de anno 1507. Et aduertit, quod iſta excommunicatio ante monitionem eſt comminatoria; poſt monitionem verò eſt latæ ſententiæ. Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. alleg.* 50. *numero* 105. Idem recenſet Iulij priuilegium ex Vinaldo *in Candelabro aureo, de excommunicationibus extra Bullam, numero* 45. Fillincius *tractat.* 15. *numero* 126. *verſiculo tertio*, Raynerio *in Catalogo cenſurarum extra Bullam, capite nono, excommun.* 38. & Lauorio *de Indulgentiis part* 2. *capite* 21. *numero* 71. Et certè talis conceſſio Iulij habetur in conſtitutione, *Etſi ad vniuerſos*, 12. apud Angelum Cherubinum, *tomo primo, pagina mihi* 496. edita primo nonas Iulij 1507. in cuius §. 20. ait: 371

Nec quiſquam perſonas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex ſæculo fugientes, & ad dictam Congregationem venire affectantes, verberibus, aut moleſtiis cuiuslibet impedire, vel prohibere, aut à Monaſteriis, vel locis Congregationis euſdem, præſentibus, vel futuris diuertere, aut ſuper hoc illis, vel eas recipientibus iniuriam, vel moleſtiam aliquam irrogare præſumat; contra facientes verò, præſentium notitiam habentes, vel qui eas ignorauerint, & poſtquam ad eorum notitiam deuenerint, à præmiſſis iniuriis, & violentiis non deſtiterint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant, à qua præterquam in mortis articulo conſtituti, niſi à Sede præfata abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Idem Peyrinus *tomo tertio, de priuilegiis, in* 372
additamentis ad conſtitutionem Iulij II. cap. 3. *numero* 40. addit ex Farinacio *de Hæreticis quæſt.* 183. § 6. *numero* 85. & ex Campanilo *in Diuerſ. iuris, rubrica* 12. *capite* 16. *numero* 83. rapientem nouitium è Monaſterio, capite puniri. Limitat tamen ipſe cum Portellio *in additionibus ad dubia Regularia, verbo Nouitius, numero ſecundo*, dummodo Nouitius raptus ſit habilis ad Religionem, ſecundùm ius naturale, & canonicum. Vnde qui impediret inhabilem iure naturali, aut canonico, pœnam capitis non incurreret, neque excommunicationem quidem. Immò addit, nec incurreret qui impediret habilem, inhabilem putans. Quia Papa pœnas infligit contra audentes, & præſumentes; vnde ad eas incurrendas requiritur magna temeritas, ſecundùm communem Doctorum ſententiam, quam ego ipſe fui ſequutus *tomo ſecundo, diſquiſit. Moral. & Canonicar. diſquiſit. prima, dub.* 13. *numero* 79. & *dub.* 14. *& per plures ſequentes.* Neque denique incurreret excommunicationem, qui precibus importunis, vel conſilio impediret. Quia Papa excommunicat impedientes ingreſſum ſolùm per iniuriam, vim, & moleſtiam. Pœnæ autem extendi non debent, ſed reſtringi, *cap. ſtatutum, de electione lib* 6. *cap. Odia, de regulis iuris, eodem lib. el* 15. Dixi *vbi proximè, diſquiſit.* 11. *dub.* 2. *num.* 12. *&* 13. & alibi ſæpe.

Sed putant Peyrinus, & Portellius, quod 373
ſi quis Nouitium iam habitu indutum, vel ſtatim induendum ad Conuentum pergentem dicta precum importunitate retardaret, & ad domum

reduceret

reduceret ſæcularium, in eaque conuiuiis, laſciuiis, aliiſque dæmoniacis detineret voluptatibus, quouſque à propoſito diuerteretur, dictam incurret excommunicationis cenſuram; quia verè hoc ſine iniuria, & violentia nouitij non fit, ac etiam Religionis; non enim minùs violentant praui affectus, quàm verbera.

374 Aduertit Peyrinus ad pœnas inflictas incurrendas impeditionem, ac moleſtationem debere eſſe cum effectu, ita vt Nouitius omnino, & de facto abſtrahatur, vel impediatur, nec ſufficere quod attentetur. Et ratio eſt, quia verba intelliguntur cum effectu. Gloſſa *in cap. Perpetuò, de electione, lib. 6.* vbi Ioan Andreas, Nauarrus *lib. 5. conſilior. tit. de ſententia excommunicationis, conſil. 30. num.*...Abbas *in cap. in noſtra, num. 10. el 10. de ſepulturis.* Sylueſter *verbo excommunicatio 7. num. 46.* Trullench *tom. 3. tract. de iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num. 19.* Roderiquez *tom. 3. quæſtionum Regular. quæſt. 58. art. 7* Ex quibus ego ipſe *tom. 1. dictarum diſquiſitionum, tract. 7. diſq. 5. dub. 9. num. 2.* & *tract. 8. diſq. 2. ſect. 1. dub. 1. num. 23.* Pluribus iuribus, & authoritatibus hoc exornat Barb. *axiom. 222. n. 10.*

Aduertit etiam Peyrinus, & benè, quia apertè
375 deciditur in noſtra Eugeniana, quod dictam incurrunt excommunicationem, non ſolùm verberantes, moleſtantes, aut iniuriantes volentes ad Religionem ingredi, ſed etiam talia facientes contra Superiores Religionis, volentes dictos reciperc nouitios, vt ſi minitando illis, ſeu amicis, vel parentibus mortem, vel graue aliud malum, quod aliàs etiam grauem, & conſtantem virum deterreret, dicti Superiores deſiſterent à dicti receptione nouitij. Et quod aduertit Peyrinis de Prælato, aduerto etiam ego de quolibet ſubdito habente votum, vel vocem deciſiuam in receptione ad habitum, & profeſſionem, qualem habent omnes noſtræ Congregationis Monachi, in vim conſtitutionis Eugenij IV. incipit, *Et ſi ex ſolicitudine*, editæ nono Kalendas Decembris 1432. 4. Bullarij noſtræ Congregationis, in qua ſic *num. 6.* decernit.

Et inſuper, ne facilitate præcipiti Religionis iugum quis accepter, nullus ex Monaſteriorum, ſiue locorum huiuſmodi Prælatis, abſque deliberatione matura, necnon duarum partium ſui Conuentus aſſenſu, quempiam in Monachum, ſiue Conuerſum Monaſtery, ſiue loci, cui præſit, quomodolibet ad profeſſionem recipiat; alioquin verò inibi recepto, niſi poſtea prædictus accedat aſſenſus ſtandi, vel morandi ibidem, ſit penitus interdictum. Hæc ibi Eugenius Papa. Quod autem in priori alia conſtitutione gladio excommunicationis ferire voluerit moleſtantes Prælatos, & etiam Religioſos ſubditos recipientes nouitios, ex contextu illius apparet, ibi, *aut recipientibus*: dictio enim *recipientes*, verbum generale eſt, omnes ad quos ſpectat ius recipiendi, comprehendens, tam ſubditos, quàm Prælatos. Ergo de illis omnibus eſt in præfata conſtitutione intelligenda, iuxta vulgare iuris axioma: *Verba generalia generaliter ſunt intelligenda*: quod probat Barboſa *dict. axiom. 222. num. 36.* plura iura, & quamplures Doctores recenſendo. Præterquam quod verba debent inſeruire intentioni, & non è conuerſo. Barboſa *ibidem, n. 3. ex l. non aliter, ff. de legatis 3. can. ſedulò, 38. diſt. cap. Secundò requiret, de appellationibus, c. Intelligentia, de verborum ſignificat.* & ex aliis. Intentio autem Eugenij fuit interdicere omnem violentiam, & impedire, ne vlla inferatur perſonis Religionem ingredi volentibus, aut illos recipientibus, quicumque iſti ſint.

R. P. de Murga Comment. in Conſt. Apoſt.

Pro foro poli, & conſcientiæ venit adnotandum, quod qui impedit vi, vel fraude, quod 376
aliquis habitum Religionis non aſſumat, aut quod in ea Profeſſionem non emittat, tenetur ad minùs ad tollendam vim, vel fraudem, aliàs contra iuſtitiam faciet. Difficultas autem eſt, *an ad reſtitutionem damni Religioni illati teneatur*? Multi apud Lezanam *tom. 1. qq. Regular. ſumma, part. 1. c. 24. num. 28.* tenent cum Scoto *in 4. diſt. 15.* & Sylueſtro *in ſumma, verbo Reſtitutio 3. quæſt. 1.* quod ſit reſtitutioni obnoxius. Alij verò cum Soto, Ledeſma & aliis, quos ſequitur Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 4. cap. 3.* quod ad reſtitutionem non teneatur, tuentur. Vtramque ſententiam probabilem pronuntiat ipſe Lezana, ſed tutiorem primam. Hoc vnum certum eſt, graue, & lethale quidem eſſe peccatum, retrahere aliquem ab ingreſſu in Religionem, vel à Profeſſione, niſi id ex iuſta fiat cauſa; vt quia inhabilis ille eſt iure naturæ, aut Canonico, iuxta dicta in præcedentibus ſectionibus; quia ob aliquas cauſas ſtatus Religionis illi conueniens non cenſeatur. Lezana cum Gerſone *in Reg. Mor. Alphabeto 24. & 67. conſ. 2.* vel quia Religio illa notabiliter deformata ſit, ac relaxata. Idem Lezana cum Corduba *ſuper Regulam S. Franciſci, cap. 2. quæſt. 2.*

Hinc eſt, grauiter peccare Religioſum, qui ſine 377
iuſta cauſa nouitio aliàs idoneo denegat ſuffragium ad profeſſionem. Quia impedit illum à conſecutione boni ſpiritualis; quod vtique eſt contra charitatem, & in re grauiſſima. Et ita docet Lezana cum eodem Corduba *dicto cap. 2. quæſt. 1. & 11.*

Secundò fit, quod nouitius iniuſtè expulſus ſine 378
iuſta cauſa, poſſit agere contra Religionem. Tum quia ſic expellens, dictum opus bonum ipſius impediuit contra charitatem. Tum etiam quia inde, vt in plurimum, aliqua nouitio expulſo reſultat nota, quod eſt contra iuſtitiam. Ita Lezana cum Caietano *2. 2. quæſt. vltim. art. 4. dub. 3.* & Paſſarello *in priuilegia Min. cap. 43.*

Tertiò fit, illum, qui precibus, aut ſuaſionibus, 379
ſine vi tamen, & fraude in cauſa fuit, vt aliquis in Religionem non ingrederetur, aut ingreſſus non emitteret profeſſionem, ad reſtitutionem Religioni faciendam non teneri. Et ratio eſt, quia non peccauit contra iuſtitiam, ex qua oritur reſtituendi obligatio. Ita Lezana cum Cardin. Lugo *tom. 1. de iuſtitia, & iure, diſp. 9. ſect. 3. num. 1.* Ita & à fortiori Sotus, Ledeſma, Suarez, & alij paulò ſuperiùs, tenentes, ad reſtitutionem non teneri vi, & fraude impedientes habitum, vel profeſſionem. Quando autem ſuaſiones, & preces huiuſmodi grauitatem culpæ lethalis attingant, exponit Suarez *tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 9.* & Molina *de iuſtitia, & iure tom. 5. tract. 4. diſp. 51. n. 2.*

Quod ſi petas, *ad quid teneatur qui iniuſtè fuit* 380
cauſa, quod aliquis exiret è Religione, vel in ea non profiteretur, ex quo ſecuta eſt iactura Monaſterij? Suppoſito tanquam certo, ad reſtitutionem teneri, dico *primo*, non teneri Religionem ingredi loco illius, cuius egreſſus fuit ipſe cauſa. Tum quia ſtatus Religionis omninò voluntariè, & liberè aſſumi debet, & non coactè. Tum etiam, quia damnum diuerſi generis nemo tenetur reſarcire cum damno ſuo ſuperioris generis, vt ſi quis ſeruum occideret, non teneretur ſe in ſeruum hero defuncti, ſeu occiſi ſerui dare. Ita Lezana cum Th. Sanchez *lib. 1. Conſilior. Moral. cap. 3. num. 16.* & cum Lugo *vbi proximè, n. 31.*

Q Dico

381 Dico *ſecundò*, teneri ex iuſtitia ſuadere regreſſum ad Religionem illi, cuius egreſſus fuit ipſe cauſa; ſi tamen regredi nolit, debet procurare alium æquè bonum, qui eius loco intret. Et ratio eſt manifeſta, quia qui rem ablatam, vel æquiualentem reſtituere poteſt, ad id faciendum ex iuſtitia tenetur. Ita docet Lezana cum Adriano *de reſtitutione, ſub finem* Anton. Paludano, Scoto, Gabriele, Maiore, Roſella, Syluestro, & Paſſarello, quos Sanchez *dicto cap.* 3. *numero* 1. recenſet.

382 Pro coronide huius ſectionis, & paragraphi operæpretium duxi Laurentium de Peyrinis *in dicto c. p.* 3. *num.* 41. ad amuſſim Lectori reddere, ex cuius verbis, & ex infauſtis euentibus, quos enarrat, colligere quiſque quibit, quantò Diuinæ diſplicéant Maieſtati parentes, qui filios ſuos à ſancto Religionis propoſito auertere procurant. In ſequentia Author prorumpit præfatus.

Et aduerte hîc vnum pro parentibus, qui dictis artibus (de quibus ſuprà, *ve. ſic. ſed putant*) procurant ſuos filios à ſancto Religionis propoſito alienare; quod cùm hic caſus aliquando contigiſſet, parentes alienati nouitij, diuinâ ſic permittente prouidentiâ, non multùm poſt dederunt pœnas dictæ alienationis. Laxauit enim iuuenis ita delictis fibulam, bonaque paterna ita diſſipare curauit, parenteſque ita relaxatè vincendo afflixit, vt lugentes ſatis cognouerint à manu Dei ſe tactos, in vindictam abſtractionis filij. Et de alio ſimiliter abſtracto poſſum teſtimonium ferre, quod ita patrem, qui abſtraxerat, verbis, & verberibus tractauerit, vt pater coactus fuerit, non ſolùm eum in carcerem conijcere, ſed bis ad triremes; dictumque patrem genuflexum, & lacrymantem ſæpius rogitare viderim Religionis Superiores, vt prodigum filium ad Religionem recipiendo, à ſe manum Dei, benè, & iuſtè ipſum tangentem auerterent. Addo vnum conſideratione dignum, quod in articulo mortis exiſtens dictus filius abſtractus citauit patrem iam mortuum ante Tribunal Dei ad reddendum rationem animæ ſuæ. Hæc manibus tetigi. Hactenus doctiſſimus, grauiſſimus, & religioſiſſimus P. Peyrinus.

§. VI.

De tranſitu Religioſorum ſancti Æmiliani.

De materia huius paragraphi latè egimus ſuprà *in §. præcedente, ſectione tertia.* Vnde ne actum agam, ad ibi dicta lectorem remitto, vbi inueniet quid de iure communi, & quid per ſummos Eccleſiæ Principes ſtatutum ſit in ſuis Conſtitutionibus extra ius ipſum vagantibus, quibus certè conſonat præſens Alexandrina.

§. VII.

Quoad interdictum conceſſio.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Clauſula in litteris apponi conſueta, ſemper ſubintelligitur. num. 393.

Clauſula, ianuis clauſis, *quid importet.* numero 389.

Clauſula, excluſis excommunicatis, & interdictis, *omnimodam illorum importat excluſionem.* numero 390.

Clauſula, non pulſatis campanis, *excludit etiam paruularum campanarum pro eleuatione Sanctiſſimi pulſationem.* n. 391.

Non excludit pulſationem pro Concione, Salutatione Angelica, & conuocatione ad alia, quæ Officia diuina, Sacramentorum adminiſtrationes, & Eccleſiaſticæ ſepelitiones non ſint. n. 391.

Clauſula ſubmiſſa, *aut* ſuppreſſa voce, *quid importet.* num. 392.

Clauſula, Dummodo cauſam non dederint interdicto, *ſemper ſubintelligitur in priuilegiis concedentibus diuina interdicti tempore.* n. 393.

Conſecratio.

A verbis Canonis, Te igitur, *incipit conſecratio in aliquorum ſententia; in aliorum autem, à verbis*, Qui pridie, &c. *n.* 390.

Excommunicatio.

Qui violenter manibus appoſitis eiicit de Eccleſia excommunicatam, vel interdictum nolentem tempore celebrationis diuinorum exire, excommunicationem non incurrit. n. 390.

Interdictum.

Eſt cenſura Eccleſiaſtica à iure, vel ab homine prolata, quâ fideles ſeparantur à Sacramentis non neceſſariis, ab omnibus diuinis officiis, & à ſepultura Eccleſiaſtica, quatenus illa participationem rerum ſpiritualium habent. num. 384.

Ratio conſtitutiua interdicti, & diſtinctiua illius ab aliis cenſuris, non eſt quatenus prohibet communicationem fidelium, ſed quatenus prohibet ſpiritualia. num. 385.

Sacramenta neceſſaria, quæ miniſtrari poſſunt tempore interdicti, tantummodo ſunt Baptiſmus, etiam adultorum, Confirmatio, Pœnitentia, Viaticum, & Matrimonium ſine benedictione nuptiali, in communi ſententia, à Barboſa impugnata. n. 384.

Diuiditur interdictum in perſonale, & locale: & vtrumque, in generale, & particulare. n. 386.

Eccleſiæ Miniſtris conceſſit Gregorius IX. tempore cuiuſlibet interdicti ſemel in hebdomada Miſſam celebrare ianuis clauſis, &c. n. 387.

Idem conceſſit Alexander IV. pro omnibus diebus Monachis Sancti Æmiliani, pro tempore interdicti generalis localis. n. 387.

Omnibus Eccleſiis, & Monaſteriis non interdictis conceſſit Bonifacius VIII. vt celebrare poſſint Miſſas, & alia officia diuina, ianuis clauſis, &c. ſingulis diebus. n. 388.

Qui cauſam dederunt interdicto, Quibus diebus, *& quomodo ad diuina admittantur.* n. 393.

Alia vide verbo Clauſula, *& verbo* Excommunicatio.

Sacriſi

Sacrificium.
Integritas Sacrificij de iure diuino eſt. n.390.

384 CVm autem generale interdictum terræ fuerit. Vt vis huius clauſulæ, imò & totius conceſſionis percipiatur, aliqua veniunt adnotanda. *Primum*, quod interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, à iure, vel ab homine prolata, quâ fideles ſeparantur, ſeu prohibentur à Sacramentis non neceſſariis, ab omnibus diuinis officiis, & à ſepultura Eccleſiaſtica, quatenus illa quamdam participationem rerum ſpiritualium habent. Ita Ægidius Coninck *de cenſuris, diſp.* 17. *dub.*1. *num.*1. Fabius Incarnatus *in Scrutinio Sacerdotali, part.* 1. *tract.*12. *pag. mihi* 316. Graffius *in deciſ. aur. p.*1. *lib.*4. *cap* 26. *num.*1. ego ipſe *in Diſquiſit. Moralib. & Canonic. tom* 2 *diſq.*4. *num.* 12. Et probatur *ex cap. Non eſt vobis, el* 11. *de ſponſalibus*, ibi: *Nulla diuina Officia (præter Baptiſmum paruulorum, & pœnitentias morientium) celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.* Vbi gloſſa, *verbo Baptiſmum*, ait: Iſta duo Sacramenta ſemper excipiuntur de quolibet interdicto, quia ſunt Sacramenta neceſſitatis. Et *verbo Pœnitentias*, addit: Et præter communionem, quæ Viaticum appellatur. Quæ vtique additio habetur expreſſa *in cap Quod in te, el* 11. *de pœnitentiis, & remiſſionibus*, ſub hoc tenore. *In illo verbo, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, Viaticum etiam quod ve è pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipſum decedentibus denegetur.* Vbi gloſſa, *verbo Permittimus*, ait: *Tempore interdicti.* Habetur etiam *in cap. Permittimus, el* 57. *de ſententia excommunicationis*, ibi: *Cauſâ conficiendi Corpus Domini, quod decedentibus in pœnitentia non negatur. In cap. Quoniam, eod. tit. in* 6. conceduntur Baptiſmus, & Confirmatio pueris, & adultis, propter moræ periculum. Et Bonifacius Papa VIII. *in cap. Alma mater, el* 24. *eodem tit. & lib.* addit Sacramentum pœnitentiæ. *Concedimus* (inquit) *quod tempore interdicti ab homine, vel à iure prolati, non tantummodo morientes, ſed etiam viuentes, tam ſani etiam, quam infirmi, ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum ſummè neceſſaria eſt) licitè admittantur.* Habemus igitur ex his iuribus ſimul ſumptis, nullum Officium diuinum poſſe celebrari, nullumque Sacramentum interdicti tempore, præter Baptiſmum paruulorum, & adultorum Confirmationem; Pœnitentiam, & Viaticum, miniſtrari licere. Confirmationem & Matrimonium ſine benedictione nuptiali, poſſe etiam miniſtrari, docent Sà *verbo Interdictum, num* 17. & Gauantus *in praxi, ſeu Manuali Epiſcop. eodem verbo, num.*30. & 37. cum Sylueſtro *ibidem quæſt.*7. Confirmationem ex pluribus Doctoribus probat Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, alleg.*31. *num.*23. miniſtrari poſſe. Pro licita contractione matrimonij, quoad ſui ſubſtantiam, & non quoad ſolemnitatem benedictionis nuptialis, refert *allegat.*32. *num.*198. communem ſententiam, à qua tamen recedit, & illam impugnat, & illius reſpondet fundamentis *num* 200. & *ſeqq.*

385 Ratio formalis interdicti conſtitutiua, & ab aliis cenſuris Eccleſiaſticis diſtinctiua, non eſt prohibitio diuinorum officiorum, Sacramentorum Ordinis, Matrimonij, & Extremæ-Vnctionis, ac Sepulturæ Eccleſiaſticæ, quatenus iſta, & eorum quodlibet habet rationem communicationis fidelium, ſed quatenus ſpirituale quid eſt. Dixi vbi proximè cum dicto Coninck *de excommunicatione, diſp.*14. *dub.*1. *n.*1.

Diuiditur interdictum in perſonale, & locale. 386
Locale dicitur, quando interdicitur locus, ne ibi diuina audiantur, Sacramenta non neceſſaria non miniſtrentur, & cadauer Eccleſiaſtico more, ac ritu non tumuletur. *Perſonale* eſt, quando Populus aut perſonæ particulares interdicuntur. Et tam locale, quàm perſonale interdictum ſubdiuiditur in generale, & particulare. Interdictum *generale locale* eſt, quando totus locus illi ſupponitur, v.g. quando integrum Regnum, Prouincia, Ciuitas, Villa, Pagus, aut Parochia. *Particulare* verò interdictum *locale* eſt, quando de pluribus vnius Ciuitatis, vel Populi Eccleſiis vna tantùm interdicitur. *Interdictum perſonale generale* eſt, quod directè fertur in omnes perſonas Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Villæ, Pagi, aut Parochiæ, & quod directè fertur in aliquam Communitatem, quatenus aliquod conſtituit corpus. Interdictum tandem *perſonale particulare* eſt, quando in vnam, vel plures perſonas particulares, quà tales fertur. Huiuſmodi eſt, non ſolùm quando aliqui nominatim interdicuntur, ſed etiam quando interdicuntur omnes, qui tale facinus perpetrarunt, de quibus omnibus agit Graffius *num.*2. 3. & 4. *cap.* 26. *citati*, ego ipſe *dicta diſq.* 4. *à num.*15. *ad* 18.

Ex quibus omnibus fit, conceſſionem hîc 387
factam ab Alexando Papa IV. meis Æmilianenſibus, reſtrictam eſſe ad ſolum interdictum generale locale. Et ideò extendi non debet ad vllum interdictum perſonale, generale, aut particulare. Neque ad locale quidem particulare. Quia cùm odioſa illa ſit, & contra iuris communis, tunc temporis exiſtentis, diſpoſitionem, reſtringi debet. *Tunc temporis exiſtentis*, conſultò dixi. *Primò*, quia licèt Gregorius Papa IX. *in cap. Permittimus,* 57. *de ſentent. excommunic.* generaliter conceſſiſſet Eccleſiarum Miniſtris tempore cuiuſlibet interdicti Miſſarum ſolemnia celebrare, non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, ianuis clauſis, & excluſis excommunicatis, & interdictis, vti hic concedit Alexander; non tamen id conceſſerat Gregorius, niſi ſemel in hebdomada; conceſſio autem Alexandri quoad tempus fuit abſoluta; vnde à iure communi exorbitat in eo, quod Gregorianam excedit, quoad ſex ſcilicet hebdomadæ dies.

Secundò, quia licet *in cap. Alma Mater, el* 24. 388
& fin. eodem tit. de ſentent. excommunic. in 6. concedatur, *quod ſingulis diebus, in Eccleſiis, & Monaſteriis* (non tamen interdictis, vti aduertit gloſſa *verbo Eccleſiis*) *Miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina Officia, ſicut prius; ſubmiſſa tamen voce, & ianuis clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis*; hæc tamen conceſſio poſteà multis ab illinc annis facta fuit à Bonifacio Papa VIII. qui Sedem aſcendit Petri anno 1294. in qua ſederat Alexander anno 1254.

Secundum, quod venit adnotandum eſt, clau- 389
ſulam illam, *ianuis clauſis*, hoc importare, quod portæ Eccleſiæ, in qua diuina peraguntur officia, ita clauſæ eſſe debeant, vt impediant viſum, auditum, & tranſitum, tam ex parte viæ publicæ, quàm ex parte clauſtri, non tamen eſt neceſſarium, quod ita ſint obſeratæ, vt ingredi volenti reſiſtant, aut quod à ianitore aliquo ad talem cuſtodiantur effectum. Dixi *dicta diſq.*4. *dub.*2. *num.*7.

Tertium eſt, clauſulam, *Excommunicatis, & in-* 390

terdictis exclusis, omninò obſeruandam eſſe, ita vt ſi vi etiam expelli non poſſint, ceſſare debeant Eccleſiaſtici à celebratione etiam Miſſæ. Lezana *tom. 2. ſumma qq. Regular. verbo Interdictum, numer.* 25. dummodo non ſit inchoacta conſecratio: tunc enim continuari debet vſque ad ſumptionem ſanguinis incluſiuè; quia præceptum de integritate ſacrificij, vtpote de iure diuino, præponderare debet præcepto humano de non participando cum excommunicatis, & interdictis. Et tunc in Sacriſtia, vel in alio loco perficienda eſt, vti docet Lezana *tom. eod. part. 3. verbo Excommunicatio, num.* 21. cum Syluestro *verbo eod.* 5. *num.* 3. Soto *in 4. diſt. 22. q. 1. art.* 4. Cornejo *diſput.* 10. *de Excommunicatis*, §. 4. *dub.* 2. Bonacina *de Irregularitate, diſp.* 7. *quaſt.* 2. *punct.* 3. §. 1. *num.* 12. & 13. & Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Quando autem cœpta ſit conſecratio, controuerſum eſt. Sylueſter, Sotus, & Bonacina penes Lezanam tenent, quod à principio Canonis, ab illis verbis: *Te igitur, &c.* ipſe verò cum Layman dicit, quod à verbis, *Qui pridie quàm pateretur*. Et adnotat ipſe Lezana, vi, & coactione vti poſſe in expulſione prædictorum, ſi aliàs exire nolint, etiamſi Eccleſiaſtici illi ſint, & non ob hoc incurri cenſuram Canonis, *Si quis ſuadente*; quod certè Clemens Papa III. decidit *in cap. veniens, el* 16. *de ſent. Excommunic.* de Sacerdote, qui eiecerat de Eccleſia, manibus appoſitis, monialem officia diuina turbantem.

391 *Quartum* eſt, clauſulam *non pulſatis campanis* excludere pulſationem campanarum etiam paruularum, pro eleuatione etiam Hoſtiæ poſt illius conſecrationem, & ad *Sanctus*. Ita docet Barboſa *ſuper cap. Alma mater, num.* 12. & Lezana *verbo Interdictum, num.* 26. Qui tamen duo cum Sayro *in Theſauro, lib.* 5. *cap.* 9. *num.*; Sylueſtro, Nauarro, Henriquez, Bonacina, Suarez, Auila, & aliis dicunt, non eſſe campanarum pulſationem prohibitam pro Concione, Salutatione Angelica, Reliquiarum oſtenſione, neque pro conuocatione populi, aut Cleri, etiam ad alia, quæ diuina Officia non ſunt, Sacramentorum adminiſtrationes, aut mortuorum ſepelitiones. Idem tenet Ganautus *verbo interdictum, num.* 26. & 27. Debere tamen ceſſare fraudem ex parte Clericorum, aduertit Barboſa.

392 *Quintum* eſt, clauſulam, *ſuppreſſa voce*, ſeu *ſubmiſſa voce*, importare, ea voce recitanda eſſe Officia diuina, vt ab aliis recitantibus audiantur, & ab aliis, qui officiis ipſis aſſiſtunt; non tamen ab extra Eccleſiam exiſtentibus, niſi fortè ab aliquo curioſo obſeruatore; quod tamen interdicti non arguet violationem. Hæc omnia docent Pellizarius *in Manuali Regularium, tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 39. & Lezana *verbo interdictum, num.* 24. cum Sylueſtro *verbo interdictum*, 5. *num.* 8. & Nauarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 174 ego ipſe *tom.* 2. *Diſquiſit. Moral. & Canonicar. diſq.* 4. *dub.* 2. *numer.* 6.

393 *Sextum* eſt, clauſulam, *dummodo cauſam non dederitis interdicto*, communiſſimam eſſe in huiuſmodi conceſſionibus Apoſtolicis. Illam appoſuit Iulius II. in ſua conſtitutione ſecunda pro Minimis, apud Peyrinum *de priuilegiis*. Illam Sixtus IV. *in Mari Magno Prædicatorum, num.* 10 *in Mari Magno Eremitarum Sancti Auguſtini, num.* 20. *in Mari Magno Carmelitarum, num.* 3. inſerto Innocentij IV. priuilegio. Sic & alij Summi Pontifices in diplomatibus, quæ recenſeo, *dict. tom.* 2. *diſq.* 3. *dub.* 2. §. 2. Vnde cùm de ſtylo Curiæ apponatur, ſubintelligitur etiam vbi appoſita non fuerit. Barboſa *tract. de clauſulis, num.* 1. cum Felino *in cap. Cùm M, de conſtitutionib.* Mandoſio *in regul.* 17. *Cancellariæ, conſt.* 2. *num.* 6. Rebuffo *in repetit. cap. Nulla, colum.* 30. *in fine, verſic. Tertia eſt mihi, de conceſſione Præbendæ*, Abbas *in dict. cap. Cùm M, numer.* 5. & *in cap. accepimus, num.* 2. & 13. *de ætate, & qualitate*, dicens: Nota quartò, quod clauſula in litteris apponi conſueta, ſemper ſubintelligitur: ad hoc *de reſcriptis cap. Cauſam*, 2. & *cap. Cùm oporteat, de accuſationibus*, Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 12. *quaſt.* 2. *num.* 5. Nullibi è conuerſo admiſſos ad diuina vidi eos, qui cauſam dederunt interdicto, niſi *in cap. Alma mater*, pro diebus tantùm feſtiuitatum Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Deiparæ; cum hac tamen limitatione, vt *Altari nullatenus appropinquent*. Ideſt, vt non ſolùm ab Altari ſint quoad locum remoti, ſed etiam quoad miniſterium celebrandi, communicandi, & miniſtrandi in ſacris, ſi Clerici illi ſunt. Ita Hieronymus Roderiquez *in compendio qq. Regular. reſol.* 80. *num.* 23. cum Sylueſtro *verbo interdictum* 5. *num.* 2. Nauarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 6. & 178. *ac* 182. Couarruuia *in dictum cap. Alma mater*, 2. *p.* §. 4. *num.* 3. & §. 5. *in principio*, & cum Suarez *de cenſuris, diſp.* 34. *ſect.* 1. *à num.* 37. Ego ipſe *dicta diſput.* 4. *dub.* 2. *ſub num.* 24. *verſic. hactenus.*

---

§. VIII.

De dependentia à Diœceſano quoad Chriſma, Oleum, Conſecrationes, & Ordinationes.

BREVIARIVM.

Catholici.

Illi ſunt Catholici, qui in his, quæ fidei ſunt, id omne, & non aliud credunt, quod Eccleſia Romana credit, & credendum proponit. n. 394.

Clauſula.

Gratiam habens, & communionem Apoſtolicæ Sedis, *importat quod non ſit hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus.* numero 395.

Communicare.

Poſſumus communicare cum Hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, ſuſpenſis & interdictis, non denunciatis excommunicatis. num. 403.

Conſecratio.

Valida eſt conſecratio facta ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, ſuſpenſo, & interdicto, ſi adſint intentio, materia, & forma ab Eccleſia præſcripta. n. 397. & 401.

Alia vide verbo Epiſcopi.

Diœceſanus.

Sub Diœceſani nomine Epiſcopus venit loci. numero 394.

Epiſcopi.

Ad proprium Epiſcopum, qui non ſit hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, ſuſpenſus, nec interdictus, de iure ſpectat conſecratio Chriſmatis, Olei, Altarium, Eccleſiarum, & Ordinum collatio. n. 394. 395. & 396.

Siue catholici ſint, ſiue hæretici, etiam ab incunabulis, à veris Epiſcopis, quoad ſubſtantialia conſecrati, verè ordinant,

ordinant, & conſecrant, ſeruatis intentione, materia, & forma ab Eccleſia præſcriptis. num. 398. & ſeqq.

Cauere debent Epiſcopi in conſecrationibus, & ordinationibus, à ſimonia prauitate. n. 396.

Extrauagans, *Inſuper*.

Recenſetur extrauagans Inſuper ad vitandum ſcandalum. *num.* 403.

Ordo.

Verè confertur ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, Excommunicato, &c. ſi adſint intentio, materia, & forma ab Eccleſia præſcripta; non tamen ſemper confertur ordinis executio. n. 397. 401. & 402.

Ab excommunicato, ſuſpenſo, & interdicto denunciatis ordinati ſuſpenſi ſunt. n. 403.

Sacramenta.

Miniſtri Sacramentorum, ſiue boni, ſiue mali, ſeruatis intentione, materia, & forma ab Eccleſia præſcriptis, idem operantur, tanquam inſtrumenta Dei, qui eſt principaliter operans. n. 390. & 401.

Miniſtris Sacramentorum dupliciter datur Spiritus ſanctus, inhabitanter per gratiam, ad licitè; & aſſiſtenter, ad validè illa conficienda. n. 400.

Sacramenta à materia, forma, & ab intentione Miniſtri, & illa recipientis dependent. n. 402.

Schiſmatici.

Qui voluntariè, & pertinaciter ſe abſtrahunt à Papæ obedientia, vel ab vnione, quam fideles habent inter ſe, cum Chriſto capite, & eius Vicario, ſe ſeparant, ſchiſmatici ſunt. n. 395.

Nullus eſt ſchiſmaticus, qui ſibi aliquam non confingat hæreſim. n. 395.

Verba.

Intelligi debent verba ſecundùm materiam, de qua eſt ſermo, etiam contra propriam illorum ſignificationem. num. 394.

394 SVb appellatiuo hoc verbo *Diœceſanus*, venire in hac conſtitutione Epiſcopum, certum mihi eſt, non ſolùm quia in ea exprimitur; ſed quia verba debent intelligi ſecundum materiam, de qua loquuntur, etiam contra propriam ſignificationem. Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 222. *num.* 6. cum Geminiano *conſil.* 122. *num.* 3. *verſic. Et facit*, Alexandro *conſil.* 86. *colum* 2. *verſic. Nec obſtat*, & *verſic. Si dicatur*, & cum Cardinale Tuſcho *litt. V*, *concl.* 91. *num.* 26. Materia autem Chriſmatis, Olei, Conſecrationis Altarium, & Ordinationis Clericorum, propriè, ſecundum iuris diſpoſitionem, ad Epiſcopum pertinet proprium. Abbas *in cap. Veniens, num.* 5. *el* 19. *de præſcriptionibus*, & probat quoad Chriſma, & Oleum, *ex can. illud*, 95. *diſt.* & *ex can. Presbyteri, ſequenti*, & extra *ex cap. Te referente, el* 12. *de celebratione Miſſarum*. Quoad conſecrationes verò Altarium, & Baſilicarum, probat *ex can. Quamuis*, & *can. Corepiſcopi*, 68. *diſt.* & tandem quoad Ordines probat, ſicut & quoad reliqua dicta, *ex eod. cap. Veniens*. ibi: *Chriſma vero, Oleum ſanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum qui ad ſacros Ordines promouendi fuerint, Clerici Eccleſiarum, vel Capellarum ipſius Monaſterij, quod eſt in Veſprimenſi Diœceſi conſtitutum, à Veſprimenſi Epiſcopo poſtulabunt.* Ergo etiamſi Alexander noſter non dixiſſet, *à Diœceſano ſuſcipientis Epiſcopo*; ſed tantum, *à Diœceſano ſuſcipientis*, de Epiſcopo deberet eius intelligi diſpoſitio. Qualitates, quibus præditus eſſe debet Epiſcopus ad præſtanda prædicta, ſunt iſtæ. *Primu*, quod ſit *Catholicus*, quod ſcilicet in his, quæ Fidei ſunt, id omne, & non aliud credat, quod Sancta Eccleſia Apoſtolica Romana credit, & credendum omnibus proponit; quæ ideò *Catholica* dicitur, quia vniuerſalis: & *Catholicus* appellatur, qui his aſſentitur, quæ vniuerſa Eccleſia Romana credit. Vnde Abbas *in dict. cap. Veniens*, hanc exponens qualitatem, *num.* 6. ait: Nota ſeptimò tria, propter quæ debet ſubditus abſtinere à ſuſceptione Ordinum ab Epiſcopo proprio ſuſcipiendorum, & aliorum iurium pertinentium ad Ordinem Epiſcopalem. *Primò* ſi proprius Epiſcopus eſt Hæreticus.

Secunda, quod non ſit Excommunicatus, ſuſpenſus, neque interdictus; quod non ſit alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ vinculo innodatus, nec ſchiſmaticus. Hanc in Epiſcopo requirit Alexander in clauſula illa, ſicut requiſiuit Innocentius Papa III. *in cap. Quoad Sedem, el* 10. *de officio iudicis ordinarij*, in illa, *& impedimentum ei ex ſubtractione gratiæ Apoſtolicæ Sedis non obſiſtat*. Quam exponens gloſſa *verbo Gratiæ*, dicit, ideſt, ſi non ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel ſchiſmaticus. Ipſe etiam Innocentius *in cap. Veniens, el* 19. *de præſcriptionibus*, ibi: *Et gratiam ſedis Apoſtolicæ habuerit*, vbi gloſſa, *verbo Gratiam*, ſic ait, id eſt, quod non ſit excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus. Vbi etiam Panormitanus *num* 6. dicens: Secundò, ſi Epiſcopus proprius non habet gratiam Sedis Apoſtolicæ; putà, quia excommunicatus, vel ſuſpenſus, aut interdictus. Idem tenent Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tom.* 1. *ad conſtitutionem Iulij II.* §. 7. *num.* 24. *pag. mihi* 85. & Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Clauſula, num.* 32. & *tom.* 3. *ad Mare Magnum Minorum*, §. 6. *num.* 23. qui vtrobique addit, ſicut & gloſſa *in dict. cap. Quoad Sedem*, ſchiſmaticum; & meritò quidem, quia ſi ſuſpenſi, excommunicati, & interdicti gratiâ carent, & communione Sedis Apoſtolicæ, quo pacto gaudebit vtraque ſchiſmaticus, qui voluntariè, & pertinaciter ſe abſtraxit ab obedientia Papæ, ſe ab illo ſeparat Eccleſiæ viſibilis capite, vel ſe ab vnione, quam fideles habent inter ſe, & cum Chriſto capite, & eius Vicario, ſeparat? Nullo certè. Addit etiam Peyrinus, hæreticum, de quo expreſsè in prima qualitate noſter Alexander agit, ſicut Innocentius in dictis iuribus, *Quoad Sedem* & *Veniens*, ſub verbo oppoſito *Catholicus*; ſub quo etiam ſchiſmaticum comprehendi bene dicere poſſemus, quia vti ex D. Hieronymo *in epiſtolam ad Titum, cap.* 3. relato *in can. Inter hæreſin*, 24. *quæſt.* 3. dixi *tom.* 2. *Diſquiſit. Moral. & Canonicar. diſq.* 1. *dub.* 7. *num.* 1. nullum ſchiſmaticus eſt, niſi ſibi aliquam confingat hæreſim, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. 395

Tertia qualitas ab Alexandro IV. præſcripta in hac conſtitutione, & numero, eſt, quod ſine prauitate aliqua prædicta ab Epiſcopo exhibeantur; ideſt abſque ſimoniæ labe. Quod in ſimili clauſula expreſſit Innocentius III. *in dicto cap. Veniens*, dicens: *Et ea gratis, ſine prauitate aliqua voluerit exhibere.* vbi Panormitanus *dicto num.* 6. dicens: Tertiò, ſi non vult Sacramenta niſi ſimoniacè conferre. 396

Hic occurrit difficultas non contemnenda, *An ſcilicet valida ſit conſecratio Chriſmatis, Olei, & Altarium, ac Baſilicarum; item & Ordinatio ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, ſuſpenſo, aut interdicto facta?* 397

Pro ratione dubitandi facit noſter Gregorius relatus *in can.* 1. 9. *quæſt.* 1. dicens: *Nos conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis hominibus eſt illicitè celebrata.* Vbi Palea addit:

Digitized by Google

Excommunicati, illicitè manus imponunt, quia poteſtatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita eſt manus impoſitio, vulnus infligitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minimè probatur eſſe collatum. Noſter enim Vrbanus II. *in can. 3. eiuſdem cauſa, & quaſtionis*, ſic ait: *Ordinationes, qua ab hæreſiarchis nominatis excommunicatis facta ſunt... irritas eſſe iudicamus.* Conc. item Lateranenſe *in c. 1. de ſchiſmaticis*, irritas decernit Ordinationes factas ab Octauiano, & Guidone.

His tamen non obſtantibus vera reſponſio eſt, valida illa omnia eſſe, quæ in quæſito propoſui, dummodo verè Epiſcopus ſit Miniſter ille conſecrans, & ordinans, & legitimam habeat conſecrandi, & ordinandi intentionem, ac alia ſeruentur, quæ quoad materiam, & formam ab Eccleſia Catholica ſeruari præcipiuntur; non tamē ordinato ſēper traditur Ordinis executio. Probatur ex gloſſa *d. quaſt.* 1. ibi: Quilibet Epiſcopus, ſiue excommunicatus, ſiue non, ſiue Catholicus, ſiue non, ſiue vltimam manus impoſitionem recepit in Eccleſia, ſiue extra, Ordinem confert; & ordinati Ordines ab eo recipiunt, dummodo in forma Eccleſiæ hoc fiat; & ſi illi alios ordinauerint, ordinati erunt, & ſic in infinitum. Et *verbo quod Ordinatio*, de hæretico, & ſchiſmatico loquens: Dicas ergo, quod ſiue quis ſuſcipiat vltimam manus impoſitionem in Eccleſia, ſiue extra, dum tamen forma Eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed non ſemper executionem, & hoc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinemr ab eo. Idem docet Barboſa *in dict. can. Nos conſecrationem*, cum Max. Alterio *de cenſuris tom. 1. lib. 1. diſp. 8. cap 5. verſic. a. pag. 97.*

398 Conſultò dixi, *dummodo verè Epiſcopus ſit*; id eſt à vero Epiſcopo, quoad ſubſtantialia, in forma Eccleſiæ conſecratus: ſiue Epiſcopus conſecrans Catholicus ſit, & cenſuris non irretitus, ſiue ſchiſmaticus, & hæreticus; ſiue iſte Catholicus priùs fuerit, ſiue ab infantia ſeu ab incunabulis continuè in hæreſi extiterit educatus: quod vtique in regionibus, quæ à Fide Catholica multis ab hinc defecerunt annis, multis contigiſſe non dubito. De his dicit gloſſa *in dict. can. Ordinationes, verbo Hæreſiarchis*, qui nunquam catholici Epiſcopi fuerunt.

399 Et probatur prima reſponſionis pars. Quia ſiue miniſter ſit bonus, ſiue malus, ſiue catholicus, ſiue hæreticus, conſecrat, & ordinat tanquam Dei inſtrumentum; & Deus ipſe eſt conſecrator, & ordinator principaliter operans. Vnde Diuus Gregorius relatus *in can. Multi, 1. quaſt.* 1. ſic ait: *Siue ergo per bonos, ſiue per malos miniſtros intra Eccleſiam diſpenſetur, Sacramentum tamen eſt, quia Spiritus ſanctus myſticè illud viuificat, qui quondam Apoſtolico in tempore viſibilibus apparebat operibus. Nec bonorum meritis diſpenſatorum amplıatur, nec malorum attenuatur; quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Idem Gregorius *in canone Non nocet, ead. cauſ. & quæſtione*, ita fatur: *Non nocet malitia Epiſcopi, neque ad baptiſmum infantis, neque ad Eccleſia conſecrationem; quia baptiſma à Deo datur, non ab homine venit. Sic & Euchariſtia, & omnia quacumque in Altari ponuntur, non ab homine, ſed à Deo ſatisfactionem accipiunt.*

Nicolaus etiam Papa *in can. Sciſcitantibus, el fin. 16. quæſt.* 8. in ſequentia prorumpit. *Reſpondemus, non poteſt aliquis quantumcumque pollutus ſit, Sacramenta diuina polluere, qua purgatoria cunctarum cogitationum exiſtunt. Qualiſcumque enim Sacerdos ſit, qua ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt.* Et infrà: *Sumite ergo ab omni Sacerdote intrepidi Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgantur.*

Concilium etiam Tridentinum *ſeſſ. 7. can. 12. de Sacramentis in genere.* Sic diffinit: *Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, qua ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.*

Bonitas igitur, aut fides miniſtri eſſentialiter non requiritur ad valorem Sacramentorum, aut conſecrationem, dummodo intentio faciendi quod intendit & facit Eccleſia, & alia neceſſaria concurrant, ſed æquè validè fiunt per malum, ac per bonum Miniſtrum. Non enim dependent Sacramenta à Fide Miniſtri, vti probat D. Th. *3. part. quaſt. 64. art. 9.* & cum eo omnes Doctores Catholici.

400 Nec valet dicere, non ſolùm hæreticus, ſed nec alius malus miniſter habet Spiritum ſanctum. Ergo non conſecrat, nec conficit validè. Non, inquam, valet, quia vti ait Marcus Vidal *in Arca vitali, tit. de Miniſtro Sacramentorum, inquiſit. vnica, num. 24.* duplici modo datur Miniſtris Spiritus ſanctus. Inhabitanter ſcilicet, & aſſiſtenter. Primo modo datur ad licitè conficienda ſacramenta; ſecundò autem datur ad validè. Non enim inhabitat animam mali per gratiam; aſſiſtit tamen illi, vt ipſius Spiritus ſancti virtute, tanquam inſtrumentum eius conficiat, & conſecret.

401 Ad canonem Gregorij 1. *9. q. 1. Nos conſecrationem*, reſpondeo, illum loqui de conſecratione ab excommunicato facta non ſeruatâ formâ Eccleſiæ. Ita illum interpretatur gloſſa in caſus formatione, dicens: Et intelligitur de eo, qui præter formam Eccleſiæ Ordinem confert. *Et verbo celebrata*, ait: Præter formam Eccleſiæ Quod etiam, vti vidimus, dicit gloſſa ipſius quæſtionis, & Barboſa in ipſum Canonem, vbi ſub his verbis recenſet Max. Alterium *loco præallegato, de cenſuris, tom. 1. lib. 1. diſp 8. cap. 5. verſic. Secundò, pag. 97.* Ex hoc textu *in principio* videtur colligi, ordinationem factam ab excommunicato, nullo modo poſſe dici ordinationem (ait Barboſa) ſed occurrit Mar. Alterius... reſpondendo cum gloſſa, quod ſiue Epiſcopus receperit vltimam manûs impoſitionem in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, dummodo forma Eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed non ſemper executionem. Differentia tantùm eſt inter vtrumque modum, quod ordinati ab Epiſcopo, qui recepit vltimam manus impoſitionem in Eccleſia, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter, ſi aliàs digni fuerint, poſſunt tolerari, vt dicitur *in cap. Ab excommunicatis*, & *cap. Ordinationes, ſup. hac ead. cauſa, & quaſt.* Si autem ſint ordinati ab Epiſcopo, qui extra Eccleſiam recepit manus impoſitionem, ſi ſcienter, nunquam toleratur, vt refertur *in cap. Euenientibus 1. q. 1.* Hactenus Barboſ.

402 Ad canonem Vrbani, *Ordinationes*, eodem modo reſpondetur. Vnde eius gloſſa in caſus formatione ait: Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod illi, qui receperunt Ordines ab Epiſcopis ordinatis in hæreſi, vel ab intruſis, non tolerantur in ſuis Ordinibus quoad executionem, niſi probent ſe neſciuiſſe in tempore ordinationis, eos fuiſſe damnatos. Expende clauſulam, *quoad executionem*; in qua quidem tolerari quoad Ordinum valorem ſufficienter inſinuatur,

Quod

Quod à fortiori inſinuatur in clauſula, *niſi probent ſe neſciuiſſe... eos fuiſſe damnatos.* Valor enim Sacramenti nullam dependentiam habere poteſt à ſcientia, ſed ſolùm à materia, & forma, ab idòneitate miniſtri, ac ſubiecti, & ab vtriuſque reſpectiuè intentione. Clariorem ſe exhibet gloſſa *in verbo, Niſi probare, in fin.* vbi ita fatur. Et hîc manifeſtè reprobatur diſtinctio Ioannis, & Ruffi. Hîc enim diſtinguitur inter ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impoſitionem in Eccleſia; & ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impoſitionem extra Eccleſiam: & tam hi, quàm illi, recipiunt Ordinem, ſcilicet characterem; ſed non executionem. Hæc omnia gloſſa.

403 Conſultò etiam dixi, *Non tamen ordinato ſemper traditur Ordinis executio.* Quia ordinati ab excommunicato, vel ſuſpenſo, ſuſpenſi etiam ſunt, *cap. Cùm à prædeceſſore, el 1. de ſchiſmaticis*, ex Concilio Lateranenſi, & Innocentio III. *in cap. Fraternitatis, el 2. eod. tit.* ſic etiam Eligius Baſſæus *tom. 1. verbo Suſpenſio 4. num. 4.* Ioannes à S. Thom. poſt Catechiſmum, *ſub tit. Suſpenſiones contra Clericos, num. 12.* cum communi Summiſtarum. Emmanuel Sà *verbo ſuſpenſio, num. 7.* cum Nauarro *in Manuali, cap. 15. num. 69.* Maiolo *de Irregularitate, lib. 4. cap. 22.* & Sayro *in Theſauro, lib. 4. c. 14. num. 1.* Ordinatos ab excommunicato, ſuſpenſo, aut interdicto denunciatis (ait Sà) quod ſi ignoranter factum, diſpenſat Epiſcopus. Hæc ille, qui benè addit dictionem, *denunciatis*; quia in vim extrauagantis, *Inſuper ad euitandum ſcandalum*, à Concilio Conſtantienſi editæ, & à Martino Papa V. confirmatæ, non contrahunt iſtam ſuſpenſionis pœnam, niſi Epiſcopi hæretici, ſchiſmatici, excommunicati, ſuſpenſi, aut interdicti, à quibus Ordines acceperunt, denunciati fuerint excommunicati, ſuſpenſi, aut interdicti. Sic enim conceditur in illa conſtitutione, videlicet.

Inſuper ad euitandum ſcandalum & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quod deinceps nemo à communione alicuius, ſacrorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque diuinis, intus, & extra, prætextu cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, vel cenſura huiuſmodi fuerit illata contra perſonam, Collegium, Vniuerſitatem, Eccleſiæ communitatem, vel locum certum, vel certam, à Iudice publicata, vel denunciata, ſpecialiter, & expreſsè. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque; ſaluo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in Clericum, in ſententiam latam à canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari; nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abſtinere, iuxta Canonicas ſanctiones. In Concilio Conſtantienſi, ſub Martino V.

Hactenus Extrauagans, provt exſcribitur à D. Antonino *in ſumma, p. 3. tit. 25. de Excommunicatione, cap. 3.* quam etiam inſertam inuenio in conſtitutionibus Synodalibus huius Pampilonenſis Diœceſis, ſub Cardinali Cæſarino anni 1531. editis anno 1532. circa quam aliqua ex eodem D Antonino obſeruaui *tom. 2. Diſquiſit. Mor. & Canonic. diſq. 2. dub. 3. n. 3. & 4.* pro vera illius exiſtentia, contra Ægidium Coninch. dicentem *in tract. de cenſuris, diſp. 14. dub. 2. numer. 9.* illam non ſtare. Vbi etiam *num. 5.* oſtendi, Martinum V. creatum fuiſſe anno 1417. atque adeò cùm præceſſerint Summi Pontifices, & Concilium Lateranenſe, canonum præcedentium Conditores, reuocati remanſerunt omnes illi per dictam Extrauagantem à Martino V. editam.

---

§. IX

Capella, aut Oratorium conſtrui prohibetur intra Parochiam S. Æmiliani, ſine Epiſcopi, Abbatis, & Conuentus aſſenſu.

BREVIARIVM.

Altare.

Nemo ſine aſſenſu, & interuentione Diœceſani erigere poteſt Altare, quod ſacrum ſit. n. 404.

Neque ſine Abbatis S. Æmiliani & Conuentus illius, intra eorum Parochiam, conſenſu. n. 404.

Immò ſine Parochi cuiuſvis conſenſu. numero 405. & 406.

Axioma.

Qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam, numero 405.

Capella.

Sine aſſenſu Diœceſani, Abbatis, & conuentus S. Æmiliani, & cuiuſcumque Parochi, erigi non poteſt in eorum territoriis. n. 404. 405. & 406.

Difficultas.

Aliquid permittit, quod aliàs prohibetur. numero 407.

Eccleſia.

Noua Eccleſia ædificari non poteſt ſine interuentione, & aſſenſu Epiſcopi, Abbatis, & Conuentus S. Æmiliani, & cuiuſlibet Parochi, in eorum reſpectiuè territoriis. n. 404. 405. & 406.

Noua Eccleſia ædificari permittitur propter difficultatem accedendi ad antiquam. n. 407.

Propria Eccleſia, & Cœmeterium leproſis permittitur propter contagium vitandum. n. 405.

Alia vide verbo Parochia, *&* Parochus.

Locus Sacer.

Qui non eſt ad diuina celebranda deſtinatus, & benedictus ab Epiſcopo, ſtando in iure communi, non eſt locus ſacer. n. 404.

Miſſa.

Miſſam celebrari non licet in loco non ſacro, niſi ex priuilegio Apoſtolico. n. 404.

Oratoria.

Quæ ſacra ſint, erigi non poſſunt ſine aſſenſu Epiſcopi, Abbatis, & Conuentus S. Æmiliani, & Parochi in ſuis locis. n. 404. 405. & 406.

Oratorium priuatum quilibet habere poteſt in ſua domo. & in eo orare, non tamen Miſſas in eo celebrare. n. 404.

Parochia, Parochus.

Quando intra Parochiam noua ædificatur Eccleſia, antiquæ Parochus præſentat Rectorem pro ſeruitio nouæ. num. 408.

Et in ſubiectionis ſignum aliquid annuatim noua antiquæ præſtare debet. n. 409.

Limitatio

Limitatio territorij vnum eſt ex Parochi iuribus. numero 410.

Alia vide verbo Altare, Capella, & Eccleſia.

Sacrum.

Vt aliquid ſacrum ſit, authoritas Epiſcopi interuenire debet. n.404.

Synodus.

Sexta vniuerſalis Synodus celebrata eſt Conſtantinopoli, anno 680. n.404.

404 QVod in numero octauo huius conſtitutionis, *Prohibemus,&c.* Alexander prohibet IV. prohibitum in iure communi à ſuis prædeceſſoribus non ſemel inuenio. In *can. Quidam, vel* 10. 18. *quæſt.* 2. Concilium Chalcedonenſe ait: *Placuit igitur neminem, aut ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum ſine conſcientia ipſius Ciuitatis Epiſcopi.* In *can. Nemo Eccleſiam, de conſecratione diſt* 1. ex Concilio Aurelianenſi, legitur: *Nemo Eccleſiam ædificet antequam Epiſcopus Ciuitatis veniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium deſignet.* Quæ vtique fieri nequeunt ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi. Hormiſda Papa *in decretis, cap.*10. relatus *in can. Nullus Presbyter, ead. diſt.* prohibet ne vllus Presbyter in Eccleſia conſecrata aliud erigat Altare, niſi quod ab Epiſcopo loci fuerit ſanctificatum, vel permiſſum. Et reddit rationem communem Capellæ, Oratorio, Altari, & Eccleſiæ; *Vt ſit* (inquit) *diſcretio inter ſacrum, & non ſacrum.* In can. *Clericos*, ex ſexta Synodo vniuerſali, celebrata anno 680. Conſtantinopoli, deſumpto, ſic eadem lego diſtinctione: *Clericos, qui miniſtrant in Oratorijs, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu Epiſcopi loci illius hoc facere præcipimus.* Extra etiam *in cap. Ad audientiam, vel* 3. *de Eccleſiis ædificandis*, Alexander III. ædificationem Eccleſiæ Diœceſano Archiepiſcopo mandauit. Et *in cap. Tua nos, vel* 6. *& finali, eod. tit.* ſic Cœleſtinus III. Epiſcopo cuidam Diœceſano reſcribens ait: *Nullatenus prætermittas, quin populo indigenti ſuper Baſilicarum inſtitutione ſtudeas ſalubriter prouidere.* Lezana ſuper Mare Magnum Eremitarum S. Auguſtini, continens ſimilem huic conceſſionem, pro hac iuris prohibitione recenſet aliquos textus, videlicet *canon. Placuit, de conſecratione, diſtinct.* 1. *cap. Ad hæc, de Religioſis domibus, cap. Cùm olim,* §. *Inſuper, vel* 14. *de priuilegiis; authent. de Eccleſiaſticis titulis,* §. *ſi quis autem, col* 9. *& authent. de Monachis, verſic. Illud igitur, collat.*1. Rochum *de iure patronatus, verbo Conſtruxit, num.* 8. Lambertinum *eod. tract. art.* 3. 2. *quæſt. principali,* 1. *p. lib.*1. *à n.*3. Zerolam *in Praxi, part.* 1. *verbo Eccleſia, in princ.* Barboſam *de poteſt. Epiſc. allegat.* 26. *num.* 1. & alios plures. Habemus igitur ex omnibus recenſitis iuribus, & Doctoribus, erectionem Eccleſiæ, ſeu Baſilicæ, Capellæ, Oratorij, & Altaris fieri non poſſe, niſi de aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, vt ſit diſcrimen inter ſacrum, & non ſacrum.

Bene tamen verum eſt, vnicuique licere fidelium in domo ſua Oratorium habere, & ibi orare; non tamen ibi Miſſæ celebrari poterunt. Vtrumque diffiniuit Concilium Aurelianenſe, *c.*3. Ex quo deſumptus eſt canon *Vnicuique, de Conſecratione diſt.*1. Quare autem ibi Miſſæ celebrari non poſſint, ſi petas; dico, quià niſi in loco ſacro, niſi de priuilegio Apoſtolico, celebrare non licet. Locus autem ſacer non eſt, qui non ad diuina celebranda deſtinatus,& benedictus ab Epiſcopo ſolo, ſtando in iure communi, & ſecluſo priuilegio, *canon. Nullus, citat. cap. Ad hæc, vel* 4. *de Religioſis domibus*, vbi gloſſa *in figuratione caſus*, & *verbo Authoritate Pontificis*, D. Antoninus *in ſumma, part.* 3. *tit.* 10. *cap.*5. §. 2. Panormitanus *in cap. Abolenda, num.*4. *vel* 13. *de ſepulturis*, Syluester *verbo Sepultura*, §. 1. Baſſæus *tom.* 1. *verbo eodem, n.* 1. Pax Iordanus *de Re Sacra, tom.* 1. *lib.*5. *tit.* 11. *numer.* 9. Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib.*2. *cap.*9. *num.*5. ego ipſe *tom.*1. *Diſquiſitionum Moral. & Canonicar. tract.* 1. *diſp.* 2. *num.* 12. *& ſeqq.* & *tract.*7. *diſp.*12. *ſect.*4. *num.*5. cum his Doctoribus, & pluribus aliis, quos pro communi recenſui ſententia. Hæc quoad dependentiam, quam ab Epiſcopo Diœceſano Capellæ, & Oratoria habent in fieri ſuo, dicta ſufficiant. Ex quibus fit, Alexandrum noſtrum, quod de iure, in hac parte quoad Epiſcopum decreuiſſe.

Et quod de iure etiam eſt, quoad Parochum, & 405
Parochiam Sancti Æmiliani, decreuerit, colligo *ex cap. Cùm dicat Apoſtolus,* 2. *de Eccleſiis ædificandis*, vbi ſtatuto per Concilium Generale Lateranenſe, quod permittatur leproſis ſub communi congregatis vita, Eccleſiam cum Cæmeterio ſibi conſtituere, ne iuxta Apoſtolicum dictum *vna ouis morbida ſanas oues inficiat*, atque adeò propter communem neceſſitatem contagium vitandi, addit: *Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus Eccleſiis de iure Parochiali nequaquam exiſtant.* Et reddens rationem, immediatè ſubiungit: *Quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare.* Ex cuius quidem ratione euidenter infertur, Parochum, & Parochiam ius habere, & de iure communi, ad hoc vt intra illius limites noua Eccleſia, aut Capella non conſtruatur. Quia quod cuilibet de iure licet, & competit, pro pietate illi concedi non debet. Nec ad alterius redundare poteſt iniuriam, quod quis iure ſuo vtatur. Iuris axioma eſt, quod *qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam.* Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 135. *num.* 8. *ex leg. iniuriarum,* §.1.*ff.de iniuriis, l.*3. § *ytamen, ff.de libero homine exhibendo, l. qui iniuriam,* §. *is qui, ff. de iureiurando, l. iureiurando, l. quod reip. l. iniuriam, ff. de iniuriis, l. fluminum,* § *vlt im. ff. de damno infecto, l. Proculus, ff. eod. l. ſi donaturus,* §. *ſi quis indebitam, Cod. de condictione ob cauſam, l. ſi in meo, ff. de aqua pluuia arcenda, cap. cùm Eccleſia, vel* 31. *de electione*, vbi Innocentius Papa III. dicit: *Quia non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo.* Vbi gloſſa *verbo iniuriam.* Pax Iordanus *vbi proximè, tit.* 12. *num.* 37. Caramuel *in Theolog. Fundamentali, num.* 1101. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella,* 20. *Octobris* 1621. coram Coccino. Plures Doctores pro axiomate cumulat iſto Barboſa *dicto loco, & de poteſtate Epiſcopi allegat.* 28. *num.* 16. Et non paucos allegaui ego ipſe *dicto tom.* 1. *tract.* 2. *diſq.*1. *dub.* 11. *num.*5. & *tract.* 4. *diſquiſit.*3. *numero* 15.

Secundò idem colligo *ex cap. Ad audientiam*, cita- 406
to, in quo Alexander Papa III. intra limites certæ Parochiæ mandat aliam ab Epiſcopo ædificari, ad quam accedere poſſent Parochiani, qui propter magnam diſtantiam, & pluuiæ inundationes accedere non valebant ad Eccleſiam Parochialem; recognoſcens tamen Papa Parochum ius in toto illo territorio habere, ſtatuit, vt ad ipſius præſentationem inſtitueretur Sacerdos, qui nouæ Eccleſiæ deſeruiret; & quod prouideretur, vt competens in ea honor pro facultate loci matrici Eccleſiæ ſeruaretur. Vbi gloſſa plura ad noſtrum dicit intentum: nonnulla recenſere libet, vt illud ampliùs fulciatur.

In

407 In primis, verbo *Magna difficultate*, ſic ait: Hæc eſt iuſta cauſa conſtituendi Eccleſiam in alterius Parochia, *& in eius præiudicium*. Et ita difficultas aliquid permittit, quod aliàs prohibetur.

408 Et verbo *Præſentationem Rectoris*, inquirit: Sed quare præſentatio non ſpectat principaliter ad patronum? Et reſpondet: Poteſt dici, quod ideò ſpectat ad maiorem Eccleſiam, *quia in eius præiudicium fundatur alia in ipſius Parochia; vnde quaſi quadam compenſatione præſentat*.

409 Verbo *honor*, dicit, ſcilicet vt aliquid annuatim, *in ſignum ſubiectionis*, præſtetur.

410 Colligo *tertiò* ex canone *Eccleſias*, el 1. 13. q. 1. ibi: *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus; Parochias, & Cœmeteria eis diuiſimus; & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus; ita videlicet, vt nullus alterius Parochi terminos, aut ius inuadat; ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus.* Ex quo, & ex aliis ſacris Canonibus probaui in quæſtionibus Paſtoralibus, de iure Parochi Eccleſiarum vnitarum, *part. 3. quæſt. 11.* limitationem territorij eſſe vnum de Parochi, & Parochiæ iuribus.

---

§. X.

Eximitur Monaſterium S. Æmiliani à cuiuſcumque exactionibus.

BREVIARIVM.

Cathedraticum.

Cathedraticum ideò ſic dictum, quia pro honore Cathedræ datur, quod etiam Synodaticum dici ſolet, quia in Synodo datur: & eſt exactio, ſeu penſio, aut tributum Epiſcopo debitum, quod exigere poteſt à qualibet Eccleſia ſui Epiſcopatus præterquam à Monaſteriis. n. 413.

Taxa cathedratici duos ſolidos non excedit aureos. num. 413.

Si Eccleſia pleno iure liberatur, adhuc non remittitur cathedraticum, niſi exprimatur. n. 413.

Dictiones variæ.

Explicantur multæ dictiones ad Tributum ſpectantes; videlicet Angaria, Perangaria, Cenſus, Collecta, Datium, Pedatium, Exactio, Exactor, Exigere, Gabella, Guidagium, Pedagium, Impoſitio, Munus, Penſio, Præſtantia, Procuratio, Talea, Teloneum, Tributum, Vectigal. n. 411. & 412.

Synodaticum aliàs cathedraticum. n. 413.

Subſidium charitatiuum. n. 414.

Dictio ſubiaceo, *tam in præterito, quàm in futuro latam ſententiam importat.* n. 420.

Dictio iubeo, *præceptum importat.* ibid.

Excommunicatio.

Qualibet perſona Eccleſiaſtica, aut ſecularis, indebitas exactiones faciens, noſtris Cœnobiis, eiuſque perſonis, & locis, ipſo facto excommunicata exiſtit. num. 419.

Excommunicantur exactores quorumcumque Eccleſiaſticorum, ſecularium, & Regularium, illorumque fautores n. 420. & 421.

Exemptio.

Monaſteria exempta ſunt à lege Diœceſana. numero 415.

Limita, niſi habeant Eccleſias, quæ ante dictæ legi ſubiectæ fuerint, & non habeant Apoſtolicum priuilegium ſicut nos habemus. n. 416.

Ampliſſima exemptio ab omni exactione, quâ noſtra gaudet Congregatio, recenſetur à S. Rota canonizata. num. 417.

Reuocata exiſtit iſta exemptio quoad ſubſidium belli contra Infideles, & non quoad charitatiuum. numero 418.

Interdictum.

Subiacent interdicto Vniuerſitates Ciuitatis, & loci violantes conſtitutionem Alexandri IV. in cap. 1. de immunitat. in 6. *n.* 420.

Priuilegia.

Caſſinenſium priuilegia fuerunt noſtræ Valliſoletanæ Congregationi ampliſſimè communicata, & illorum communicatio à Rota canonizata. n. 417.

Procuratio.

Procuratio, id eſt refectio, ſeu ſuſtentatio, quæ debetur Ordinariis ratione viſitationis, & Legatis Apoſtolicis iure delegationis, debetur à Monaſteriis iure communi attento, ſi ſubiecta ſint. n. 411.

Subſidium.

Epiſcopi poſſunt ob iuſtas cauſas ſubſidium exigere charitatiuum. n. 414.

Monaſteria illud ſoluere non tenentur. num. 415. & 418.

Subſidium eſt de lege diœceſana, non de lege iuriſdictionis. n. 415.

Ad ſubſidium belli contra Infideles tenentur exempti, paucis exceptis. n. 418.

411 *AD hæc, nouas.* Nota pro intelligentia huius exemptionis, quod *exactio*, idem importat, quod *onus, tributum: & exactor*, cum ſignificat, qui ea petit. Ita Lezana *tom. 3. ad Mare Magnum Prædicatorum*, §. 35. *num.* 102. & *ad Mare Magnum Carmelitarum*, §. 46. *num.* 304. ait, exactionum nomine generaliter venire omnia illa onera, quæ exiguntur, vt ſunt *Gabella, Tributum, Pedagium, Guidagium*, & ſimilia. Idem ad Mare Magnum Eremitarum Sancti Auguſtini, §. 34. nomen *datij*, ait importare idem quod *datio*, ſeu *donatio*. Nomen *Pedatij*, vel *Pedagij*, ait, eſt quod datur pro aptandis viis, ſeu pontibus, per quos inceditur. *Gabella* autem, dicit, eſt tributum publicum à Principe in communem vtilitatem exactum. Et ad Mare Magnum Dominicanorum, *dict. num.* 102. nomen *Procuratio*, ait importare ſuſtentationes, ſeu expenſas, quæ Ordinariis debentur ratione viſitationis, vel legationis. Idem ait gloſſa *in cap. Conquerente, verb. Facultatibus*, 16. *de offic. Ordinarij*. Peyrinus mox citandus, *numero* 86. & Barboſa *de poteſtat. Epiſcopi, allegat.* 130. *numero* 1. & 2. *pag. mihi* 450. Frequentiùs tamen, & paſſim apud Pontifices (inquit) *Procuratio* dicitur ſuſtentatio, vel refectio illa, quæ ordinariis ratione viſitationis, vel Legatis Apoſtolicis iure legationis debetur. Tenentur de iure communi ad Procurationem, etiam Monaſteria ſubiecta, *ex capite primo, & fin. de cenſibus*, Peyrinus, & Lezana.

412 Peyrinus *de priuilegiis, tomo primo, ad conſtitutionem* 2. *Iulij II.* §. 33. *num.* 136. dicit quod vocabula *Tributum, Vectigal, Gabella, Teloneum*, loquendo de illis ingenere, important publicam exactionem Principibus, ſiue communitatibus debitam. Cui accinit Paſſeratius verbo *Exigo*, dicens: Eſt præterea *exigo*, rem aliquam iure mihi debitam peto. In ſpecie autem, addit Peyrinus, vnumquodque habet ſuam peculiarem differentiam. Quia *Vectigal* eſt

eſt pretium, quod pro rebus vectis ſoluitur, & eſt idem quod *Guidagium*, quod nihil aliud eſt, quàm id, quod datur pro ducatu per terram alicuius, vt ſecuriùs vadant. Et hoc idem dicitur etiam Telonеum, quod à Græco deductum verbo, eſt idem quod *Vectigal*, *Guidagium*, *Gabella*, vel *Doana*. *Penſio* eſt pretium vſus rei locabilis, quæ ſi priuatæ ſoluatur perſonæ, dicitur *priuata*; ſi Principi, vel Communitati, dicitur *publica*. *Cenſus* eſt quædam penſio, quæ de prouentibus ſoluitur. *Tributum* eſt cenſus, qui datur de proprio ſolo Principi, vel Communitati. *Penſio* igitur, *cenſus*, & *tributum*, quando ſunt publica, idem ſunt. *Talea* verò, *Praſtantia*, *Impoſitio*, *Collecta*, idem etiam ſunt, & quodlibet horum eſt ſumma, quam Princeps vel Communitas exigit proportionaliter ad totam cuiuſcumque ſubſtantiam. *Angaria* autem, & *Perangaria*, eſt iniuſta compulſio, ſiue coactio ad aliquid ſoluendum, vel faciendum. Seu *Angaria* eſt obſequium perſonale, *Perangaria* eſt obſequium perſonale, & reale, propriis ſcilicet ſumptibus præſtitum. *Munus* aliquando ſumitur pro *dono*, aliquando pro *officio*, vel *honore*, aliquando verò pro eo, quod neceſſariò ſubimus lege, vel imperio. Ita Peyrinus ex Syluestro *verb. Gabella*, 1. *per totum*, & Rodetiquez *tom*. 2. *qq. Regular. q*. 65. *art*. 1. Tambutinus *tom*. 1. *diſp*. 15. *q*. 21. *n*. 3.

413 Nomen *Cathedraticum*, quod & *Synodaticum* dici ſolet, quia in Synodo datur, vti dicunt *in cap. Olim, de cenſibus*, gloſſa *in cap. conquerente, verb. Duos ſolidos*. el 16. *de officio iudic. ordinary*, & Barboſa *de poteſt. Episc. allegat*. 86. §. 3. *n*. 40. poſt Hoſtienſem *in dict. cap. Conquerente*, *n*. 12. & Belletum *Diſquiſit. Cleric. part*. 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 15. *n*. 7. *verſ. Appellatur*; eſt exactio, ſeu penſio quædam, ſeu tributum Epiſcopo debitum, quod exigere poteſt à qualibet Eccleſia ſui Epiſcopatus, præterquam à Monaſteriis. Eadem gloſſa & Barboſa *n*. 44. *in fine*, & *in dict. cap. Conquerente*, *n*. 7. Lezana *ad Mare Magnum S. Auguſtini*, §. 14. *n*. 107. Quod decreuit Concilium Toletanum IV. relatum *in can. Inter catera*, 10. *quaſt*. 3. ibi: *Monaſteriorum tamen Baſilicis ab hac ſolutionis expenſione ſeiunctis*. Hæc cathedratici exactio, *Cathedraticum* dicitur, quia pro honore Cathedræ datur. Gloſſa *in dict. cap. Conquerente, verb. Duos ſolidos*, Barboſa *allegat. cit. n*. 44. quò loci ait in totum præſcribi non poſſe, bene tamen in parte, iuxta Abbatem *in cap. Paſtoralis*, 7. *de donationibus*, & Henric. Bottam *de Synodo Epiſcopi*, *part*. 2. *n*. 90. Et addit, quod ſi iure pleno liberaretur Eccleſia, adhuc non cenſeretur remiſſum cathedraticum, niſi expreſsè ponatur: quod priùs dixerat gloſſa *in dict. cap. Paſtoralis, verb. Cathedraticum*, & habetur in textu expreſſum. Taxa cathedratici ad ſummum duos tantùm ſolidos continet. Ita Concilium Bracharenſe, relatum, & innouatum in Toletano IV. *in dict. can. Inter catera*. Ita & Honorius Papa III. *in dict. cap. Conquerente*, vbi Abbas *n*. 6. ex gloſſa 10. *q*. 3. *cap*. 1. ait iſtos ſolidos debere eſſe aureos: & addit antiquitus 72. ſolidos feciſſe vnam libram auri, *l. Quotieſcumque*, *Cod. de ſuſceptoribus*, *& prapoſitis*, *& arcariis*, *lib*. 10. Concludit tamen obſeruandam eſſe conſuetudinem; quod etiam ait Barboſa, tam quoad valorem ſolidi, quàm quoad Eccleſias, *in idem cap. Conquerente*, *num. etiam* 6 & *allegat*. 86. *num*. 44. cum Praxi Epiſcop. *verb. Ius Cathedraticum*, §. 2. Riccio *reſol*. 181. *num*. 1. *in fine*, & Surdo *conſ*. 454. *num*. 12.

414 *Subſidij* nomen, generaliter loquendo, importat idem quod auxilium alicui conceſſum, maximè quando propria illi deficiunt; ſicut *ſubſidiaria actio* datur, quando deficit propria, vt §. *fin. Inſtitut. ad legem Aquiliam*, & *in* §. *fin. Inſtitut. de interdictis*. Nomen autem *charitatiui ſubſidij*, ſignificat quoddam ſubſidium, quod Epiſcopis datur quando proprij redditus non ſufficiunt pro oneribus incumbentibus, vel alia iuſta, & rationabili cauſa interueniente. Ita Lezana *ad Mare Magnum Pradicatorum*, §. 35. *num*. 102. & *ad Mare Magnum Eremitarum Sancti Auguſtini*, §. 34. *numero* 107. ex Menochio *de arbitrariis*, *lib*. 2. *caſu* 178. Azorio *Inſtitut. Moral. part*. 2. *lib*. 9. *cap*. 14. Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat*. 87. *num*. 1. *& ſeqq*. cum pluribus, quos recenſet Laurentius de Peytinis *de priuilegiis*, *ad dict. conſtit*. 2. *Iulij II*. §. 28. *num*. 86. vbi ex Menochio *vbi proximè*, & ex Azorio *lib*. 3. *cap*. 31. *q*. 1. recenſet cauſas, ob quas poſſit hoc exigere charitatiuum ſubſidium: & relinquendam illius taxam arbitrio Iudicis, conſiderantis loci qualitatem, annuos redditus, expenſas ab Epiſcopo faciendas, & cætera ſimilia, ait ex Menochio *caſu* 179. Plura notatu digniſſima docet Barboſa in tota illa allegatione, ex quibus recenſere libet quæ *numero* 45. tradit, quia pro noſtro non parum faciunt inſtituto.

Monaſteria (inquit) non tenentur præſtare 415
Epiſcopo charitatiuum ſubſidium. Ita Ioannes Andreas, Butrius, Imola, *in cap. dilectus*, *de officio ordinarij*. Innocentius *in cap*. 1. *de ſtatu Monachorum*. Abbas *conſil*. 26. *num*. 4. *&* 5. *part*. 2. Hoſtienſis *in ſumma illius tituli*, & *titul. de cenſibus*, §. *ex quibus cauſis*, *verſicul. Item Epiſcopus exigit*. Bellenеinus *q*. 29 Remigius de Gonny *eodem tractat*. *q*. 21. Fr. Emmanuel *qq. Regular. tom*. 2. *q*. 66. *art*. 1. *&* 2. Azorius *dict. q*. 6. (ſcilicet *p*. 2. *lib*. 9. *cap*. 14.) *verſ. Item non poteſt*, quicquid dicant Alexander de Næuo *conſ*. 58. *num*. 8. *&* 9. Boërius *deciſ*. 135. *num*. 4. & alij, quos refert, & ſequitur Belletus *dict*. §. 12. *num*. 8. (ſcilicet *Diſquiſit. Clericalium part*. 1. *tit. de Clerico debitore*.) Ratio eſt, quia exactio charitatiui ſubſidij eſt de lege Diœceſana, & non iuriſdictionis, Bellenein. *q*. 28. Cochier *de iuriſdict. ordinarij in exemptos*, *p*. 1. *q*. 25. *num*. 8. A qua lege Diœceſana Monaſteria ſunt exempta, vt probant textus *in cap. Ne pro cuiuſlibet* 16. *q*. 1. & *in cap*. 1. *de ſtatu Monachorum*.

Non obſtat Clementina 1. *&* 2. *de cenſibus*, 416
vbi dicitur, Religioſos debere ſoluere iura Epiſcopalia, & ſubire onera, niſi ſe tueri poſſint ſpeciali priuilegio Papæ, & conſuetudine. Quia reſpondetur ibi ſermonem eſſe de Monaſteriis habentibus Eccleſias ſæculares ſibi ſubiectas, quæ Eccleſiæ antequam Monaſterio ſubiicerentur, ſoluere conſueuerant Epiſcopo tale ſubſidium charitatis, & alia iura Epiſcopalia; ac proinde cenſentur vnitæ Monaſterio cum ſuo onere, cum quo tranſit res, *cap. Paſtoralis*, *de decimis*, *cap. Quia Monaſterium*, *de Religioſis domibus*. Ita Azorius *vbi proximè*, & Cochier *dict. numero nono*, *verſicul. Limita primò*, vbi *verſicul. Limita ſecundò*, dicit, quod ſi Monaſterium habeat populum, ratione illius tenebitur ad omnia quæ ſunt legis Diœceſanæ, & per conſequens ad charitatiuum ſubſidium.

Hucuſque Auguſtinus Barboſa, ex quo, & 417
ex ab eo allatis, conuincitur, Monaſteria iure communi eſſe exempta; immò & Eccleſias ſibi ſubiectas, ſi habeant ſpeciale Papæ priuilegium, quale, &

qualia

Digitized by Google

qualia noſtra habet congregatio, ab Eugenio IV. conceſſa, 7. Kalendas Martij 1434. incipiunt, *Etſi ex debito, el 6. & 7.* Bullarij eiuſdem Congregationis, & ampliſſimè communicata per Iulium II. Bulla I. & per Leonem X. & Clementem VII. Bulla 83. eiuſdem Bullarij. Quæ communicatio idem operatur, ac ſi noſtræ Congregationi fuiſſet in ſpecie talis exemptio conceſſa. Ita in terminis dictæ Eugenianæ Rota *in Bononienſi exemptionis, 25. May 1618. coram Veroſpio* cum Oldrado *conſ. 300. n. 8. Et in facto, verſ. Præſertim.* Bertrando *conſ. 149. illud eſt generale, n. 2. lib. 1. in antiquis* Pariſio *conſ. 22. n. 5 lib. 4.* & Doctoribus communiter *in l 1. ff. de legatis 1.* vbi Ioan. Crot. *n. 13. verſ. vltima concluſio,* Iacob. de Nigris *n. 5. & 6. in fine.* Roman. *conſ. 382. poſt num. 1.* Nat. *conſ. 432. n. 9. & 15. lib. 1.* Creſcent. *deciſ. 9 n. 5. verſ. Secundò quia de priuilegiis,* & Rota *deciſ. 8. n. 5. part. 2 diuerſorum.*

Stantibus præſertim clauſulis ampliſſimis in eadem communicatione appoſitis (verba ſunt Veroſpij) Aymon *conſ. 294 n. 1.* Rolandus *conſ. 60. n. 2 & ſeq.* Ioannes Crot. *vbi ſuprà, n. 13* Iacobus de Nigris *ibid. n. 15* Vnde communicatio fuit in Rota canonizata, videlicet *in Burgenſi iuriſdictionis Sancti Ioannis, 20. Decembris 1596. coram Orano, & in Burgenſi procurationum, 9. Martij 1598. coram eodem.*

Nec poteſt controuerti, priuilegium huiuſmodi eſſe ampliſſimum, vti conceptum per verba ampliatiua, & generaliſſima, nimirum *ab omnibus gabellis, taleis, datiis, collectis, impoſitionibus, & oneribus, etiam ad pontium refectionem, & viarum reparationem, aut ab alio quocumque grauamine, quovis nomine cenſeatur.* Quæ verba ſunt apta pleniſſimam exemptionem quoad onerum, collectarum, & impoſitionum ſpecies importare. Ioannes Andreas *in cap. Epiſcoporum, ſub n. 7.* vbi Geminianus, & Archidiaconus *de priuilegiis in 6.*

Nec valet dicere, communicationem ſuffragari non poſſe, tanquam expreſsè non facta mentione de exemptionibus ab oneribus realibus Nam ſatis fuit generalis mentio, cùm ſimus in materia fauorabili. Pariſius *conſ. 2. num 5 & ſeq. lib. 4* Decius *conſ. 113. n 4 & 5.* cum aliis ſuprà allegatis. Tantò magis, quia fuerunt appoſitæ clauſulæ: *In omnibus, & per omnia, &c. & abſque vlla prorſus differentia &c.* Ripa *in l. 1. n. 1. de legatis 1.* & ibi ſcribentes. Rota *deciſ. 8. n 5. part. 2. diuerſor.* Creſcent. *deciſ. 9. num. 5. de priuilegiis.*

Hæc omnia Rota coram Veroſpio, cuius deciſionis exemplaria habentur apud Aſcanium Tamburin. *tom 4. de iure Abbatiſſarum, la 31. fol mihi 46.* poſt dictum tractatum, & apud Lezanam *tom. 3. ad Mare Magnum Eremitarum S. Auguſtini, §. 24. num. 18.* Et aduerto, deciſionem Orani in ea allegatam, de anno 1596. datam fuiſſe ad fauorem Cœnobij S. Ioannis Burgenſis, vnius ex noſtræ vnitis Congregationi Hiſpaniæ, aliàs S. Benedicti Valliſoleti; & eſt 43. apud eundem Tamburinum *tom. 3. de iure Abbatum* poſt alias duas in eadem cauſa, coram eodem: ſed in nulla illarum de communicatione præfata vlla fuit mentio. Vnde colligo, ſub eodem die 20. Decembris 1596. aliam prodiiſſe deciſionem, in qua de illa communicatione fuerit actum

418 Dictis tamen non obſtantibus adnotare libuit, in Regnis Hiſpaniarum debere Religioſos, ſuis priuilegiis non obſtantibus, ſubſidium ſoluere, propter reuocationem illorum, factam per Pium Papam V. & Gregorium XIII. vti refert ex Emmanuel Roderiquez *in addit. ad ſummam, tom. 4. c. 142. n. 4.* Portellio *in dubiis Regular. verb. Tributum, n. 3.* ex Scholiaſte Maris Magni Carmelitarum, §. 46. & ex Hieronymo Roderiquez *in compendio qq. Regular. reſol. 63. n. 33. & reſol. 137. n. 2.* Ioannes Baptiſta Lezana *in dictum Mare Magnum, §. 46. n. 105.* Iſte Author de ſubſidio loquitur charitatiuo, de quo ſuprà egimus; ego tamen credo dictam priuilegiorum reuocationem Pium, & Gregorium præfatos non feciſſe reſpectu iſtius charitatiui ſubſidij, ſed illius reſpectu, qui Regi noſtro Catholico à toto ſtatu Eccleſiaſtico ſoluitur pro expeditione belli contra Infideles. Et ita ſentit idem Lezana *ad Mare Magnum Minorum, circa §. 43. n. 120.* vbi ita fatur. Specialiter tamen pro Regnis Hiſpaniæ nota, ex conceſſione Summorum Pontificum, præſertim Pij V. & Gregorij XIII. impoſitum eſſe quoddam ſubſidium pro expeditione belli contra Infideles ſuper bona Eccleſiaſtica, etiam Regularium, cum derogatione quorumcumque priuilegiorum, ac proinde ad ipſius ſolutionem teneri, non obſtante hoc, & aliis priuilegiis. Hæc ibi Lezana.

Poſt hæc ſcripta inueni in Emmanuele Roderiquez *tom. 2. qq Regular. q. 74 art. 1.* Bullam ad quinquennium Philippo II. conceſſam, & deinde Sedis Apoſtolicæ arbitrio vſque ad aliud quinquennium, ſi ita expedire videbitur, prorogandam; per quam conceſſit Pius V. vt ſingulis annis omnes Eccleſiaſtici Hiſpaniæ, exceptis Cardinalibus & Militibus Hieroſolymitanis, contribuerent ad ſolutionem trecentorum millium ducatorum auri, pro claſſe quinquaginta triremium contra Infideles armanda, & ſuſtentanda. In qua ampliſſimè reuocat Pius V. omnia, & quæcumque priuilegia, etiam in vim contractus conceſſa Caſſinenſibus, aliàs S. Iuſtinæ, Ciſtercienſibus, Cluniacenſibus, Benedictinis, &c. Ex cuius Bullæ inſpectione certò didici, quod credebam, Pium V. non reuocaſſe exemptionem à ſolutione ſubſidij charitatiui.

Denique noto, Eccleſiaſticas quaſlibet, & ſeculares perſonas, indebitas exactiones facientes noſtris 419
Cœnobiis aliiſque locis Congregationis, & eius perſonis, excommunicationi maiori latæ ſententiæ ſubiacere, ita decernente Eugenio Papa IV. in vna, & altera ſua Conſtitutione, *Etſi ex debito,* 7. Kalendas Martij, de anno 1434. edita, *la 6. & 7.* Bullarij noſtri. Et ſæculares etiam huiuſmodi, eiuſdem cenſuræ mucrone eſſe aliàs ſæpè transfixos, docet Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 2. part. 3. verb. Gabella, n. 4. & 23.* & *tom. 3. ſuper Mare Magnum Carmelitarum, §. 46. n. 304.* Aſcanius Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum diſp. 15. queſ. 21. n. 3. & 4.* vbi recenſet Eugenianum excommunicationem.

Contra exactores Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & Regularium in communi, adſunt plures conſtitutiones in iure, ſub excommunicatione exactiones prohibentes, *cap. Non minus, el 4 de immunitate Eccleſiarum.* Eſt latæ ſententiæ, ibi: *Si autem... iſta commiſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere.* Hoc enim importat verbum *Subiaceo*, ſiue in præterito, ſiue in futuro. Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict. 368.* ex gloſſa *in cap. Si quis ſuadente, verb. Subiaceat, 17. q. 4.* & *in cap. Clericus, in fine, ne Clerici, vel Monachi,* & *in hoc cap. Non minus, verb. Commoniti, in cap. Excommunicationi, verb. Subiacere, de raptoribus,* & *in cap. Indemnitatibus, §. poſtremò, de electione in 6.* ex Sayro *in Claui Regia, libro tertio, capite octauo, num. 21. verſicul. Fallit autem,* Suarez *de legibus, lib. 5.*

cap.6. ſub num.25. & aliis. Et aduerte, quod ligat etiam fautores: *in cap. Aduerſus, el 7. de immunitate.* Similem excommunicationem tulit Innocentius III. in Concilio Generali Lateranenſi 412. Epiſcoporum, anno 1215. ibi: *Tranſgreſſores, & fautores eorum, excommunicationi ſubiacere præcipit, donec ſatisfactionem impenderint competentem*, vbi gloſſa *verb. Excommunicationi*, ait: Scilicet poſt admonitionem. Bonifacius VIII. *in cap. Quamquam, el 4. de cenſibus, in 6.* ſententias excommunicationis, & interdicti ipſo facto incurrendas pronunciauit: primam contra perſonas particulares, ſeu ſingulares; & ſecundam contra vniuerſitates ciuitatis, & loci violantes conſtitutionem noſtri Alexandri IV. *in cap. Quia nonnulli, el 1. de immunitate Eccleſiarum, eodem lib.6.* & addit Bonifacius: *Nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter.* In *capite* denique *Præſenti*, Clementinæ *de cenſibus, el 3.* Diœceſanis iniungitur ſub præcepto, vt *excommunicationis, & interdicti ſententias à iure prolatas* (contra præfatos exactores) *poſtquam de his ipſis conſtiterit, omninò publicent, vel à ſuis ſubditis tamdiu faciant publicari, donec illi ſic exacta reſtituerint, & de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint competenter.* Dixi *ſub præcepto*; quia ſic exponit gloſſa verbum *Iubemus*, dicens, *iubemus*: ergo obligat ex præcepto.

421 Præter dictas cenſuras in iure inſertas, adſunt aliæ in conſtitutionibus Apoſtolicis extrauagantibus, ad Religionum fauorem emanatæ, quarum aliquas recenſet Tamborinus *tom.1. de iure Abbat. diſp. 15. q. 4. ſ. 2.* quibus gaudere aſſerit alias Religiones communicantes in priuilegiis.

Pro coronide huius paragraphi operæpretium duxi iura Epiſcopalia recenſere, quorum ſcientia maximè deſeruit pro dictorum, & pro exemptione in hoc, & aliis priuilegiis contenta, legitima, & vera intelligentia.

§. XI.

Conceditur ſepulturæ libertas S. Æmiliani Cœnobio.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Libera ſepultura, *quid importet.* n.422.
Salua iuſtitia Eccleſiarum, *quartam funeralem Parocho debitam præſeruat.* n.424.

Concilium Tridentinum.

Quando fuerit confirmatum à Sede Apoſtolica. numero 436.
Nouum conſtituit ius commune. n.437.

Dictio.

Liberè, *idem importat, ac ſine licentia, impedimento, aut contradictione alicuius.* n.422.
Niſi, *talis eſt natura, vt includat exceptionem ab omni alio ſub illa non expreſſo; & firmat regulam in contrarium* n.423.

Petrus ab Angelis.

Eius doctrina pro Concilij Tridentini intelligentia commendatur. n.436. & ſeqq.

Pius V.

In quibus eius conſtitutio Etſi Mendicantium, *reducta ſit ad terminos iuris communis per Greg. XIII. & in quibus non.* n.435.

Pollutio loci ſacri.

Non polluitur locus ſacer per humationem excommunicati, interdicti, aut hæretici, non denunciati, aut notorij Clerici percuſſoris. n.423.

Priuilegia.

Conceſſa ante Tridentinum, & ab eo expreſsè non reuocata, ab eo exiſtunt confirmata, & in corpore iuris inſerta. n.437.
Vt iſta reuocata cenſeantur, ea requiruntur, quæ ad reuocationem decreti eiuſdem Concilij. n.347.

Quarta funeralis.

Reſtricta eſt ad quartam partem ceræ, vini, panis, tritici, & aliorum huiuſmodi, quæ cum cadauere deferuntur. num.425.
Ab illius ſolutione liberum eſt S. Æmiliani Cœnobium, & omnia alia noſtra Congregationis, & aliorum Ordinum. n.426.
Plura recenſentur priuilegia à quarta ſolutione eximentia à n.426. ad 432.
Nullum illorum conceſſum ante annum 1523. reuocauit Concilium Tridentinum, immo illud confirmauit. n.433. & ſeqq.

Sepultura.

Sepultura libera, quanam dicatur. n.422.
Sub excommunicationis pœna prohibentur more Eccleſiæ ſepeliri notorij Clerici percuſſores, excommunicati, & interdicti, denunciati, & vſurarij notorij. num.423.

Circa hanc conceſſionem aduota cum Peyrino *de priuilegiis tom.1. ad conſtitutionem 2. Iulij II.* 422
§.21. n.55. quod illud, *Libera ſepultura*, dicit, quod à nemine impediri poſſit; & quod non poſſint cogi Regulares, qui liberam habent ſepulturam, ad deferendum priùs cadauer defuncti ad Eccleſiam Parochialem, quàm ad propriam. Et remittit Lectorem ad Caſarubium *in compendio, verb. Sepultura, §. 10.* Idem docet Tamburinus *tom.1. de iure Abbat. diſp.15. q.17. n. 21.* Quod à nullo impediri queat, ex vi dictionis *libera*, bene probatur. *Liberè* enim dictio, idem importat, quod abſque alicuius impedimento, contradictione, vel obſtaculo. Ita ex Archidiacono Ioannes Andreas *in cap. cùm Epiſcopus, in addit. ad gloſſam ult. el 7. de officio Ordinarij, lib.6.* gloſſ. *in Clement. Dudum, verb. Liberè, la 2 de ſepulturis*, dicens: Liberè denotat, quod non eſt neceſſe licentiam Sacerdotis Parochialis habere. Barboſa *tract. de dictionib. dict. 190. n.3* cum Alexandro *conſ.214. n.4. vol.6.* Curtio Iuniore *conſ 2. n.3.* Decio *conſ.360.* & aliis quamplurimis. Idem Peyrinus *ad conſtitutionem 21. Leonis X. §.10.* in eadem perſiſtit clauſulæ interpretatione.

Aduertendum eſt, excludi ab iſta conceſſione 423
excommunicatos, & interdictos, ac vſurarios publicos, quòd poſteà Clemens Papa V. in Concilio Viennenſi, anno 1312. ſub excommunicationis pœna prohibuit illos in Eccleſia ſepeliri, vt apparet *ex Clement. Eos qui, la 1. de ſepulturis.* Sed ita videtur illos excludere, vt illos includat in facultate, ſi publici non ſint. Dictio enim, *niſi*, ab Alexandro appoſita, talis eſt naturæ, vt inducat exceptionem ab omni alio ſub illa non expreſſo, ac proinde firmat regulam in contrarium. Hodie tamen in omni caſu certum eſt, non eſſe prohibitum ſepelire in quolibet loco ſacro, aliàs habili, excommunicatos, & interdictos non denunciatos nominatim, quamvis notoriè tales ſint, niſi ſolùm notorios Clerici, aut Monachi percuſſores, ſic concedente Concilio Conſtantienſi

ſub

ſub Martino V. in extrauagante *Inſuper ad euitandum*, quam tranſcripſi §. 8. *in fine*. Et ratio eſt, quia huiuſmodi excommunicati, & interdicti non denunciati, ſunt ab Eccleſia tolerati; & ſicut illis poſſumus communicare viuis in receptione, & in adminiſtratione ſacrorum, & in aliis quibuſcumque diuinis, in vim dictæ extrauagantis, ita illis poſſumus mortuis communicare, ita decernente Innocentio Papa III. *in cap. ex parte*, el 12. *de ſepulturis*. Ex qua quidem ratione reſolui cum pluribus grauiſſimis Doctoribus, *tom. 1. diſquiſit. Moral. & Canonicar. tract. 2. diſq. 4. dub. 1.* per humationem cadaueris excommunicati, non declarati, aut denunciati, aut notorij Clerici percuſſoris, non cenſeri pollutum locum ſacrum. Et idem reſolui *dub* 3. reſpectu humationis hæretici publici, & notorij, qui tamen non fuerit denunciatus excommunicatus: quod priùs docuerat Nauarrus *libro 5. conſiliorum, tit. de Hæreticis, conſ* 10. *num.* 4. Naldus *verbo Eccleſia, num.* 29. Gordonus *in Theologia Morali, tom. 2. lib. 6. q. 9. num.* 15. Delbene *de immunitate, part. 1. cap. 2. dub. 2. ſect. 5. num. 2.* & *ſect. 6. num. 1.* Pellizzarius *tom. 2. Manualis, tract. 8. cap. 5. num. 72.* cum Lugo Card. Iordanus *tom. 1. lib. 5. tit. 12. num.* 127 cum Sayro *de cenſuris, lib. 5. cap. 16. num. 2.* & Vgolino *de officio Epiſcopi, cap.* 29 §. 4 Et quod dixi de humatione excommunicati non denunciati, dicendum eſt de interdicti non denunciati ſepelitione, cùm eadem ſaltem ſit ratio, & eadem Conſtantienſis Concilij diſpoſitio de interdicto, ac excommunicato.

424 Clauſula illa: *Salua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur*; importat præſeruationem eorum, quæ de iuſtitia debentur Eccleſiis Parochialibus defunctorum; nihil enim eis de nouo tribuit, ſed ſolùm præſeruat, ne amittant alias debitum, iuxta tradita à Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſ.* 139 *num.* 3. cum Crauetta *conſ* 35. *num.* 17. & *conſ.* 70. *num.* 6. Caſſadoro *deciſ. 2. num. 2. de reſcript.* Martha *de Clauſulis, part. 1. clauſ.* 150. *num.* 1. Amic. *de iure emphyteutico, q.* 34. *num.* 1. & Rota *in vna Gerundenſi vini*, 3. *Martij* 1600 *coram Pena*. Idem tenuit coram Coccino *in Vrbeuetana fideicommiſſi*, 15. *Decembris* 1608. *la* 416. *inter eius impreſſas, num.* 8. *fol mihi* 579. cum Oldrado *conſil.* 257. *in fine, verſic. tertio quia*, & Angelo Aretino *conſ.* 101. *num.* 23. *& ſeqq.* & *num.* 28. conſonat Lezana *tom. 4. conſilio* 40. *numero* 11.

Et in ſpecie importat quartam funeralem Parocho debitam. Ita Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 15. quæſ. 17. num.* 11. Lezana *tom. 3. ad Mare Magnum Prædicatorum, §. 37. per totum*, qui recenſitâ ad amuſſim, prout à nobis, clauſolâ ait, per eam denotari, non cenſeri Pontifices velle concedere exemptionem à ſolutione quartæ funeralium, cùm aliàs non eſſet ſalua iuſtitia Eccleſiæ Parochialis. Et §. 45. *numero* 133. ait ſic: Vlteriùs etiam nota, per *iuſtitiam Eccleſiarum*, de qua agitur in his priuilegiis, denotari quartam funeralem. Ego ipſe *in Diſquiſit. Moralib. & Canonic. tom 1. tit. 9 ſect. 2. §. 22. num. 2.* Eſtque expreſsè deciſum à Rota *in Valliſoletana funeralis, Veneris 19 Aprilis, de anno 1606. coram Iuſto*, cuius deciſio habetur ad longum tranſcripta apud dictum Tamburinum, ad calcem tomi 3. in qua ſic [illegible] lego. Priuilegium verò Gregorij XI. habet in corpore clauſulam, *Saluâ iuſtitiâ [illegible] Parochialium*; quod idem eſt in priuilegio Martini V. & Sixti V. quibus confirmatur priuilegium Gregorij, & alia priuilegia. Cùm igitur iuſtititia Parochialis Eccleſiæ tunc ſalua ſit, quando ſoluitur quarta canonica Parochiali Eccleſiæ, ſi Parochianus defunctus alibi ſepeliatur, *cap. Certificari*, & ibi Doctores, *de ſepulturis*, Rota coram Ptolomæo *in cauſa Burgenſi priuilegiorum, de menſe Maij* 1541. certum eſt, quod iſta priuilegia non obſtant ex illa clauſula ſalutari. Decianus *conſ.* 10. *num.* 26. & 27. vbi plures allegat, Aym. *conſ.* 8. *ſub num.* 8. Caſſadorus *deciſ. 2. de reformat.* Hactenus Rota coram Iuſto.

Plura de præſenti materia dixi *in dicto* §. 22. 425
ex quibus duo hic recenſere libet. Vnum, quod iſta iuſtitia Eccleſiarum, ſeu quarta funeralis, reſtricta eſt à Pio Papa V. *in conſtitutione, Etſi Mendicantium Ordines*. & in alia, *Cùm intra mentes noſtras*, pro noſtra Congregatione Valliſoletana tantùm ad quartam partem ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contingit, tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, vt vinum, panis, & triticum, & alia huiuſmodi; non autem Miſſarum, legatorum, aut aliorum quorumlibet relictorum, aut donatorum Eccleſiis, in quibus extra Parochialem tumulantur. Quæ vtique reſtrictio, & limitatio canonizata eſt à S. Rota *in vna Elnenſi iurium Parochialium*, 6. Iunij 1631. *coram Illuſtriſſimo Ioanne Queipo*: cuius deciſio exſcribitur à Lezana *ad dictum Mare Magnum Prædicatorum*, §. 45. *num.* 131. de quibus Tamburinus *tom. 1. diſputatione 15. quæſtione 17. num. 1. & ſequentibus ſex.*

Aliud eſt, Cœnobium S. Æmiliani, & omnia 426
alia noſtræ dictæ Congregationis, libera eſſe, & exempta à prædictæ quartæ funeralis ſolutione, in vim Conſtitutionis Eugenij IV. *Ad Eccleſiarum, la 11 Bullarij eiuſdem Congregationis*, in fauorem Caſſinenſis editæ 5. nonas Iulij 1436. cuius meminit Tamburinus *dicto q.* 17. *num.* 8. Lezana *tom. 2. verbo quarta funeralis, num.* 3. & in vim plurium aliorum diplomatum, quibus gaudet, ſicut aliæ communiter, & inplurimùm Congregationes, & Religiones communicantes in priuilegiis. Nonnulla hanc exemptionem concedentia referam.

Idem Eugenius eandem exemptionem conceſſit 427
Congregationi noſtrorum Cœleſtinorum, 5. kalendas Nouembris 1434. eſt 18. apud Bullarium Emmanuel. Roderiquez. Illam recenſet Tamburinus *vbi proximè*, & Rota *in Tarentina*, 1629. coram Queipo: in fine tomi primi mearum diſquiſit. Moralium, & Canonic. recenſet conceſſam per Cœleſtinum V. Lezana *dicto num.* 3. Diana *part.* [illegible] recenſet, & ego ex illo *p. 1. citata*, aliam deciſionem, ſeu potiùs diffinitiuam ſententiam in eadem Tarentina, de anno 1628. pro exemptione.

Carmelitani exempti ſunt ab iſtius quartæ ſolu- 428
tione per Nicolaum V. per Paulum V. in Bulla *Decet Romanum*, 4. apud Cherubinum, *tom. 3. Bullarij*, ſub die 20. Auguſti 1605. & per alios Summos Pontifices, vti idem Paulus refert. Videantur Chaſſaing. *de priuilegiis, tract 8. cap 4. propoſit. 1.* Lezana *tom. 2 part. 4. verbo Quarta funeralis. num* 3. vbi pro ſuis PP. Diſcalceatis addit Bullam, *Quod ſemel*, à Clemente VIII. editam, 26. apud Bullarium Roderiquez.

Prædicatores etiam ab illa fuerunt exempti per 429
Paulum IV. anno 1556. iuxta Tamburinum *tom. 1. diſp 15 q. 17 num.* [illegible]. per Sixtum etiam IV. fuiſſe exemptos, aſſerit Chaſſaing *vbi proximè*. Rota cum Coccino, recenſenda pro Clericis Regularibus. Lezana *dicto num.* 3. Rota *in Hiſpalenſi*

quarta funeralium, 4. *Iulij* 1590. *coram Pamphilio*, quam exſcribit Diana *part*. 7. Et ego ipſe poſt tomum 1. Diſquiſit. Moral. & Canonicar.

430 Minores etiam fuerunt exempti anno 1544. per Paulum III. vt docet idem Tamburinus. Chaſſaing. addit, etiam fuiſſe exemptos per Sixtum IV. & per Alexandrum VI. in Bulla *Sacra Religionis*, per Paulum IV. in Bulla *Ex clementi*, Lezana *ad Mare Magnum Prædicatorum*, § 32. *num*. 34. addit Clementem IV. *& ad Mare Magnum Minorum*, §. 34. Rota pro Clericis Regul. addit Iulium II. de anno 1511. & Tamburinus *num*. 16. Rota *coram Rojas*, 27. *Iuly* 1642. apud Dianam *p*. 7. & apud me *tom*. 1.

431 Minimi obtinuerunt eandem exemptionem à Iulio II. in Bulla, *dum ad ſacrum*, edita 5. Kalend. Augusti, 1506. 1. apud Peyrinum *de priuilegiis*, & in Bulla 2. vbi ipſe Peyrinus §. 26. *numero* 73. & à Leone X. *conſt*. 10 apud eundem Peyrinum, incipit *Exponi*, edita 27. Septemb. 1518. De vtraque Bulla facit mentionem Chaſſaing. *loco citato*. Rota mox pro Clericis citanda Minoribus, Ioannes Baptiſta Lezana *tom*. 2. *qq*. *Regular*. *part*. 3 *verbo Canonica portio*. *num*. 7. Iulij II. conſtitutionem allegat, ſicut etiam Auguſtin. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, *part*. 3. *allegat*. 86. *num*. 17. in deciſione S Rotæ, *in vna Liciend*. *quarta funeralium*, *Lunæ* 15. *Ianuary* 1618. ad fauorem Clericorum Regularium, mox recenſenda.

432 Clerici Regulares exempti fuerunt per Paulum IV. & Gregorium XIV. quatenus illis communicauerint omnia priuilegia aliis Regularibus conceſſa; quare cenſentur etiam communicata priuilegia eximentia à dicta ſolutione quartæ. Verba ſunt Rotæ *in vna Liciendi*. *quarta funeralium*, *coram Coccino*, 15. *Ianuary* 1618. cuius deciſionem tranſcripſerunt Barboſa *de poteſt*. *Epiſcop*. *allegat*. 86. *à num*. 17. *pag*. *mihi* 179. & Lezana *ad Mare Magnum Heremitarum S. Auguſtini*, §. 38. *num*. 116. & Tamburinus *poſt tomum* 3. *la* 84. *pag*. *mihi* 397. Qui *dicto tom*. 1. *diſp*. 15. *quæſ*. 17. *num*. 17. variis ex præcedentibus priuilegiis recenſitis, ait ſic: Quæ priuilegia ſuffragantur etiam aliis Religionibus, quibus communicata fuerunt priuilegia dictorum Ordinum. Quam communicationem in hac materia canonizauit Rota *in Liciendi*, *quarta funeralium*, 18. *Ianuarij* 1618. *coram Reuerendiſſimo Coccino*, *&c.* Lezana etiam *tom*. 2 *part*. 4. *verbo Quarta funeralis*, *num* 2.

433 Et eſt hic maximè aduertendum, quod nullum ex recenſitis priuilegiis, exemptionem à ſolutione quartæ funeralis concedentibus, conceſſum ante quadraginta annos ante Concilium Tridentinum, ideſt ante annum 1523. vti obſeruat Chaſſaing *de priuilegiis*, *part*. 1. *tract*. 8. *cap*. 4. *propoſ*. 1. *verſic*. *vbi aduertendum*, fuit per idemmet Concilium reuocatum, *ſeſſ*. 25. *in decreto de reformatione*, *cap*. 13. immò omnia illa fuiſſe ab eodem Concilio confirmata. Vnde illa dicuntur inſerta in corpore iuris.

Prima pars probatur ex duplici declaratione S. Congregationis Illuſtriſſimorum, & Eminentiſſimorum Cardinalium, eiuſdem Concilij Interpretum. Primam recenſent Lezana *tom*. 1. *p*. 1. *cap*. 3. *num*. 13. Laurentius de Peyrinis *tom*. 1. *de priuilegiis*, *ad conſtitutionem Pyrrhi num*. 54 & Steph. de Quaranta *in Summa Bullarum*, *verbo Priuilegia Regularium*, *pag*. 116. quam vterque teſtatur adeſſe authenticam, ſubſcriptam per Cardinalem Matthæum, in Monaſterio Sancti Ludouici Neapolitani, Ordinis Minimorum, & addit Peyrinus, adeſſe etiam in archiuio Romano Ordinis, penes ſuum Procuratorem Generalem. In qua quidem declaratione ſolùm fit expreſſa mentio priuilegij Iulij II. de anno 1506. pro dicto Ordine; ſed abſque vlla dubitatione omnia alia comprehendit, conceſſa vltra quadraginta annos ante dictum Concilium, cùm non ſit maior ratio de iſto, quàm de aliis, ſi quidem omnia æquè diſpoſitioni conformentur Concilij, ſeu illi non diſſonent, nec Congregationis declarationi.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini. Fratrum Minimorum Sancti Franciſci de Paula Sacra Religio à ſuis primordiis gaudet quodam Apoſtolico priuilegio, per felicis memoriæ Iulium II. Pontificem Maximum, anno Domini M. D. VI. ſui verò Pontificatus 3. Beato Franciſco de Paula, Patri, & Fundatori prædicti Ordinis, tunc in humanis agenti, & ſuæ Religioni benignè conceſſo, in quo indultum extitit, Monaſteria, Domus, & Conuentus dicti Ordinis, tam conſtructa olim, quàm in futurum conſtruenda, nedum decimas ex noualibus, prædiis, hortis, verùm etiam nullam Parochis Eccleſiarum quartam funeralium debere perſoluere, vt in dicto priuilegio latiùs eſt videre, ad huius effectum huic Sacræ Congregationi præſentatum. Et quia licèt, hoc non obſtante, aliquibus in locis prædicti Eccleſiarum Parochi, & Rectores, perperam forſan intelligentes Sacri Concilij Tridentini, ſeſſ. 25. cap. 13. ſenſum, ſeu illum in eorum fauorem retorquentes, nituntur à prædictis Fratribus huiuſmodi funeralium portionem, ſeu quartam extorquere, quoties cadauer aliquod apud ipſorum Fratrum Monaſteria ſepeliri contingit, magnas pro ea Fratribus moleſtias inferentes aſſiduè. Ideò Frater Petrus à Mera, Prouincialis Miniſter dictæ Religionis Minimorum Sancti Franciſci de Paula in Caſtella Prouincia, Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominationibus veſtris humiliter ſupplicat, vt ad ſedanda ſcandala, & euitandas lites dignentur declarare, an per dictum Sacrum Concilium Tridentinum huiuſmodi priuilegio derogatum veniat quoad ſolutionem prædictam; vel decreto ipſius Concilij non obſtante debeat obſeruari, & Fratres dicti Ordinis ab ea ſolutione immunes, & liberi cenſeri. Quas Deus optimus, Maximus, &c. Congregatio Concilij cenſuit huiuſmodi priuilegio ante quadraginta annos ante Concilium, vt proponitur, conceſſo, minimè derogatum eſſe eiuſdem Concilij decretis.

HIERONYMUS CARDINALIS MATTHÆUS.

Locus † Sigilli.

Secundam declarationem recenſet Emmanuel Roderiquez *tom*. 1. *qq*. *Regul*. *quæſt*. 39. *art*. 2. *fol*. *mihi* 229. Quaranta *vbi proximè*, Bruno Chaſſaing. *de priuileg*. *tract*. 8. *cap*. 4. *propoſit*. 1. *verſic*. *vbi aduertendum*, ex compendio Fulienſium, *verbo Concilium Tridentinum*, §. 58. Peyrinus *ad conſtitutionem Pyrrhi*, §. 12. *num*. 54. cum Miranda *in Manuali Prælatorum*, *tom*. 2. *quæſt*. 48. *art*. 7. Lezana *tom*. 1. *p*. 1. *cap*. 3. *num*. 13. ſub hoc tenore, videlicet.

Congregatio Concilij cenſuit, non comprehendi in decreto Concilij Monaſteria ædificata à quadraginta annis citra; aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur, præſuppoſito, quod huiuſmodi Monaſteria ſint eius Religionis, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, vt quartam funeralem non debeant ſoluere Epiſcopo. Hæc declaratio exiſtit canonizata à Paulo V. in Bulla *Decet Romanum Pontificem*. 4.

apud

apud Cherubinum, *in Bullario Magno*, *tom.* 3. *pag. mihi* 179. qui illam recenſet §. 2. & in eius executionem ſtrictè in ſequentibus prohibet, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub indignatione Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Parochis, & aliis, quos id concernit, ne à *Fratribus Monaſteriorum, ſeu domorum à quadraginta annis ædificatorum dicti Ordinis Carmelitani, quartam funeralium huiuſmodi quoquo modo exigere, aut eos deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant.*

ANTONIVS CARDINALIS CARAFA.

434 Probatur etiam ex Bulla Pij V. pro Mendicantibus, *Etſi Mendicantium Ordines*, incipiente, & pro noſtra Congregatione ex Bulla, *Cùm intra mentis noſtræ* illi inſerta, in qua ſic declarat Concilium: *Quartam autem funeralem, de qua ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *nequaquam ſoluere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de Monaſteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt: & vbi ſolui conſueuit, id tantùm ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus fieri contigerit, tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis, Fratribus ipſis, ſeu Monialibus huiuſmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, ſolui debet: ſicque intelligi Concilij decretum quoad quartam huiuſmodi ſoluendam, debere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſuprà ſcriptorum ſolui debere declaramus.*

435 Hactenus Pius V. anno 1567. cuius Bulla, quamvis in aliis reducta ſit ad terminos iuris communis per Gregorium XIII. in Bulla *In tanta rerum mole*, in his ſcilicet, quæ conceſſerat contra formam Concilij Tridentini, non tamen reuocauit explicationes, & declarationes ab eodem factas circa Concilium, qualis eſt iſta, vti docent Lezana *tom.* 1. *ſumma qq. Regularium, part.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. cum Miranda *in Manuali*, *tom.* 2. *q.* 48. *art.* 8. Peyrinus *tom.* 2. *Priuilegiorum ad dictam Pianam*, §. 1. *num.* 3. cum Roderiquez *qq. Regular. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 9. *in fine*, *q.* 39. *art.* 2. & *q.* 43. *art.* 7. Sanchez *in Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. Thoma à IESV *de conuerſione omnium gentium, lib.* 12. *tit. Sequitur collectio, pag.* 846. & cum Molfeſio *in ſumma, part.* 2. *tract.* 13. *cap.* 9. *n* 40. referente declarationem Concilij. Ego ipſe *in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonic. tom.* 2. *diſq.* 4. *dub.* 8. *num.* 16.

Quæ certè doctrina canonizata exiſtit à Sacra Rota *in Tarentina quartæ funeralis*, 5. *Decembris* 1629. *coram R. P. D. Queipo, in fine tomi primi dictarum mearum diſquiſitionum.* Et quamvis Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. (inquit ibi Rota) in fauorem Eccleſiarum Cathedralium, & Parochialium ius quartæ funeralis confirmauerit, & priuilegiis in contrarium conceſſis derogauerit, dumtaxat loquitur de Eccleſiis exiſtentibus in poſſeſſione percipiendi dictam quartam funeralem citra quadraginta annos. *Atque ita priuilegia Religionum quadraginta annos excedentia non comprehendit, vt ſanctæ memoriæ Pius V. expreſſit, & Sacra Congregatio Concilij ſæpe declarauit*, vt referunt Emmanuel Roderiquez *vbi ſuprà* (ſcilicet *qq. Regular. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 2.) Gutiertez *de iuramento confirmatorio*, 2. *part. cap.* 3. *num.* 2. & 3. & fuit dictum *in Hiſpalenſi quartæ funeralium* 4. *Iulij* 1590. *coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio.* Hactenus Rota. Deciſionem autem ab ea recenſitam de anno 1590. exſcribit Diana *part.* 7. & ego ipſe *dicto tom. primo, Diſquiſitionum Moralium & Canonicarum*, *la* 6.

Quod autem priuilegia Regularibus conceſſa 436
quadraginta annis ante annum 1564. in quo fuit confirmatum Concilium Tridentinum, ſint ab eo confirmata quoad exemptionem à ſolutione quartæ funeralis, non ſolùm conſtat ex ſuprà traditis, ſed ex ipſomet Concilio, *eadem ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 20. euidenter apparet. Propoſitionem libet illuſtrare, non propriis verbis vtendo, ſed doctum Petrum ab Angelis nouiſſimè *in ſuo ſpeculo priuilegiorum Regularium, diſp.* 6. *de reuocatione priuilegiorum, ſect.* 1. *à num.* 33. recenſendo; cuius doctrina magni eſt habenda, pro penè infinitis difficultatibus circa veram priuilegiorum intelligentiam enodandis. Quapropter ad amuſſim Magiſtrum præſatum reddo.

Secundò eſt notandum, quoad alia priuilegia, 437
quæ ante Tridentinum habebant Religioſi, tam ex Mari Magno, quàm ex aliis conceſſionibus, & expreſsè non reuocantur ab ipſo Tridentino, quod non ſolùm habent valorem antiquum, ſed etiam habent firmitatem nouæ confirmationis a Tridentino. Nam *in ſeſſ.* 25. quæ eſt vltima Concilij, *cap.* 20. *de Regularibus*, poſtquam de Regularibus egit, addit: *In cæteris omnibus præfatorum Ordinum* (videlicet exemptorum) *priuilegia, & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca, & iura concernunt, firma ſint, & illæſa.* Vnde talia priuilegia hodie dicuntur inſerta in corpore iuris noui: Tridentinum enim nouum ius appellatur. Ita Pater Donatus *tract.* 11. *quæſt.* 14. *num.* 6. Pater Brunus Chaſſaing. *tract.* 1. *cap* 2. *propoſ.* 2. *num.* 4. vbi vt indubitatum hoc ſupponit Portel. *verbo Priuilegiorum commutatio*, *num.* 16. & alij. Quæ doctrina valdè notanda eſt ad cognoſcendum qualis debeat eſſe reuocatio, vt iſta priuilegia comprehendat: requirit enim ipſa quæ requiruntur, vt aliquod decretum Concilij derogetur. Vide infrà *diſp.* 7. *ſect.* 2. *à num.* 16. *vſque ad finem ſectionis.*

Sed obiicies, quod Sacrum Concilium Tri- 438
dentinum confirmatum fuit à Pio IV. per Bullam incipientem, *Benedictus Deus*, 7. kalendas Februarij, anno 1563. & habetur in fine Concilij, & poſtea ipſe Pontifex reuocauit quæcumque priuilegia, etiam Maris Magni, & ſub quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, quæ quomodolibet contrariantur cuilibet decreto, ſiue diſpoſitioni, ex omnibus, quæ in toto Concilio continentur. Expedita fuit hæc Bulla derogatoria tertiodecimo kalendas Martij, anni 1565. & incipit, *In Principis Apoſtolorum Sede*; & habetur etiam in fine Tridentini. Ergo ex tunc omnia, & quæcumque priuilegia, quæ in aliquo contrariantur Tridentino, manent reuocata, modò fuiſſent expreſsè reuocata à Tridentino, modò non; ac proinde doctrina tradita numero antecedenti nullius eſt momenti.

Reſpondetur, quod dicta Bulla non ad plus extenditur, quàm ad id, ad quod extenduntur reuocationes Concilij. Tum quia finis prædictæ Bullæ ſolùm eſt obſeruantia decretorum Concilij, iuxta illorum qualitatem. Tum quia conſtitutio, quæ fuit ad roborandam aliam, debet intelligi ſecundùm eam, & eſt concludenda in terminis ipſius. Ita Roderiquez *tom.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 5. noſter Thomas de IESV *de procuranda*

omnium

omnium ſalute, *lib.* 12. *cap.* 8. *tit. ſequitur collectio*, *verſic. illud tamen.* Ioannes de la Cruz *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 6. noſter Lezana *tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 58. Suarez *lib.* 8. *cap.* 18. *circa finem*, Pater Hinojoſa *in Directorio*, *verbo Confirmatio gratia.* Hucuſque Pater Petrus ab Angelis.

---

§. XII.

Concedit facultatem recuperandi decimas, & poſſeſſiones Eccleſiarum prædicti Monaſterij Sancti Æmiliani.

BREVIARIVM.

S. Æmilianus.

Abbas S. Æmiliani eſt iudex delegatus Apoſtolicus ad cognoſcendum de decimis, & poſſeſſionibus ad ſuas ſpectantibus Eccleſias, occupatis à Laicis. num. 439.

Poteſt ſua ſponte ſine alterius licentia procedere, nullo impedimento, aut contradictione obſtante. num. 445.

Iuris tamen ordine ſeruato. n. 448.

Hæc facultas, ſicut & qualibet alia ab Alexandro Papa hic illi conceſſa, perpetua eſt. n. 449. & 450.

Appellatio.

Si Ordinarius, qui ſimul eſt delegatus, procedit vt Ordinarius, ab eo appellatur ad Metropolitanum; ſi verò vt delegatus, ad delegantem. n. 441.

Appellatio à minore ad maiorem fit. n. 441.

Quando Ordinarius procedit authoritate ordinaria, & delegata ſimul, appellatur ad Papam. numero 442.

Ad Papam etiam appellari debet, quando non apparet, qua authoritate, ordinaria, aut delegata procedat. num. 442.

Quoad effectum deuolutiuum ab huiuſmodi decretis ad Metropolitanum appellatur. n. 444.

Axioma.

Verba aliquid debent operari. n. 450.

Secundùm propriam ſignificationem intelligi debent. num. 450.

Clauſula.

Clauſula De noſtra; *vel*, De Apoſtolica authoritate; *Iudicem conſtituit delegatum.* numero 439. 440. & 443.

Clauſula, Tanquam delegatus à nobis; *idem importat.* num. 440.

Clauſula, Etiam authoritate noſtra; *denotat iudicem poſſe vti qua maluerit iuriſdictione, ordinaria, vel delegata, aut vtraque.* n. 441.

Clauſula, Liberè & licitè poſſitis; *importat quid facere ſua ſponte, & ſine licentia alterius, & nulla obſtante contradictione.* num. 445.

Delegatus.

Quando Papa aliquid ordinario iudici committit cum clauſula, Authoritate noſtra; *vel* tanquam delegatus à nobis; *aut cum ſimili alia, iuriſdictionem ordinariam quoad caſum, commutat in delegatam.* n. 440.

Quando verò illi committit aliquid abſque aliqua ex prædictis clauſulis, & cum clauſula remouente exemptionem, aut priuilegium, ſeu eorum obſtaculum, v. g. Non obſtantibus priuilegiis, ſeu exemptionibus, *illum non delegatum, ſed ordinarium conſtituit iudicem* n. 443.

Dictio.

Dictio, Etiam; *explicat caſum magis dubitabilem.* num. 441.

Dictio, Liberè; *omne grauamen, impedimentum, & contradictionem excludit; liberam diſpoſitionem, & alia includit.* num. 445.

Licèt importet abſolutam poteſtatem, nulli ſuppoſitam legi, iuris tamen ordinem requirit. n. 446.

Sæpe repetita dicta dictio non excludit exceptionem, ex natura actus, & ex ſubiecta materia prouenientem. num. 447.

Dictio, Legitimè; *importat, quod in fiendo aliquo iuris ſeruetur ordo.* n. 448.

Epiſcopus.

Tanquam delegatus Apoſtolicus maior eſt Archiepiſcopo. num. 441.

Iudex.

Vide verbo Appellatio, Delegatus.

Priuilegia.

Reale eſt priuilegium, quod immediatè conceditur omnibus, vel aliquibus in communi, v. gr. ſtatui, Officio, Religioni, Conuentui. n. 449.

Priuilegium reale tranſit de perſona in perſonas, ſequendo ſemper rem, locum, dignitatem, Religionem, & perſonas, cum quibus ſemper manet coniunctum. num. 449.

Priuilegium reale perpetuum eſt. ibid.

Sepultura.

Eccleſiaſticâ priuatur ſepulturâ, qui ſine authoritate legitima per manus Laici ius decimas percipiendi recepit, & Eccleſia illud non reſtituit. numero 451.

Viſitatio.

Vide verbo Appellatio.

CIrca numerum decimum huius conſtitutionis 439
aliqua occurrunt adnotanda. *Primum* eſt, Alexandrum noſtrum conſtituere Abbatem S. Æmiliani Iudicem delegatum Apoſtolicum, ad cognoſcendum de decimis, & poſſeſſionibus ſpectantibus ad Eccleſias ſui Cœnobij, occupatis à Laicis. Hoc enim per illam clauſulam *de noſtra authoritate*, importatur non ſolùm, quando cum eadem aliquid committitur habenti iuriſdictionem ordinariam (qualem habet præfatus Abbas in territorio Abbatiæ, & in Eccleſiis ei ſubiectis,) vti docent Barboſa *tract. de clauſulis*, *clauſ.* 12. *num.* 1. cum Menochio *de præſumptionibus*, *lib.* 2. *præſumpt.* 16. *num.* 28. Marches *de commiſſ. part.* 1. *pag.* 64. *num.* 226. & *pag.* 802. *num.* 325. & *in vlt. impreſſ. pag.* 416. *num.* 204. cum Petro Barboſa *in l. cùm Prætor*, 12. *in princip. num.* 33. *ff. de iudiciis*, & cum Moneta *de commutatione vltimarum voluntatum*, *cap.* 7. *num.* 141. Idem Barboſa *cap. cùm aliquibus*, *num.* 7. *el* 4. *de reſcriptis in* 6. dicens: Ideſt, tanquam delegatus, vt exponit (ſcilicet clauſulam *Authoritate Apoſtolica.*) Barboſa *in l. cùm Prætor*, *&c.* Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Clauſula*, *num.* 12. & ad Mare Magnum Minorum, §. 53. *num.* 163. ſed etiam, ſaltem ſæpius, quando commiſſio non habenti ordinariam iuriſdictionem dirigitur. Idem Lezana *dicto num.* 12.

Et licèt verum ſit, quod ſæpe à lege, ſeu à 440
Principe Iudici aliàs ordinario iuriſdictio committatur, circa illa quæ ſemota commiſſione ad illius pertinebant poteſtatem, abſque eo quod de nouo ei iuriſdictio delegata tribuatur, ſed ordinaria, quam iam habebat, excitari videatur, vt aduertit Stephanus Quaranta *in ſumma Bullary*, *verbo*

Archie

Archiepiſcopi authoritas, *ſub num.* 18. *verſic. Item ſi Papa mandat, pag. mihi* 61. dictus Aug. Barboſa *numer.* 2. *ex cap. Licèt, de officio Ordinary*, ibi: *Suæ iuriſdictioni ſubiecto, &c.* Iaſ. *in l. ius ciuile, num.* 2. *ff. de inſt. & iure*, Cened. *ad Decretales, collectan.* 157. *numer.* 1. Menochio *de præſumpt. vbi proximè, num.* 24. Tamen quoties in commiſſione appoſita fuerit clauſula, *authoritate noſtra*; vel, *Tanquam delegatus à nobis*, aut alia ſimilis, tunc iuxta *l.* 1. *§ ſi quis ſimpliciter, verſic. Cùm adiicitur, ff. de verborum obligationib.* videtur ſuperior iuriſdictionem ordinariam inferioris in delegatam mutare, dum vult vt ipſe iam non ſuo nomine, ſed delegantis cognoſcat; quod proprium eſt delegatorum, ſucceditque regula *l.* 1. *verſic. Omnia enim, C. de veteri iure enucleando*, iuncta *l. Qui mandatum, l.* 3. *ff. de officio eius*: & in ſpecie probat textus *in cap. Cùm aliquibus, verſic. Niſi, de reſcriptis, in* 6. ex quo in terminis ipſe Barboſa *n.* 3. poſt Bartolum, & Menochium *de arbitrariis q.* 12. *à n.* 4 Azeuedum *in rubricam, tit.* 9. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 3. *Nouæ Recopilationis*, Molinam *de iuſtitia, & iure, tom.* 6. *tract.* 5. *diſput.* 14. *num.* 1. *verſic. Quando verò*, & poſt alios penes ipſos.

441 Si verò vltra aliquam ex dictis clauſulis apponatur dictio *Etiam*, in litteris commiſſionis, v. g. ſi diceretur, *etiam authoritate noſtra, &c.* vtramque iuriſdictionem, ordinariam, & delegatam haberet iudex, & vtraque, vel quâ maluerit, vti poterit. Barboſa *dicta clauſula, n.* 4. & latè *de officio, & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 92. *num.* 11. *& ſeqq.* Et probat ex natura dictionis *Etiam*, quæ vnum exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem, vti idem Barboſa *in tract. de Dictionibus, dict.* 112. *à n.* 1. Et ego ipſe non pauca dixi *tom.* 1. *diſq. Moral. & Canonicar. tract.* 1. *diſq.* 1. *n.* 7. Quod poſſit vtraque procedere iuriſdictione, docet Barboſa *dicta allegat.* 92. *num.* 12. cum Innocentio *in cap. Cùm ex officij, n.* 3. *de præſcriptionibus*, vbi Abbas *à n.* 18. Felin. *n.* 22. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 74. *&* 75. & Sanchez *in Decalogum, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 181. Et poſſe eligere alterutrâ procedere poteſtate, ait *n.* 13. cum Sanchez *eodem n.* 181. Vnde addit, ſi ab eodem Epiſcopo, aut iudice aliàs ordinario in hoc caſu appelletur, non ad Summum Pontificem, ſed ad Metropolitanum Ordinarium erit appellandum. Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 8. *n.* 87. *verſic. Extende ſecundè.*

Idem tenet Stephanus Quaranta *in ſumma Bullary, verbo Archiepiſcopi authoritas, n.* 18. *pag. mihi* 61. in caſu, quo tanquam ordinarius procedat, ſecus quando vti delegatus. Sic enim ait: Similiter reſpectu appellationis interponendæ, eſt differentia, an Epiſcopus habeat delegatam, vel ordinariam iuriſdictionem: nam ſi habet Ordinariam, appellabitur ad Archiepiſcopum, *dicto cap. Romana* (ſcilicet *de appellationib. lib.* 6.) ſed ſi delegatam, ad delegantem. Et Epiſcopus tanquam delegatus Papæ, maior eſt Archiepiſcopo, quoad illum articulum, vt *in cap. Sanè. de officio delegati, cap. Paſtoralis, § Præterea, de officio Ordinary.* Ergo non debet appellari ad minorem. Abbas *in cap. Ad abolendam ſub n.* 15. *de Hæreticis.*

442 Quando vtraque procedit authoritate, appellandum eſſe ad delegantem, docet Aug. Barboſa in allegatione, *n.* 14. cum Scaccia *dicta quæſt.* 8. *n.* 89. Si verò non conſtet, quam exercet authoritatem, Ordinariam, aut delegatam, Federicus, & Bobadilla, penes Thomam Sanchez *ad præcepta Decalogi, loco citato*, provt refert Barboſa *eodem numer.* 14. cenſent ordinariam exercere, quia ordinaria iuriſdictio fauorabilior, delegata autem odioſa; ipſe tamen Barboſa ait, multò verius cenſeri vti iuriſdictione delegata, ex his, quæ vterque tradit Molina, vnus *de primogen. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. & alter *de iuſtit. & iure, tom* 3. *tract.* 2. *diſp.* 582. *num.* 2. & in terminis propriis prædictus Sanchez *numero* 181. *citato*, ac proinde ab eius ſententia indiſtinctè appellandum eſſe ad delegantem.

Difficultas autem eſt, quando aliquid Ordinario committitur abſque clauſula, *Authoritate Apoſtolica*, vel alia ſimili, ſolùm remouendo obſtacula exemptionis, aut priuilegiorum, dicendo: *Non obſtantibus priuilegiis, ſeu exemptionibus, &c.* vti contigit in iure communi antiquo *in Clementina Religioſis, vnica de teſtamentis*, & *in Clement. Eos qui, la* 1. *de ſepulturis*: & in iure nouo Concilij Tridentini, *ſeſſ.* 5. *de reformatione, cap.* 2. *verſic. fin. Quæſtores verò*, & *ſeſſ.* 7. *cap.* 5. *&* 7. & alibi ſæpe. In qua Ancharanus, & alij penes Aug. Barboſam *dicta allegat.* 92. *num.* 15. *in cap. Hi qui, de præbendis in* 6. Felinus *in cap. Licèt, de officio Ordinarij, in princ.* & Alciatus *in l.* 1. *§. Si quis ſimpliciter, num.* 12. *ff. de verborum obligationibus*, aſſerunt, Iudicem ordinarium, delegatum conſtitui, cùm ei poteſtas contra exemptos, & priuilegiarios concedatur. 443

Sed ipſe Barboſa tenet, non conſtitui iudicem delegatum, cùm in hoc caſu ſolùm fiat reductio ad ius commune, & iuriſdictio ordinaria per priuilegium, aut exemptionem ablata, reſtituta cenſeatur, iuxta caput *Cùm aliquibus, §. ſi verò, el* 4. *de reſcriptis, lib.* 6. vbi ita Bonifacius Papa VIII. *Si verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem, non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur authoritate receptus; niſi quod enim authoritate noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſſè.* Vbi idem Barboſa in ſequentia prorumpit: Receptus per litteras Apoſtolicas in Canonicum ſupernumerarium, ſi receptio aliàs pertinebat ad Canonicos, tunc dicitur authoritate Canonicorum receptus, niſi in litteris expreſsè dicatur, *authoritate Papæ*. Si verò receptio non ſpectabat ad eos, ſed virtute litterarum recipitur, tunc eſt receptus authoritate Apoſtolica. Colligunt ex ordinariis Lapus, Abbas, Archidiaconus, Geminianus, Ioannes Andreas, Ancharanus, Dominicus, Monachus, Butrius, Francus, Viuianus *in Rationali, lib.* 1. *pag* 60. Alagona *in compendio, pag.* 24.

Alia difficultas occurrit, *an quando Epiſcopus procedit tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus in viſitatione, & contingit appellare, debeat ad dictam Sedem, an verò ad Metropolitanum appellari?* Reſpondet Auguſt. Barboſa *dicta allegat.* 92. *numero* 13. quod debeat appellari ad Metropolitanum, quoad deuolotiuum effectum, non quoad ſuſpenſiuum, cum Praxi Epiſcop. *part.* 2. *verbo Viſitatio*, §. 3. Aloyſio Riccio *in praxi aurea, reſolut.* 449. *numero* 2. *prope finem.* Villadiego *in ſpeculo Viſitatorum, fol.* 35. *numero* 31. & cum Eraſmo Cochier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, part.* 2. *quæſt.* 14. *numero quinto*, qui referunt ita fuiſſe deciſum. Et quod executio in his, quæ ad correctionem morum ſpectant, ſuſpendi non debeat per appellationem etiam ad Sedem præfatam, docet Barth. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Viſitatio, num.* 39. quod expreſsè deciſum inuenio à Concilio Trid. *ſeſſ.* 22. *de* 444

reformat.cap.1. ibi : Nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Et ſeſſ. 24 in decreto etiam de reformatione, cap. 10. per hæc quæ ſequuntur verba : Nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.

445 Secundum, quod venit in Alexandrina aduotandum conſtitutione præſenti, eſt tam amplam, & abſolutam facultatem in illa Abbati S. Æmiliani concedi, ad reuocandas decimas, & poſſeſſiones ad ius ſuarum Eccleſiarum ſpectantes, à laicis detentas, vt id valeat efficere ſine licentia, & authoritate alterius, ſed ſua ſponte. Ita exponit illuminatus Moronus reſp.9[illegible] num.87. ſimilem clauſulam, liberè, & licitè poſſnis, ex Cardinali Tuſcho litt. D, concluſion 306. num.10. & ex Martha tract. de clauſulis, part.1.clauſ.68 & addit : Eſtque idem fieri liberè, ac ſine impedimento, contractione, onere, grauamine, obſtaculo, & vlla contradictione. Quam interpretationem dictionis liberè, reddit Lezana tom. 3. ad Mare Magnum, ſeu in Bullam Auream, § 10.num.16 ex Abbate in cap. Si pro debilitate, n. 1. de offic. delegati. Tiraquello in l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n.135. C. de reuocandis donationib. Menochio de arbitrariis.lib.1.q.7.n 34.latiſſimè exornat Auguſtinus Barboſa tract. de Dictionibus, dict.190.per totam. Pro maiori noſtræ notationis illuſtratione operæ pretium duxi recenſere aliqua ex iis, quæ iſte Doctor de dictione liberè, tradit.

Denotat inquit num.2. dictio hæc, quod quis facere poſſit ſua ſponte, & ſine alterius licentia, & authoritate. Panormitanus in cap.fin. num.3. de poſtulatione Prælati, & in cap. Si pro debilitate, n.5. & ibi Decius n.45.& 46.de officio delegati. cap. 1. de locato, cap. ſtatuimus, de Regularibus, cap. Cum plures, vbi gloſſa verb. Liberè, de officio delegati, lib.6. cap.1. de cenſibus. eod. lib. Clem. Dudum, §. ſi verò, vbi gloſſa verb. Liberè, de ſepulturis. Brunor. à Sole in locis communib. verb Liberè. Rolandus conſ.42.n.19.lib.1.vbi ait, quod importat, ſine licentia, ſine conſenſu, vel authoritate alterius, & ſine aliqua requiſitione.

Item Liberè, ait n.3 intelligitur, ſine impedimento, contradictione, grauamine, onere, obſtaculo, aut vlla diminutione, vt in Clement. fin. de ætate, & qualit. & in cap.1. in princ. verb. Liberè, de officio Ordinarij, eod.lib. & in Clement. Dudum, notant gloſſa verb. Liberè, Rolandus dict. conſ.42. n.18. omitto recenſere quamplures alios, quos in dictis n. 2. & 3. allegat Barboſa Doctores.

Item Liberè, ait n.6. id fieri dicitur, quod quis ſine aliqua obligatione, ſed ſua abſoluta voluntate, alio non requiſito facere poteſt, vt per Aretinum conſ.76.n.30. Socinum conſ.13. in fine, vol.1. & conſ. 170.col.5.vol.2 Dec. conſ.355.n.4. & conſ.360.n.5. Pariſium conſ.26.n.26.vol.4. & Menochium de arbitrariis, lib.1. q.7.à n.35.

Item (ait n 8.) Liberè, idem importat, quod non obſtante contradictione. Rolandus conſ 42. n. 17. Æmil. conſ. 6. in princ. Socinus Iunior conſ.1. n.13. vol.4. Menochius conſ.10. n.14. Brun. à Sole q.39. dub.1. quos recenſere ait Cenedus poſt lib. practicar. & canonicar. qq. ſingular. 58.n.8.

Item (n 9. ait) Liberè facere dicitur, qui alterius electionem, vel conſilium expectare non debet. Verall. deciſ. 297 part.1.n.6.

Item Liberè (ait num. 14.) ſignificat idem, quod arbitrio ſuo. Alciatus conſilio 212. numero quarto, Cenedus ſingular. 18. ſub num. 4.

Et num. 12. Item Liberè, operatur ab omni neceſſitatis obſeruantia, & ſolemnitate abſtractum. Baldus in cap. Quæ in Eccleſiarum, col.2.n.4.verſ. Liberam, de conſtitutionibus. Marc. Anton. de Amatis Marchia deciſ.53.n.3.4.& 5.

Et n.15. Item, ait, Liberè, intelligitur quoad omnia, & ſic totam deliberationem denotat, Craneta conſ.112.n.5. Alexander conſil. 96.col.1 lib.5. Apoſtil. ad Butrium conſ.53.in verſ. Liberè, Rolandus à Valle conſ.41. n.20. lib. 1. Card. Tuſchus dict. concluſ.306. n.11. totalitatemque importat, Menochius conſ. 1. n.13.& conſ.633. n.14.

Et num.16. Item excludit omnem obligationem, vt in l. Non dubito, §. liberè autem, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis, cap. 2. de arbitrariis, libro 6. cap. Licèt, de ſepult. eod. lib. Valaſcus conſultat.123. num. 8.

Aduertit tamen præfatus Auguſtinus Barboſa 446
num. 10. quod dictio Liberè, importet liberam, & abſolutam poteſtatem, nulli legi ſuppoſitam, ſecundùm Caroc. deciſ. ſeu caſu 80 num.38. Socinum conſil. 170. num. 8. lib. 2. & Rolandum conſil. 42. num.17. lib. 1. tamen requirit iuris ordinem, iuxta reſoluta per Hippolytum conſ. 49. num.47. vol.1. recipitque reſtrictionem à iure ſecundùm determinationem aliarum legum. Alexander conſ.80. n.11. lib.1. Card. Tuſch. dict. concl.306. n.14. Vnde ſi libera facultas data ſit, non ex hoc videtur iuris communis ſublata diſpoſitio, quia etiam tunc procedere debet iuxta iuris diſpoſitionem, vt per Rebuff. dict. verb Liberè, verſ. Et an verbum. Menoch. de arbitrariis lib 1 q.7.n.36.& 37.

Et tandem concludit num.23. Barboſa, quod ſæ- 447
pè repetita dictio Liberè, non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ex ſubiecta materia, per Farinacium in praxi criminali, p.1. lib.1. tit.3. q.24. n.82. Card. Seraphinum deciſ.516. n.4. & deciſ. 576. n. 4. & Cenedum dictis ſingular. 58. num. 5.

Ex quibus infertur, quod licèt Alexander 448
Papa liberam hîc concedat Domno Abbati Æmilianenſi, & Conuentui ſuo, reuocandi decimas, & poſſeſſiones facultatem ; non tamen ita liberam, vt illam exequi valeat non ſeruato iuris communis ordine. Debet enim illas occupantes ad iudicium vocare, illoſque audire, exceptioneſque legitimas admittere, ab illis oppoſitas ; & ſubſtantialia denique ordinis iudicialis ſeruare. Contingere enim poteſt, quod aliquis occupet poſſeſſiones, aut decimas, quas legitimè acquiſierit de manu potentis validè, & licitè in illum, aut in ſuos authores illas transferre ; & non eſt æquum, nec iuſtum, quod inauditus, & indefenſus ſua poſſeſſione ſpolietur. Et hoc denotat dictio legitimè, ab Alexandro IV. addita. Legitimè enim factum cenſetur factum ordine iuris ſeruato. Gloſſa in cap. Conſanguinei, verb. Legitimè, el 11. de ſent. & re iudicata, dicens : Legitimè quoad ordinem iuris, non quoad veritatem. Vbi Abbas num. 2. in fine, Barboſa tractat. de Dictionibus, dict. 188. num. 1. cum eiſdem, & cum Bertazol. de clauſulis inſtrumentor. clauſ.8. gloſſ.6. & Seraphino deciſ. 290. n. 2. & deciſ.433. num.6.

Tertium, quod adnotatur, eſt, hoc priuilegium 449
eſſe reale, & perpetuum ; tam quoad iſtam conceſſionem, quàm quoad alias in præſenti contentas conſtitutione. Ita Petrus ab Angelis in ſpeculo priuilegiorum Regularium, diſputat. 2. ſect. 1. num. 3. & 4.

& 4. Priuilegium reale eſt, inquit ibi, quod immediatè conceditur omnibus, vel aliquibus in communi, cogita ſtatui, Religioni, officio, Eccleſiæ, Conuentui. Hîc antem, ait, priuilegium reale tranſit de perſona in perſonas, ſequendo ſemper rem, locum, dignitatem., Religionem, & perſonas cum quibus ſemper coniunctum manet, & ſic perpetuum. Conſtitutio autem Alexandri noſtri conceſſa fuit *Abbati Monaſterij S. Æmiliani de Cuculla, eiuſque Fratribus, tam præſentibus, quàm futuris.* Ergo eſt realis, & perpetua, tranſitque de perſonis in perſonas. Et quidem non ſolùm propter rationem generalem, & communem, cui Author præfatus innititur, has habet qualitates, ſed propter Regulam, *Decet conceſſum à Principe beneficium, eſſe manſurum, l. 16. de regulis iuris in 6.* deſumptam *ex cap. Si ſuper gratia, el 9. de officio delegati,* & *ex cap. Si cui nulla. el 36. de præbend. eod. lib.* ibi: *Huiuſmodi conceſſio (quam cùm ſpecialem gratiam contineat, decet eſſe manſuram.)* Lezana *tom. 2. verb. Electio inter Regulares.* Et multò fortiùs propter ſpecialia verba modò recenſita, quibus vtitur Pontifex in illius conceſſione.

450 Ex quo colligo, poſſe hodie Domnum Abbatem, & Conuentum ea vti, ſicut poterat tempore conceſſionis illius. Aliàs enim non eſſet perpetua, nec cenſeretur conceſſa *præſentibus, & futuris*, contra illius tenorem: quod neutiquam dici poteſt, cùm verba, maximè in priuilegiis, debeant aliquid operari. Barboſa *tract. de Axiomat. axiom. 222. n. 15.* cum Romano *conſil. 160. n. 5.* vbi Apoſtil. *in verb. Priuilegiis,* Craueta *conſ. 4. n. 12.* Rolando *conſ. 61. n. 17. lib. 3.* & Card. Tuſcho *litt. S, concluſ. 895. n. 15.* & *litt. V, concl 85. n. 18.* Et debent intelligi, & interpretari ſecundùm propriam ſignificationem, & non eſt ab illa recedendum. Idem Barboſa *eodem axiom. n. 4. ex l. non aliter, ff. de legatis 3.* Brunor à Sole *in locis communibus, verbo Verba, n. 1.* & pluribus aliis citatis.

451 *Quartum eſt*, laicos, qui ſine authoritate legitima per manus laicorum ius percipiendi ab aliis decimas recipiunt, & huiuſmodi ius Eccleſiæ non reddiderint, in loco ſacro, & Eccleſiaſtico ritu ſepeliri non poſſe: latè de hoc egi *in Diſquiſ. Moralib. & Canonic. tom. 2. diſq. 13.* Pro nunc ſufficiat hîc recenſere caput *Prohibemus, el 19. de decimis.* in quo ſic diffiniuit Sacrum Concilium Lateranenſe, videlicet: *Prohibemus, ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & Eccleſiæ non reddiderit, chriſtianâ ſepulturâ priuetur.* Vltra textum iſtum allegaui eius gloſſam *verb. Sepultura,* Hieronymum Roderiq. *in compendio qq. Regular. reſolut. 128. n. 19.* Samuellium *in praxi de ſepulturis, tract. 2. diſp. 1. controuerſ. 4. concl. 8.* Moure *in Exam Theol. Moral. part. 4. cap. 20. §. 3.* Leandrum à Sanctiſſimo Sacramento *in 5. Eccleſiæ præcepta, tom. 3. tract. 6. diſp. 2. q. 40.* cum Ægidio Trullench *in Decal. lib. 3. cap. 3. dub. 11. n. 19.* Aug. Barboſam *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. cap. 10. n. 50.* & *de poteſt. Parochi, part. 3. cap. 26. n. 50.* & *in dict. cap. Prohibemus, n. 6* cum Andr Hiſp. *in regul. decimar. q. 2. n. 8.* Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 2. princ. n. 20.* Rebuffo *tract de decimis, q. vlt. n. 16.* Moneta *eod. tract. cap. 8. n. 74.* Lauorio *variar. lucubration. tom. 1. tit. 2. cap... n. 48.* & Petro de Vbaldis *de Canonica Epiſcopali, cap. 14. n. 3. in fine.*

§. XIII.

De his, à quibus Abbatis electio debeat fieri.

In quo electio canonica dilucidatur, & illuſtratur.

BREVIARIVM.

Abbas.

Eligi debet per ſuffragia Monachorum eiuſdem Cœnobij, cui præficitur. n. 452. & ſeqq.

Et quare. n. 462.

Aliter electus, etiam in vim conſtitutionis, ſeu ſtatuti facti de omnium vocalium Ordinis aſſenſu, niſi acceſſerit Sedis Apoſtolicæ confirmatio, electio eſt irrita. n. 464.

Debet vnus ex Monachis eiuſdem Conuentus in Abbatem eligi. n. 454. 456. & 463.

Dictio.

Volumus, *vim habet condendi nouum ius, & antiquum declarandi.* n. 455.

Electio.

De iure communi Prælati electio dumtaxat ad collegium eiuſdem ſpectat Eccleſiæ n. 461.

Nulla eſt electio aliter facta, niſi adſit Sedis Apoſtolicæ priuilegium n. 464.

Contra ius commune eſt, quod forenſes habeant in electione ſuffragium. n. 461.

Limita niſi omnes, in aliquorum ſententia, de Capitulo vnanimiter, nemine diſcrep[ante], admittant extraneum ad eligendum cum eis. n. 465.

Sed hoc prohibetur à Tridentino n. 482.

Eligentes per abuſum ſæcularis poteſtatis, per triennium ſuſpenduntur ab officio & beneficio, & eligendi priuantur poteſtate. n. 465.

Vbi explicatur quando eligant per huiuſmodi abuſum.

Papa.

Supremus eſt omnium Religionum Prælatus. numero 462.

Patronus.

Monaſterij patronus non habet ſuffragium in Abbatis electione; debet tamen eius conſenſus poſt electionem requiri. n. 457.

Et ſi non conſentiat ſine cauſa rationabili, non caſſatur electio. ibid.

Pelagius I.

Creatus fuit Papa anno 55[.] n. 454.

Statutum.

Conſtitutio, diffinitio, aut ſtatutum factum contra iuris communis diſpoſitionem, irritum eſt & nullum, ſiue à Religione in Capitulo Generali de omnium vocalium concordi conſenſu, ſiue ab Epiſcopo in Synodo fiat, &c. n. 464.

DEcernit Alexander IV. *num.* 12. præſentis conſtitutionis, quod obeunte Abbate S. Æmiliani, nullus eidem Cœnobio præficiatur, quàm ille, quem Monachi illius, vel de communi conſenſu, vel maior illorum pars, & ſanioris conſilij elegerit. Cuius certè diſpoſitio, Regulæ ſanctæ Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, & omnibus ſacris Canonibus, de præſenti editis materia, omnino conſonat, 452

quoad facultatem eligendi, Monachis eiuſdem Cœnobij attributam. Conſonat & Doctorum placitum.

453 In primis enim præfatus legifer noſter *in cap.64. Regulæ*, ſic diſponit: *In Abbatis ordinatione illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors Congregatio ſecundùm timorem Dei, ſiue etiam pars, quamuis parua Congregationis, ſaniori conſilio elegerit.* Circa clauſulam, *ſaniori conſilio*, & clauſulam, *ſanior pars*, aduertit Lezana *in ſumm.tom.1. p.1.cap.15.n.10.* quod poſt Tridentinum ſufficit vt maior pars concurrat, licèt ſanior non ſit. Quia prohibendo *ſeſſ.25. c.6.* vt eligentium nomina nunquam publicentur, prohibet diſquiſitionem, quæ antiquitus fiebat ad ſciendum, *ſi ſanior pars elegerit*, (& idem videtur dicendum, ſi fiebat ad ſciendum, *ſi ſaniori conſilio elegerit*;) non enim alio modo id ſciri poſſet, niſi publicatis nominibus eligentium. Allegat Mirandam *in Manuali tom.2. q.23. art.27.* Auguſtinum Barboſam *de Canonicis, & Dignitat. cap.38. num* 8. vbi *num.9.* ait, quod hæc maior pars ſumenda ſit reſpectu totius, non aliarum partium reſpectu.

454 Deinde Pelagius Papa I. creatus anno Domini 555. in epiſtola Melito Subdiacono directa, relatus *in canone Abbatem, el 4. 18. quæſt.2.* ſic decreuit: *Abbatem in Monaſterio illum volumus ordinari, quem ſibi de ſua Congregatione, & Monachorum electio, & poſſeſſionis Dominus, & (quod magis obſeruandum eſt) ordo vitæ, ac meritum popoſcerit ordinari.*

455 Circa quem canonem nota *primò*, per illum ius condere Pelagium; dictio enim *volumus*, vim habet nouum ius condendi, & inducendi, & antiquum declarandi. Auguſtinus Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict.436. num.15.* Lezana *tom. 3. ad Mare Magnum Seruitarum, circa* §.71. *num.*220. & ego ipſe *in Diſquiſit. Moralibus & Canonic.tom.2. diſquiſit. 6. dubio* 8. *num.* 14. cum gloſſa *in Clementinam 1. de rerum permutatione*, Panormitano *in cap. Sedis Apoſtolicæ, de reſcriptis*, Barbatia *in Clementinam Litteras, in 4. columna dict. tit.* & Flaminio Pariſio *de confidentia benefic. quæſtione* 58. *num.* 44.

456 Nota *ſecundò*, Abbatem eligi debere vnum ex Monachis eiuſdem Cœnobij. Hoc enim deciditur à Papa Pelagio in clauſula illa, *quem ſibi de ſua Congregatione.* Quod etiam habetur, vt modo videbimus, *in canon. Abbas*, ex Concilio Moguntino deſumpto. Et etiam extra *in cap. Offi.ij, de electione*, vbi Abbas *num.* 1. dicens: Nota ibi, *cùm non poſſint ſui Ordinis*; quod primò eligendus eſt Abbas ex propria Congregatione; in defectum autem, poteſt eligi de alieno Monaſterio. Barboſa infrà recenſendus, ibi, *& paſſim.* Huc ſpectat illud Philonis Iudæi *in princip. libri de creatione Principis. Præficies tibi ipſi Principem, non alienigenam, ſed vnum ex tuis fratribus.* Et illud Plinij *in paneg. Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus.* Albertus in Regula Carmelitarum, *cap.1.* ait: *Illud in primis ſtatuimus, vt vnum ex vobis habeatis Priorem, qui ex vnanimi omnium aſſenſu, vel maioris, & ſanioris partis ad hoc officium eligatur.* Vide Peyrinum *de Prælato, tom. 2. q.1. capite* 4. §.3.

457 Nota *tertiò*, Dominum, id eſt Patronum Monaſterij, non habere ſuffragium in Abbatis electione; ſed ideò de eo fecit mentionem in hoc canone Pelagius, vti ait Gloſſa *verb. Abbatem*, quia ſolemnis electio præſentata eſt Principi, vel Patrono, iuxta *cap.Cùm terra, in fine, el 14. de electione*, vbi Abbas *num.2.* ait: Aut Eccleſia habet Patronum; & tunc debet requiri conſenſus Patroni poſt electionem factam, & non antea, vt infrà *de iurepatronatus, cap. Nobis*: ſi autem non vult conſentire, ſine cauſa rationabili, non propter hoc caſſabitur electio, &c.

Poſt Pelagium Gregorius Magnus, huius nominis primus, etiam ſtatuit Abbatis electionem fieri debere per ſuffragia Monachorum eiuſdem Conuentus, cui præficiendus ille fuerit. Sic enim ſcribens Caſtorio Epiſcopo, ait: *Abbatem cuilibet Monaſterio, non alium, ſed quem dignum moribus, atque actibus monaſticæ diſciplinæ, communi conſenſu Congregatio popoſcerit, ordinari volumus.* Refertur *in canone 3. dicta cauſa* 18.*q.*2. 458

Deinde Concilium Moguntium *in can. Abbas, el 8. ead. cauſa, & q.* ſic decreuit: *Abbas pro humiliatione, & cum permiſſione Epiſcopi, locum ſuum poteſt relinquere, tamen eligant ſibi fratres Abbatem de ipſis, ſi habent; ſin autem, de extraneis.* 459

Concilium etiam Toletanum, relatum *in canone finali, 16. quæſt.7.* in hunc modum ſtatuit: *Congregatio debet ſibi eligere Abbatem poſt Abbatis ſui mortem, vel eo viuente, ſi ipſe deceſſerit, vel peccauerit.* 460

Doctorum item addidi placitum, de quorum numero ſunt Panormitanus Abbas *in cap. Cùm dilectus, n.3. el 8. de conſuetudine*, dicens: Nota tertiò, quod ius eligendi Prælatum ſpectat dumtaxat ad Collegium illius Eccleſiæ, & quod eſt contra ius commune, quod aliqui forenſes habeant poteſtatem cum eis eligendi, quod apertè probat iſta littera. Et *in cap. officij n.1. citato* ibi: Poſſunt tamen Monachi illi fauori renunciare, & *ſibi eligere* de alieno Monaſterio. Et *in Clement. Etſi principalis, n.6. in fine*, ibi: Dixi de conſuetudine, quia de iure communi debet collegium *ſibi eligere* Prælatum immediatum. Ioan. Baptiſta Lezana *tom.3. ad Mare Magnum Minorum, §.3. n.11.* vbi in ſequentia prorumpit. Nota ſecundò, ex vi iuris communis electionem Prælati Monaſterij ſpectare ad ipſum Monaſterium, Monachos ſcilicet, vel Fratres illius, *cap. Congregatio, 16.q.7. cap. Abbatem 2. cap. Abbas, 2.18.q.2. cap. fin. q. vlt. cap. Cùm terra*, & *cap.1. de electione, cap. Cùm dilectus, de conſuetudine, cap.2. § fin. de ſtatu Monachorum.* Rota *deciſ.65. part. 1. recentior.* & *deciſ.296. n.5. coram Coccino.* Verallus *deciſ.296. part.1.* Nauarrus *comment.3. de Regularib. n.2. & lib.1. conſil 3. n.3. tit. de electione, in nouis.* Sigiſmundus *ſuprà* (ſcilicet *de electione Prælator.*) *dub.14. n.2.* Barboſa *in collectanea Doctorum, in cap.1. de electione*, poſt alios. Hæc Lezana. 461

Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tomo primo, diſputatione quinta, quæſito primo, numero primo*, quæſito, *Virum Abbatum, & aliorum Prælatorum Regularium electio ad Conuentum pertineat?* & ratione dubitandi propoſita, deciſaque quæſtione, variis iuribus in medium allatis, ſic, vt ſequitur ait: Quamvis enim potuiſſet Summus Pontifex, qui eſt ſupremus omnium Religionum Prælatus, Abbatis inſtitutionem ſibi reſeruare, vel Epiſcopis committere, noluit tamen, ſed eius electionem, & creationem Monachorum Congregationi reliquit, vt ipſa Religio in eligendo ſibi Paſtore conſentiret, necnon etiam, vt ipſe electus à futuris ſubditis publicum ſuæ ſufficientiæ, & dignitatis teſtimonium haberet; & propterea cum maiori amore, & fiducia à tota Religione ſuſciperetur. Ex quibus cauſis permoti Summi Pontifices nunquam Abbatum prouiſionem Epiſcopis tradiderunt, ſed eorum electio ſemper ad Monachorum Congregationem 462

tionem ſpectauit. Et infrà concludit, dicens: Et quod Abbatum electio de iure communi ad Monachorum Congregationem ſpectet, notant Hoſtienſis *in ſumma, tit. de electione, §. Quis poſſit eligere, verſic. ſi non apparet.* Panormitanus... (locis à me ſuprà redditis.) Felinus *in cap. Ad petitionem, num.* 1. *de accuſationib.* Gloſſa *in cap. Sciant cuncti, verbo Spectant, de electione in* 6. Verallus, Nauarrus, & Coccinus locis modò à Lezana adductis.

463 Auguſtinus Barboſa *in votis deciſiuis, voto* 36. *num.* 23. & *voto* 39. *num.* 20. & *in cap.* 1. 3. & *ſeqq.* 18. *quaſt.* 2. ita ait: vulgò allegantur hi textus ad hoc, quod electio Abbatis actiuè, & paſſiuè pertinet ad Monachos, ſeu Congregationem illius Monaſterij, de cuius Prælati electione agitur. Allegat Nauarrum, Tamburinum, & Rotam *locis ſuprà allegatis*, & Suarez *de Religione, tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 19. & *in cap. Nullus, el* 1. *de electione, num.* 1. & 5. hoc rurſus aſſerit, quod eligendi ſibi Prælatum poteſtas cuilibet Collegio, etiam inferiori, data fuit de iure communi: & allegat præter ſuprà recenſitos Abbatem Antiq. Zabarellam, Innocentium, Ancharanum, Bellameram, Ioann. Andream, Imolam, Ananiam, Baldum, Decium, Butrium, Henric. Mantuam, Compoſtel. Viuianum *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 40. Raimund. *cap.* 2. Burchard. *lib.* 1. *cap.* 19. *Decret.* Iuonem *p.* 5. *cap.* 71. *Decret.* & *volum* 2. *repetitionum Iuris Canonici, ad lib.* 1. *Decretal.* Paulum de Eleazariis, & Ximen. *in Concord. p.* 1. & 2. Anton. Auguſtinum *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 4. *cap.* 1. Syluestrum *verbo Electio* 1. *q.* 1. Bertachinum *de Epiſcopo, lib.* 1. *p.* 3. *à princ.* Petrum Gregor. *de electione, cap.* 6. *num* 9. Duaren. *de ſacris Eccleſia Miniſtris, lib.* 5. *cap.* 1. Guillelm. Mandagot. *de electione nouorum Prælatorum, cap.* 1. Corral. *de Sacerdot. part.* 4. *cap.* 1. *à num.* 28. Petrum de Biaxio *in direct. elect. part.* 1. *cap.* 2. & *ſeqq.* Lælium Zecchium *de Republica Eccleſiaſtica, cap.* 24. *de Canonicis, verſ. ſeptimò.* Nicolaum Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 9. Ludouic. Mirandam *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 1. Anton. Ragut. *de voce Canonicorum in Capitulo, q.* 10. *num.* 3. & Paulum Layman *in Theologia Moral. libro quarto, tit.* 2. *capite* 12. *numero* 3.

Dictis adde Franciſcum Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.* 2. *q.* 20. *num.* 17. Moronum *reſp.* 72. *num.* 4. Stephanum Bauny *in Praxi beneficior. diſp.* 3. *q.* 5. *verſic. Tertiò eligere*. ibi: Quare etſi Clericorum ſit, ac Monachorum eligere, *diſt.* 62. *cap.* 1. *verſic. Electio Clericorum, diſt.* 51. *cap. vlt.* §. *ſed nec ille, diſt.* 63. *can. Sacrorum*; non poſſunt tamen Clericus, & Monachus alterius Eccleſiæ, quàm cui Prælatus quæritur, eius electioni intereſſe, *cap. conſtitutis*, 47. *de electione.* Palaum *p.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 2. *punct.* 11. §. 1. *num.* 4. *ex cap. conſtitut. de electione, el* 47.

464 Ex dictis omnibus colligitur, electionem Abbatis, & cuiuſcumque alterius Prælati Eccleſiaſtici prouiſionem, factam per aliquem, ſeu aliquos Papâ inferiores, præter eos, qui fuerint de Conuentu, Collegio, ſeu Congregatione illa, de cuius Prælati electione agitur, eſſe ipſo iure nullam, irritam, & nullius prorſus effectus, ac valoris, etiamſi fiat in vim cuiuſvis conſtitutionis, à tota Religione in Capitulo Generali editæ de omnium, & ſingulorum Conuentuum, & vocalium Ordinis communi conſenſu, niſi ad dictam conſtitutionem, ſeu ſtatutum faciendum facultatem expreſſè Sedes conceſſerit Apoſtolica, vel ſaltem iam factum confirmauerit. Ita Tamburinus *dicta diſp.* 5. *q.* 1. *num.* 3. & Lezana *ad Mare Magnum Minimorum, §.* 2. *num.* 11.

Et ratio eſt, quia nulla conſtitutio facta contra iuris communis diſpoſitionem, niſi muniatur authoritate Summi Pontificis, à quacumque poteſtate fiat, valida eſſe poteſt, ita decernente Gregorio Papa *in can. Inſtitutionis, el* 7. 25. *q.* 2. ibi: *Inſtitutionis noſtra decreta... nec à quoquam Pontificum in totum, vel in partem ex qualibet occaſione conuelli decernimus, vel immutari*; & Innocentio III. *in cap. quod ſuper his, el* 9. *de maioritate, & obedientia*, ibi: *Dummodo in ipſa Synodo non ducas aliquid ſtatuendum, quod canonicis obuiet inſtitutis.* Vbi Abbas *num.* 1. dicens: Nota ibi, *aliquid ſtatuendum, &c.* quod Epiſcopus non poteſt aliquid ſtatuere contra canones, etiam in Synodo, & ad hoc quotidie allegatur iſte textus. Ita Abbas, qui allegat Ioannem Andream *in cap. fin. de Officio Archipresbyteri*, & *in cap. vlt. de appellationibus*, ac Federicum *conſil.* 17. Idem Abbas *in cap. ſi duobus, num.* 7. *el* 7 *de appellationibus*. ibi: Ex his infero ad vnum notabile dictum, quod in terris Eccleſiæ non valet ſtatutum Laicorum contra ius Canonicum, ſicut nec ſtatuta Clericorum. Tamburinus vbi proximè, *num.* 5. idem docet, cum Decio *dict. cap. ſi duobus*, Nauarro *lib.* 1. *conſilior. tit. de electione, conſ.* 3. *num.* 1. *in nouis.* Roderiquez *tom* 1. *qq. Regularium, q.* 11. *art.* 1. & Rota *deciſ.* 267. *num.* 7. & 8. coram Ludouiſio, poſteà Gregorio Papa XV. Lezana *dicto num* 11. ſubſcribit, & allegat deciſionem 103. *num.* 7. & 8. *part.* 2. *diuerſorum*, & Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 7. ac Sigiſmundum à Bononia *de electione Prælatorum, dub.* 108. *num.* 2. Dubal *dicta q.* 20. *num.* 180. ibi: *No hauiendo priuilegio, ò conſtitucion aprobada por la Sede Apoſtolica en la Religion.* Ego ipſe *in diſquiſitione paſtorali, de iure Prioris annexi*, poſt quæſtiones Paſtorales edita, *num.* 83. & *ſeqq.* vbi allegaui Tamburinum *vbi ſuprà, q.* 12. *num.* 6. & *tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *num.* 1. Dianam *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 87. Auſonium Noctinot. *verbo Prælati Regulares, num.* 27. Pellizzarium *in Manuali Regularium, tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 8. *num.* 65. & 75. referentem Nauarrum *lib.* 3. *conſilior. tit. de Regularibus, conſ.* 5. *num.* 10. & Portell. *in dubiis Regularium, verbo Lex, num.* 10. Allegaui etiam Emmanuelem *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 17. *art. fin.* Ragium *de regimine Regularium, cent.* 2. *dub.* 159. *verſic. Aduertendum*, & alios non paucos.

Cum dictis tamen ſtat, quod omnes vnanimiter 465
de Capitulo, nemine diſcrepante, poſſint admittere in aliquorum ſententia extraneum, ad eligendum vnà cum eis. Quia ſicut poſſunt totam eligendi poteſtatem in compromiſſarios transferre, ita poterunt communicare aliis, vt cum eis coeligant. Ita Lezana *in ſumma, tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *num.* 20. cum Nauarro *lib.* 5. *conſil. de Simonia, conſ.* 9. Limita, dummodo admiſſus ſæcularis non ſit. Vnde idem Lezana *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 47. ait *ex cap. quiſquis, de electione*, electores eligentes per abuſum ſæcularis poteſtatis, ſuſpendi per triennium ab officio, & beneficio, & eligendi poteſtate priuari. Per abuſum autem eligunt ſæculares poteſtates, quando interuenit Princeps, aut poteſtas ſæcularis, ſeu ad eorum inſtantiam electio fit, & quando aliquid in ea exercent, & quando conſenſum præſtant ſuper eligendo.

Sed eſt maximè ponderanda dicta clauſula ſe- 466

cundùm Deum , & Beati Benedicti Regulam proui-derint eligendum ; à noſtro appoſita Alexandro IV. in præſenti conſtitutione , quæ quamplura includit ſpecialiſſimâ notâ digna , ſe tenentia tam ex parte eligendorum , & etiam ex parte ipſiuſmet electionis. Materiam certè ſubminiſtrat ad editionem non vnius tantùm voluminis, ſed plurium quidem ; quia tamen ad omnia , nec ſcientia , nec tempus, nec ad præſens ſuppetit occaſio, ſat pro illa fiet, ſi breuiter recenſeam aliqua ex ſelectioribus , quæ ad inſtructionem electorum Eccleſiaſticorum à viris doctiſſimis traduntur , & in ſacris decernuntur Canonibus. Illa claritatis gratiâ quatuor ſectionibus dilucidabo : in prima agam de his, quæ ad electores attinent ; in ſecunda de his, quæ ad eos , qui eligendi ſunt, ſpectant ; & in tertia , quæ ad ipſam electionem pertinere noſcuntur , referam. In quarta nonnulla miſcellanea diſcutiam.

SECTIO I.

De adnotandis circa Electores.

BREVIARIVM.

Axioma.

Omnia conceſſa intelliguntur de iure communi , niſi in certis caſibus prohibita inueniantur. n.479.
Taciti , & expreſſi eadem eſt vis. n.485.
Qui non facit quod de iure tenetur , præſumitur in dolo. num.489.

Communio.

Quatenus ex parte cenſuræ , licitè in omnibus , etiam diuinis , communicare poſſumus excommunicatis non denunciatis , nec notoriis Clerici percuſſoribus. num.478.

Conſilium.

In alterius præiudicium nemo poteſt mutare conſilium. num.486.

Electores.

Abbatum , & aliorum Prælatorum electores profeſſi eſſe debent , ſaltem tacitè. n.468.
Debent eſſe Clerici , ideſt ad Chorum deputati , non conuerſi. n.469.
Debent eſſe Ordinis Sacri , ſi priuilegium , aut conſuetudo in contrarium non adſit. n.470.
Eligere non poſſunt maiori excommunicatione innodati , ſuſpenſi , & interdicti denunciati , & notorij Clerici percuſſores. n.471.
Validè eligunt non denunciati , ſed illicitè. n.471.
Alij electores poſſunt non denunciatos ad electionem non admittere , ſed non tenentur. n.471.
Minori excommunicatione innodati ſuffragio vtuntur. n.472.& 480.
Irregulares ſuffragari poſſe , negant aliqui ; affirmat communis ſententia. n.473.
Voce actiua priuatur , cui prohibetur eligere ſine Prælati licentia. n.474.
Qui ſine priuilegio in loco celebrauit interdicto, voce actiua, & paſſiua priuatur. num. 475.
Voce actiua ad primam electionem priuatur , qui ſcienter indignum elegit , & expoſtulauit. n.476.
Hæc pœna non incurritur in electione Superiorum Regularium , in ſententia Peyrini. n.476.
Qui ſcienter ſuffragantur excommunicato denunciato, aut notorio Clerici percuſſori , peccant mortaliter , & voce priuantur actiua , donec à ſuo Superiore veniam conſequantur. n.477. & 479.
Electores tempore debito non ligentes , voce actiua pro illa priuantur vice. n.481
Poſſe electores vnanimi conſenſu admittere ad electionem extraneum , ſunt qui aſſerant ; ſed contradicit Tridentinum n.482.
Electores poſſunt in Superiorē electionem reiicere. n.483.
Hanc reiectionem , aut mandatum ſemel factum reuocare non poſſunt. n.484.
Si Superior intra tempus præſcriptum non eligit , ad immediatum alium Superiorem deuoluitur electio. n 484.
Poſſunt compromittere electionem , ſi viris probis illa committatur. n. 483. & 485.
Si compromiſſarij intra tempus à iure præſcriptum non eligant , ad Superiorem proximum deuoluitur eligendi poteſtas. n.484.
Poſſunt electores ſecretò conuenire , ne fiat electio , vt deuoluatur illa ad Superiorem. n.485.
Si quatuor ſint electores , poſſunt duo impedire electionem , vt ad Superiorem deuoluatur. n.485.
Ius eligendi non eſt apud Communitatem vt ſic , ſed apud ſingulos de Communitate habiles. n. 485.
Poteſtas eligendi poſita eſt in libera eligentium voluntate. n. 485.
Electores, poſitis ſchedulis in vrna ſuffragia variare non poſſunt. n.486.
Elector , qui ante ingreſſum Capituli non firmat conſcientiam ſuam , & non cogitat de eligendo & illius non conſiderat conditiones , multùm negligens eſt. num. 486.
Qui aliquam electionem , vel modum electionis approbauit , poſteà contradicere non poteſt. n.487.
Electores in Capitulo congregati , antequam eligant , iurare debent ſecundùm veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores, & magis idoneos ſe electuros. n.488.
Debent diligentiam facere , vt eligendum cognoſcant. num. 489.
Peccant mortaliter , ſi debitas non adhibeant diligentias. ibid.
Quibus adhibitis non peccant , ſi bona fide indignum elegerunt. n. 503.
Illis adhibitis , dum illum indignum non cognoſcunt , dignum illum reputare debent. n.490.
Debent tractatus conſultorios de qualitatibus bonis , & malis eligendorum , ſeruatâ iuſtitiâ , charitate, veritate , & recta intentione , ante electionem facere , vt dignior præferatur. n. 491.
Tractatus conuentionales , & conditionales omnino illis prohibentur. n. 491. 492. & 493.
Proponitur caſus difficultate non carens. n. 495.
Tenetur elector reuelare crimen eligendi , quem ſcit fore pernicioſum communitati ; non tamen quem ſcit fore pernicioſum alicui priuato. n.494.
Si tamen primum ſciat extra confeſſionem. n.508.

Irregularitas.

Irregulares iuriſdictione non priuantur,nec voce actiua. num. 473.
Irregularis eſt, qui in loco celebrauit interdicto. n.475.

Nouitij.

Non ſunt verè membra Religionis , aut Conuentus. num.468.

Pœna.

Menſura eſt culpa , & vbi iſta non eſt , nec illa debet eſſe. n. 478.

Regula.

Quod ſemel placuit , amplius diſplicere non poteſt. num. 486. & 487.

PRimum , quod circa electores Abbatum , & 467
aliorum Prælatorum Regularium , & quorumcumque

cumque Eccleſiaſticorum occurrit adnotandum, eſt, vt omnes illi debeant eſſe membra illius Conuentus, Capituli, vel Congregationis illius, cui caput eligitur. De quo latè in præcedentibus diſſeruimus.

468 *Secundum* eſt, quod electores Prælatorum Regularium debent eſſe profeſſi, vel expreſsè, vel ſaltem tacitè, Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. Lezana *tom.* 1. *ſum. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. & *num.* 25. Vidal. *in Arca*, *de electione*, *num.* 1. Bauny *in praxi*, *diſp.* 3. *q.* 5. *verſ. Tertiò eligere.* Probatur à Tamburino *tom.* 1. *de iure Abbatum*, *diſp.* 5. *q.* 8. *num.* 6. *ex cap. ex eo*, §. *in Eccleſiis*, *de electione*, *lib.* 6. & ex Gloſſa *ibi*, & Archidiac. *numero* 3. & hac efficaci ratione. Quia nouitius non eſt verum membrum Religionis, nec Conuentus. Et quia non eſt ſatis expertus Religionem, nec poteſt ſufficientem habere perſonarum notitiam. Limitatur tamen ab Aſcanio *num.* 7. *ſequenti*, in caſu, quo aliqui ex priuilegio, aut ex conſuetudine vocem & ſuffragium habeant, de quo eſt textus expreſſus *in cap. Cumana*, *el* 50. *de electione*, vbi Gloſſa *verbo Abbatibus*, & *verbo Conſuetudine*

469 *Tertium eſt*, electores debere eſſe Clericos, nam conuerſi, ſeu Fratres Laici ab electione excluduntur *in cap. Ex eo*, *citato*, vbi Bonifacius VIII. ſic decernit: *In Eccleſiis quoque Regularibus, vel Monaſteriis, ij qui non ſunt tacitè, vel expreſsè profeſſi, non debent cum profeſſis, vel Conuerſi Laici cum Clericis electionibus intereſſe.* Vbi gloſſa *verbo Conuerſi Laici*, *verbo Clericis*, & *verbo Electionibus*. Tamburinus *num.* 8. Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. Lezana *in ſumma*, *tom* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *numero* 3. Marcus Vidal. *num.* 2. cum Miranda *in Manuali*, *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. & Suarez *tom.* 4. *de Religione*, *tract.* 8. *lib* 2. *cap.* 4 Bauny *vbi proximè*.

470 *Quartum eſt*, debere eſſe in Ordine ſacro, ſaltem Subdiaconatus Ordine conſtitutos. Statutum fuit à Clemente Papa V. in Conc. Vienneſi; & refertur *in Clementina* 2. *de ætate*, *& qualitate*, per hæc verba: *Statuimus, vt nullus de cætero in huiuſmodi Eccleſiis* (ſcilicet Cathedralibus, vel Collegiatis ſæcularibus, vel Regularibus, de quibus agebatur) *vocem in Capitulo habeat* (*etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur*,) *niſi ſaltem in Subdiaconatus Ordine fuerit conſtitutus.* Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. Lezana *dicto cap.* 15. *num* 4 Bauny *dicta q.* 5. *in princ.* Docet etiam Tamburinus *eod. num.* 8. de communi apud omnes Religiones praxi, cum Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 5. Et aduerte ſufficere, quod initio electionis, licèt non vacationis, inueniantur Subdiaconi; admitti enim ad electionem debent. Gloſſa *in dict. Clement. verbo Conſtitutus*, *ex cap. cum inter R. de electione*, *in fine*, & *ex cap. Apoſtolicæ*, *de exceptionibus*: & Tamburinus *num.* 9. qui idem dicit de eo, qui poſt vacationem, & ante electionem profitetur. Rurſus aduerte cum Abbate in dictam Clementinam, *num.* 3. poſſe in Eccleſia Collegiata Clericorum, vel Religioſorum, non conſtitutos in Sacris vocem habere, in vim conſuetudinis, ſtatuti, vel priuilegij, quod innuit etiam gloſſa *verbo Mancipati*, *in fine*.

471 *Quintum eſt*, excommunicatos maiori excommunicatione, nominatim denunciatus, & notorios percuſſores perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuſpenſos pariter, & interdictos denunciatos, inhabiles eſſe ad ſuffragandum in electionibus. Colligitur *ex cap. Illa quotidiana*, vbi gloſſa *verbo Canonicam*, *el* 39. *de electione*, Abbas *n.* 7. & *in cap. conſulti*, *n.* 1. *&* 8. *el* 15. *& fin. de procuratoribus*. Tamburinus *in dicta q.* 8. *n.* 12. *& ſeqq.* cum Syluio *verbo Electio*, 1. *q.* 4. Suarez *de cenſuris*, *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 17. *&* 18. & aliis, Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 5. *n.* 12. *&* 13. *ac* 16. Lezana *dict. cap.* 15. *n.* 5. *&* 25. Bauny *dicta q* 5. *verſic. ſecundò*. Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 11. §. 1. *num.* 5 Conſultò addidi, *nominatim denunciatos*, propter extrauagantem *ſuprà* §. 8. *num.* 403. recenſitam. Quia cùm non denunciati, nec notorij percuſſores Eccleſiaſticorum ſint tolerati, quamuis ipſi peccent ſe in electione ingerendo, tamen non peccarent alij vocales illos non vitando, nec reprehendendo, licèt poſſent; nec inficerent electionem.

472 Excommunicati autem excommunicatione minori, non ſunt priuati iure eligendi, *cap. ſi celebrat*, *de Clerico excommunicato*, ibi: *Nec eligere prohibetur*, *&c.* Peyrinus *n.* 25. cum Couar. *in cap. Alma mater*, *p.* 1. §. 8. *n.* 3. Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *p. de excommunicat. dub.* 6. *n.* 11. *verſic. De minore.* Sayro *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 22. Reginaldo *lib.* 32. *tr.* 2. *n.* 144 Fillincio *tom.* 1. *tr.* 13. *cap.* 2. *n.* 33. ex quo *n.* 34. ex Henriq. *lib.* 13. *cap* 3. § 1 Nauarro *in Man. cap.* 27. *n.* 24. & ex aliis ait, eligendo non peccare, nec venialiter, quia nullibi prohibetur. Lezana *dict. cap.* 15. *num.* 5. Bauny *q* 5 *verſ. ſed pace.*

473 *Sextum* eſt, nec irregulares poſſe ad electionem admitti, ſeu ad ſuffragia in illa præſtanda, ſecundùm ſententiam Syluestri *verbo Electio*, 1. *q.* 4. & Azorium *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *q.* 8. *verſic. ius item eligendi*, quos recenſet Tamburinus *n.* 14. Ipſe tamen Aſcanius cum Nauarro *in Manuali*, *cap.* 27. *n.* 144. Suarez *de cenſuris*, *diſp.* 40. *ſect.* 2. *n.* 27. Fillincio *Moral. qq. tract.* 19. *cap.* 3. *q.* 6. *n.* 75. Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 7. *q.* 1. *punct.* 4 *n.* 18. teſtante de communi, & cum Sigiſm. à Bononia *dub.* 70. *à n.* 6. tenet irregulares voce actiua non priuari. Et ratio eſt, quia irregularis non priuatur iuriſdictione ob irregularitatem ſuperuenientem. Sed ius eligendi eſt iuriſdictio, vel reducitur ſaltem ad illam. Ergo ſicut irregularis non priuatur iuriſdictione, ita pariter nec iure eligendi priuatur. Pro prima ſententia eſt Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *d.* 2. *punct.* 12. § 1. *n* 5. *ex cap. is qui*, *de ſent. excommun. in* 6.

474 *Septimum* eſt, priuati voce actiua illos, quibus interdictum fuerit eligere ſine Superioris licentia, *cap. hic quibus*, *el* 6o. *& fin. de electione*. Tamburinus *vbi ſuprà*, *n.* 16. Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. Lezana *tom.* 1. *ſumma*, *p.* 1. *cap* 15. *num.* 5.

475 *Octauum* eſt, eos qui ſcienter in loco interdicto celebrauerint, niſi ad ibi celebrandum ſint priuilegio muniti, voce actiua, & paſſiua eſſe ipſo iure priuatos. Expreſsè vtrumque decernitur *in cap. is cui in Eccleſia*, *el* 18. *de ſentent. excommunicat. in* 6. ibi: *Is verò, qui ſcienter in loco celebrat ſuppoſito interdicto* (*niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure ſit conceſſum eidem*) *irregularitatem incurrit, à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari: & adeo efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debebit admitti* Vbi gloſſa *verbo Cum aliis*, ait: Amittit ergo poteſtatem eligendi actiuam, & paſſiuam. Tamburinus *n.* 17. cum Archidiacono *in dictam Decretalem*, *n.* 3. *circa finem*, Panormitano *in cap. Poſtulaſti*, *n.* 5. *de Clerico excommun. miniſtrante*, Nauarro *in Manuali*, *cap.* 27. *n.* 187. Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. Lezana *dicto cap.* 15. *num* 5. Palaus *dicto punct.* 12. *num.* 5.

476 *Nonum* eſt, voce actiua ad electionem primam ſequentem eſſe priuatos, qui ſcienter indignum elegerunt, aut poſtulauerunt; indignum ſcilicet

ſcientiâ

Digitized by Google

ſcientiâ, moribus, & ætate. Ita Concilium Lateranenſe *in cap. cùm in cunctis, el 7. de electione*, ibi: *Clerici ſanè, ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate priuatos*, &c. vbi gloſſa *verbo Tunc*, ait: Ideſt illa vice tantùm: & Barboſa *num.* 35. cum Tiraquello *in §. Hoc ſermone, limit.* 1. *num.* 32. Azorio *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *verſic. Sicut eligendi.* Filliucio *tom.* 3. *Moral. qq. tract.* 41. *cap.* 4. *n.* 173. Layman *in qq. canonic. de Prælat. elect. q.* 70. & aliis. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 5. *n.* 19. (qui tamen addit *n.* 20. pœnam capitis *Cùm in cunctis*, iam non habere locum in electione Superiorum Regularium *per cap. Si compromiſſarius, §. Huiuſmodi, de electione, in 6.*) Lezana *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *n.* 14. Bauny *dict. q.* 5. *verſ. Quamquam*, & *q.* 6. *verſic. Quintò*: & *in cap. ſcriptum eſt, §. fin. el* 40. *de electione*, ibi: *Niſi forſan omnes, aut maior pars poſtulantium præſumptione damnabili poſtulauerint ſcienter indignum, vt hac vice meritò debeant eligendi, ſeu poſtulandi poteſtate priuari*: vbi gloſſa *verbo Maior*, Tamburinus *n.* 18. Barboſa *in hoc cap. n.* 5. cum Lauorio *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 15. *num.* 76. ipſe Barboſa *in votis Deciſiuis, tom.* 1. *libro* 1. *voto* 4. *dubio* 5. *n.* 111. ait, tunc ſolùm priuari electores eligendi facultate, quando ſcienter indignum elegerunt, aut contra debitam formam ad electionem proceſſerunt.

477 *Decimum* eſt, eos qui ſcienter ſuffragati fuerint excommunicato non tolerato, non ſolùm peccare mortaliter, vt docet Sayrus *de cenſuris, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 33. ſed etiam tamdiu debere voce actiua priuari, donec veniam conſequi mereantur à ſuo Superiore, vt puniantur in eo, in quo delinquere præſumpſerint. Ita Peyrinus *dict. num.* 19. & habetur expreſsè deciſum *in cap. Poſtulaſtis, el* 7. *de Clerico excommunicato depoſito, &c.* ab Innocentio III. per hæc verba: *Illi verò, qui ſcienter illa beneficia talibus contulerunt, tandiu debent à beneficiorum collatione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt.*

478 Conſultò dixi, *non tolerato*, quia tolerato, ſcilicet non denunciato nominatim, aut notorio Clerici percuſſori, licitè in omnibus, quantumvis diuinis, communicare poſſumus, quatenus ex parte cenſuræ eſt. Ergo abſque vlla pœna. Pœna enim eſt menſura culpæ: vbi autem non extat menſurandum, menſura non habet locum. Ergo vbi non eſt culpa, nec pœna. Sic argumentatur gloſſa *in cap. ſine culpa, verbo eod. el* 23. *de Regulis iuris, lib.* 6. Plura de hoc cumulaui *in diſquiſit. Paſtorali de iure Prioris annexi, poſt qq. Paſtorales, n.* 76. & ſæpe alibi.

479 *A ſuo Superiore*, etiam dixi. Tum quia ita etiam dixerunt gloſſa ibi, *verbo Mereantur*, & Peyrinus *loco citato*. Tum etiam, quia veniam concedere non ſibi reſeruat Innocentius, nec Sedi Apoſtolicæ. Quod autem non eſt reſeruatum, nec Superiori ordinario prohibitum expreſsè, cenſetur illi conceſſum. Plura etiam dixi pro iſto axiomate probando *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.* 1. *tract.* 1. *diſq.* 4. *num.* 2. & *tract.* 4. *diſq.* 10. *ſub num.* 1. *verſ. Tum etiam*: & *tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 14. *num.* 4. & *diſq.* 9. *num.* 11. Axioma enim iuris communiſſimum eſt, vt omnia intelligantur conceſſa de iure communi, niſi in certis caſibus prohibita inueniantur.

480 *Vndecimum* eſt, eligentes ſcienter excommunicatum minori, non incurrere ſuſpenſionem vocis actiuæ. Colligitur ex iam dictis in præcedenti. Et docent apud Peyrinum *num.* 26. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſputat.* 24. *ſect.* 2. *num.* 22. Auila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 6. *diſputat.* 12. *dub.* 4. *concl.* 4. & ante illos Panormitanus *in cap. Si celebrat, num.* 2. *el* 10. *de Clerico excommunicato miniſtrante*, ibi: Excommunicatio minor non inducit ſuſpenſionem Ordinum, vel officij. Addo quos *num.* 472. recenſui.

Duodecimum eſt, non eligentes tempore debito, 481
eligere non poſſe. Peyrinus *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap.* 31. *notab.* 8. *ex cap. Ne pro defectu, de electione*; quia tunc electio ad Superiorem deuoluitur. Dubal *p.* 2. *q.* 2. *n.* 99. Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 11. §. 6. *num.* 1. dicens: Deinde eſt certum, electionem Prælaturæ Eccleſiarum Cathedralium, & Regularium faciendam eſſe intra trimeſtre à die notitiæ habitæ vacationis, niſi electores iuſtè impediti fuerint, aliàs priuabuntur pro illa vice poteſtate eligendi. Habetur expreſsè *cap. Ne pro defectu, de electione.* Ita ille Doctor.

Tertiumdecimum eſt, in aliquorum ſententia, ele- 482
ctores vnanimi conſenſu poſſe extraneum ad eligendum admittere. Ita Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *de ſubdito, q.* 1. *cap.* 31. §. 8. *verſic. Dico nonò.* Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 20. *pag. mihi* 103. vbi allegat Nauarrum *lib.* 5. *conſilior. tit. de ſimonia, conſil.* 9. Ipſe tamen Lezana remittit, & bene lectorem ad Tridentinum *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. expreſsè huiuſmodi admiſſionem prohibens per hæc verba: *Quicumque in Cathedrali, vel collegiata, Sæculari, vel Regulari Eccleſia, diuinis mancipatus officiis, & in Subdiaconatus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſiis in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè fuerit conceſſum.* Vnde benè Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 11. §. 1. *num.* 4. negat, id poſſe fieri. Quia *in cap. Cùm Vintonienſis*, & *cap. Scriptum, de electione*, quibus DD. contrariæ nituntur ſententiæ, ſolùm habetur, poſſe extraneos admitti tanquam compromiſſarios, vt nomine electorum electionem celebrent. Hæc Palaus.

Quartumdecimum eſt, poſſe electores electionem 483
in Superiorem reiicere. Docet Peyrinus *de priuilegiis, tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 8. cum Abbate *in cap. Bona memoria, num.* 8. *el* 1. *de poſtulatione Prælati*, & Guillelmo Benedicto *in quæſtion. de Epiſcop.* à *num.* 49. Eſt expreſsè deciſum *in cap. cauſam quæ, el* 8. *de electione*, in caſu quo Moniales electionem Abbatiſſæ in Epiſcopum reiecerant. Et duplici ratione probatur. *Primò*, quia poſſunt nolle eligere pro illa vice, & ſic permittere, vt electio ad Superiorem deuoluatur. Ergo poſſunt conuenire, vt illa in eundem Superiorem reiiciatur. *Secundò*, quia compromittere poſſunt, *cap. Quia propter, el* 42. *de electione*, ibi: *Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſia viduata prouideant de Paſtore.*

Sed petes, *an tali facta reiectione, antequam Præ-* 484
latus prouideat, poſſint electores reuocare mandatum? Reſpondeo, quod non, quia ita habetur deciſum *in cap. In cauſis, circa finem, el* 30. *de electione*, & docent gloſſa *in cap. Cauſam quæ*, citato, *verbo Prouideret*, & Peyrinus *dicto cap.* 3. *num.* 9. Quò loci ait, quod ſi Superior non eligat intra tempus præfixum, deuoluitur electio ad alium Superiorem. Quod Bonifacius VIII. decreuit *in cap. Si compromiſſarius, el* 37. *de electione in* 6. dicens: *Si compromiſſarius, in quem defuncto Epiſcopo transfertur eligendi poteſtas, negligenter intra tempus à iure ſtatutum eligere prætermittat, ad Superiorem proximum poteſtas deuoluitur prouidendi, ſibique compromittentes imputent, qui in talem*

talem poteſtatem huiuſmodi transtulerunt.
485 Si iterum quæras, *poteruntne ſecretò conuenire ele-*
ctores, ne fiat electio, & ſic deuoluatur ad Superio-
rem, atque adeò electionem impedire? Peyrinus *dicto*
tom. 3 cap. 13. n. 29. reſpondet quod ſic. *Primò*, ſi
omnes conueniant; quia ſi hoc facere poſſunt in
publico per compromiſſum, poterunt id facere ſe-
cretò abſque ſcriptura publica; taciti enim, & ex-
preſſi eadem eſt vis, *l. Cùm quid, ff. de rebus credi-*
tis, c. 2. de reſcriptis. Secundò, ſi in vno Conuentu
ſint v. g. quatuor tantùm electores, poterunt duo
impedire electionem, vt deuoluatur. Mouetur *Pri-*
mò, quia ius eligendi non eſt apud communitatem,
vt ſic, ſed apud ſingulos de communitate, habiles
tamen. *Secundò*, quia poteſtas eligendi poſita eſt in
libera eligentiũ facultate. *Tertiò*, quia ex hoc nullum
ſequitur præiudicium communitati, vt ſupponitur.
486 *Quintumdecimum* eſt, ſuffragia mutare non poſſe
electores, poſitis ſchedulis in vrna. Ita Peyrinus
tom. 1. de ſubdito, q. 1. c. 31. §. 6. Primò, quia ſic poſſet
ex malitia quilibet in longum electionem protrahe-
re, quod eſt damnoſum, iuxta caput *Inter vniuerſas,*
el. 18. de electione. Secundò, quia nemo poteſt muta-
re conſilium in alterius præiudicium, *l. nemo, ff. de*
re iudicata. Tertiò quia quod ſemel placuit, ampliùs
diſplicere non poteſt, per regulam *Quod ſemel, 21.*
de regulis iuris, l. 6. Quartò quia multùm negligens
eſt, qui ante ingreſſum Capituli non format con-
ſcientiam ſuam, & non cogitat de eligendo, & il-
lius conditiones non conſiderat. *Quintò*, quia pro-
iectâ ſchedulâ in vrnam, ita miſcetur cum aliis, vt
impoſſibile ſit eam cognoſcere. Vnde poſſet quis in
fraudem electionis, ſeu in odium electi fingere,
velle ſumere ſuam ſchedulam ad ſuffragium mutan-
dum, & ſumere aliam. Tandem, quia ſi hoc admit-
teretur, nunquam ceſſarent lites, & campus mali-
gnis, & litigioſis aperiretur. Dictis fauent Emma-
nuel Roderiq. *tom. 2. qq. Regular. q. 51. art. 7.* Miran-
da *in Manuali Prælator. tom. 2. q. 23 art. 24. concl. 1.*
Emmanuel enim dicit ſic: Nec audiendus eſt, qui
alium priori omiſſo eligere vellet, iuxta gloſſam,
Ioannem Andream, Abbatem, & Biaxium.
487 Fauet & Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq.*
Regul. part. 1. c. 15. n. 109. dicens, conſenſum, & acce-
ptationem maximam habere vim in electionis ma-
teria, ita vt qui ſemel aliquam electionem, vel mo-
dum electionis approbauit, contradicere poſtea non
poſſit, *cap. Nulli licere, de elect. in 6 & c. concertationi,*
el 8. de appellation. eod. lib. vbi Doctores cõmuniter:
ſpecialiter pro materia electionis. Lauorius *de ele-*
ctione, lit. 4. c. 19. n. 115. Sigiſmundus de Bononia *eod.*
tract. part. 3. dub. 46. n 6 Conſonat etiam declaratio
S. Congregationis Epiſcopor. & Regular. 2. De-
cembr. 1643 in caſu cuiuſdam electionis pro ordi-
ne Prædicatorum, & alia Card. Ginetti eiuſdem an-
ni, ex quibus habetur, admitti non poſſe reclama-
tionem contra electionem aliquam, ſi ij, qui recla-
mant, antea in ipſam conſenſerũt. Colligitur etiam
ex regula iuris *in 6. 21.* quæ ſumitur *ex l. Sicut, C.*
de actionibus & obligationibus: Quod ſemel placuit,
diſplicere non poteſt, quod gloſſa ibidem intelligit
etiam in electo, iuxta caput *Dilectiſſimi, 8. q. 2.* Vnde
mihi non ſatis probatur Barboſæ placitum, dicen-
tis *voto deciſiuo 39. n 90.* poſſe electores variare an-
te ſcrutinij publicationem.
488 *Decimumſextum eſt*, electores in Capitulo con-
gregatos, antequam ad actum deueniant electionis,
debere iurare *Secundùm veritatem cuiuſque conſcien-*
tia probiores, ac magis idoneos ſe electuros. Ita ſtatuit
Clemens VIII. in decreto pro reformatione Regu-
larium, §. 53. edito 20. Martij 1601. quod habetur
apud Peyrin. *tom. 2. de priuileg. ad conſtit. 10* Vrbani
VIII. *pag. mihi 387.* & illo recẽſito, docent ipſe Pey-
rin. *tom. 2. in Formulario Prælator. Regul. lit. E, c. 2. à*
n. 1. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. quæſ. 6.*
n. 35. Lezana *in dict. c. 15. n. 12. & 13.* Et aduertunt
huiuſmodi iuramentum exigi ex Decretis Concilij
Baſilenſis *ſeſſ. 20. & 38.* Concil. 3. Colonienſ. *part.*
1. c. 7. & 8. Pauli V. Vrbani VIII. & cõſonare Con-
cilio Trid. *ſeſſ. 24. de reformatione, c. 1. & 12.* Docet
etiam Samuellius *de elect. tract. 1. diſp. 4. contr. 1.* quò
loci ait, quod non reddatur electio nulla ob defe-
ctum iuramenti; peccari tamen mortaliter in omiſ-
ſione iuramenti, vbi de conſuetudine & vſu rece-
ptum eſt decretum præfatum.
Decimumſeptimum eſt, electores debere diligen- 489
tiam facere, vt cognoſcant eligendum. Debẽt enim
per ſe vel per alios de perſona eligenda inueſtigare
diligenter. Et ſi debitis diligentiis non adhibitis eli-
gunt, peccant mortaliter. Ita Peyrin. *tom. 1. de ſubdi-*
to, q. 1. c. 31. §. 2. in fine, & tom. 3 de priuileg. c. 9. n. 21.
cum Panormitano *in cap. Bonæ memoriæ, n. 15. el 2. de*
poſtulatione Prælati. Et ratio eſt, quia debent elige-
re dignum, immò digniorem: omittentes autem di-
ctas diligentias, ſe exponunt periculo eligendi indi-
gnum: qui autem amant periculum, peribũt in illo:
& qui non facit quod de iure tenetur, præſumitur in
dolo, *cap. Innotuit, de electione*, vbi Abbas *n 9. 21. &*
22. Qui *in c. 1. de renunciatione n. 3* ait, quod incogni-
to non eſt committendum regimen Eccleſiæ. Et ex
hoc etiam nota, quod ſaluâ conſcientiâ non eligi-
tur, nec promouetur perſona incognita. Facit ſuprà
de poſtulat. Prælat. Bonæ, el 2. ad finem. Hæc Abbas.
Ad hoc autem, vt electores iudicare debeant, ali- 490
quem eſſe dignum, ſeu eligibilem, ſatis eſt quod ha-
beant certitudinem moralem, & humanam, quâ iu-
dicent talem eſſe eligibilem. Ita Peyrin. *dict. c. 31. §.*
1. notab. 2. cum Caiet. *2. 2. q. 63. art. 2.* Aragone *ibi, co-*
lum. 4. pag. 222. Ledeſma *in ſumma pa. 1. 2. tract. 7. c. 2.*
concl. 4. dub. 3. pag. 233. Et ratio eſt, quia maiorẽ cer-
titudinem habere non poteſt. Vnde adhibitis dili-
gentiis debitis, dum electores non cognoſcunt ali-
quem indignum, dignum illum reputare debent, ita
Innocentio III. decernente *in cap. ex parte, el 1. de*
ſcrutinio in Ordine faciendo Quia non ſimpliciter illum
aſſerit eſſe dignum, ſed in quantum humana fragilitas
noſſe ſinit; cùm illum quem indignum eſſe non nouit, di-
gnum debeat æſtimare. Vbi gloſſa *verbo Æſtimare.*
Barboſa *n. 3. & de poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 10. n. 1.*
Ad prædictam inueſtigationem neceſſarius val- 491
de eſt tractatus conſultiuus, vt aduertit Peyrin. *de*
priuileg. tom. 3. c. 9. n. 7. dicens: Eſt enim tractatus in
electione per ſcrutinum neceſſarius. Gloſſa *in cap. In*
nomine Domini, verbo Tractante, diſt. 23. aliter non va-
leret electio, *cap. In Geneſi, de electione*, cùm tractatus
ſit veluti præparatio ad electionem. Nam in eo fit
diſcuſſio eorum, quæ facienda ſunt in electione.
Neque per huiuſmodi tractatum ius aliquod quæ-
ritur partibus, donec res fuerit firmata per electio-
nem, *cap. Tua nuper, de his quæ fiunt à Prælatis*, &c.
Vnde tractatus neceſſarius eſt, vt in eo conueniant
electores, & quilibet dicat quod ſibi videtur, vt ait
gloſſa *in dicto cap. Tua nuper verbo Tractatu.* Et in hoc
tractatu nominantur plures, qui videntur digni ele-
ctione, & fit collatio nominatorũ meriti ad merita,
iuxta caput *in Geneſi. c. Cumana, de electione.* Sed ad-
uerte benè, quod loquor sẽper de tractatu cõſulto-
rio, non conuentionali, aut conditionali; nã iſti tra-
ctatus ſũt omnino prohibiti, & de iſtis intelligũtur
decreta, quãdo tractatus prohibẽtur. Pro electionis

tractatu remittit Peyrinus nos ad Lauorium *de ele-ctione, c.6. à n.50.* & ad Dianam *part.2. tr. 16. reſol. 35.* cuius nonnullas clauſulas libet lectori reddere.

492 His ita ſuppoſitis (ait) iuris communis veſtigia ſequendo, ſanctè determinatur in aliquibus Religionibus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt ante electionem nullus tractatus de illa habeatur. In quibus verbis non prohibentur tractatus conſultorij, ſed tractatus ambitioſi, pactionales, conditionales, &c. vt rectè notauit Petr. Baſilius *in direct. elect. p.3. c.3.* Guillelmus Mandagotus *in Miſcellaneis, cap. de electione, n.2.* & ante illos Abbas *in cap. Bona memoria, el 2. n.12. de electione,* cum aliis. Igitur permiſſus eſt ante electionem tractatus conſultorius, & ita *in cap. Si tranſitus, d.79.* probatur, quod viuente Papa habeatur tractatus conſultorius de ſubſtitutione Summi Pontificis. Hæc, & alia Diana.

493 Et Lezana in ſumma, *tom.1. part.1. c.15. n.24.* recenſito decreto Clementis VIII. *ſuprà*, ait: Nec tollitur per hoc decretũ, quod iidem electores poſſint ſecum de qualitatibus eligendorum tractare, etiam vitia manifeſtãdo, virtuteſve oſtendendo; ſeruata tamen iuſtitia, charitate, veritate, & cum recta intentione, ſcilicet, quod dignior cæteris præferatur. Tum quia eſt conforme iuri naturali, vſus omnium, etiam piorum; & neceſſarium, vt electores nouerint virtutes, & vitia eligendorum. Roderiq. *tom.2. qq. Regular. q 56. art. 1.* Neque hoc prohibent Summi Pontifices, & aliquarum Religionum conſtitutiones, pœnas taxantes contra ſubornantes in electionibus: intelligi enim ſolùm debent contra illos, qui precibus, vel donis ſuadent aliis, vt dent vocem quibuſdam, ob finem prauum, vel iniuſtè, mentiendo vitia, vel virtutes eligendorum. Roderiquez *tom.2. q.56. art.1.*

494 Sed an elector teneatur reuelare crimen eligendi occultum, dubitari poteſt. Peyrin. *tom.1. de ſubdito, q.1. c.31. §.3. in fine,* & Lezana *dicto c.15. n.15.* diſtinguunt: Aut perſonam, de cuius electione agitur, ſcio fore communitati pernicioſam, quia malæ vitæ, malæ conſcientiæ eſt; & occultum eſt illum eſſe tam malum: aut ſcio fore pernicioſam vni, aut aliquibus particularibus. Si primum, teneor reuelare: nam bono communitatis conſulere teneor ſtrictiori iure naturali, quàm ſecretum ſeruare. Si ſecundũ, teneor ſeruare ſecretum, quia illius obſeruatio eſt de iure naturali, quod propter bonum aliquod particulare omittendum non eſt. In primo caſu cautè procedi debet, ita vt paſſiones deponantur, & ſolo bono communi proſpiciatur. Ita Peyrinus, Emm. Roderiq. *tom 2. q.53. art. 3.* Nau. *in Man. c.18. n.56.* Molina *de iuſt. tom.5. diſp.24. n.6. & 7.* & Caſtellino *c.5. de electione, n.84.*

495 Poſteà addit Peyrinus *eod. n.7.* non videtur damnandus tractatus in Capitulis hoc modo factus, v. gr. conuenerunt maior pars ad eligendum Petrum, tanquam omnibus meliorem ſuâ ſententiâ: item conuenerunt ad eligendos tales Collegas, & talem zeloſum, qui etiam viſi ſunt omnibus meliores: hoc facto accedunt ad eum, quem determinarunt eligere, & illi ſuam voluntatem declarant, tam quoad electionem in perſona ſua faciendam, quàm quoad alias electiones in perſonis deſignatis. Non damnarem in hoc caſu eligendum, qui reſpõderet: *Ego non reſiſtam voluntati Dei; & Patres, quos mihi proponitis in collegas, & zeloſum, mihi meritiſſimi videntur, vnde illorum electionibus non reſiſtam, ſed potiùs fauebo.* Hæc Pater Peyrin. Sed cautè in hac materia procedi debet, quia difficile mihi videtur, quod in caſu ab ipſo Authore poſito, deſit pactio, & conuentio prohibita; ſi non omninò expreſſa, ſaltem implicita.

SVBSECTIO I.

BREVIARIVM.

Argumenta.

Ab æquiparatis valet argumentum, quando adeſt ſimilitudo in eo, in quo æquiparantur. n.502.

Beneficium.

Eſt ius perpetuum percipiendi eccleſiaſticos fructus, ſiue redditus ex bonis Eccleſiæ, ratione ſpiritualis officij Eccleſiaſtica authoritate conſtituti. n.500.

Illud indigno conferens, peccat mortaliter, ſuſpenſionem incurrit, & tenetur ad reſtitutionem. n.498.

Prælati Regulares, etiam Mendicantes, ſub nomine veniunt beneficiorum. n.500.

In eos per exemptionem tranſlata eſt iuriſdictio Parochorum. n.500. & 501.

Et Parochis æquiparantur. n.502.

Electores.

Indignum nunquam ſine culpa eligunt mortali. n.496.

Participes fiunt omnium peccatorum indigni ab eis electi. n.496. & 499.

Talem eligentes, peccant contra iuſtitiam diſtributiuam, & contra commutatiuam. n.497.

Et ad reſtitutionem tenentur. n.499.

Suffragando peccatori notorio, publico, aut famoſo, in plurimum mortaliter peccant, ſicut electioni conſentiens. n.504.

Limita in caſu, quo in Congregatione, aut Conuentu, &c. idoneus non reperiatur niſi ille. n.505. & 506.

Peccatorem occultum, quem credunt quamprimùm ſurrecturum, eligere poſſunt, ſecus quem ſciunt habere animum in peccato perſeuerandi. n.507.

Malum.

Minus malum licet permittere ad præcauendum maius. n.506.

Prælati.

Regulares Prælati habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. n.501.

Æquiparantur Epiſcopis in iuriſdictione. n.502.

Vide alia verbo Beneficium.

Sacramenta.

A Parocho proprio peccatore licet illa petere, & quare. num.506.

Vſura.

Iuſta de cauſa licet mutuum ab vſurario petere, & quare. n.506.

DEcimumoctauum eſt, nunquam licere electoribus indignum eligere, & ſi eligant, mortaliter peccare. Ita ex D. Thoma *Quodlibeto 6. art.9.* Soto *de iuſt. & iure, 7.6. art.2. concl.7.* Salone *2.2. q.63. art. 2. contron.2.* Ledeſma *2. part. ſummæ, tract. 7. cap.2. concl.5.* Roderiq. *in ſumm. part.1. cap.106. concl.10. n.12.* Reginaldo *in praxi, lib.30. tract.3. n.195.* Peyrinus *tom.2 de ſubdito, q.1. cap.31. §.2. in princ.* & Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regul. tom.1. part.1. cap.15. n.14.* qui addit cum eodem Roderiq. *tom.2. qq. Regular. q.52. art.5.* fieri participes omnium peccatorum commiſſorum à Prælato indigno electo. Innuit Tridentinum infrà. 496

Et probatur *primò*. Tum quia peccant contra iuſtitiam diſtributiuam, quâ tenentur diſtribuere benemeritis gradus, & honores. Tum quia peccant contra iuſtitiam commutatiuam, cùm non prouideant bono communi, ſicut ex officio tenentur. 497

Probatur *ſecundò* ex capite *Graue nimis, el 29. de Præbendis*, vbi ſic habetur: *Graue nimis eſt, & abſurdum, quod quidam Eccleſiarum Prælati, cùm poſſint* 498

viros

viros idoneos ad Eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec litterarum ſcientia ſuffragantur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta Eccleſiis damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Hæc in textu. Barboſa autem *num.*4. ita ait: Conferens enim illiterato, & indigno, vltra ſuſpenſionis pœnam, de qua in præſenti, non ſolùm peccat mortaliter, *cap. Miramur*, 61. *diſt.cap. Quid eſt manus*, 78. *diſt.*Couarr. *in regul. Peccatum, cap.*2.*§.*7. *num.*8. Syluester *verbo Reſtitutio*, 3. *§.*5. Toletus *in inſtruction. Sacerdotum, lib.*5. *cap.*4. *numero* 8. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1. *cap.*106. *num.* 4. *&* 5. ſed etiam tenetur ad reſtitutionem intereſſe Eccleſiæ, quam læſit, ex prædicta mala collatione reſultantis. Decius *in cap.Cùm in cunctis,in princip.num.* 16. *de electione*, Rebuffus *in praxi beneficiali, tit.de Pœnis contra collat. indign. conferent. numer.*8. *&* 9. Toletus *dicto cap.*4. *num.*8. Quibus addo Lezanam *vbi proximè*, *ad finem dicti num.*4. dicentem: Inſuper, qui eligit indignum, & inde aliquod malum ſequitur Religioni, tenetur illud recompenſare eo modo, quo fieri poſſit, hoc enim exigit æquitas iuſtitiæ propter iniuriam illatam. Allegat Sotum 3. *de iuſtit. & iure*, *quæſt.* 6. *art.* 2. Nauarrum *in Manuali, cap.* 17. *num.* 72. *&* 73. & *lib.*5. *conſilior. tit.de ſimon. conſ.*8. *num.*1. *&* 2. Addo & Banny *in praxi*, *diſp.* 3. *quæſt.* 11. recenſentem Malderum *de beneficiis*, *dub.* 6. Reginaldum *tom.*2. *lib.*30. *tract.*3. *cap.*14. *num.* 195. Addo & Vaſquez *opuſc. de beneficiis*, *cap.*2. *§.*3 *dub.*3.

499 Probatur *tertiò* ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.*1. *de reformatione*, ibi: *Omnes verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque ius, quacumque ratione à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in his pro præſenti temporum ratione innouando, hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant; eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos ſciant, quæ iuxta ſacros Canones, & Tridentina huius Synodi decreta requiruntur.*

500 Nec valet dicere, caput *Graue nimis*, loqui de beneficia eccleſiaſtica conferentibus; & Tridentinum de concurrentibus ad promotionem præficiendorum Eccleſiis Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſiis; neutrum autem mentionem facere de eligētibus Superiores Regulares. Non, inquam, valet. Tum quia huiuſmodi Superiores, maximè Abbates, & eorum officia, nomine beneficiorum, & beneficiariorum veniunt, etiam Mendicantium reſpectu, vti docet Peyrin. *tom.*1. *de ſubdito, q.*1. *c.*31. *§.*9. *verſic. ſolùm hic*, cum Caiet. *in ſumm. verbo Excommunicatio*, *cap.*72. Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 20. *art.* 13. Suarez *tom.* 1. *de Religione, lib.*4. *cap.*57. *num.* 47. Armilla *verbo Excommunicatio*, *c.*59. & Reginaldo *in praxi*, *lib.*23. *num.* 182. Et bene quidem, cùm habeant officium, ad quod ex natura rei ſequitur ius percipiendi fructus, in quo ratio formalis beneficij ſaluatur, cùm beneficium diffiniatur per hoc, quod ſit *ius perpetuum percipiendi Eccleſiaſticos fructus, ſiue redditus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis officij Eccleſiaſtica authoritate conſtitutis*, vti dixi *in qq. Paſtoralibus*, *part.* 1. *q.*1. *n.*2. Et non qualecunque habent officium, cui prædictum ius debeatur, ſed proprium Parochorum; ex quo enim Religioſi à Sede Apoſtolica fuerunt exempti, officium Parochi, & illius iuriſdictio tranſlata eſt in Prælatum localem Cœnobij, ſeu Conuentus.

Tum etiam, quia Prælati immediati Regularium habent iuriſdictionem ordinariam & Epiſcopalem, ſeu quaſi, reſpectu ſuorum ſubditorum Religioſorum, *cap. Abbates*, *el* 3. *de priuileg. lib.*6. vbi gloſſa *verbo Quaſi Epiſcopalem*. Et latè probaui *in dictis qq.* 3. *part. q.*13. *n.*7. & poſt illas *in diſq. Paſtorali de iure Prioris annexi, n.*95.96.97. *&* 113. & *in Diſquiſitionibus Moral. & Canonic. tom.*2. *diſq.*10. *num.*21. pluribus allegatis Doctoribus. Per exemptionem enim tranſlata fuit in dictos Prælatos iuriſdictio, quâ in Religioſos gaudebant Epiſcopi. Si ergo huiuſmodi Prælati immediati, & locales ſunt veri Parochi ſubditorum ſuorum, & Epiſcoporum munere erga illos funguntur; quod iura prædicta diſponunt circa idoneitatem beneficiariorum, & Epiſcoporum, diſponunt etiam circa idoneitatem Prælatorum Regularium. Non enim illorum ſtatum attendunt iura, ſed munus tantùm, quod exercent, in quocumque illud ſit, conſiderant. 501

Et confirmatur, quia Prælati Regulares æquiparantur Parochis, & Epiſcopis. Ergo diſpoſitum de Epiſcopis, & Parochis, cenſetur diſpoſitum de Prælatis Regularibus. Patet conſequentia, quia ab æquiparatis valet argumentum. Auguſt. Barboſa *in tract. locorum communium argumentorum iuris, loc.*6. *ex l. Stichus, ff. de manumiſſis teſtamento*, Cephalo *conſ.*210. *n.*42. & *conſ.*537. *n.*19. Menochio *conſ.*32. *num.*17. Gratiano *diſceptat. forenſ. cap.*298. *num.*70. & ex aliis pluribus. Quod certè procedit quando adeſt ſimilitudo in eo, in quo æquiparantur. Idem Barboſa *n.*2. cum Pelaez *de maioratu*, *part.*1. *q.*28. *n.*22. Cephalo *dict. conſ.*537. *n.*19. *in* 4. *volum.* Card. Seraphino *deciſ.*288. *n.*5. & cum aliis. Æquiparatio autem fit inter Prælatos, & Parochos, in iuriſdictione fori pœnitentialis; & inter eoſdem Prælatos, & Epiſcopos, in iuriſdictione fori contentioſi. Ergo cùm Prælati Regulares, ſimiles, immò eaſdem habeant iuriſdictiones in ſubditos ſuos, ac habent in ſuos Parochi, & Epiſcopi; quod de his diſponitur, de illis diſpoſitum eſſe intelligitur. 502

Si tamen quis bona fide digniorem putans, debitis adhibitis diligentiis indignum elegit, non peccauit. Et ratio eſt, quia qui fecit quantùm potuit, vt digniorem eligeret, legem adimpleuit, & ad aliud non tenetur. Et ita docet Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito, q.*1. *cap.*31. *§.*2. *in fine*. Accinit. Banny *diſp.*3. *q.*5. *verſ. quamquam*, dicens: Immò nec eſſet pro ea vice priuatus ſuffragio, qui indignum elegiſſet, talem eum eſſe neſciens, *cap. Innotuit*, 20. *de electione, verſ. Parcentes.* 503

Sed quid *ſi eligat quis peccatorem notorium, aut publicum, peccabitne ſemper mortaliter?* Suppono, eligentem huiuſmodi peccatorem notorium publicum, vel famoſum, in plurimum peccare mortaliter, ſicut eiuſmodi electioni conſentientem. Ita Peyrinus *dicto c.*31. *§.*3. *concluſ.*2. cum Nauarr. *miſcellaneo* 34. *de Oratione, verſic. Tertiò contingit*, Azorio *Inſtit. Moral. part.*2. *lib.*6. *cap.* 14. *quæſt.* 10. & communi ſententia eorum omnium, qui abſolutè docent, eſſe mortale peccatum in mortali exiſtentem eligere. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 15. Et probatur ex illo Apoſtoli ad Titum: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* 504

eſſe. Quod expouens D. Thom. *lect.* 2. ait : *Non vult ducere Apoſtolus, quod qui mortaliter peccat poſt baptiſmum, nonpoſſit eligi, ſed quod non ſit infamis.* Ideſt, quod non poſſit eligi, qui eſt in peccato, ſi peccatum eſt notorium, & famoſum, accuſatio-neque dignum. Sic explicat D. Thomam Cornelius à Lapide *in epiſt. ad. Titum, verſu* 6. Vel intelligi debet D. Thom. cum Bañez 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *dub.* 1. *verſic. Sed quares*, de eo, qui eſt in peccato graui, & enormi ; in eo ſcilicet, ex quo peccatori reſultet infamia.

Secundò probatur, quia qui eligunt notnrium, publicum, aut famoſum peccatorem, cauſam præbent offenſionis, & ſcandali, cùm videant hunc eligi, alio prætermiſſo, qui bouus, & idoneus cenſetur ab aliis.

505 Quo ſuppoſito dico, quod ſi in aliquo loco, Conuentu, aut Capitulo, ſeu Congregatione non reperiatur qui poſſit, aut ſit idoneus ad Curatum, dignitatem, ſeu Prælatiam, niſi peccator notorius, poſſint eum electores eligere. Ita Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, quaſt.* 1. *cap.* 31. §. 3. *concl.* 3. cum Rodeiquez *in ſumma, part.* . . *cap.* 106. *concl.* 1. *num.* 3. Petro Ledeſma *in ſumma, part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *concl.* 4. *dub.* 2. ibi : *Digo lo ſegundo*; & Aragone 2. 2. *quaſt.* 63. *art.* 2. *colum.* 4. *verſic. Et ad primum argumentum.*

506 Et probatur, quia hoc caſu non eſſet eligere indignum, ſed bono communi conſulere, ad quod electores tenentur, cui nec aliter, nec alio modo, vt ſupponitur, conſulere poſſunt, quàm iſtum eligendo peccatorem. Nec poteſt dici, electores peccaſſe, eo quod ſic electus Sacramenta v. gr. miniſtrabit culpâ lethali grauatus, & ſic mortaliter delinquet. Tum quia ipſi eum elegerunt, tanquam minùs malum permittentes, ad maius præcauendum. Tum quia ipſi dederunt ei adminiſtrationem, quam poteſt ipſe bene, & meritoriè exercere ; quam ſi aliter exercet, ſibi debet imputare, non iis, qui neceſſitate coacti id fecerunt : ſicut qui petit ab vſurario mutuum, vel miniſtrari Sacramenta à Parocho proprio, quem ſcit eſſe in peccato mortali.

507 Quod ſi petas, *Quid dicendum de peccatore occulto, poteritne eligi abſque electoris peccato?* Sub diſtinctione reſpondetur ; aut credit elector, peccatorem occultum non perſeueraturum in peccato, ſed potiùs quamprimùm ſurrecturum ; aut ſcit, eum habere animum in peccato perſeuerandi. Si primum, non peccat elector eligens peccatorem occultum, aliàs cæteris digniorem ; nec ipſe electus, qui ſuæ electioni conſentit Ita docet Peyrinus *dicto* §. 3. *concl.* 1. & Lezana *dict. num.* 15. cum Bañez 2. 2. *quaſt.* 43. *art.* 2. *dub.* 1. *verſic. ſed quares*, Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quaſt.* 10. & videntur tenere (addit Peyrinus) Nauarr. *Miſcellaneo* 34. *de Oratione, num.* 4. *verſ. Quarto contingit.* Aragon. 2. 2. *quaſt.* 63. *art.* 2. *concl.* 3. *verſ. Sed vt quid*, Ledeſma 2. *part. ſummo, tract.* 7. *cap.* 2. *concluſ.* 2. *dub.* 4. Non peccat, dixi, mortaliter ſcilicet: & idem de electo dico.

Prima reſponſionis pars probatur. Tum quia ſi credit non permanſurum in peccato, poteſt etiam credere ipſum iam eſſe contritum, & in eo ampliùs non permanere. Vnde non debet omittere eum eligere, qui aliàs eſt frugi futurus illi Eccleſiæ, ad cuius gubernationem admittitur. Tum etiam, quia talis occultus peccator, ſecluſo malo perſeuerandi animo, non eſt aliis in ſcandalum, & poteſt eſſe vtilis illis. Et quoad acceptantem electionem de ſe factam, probatur ; quia non requiritur tanta animæ puritas ad acceptandam huiuſmodi electionem, quanta requiritur ad S. Euchariſtiam recipiendam, ad quam omnimoda requiritur puritas.

Secunda pars quoad electorem probatur. Quia, *qui ſibi nequam eſt, quomodo aliis bonus erit?* Et *quam curam habebit Eccleſia Dei perditus homo:* Et idem dicendum eſt de eo, qui ſcienter eligit illum, qui manifeſtâ malitiâ, & inueteratâ conſuetudine peccator eſt ; quia cùm probabiliter iudicetur diu in tali perſeueraturus peccato, quid frugi poterit aliis eſſe? Et quoad acceptantem electionem, probatur quod peccet mortaliter, quia cùm non habeat animum dimittendi peccata, periculo ſe exponit millies peccandi mortaliter per Sacramentorum adminiſtrationem, quæ omnimodam requirit puritatem.

SVBSECTIO II.

BREVIARIVM.

Axioma.

Ad impoſſibile nemo tenetur. n. 512.

Neque ad id, cuius medium valde arduum eſt, & perdifficile. num. 512.

Impoſſibilium, & valde difficilium idem eſt iudicium. num. 512.

Impoſſibilitati æquiparatur difficultas magna. numero 512.

Mens diſponentis magis attendenda, quàm verba. numero 527.

Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. numero 528.

Capitulum.

Super omnes Superiores Ordinum ſunt Capitulum Generale, & Prouinciale. num. 524.

Commune bonum.

Bono communi ſtrictiori iure naturali aſtringimur, quàm priuato. n. 508.

Confeſſarius, Confeſſio.

Qui ex ſola confeſſione ſcit, aliquem eſſe indignum, ſine vlla pœna poteſt illi ſuffragium, beneficia, & dignitates conferre. n. 510.

Nullo modo peccat, qui ſcientiâ habitâ ex confeſſione non vtens, eligit, aut non remouet, cùm aliàs poſſit, indignum, dummodo extra confeſſionem eandem non acquiſierit notitiam, à num. 511.

Confeſſionis Sacramentum inſtitutum eſt, vt ex ſcientia in illo habita in foro interno curentur animæ. num. 513.

Inſtitutum eſt ad modum iudicij, in quo ſint iudex, accuſator, & reus. n. 514.

In rebus, quæ pœnitentem pudore afficere, à confeſſione retrahere, vel ei damnum inferre poſſunt, ita Confeſſarius ſe gerere debet, ſi illa ſolùm in confeſſione ſciuit, ac ſi nihil ſciret. num. 516.

In hoc caſu non illi licet remouere ab officio amouibili pœnitentem. n. 516.

Nec ab Euchariſtia. n. 516. & 517.

Non illi licet in electione denegare ſuffragium. numero 516.

Confeſſionis ſigillum obligat ad ſecretum, etiam reſpectu pœnitentis. n. 518.

In nullo caſu illud frangere licet. n. 519.

Sæpe illud offenditur grauiter abſque ipſius fractione. n. 518. & 519.

Clemens VIII. ſub præcepto iniunxit Prælatis Regularibus, ne ſcientiâ in confeſſione habitâ in externa vtantur gubernatione. n. 519.

Iniunxit

Iniunxit & Confeſſariis. n.520.& ſeqq.

Dictio.

Dictio, Quicumque, *facit venire in diſpoſitione maiora expreſſis, & illa includit.* n.526.

Ita prægnans illa eſt, & ampla, vt etiam trahatur diſpoſitio ad caſus improprios. n.526.

Includit illos, qui non propriè, ſed impropiè tales ſunt. n.526.

Dictio Caueant, *præceptum continet, non conſilium.* num.535.

Dictio Mando, *præceptum continet.* numero 535. & 536.

Pro eodem communiter vſurpantur dictiones Mando, *&* Præcipio. n.536.

Dictio Mando, *ſumitur aliquando pro* Rogo; *pro* Precor. *n.* 537.

Dictio Rogo, *importat præceptum, quando materia eſt præcepti.* n. 537.

Dictio Hortor, *aliquando præceptum importat.* numero 537.

Electores.

Quem extra confeſſionem ſciunt Communitati pernicioſum fore, quia eſt mala conſcientia, & vita, ſi aliâ viâ eius electionem impedire non poſſunt, tenentur eius reuelare delicta. n.508.

Qui ſolùm ex confeſſione ſciunt aliquem indignum, poſſunt illi negare ſuffragium; & ſi illi ſuffragentur, incurrunt ſuſpenſionem, vt aliqui aſſerunt, numero 509.

Sed contraria ſunt vera. num.510. & ſeqq.

Electores, quà actu tales, in actu ſcilicet electionis, inter Superiores adnumerantur à Clemente VIII. numero 520. & ſeqq.

Electores conſiderantur inchoatiuè, & completiuè. In primo ſtatu ſunt perſonæ priuatæ; in ſecundo ſunt iuris vniuerſalis. In primo non ſunt Superiores, ſed ſunt in ſecundo, à n.521.

Lex.

Lex pœnalis, quando eius executio illicita redditur, non obligat. n.510.

Lex extendi poteſt ex identitate rationis. n.528.

Lex pœnalis lata principaliter in fauorem animæ, & ad peccatum vitandum, eſt fauorabilis, & extendenda ex identitate rationis. n.528.

Licèt lex ex identitate rationis extendatur de caſu ad caſum, non tamen de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum. n.528.

Extenſio legis ex identitate rationis, alia eſt extenſio neceſſitatis, quæ contingit quando ſi lex non extenderetur, eſſet contra iuſtitiam, prudentiam, vel rationem; alia eſt extenſio congruentiæ, quando ſcilicet verba legis facilè extenſionem illam admittunt. num.529.

Extenſio neceſſitatis habet locum in odioſis, & fauorabilibus; extenſio congruentiæ ſolùm in fauorabilibus, maximè animæ. n.530.

A verbis legis recedendum non eſt, niſi quoties alia eſt diſponentis mens, quàm verba ſonant; & quoties extenſio facienda aliter non cogit. n.531.

Finis legis vnus intrinſecus, quem ſcilicet illa inducere intendit; alius extrinſecus, ad quem inducere intendit. n.533.

Finis intrinſecus legis, ſub lege ipſa cadit, ſecus extrinſecus. n.533. & 534.

Media.

Media, & finis ſibi proportionari debent, & eiuſdem ordinis eſſe. n.515.

Præcepta.

Verba præceptiua, & etiam indicatiua quamuis materia præceptiuæ non ſint, includunt præceptum. n.535.

Verba imperatiua in materia non neceſſaria, nec multùm ponderoſa, præcepta non includunt. n.535.

Includunt tamen illa in materia neceſſaria, & ponderoſa. n.535.

Alia vide verbo Dictio.

Secretum.

Secretum naturale, etiam iuramento firmatum, poteſt aliquando frangi, diſpenſatione obtenta iuramenti; ſecretum ſigilli confeſſionis nunquam frangere licet. num.519.

Superioritas.

Alia eſt ſpiritualis, & alia temporalis. Illa pertinet ad regimen rerum ſpiritualium, iſta ad regimen rerum temporalium. n.520.

Superioritas temporalis diuiditur in politicam, quæ verſatur circa Reipublicæ regimen; & in œconomicam, quæ circa regimen verſatur familiæ. n.520.

Ad politicam ſuperioritatem ſpectat conſtituere Rectores, Gubernatores, & alios gradus diſtribuere. num.525.

SEd inquires, *Quid de eo, quem ſcio fore pernicioſum Communitati, quia eſt mala vita, & conſcientia; teneórne eius reuelare delicta, etiamſi occulta ſint, ne in Prælatum eligatur?* Conſultò dixi, quem ſcio fore pernicioſum Communitati, non autem quem ſcio fore pernicioſum alicui, vel aliquibus, in rebus non magni momenti. Quia in hoc caſu ſecretum ſeruare teneor, quia illius obſeruatio eſt de iure naturali, quod propter bonum particulare omitti non poteſt. 508

Reſpondetur, ſi ſcio (extra confeſſionem tamen) eligendum fore communitati pernicioſum, teneor eius delicta occulta reuelare, ne eligatur, ſi nequeo aliâ viâ ſuam impedire electionem. Et ita tenent Samuellius *de electione, tract.* 1. *diſp.*6. *controu.* 16. *concl.* 1. cum mox citandis Peyrinus *vbi proximè, verſic. Reſpondeo,* & Lezana *loco citato,* cum Roderiquez *tom.*2. *qq. Regular. quæſt.*53. *art.*3. Molina *tom.*5. *de iuſt. & iure, tract.*4. *diſp.* 24. *num.*6. & 7. Caſtellino *de electione, cap.*5. *num.*84. Et id colligit Peyrinus ex Nauarro *in Manuali, cap.*18. *num.*56. Et ratio eſt, quia bono Communitatis conſulere ſtrictiori iure naturali aſtringor, quàm ſecretum ſeruare, & bono conſulere perſonæ particularis.

Sed inquires, *Poteſtne elector ſuffragium ei denegare, quem in confeſſione indignum cognouit?* Suppo- 509
nit quæſitum, aliam ſcientiam non habere electorem, quàm per ſacramentalem confeſſionem acquiſitam.

Laurentius de Peyrinis *tom.*1. *de ſubdito, quæſt.*1. *cap.*1. §. 2. *quæſito* 1. affirmatiuè reſpondet cum Nauarro *in cap. Humanæ aures, quæſt.*1. *num.*5. & *diſt.*6. *de Pœnit. cap. penult. Sacerdos, num.* 147. Reginaldo *in Praxi, lib.*3. *de Sigillo Sacramenti Pœnitentiæ, n.* 33. Sanchez *lib.*3. *de Matrimonio diſp.*16. *num.*6. multos alios allegante, & cum Suarez *tom.*4. *in* 3. *part.* D. Th. *diſp.*33. *ſect.*7. *num.*12 limitante reſponſum in caſu, quo electio publica ſit, & perſona talis, quæ communiter digna exiſtimetur, cui elector ſuffragium ſuum deferre debeat; quia tunc poteſt generari ſuſpicio alicuius criminis per confeſſionem cogniti, quod propter Sacramenti reuerentiam vitandum eſt. Rationem autem hanc reddit Peyrinus, quia ſaluo ſecreto ſacramentali poteſt indemnitati animæ fratris velle conſulere. Ipſe tamen Peyrinus poſteà §.11. *eiuſdem capitis,* ni fallor, ſententiam mutauit, *concl.*9. dicens: Dico nonò. Confirmator ſciens per ſcientiam habitam in confeſſione, aliquem eſſe indignum, ſi nihil aliud

 obſtet,

obſtet, debet illum confirmare. Hoſtienſis *in ſumma, lib.* 1 *de electione*, §. *A quo, & qualiter confirmanda, n.*27. Probatur, quia cùm confirmatio, vt dixi, ſit actus exterior, & iudex procedere debeat ſecundùm allegata, & probata, non eſt cur eum confirmare nolit. Hæc ille.

Et addit Nauarrus *in cap. Cùm in cunctis, de electione, iuncto cap. Cùm Vintonienſis, el* 25 *eod. tit.* prout refert Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſp.* 26.*n.*20. non ſolùm teneri Confeſſarium denegare ſuffragium ei, quem indignum in confeſſione cognouit, ſed incurrere pœnam ſuſpenſionis inflictam in dictis iuribus contra eligentes indignos, ſi ſuffragium illi præſtet.

510 Dictis tamen non obſtantibus dico *primò*, Confeſſarium eligentem ad officium, beneficium, dignitatem, aut Prælaturam eum, quem ſolâ ſcientiâ in confeſſione acquiſitâ ſcit indignum, & aliâ viâ dignum exiſtimat, nullam pœnam incurrere. Ita Moronus *vbi proximè, n.*21. cum Paludano, & Adrian. quos recenſet Nauarr. *dict. c. Sacerdos, n.*147. *&* 148. Ita & Lezana *in ſumma qq. Regul. part.* 1. *c.* 15. *n.* 14. Emm. Roderiq. *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 53. *art.* 4. Et ratio eſt, quia lex pœnalis non obligat, quando illius obſeruatio illicita redditur: non enim eſt vinculum iniquitatis lex. Sed omiſſio electionis illius, qui ſolùm in confeſſione fuit indignus cognitus, & extra illam dignus exiſtimatus, illicita eſt, vti modò videbitur. Ergo pœna inflicta eligentibus verè indignos, per prædicta, aut alia etiam iura, non afficit Confeſſarios eligentes ad officia, beneficia, dignitates, aut Prælaturas eos, quos in ſola confeſſione indignos cognouerunt, & extra illã dignos putauerũt.

511 Dico *ſecundò*, nullo modo peccat non vtẽs ſcientiâ in confeſſione acquiſitâ in eligendo, vel in non amouendo aliquem ab Officio, aut à Prælatia. Ita docet Emmanuel *dict. art.* 4. *verſic. Et licèt.* Samuellius *de electione, tract.* 1. *diſp.* 6. *contr.* 18. cum pluribus DD. Lezana *n.*36. Moronus *n.* 23. contra Adrian. Nauarr. & alios apud Sanch. *dicto lib.* 3. *diſp.* 36. *n.* 6. quorum placitum tenuit Graffius *in deciſionibus aureis, part.* 1. *lib.* 1. *c.* 23. *n.* 8. aſſerentes, conſciũ indignitatis alicuius ad officia, beneficia, Prælatias, &c. licèt talis ſcientia ſit ex confeſſione, teneri illâ vti, & negare officia, beneficia, Prælatias, Ordines, Euchariſtiam, &c. quoties iſta negare teneretur, ſi indignitatem illam extra confeſſionem ſciret.

512 *Primò* probatur concluſio. Nemo tenetur ad illius rei executionem, cuius mediũ valde arduum, ac perdifficile eſt. Sed valde arduum, & perdifficile eſt vti ſcientia in confeſſione habita, ad excludendum aliquem ab officio, aut beneficio, &c. Ergo nemo tenetur vti ſcientia in confeſſione acquiſita, ad excludendum ab officio, aut beneficio, &c. quem in illa ſolùm indignum cognouit. Maior patet, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, & ad impoſſibile nemo tenetur. Aug. Barboſa *tr. de Axiomat. ib. axiom.* 118. *n.* 7. *ex l. Si quis in graui, in princ.* vbi Bart. *ff. ad Syllanianum, l. ſi ſtipuler, ff. de Verborum obligationib. l. Paulus, ff. Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur, l. impoſſibilium, ff. de Regulis iuris*, §. *impoſſibilis, Inſtit. de hæredib. inſtituendis, cap. Nemo poteſt, de regulis iuris in* 6. Thom. de Thomaſſet *in Floribus legum, reg.* 194. Oldrad. *conſil.* 232. *verſic. Tertia ratio.* Ioan. Iacob. de Leon. *inter conſilia Bruni, conſ.* 117. *à n.* 212. vbi ait *n.* 214. quod procedit in contractibus, ſententiis & præceptis. Impoſſibilium autem, & valde difficilium idem eſt iudicium. Moronus *n.* 24. Barboſa *n.* 8. *ex l. apud Iulianum*, §. *conſtat, ff. de legatis* 1. *l. cùm hæres*, 4. §. 1. *ff. de ſtatuliberis*, Tiraquel. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 120. Surd. *deciſ.* 141. *num.* 9. *&* 10. Impoſſibilitati æquiparatur difficultas magna. Idem Moron. & Barboſa *ex l.* 2. §. *Ex quo, & l. continuus*, §. *Cùm quis, ff. de verborum obligationib.* Bero. *conſ.* 88. *n.* 35. *lib.* 1. Sebaſt. Medic. *de caſu fortuito, p.* 1. *q.* 4. *n.* 13. & Farinacio *fragment. crimin. p.* 1. *litt. E, n.* 143. Ergo nemo tenetur ad illius executionem, cuius medium valde arduum, ac perdifficile eſt. Veritas autem minoris patebit cogitanti, quâ diligentiâ, quâ circunſpectione, quibuſque circunſtantiis vti debeat confeſſarius, vt tutè ſcientia in confeſſione habitâ vtatur.

Secundò probatur. Sacramentum confeſſionis ideo eſt inſtitutum, vt ex ſcientia in illo habita curentur animæ in foro interno. Ergo Confeſſarius illâ in foro vtens externo, tranſgreditur limites inſtitutionis dicti ſacramenti. 513

Tertiò. Confeſſionis tribunal eſt inſtitutum ad modum iudicij, in quo conueniunt Iudex, reus, & accuſator. Confeſſarius ſcilicet vt iudex; & pœnitens vt reus, & ſui accuſator. Ergo Confeſſarius non poteſt vti ſcientia in illo habita, niſi in actu iudicij. 514

Quartò probatur. Finis, & medium debent ſibi proportionari, ita vt eiuſdem ordinis ſint. Sed diſtributio officiorum, beneficiorum, &c. eſt ordinis naturalis, & pertinet ad politicam, & Reipublicæ gubernationem. Ergo ſcientia, quâ vti debent electores tanquam medio ad bonam electionem, & prouiſionem officiorum, &c. eiuſdem ordinis naturalis debet eſſe. At ſcientia in confeſſione acquiſita eſt altioris ordinis. Ergo. 515

Dico *tertiò*, Confeſſarius in his rebus, quas ex confeſſione didicit, quæque pœnitentem pudore ſuffundere, vel eidem damnum inferre, vel à confeſſione retrahere poſſunt, ita ſe debet gerere, ac ſi nihil ſciret, licèt illa facere, & non facere ſint meræ libertatis, & nullam requirant cauſam motiuam, ne reddatur confeſſio oneroſa, vel odioſa. Vnde non licebit remouere ab officio, aut à beneficio, etiam manuali, & ad nutum amouibili; negare Euchariſtiam, vel ſuffragium ad officium, beneficium, Prælatiam, &c. ob ſolam ſcientiam in confeſſione acquiſitam. Iſta enim, & ſimilia, ſunt veluti quædam obiectiones, & exprobrationes tacitæ peccati. Et ita docet Moronus *dicto reſponſo* 26. *n.* 20. cum Armilla *verbo Confeſſio, n.* 7. Tuſcho *litt. C, concl.* 686. *&* 687. Menochio *de Præſumptionib. lib.* 6. *præſumpt.* 95. & *de arbitrariis lib.* 2. *centur.* 5. *caſu* 414. Coninch. *diſp.* 9. *dub.* 1. *verſ. Sequitur vlt.* & cum aliis, quos *n.* 2. allegat Samuellius *d. contr.* 18. *concl.* 4. 516

Probatur *primò* concluſio. Non licet remouere ab Euchariſtia quem quis in confeſſione ſcit eſſe reum, quia id non ſcit vt iudex, ſed vt Deus, *cap. Si Sacerdos, de officio iudicis ordinarij.* Ergo tali ſcientia non eſt vtendum extra confeſſionem. 517

Secundò, Sigillum confeſſionis non ſolùm obligat ad ſecretum reſpectu aliorum, ſed etiam reſpectu ipſius pœnitentis, ita vt de auditis in confeſſione extra confeſſionem, neque cum pœnitente ipſo fas ſit loqui, niſi de ipſius pœnitentis licentia; & neque poſſum non ſolùm loqui, ſed neque crimen exprobrare, nec obiicere, aut ad memoriam reuocare; quia quamuis hæc dici nequeant ſigilli fractio, eſt tamen quædam veluti confeſſionis reuelatio, & ſigillum offenditur, vti ex Soto *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *n.* 6. & aliis apud Sanch. *de Matrimonio, lib.* 3. *diſp.* 16. dicentibus, neque Confeſſario, qui errauit in confeſſione, licere conuenire pœnitentem, vt erroris eum reddat certiorem; ſed priùs teneri petere, 518

tere, & obtinere lientiam, vt tutò poſſit de auditis in confeſſione loqui.

519 *Tertiò.* Quamuis in aliquibus caſibus liceat reuelare ea, quæ ſciuntur ſub præcepti naturalis ſigillo, licèt magna ſint, & grauia, & ſit præſtitum iuramentum de eis non reuelandis, habita tamen iuramenti diſpenſatione; nunquam tamen licet ſigillo confeſſionis tecta detegere. Et rationem reddit Medina *cod. de Confeſſione, q. de his, quæ à Sacerdote celanda ſunt, §. Inde vltra ſequi videtur*, & ex eo Moronus *n. 16.* ne confeſſio reddatur onerosa, & odioſa. Similiter (inquit) vitandum eſt quidquid eam odioſam, vel oneroſam reddere poteſt, quamuis propriè fractio ſigilli non ſit, & nihil confeſſionem ita difficilem, oneroſam, & odioſam redderet, quàm ſi pœnitens intelligeret, poſſe confeſſarium, ob ſolius confeſſionis notitiam, ipſum priuare Ordinibus, Euchariſtia, officiis honorificis, negare ſuffragia ad obtinenda officia, vel beneficia, quæ ab hominibus maximi fiunt. Ergo hoc poſſe confeſſarium nullo modo eſt concedendum, ne retrahantur pœnitentes à confeſſionibus, territi hac libertate, quam intelligent habere Confeſſarios. Quod maximè timendũ eſt vbique, ſed præcipuè in Religionibus, vbi ſi hic timor vires acquireret, confeſſionum vſus profectò tolleretur. Cui malo occurrere volens Clemens Papa VIII. in decreto ſuper caſuum reſeruatione, ab omnibus Regularium Superioribus obſeruando, 26. Maii 1593. edito, incipit, *Sanctiſſimus D. N.* cuius meminerunt Moronus *dict. reſp. 26. n. 1.* & à *n. 36.* Lezana *1. part 1. c. 19. n. 36.* & per extenſum exſcribitur à Naldo *in ſumma verbo Religioſus, n. 44.* ſic vt ſequitur, ſtatuit, videlicet.

Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm confeſſarij, qui ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad externam gubernationem vtantur.

520 Circa quam Decreti diſpoſitionem obſerua *primo*, vocales, ſeu electores, quà actu tales, inter Superiores in illa venire adnumerandos, vti probat Moronus *à n. 51.* de vocalibus Conuentus, de Cuſtodibus, & de horum ſimilibus. Pro quo duo ſupponit cum Roderiq. *tom. 3. qq. Regular. q. 19. art. 3. in princ.* Primum eſt, ſuperioritatem eſſe duplicem, ſpiritualem, & temporalem: illa pertinet ad regimen ſpiritualium rerum, iſta verò ad regimen temporalium. Temporalis ſubdiuiditur in politicam, & œconomicam. Politica verſatur circa Reipublicæ regimen, œconomica verò circa regimen familiæ. Qui omnes ſuperioritatis gradus in qualibet Religione eſſe noſcuntur.

521 *Secundum* eſt, perſonas electorum in duplici ſtatu poſſe conſiderari; videlicet Petrus, & Paulus vocem actiuam habentes ante actualem electionem; & ipſimet Petrus, & Paulus actu electioni intereſſentes. In primo ſtatu dici poſſunt electores inchoatiuè; in ſecundo verò completiuè. In primo ſunt perſonæ iuris particularis, & priuati; in ſecundo autem ſunt iuris vniuerſalis, & communis. In primo non ſunt euectæ ad ſuperioritatem; ſunt tamen in ſecundo. Quibus ſuppoſitis ſic probat Moronus, electores in ſecundo ſtatu conſideratos comprehendi decreto Clementis VIII.

522 *Primò.* Dum actu eligunt electores, dicuntur iuris vniuerſalis, & non priuati. Ergo Superiores, vel ad ſuperioritatem euecti: ergo comprehenduntur in decreto.

523 Confirmatur. Quia non eligunt vt ſubditi, quia ſubdito ius iſtud non competit. Ergo eligunt vt ſuperiores, & vt habentes aliquod ius diſponend circa illos, quos eligunt, vel excludunt.

Secundò, loquendo de electoribus Capituli Generalis, & Prouincialis, ſic probat. Capitulum nihil aliud eſt, quàm electores capitulariter congregati. Ergo cùm Capitulum ſit ſupra omnes alios Superiores, cùm ea, quæ in illo decernuntur, non poſſint ab aliis ſuperioribus inferioribus infringi, erit in gradu ſuperioritatis. Ergo electores ipſi ibi ad eligendum congregati, etiam erunt ad gradum Superioritatis euecti. 524

Tertiò, Superioritas politica datur, quæ conſiſtit in bono regimine Reipublicæ, & ad hanc præcipuè ſpectat conſtituere rectores, gubernatores, & alios gradus diſtribuere, vt tradunt Philoſophi morales cum Ariſtotele, & Theologi cum D. Th. 2. 2. *q. 6. art. 1.* & illa reſidet in Principe, & Magiſtratibus, quos ad ſuperioritatis gradus eſſe euectos nemo negabit. Cùm ergo ſuperioritas iſta etiam in Religionibus ſit, & ad electores pertineat, erit vtique dicendum, euectos illos eſſe ad ſuperioritatem. 525

Quartò probat ex clauſula appoſita in §. finali decreti, huius tenoris: *Atque ita per quoſcumque Regularium Superiores quicumque illi ſint, obſeruari mandauit.* In qua venit ponderanda illa reduplicatio, *Quoſcumque Superiores, & quicumque illi ſint*: nam dictio *quicumque* facit venire maiora expreſſis, & illa includit, & comprehendit. Barboſa *tract. de Dictionib. dict. 317. n. 4* per gloſſam *in Clement. 1. de re iudicata*, Rolandum *conſ. 5. num. 34. volum. 1. & alios.* Et ita ampla eſt, & prægnans, vt ad caſus impropríos trahatur. Barboſa *ibi*. cum Abbate *part. 2. conſilior. conſ. 3. dub. 1.* Alexand. *conſ. 7. lib. 6.* & *conſil 95. lib. 7.* Et includit eos, qui non propriè, ſed impropriè ſunt tales. Barboſa *cod. n. 6.* cum Bart. *in l. Quicumque, C. de ſeruis fugitiuis*, & Barbat. *conſ. 48. colum. antepenult. volum. 4.* Vnde in noſtro caſu includit eos, qui verè non ſunt Superiores, ſed tantùm impropriè tales dici poſſunt. Moronus *n. 55.* cum Baldo *in dictam l. de ſeruis fugitiuis*, Alexandro *conſ. 17. à n. 6. lib. 6.* Seraphino *deciſ. 980. n.* & *part 1. diuerſor. deciſ. 781* Ergo præfatum Clementis decretum afficit electores in actu electionis conſtitutos.

Quintò, in quacumque diſpoſitione attendenda eſt potiùs diſponentis mens, quam diſpoſitionis verba, *cap. in his, de verborum ſignificatione, l. non, aliter, ff. de legatis 3.* Marcus Vidal *in Arca vitali, tit. de duello, inquiſ. 5. n. 29.* Barboſa *tract. de Axiomatib. axiom. 136. n. 17. ex l. ſcire leges, ff. de legibus, l. nominis & rei, ff. de verborum ſignificat. §. verbum ex legibus*, Genuenſe *in practicabilib. Eccleſiaſt. q* 144. *num. 3.* Surdo *conſ. 35. n. 14.* & aliis Doctoribus ac *axiom. 222 num. 3* quatenus docet, verba debere ſeruire intentioni, non è conuerſo. Et ego ipſe *in diſq. Paſtorali. de iure Prioris annexi poſt qq. Paſtorales, num. 17.* ſed mens Clementis eſt, quod omnes illi, qui aliquo modo ſe ingerunt in gubernatione Religionum, & ad quos pertinent electiones, in ea includantur. Ergo afficit Electores, ſicut & Religionum Superiores. 526

Minor probatur, quia vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio, Aug. Barboſa *tract. de Axiomatib. iuris, axiom. 197. n. 3. ex l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nautæ, §. fin. ff. nautæ, caup. l. à Titio, ff. de Furtis, l. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, §. ſi igitur, Inſtit. quod cum eo.* Gloſſa *verbo Italia. in cap. 1. de Temporibus Ordinationum in 6.* Abbate *in cap. Nihil. num. 5,* 527

num.5.de electione, & ex aliis. Idem Barboſa *in cap. inter corpo alia, num.9. el 2 de electione*, dicens: Notatur ad hoc, quod licet extendere legem, ex identitate rationis. Allegar Villagutier. *tract. de extenſione legum, prælud.22.* Gutier. *practicar. lib.3. q.17. à n.75.* Surd. *conſ.312.n.14.& 22.* Cald. Pereytam *in l.ſi curatorem, verbo Vel aduerſary dolo, n.33. ad fin.* & *de emptione, & vendit c.1.n.7.* Tuſchum *tom.6.litt.R, concl.31. & 32* & Rebellum *de obligationib. iuſtitiæ, p.1.lib 1.q.6. ſect.3.n.4* & *ſect.4.* Idem repetit Barboſa *in cap Cùm dilecta, n.2.el 4.de confirmatione vtili, vel inutili*, cum eiſdem, & aliis Doctoribus: vide ipſum *in cap. Sciam cuncti, n.9. el 12.de electione in 6.* vbi docet, quod lex pœnalis lata principaliter in fauorem animarum, & ad peccatum vitandum, eſt fauorabilis, & extendenda ex identitate rationis. Recenſet Couarr. *in cap. Alma mater, p.2. §.4. n.7. verſ.Tertio*, & *lib.1.var.c.11.n.5.* & plures alios. Delbene *de immunit. p.2.c.14 dub 18 ſect.14. n.21.* ibi: Licèt extendatur lex ex identitate rationis de caſu ad caſum, non tamen extenditur de perſona ad perſonam, & de loco ad locum, *l.ſiquis ita, ff.de pœnis*, & docent Aretinus *in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, ff.de liberis, & poſthumis*, Iaſon *in l.Cùm res, notab.6 ff. de legatis 1.* Abbas *conſ.57. part.1* Decius *conſ.85.* & Craneta *conſ.161.vol.1. n.11.* Moronus addit *l. non poſſunt, ff.de legatis*, & *cap. Tanſlato, de conſtitutionibus*: ego ipſe *in Diſquiſitionib. Moralib. & Canonic. tom.1.c.7.diſq 8.§.7.n.4.tom.1.diſq.6 dub.3.n.29.* & *diſq.11. dub.17. n.20.* Sed in noſtro caſu eadem eſt ratio, quare Superiores, quibus regimen incumbit Religionis, ſcientiâ in confeſſione habitâ non vtuntur, ac quare non vtantur electores, vti ex ſe paret. Ergo erit eadem Clementinæ diſpoſitio.

529 Et confirmatur hæc ratio, quia duplex extenſio legis fieri poteſt ex idẽtitate rationis, vna *Neceſſitatis* altera *Congruentiæ*. Prima contingit, quando lex extẽditur ad aliquos caſus, ad quos ſi non extenderetur, eſſet contra iuſtitiam, prudẽtiam, & rationem. Quæ extẽſio introducta eſt ad euitandam fraudem, vel circumuentionem, quæ fieri poſſet in legem, iuſtitiam, prudentiam, vel rationem: ſit in exemplum Decretalis *Cupientes, de electione in 6* quæ cùm præcipiat acceſſum ad Sedem Apoſtolicam intra certum terminum pro obtinenda confirmatione electionis, eius diſpoſitio ex neceſſitate extenditur ad receſſus prohibitionem, quia ſi hic non prohiberetur, poſſet excludi illius capitis diſpoſitio, dum aliquis ad dictam accedens Sedem ſtatim recederet. Extenſio *Congruentiæ* eſt illa, quæ non ex neceſſitate fit, ſed quia verba legis facilè illam admittunt extenſionem. Ita Moronus *num.58.* cum Suarez *de legibus, lib.6. cap. 3. n.4.*

530 Extenſio *Neceſſitatis* non ſolùm habet locum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, quantumvis talibus; extenſio verò *Congruentiæ* habet locum in fauorabilibus tantùm, in his maximè, quæ ad animarum fauorem reſpiciunt. Extenſio *neceſſitatis* facillimè fit, vbi ſaltem in aliqua latiſſima ſignificatione caſus ad quem fit extenſio, poteſt ſub verbis diſpoſitionis comprehendi. Cùm igitur in præſenti caſu concurrat extenſio neceſſitatis, & congruitatis; & iſta quidem in fauorem animæ, cùm ſit res periculis animarum plena vti ſcientiâ in confeſſione acquiſitâ, erit animæ maximè fauorabilis prohibitio illius vſus, illa verò, vt ſeruetur iuſtitia, ne damnum inferatur iniuſtè, & ob alias rationes, quæ prudenter excogitari poſſunt, fieri debet extenſio prædicti decreti Clementis VIII. de Prælatis Regularibus ad electores, maximè cùm iſti in lata ſignificatione dici poſſint Superiores, iuxta dicta.

Dices *primò*. A verbis Legis non eſt receden- 531
dum, nec à tenore priuilegij, *cap. Porrò, de priuilegiis.* Dixi *tom 1. diſquiſition diſq.11. dub.2. num.14.* ex gloſſa *in cap. Ad audientiam, verbo Intelligeremus, el 12. de decimis*, & ex aliis. Ergo non licet in caſu noſtro, decretum diſertis verbis loquens de Superioribus, ad electores extendere, quia eſt ab illis recedere.

Reſpondeo, textum, gloſſam, & Doctores eſſe intelligendos, quoties mens diſponentis non eſt alia, quàm verba ſonant, & quoties extenſio facienda aliter non cogit. Et ita reſpondet Moronus *dicto num.58* cum Tiraquello *in l.ſi vnquam, verbo Libertas, n.55.& 56. Cod.de Reuocandis donat.* & Sanchez *de Matrimonio, lib.8. diſput.1. n 11.* Delbene *de Immunitate, p.2.cap.16.dub.11.ſect.1. num.1.* pro nobis eſt, dicens: In lege, quamuis pœnali, fit extenſio vltra proprietatem verborum, quotieſcumque alioquin attentis verbis in propria ſignificatione, ſequitur abſurdum. Doctores, quos citat, & ſequitur Genuenſis *in praxi, cap.17.n.1.* Ego ipſe *tom.1. diſquiſition. tract.7 ſect.3. diſq.11.§.2 n.2.* & *diſquiſit. de iure Prioris annexi, n.46.*

Secundò dices, finis legis non cadit ſub lege. 532
Naldus *in ſumma, verbo lex, num. 12.* Moronus *dicto reſponſo 26. num. 59.* Sed quod electores non vtantur ſcientiâ in confeſſione acquiſita, potius eſt finis decreti Clementis VIII. quàm ipſius decreti diſpoſitio. Ergo ſub eodem non cadit decreto. Ergo in eo non includuntur electores.

Reſpondeo cum Morono *primò*, clarè illos includi in verbis decreti conſtare, & in illius diſpoſitione, ex rationibus adductis, quibus probatum eſt, electores ſub Superiorum nomine venire, & hanc fuiſſe Clementis Papæ mentem.

Secundò reſpondeo ſupponendo, legem duos ha- 533
bere fines. Vnus eſt, quem inducere intendit lex. Alter verò, ad quem lex intendit inducere. Quam finis diſtinctionem reddit Moronus ex Sanchez *in Decalogum lib.1. cap.14. num 4.* Illamque explicat ex Adriano *in 4.* vbi de confeſſione, *quæſt 5. dub.4. ad finem, ſolut. ad 3. argum.* dicens, eſſe aliud conſiderare voluntatem legis, quâ intendit obligare ad aliquid, tanquam ad materiam præcepti; aliud verò conſiderare legis voluntatem, quâ intendit aliquid, vt finem materiæ illius præcepti. Priorem etiam finem legis alij vocant finem illius intrinſecum; poſteriorem verò finem extrinſecum. Et deſumitur ex D. Thom. 1. 2. *quæſt. 100. art. 9. ad 2.* & *2. ſententiar. diſt.28. quæſt. vnica, art.3. in corpore*: & *3. ſent. diſt.36. quæſt. vnica, art. 6. in corpore.* Exemplum ſit in lege Eccleſiæ de ieiunij obſeruatione, quæ vtique duplicem habet finem: vnus eſt abſtinentia à cibis, alter autem maceratio eſt carnis, & ſenſus refrenatio. Ex quibus abſtinentia à cibis eſt finis, quem inducere intendit lex, eſtque illius materia, ad quam obligare intendit, & finis intrinſecus illius; carnis verò maceratio eſt ad quam lex intendit inducere, vt ad finem materiæ præceptæ, & finẽ extrinſecum legis. Inter quos certè fines hoc eſt diſcrimen, quod primus triplici modo explicatus cadit, & neceſſariò quidem, ſub lege, quia ille eſt, quem primariò, primò, & per ſe intendit lex, tanquam materiam ipſiuſmet legis, & per illius verba demonſtratam; ſecundus verò ſub illa non cadit, quia eſt finis ſecundariò intentus, & non manifeſtatur per verba legis, ſed tantùm intenditur à lege, vt ad illum inducat, mediante materia ab ipſamet primò intenta lege.

Quo

534 Quo igitur ſuppoſito, ſecundæ reſpondeo obiectioni diſtinguendo maiorem. Finis legis non cadit ſub lege: finis extrinſecus, ſeu ſecundariò intentus, concedo maiorem; intrinſecus verò, nego maiorem. Et ſimiliter diſtinguo minorem: Sed quod electores non vtantur ſcientiâ in confeſſione acquiſitâ, eſt finis decreti; eſt finis intrinſecus, concedo minorem; eſt finis extrinſecus, nego minorem. Ergo ſub eodem non cadit decreto: nego primam conſequentiam; nego & ſecundam, videlicet: Ergo electores non includuntur in decreto. Quia decretum Clementis VIII. duo intendit; vnum tanquam materiam ſuæ diſpoſitionis, ad quam obligare intendit; & aliud tanquam finem materiæ, ad quam intendit obligare. Primum eſt finis intrinſecus decreti, ſecundum verò eſt finis extrinſecus.

535 *Secundò* obſerua circa decreti præfati diſpoſitionem, illam ſcilicet continere præceptum, & non ſolùm conſilium, ſub dictione *Caueant*, & ſub verbo *Mandauit*. Ita Moronus *dicto reſp.* 26. *numero* 40. *& ſeqq.* & Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 196. *Mandare, num.* 1 Quod contineat præceptum ratione primæ, & ſecundæ dictionis, probat Moronus ex regula tradita à Syluestro *in ſumma, verbo Præceptum*, *q.* 2. Nempe: Si verba ſunt præceptiua, & indicatiua, continent præceptum, argumento capitis *Quod præcipi*... , 14. *q.* 1. *in fine*. Quod intelligendum eſſe ait, etiamſi materia non ſit præceptiua, niſi probabiliter aliter conſtet de mente, & intentione legiſlatoris. Si autem verba ſunt imperatiua, in materia non neceſſaria, nec multùm ponderoſa, non important præceptum, vt ſunt illa *Lucæ* ... *verſ.* 29. *Et qui te percuſſerit in vna maxilla, præbe illi & alteram* Hoc enim eſt conſilij, *cap. Paratus*, 23. *q.* 1. In materia autem ponderoſa, & neceſſaria, etiam imperatiua ſunt præceptiua, *Clement. Exiuit, de verborum ſignificatione.* Et in Pſalmo: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro*, &c. *Vouete*, eſt conſilij, quia non in materia neceſſaria; *reddite* autem eſt præcepti, quia materia eſt ponderoſa, & neceſſaria. Cùm ergo iſtud verbum, *Caueant*, in præſenti decreto ſit in materia graui, ponderoſa, & neceſſaria; tenetur enim Confeſſarius ad fidelitatem pœnitenti, ad honorem Sacramento, & ſecretum ſigillo confeſſionis ſeruandum; quæ ſi non præſtat, magna inde ſequuntur damna. Ergo continet præceptum.

536 Dictio etiam *Mando*, *Mandauit*, vel *Mandare*, intelligi debet de iuſſione, præcepto, & coactione, non de conſilio, aut de admonitione. Ita Moronus *num.* 42. & Barboſa *num.* 1. cum Card. Seraphino *deciſ.* 1212. *num.* 3 quia poſita in diſpoſitionibus de ſua natura præceptiuis, qualis eſt de qua in præſenti, important præceptum, iuxta textum *in cap. Mandato*, *el* 10. & *in cap. Mandatum*, *el* 41. *& fin. de Præbendis in* 6. & *in cap. Eam te, de reſcriptis*, cum ibi per Felinum *num.* 9. traditis. Et quod dictiones, *Mando*, & *Præcipio*, communiter pro eodem vſurpentur, & importent præceptum, docent iidem Moronus *num.* 43. & Barboſa *eod. num.* 1. cum D. Antonino *in ſumma, part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 2 §. 3. & *part.* 3. *tit.* 16 *cap.* 1. §. 9. *in fine*. Butrio *in cap. Nam concupiſcentiam, in fine, de conſtitutionibus*, Alexandro de Nævo ibi, *num,* 24. Felino *num.* 5. *&* 7. Caſtro *de lege pœnali*, *lib.* 1. *cap.* 5. *documento* 4. Vazquez 1. 2. *q.* 96 *art.* 4. *diſp.* 158, *cap.* 3. *n.* 21. & *cap* 6. *num.* 56. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. & cum Sanchez *in Decalogum tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 35. improbantibus Sylueſtri, & Armillæ placitum, dicentium, ille *verbo Præceptum*, *q.* 2. & iſte *eod. verb. num.* 7. ad inducendum, & ſignificandum præceptum non ſufficere ſimplex verbum *Mandamus*, niſi geminatè addatur, *Mandando præcipimus*.

Quod ſi obiicias canonem *Mandaſtis*, *el* 10. 2. 537
q. 4. in quo Sixtus Papa omnibus Epiſcopis reſcribens, ait: *Mandaſtis vt ſcriberem vobis*: & canonem *Guiliſarius*, 23. *q.* 4. vbi ita Sylueſter Papa: *Guiliſarius Patricius noſter mandauit me ad ſe venire.* Sed nec Guiliſarius, neque omnes Epiſcopi potuerunt Pontificibus Summis præceptum imponere, cùm illud iniungere nequeant inferiores ſuperioribus. Ergo dictio *Mandauit*, in noſtro contenta decreto, non continet præceptum.

Reſpondetur in his canonibus verbum *Mandaſtis*, & verbum *Mandauit*, idem importare, quod precari, & rogare; ſicut verbum *Rogare*, pro *Mandare*, fuit appoſitum in canone *Rogo*, vbi Gregorius Papa ſic decernens, ait: *Rogo, & moneo, ne cuiquam Sacerdoti ſupraſcripto Maximo communicanti contra animam ſuam quiſquam veſtrûm communicare præſumat.* Hæc textus. Gloſſa autem *verbo Rogo*, quæ ſequuntur profert. Verbum rogandi hîc præceptiuè ponitur. Monemus enim, quos habemus charos, vt 28. *q.* 1. *Sic enim.* Et alibi *Rogo*, non ponitur deprecatiuè, *ff. de negotiis geſtis, Si verbo mei rogatu*; ſed ponitur *Rogare*, pro *Mandare*. Sic ponitur *Mandare*, pro *Rogare*, 23. *q.* 4. *Guiliſarius.* Et marginalis ait: Et ita ponitur contra propriam ſignificationem verbi. Sic aliàs ex qualitate contractus verba accipiuntur contra propriam ſignificationem, *ff. de conditionibus, in fine, ff. de locato, & conducto, l. ex conducto. §. Papinianus.* Gloſſa etiam *in dict. can. Mandaſtis, verbo eodem*, ita fatur: Mandat hic minor maiori; nam precarium verbum eſt *Mando*, vt *Can. communia, verbo Mandauit.* Hic *mandare* (inquit) ponitur pro *rogare*, ſicut alibi ponitur ..., pro *mandare*, vt 11. *q.* 3. *Rogo.* Ex quibus omnibus fit, obiectionem nobis factam nullius eſſe momenti, cùm in vtroque canone verbo *Mando*, contra propriam illius ſignificationem vtatur, vrbanitatis gratiâ, quâ ſæpe Pontifices, & alij Superiores vtuntur cum inferioribus, vti Moronus *n.* 48. & Barboſa *num.* 1 obſeruant cum Suarez *loco citato*, etiam quando præcipere intendunt, vti videre eſt *in dicto can. Rogo.* Quotieſcumque enim materia eſt præcepti, verba legis, qualiacumque illa ſint, improprìantur, & important præceptum. Moron. *num.* 46 ex Felino *vbi ſuprà*. Vnde verbum *Hortor*, importat præceptum, *in can. Reuertimini, §. vt autem*, 16. *q.* ... vbi Archidiaconus, *Hortor*, ideſt *Præcipio*: & *in cap Quorundam, el* 1. *de Teſtamentis*, vbi gloſſa *verbo Hortamur*, ait: *Hortamur* ideſt, *Præcipimus*. Quod verum eſſe, etiam de verbis denotantibus conſilium reuerentiæ, ait Moronus per gloſſam *in cap. Ad aures, verbo Conſilio, de ætate, & qualitate*. Ibi: Conſilio. Hoc eſt conſilium reuerentiæ, cui obediendum eſt, 6. *diſt. Teſtamentum*, & 14. *q.* 1 *Quiſquis*: & *de ſimonia, Matthæus, in fine*; ſecus in conſilio perfectionis, 14. *q.* 1. *Quiſquis*, quale eſt illud *Matth.* 19. *verſ.* 21 *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus* In decreto autem noſtro in propria, & ſtricta accipitur, quam vtique illius exigebat materia.

Svbsectio III.

BREVIARIVM.

Apes, &c.

Apes, grues, & cætera animalia, quæ ſibi Regem, ſeu Principem conſtituunt, ſemper eligunt animal, quod cæteris magnitudine corporis, pulchritudine formæ, & virium fortitudine præſtat. num.548.

Axioma.

Tacere, & non contradicere malè geſtis, aut fiendis, ad culpam imputatur. n.541.& 542.

Dignior.

Quiſnam ſit quoad electiones, vide verbo Electio.

Dignitas.

Dignitates communiter reddunt homines audaces, & inſolentes n.539.

Elector, Eligere.

Nunquam licet electori ſuffragari indigno, quamvis ſciat non poſſe ſuo proficere voto pro digno, aut digniore eligendo. n.535.& 542.

Indignum eligere eſt intrinſecè malum. numero 538.

Peccat mortaliter elector indigno ſuffragando, etiamſi ſperet, quod ille futurus ſit frugi in Prælatia conſtitutus n.539.

Elector quiſque in ſecreto, & in publico tenetur facere quantum poteſt, ne indignus eligatur. num.540.

Sub mortali tenetur ad dignitatem, etiam animarum curâ carentem, ſanctiorem, & doctiorem eligere. num.543.

Quis ſanctior, & doctior cenſeatur ad hunc effectum, explicatur. n.550.& 551.

Poteſt tamen, & debet relicto digniore extraneo dignum naturalem, ſeu eiuſdem Eccleſiæ, aut Monaſterij eligere n.552.ad 559.

Dignior an ſit quoad electionem, qui nunquam peccauit, an qui malus fuit? n.562.

Eligens dignum relicto digniore, mortalem committit culpam n.563.

Si vnus è tribus eligendus eſt, dignus, dignior, aut digniſſimus, poteſt, & debet elector digniori ſuffragari, ne dignus eligatur, ſi cognoſcat alios electores digno ſuffragaturos. n.564.

Quando omnes alij electores minùs dignum eligere volunt, poteritne quis pro bono pacis conſeruando illi ſuffragari? n.564.

Electores in Religionibus ſunt in triplici differentia. num.565.

Renunciare voci ſuæ actiuæ, an ſine mortali culpa poſſint electores Regulares. n.566.& ſeqq.

Gubernari.

Ab alienigenis gubernari, & ab extraneis, iugum pluſquam ferreum eſt. à n.553.ad 559.

Indigena.

Indigena, & naturalis dignus, digniori extraneo præferendus eſt in Prælaturis, & regiminibus. à n.552. ad 559.

Malus, Malum.

Qui ſubditus malus fuit, & peccator, peregrinum eſt, quod ſit in Prælatura bonus. n.539.

Malus qui ſemel fuit, in futurum præſumitur malus. num.539.

Quod intrinſecè malum eſt, nulla ratione poteſt fieri licitum. n.538.

Naturalis.

Quis naturalis dicatur reſpectu Regni, Prouinciæ, Cœnobij, alteriuſve loci. n.560.

Naturales non admittere ad habitum, an maxima malignitatis peccatum. n.561.

An etiam illos impoſſibilitare ad Prælaturas per ſubtractionem ſtudiorum, &c. n.561.

Naturalis dignus digniori extraneo præferendus. n.552 & ſeqq.

Peccatum.

Res penè contra naturam eſt, vt ſine peccato aliquis ſit. num.546.

Prælati.

Niſi præcedant ſcientiâ, & ſanctitate, viliſſimi computandi ſunt. n.544.& 545.

Tales eligi debent, quorum comparatione cæteri grex dicantur. n.546.

Ignominioſum eſt Prælatis, cùm ipſi alios debeant docere, ſi ab aliis quærant edoceri. n.547.

Regula.

Vtiliùs ſcandalum naſcitur, quàm veritas relinquatur. num.542.

Renunciare.

Non poteſt iuri in fauorem publicum introducto renunciari. n.566.& ſeqq.

Vocem actiuam habens in Religionibus iure regulari, aut ex officio, renunciare illi non poteſt ſine peccato mortali, niſi iuſta ſubſit cauſa. num.566. & ſeqq.

Poteſt tamen qui illam vt priuatus habet, niſi illius fama, aut Religio, ſeu Monaſterium iacturam patiatur. n.568.& 569.

Clericus priuilegio non poteſt clericali renunciare. num.567.

Reſtituere.

Qui digniorem non eligunt, tenentur reſtituere communitati damna. n.543.

Scandalum.

Melius eſt vt ſcandalum oriatur, quàm veritas relinquatur. n.542.

Scientia.

Eminens ſcientia deſideranda in Prælato, & competens toleranda. n.551.

Scientiæ defectum perfectio charitatis ſupplet. numero 551.

Veritas.

Quomodo pronunciari ſemper debeat, & nunquam celari, maximè à vocalibus. n.542.

Vocales.

Mortaliter peccant, ſi liberè, & expreſsè propriam ſententiam in omnibus negotiis, maximè electionum, ſecundùm ſuæ conſcientiæ dictamen non aperiunt. num.542.

Peccant etiam mortaliter, ſi non contradicunt his, quæ tractantur, ſi illis iuxta ſuæ conſcientiæ dictamen conſentire non poſſint, etiamſi id ægrè Superior ferat, & etiamſi inde ſcandalum ſequatur. num.541.

SEd redeundo ad noſtrum 18. *adnotatum*, oc- 538
currit diſcutiendum dubium multùm practicabile, *An poſſit elector ſe cum aliis conformando, indignum eligere, qui ſuo non poſſit voto proficere pro digno, aut digniore eligendo?* Difficultatem iſtam ſub his terminis excitat, & reſoluit Laurentius de Peyrinis *tom.1.de ſubdito, q.1.cap.3.§.2.* videlicet: Quæres quartò, Decem ſunt in vno Capitulo, nouem concurrunt de facto ad eligendum indignum, poſſumne ego, qui ſum vltimus, & certè

ſcio

ſcio nihil poſſe proficere per denegationem ſuffragij me cum aliis conformare?

Reſpondeo, nullo modo poſſe. Sotus *lib.3. de iuſt. q.6. art.2. ſub concl.9. dub. altero.* Vaſquez *opuſc. de beneficiis, cap.2. §.3. dub.3.* Vega *1. part. ſummæ, cap.97. caſu* 10. Bañez *2.2. q.63. art.2. dub.3. § Sed contra, ad primum.* Dubal *p.2. q.20. n.25.* ex D.Th. *2.2. q.63. art.3.* & communi Doctorum ſententia. Ratio eſt, tum quia ille ab aliis eſt iniquè intruſus, cui iniquitati nullo colore fauendum eſt. Tum quia eligere indignum, eſt intrinſecè malum, quod nulla ratione fieri poteſt licitum. Multa ſubiungit Peyrinus, vt confirmet in fortitudine electorem, ne indigno huiuſmodi ſuffragetur, ex quibus aliqua libet recenſere.

539 *Primum* eſt, valdè peregrinum eſſe, quod ille, qui ſubditus malus, & peccator fuit, in Prælatura bene ſe gerat; & qui non eſt hodie, cras minùs aptus erit; & rumor de veteri facit ventura timeri; cras fieri poterunt turpia ſicut heri. Igitur ab eis quorum vita præterita fuit flagitioſa, nihil boni poteſt ſperari; præſertim aſſequuta dignitate, cùm dignitates communiter reddant homines audaces, & inſolentes. Vnde eſt illud vulgare proloquium: *Honores mutant mores.* Ad quod faciunt caput *Mandata, el 6. de præſumptionibus.* in quo noſter Gregorius Magnus Maximo ſcribens, ait: *Ex tranſacta iam te vita didicimus, quid de ſubſequenti conuerſatione tua præſumamus:* & caput *Scribam el 9. eod. tit.* ex D.Hieronymo *ſuper Oſee*, deſumptum: *Scribam eis multiplices leges meas. Ex prius datis, & neglectis, apparet quod has negliget.* Facit & illud Taciti: *Nemo unquam Imperium flagitio* (vt ordinari quærunt indigni) *quæſitum bonis artibus exercuit* Facit tandem illud vulgare proloquium: *Quien malas mañas ha, tarde, o nunca las perdera.* Addit Peyrinus ex Conar. *in regula Peccatum, part 2. de reſtitutione. §.7.* & Iacobo de Graffis *lib.4. append. cap 2. num.21.* quod etiamſi ſperaretur, quod indignus futurus eſſet frugi, ſi ad dignitatem aſſumeretur, adhuc peccaret mortaliter, qui illi ſuffragaretur: Et ratio eſt, quia bona communitatis maximo exponeret periculo, & contra legem diuinam, naturalem, & humanam faceret.

540 *Secundum* eſt, quod teneatur quiſque, quantum poteſt, facere in publico, & in ſecreto, ne indignus eligatur; quod expreſsè (inquit Peyrinus) mandauit S.Benedictus in ſua Regula, *cap.64.* & refertur *in cap In ordinatione, diſt.61.* his verbis: *Quod ſi etiam omnis Congregatio vitiis ſuis (quod abſit) conſentientem perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam Epiſcopi, ad cuius Diœceſim pertinet ipſe locus vel Abbatibus, aut vicinis Chriſtianis claruerint, prohibeant prauorum præualere conſenſum, & domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem; ſcientes per hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè, & zelo Dei faciant; ſicut è conuerſo peccatum, ſi negligant, & taceant.* Hæc ſanctiſſimus Patriarcha noſter, cuius diſpoſitionem in Abbatis electione Alexander IV. in Bulla, quam exponimus, ſicut & diuinam præcipit obſeruare: *Nullus* (inquit) *qualibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum maior pars conſilij ſanioris, ſecundùm Deum, & B. Benedicti Regulam prouiderint eligendum.*

541 Expende vltimam Parentis noſtri clauſulam, *& taceant.* Vt enim alicui ad peccatum imputetur, quod ab aliis malè geſtum fuerit, ſufficit ei tacere, & non contradicere, licèt non conſentiat; non tamen qui contradicit, tenetur ſemper appellare, vt ei non imputetur. Aduertendum tamen (inquit Abbas *in cap. Cùm in cunctis, el 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, n.13.*) quod ſi quis non vult conſentire, debet expreſsè contradicere, aliàs inuoluitur pœna, & peccato, ſicut expreſsè conſentientes, ſecundùm Innocentium, quod eſt ſingulariter notandum. Ex hoc habes, quod etiam in malè geſtis tacens in vniuerſitate, habetur pro conſentiente, cùm ex officio ſuo teneatur conſulere. Ad hoc eſt *l. ætate, §. Qui tacuit, ff. de interrogatoriis actionibus.* Subſcribunt Peyrinus *loco citato, verſ. Itaque tenetur:* & *de priuilegiis tom.1. ad conſt.9. Iulij II. n.8. & 9.* quem omnino vide, & Aſcan. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.3. diſp.1. quæſ.3. n.2.* ex dicta lege *de ætate*, argumento dicti capitis *Cùm in cunctis*, & capitis *Si poſt præſtitum, el 2. de confeſſis lib.6.* & allegat Abbatem *in cap.2. de locato & conducto, in fine, in cap. Dilectus filius, n.9. de ſimonia.* Felinum *in cap. Cùm omnes, n.11. in fine, de conſtitutionib.* Roderiq. *tom.2. qq Regular. q.45. art.4. & ſeqq.* Mirandam *in Manuali Prælator. tom.2. q.17. art.4. concluſ.1.*

Quæ omnia producit Aſcanius ad probandum Diffinitores in Diffinitorio exiſtentes, teneri liberè, & expreſsè propriam ſententiam, ſecundùm ſuæ conſcientiæ dictamen, ſub mortali aperire in omnibus negotiis, & præcipuè grauioribus (quales dubio procul electiones Prælatorum ſunt;) & ſi his, quæ ibi tractantur, conſentire nolunt, contradicere debere expreſsè, aliàs habentur, ait, pro conſentientibus, & quoad peccatum, & quoad pœnam, ſi aliqua ibi mala agerentur. Quod aſſerit etiamſi cognoſcant eorum ſententiam à Generali ægrè ferendam. Aſſero, & ego etiamſi cognoſcant inde ſcandalum oriturum; quia *vtiliùs ſcandalum naſcitur, quàm veritas relinquatur, cap. Qui ſcandalizauerit el 3. de regulis iuris.* Et vti Mellifluus Doctor D. Bernardus *in apologia ad Guillelmum Abbatem*, ait, *Melius eſt, vt ſcandalum oriatur, quàm veritas relinquatur.* Quo caſu aſſerit, non ſufficere tacere, ſed ſalua ſemper veritate propriam ſententiam omni, quâ poſſunt reuerentiâ, ac verborum lenitate propalare. Si tamen eorum humilitas, & ſermonis dexteritas nihil poſſint ad reuocandos Generalem, & alios Diffinitores à ſua ſententia contraria, ſub lethali culpa debent à propria non declinare. Ait enim D. Auguſtinus *ad Caſulanum*, relatus *in can. Quiſquis metu, 11. q.3. Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat; quia magis timet hominem, quàm Deum.* Et infrà: *Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: & quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* Quocirca D. Ioannes Chryſoſtomus relatus *in can. Nolite timere, eiſd. cauſ. & q.* in ſequentia prorumpit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis quod audiſtis nec fiducialiter prædicetis omnibus quod in aure ſoli audiſtis: ſicut enim ex his verbis oſtenditur, non ſolùm ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur; ſed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor eſt veritatis.* Et infrà: *Corde enim creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio ad fit ſalutem.* Accedit Innocentij Papæ ſententia lata *in can. Error, el 3. 83. diſt.* ſub tenore ſequenti. *Error cui non reſiſtitur, approbatur: & veritas cùm minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cùm poſſis, perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Gregorius etiam Papa *canon. Conſentire, el 5.* 542

eadem diſt. ita ait: *Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda quæ corrigi debent, non occurrit.* Quocirca ait Naldus *verb. Familia, n.* 1. Error, cui non reſiſtitur, approbatur. Syluest. *verb. Dominium, n.* 7. Eraſm. Chokier *de iuriſdict. in exemptos, tom.* 2. *p.* 1. §. 3. *in fine*, eadem profert verba, & allegat Paul. Lancell. *Inſtit. Canonic. lib.* 1. *de vita, & honeſt. Prælator.* §. *præterea cauendum*, vbi & gloſſa textus canonis *Si is*, 24. *q.* 3. Quæ dicta hîc ſunt, non ſolùm in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, & Diffinitoriis obligare ſcias, ſed in Capitulis, & Conciliis Conuentuum, ita vt ſingulos vocales adſtringant.

543 *Decimumnonum*, quod circa electores occurrit adnotandum, eſt debere ad dignitatem, & Prælaturam eligere ſanctiorem, & doctiorem ſub pœna peccati mortalis. Ita Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, q* 1. *cap.* 31 §. 1. *iuncto* §. 4. qui addit id verum eſſe, etiamſi dignitas curam non habeat animarum. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſ.* 13. *n.* 4 Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *a.* 12. cum D. Thoma 2. 2. *q.* 63. *art* 2. *ad* 5. *q.* 185. *art.* 3. *in corp.* & *quodlib.* 8. *art.* 6. Hoſtienſi *in ſumma, lib.* 1. §. *Quis eligendus, n.* 10. Roſella *verb. Electio,* 1. *a.* 34. Tabiena *eod. verbo, n.* 13. Syluestro *ibid. q.* 16. *n.* 18. Piſſanella §. *Quis poteſt eligi*, Angelo *n.* 20. D. Anton. *in ſumma, parte.* 3. *tit.* 19 *cap.* 2. §. 5. Iacobo de Graffis *in appendice ad deciſiones aureas, lib.* 4. *cap.* 2. *a.* 19. Soto *de iuſt. & iure lib.* 3. *q.* 9. *art.* 2. *concl.* 9. plures Doctores, & probationes cumulante. Aragone 2 2. *q.* 63. *art.* 2. *concl.* 6. *verſ. His conſtitutis* Bañez 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *dub.* 5. Valentia *tom.* 3. *diſput.* 5. *q.* 7. *p.* 2. §. *Secundò quæritur, verſ. Secunda aſſertio.* Couar. *in regula Peccatum, part.* 2. *de reſtitutione*, §. 7. *numero* 4. & 7. Vaſquez *opuſculo de beneficiis, cap.* 2. § 3. *dub.* 1. Pariſio *de reſignatione beneficiorum, lib.* 4. *q.* 41. *num.* 35. Nauarro *in Miſcellan.* 38. *de oratione*, Azorio *Inſtitut. Moral part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *q.* 1. Roderiquez *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 106. *concluſ.* 3. *num.* 5. Reginaldo *in praxi, lib.* 30. *tractat.* 3. *numero* 195. Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 13. *concluſ.* 1. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell gloſſ.* 4. *num.* 118 Garcia *de Beneficiis, part.* 7. *cap.* 16. *num.* 2. ferè innumeros Authores allegante, & eum Rota coram Seraphino *deciſ.* 942. *n.* 4. *in vna Toletana Canonicatus,* 18. *May* 1584. *coram Clemente VIII. ac in vna præeminentiarum Valliſoletana,* 24 *Nouembris* 1603. *coram Cardinali Pamphilio.* Addo Samuellium *de electione, tracta.* 2. *diſputat.* 4. *contron.* 1. cum Soto *de iuſtit. lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 3. *ad ſextum*, Salone 2. 2. *q.* 63. *contron.* 6. *in fine*, Leſſio *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 74. Roderiquez *tom* 2. *qq Regular. q* 52. *art.* 5. & Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.* 61. *num.* 3. Et licèt Samuellius ibi de eligentibus indignum in communi loquatur, & aſſerat cum prædictis Doctoribus, quod electi indignitas obnoxios pœnæ electores coram Deo reddat, vt ipſi teneantur ad omnia damna communitati reſtituenda, ex tali electione ſequuta, *quia ex proprio officio, & munere tenebantur meliorem eligere*; hæc tamen ratio militat etiam in noſtro caſu, quod dignum eligant, relicto digniore, cùm meliorem non eligant, ad quod tenebantur ex proprio officio, & ex iuſtitia commutatiua.

544 Et probatur *primò ex canone Vilisſimus* 1. *q.* 1. vbi Symmachus Papa ait: *Viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſcientia, & ſanctitate, quæ eſt honore præſtantior.*

545 *Secundò* ex canone *Licèt ergo,* 8. *q.* 1. deſumpto ex D. Hieronymo *in Leuiticum*, ibi: *Requiritur ergo in ordinando Sacerdote, etiam populi præſentia, vt ſciant omnes, & certi ſint, quod qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium, & hoc adſtante populo.*

Tertiò ex Concilio Toletano relato in canone 546
Vnum orarium 25. *diſt. ſub princ.* ibi: *Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur: vnde in eadem epiſtola* (ſcilicet ad Oceanum) *Hieronymus dicit: Res contra naturam penè eſt, vt ſine peccato aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione, cæteri grex dicantur.* Plura alia iura cumulat Tamburinus *loco citato, num.* 2. & 3. Addo Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de reformatione, cap.* 1. expreſsè damnans ad peccatum mortale electores digniores non eligentes. Illius verba reddo infrà *n.* 899.

Quartò probatur ratione. Quia cùm à capite pen- 547
deant omnes reſolutiones, & deliberationes, is debet neceſſariò caput conſtitui, qui poſſit reſoluere, & deliberare iuridicè, & rationabiliter. Ignominioſum enim eſt Epiſcopo (ait gloſſa *in cap. Quamuis multa, verb. Defectum, el* 15. *& fin. de ætate, & qualitate, &c.* & de omni Prælato dicere debet) cùm ipſe deberet alios docere, ſi tunc quærat ab aliis edoceri, *in Authentico de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *Damnus, colum.* 9.

Quintò. Quia id dictat ipſa natura. Apes enim, 548
grues, & cætera animalia, quæ ſibi conſtituendi Regem, ſeu Principem inſtinctum habent, ſemper eligunt illud animal, quod cæteris magnitudine corporis, pulchritudine formæ, & virium fortitudine præſtat.

Quod ſi petas: *Quis cenſeatur ſanctior, & doctior,* 549
ad effectum, vt electores ſub mortali teneantur illi ſuffragari? Reſpondet Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, q.* 1. *cap.* 31. § 1. *cauto, notabili* 3. ex D. Thom. 2. 2. *q.* 63. *art* 2. & *q.* 185. *art.* 3. vbi Caiet. & *quodlib.* 6. *art.* 9 ac *quodlib.* 8. *art.* 6. Vaſquez *opuſc. de beneficiis, cap.* 2 §. 3. *dub.* 1. *cap.* 49. Petro Ledeſma *in ſumma, p.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *concluſ.* 8. *dub.* 9. Reginaldo *lib.* 30. *tractat.* 9. *num.* 199. Roderiquez *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 106. *num.* 2. Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *q.* 1. *verſ Verùm quis dignior,* & *q.* 3. & 4. Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 13. *concl.* 3. & ex Soto *de iuſtit. lib.* 3. *q.* 6 *art.* 2. *concluſ.* 9. *limitat.* 2. Illum cenſeri ſanctiorem, & doctiorem, qui aptior eſt ad regimen, ad quem eligitur, licèt comparatione aliorum, qui non ita apti ſunt, ſit minùs ſanctus, & minùs doctus. Non itaque eligi debet ſimpliciter melior ſecundùm charitatem, ſed melior quoad regimen illius Eccleſiæ; qui ſcilicet poſſit inſtruere, & defendere, & pacificè gubernare. Vnde Sotus ait, quod licèt occurrat vir litteris clariſſimus, & prudentiâ conſpicuus; væcors tamen, vel aliis implicitus negotiis, de quo non eſt tanta ſpes, quod prædicabit, aut gubernabit ſecundùm ſuas dotes, vel fortè non publicis negotiis aptus, huiuſmodi eſt illi præferendus, qui licèt huiuſmodi dotibus non ſit tam potens, ſperatur tamen curam ſolicitiùs habiturum, diligentiamque adhibiturum ad ſuum exequendum munus. Hæc omnia Sotus.

Eadem omnia docet Tamburinus *tomo primo,* 550
diſputatione quinta, q. 13. *numero octauo*, & allegat Felinum *in cap. Cùm adeo, numero ſexto, de reſcriptis*, Couarruuiam *dict. numero quarto, verſ Dignior.* Aragonem *vbi ſuprà, ad* 4. *concluſ.* 1. Leſſium *de iuſtitia & iure, lib.* 2. *cap.* 14 *dub.* 14 *n.* 64. commentatores D. Thom. *locis cit.* Summiſtas *verb. Electio canonica,* & Rotam *deciſ.* 65. *n.* 8. & *deciſ.* 537 *num* 14. *part.* 1. *recentior.* & *in vna Beneuentana Parochialis,* 13.

Iuny

Digitized by Google

Iunij 1590. *coram Orano*, & *in Rauennat. Parochialis*, 2. *Decembris*, *coram Cardinale Arrigonio.* Docet etiam Bauny *diſp.* 3. *q.* 3. Pax Iordanus *de re beneficiaria lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 180. *& tribus ſeqq.* cum Gonzalez *ſuper regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 4. *num.* 112. Garcia *de beneficiis*, *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 111. Theſauro *fori Eccleſiaſt.* *p.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. & recenſet tres Congregationis deciſiones. Ac concludit cum Piaſec. *in praxi*, *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. & Genuenſ. *in Manuali*, *cap.* 38. dicens, quod doctior præferendus eſt minùs docto, cæteris paribus, aliàs non.

551 Et certè hæc doctrina comprobatur *ex cap. Cùm nobis*, *el* 19. *de electione*, ibi: *Illius quoque litteraturæ, licèt non eminentis, tamen conuenientis electus exiſtit, vt pro defectu ſcientiæ (ſicut pleniùs intelleximus ab iis, qui eum meliùs cognouerunt) ab electione non deberet excludi.* Vbi gloſſa *verbo Eminentis*, ait: Eminens ſcientia bene eſt deſideranda in Prælato, & competens toleranda; quia multa ſcientia inflat, ſed eius defectum ſupplet perfectio charitatis. *Ex cap.* etiam *Niſi cùm pridem*, §. *Pro defectu*, *el* 10. *de renunciatione*, ibi: *Quamquam, etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in Paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda; quia ſecundùm Apoſtolum ſcientia inflat, & ideò imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.* Hæc ibi Innocentius III. Facit etiam pro comprobatione doctrinæ gloſſa *in canone Villiſſimus*, *verbo Eodem* 1. *quæſt.* 1.

552 Ex dictis infertur, licitè poſſe electorem, relicto digniore extraneo, dignum naturalem, ſeu eiuſdem Eccleſiæ, aut Monaſterij membrum eligere. Ita Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. §. 5. & *tom.* 3. *de priuilegiis*, *cap.* 9. *in additament. ad conſtit. Clementis Papæ VIII. num.* 22. dicens, conuenientiſſimum eſſe naturæ, & rationi maximè conſonum, vt naturales aſſumantur ad regimen ſuarum Eccleſiarum, liceréque electoribus, poſtpoſito digniore extraneo, indigneam dignum eligere; eſſeque ſententiam D. Thomæ 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *ad* 4. Salonis ibi, *controu.* 3. *reſponſ. ad* 10. §. *Sitne optimum quod præcipitur*, Bañez *dub.* 3. *concl.* 3. *ad* 4. *argum. principale*, *verſic. Nihilominus ſententia oppoſita.* Soti *de iuſt. & iure*, *lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *paulo ante decimam concluſionem*, & *in reſp. ad* 4. Valentiæ *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 2. §. *Tertiò quæritur.* Roderici *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 52. *art.* 6. & *in ſumma*, *part.* 1. *cap.* 106. *concl.* 6. *n.* 8. Reginaldi *in praxi*, *lib.* 30. *tract.* 5. *n.* 200. Azorij *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *q.* 1. *verſic. Item ex indigenis.* Nauarri *miſcellan.* 38. *de Oratione*, *num.* 3. Capatæ *part.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. Petri Gregorij *tract.* 2. *de electione*, *cap.* 12. *num.* 8. Garciæ *de beneficiis*, *part.* 7. *cap.* 9. *n.* 1. & 2. multos recenſentis. Petri de Bayſio *in Directorio elect. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Dianæ *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 110. Cuius verba hæc ſunt: Igitur licitè præfertur indigena dignus extraneo digniori; quod perpetuò tene menti. Pro qua, & aliis vndecim, quas aſſignat cauſis eligendi minùs dignum, relicto digniori, recenſet Ioann. Valer. *in different. vtriuſque fori*, *verbo Electio*, *diffic.* 1. *num.* 1. Ioan. à Cruce, *in Direct. p.* 1. *pr.* 7. *q.* 7. *art.* 2. *dub.* 9. *concl.* 2. Riccium *p.* 3. *deciſ.* 214. *numero* 3. Sylu. *in* 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *Quæritur* 4. *concl.* 3. Tanner. 2. 2. *diſp.* 4. *q.* 8. *dub.* 2. *num.* 17. Malderum 2. 2. *tr.* 9. *cap.* 2. *dub.* 7. Leſſium *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 24. *dubit.* 13. *num.* 58. & Villalobos *tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 4. *à num.* 6. Addo pro noſtro caſu P. Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. Infertur, inquam, quia licèt tot dotibus, quot extraneus, non ſit indigena præditus, ſperatur tamen illum curam ſolicitiùs habiturum ad munus ſuum exequendum, ob rationes infrà reddendas. Quod autem id fieri debeat, ſic probatur.

Et *primò* ex S. Scripturæ locis, quibus Deus 553
volens ſingulare aliquod beneficium populo facere, promittit illi Paſtorem, & Prælatum ex eadem gente. Oſeæ 2. *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco.* Ieremiæ 30. *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam, & non dominabuntur eis ampliùs alieni, ſed ſeruient Domino ſuo, & Dauid Regi ſuo* (ideſt de gente ſua, de carne ſua) *quem ſuſcitabo eis.* Vbi notanda ſunt illa verba (inquit Peyrinus) *Conteram iugum, & vincula diſrumpam:* quia plus quàm iugum ferreum portare, & ſtrictiſſimis vinculis ligari, eſt gubernari, & regi ab alienigenis. Et *Deuteron.* 17. *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus.*

Secundò ex Scripturæ locis, quibus Deus quaſi 554
ſæuiſſimum ſupplicium populo minatur, quòd eum gubernandum tradet alienigenis. Deuteron. 28. *Aduena qui tecum verſatur in terra, erit ſuper te, eritque ſublimior; tu autem deſcendes, & eris inferior: ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.* Et Iſaiæ 1. *Regionem veſtram alieni coram vobis deuorant.* Et Geneſis 42. obſeruat Scriptura, quod *Ioſeph ad fratres ſuos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur.*

Tertiò ex ſacris Canonibus probatur. Cœleſti- 555
nus enim Papa *in can. Nullus inuitis*, 61. *diſtinct.* ſic ait: *Tunc autem alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de ciuitatis ipſius Clero, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis Eccleſiis meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem.* Idem decreuit noſter Gregorius Magnus, relatus *in canone, Obitum Victoris*, *diſt. eadem*, §. *Commonemus.* Et in Conc. Lateranenſi III. ab ipſo celebrato anno 601. quod habetur *tom.* 2. *Conciliorum Seuerini Binij*, *part.* 2. *pag. mihi* 303. & apud Corjolanum *in compend. Concilior. pag.* 521. ita ſtatuit: *Defuncto Abbate cuiuſque Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem Congregatione, quem ſibi propria voluntate concors Fratrum ſocietas elegerit, & qui electus fuerit ſine dolo, vel venalitate aliqua. Quod ſi ipſi inter ſe perſonam inuenire nequeant, ſolerter ſibi curent de aliis Monaſteriis ſimiliter ordinandum.* Leo etiam Papa *in canone Metropolitano defuncto*, 63. *diſt.* Ex quibus colligitur vnumquemque teneri ſuffragari (verba ſunt Peyrini) indigenæ potiùs quàm extraneo. Idem habetur *l. in Eccleſiis*, *C. de Epiſcopis*, *& Clericis.*

Quartò probatur ratione, quâ vtitur D. Tho- 556
mas *loco citato*, *ad* 4. Quia vnuſquiſque, vt plurimùm, propenſiorem habet animum ad ſuam propriam Ciuitatem, & Eccleſiam, in qua nutritus eſt, quàm ad quamlibet aliam; & hac ratione poterit eſſe vtilior. Verba S. Th. hæc ſunt: *Ad 4. dicendum, quod ille, qui de gremio Eccleſiæ aſſumitur, vt in pluribus conſueuit eſſe vtilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Eccleſiam, in qua eſt nutritus. Et propter hoc etiam mandatur Deuteron.* 17. *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non ſit frater tuus.* Hæc omnia Doctor Angelicus.

Quintò, quia naturalis, cùm in ſua patria, 557
aut Eccleſia habeat viuere, & mori, vtilior neceſſariò debet eſſe, quàm extraneus, qui functo ſuæ

prælationis officio, aliò diuertit; & nihil aliud quærit in illa prælatione (ſic loquitur Peyrinus) quàm non oues ſibi creditas, ſed ſeipſum paſcere. Cui loquitur Ezechiel 34. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos, non greges*: paſcere, inquam, ſeipſum, & bene ingurgitare, vt deinde in patriam profectus, in qua vnuſquiſque appetit videri magnus, diues appareat. Hactenus Laurentius.

558 *Sextò* probatur, quia extranei dominari ſolent, non gubernare. Dominos ſe exhibent, non miniſtros, obliti ſententiæ Sapientis, Eccleſiaſtici 32. *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.*

559 Itaque ſanctiſſimæ ſunt leges (ait Peyrinus) quibus cauetur, quod non niſi naturales aſſumantur ad officia ſuæ patriæ; & vti Sotus *loco citato*, paulò ante 10. concluſionem, *verſic. Enaſcitur autem, pag. mihi* 237. in terminis beneficiorum Parochialium ait: *Reſpondetur, leges illas æquiſſimas eſſe, quas vtinam de beneficiis ſaltem parochialibus, quibus annexa eſt animarum cura, vbique ſanciret Eccleſia, quemadmodum & in Tridentino Concilio, me præſente conſultabatur.* Addo ego, vtinam vbi ſunt illæ ſancitæ, debitæ executioni ſine locorum acceptione mandarentur.

660 Naturalis autem dicitur, qui in Regno natus eſt, vel ſaltem in eo domicilium contraxit, aut per decennium in eo vixit, & habitauit continuè. Ita Peyrinus poſt Emmanuelem Roderiquez *tom. 2. qq. Regul. q. 52. art. 8. ex lege 19. tituli tertij nouæ recopilationis.* Et ad noſtrum propoſitum ille dicitur naturalis alicuius Prouinciæ, Congregationis, aut Cœnobij, qui in ea, aut in eo habitum ſumpſit, & profeſſionem emiſit; ſeu qui per decennium continnuum moratus eſt.

Prædictis conſonat Barboſa *in votis deciſ. lib. 2. vot. 33. concl. 1.* vbi ex Iure Diuino, Pontificio, & Cæſareo, ac Regio probat, potiùs oriundis, quàm alienigenis beneficia, & officia eſſe conferenda. Allegatque pro concluſione ſtatutum Ordinis S. Iacobi de Spata, & gloſſam ac Doctores Theologos, Canoniſtas, & Iuriſtas quadraginta, & plures adducit rationes pro illius probatione.

561 Obſeruat Peyrinus *eodem §. 5. ad finem*, peccatum eſſe maximæ malignitatis, impoſſibilitare naturales per ſubſtractionem ſtudiorum, & commoditatum ad ſtudendum requiſitarum, ne habiles fiant ad Prælaturas. Et nihilo ſecius, ideſt, non aliter, malum eſſe, nolle ad habitum naturales recipere; & ſi quoſdam, non niſi amuſios, ne eos iure dominij, cùm in numerum, & authoritatem creuerint, priuare attentent. Nec ſcio (addit) quomodo Generales has res ſupportantes, poſſint excuſari à mala adminiſtratione ſui officij, & grauiſſima culpa; nec eos poteſt ignorantia excuſare, nam ad eorum officium pertinet hæc indagare, vt bene Panormitanus *in cap. Innotuit, de electione, num.* 21. Circa quod aduertere cogor, non ita damnabile eſſe, non recipere à Monachalibus naturales locorum, in quibus Cœnobia bona habent, aut iure ſpiritualia, vel temporalia magni momenti. Ex huiuſmodi enim receptione maxima in plurimùm inconuenientia, & damna experiri ſolent, ſi receptio fiat in Cœnobio ipſo, ad quod iura, bonaque illa pertinent, tam in iſtorum amiſſione, quàm in animorum Religioſorum perturbatione, experientiâ teſtante.

562 Quod ſi iterum petas, *eritne dignior quoad electionem, qui nunquam peccauit, an qui malus fuit?* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tom. 3. in additam. ad conſtit. Pauli V. cap. 12. num. 13.* varias recenſet hac de re ſententias. Primam gloſſæ *in cap. Fidelior, diſt. 50. Romani ſingulari* 534. Abbatis *in cap. Dudum, el 2. de electione*, Ioannis de Selua *de beneficiis, part. 3. q. 7. num.* 18. aſſerentium præferendum eſſe eum, qui fuit aliquando malus; quia ille ſcit compati infirmitatibus ſubditorum, *cap. Conſiderandum, diſt.* 50. & infirmus fortior reſurgit, *cap. Potes, de pœnit. diſt.* 1. Secundam Lambertini *de iurepatronatus, lib. 2. part. 3. q. 5. art. 14. num.* 4. diſtinguentis, & aſſerentis, ad Prælaturam habentem curam animarum, eum qui peccauit eſſe eligendum; ad Prælaturam verò dictam non habentem curam, qui non peccauit, eſſe eligendum, quia hic eſt ſimpliciter dignior. Tertiam tandem Archidiaconi *in cap. Nos conſuetudinem, diſt. 12. num.* 2. quam ipſe ſequitur, aſſerendo abſolutè eſſe præferendum qui nunquam peccauit, aliàs prodeſſet peccatori malitia ſua, & fluctuaret illa propoſitio, *quod dignior ſemper eſt eligendus.* Et habetur, ait, expreſsè deciſum *in cap. Quid poterit, cap. Statuimus, & cap. Ne emeritis, diſt.* 61.

Ex dictis in ſuperioribus bene colligitur, eligentem dignum, omiſſo digniore, peccare mortaliter, vti docent Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 4.* cum D. Thoma *2. 2. q. 63. art. 2. in corp. & ſolut. ad 3. & quodlib. 6. art. 9. & quodlib. 8. art. 4.* Soto *lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 2. concluſ. 9.* Vaſquez *opuſc. de beneficiis, cap. 2. §. 3. dub. 1.* Aragone *2. 2. q. 63. art. 2. col. 6. verſ. His conſtitutis*, & Salone ibi, *controuerſ. 2. concluſ. 1.* Couarr. *in regul. Peccatum, part. 2. de reſtitut. §. 7.* Valentia *tom. 3. diſput. 5. q. 7. punct. 2. verſ. ſecundò quæritur.* Ledeſma *in ſumma part. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 7.* Vega *part. 2. ſumma, cap. 97. caſu 2.* Nauarro *in miſcellaneo 38. de Oratione*, Bañez *2. 2. q. 63. art. 2. dub. 3.* Azor. *tom. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1.* Roderiquez *tom. 2. ſumma, cap. 106. concl. 3. num. 5.* & cum communi Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 15. num. 12.* Barboſa *in votis deciſiuis, tom. 2. lib. 2. voto 33. num. 21.* ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat cap...* Rebuffo *in Concord. tit. de electione, de Regul. verbo Idoniorem*: & ex Couarruuia *vbi proximè, num. 4. verſic. Igitur iura.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſputatione 5. q. 13. num. 4.* cum Miranda *in Manuali tom. 2. q. 23. artic... concluſ. 1.* Reginaldo *in praxi, lib. 30. tract. 3. num. 195.* Gonzal. *ad reg. 9. Cancellar. gloſſa 4. num. 128.* Garcia *de beneficiis, part. 7. cap. 16. num. 2.* Rota coram Card. Seraphino *deciſ. 942. num. 4. & in Toletana Canonicatus, 18. Maij 1584. coram Clemente VIII. & in Valliſoletana præeminentiar. 24. Nouemb. 1603. coram Pamphilio.* 563

Verùm quando tres eligi prætendunt, vnus digniſſimus, alter dignior, & alter dignus, ne dignus eligatur, poteſt dignior, omiſſo digniſſimo, licitè eligi: vt ſi ego ſuffragium meum digniſſimo præſtando, vt teneor, nihil proficere cognoſco, nempe quia cæteri digno ſuffragabuntur, poſſum, immò & debeo, ne ille electus euadat, digniori ſuffragari. Ita Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 4. limitat.* 5. cum Soto *lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 2.* Aragone *2. 2. q. 63. art. 2. corollar. 3.* Ledeſma *in ſum. tract. 7. cap. 2. concl. 7. dub. 2.* & Roderiq. *in ſum. part. 1. cap. 106. concl. 5. num. 7.* Tamburinus *dict. diſp. 5. q. 13. num. 7.* Lezana 564

tom. 1.

tom. 1. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 14. cum Bañez 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 3. docet, quod quando omnes alij electores vellent eligere minùs dignum, relicto digniori, poſſum pro bono pacis conſeruando credere illum eſſe digniorem, & me illis conformare.

565 Hic opportunè dubitari poteſt, *An electores abſque mortali peccato voci ſuæ actiuæ renunciare poſſint?* Pro difficultatis reſolutione ſupponit Samuellius *de electione canonica tractat.* 1. *diſputat.* 2. *controu.* 16. gaudentes voce actiua in electionibus Regularium, in triplici eſſe differentia. *Primò*, inquit, nonnulli Regulares regulari iure interſunt actiuè electionibus, v. g. in ſuo Prædicatorum Ordine, Prouinciales cum ſuis ſociis, & Diffinitores cum ſuis pariter ſociis, eligere tenentur Generalem. In Ordine Minorum Generalem Prouinciales, & Cuſtodes tenentur eligere. *Secundò* alij electores ad actiuè celebrandam electionem conueniunt ex publico officio. Huiuſmodi, inquit, ſunt Priores locales, Guardiani, & Diſcreti, ſeu ſocij in electionibus Capituli Prouincialis. *Tertiò* denique cæteri alij electores interſunt actiuè electionibus ratione iuris priuati, id eſt ſpecialis fraternitatis, vt ſunt electores in electione ſocij, ſeu Diſcreti. Quo ſuppoſito ſequentes ſtatuit concluſiones.

566 *Prima* eſt. Electores, qui iure ſingulari intereſſe electioni tenentur, minimè ſuæ voci renunciare queunt, aliàs lethaliter peccant. Allegat Panormitanum *in cap. in Geneſi*, *num.* 10. *el* 55. *de electione*, Felinum *in cap ſi diligenti*, *numero* 19. *de foro competenti.* Farinacium *de carcere, & carcerato*, *q.* 27. *num.* 84 & Syluestrum *verb. Conſenſus*, *q.* 3. dicentem: Ex his patet, quàm malè faciunt Religioſi habentes vocem in Capitulo, ſi humano reſpectu renuncient voci ſuæ, quod eſt tacere, quando vident, quod authoritas prouidendi per hoc remanet penes eos, qui zelo carent. Et *verb. Electio*, 1. *q.* 5. *dict.* 5. dicentem: Et ſic malè faciunt, qui permittunt eligi indignos, vel inſufficientes, renunciantes voci ſuæ, ne notentur, vel alio humano reſpectu; & poſſet faciliter hoc eſſe peccatum mortale. Hactenus ex Sylueſtro Samuellius, qui etiam allegat Sigiſmundum à Bononia *de electione*, *part.* 1. *cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 2. verba autem Panormitani in loco ab eo allegato ſic, vt ſequitur, lego: Non poteſt quis renunciare iuri introducto in fauorem publicum, vt *in capit. Si diligenti*, *de foro competenti.* Hæc Abbas.

Quod renunciare nequeant, hac probat Samuellius ratione. Quia decretis, conſtitutionibus, vel ſtatutis pro bono publico conditis, præcipuè in Religione, renunciari non poteſt. Ergo neque electores poſſunt ſuæ voci renunciare. Quod autem peccent mortaliter electores Capituli Generalis voci ſuæ renunciantes ſine iuſta, & rationabili cauſa, quamvis non caueatur per conſtitutiones, ex eo probat, quia huiuſmodi renunciatio fit cum damno publico totius Religionis.

567 *Secunda* Samuellij concluſio huiuſmodi eſt. Electores, qui ex officio ius actiuæ vocis ad electionem celebrandam habent, nequeunt ſine peccato lethali illi renunciare, in electione Superioris Prouinciæ, ſeu Prouincialis. Ratio eſt, quia huiuſmodi ius talibus electoribus, non in proprium commodum, fauorem, & vtilitatem conceſſum eſt, ſed in gratiam officij, & boni publici; quemadmodum Clericus renunciare nequit quæ concernunt priuilegium Clericale, iuxta notata *in cap. Si diligenti*, *& cap. Significaſti*, *de Foro competenti*, & *cap. Contingit*, *el* 26. *de ſentent. excommunicat. cùm non ſit beneficium hoc perſonale* (inquit Innocentius III. *in dict. cap. ſi diligenti*) *cui renunciari valeat, ſed potius toti Collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, cui priuatorum pactis derogari non poteſt.* Allegat Samuellius Felinum *in dict. cap. Si diligenti*, *num* 17. Rotam *deciſ.* 169. *in fine*, *part.* 2. *recentiorum.* & *deciſ* 441. *num.* 8. coram Gregorio XV. Decianum *conſil.* 19. *num.* 60. à Tuſcho relatum *littera R*, *concluſ.* 171. *num.* 11. dicentem: *Iuri prælationis non poſſe quempiam renunciare, inconſulto eo, qui prælationem conceſſit, & dignitatem: pari modo nequit elector ſuæ renunciare voci, quam à iure ſtatutorum ſuæ Religionis habuit, ſine eiuſdem venia, id eſt cauſa legitima, & naturali.*

Tertia concluſio. Elector quilibet priuatus Regularis, ſuæ voci renuntiare poteſt, niſi ex tali renunciatione renunciantis electoris fama non leue detrimentum pateretur; aut huiuſmodi renunciatio in damnum Prouinciæ, vel Conuentus, ſeu domus vergeret. Partem primam probat, quia quilibet poteſt proprio renunciare fauori, *l. Si quis in conſcribendo*, *Cod. de pactis*: & *cap. Ad Apoſtolicam Sedem*, *el* 16. *de Regularibus*, ibi: *Vterque renunciare videtur ei, quod pro ſe noſcitur introductum.* Ergo poteſt quilibet priuatus elector ſuæ voci renunciare. Secunda pars eſt de ſe manifeſta. Nemo enim poteſt licitè ſuam negligere famam. 568

Tertiam concluſionis partem probat Samuellius ex eo, quod in detrimentum cederet Religionis, & magnum quidem; talis renunciatio electorum, Regularis obſeruantiæ cultorum, ab eligendo ſe abdicantium, poteſtate eligendi penes alios laxioris diſciplinæ amatores, & ſequaces remanente: vel etiam ſi ex defectu illarum vocum electio in indignum; ſeu ſi in dignum, non tamen in notabiliter digniorem, qui eſſet electus, ſi qui renunciant, ſuffragium tuliſſent, caderet. 569

Pro illa allegat Baldum *in cap. Cùm omnes*, *numero* 24. *de conſtitutionibus*, Panormitanum *in cap. In Geneſi*, *num.* 10. *de electione*, Felinum *in cap. Si diligenti*, *num.* 1. *de foro competenti.* Angelum *verb. Electio*, *num.* 19. Armillam *eodem verb. num.* 20. Sylueſtrum *verb. Conſenſus*, *q.* 3. *ad finem.* Tuſchum *littera R*, *concluſ.* 170. *per totam*, Rotam *deciſ.* 265. *num.* 3. *part.* 1. *recentior.* Sigiſmundum à Bononia *de electione*, *dub.* 15. *à num.* 4. Tabienam *verb. Electio*, 1. *num.* 12. Emmanuel. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular.* *q.* 53. *art.* 10. Mirandam *in Manuali*, *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 6. *concl.* 5. & alios.

Pro coronide huius primæ ſectionis, electoribus aduertere duxi, latam eſſe ſententiam excommunicationis Papæ reſeruatæ, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ contra omnes Regolares, qui in omnibus, & ſingulis electionibus, vel ante per ſex menſes, pro ſe, vel pro alio ſubornauerint. Et eaſdem pœnas incurrunt ſubornati, & illi pro quibus fuerit ſubornatio facta, ſi iſtam non detulerint. Ita decreuerunt Pius V. die 28. Maij de anno 1571. in conſtitutione *Paſtoralis officij*, 128. apud Cherubinum *in Bullario*, *tom.* 2. Gregorius XIII. in conſtitutione *Conſueuit Romanus Pontifex*, 13. eiuſdem voluminis, edita 8. Septembris 1573. Clemens VIII. Paulus V. & Vrbanus VIII. in decretis pro reformatione Regularium, quorum primum habetur *tom.* 3. dicti Bullarij, *conſtitut.* 60. Clementis præfati, ſecundum verò adeſt

in

in eodem tomo, *conſtitut.* 128. *Pauli V.* tertium denique reperitur *in* 4. *tomo*, *conſtitut.* 28. *Vrbani.* De quibus conſtitutionibus, & de earum ſubſiſtentia, & ſtricta obligatione, quam inducunt ad earundem obſeruantiam, agunt Roderiquez *in qq. Regularibus*, *tom.* 2. *q.* 56. *artic.* 1. & Lezana *tom.* 4. *conſultorum*, *conſult.* 53. *pag. mihi* 440. *& ſeqq.* vbi reſoluit electionem Prouincialis cuiuſdam Religionis, fuiſſe ipſo iure nullam, & irritam, eo quod præcesſerit ſolicitatio ſuffragiorum facta per vnum ex vocalibus.

Fundat ſuam reſolutionem Lezana, *primò* quia ſubornator, ſeu ſolicitator præfatus vitium contraxit ſimoniæ, cùm lingua ſaltem vel munere à lingua, veluti pretio, voluit ſibi, vel alteri dignitatem obtinere, *l. alij propter*, *ff. de accuſat. l.* 1. & *l. Diuus*, *ff. de iurepatronatus*, *l.* 1. §. *incidit*, *ff. ad Turpil. Clement. de teſtibus*, *in fine*, *cap. Nemo Presbyterorum*, *de ſimonia*, & *canon.* 1. *Ordinationes*, *q.* 1. & plures Doctores apud Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia*, *cap.* 4. *num.* 1. & conſequenter incidit in excommunicationem, & effectus fuit ipſo facto inhabilis actiuè, & paſſiuè ad electionem: & iſta ab eo, vel in eo facta, ipſo iure eſt nulla, quamvis cæteri electores ignorauerint ſimoniam per illum commiſſam, vti probo ego ipſe *infrà num.* 723.

Secundò, fundat Mag. Lezana ſuam ſententiam recenſendo tenorem dictarum extrauagantium Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. & Vrbani VIII. & concludit dicens: Caſu verò, quod ex vi iuris communis, & propter crimen ſimoniæ hanc excommunicationem non incurrerit, id euincunt conſtitutiones Pontificiæ Pij V. &c.

Difficultas autem eſt, an liceat aliquando ſolicitare pro ſe, aut pro aliis ſuffragia, iure communi, & prædictis conſtitutionibus non obſtantibus.

Pro difficultatis reſolutione ſuppono cum Roderiquez *dicta q.* 56. *art.* 1. Peyrino *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 2. *cap.* 2. §. 11. *concluſ.* 2. & Lezana *tom.* 3. *ſuper Mare Magn. Seruitar.* § 9. *num.* 28. ſubornationem, procurationem, & ſolicitationem ſuffragiorum (omnes enim iſtæ voces idem in præſentiarum important,) eſſe in duplici differentia: aliquando enim procurantur ſuffragia in bonum finem, & per bonas artes, vt bono communi conſulatur, vt digniores admittantur, & indigni, immò & minùs digni excludantur; aliquando verò è contrà. Vnde ſuaſio (in qua ſubornatio conſiſtit, Roderiquez *verſ. Circa quas*, cum Cardinale Zabarella *in Clement.* 2. *de teſtibus & atteſtat. notabil.* 2.) quâ ſuadetur verum, & in bonum finem, ac per bonas artes, bona erit & licita, & nullo iure prohibita: v. g. ſi quis ſuadeat, vt Petrus eligatur, quia eſt ſanctior, doctior, prudentior, & in rebus ſuæ Eccleſiæ, aut Monaſterij inſtructior, licitè, & ſanctè ſubornabit: & ſimiliter ſi ſuadeat vt Paulus non eligatur, quia minori virtute, doctrina, prudentia, & rerum agendarum notitia polleat, etiamſi ad impediendam illius electionem vera illius crimina prodat, dummodo aliter impedire illam minimè valeat, licita erit, & ſancta ſolicitatio, ac ſubornatio. In vtroque tamen caſu omnia vera, & in bonum finem proponi, & ſuaderi debent, vt præmiſimus, vt ſubornatio licita ſit; nam ſi aut non vera omnia, aut ſi vera, non in bonum finem; aut ſi vtrumque, vera, & bonus ſcilicet finis adſit, ſi bona ars non intercedat, illicita erit, & omni iure prohibita huiuſmodi ſuffragiorum procuratio.

Quo ſuppoſito facilis eſt difficultatis, quoad primam illius partem, reſolutio. Dico enim *primò*, ſemper licere pro aliis ſuffragia ſolicitare primo modo, ſuaſione bona, proponendo vera, in bonum finem, ac per bonas artes.

Concluſionem noſtram tenuit D. Thomas 2. 2. *q.* 100. *art.* 5. *ad* 3. dicens: Si autem preces pro digno porrigantur, ipſum factum non eſt ſimoniacum; quia ſubeſt debita cauſa, ex qua illi pro quo preces porriguntur, ſpirituale aliquid confertur; tamen poteſt eſſe ſimonia in intentione, ſi non attendatur ad dignitatem perſonæ, ſed ad fauorem humanum.

Eandem ſententiam tenuit Roderiquez *loco cit.* dixit enim: Suadere itaque electoribus virtutes veras, quibus eligendi ornantur, & vitia vera nota, quibus notantur, vt dignus indigno, & dignior minùs (ſupple digno) præferatur, eſt ſanctum.

Peyrinus pro nobis etiam eſt *dicta concluſ.* 2. aſſerens, quod procurare, vt dentur alicui dignitates, qui eas meretur, in bonum finem, & per bonas artes, vt bono communi conſulatur, & indigni excludantur, non eſt prohibitum hac conſtitutione, vt ſatis per ſe patet; ſed eſt prohibitum procurare, vt dentur dignitates indignis, ſeu ad malum finem, vel per malas artes. Hæc ibi, vbi allegat Nauarrum *lib.* 5. *conſilior. de ſentent. excomm. conſ.* 20. *num.* 3. Idem Peyrinus *de priuileg. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 10. ait, licitum eſſe Religioſis procurare ſuffragia pro perſonis dignis, & benemeritis, non obſtantibus dictis conſtitutionibus. Allegat præter D. Thomam *vbi ſuprà*, gloſſam *in cap. Tuam, verb. Nullam prorſus*, *de ætate*, *& qualit.* & Petrum Bayſium *in directorio election. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 14.

Lezana *dict. num.* 28. nobis fauet, quatenus docet validam eſſe electionem, quando Capituli præſes abſque vlla coactione per modum directionis, & conſultationis nominat electoribus eligendos.

Denique Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſquiſit.* 10. *q.* 3. *num.* 6. pro nobis eſt, quatenus cum Soto *lib.* 9. *de iuſtit. q.* 6. *art.* 1. *ad* 2. & cum Valentia *tom.* 3. *diſquiſit.* 3. *q.* 16. *punct.* 3. *colum.* 13. *verſ. Quartò ſequitur*, dicit eſſe licitum pecuniam offerre, non ſolùm vt non eligatur indignus, ſed etiam vt eligatur dignus in communi, in caſu, quo electores eſſent determinati eligere indignum, prætermiſſo digno.

Dico ſecundò, quoad ſecundam partem difficultatis: Licitum eſt procurare ſibi dignitatem, animo ſeruiendi Deo, & Religioni, ac miniſtrandi ſubditis, ſi dignus ſit procurans, bonis vtatur artibus, & ſcandalum, & quælibet circumſtantia, quæ actum vitiet, deſit. Et ratio eſt, quia licitum eſt procurare quod licet appetere; in genere enim moris, quoad imputationem ſcilicet ad meritum, & ad culpam, idem eſt appetere, ac procurare, iuxta doctrinam Caietani *in ſumma*, *verb. Beneficium*, *verſ. Beneficium verò*, quem recenſet, & ſequitur Girago *de regim. Regul. part.* 1. *dub.* 17. *num.* 100. eſtque apud Theologos communis. Sed eſt licitum appetere dignitatem propter ſubditorum vtilitatem, iuxta D. Thomam 2. 2. *q.* 185. *art.* 1. *in corpore*, dicentem: Sed appetere proximis prodeſſe, eſt ſecundùm ſe laudabile, & virtuoſum. Et iuxta Barboſam *de poteſt. Epiſc. part.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 9. dicentem: Ideo quivis Epiſcopatum licitè cupit, non

non propter dignitatem, ſed propter adminiſtrationem, quia optat prodeſſe, & non præeſſe. Qui *num.* 10. addit cum Nauarro *conſ.* 17. *num.* 7. *de ſent. excommun.* & Homobono de Bonis *de humana vita ſtatibus, p.1. cap.6. verſ. Quando autem,* allegante Petrum Nauarrum, Graffium, Toletum, & alios, poſſe dignum, etiam ſine peccato veniali, appetere principaliter vt proſit, quamvis minùs principaliter appetat ob honorem, & fructus dignitatis. Illos ſequitur Girago *num.* 98. & rationem hanc reddit, quia licèt beneficia ex prima inſtitutione in cultum Dei, & animarum erecta ſint ſalutem, ſecundariò nihilominus inſtituta ſunt in ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, ac pauperum. Ergo licitum eſt procurare ſibi dignitatem, ob fines, & cum circumſtantiis in concluſione recenſitis.

Cauere tamen quiſque debet, ne præſumptuoſè pro ſe roget, de ſe, & de ſuis viribus plus quàm debeat confidens. Quia *ſi aliquis pro ſe præſumptuoſè roget, vt obtineat curam animarum, ex ipſa præſumptione* (verba reddo D. Thomæ 2. 2. *q.*100. *art.*5.) *redditur indignus; & ſic preces ſunt pro indigno.* Vbi Caietanus ait: Petitio curæ ſimpliciter animarum, regulariter eſt præſumptuoſa, vt petere Epiſcopatum... Dixi regulariter, vt præſeruem petitionem Epiſcopatus in caſu neceſſitatis Eccleſiæ. Et infrà: Secundum (ſcilicet dicendum) quod petitio curæ ſimpliciter animarum in caſu non eſt præſumptuoſa, ſed ſancta, quoniam ſcilicet clarè conſtat, quod niſi ipſe dignus petat Epiſcopatum illum, Eccleſiæ illi malè prouidebitur. Tunc enim ſi ſine ſcandalo poteſt aliàs dignus, licitè, vt proſit, petit, & maximè ſi indiſcretè. Et ratio eſt, quia charitatis eſt, non præſumptionis conſilium hoc. Hæc & alia Cardinalis Caietanus.

SECTIO II.

De adnotandis circa ipſam electionem Canonicam.

BREVIARIVM.

Actio.

Eſt quoddam ius proſequendi in iudicio id, quod ſibi debetur. n.579.

Beneficia.

Vt beneficia Eccleſiaſtica ſint dignitates, & officia Regularia, ex eo patet quod adiunctam habeant ſpiritualem iuriſdictionem in ſubditos, cui iuri ex iuris diſpoſitione eſt adiunctum ius percipiendi redditus Eccleſiaſticos, licèt per accidens ratione ſtatus ſui adiunctam non habeant illorum vtilitatem. num.576.

Contractus.

Omnis contractus, ſiue nudus, ſiue veſtitus; ſiue nominatus, ſiue innominatus; ſiue vtrimque oneroſus, ſiue etiam gratuitus, parit obligationem in foro poli, ita vt vnus contrahens non poſſit in conſcientia ab eo recedere, altero rationabiliter inuito. numero 573.

Dignitas.

De dignitatibus, & officiis Regularium eodem modo philoſophandum eſt, ac de beneficiis Eccleſiaſticis quoad ſimoniam, quæ committitur in illorum acquiſitione. n.576.

Electio Canonica.

Eſt alicuius perſonæ idoneæ ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam, canonicè facta vocatio. n.570.

Non eſt propriè Canonica electio, quæ non eſt de Prælato Eccleſiæ, aut Monaſterij capite. numero 570.

Electio canonica, alia per ſcrutinium, alia per compromiſſum, & alia per inſpirationem. numero 571.

De electionis per ſcrutinium ſubſtantia eſt, vt maior & ſanior vocalium pars in eundem conſentiant eligendum, & quod poſt ſuffragia præſtita electio à Præſidente fiat omnium vocalium nomine, dicendo: Ego nomine omnium eligentium eligo, N. &c. ibid.

Electio per ſcrutinium eſt, in qua tres de electoribus, ſingulorum vocalium ſuffragia inquirendo, & ſcrutando quid quiſque ſentiat, colligunt. num.570.

Triplex aſſignatur modus celebrandi electionem per ſcrutinium. n.572.

Regulares debent vti modo celebrandi per ſchedulas. ibid.

Electio per compromiſſum eſt quando aliquibus, vel alicui, idoneis, vel idoneo viro, nomine omnium vocalium eligendi committitur facultas. num.575.

De illius eſt ſubſtantia, vt ab omnibus vocalibus, nemine dempto compromittatur. n.573.

Compromitti poteſt in eum, qui non ſit de Capitulo, in non vocalem. ibid.

Compromiſſarius, quando ſe poſſit eligere. numero 573.

Electio per inſpirationem eſt, quando vno quaſi impetu omnes vno ore, & corde eundem præeſſe appetunt, & in eundem conſentiunt, abſque vllo peccato, & ſimonia. Et quando nulla præcedente conſultatione, quaſi diuini Spiritus impulſu excitati, ſimul omnes in vnum repente conſentiunt. n.574.

Quando in electionibus committatur ſimonia, vide verbo Simonia.

Ius gentium.

Iuri naturali eſt proximum. n.578.

Obligatio.

Alia eſt antidoralis, alia ciuilis, & alia naturalis. num.577.

Antidoralis obligatio eſt, quæ ex decentia, honeſtate, & ex virtute gratitudinis oritur, debitum ex iuſtitia excludit, & nullam parit actionem, etiamſi debitor efficiatur ingratus. n.580.

Obligatio ciuilis eſt, quæ ad forum pertinet externum, & ad quam implendam datur actio in eodem foro. num.579.

Obligatio naturalis eſt, quæ pacto mediante, naturaliter reſultat ex contractu, pro foro conſcientiæ tantùm, & abſque reſpectu ad forum externum. num.577.

Obligatio ciuilis induit rationem iuſtitiæ ex promiſſione acceptata ortam. n.576.

Obligatio ciuilis eſt pretio æſtimabilis ibid.

Nulla datur ciuilis obligatio, quæ iuſta ſit, quæ non ſupponat, vel præſumat obligationem præexiſtere naturalem. n.579.

Obligatio, tam ciuilis, quàm naturalis, iuſtitiæ eſt, illa pro vtroque foro, quando naturalem ſupponit; iſta verò pro foro tantùm interno poli, & conſcientiæ. ibid.

Obligatio ciuilis diuiditur in perſonalem, in realem, & mixtam ex vtraque. ibid.

Perſonalis obligatio directè tendit ad perſonam, vt

partem ſecum contrahentem indemnem reddat à contractu, indirectè tendit ad rem. n. 579.

Realis obligatio eſt qua directè tendit ad rem, & indirectè ad perſonam. ibid.

Obligatio mixta eſt, qua partim tendit ad perſonam, & partim ad rem. ibid.

Si quis abſolutè, & præcisè ſe obliget, contrahit obligationem ciuilem iuſtitiæ. n. 580.

Obligatio naturalis datur, quando ſolus cum ſolo contrahit, abſque interuentione ſcripturæ, vel teſtium. num. 577.

Datur etiam naturalis obligatio inter Prælatos, & ſubditos Regulares, & inter Dominum, & ſeruum. ibid.

Obligatio naturalis ex omnibus contractibus validè initis oritur, independenter à iure ciuili. numero 578.

Obligatio datur ad ſoluendum damnum emergens, & lucrum ceſſans. n. 579.

Alia vide verbo Simonia.

Religioſi.

Sic ſe habent ad Prælatos ſuos Religioſi ſubditi, ac ſe habent ad Dominos ſuos ſerui. n. 577.

Simonia.

Simoniâ laborat, iure humano, & diuino prohibitâ, electio in qua pro ſuffragio non ſolùm res temporalis, ſed etiam ſpiritualis, & ſuffragium promittitur. n. 575.

Permutationes beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimoniacæ ſunt de iure ſolùm humano ratione materiæ, ſi abſque legitimi Superioris authoritate fiant. num. 576.

Simoniacæ ſunt de iure diuino pactiones in permutatione beneficiorum, & ſuffragiorum, prout obligationem includunt ciuilem. ibid.

Simonia de iure diuino prohibita datur, quoties in permutatione beneficij, aut ſuffragij datur, promittitur, aut ſperatur pro ſpirituali aliquid pretio æſtimabile, tanquam ex iuſtitia, & ex obligatione debitum. ibid.

Qui pro officio, dignitate, aut ſuffragio à ſe præſtito ſuffragium, dignitatem aut officium intendit, aut ſperat tanquam ſibi debitum alia, quàm ex antidorali obligatione, & ex gratitudine, ſimoniam contra ius committit diuinum. n. 581.

Qui collatori beneficij, dignitatis, officij, aut ſuffragij ita ſeruit, aut ſuffragatur, vt ei non ſeruiret, aut ſuffragaretur, niſi beneficium, dignitatem, aut ſuffragium ab eo ſperaret, non tanquam obſequij pretium, ſed ex gratitudine, ſimoniacus non eſt. ibid.

Neque qui beneficium, ſuffragium, &c. confert, ad ſe ab obligatione antidorali exonerandum. ibid.

Qui munus ab obſequio, à lingua, vel à manu dat, cum intentione ex iuſtitia naturaliter, aut ciuiliter obligandi alium, vt ipſum eligat, præſentet, aut inſtituat, ſimoniacus eſt. ibid.

Simoniacus etiam eſt, qui eadem mente id accipit, vt poſtea, veluti ex pacto tacito illum eligat, præſentet, aut inſtituat. ibid.

Omnes pactiones circa ſuffragiorum commutationes vtrinque ſunt realiter ſimoniacæ. ibid.

570 PRo intelligentia eorum, quæ ſunt in hac ſectione dicenda, operæpretium præmittere duxi, electionem de qua in præſenti, ſic diffiniri: *Eſt alicuius perſonæ idoneæ, ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam canonicè facta vocatio.* Ita Eligius Baſſæus *tom. 1. verb. Beneficium 11. num. 4.* Caſtrus Palaus *tom. 13. diſput. 2. punct. 11. in princ.* qui benè aduertit, electionem, ſi propriè ſumatur, ſolùm eſſe de Eccleſia Paſtore deſtituta, vti ſatis colligitur *ex cap. Quia propter*, mox citando, ibi: *Eccleſiis viduatis; quia Eccleſia viduata non eſt, niſi fuerit ſponſo ſuo, hoc eſt Prælato, orbata.* Vnde electionem ad Canonicatum, vel dignitatem, quæ caput, & Prælatus Eccleſiæ non ſit, etiamſi communibus Canonicorum ſuffragiis fiat, non eſſe propriè electionem, de qua in dicta Decretali, aſſerit; vnde non eſt in ea neceſſariò ſeruanda forma in illa præſcripta. Eadem docet Fillincius *de ſtatu Clericorum, tract. 41. cap. 3. n. 1.* Ego ipſe *in qq. Paſtoralibus, part. 1. q. 3. §. 2. n. 1.* Cuius diffinitionis bonitas ex dicendis in hac, & in ſequenti ſectione demonſtrabitur.

Secundò præmitto, electionem in triplici aſſi- 571
gnari differentia ab Innocentio Papa III. *in cap. Quia propter, el 42. de electione.* Alia eſt per *ſcrutinium*, alia per *compromiſſum*, & alia per *inſpirationem.* Prima, quæ eſt communiſſima, eſt illa, in qua tres de electoribus ſingulorum vocalium ſuffragia inquirendo, & ſcrutando; quid quiſque ſentiat, colligunt, vnde *ſcrutatores* appellantur: ſcrutinium namque ſecreta eſt exploratio, num quis, vt eligatur, ſit idoneus. De cuius electionis ſpecie illud eſſentiale cenſetur, vt maior, ac ſanior Capituli, ſeu vocalium pars in eundem conſentiant eligendum. Stephanus Bauny *in praxi beneficior. diſputat. 3. q. 2. ex cap. Eccleſia veſtra, el 1. & 2. cap. Quia propter, el 42.* & *cap. In Geneſi, el 55. de electione.* Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 25.* addit eſſe de huius electionis eſſentia, & ſubſtantia, vt poſt ſuffragia præſtita electio fieri debeat à Præſidente, vt habente primam vocem, omnium vocalium nomine dicendo: *Ego nomine omnium eligentium eligo te N, &c.* Allegat Suarez *tom. 4. de Religione, lib. 2. cap. 5. v. 24.* Sed vide infrà *n. 669.*

Electio per *ſcrutinium* triplici modo licitè cele- 572
brari poteſt, ait Vidal *in Arca, titul. de electione, num. 5.* Primò viua voce, accedentibus ſeorſim ſingulis vocalibus ad ſcrutatores, quibus ſecretè notificant ſuum votum. Secundò per ſchedulas expreſſo nomine illius, qui eligitur. Tertiò per globulos, ſeu fabas repoſitas in vaſe electorio. Allegat pro validitate horum trium modorum, iuxta iuris diſpoſitionem, Bordinum *reſolut. 26. num. 6.* & addit *num. 7.* Regulares vti debere ſchedulis ſub pœna nullitatis electionis ipſo facto, in vim conſtitutionis Clementis VIII. *Decet Romanum Pontificem*, §. 5. eſt 33. penes Cherubinum.

Electio per *compromiſſum*, eſt quando aliqui- 573
bus idoneis viris, nomine omnium aliorum vocalium eligendi committitur facultas. Ita Bauny & Lezana *locis citatis.* De huius electionis ſubſtantia eſt, vt compromiſſum ab omnibus habentibus vocem in electione, nemine dempto, aut diſcrepante fiat. Et ratio eſt manifeſta, quia eo ipſo, quod eſt in poteſtate eligentium, vno, vel alio modo ex tribus recenſitis vti, nullus poteſt ad ſpecialem electionis modum cogi, niſi id velit. Vnde valida non erit electio per compromiſſum, ſi omnes non compromittant. Bauny, & Lezana cum Syluestro *verb. Electio, 2. q. 11.* & Miranda *in Manuali Prælatorum tom. 2. q. 23. art. 4.* Addit Lezana, quod in caſu, quo omnes electores compromittant ſe in vno de Capitulo, & ſe ipſum eligat, valida erit electio, dummodo capax ille ſit, nec à compromittentibus excluſus. Quod priùs docuerant Emman. Roderiq. *tom. 1. qq.*

Regular. q.53. art.12. fol. mihi 162. & Hieronymus Roderiquez *in compend. reſol.58. n.39.* ſi tamen electores expreſsè illi concedant, vt ſe ipſum eligere valeat, aliàs ſecus. Vlteriùs addit Lezana, compromiſſionem fieri poſſe etiam in eos, qui non ſunt de Capitulo, ex textu *in cap. Quia propter, citato*, vbi gloſſa, Biaxius *in Director. Electio, part.3. cap.*17. Sigiſmundus de Bononia *de electione, dub.*21 Ita etiam Dubal *p.2. q.20. n.6.* Fieri enim poteſt electio mixta ex electione per viam ſcrutinij, & per viam compromiſſi, modo explicato à S. Rota, 5. Iulij 1621. coram Coccino, *in Meeuſi* (quæ habetur infrà *in Appendice*) *num.31.* vbi *num.37. de modo compromittendi.*

574 Electio per *inſpirationem*, eſt quando vno quaſi impetu eundem omnes præeſſe appetunt, ac in eundem vno omnes quaſi corde, & ore conſentiunt, abſque aliquo vitio ſimoniæ, vel contractus. Ita Bauny *dict. q.2.* & Lezana *n.11. citato*, & quando electores, nulla præcedente conſoltatione, quaſi diuini Spiritus impulſu excitati, ſimul omnes in vnum repentè conſentiunt. Fillincius *n.6.* Azorius *p.2 lib.6. cap 14. q 11.* & Vidal *n.5.* Vtrumque Dubal *q 20. n.10* cum Pellizzatio *tom.1. Manualis, tract.9. cap.2. n.12.* Miranda *etiam in Manuali, tom.2. q.23. art.42.* & Baſſæo *verb. Electio, n.5.*

Hæc *inſpiratio* duplex eſt: vna *euidens*, quâ nempe diuinæ vocationis ad regimen Eccleſiæ vnum, aut plura diuinitus dantur electoribus argumenta. Qualis vtiq; contigit in electionibus Epiſcoporum Diuorum, Ambroſij ſcilicet Mediolanenſis, & Nicolai Myrenſis. Alia eſt *quaſi euidens*, quæ contingit quando nullo præcedente tractatu omnes in vnum conſpirant. De quibus præfatus Stephanus Bauny *vbi proximè*, & alij apud ipſum.

575 *Abſque vitio ſimoniæ, vel contractus*, addidi cum Lezana *vbi proximè*. Sed nunquid dictio *vel*, inter duas immediatas, *ſimoniæ* ſcilicet, & *contractus*, appoſita ſit inter diuerſa, aut inter idem importantia? quæres; dubitans vtique, an ſicut vitio ſimoniæ laborat electio facta interueniente traditione, aut promiſſione quidem rei temporalis pro ſuffragio, laboret etiam eodem vitio electio facta interueniente contractu, ſeu pactione, quod pro ſuffragio ferendo beneficium aliquod, vel res ſpiritualis promittatur; vel quod vnus ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragabitur in altera. Vt ſi dicant, ſi dederis mihi, vel aliis votum, & ſuffragium tuum, ego tibi, vel amicis ſuffragabor tuis.

Reſpondeo, dictionem *vel*. in præſenti non poni inter diuerſa, ſed inter idem importantia: ſiue enim pro ſuffragio res temporalis detur, aut promittatur, ſiue ſuffragium, aut beneficium, vel res ſpiritualis pro ſuffragio, pactione, ſeu contractu interueniente, ſemper adeſt ſimoniæ labes: & quidem non ſolùm de iure Eccleſiaſtico, ſed iure etiam diuino.

576 Et ratio huius in promptu eſt ſatis clara, & perſpicua. Quia licèt permutationes, & commutationes officiorum & dignitatum Ordinum, ac per conſequens permutationes ſuffragiorum circa prouiſionem eorundem officiorum, naturam ſapiant permutationum beneficiorum, & dignitatum Eccleſiaſticarum laicarum (licèt per accidens non habeant adiunctam vtilitatem redditnum Eccleſiaſticorum, habent tamen iuriſdictionem ſpiritualem in ſubditos, cui certè iuri ex diſpoſitione iuris communis adiunctum eſt ius percipiendi redditus præfatos, & ſunt vera beneficia Eccleſiaſtica, vti dixi *R.P. de Murga Comment. in Conſt. Apoſt. in qq. Paſtoralibus, part.1. q 1. à n.1. q 2. diuiſ.1. n.24.* & *part.3. q.12. n.7.* & ſaltem, vti vult Lezana *tom.1. part.1. cap.25. n.32.* ſunt quaſi beneficia, & res ſpirituales, & eodem modo de illis, ac de beneficiis eſſe philoſophandum aſſerit:) & licèt permutationes beneficiorum Eccleſiaſticorum ratione materiæ permutatæ ſimoniacæ non ſint de iure diuino, ſunt tamen de iure Eccleſiaſtico, Becanus *de iuſt. q. de ſimonia, q.4 concl.3 ex cap. quæſitum*, & *cap. Cùm olim, de rerum permutatione*, niſi authoritate legitimi Superioris fiant: at pactiones, & contractus, tam in permutatione beneficiorum, quàm ſuffragiorum interuenientes, quia includunt obligationem ciuilem, quæ induit rationem iuſtitiæ, ex promiſſione acceptata ortam, qualem, ni fallor, inducere intendunt ferè ſemper electores in præfatis, & ſimilibus pactionibus, de iure diuino ſunt prohibitæ, tanquam vitio laborantes ſimoniæ: obligatio enim ciuilis pretio eſt æſtimabilis; & ſimonia de iure diuino prohibita tunc datur, quando in permutatione datur, promittitur, aut ſperatur aliquid pretio æſtimabile pro ſpirituali. Suarez *tom.1. de Religione, lib.4. cap 37. n.18.* ibi: Eſſet ſimonia contra ius diuinum, ſi noua aliqua obligatio, vel ſecuritas in futurum adderetur; nam illud eſt onus æſtimabile pretio. Speratur, inquam, tanquam ex iuſtitia, & obligatione ciuili, & non antidorali, ſeu ex gratitudine debitum. Ergo permutationes ſuffragiorum ad officia, & dignitates Religionum ex pactione, ſeu ex contractu factæ, ſimoniacæ ſunt, à diuino iure prohibitæ, & non à Canonico tantùm. Suffragia enim, ſeu electio, quæ ex illis reſultat, actiones ſpirituales ſunt. Becanus *de iuſtitia & iure, de ſimonia, q.15. concl.1. pag.809.* Sed vt ratio noſtra clariùs eluceſcat, & doctrina tradita ampliùs dilucidetur, libet nonnulla ſcitu digniſſima, & menti tenenda tradere.

In primis ſciendum eſt, obligationem aliam eſſe 577
ciuilem, ac aliam *antidoralem*, & *naturalem* aliam. Obligatio naturalis, quâ quis alteri adſtringitur, pacto mediante, eſt quæ naturaliter oritur ex contractu, abſque vllo reſpectu ad forum externum; quæ vti docet Fagundez *de iuſtit. & iure lib.1. cap.4. n.2.* contingit quando quis ſolus cum ſolo contrahit, taliter vt non ſolùm teſtes deſint, ſed nec Scriptura aliqua conficiatur, nec vlla alia detur probatio, quâ talis queat probari contractus: & etiam contingit, quando vnus contrahentium ſub alterius exiſtit iure, verbi gratia Religioſus, & ſeruus, qui ſub Prælati, & Domini iure ſunt. Inter quos, ſeruum ſcilicet, & Dominum, licèt per contractum dari non poſſit, quod Dominus ſeruo ciuiliter obligetur, *l. interpoſitas, in fine, Cod. de tranſactionibus*; obligatur tamen naturaliter, *l. naturaliter*, & *l. Si aliquod, ff. de condictione indebiti.* Et idem eſt de Prælato reſpectu ſubditi Religioſi, vti dixi *in Diſquiſitionibus Moralibus tomo ſecundo, diſquiſit. 6. dub. 15. numero decimotertio & decimoquinto*, quia Monachus ad ſuum Abbatem, ſeu Prælatum ita ſe habet, ac habet ſeruus ad dominum. Quæ certè naturalis obligatio deſeruit pro foro poli, & conſcientiæ, ita vt in eo detur obligatio iuſtitiæ ad ſtandum contractui, vti docet in genere, ſeu in communi, Fagundez *dict. num. 2. & num.4* & ego ipſe in ſpecie de Prælato reſpectu Religioſi ſubditi, *dicto num.15.* dixi. Et hæc obligatio propriè, & in rigore dicitur obligatio naturalis, ait Fagundez, quia naturaliter reſultat, ac pullulat ex contractu. Quæ iſte Doctor *n.4.* profert, recenſere libuit. Hæc illa ſunt, videlicet:

578 His poſitis, regula eſt hæc generalis apud Doctores. Omnis contractus validè celebratus, vel nudus, vel veſtitus, vel nominatus, vel innominatus, vtrimque oneroſus, vel etiam gratuitus, ex ſe, & natura ſua parit obligationem naturalem, & ſemper obligat in foro poli, ita vt vna pars contrahens non poſſit ab eo recedere in conſcientia, alterâ rationabiliter inuitâ. Ita communiter Doctores. Molina *tom. 2. de iuſtit. diſputat. 257. initio, fol. 26.* Couarruuias *in cap. Quamuis pactum, part. 2. § 4. num. 13.* Antonius Gomez *tom. 2. variarum, capite 9. num. 2.* Padilla *l. naturalis, §. Et ſi quidem, num. 17. ff. de præſcriptionibus, verb. Conſentiunt,* Leſſius *tom. 1. de iuſtit. lib. 2. cap. 17. dub. 4. numero 19.* Bonacina *de contractibus, q. 1. punct. 1. numero 2.* & communiter omnes. Ratio eſt, quia ſtando in ſolo iure naturali, ſeu gentium, quod proximum eſt iuri naturali, antequam eſſent Vlpiani, Labeones, Tertulliani, Papiniani, & cæteri Iuriſconſulti, & antequam ius ciuile introduceretur in orbem, contractus obligabant. Ergo ex ſolo iure naturali, ſeu gentium obligabant, & nulla erat differentia inter pacta nuda, & veſtita, contractuſque nominatos, & innominatos, vt ait Valaſcus *de iure emphyteutico, q. 6. num. 2.* Quamobrem in ſolo foro conſcientiæ, ſpectatâ rei naturâ, ex omnibus contractibus, quicumque illi ſint, validè initis, oritur hæc obligatio, quam ideo naturalem appellamus, vt illam à Ciuili diſtinguamus.

579 Obligatio *ciuilis*, dicitur quæ tantùm ad forum externum pertinet, & ad quam implendam datur actio in foro externo: Actio autem eſt quoddam ius proſequendi in iudicio id, quod ſibi debetur, vti cum Thoma Sanchez *de Matrimonio, libro 1. diſputat. 7. num. 14.* docet præfatus Fagundez *vbi proximè, num. 3.* qui benè cum eodem Sanchez *eodem lib. 1. diſputat. 5. num. 10* dicit: Nunquam datur *Ciuilis* obligatio, quæ iuſta ſit, quæ non ſupponat, vel ſaltem præſumat, præexiſtere obligationem naturalem. Vtraque obligatio iuſtitiæ eſt, vna pro foro tantùm interno, & conſcientiæ obligatum adſtringit, & arctat, naturalis ſcilicet; ciuilis autem pro interno ſimul, & externo, quando naturalem ſupponit. Obligatio ciuilis diuiditur in *Perſonalem* in *Realem*, & in *Mixtam*, ex perſonali, & reali compoſitam. *Perſonalis* eſt quæ directè tendit ad perſonam, vt partem ſecum contrahentem reddat indemnem à contratu; indirectè tendit ad rem. *Realis* eſt, quæ directè tendit ad rem, & indirectè ad perſonam. *Mixta* eſt, quæ partim tendit ad rem, partim ad perſonam. Datur etiam obligatio ad ſoluendum damnum emergens, & ad ſoluendum lucrum ceſſans.

580 Obligatio tandem *antidoralis* eſt, quæ ex decentia, honeſtate, & ex virtute gratitudinis oritur, & procedit, & debitum ex iuſtitia excludit; quæ certè obligatio nullam parit actionem, licèt debitor non ſatisfaciens, efficiatur ingratus. Semper enim manet in facultate debitoris obligationem adimplere, vel non. Aliàs ſi abſolutè, & præcisè obligetur, tranſiret in pactum iuſtitiæ, & in ciuilem obligationem. De quibus egi *in Diſquiſitionibus Moralib. & Canonicis tom. 2. diſq. 14. dub. 6.* Plura ad rem docet Vidal *in Arca Vitali, de ſimonia, à n 3.*

581 Deinde ſciendum eſt, illum qui ex primaria intentione pro officio, dignitate, aut ſuffragio à ſe præſtito ſuffragium, dignitatem, aut officium intendit, aut ſperat, tanquam ſibi debitum, alia quàm ex antidorali obligatione, & ex gratitudine præcisè, ſimoniæ crimen committere, ſicut in ſimili dixi de vſura *vbi proximè, dub. 1. n. 5.* cum pluribus, quos allegaui, & alibi ſæpè id probaui.

Quocirca in caſu ſimili de vſura, licèt non tam ſtrictè, ex D. Thoma *in quæſt. de Malo, q. 13. art. vlt. ad 13* Caietanus *tom 2. opuſculorum, tract. 8. q. 2.* aliàs *cap. 1. verſ. Subtilius*, ſic ait: Notandum, quod dupliciter aliquid poteſt à mutuante ſperari. Vno modo quaſi debitum ex aliqua obligatione tacita, vel expreſſa, &c. ſic quodcumque munus ſperetur, illicitè ſperatur. Alio modo, vt gratuitum, & abſque aliqua obligatione præſtandum. Et ſic quodcumque munus ſperetur, licitè ſperatur.

Poteſt itaque abſque labe ſimoniæ intendi ex amicitia, & gratitudine ex ſecundaria intentione ſuffragium pro ſuffragio, officium pro officio, ſicut intendi poteſt ſpirituale pro temporali, & è contra, vti contingit in eo, qui collatori beneficij ita ſeruit, vt ei non ſeruiret, niſi ab eo beneficium ſpectaret, non tanquam obſequij pretium, ſed ex gratitudine: & in collatore, qui beneficium confert ad exonerandum ſe ab obligatione antidorali, qua erat obſtrictus ob obſequia ſibi præſtita, vti dixi *in dicta diſq. dub. 8. n. 4.* poſt Thomam Sanchez *tom. 1. opuſculor. lib. 2. cap. 3. dub. 23. n. 7. & 9.* Dianam *p. 1. tr. 8. reſol 61.* & *part. 4. tract. 4. reſol. 151* Noctinot *verb. Simonia, n 5.* & alios.

Et pro nobis eſt Becanus *q. 16. mox citanda*, dicens: Si des aliquod huiuſmodi munus (à manu, vel à lingua, &c.) ad conciliandam amicitiam dumtaxat, vt poſtcà tui memor tibi ex amicitia conferat beneficium, non erit ſimonia in dante, nec in collatore accipiente, ſi ea tanquam gratis donata accipiat, nec propter illa quaſi pacto obligatus beneficium conferat. Ratio eſt, quia tunc non interuenit pactum, ſine quo non poteſt eſſe ſimonia. Hæc Becanus.

Ex quibus doctrina à nobis tradita, & ratio pro fulcienda illa adducta, ſufficienter manèt illuſtratæ. 582
Et comprobatur etiam ex dictis veritas huius propoſitionis: *Si munus à manu, vel à lingua, & ab obſequio des cum intentione obligandi, vt te præſentet, eligat, vel inſtituat, erit ſimonia, ſaltem mentalis ex parte tua. Similiter ex parte alterius, ſi eadem mente accipiat, vel poſteà, velut ex pacto tacito, beneficium conferat.* Ita Becanus *de iuſtit. & iure, quæſt. 100. de ſimonia, q. 16. concluſ. 2.* & probat ex noſtro S. Vrbano Papa II. *in canone Saluator, 1. quæſt. 33.* in ſequentia prorumpente: *Quiſquis res Eccleſiaſticas, non ad quod inſtituta ſunt, ſed ad propria lucra, munere linguæ, vel obſequij, vel pecunia largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt.* Ex quo vlteriùs firmatur noſtra concluſio. Quia qui alteri in electione ſuffragatur ex conuentione, vel pacto, ei præſtat munus à manu, & non ſolùm cum intentione obligandi, ſed cum obligatione expreſſa, vt ille eidem ſuffraganti, vel alteri quidem tertio ſuffragetur. Ergo omnes pactiones circa commutationes ſuffragiorum erunt vtrinque ſimoniacæ, & quidem non ſolùm mentaliter, ſed realiter etiam. Vt hoc magis innoteſcat ſit.

Sva

Svbsectio I.

De Simoniacis pactionibus.

BREVIARIVM.

Conſenſus.

Conſenſum interpretatiuum cenſetur habere, qui planè aduertit motum illicitum in ſua eſſe mente, & non reprimit, dummodo huiuſmodi motibus ſit aſſuetus. n.604.

Electio.

Celebrata cum pacto, modo, aut conditione, ſimoniaca eſt, & nulla ipſo iure, abſque vlla iudicis declaratione. n. 606. 607. & 625.

Scientes ſe fuiſſe electos pactione interueniente, ſtatim ac id ſciuerint, Prælaturas, & officia renunciare tenentur. num. 588. 590. 596. 610. 620. 625.

Aliàs abſolui non poſſunt, etiamſi ſimonia ſit occulta. n. 625.

Alia vide verbo Simonia.

Factio, Factionarij.

Factionis finis eſt conſeruatio regiminis, & imperij cum alterius oppreſſione. n. 604.

Factionarij eo ipſo, quo vni factionum adhærent, peccato inuoluuntur ſimoniæ. n. 603. & 604.

Limita, dummodo capaces ſint ſuffragiorum actiuorum, & paſſiuorum. n. 605.

Finis.

Qui vult finem, neceſſariò vult media pro eius conſequutione. n. 604.

Lex.

Præfatio legis dat intellectum toti legi. n. 624.

Opinio.

In praxi debet communis opinio præferri. n. 623.

Pactum.

Eſt duorum in idem conſenſus. n. 612.

Quando in electionum materia ſimoniacum ſit, vide verbo Electio, & *verbo* Simonia.

Pœnæ.

Extendi non debent, ſed reſtringi. n. 624.

Simonia.

Omne peccatum explicitum, & implicitum in electionibus beneficiorum, dignitatum, & Officiorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & Regularium, ſimoniacum eſt. n. 583. & ſeqq. vſque ad 622.

Varia pacta ſimoniaca circa electiones recenſentur. num. 583. 585. 586. 587. 593. 594. 595. 601. 602. 603. 605. 611. 612. 615. 616. 619. & 622.

Quando id, quod de iure ineſt, in electionibus paciſcitur, ſimonia non committitur, dummodo tamen in nullo alterentur quæ de iure inſunt. num. 583. & 584.

Vbi illuſtratur exemplis.

Prælaturæ, & officia Regularium, beneficia dicuntur Eccleſiaſtica. n. 586. 587. 613. 622.

Maximè quoad ſimoniam. n. 626.

Pactum quodlibet in materia Prælatiarum, & Officiorum Regularium, ſemper continet ſimoniæ labem, cùm ſit datio rei ſpiritualis cum onere dandi aliam, quaſi pro illius pretio. n. 583. 585. 586. 587. 592. 593. 594. 595. 600. 603. 606. 607. 613. 618. 620. & 625.

Quinam ſentiant illa non eſſe beneficia, nec incurri ſimoniam. n. 597.

Iſtorum placitum impugnatur, à num. 598.

Improbabile illud eſſe docet Peyrinus. n. 601.

Quamuis officia Regularia beneficia non eſſent, deberent eorum iure cenſeri, ob multam ſimilitudinem, quæ eſt inter illa. n. 601. & 603.

Regulares, qui Prælaturam, vel officium ſimoniacè obtinent, tanquam ſimoniacè puniuntur in iure. num. 599. 601. 626.

Regularis renuncians officium in manibus ſui Prælati, cum pacto, quod Prælatus in alio eum officio remuneret, ſimoniacus eſt. n. 590.

Qui pacta ineunt ſimoniaca ſuprà recenſita, vel eorum aliquod, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt, & irregularitatem, ſi ante abſolutionem celebrent. n. 589. & 625.

Simoniam committit, qui ſuum renuntiat beneficium in alicuius fauorem, vt ille, vel alius aliud in alterius renunciet fauorem. n. 587.

Item qui ſimpliciter beneficium renuntiat, vt alius ſibi aliud ab aliquo impetret collatore. ibid.

Si adſit conſuetudo, vt exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in alia, poteſt quis abſque ſimonia petere, vt huiuſmodi ſeruetur conſuetudo. num. 583. 602. & 617.

Futura ſpei oblatio facta vocali, vt ſuffragetur alicui, in aliquorum ſententia non eſt ſimoniaca, ſed ſpeciem præfefert ſubornationis, ideoque maximè Regularibus vitanda. n. 586. 591. 593. & 614.

Credo tamen, quod huiuſmodi petitio & oblatio non careant ſimoniæ labe. n. 592. & 593.

Simoniacus eſt, qui ſuffragium alicui præbet cum pacto, aut conditione expreſſa, aut tacita obligandi illum ad laudes, & commendationes, ſeu preces fundendas pro ſe aut pro amico, &c. n. 602.

Si eligendus electoribus diceret, ſe non fore ingratum, & ſe obligatione antidorali adſtrictum agnoſcens, deinde aliquid electoribus det, vt tantùm huic ſatisfaciat obligationi, ſimoniam non committit, cùm illud non præbeat ex pacto, ſeu obligatione iuſtitiæ, ſed gratitudinis. num. 602.

Simoniaci ſunt omnes factionarij. n. 603. & 604.

Simonia committitur, quoties res ſpiritualis pactioni, & contractui humano ſubiicitur. n. 606. 607. 608. & 620.

Simoniaca eſt datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, pacto interueniente. num. 596. 620.

Datio rei temporalis pro voce, etiamſi iſta neceſſaria non eſſet ad electionem, ſimoniaca etiam eſt. numero 621.

Simoniæ vitium eſt bene practicatum, ſed malè cognitum à viris etiam Religioſis, & aliàs doctis. num. 623.

Simoniacos qui ſciuerit, & mediatores, vt ſimonia committeretur, tenetur ſub mortali quantocyus, per ſe, vel per alium Papæ reuelare. n. 625.

Alia vide verbo Electio.

COmprobatur etiam, quod omne pactum, quod 583
in electionibus beneficiorum, officiorum Eccleſiaſticorum, & dignitatum fit, ſimoniacum ſit. Quod docent Becanus proximè recenſitus, Palaus *part. 3. tr. 17. diſp. 3. punct. 3. num. 3. & punct. 17. numero* 11. & ſæpe alibi, dicens, in datione rei ſpiritualis, omnem pactionem, & omnem conditionem, quæ de iure non ineſt, eſſe ſimoniacam. Allegat *cap. fin. de pactis, & c. Tua nos, de ſimonia,* & *punct. 2. num.* 1. in ſequentia prorumpit: Nomine Officij Eccleſiaſtici, in decretis punientibus ſimoniam in iis commiſſam, intelligitur idem, quod beneficium, vt tradunt ſupradicti

Doctores (Nauarrus ſcilicet *in Manual. cap.* 23. *num.* 111. Vgolinus *tabula* 4. *cap.* 5. *de ſimonia*, Suarez *tom.* 1. *de Religione, lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 57. *num.* 45. & Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 25. *num.* 137.) Neque obſtat obtinentem Abbatiam, Prioratum, Prouincialatum, Rectoratum ſimoniacè, puniri pœnis impoſitis *in Extrauagant.* 2. *de ſimonia.* Tum quia de iis expreſsè mentionem fecit ſupradictum Decretum. Tum etiam quia in opinione Nauarri, quaſi quædam beneficia dicuntur. Hæc Palaus.

Conſonat Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 23. *num.* 244. vbi inter alia documenta ſecundum ſub his verbis tradit: Non modò temporale, ſed nec beneficium licet promittere pro ſuffragio, ſeu voce electionis, *ex cap. De hoc, de ſimonia*; vbi id punitur pœna depoſitionis. Pax Iordanus *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 173. ibi: Aliàs ſi obligetur præcisè, & abſolutè, tranſiret in pactum iuſtitiæ, & fieret ſimoniacum. Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. dicens: Eſt itidem ſimoniaca electio Titij, ſi pro ſuffragio, ſiue vt dicunt, pro voce electoris beneficium promittatur, *cap. de hoc, de ſimonia*, & in fine capitis in ſequentia prorumpit: Simoniæ etiam vitio non caret, cùm Electores ſibi inuicem dicunt: Placeat tibi pro meo amico ſuffragium ferre, & ego pro tuo viciſſim feram. Vel ſi alter dicat: Nunquam me viuente fiet Canonicus Seius in hac Eccleſia, niſi fiat Caius, pro quo ego rogaui. Vel ſi dicant: Tu exauditus es in electione Caij, ego quoque exaudiri debeo in electione Titij, Sylueſter *in verb. Simonia, q.* 13. *verſic.* 4. Hæc Azorius, qui tamen ex eodem addit Sylu. *ibidem*, quod ſi conſuetudine eſſet receptum, vt exaudito vno in vna electione, alter exaudiretur in alia, tunc ſine ſimoniæ labe poſſet quis petere, vt eiuſmodi conſuetudo ſeruetur. In hoc autem caſu non daretur pactum explicitum, aut implicitum, de quo nobis eſt ſermo.

584 Notanda venit clauſula illa Palai, *quæ de iure non ineſt.* Pactio enim, quæ de iure ineſt, ſimoniaca non eſt, ſed licita. Huiuſmodi interueniret quando in collatione vnius beneficij incompatibilis cum alio, tunc temporis ab illud recipiente poſſeſſo pactaretur, vt prius relinqueret; quod certè facere de iure tenetur. Quam doctrinam illuſtrat Pax Iordanus *tom.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 99 & *num.* 171. & *ſeqq.* & *num.* 180. libet illum *dict. num.* 171. reddere: Limita 6. quando apponeretur pactum de eo, quod ineſſet de iure communi, vel deberetur antidorali obligatione, qua benefacienti benefacere, vel naturâ ipſa magiſtrâ docemur. His enim caſibus, vt iam ſuprà diximus, non incurritur ſimonia, & conſequenter nec pœnæ illius, dummodo tamen in nullo alterentur, quæ de iure inſunt, vt in exemplo ſuperiùs poſito de Capellano præſentato ad beneficium, cui onus erat iniunctum habendi Capellanum. Si enim in præſentatione, aut inſtitutione exprimatur ſimpliciter, quod retineat Capellanum, non erit ſimonia; ſed ſi dicatur, quod recipiat talem vel talem perſonam pro Capellano, ſiue aliter appareat conuentionem reſpicere magis perſonas, quàm Eccleſiam, tunc pactio erit illicita, & ſimoniaca, quia exprimitur id, quod non inerat de iure, vel ſaltem exprimitur alio modo, quàm inerat. Achil. *deciſ.* 4 *de ſimonia*, optimè facit Nauarr. *conſil* 81. *de ſimonia, in fine*, & concordantes. Et ita intelligendi ſunt DD. ſimpliciter negantes antidoralem obligationem poſſe deduci in pactum, prout facit Bonac. *de ſimonia, q.* 6. *num.* 7. & alij multi. Hæc omnia Pax Iordan. Illuſtrat etiam Antonius Naldus *verbo Simonia, num.* 1. cum gloſſa *in cap. cùm M, verbo perceperit, de conſtit. & Pariſio de confident. q.* 45.

Docet etiam Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 29. per ſequentia verba: Similiter committunt ſimoniam Religioſi in electionibus, ſi conuentionem, vel pactum faciant, quod vnus ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragabitur in alia, vt ſi dicant: *Si dederis mihi, vel aliis tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amico tuo.* Ratio eſt, quia huiuſmodi pactiones in materia Prælatiarum Regularium ſemper continent labem ſimoniacam, cùm ſit datio rei ſpiritualis pro alia re ſpirituali, vel onere ad illam, vt habetur *ex cap. Quàm Pio*, 1. *q.* 2. *ex cap. Cùm pridem, & cap. Pact. de pactis, & cap. Preterea*, 1. *de tranſactionibus, & cap. Tua nos, de ſimonia, & cap. Quæſitum, de rerum permutatione.* Nauarrus *in ſumma, cap.* 23. *num.* 100. Reginaldus *in praxi, lib.* 23. *num.* 244. Vnde in electionibus Regularium maximè cauendum eſt Religioſis, ne in ſimile barathrum perditionis animas miſerè illaqueando, cadere permittant. Hucuſque Lezana, quem etiam vide *part.* 2. *cap.* 12. *numero* 35. & *tom.* 2. *verb. Simonia, num.* 20. 585

Hieronymus item Roderiquez *in compendio qq. Regularium, reſol.* 129. *de ſimonia, num.* 3. ita fatur: 586
Regulares inter ſe conuenientes, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia, committunt ſimoniam, ſi pactum, & conuentio clara interuenit. Quia quoties conuenitur de aliquo faciendo, quo ſibi, vel alteri conferatur beneficium ſpirituale, committitur ſimonia, vt innuunt caput *Quàm pio*, 1. *q.* 2. caput *Cùm pridem*, caput *fin. de pactis.* Datur enim, vel reiicitur ius ſpirituale cum onere vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi, quod prohibetur, *cap. Non ſatis, cap. Sicut pro certo, de ſimonia*: ſecus ſi pactum non interuenit, ſed tantùm futuræ ſpei oblatio, ſeu demonſtratio, cum animo ſe obligandi, vt ſi dicatur: Relinque hoc amore mei; vel: Da ſuffragium, & prouidebitur tibi de alia re: vel quid ſimile. Hæ tamen oblationes ſubornationis ſpeciem præſeferunt, ideoque à Religioſis debent eſſe maximè alienæ. *Ibidem, art.* 4. (ideſt Emmanuel Roderiq. *tom.* 3. *q.* 64. *art. citato*) de quo Nauarr. *cap.* 23. *num.* 100. & *de datis, & promiſſis num.* 21. Idem poſt D. Thom. *quodlib.* 8. *art.* 11. Caietanus *in ſumma*, §. *circa tertium*, Sylueſt. *verbo Simonia, q.* 9. Ferè idem reſoluit Suarez *dict. lib.* 4. (*tom.* ſcilicet 1. *de Religione, tract.* 3.) *cap.* 44. *à num.* 3. præſertim *num.* 8. 9. & 20. & expreſſiùs reſoluit poſt Syluestrum, Angelum, & Nauarrum, cum noſtro Authore (Emmanuele Præfato) P. Villalobos *dicto tract.* 37. *diffic.* 24. *num.* 1. Hactenus Hieronymus Roderiquez, qui abſque dubio dicere voluit cum ſuo Authore, vti videbimus *num.* 591. ſine animo ſe obligandi.

Emmanuel Roderiquez *dicto tom.* 3. *qq. Regularium, q.* 64. *art.* 4. quæſito, vtrum ſit ſimoniaca 587
conuentio, quâ Regulares conueniunt, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia? Sic difficultatem reſoluit. Reſpondeo, quod ſic. Quia omnes, qui faciunt aliquam conuentionem, qua ſibi, vel alteri quæratur beneficium ſpirituale, committunt ſimoniam, vt in ſacris Canonibus (*cap. Quàm pio*, 1 *q.* 2. *cap. Cùm pridem*,

&

& cap. fin. de Pactis) definitur. Et prædicti, vt ſupponitur, faciunt huiuſmodi conuentionem: tum quia Canonici ita conuenientes, vt vnus ſuffragetur alicui in vna electione, & alius ſuffragetur alteri in altera, committunt ſimoniam, vt poſt Syluestrum tradit Nauarrus (*cap.* 23. *num.* 100.) dicens, quod frequenter committitur ſimonia ſine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei eâ æſtimabilis: nam cùm quis renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renunciet aliud in fauorem alterius; vel ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri; vel renunciat beneficium ſuum ſimpliciter, vt alius ſibi impetret aliud ab Epiſcopo, vel ab alio collatore, & aliis ſimilibus caſibus, non datur pecunia, neque aliquid eâ æſtimabile; & tamen eſt ſimonia, quia id tanquam ſimoniacum prohibet Eccleſia. Ratio autem, quare id prohibet Eccleſia, eſt quia in his omnibus datur, vel reiicitur ius ſpirituale *cum onere*, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ principali mediata eam habendi, quod in ſacris Canonibus (*cap. Sicut*, 3 & *cap. Non ſatis*, *de ſimonia*, *cap. Quàm pio*, 1. *q.* 2. *cap. fin. de pactis*) prohibetur. Hæc omnia Emmanuel Roderiquez, qui ſtatim ſequentia infert corollaria.

588 *Primum*, quod ſcientes ſe fuiſſe electos virtute huius conuentionis, tenentur ſtatim, ac ſciuerint, renunciare Prælatias ſic per talia ſuffragia obtentas, iuxta gloſſam *in ſumma* 1. *q.* 2. Et quod ſic conuenientes committant ſimoniam mentalem, & conuentionalem tantùm, ſi non fuerit completa; ſi autem fuerit ab vtraque parte completa, erit ſimonia realis, per quam incidunt in pœnas multas, de quibus Nauarrus *vbi ſuprà*.

589 *Secundum*, quod prædicti conuenientes pœnitere debent tam grauis peccati, & impetrare abſolutionem ab excommunicatione, quam contraxerunt, Papæ reſeruata, *in extrauag.* 2. *de ſimonia*. Et quod irregularitatem incurrant, ſi ante dictam celebrent abſolutionem, argumento eorum, quæ notantur *in cap.* 2. & *cap. ſi celebr. de Clerico excommunicato miniſtrante*.

590 *Tertium*, quod Presbyter Regularis renuncians Officium, ab eo per ſex annos pacificè poſſeſſum, in manibus ſui Abbatis, cum pacto, quod dictus Abbas eum in alio dicti Monaſterij, vel Eccleſiæ Officio remuneraret, provt cum effectu poſtmodùm fecit, commiſit ſimoniam conuentionalem, cùm dictum officium ſit illius ſpeciei, quæ comprehendit illa beneficia Eccleſiaſtica, quæ appellantur officia, & ſic malè (inquit) tenet prædictum officium, cùm illud malè acceperit in recompenſationem prioris virtute facti ſimoniaci, per quam acceptionem pactum fuit ex vtraque parte completum, iuxta tradita à Nauarro *capite* 23. *numero* 100.

591 Et concludit Emmanuel articulum illum aduertendo, quod ſi pactum magis fuerit ſpei oblatio, quàm pactum, quod generaliter, ait, ſolent Superiores quotidie facere, ſine animo ſe obligandi, iuxta caput *Cùm veniſſent*, *de Inſt.* & ea quæ Nauarrus tradit *in conſt. Gregorij XIII. de datis, & promiſſis*, *num* 21. non erit ſimonia, ſed ſpecies quædam ſubornationis. Et iuxta hanc doctrinam ait multos à ſimoniæ labe liberari, qui ſuis amicis dicunt, *Amore mei ſuffragium mihi præſtate, & ego quoque meum vobis ſuffragium præſtabo*, quia in oblatione hac pactum aliquod (inquit) non interuenit, ſed ſpei tantùm oblatio ſine animo ſe obligandi. Verum tamen eſt (addit) quod hæ oblationes, vt ſubornatoriæ, & à ſacris decretis prohibitæ, à Religioſis maximè debent condemnari.

Ita ille, ſed in praxi etiam, ni fallor, hæc pe- 592
titio ſuffragij, & oblatio ſubſequuta, ſcrupulo non caret ſimoniæ, ſaltem mentalis, ex parte ſuffragium petitum præſtantis; quia ſi ſciret, illud poſtulantem non habere animum ſe obligandi, ei, vel alteri eius intuitu non ſuffragaretur. Et ſic, vt credo, illa doctrina erit tantùm vera, quando vterque certò ſciat, vt ex parte offerentis nulla in vllo foro remaneat adimplendi obligatio, vel ſaltem eo ex animo ſuffragetur. Et idem dico ad ea, quæ ex Hieronymo Roderiq. recenſui, & ad tradita per Henricum Villalobos, quem refert, & ſequitur Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regularium*, *reſolut.* 125. quò loci pro nobis etiam in puncto principali eſt.

Diana in dicta reſolutione ſic Inquirit: An Re- 593
gulares conuenientes inter ſe, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia, committant ſimoniam? Et ſic quæſitum reſoluit. Reſpondeo affirmatiuè, vt innuit caput *Cùm pridem*, caput *fin. de pactis*: ſecus aſſerunt aliqui, ſi pactum non interuenit, ſed tantùm futuræ oblatio ſpei, vt ſi dicatur, *Da hoc ſuffragium, & prouidebitur tibi de alia re*; vel quid ſimile. Et ideò Villalobos *in ſumma*, *tom.* 1. *tract.* 27. *difficult.* 24. *num.* 1. ſic ait: *Aduierte Emmanuel Roderiquez con Nauarro, que vna coſa es, offrecer eſperanza; y otra coſa, el hazer pacto, y concierto: porque ſi el Superior dixeſſe al ſubdito, por amor de mi, que dexeis eſte officio, que yo procurare daros otra coſa, como ſe ſuele hazer muchas vezes, ſin animo de obligarſe, no ſera ſimonia, aunque parece cierta manera de ſoborno, y por eſte camino ſe eſcuſan muchos que dixen à ſus amigos, ayudadme en eſte occaſion con veſtro voto, que yo os ayudare en otra. Que eſto no es hazer pacto, ſino offrecer eſperanza; mas lo cierto es, que eſto ſe llega mucho à ſimonia*. Ita ille, & poſt illum Hieronymus Roderiquez *in compendio qq. Regular. reſol.* 129. *num.* 3. ſed cùm hæ oblationes ſubornationis ſpeciem præſeferant, ideò debent à Religioſis eſſe maximè alienæ. Vide etiam Suarez *de Religione*, *tom.* 3. *lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 3. *& ſeq.* Hucuſque Diana, cuius placitum approbat Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 35.

Vincentius Fillincius *de ſtatu Clericorum tract.* 594
45. *de ſimonia*, *cap.* 7. aſſerit, præfatam pactionem ſimoniacam eſſe de iure Eccleſiaſtico: ſic enim inquirit, & reſoluit *num.* 12. Quartò quæro, an permutatio ſacra in prouiſionibus beneficiorum, ſit ſimonia contra ius Eccleſiaſticum? Reſpondeo, & dico primò, ſatis id colligi ex hactenus expoſitis. Verùm confirmabitur adhibitis nonnullis exemplis. Primum eſt de duobus electoribus, qui ita paciſcantur inter ſeſe: *Tu elige hunc, & ego eligam illum.* Vel ſi elector dicat confirmatori: *Tu confirma Titium, & ego eligam Seium.* Vel ſi elector dicat collatori: *Tu confer beneficium Titio conſanguineo meo, & ego eligam Seium nepotem tuum.* Vel ſi Patronus offerat præſentationem Titio in curatum, ſi ipſe renunciet beneficium ſimplex in fauorem ſuum. Hæ enim omnes permutationes fiunt cum pactione illicita, & prohibita à iure, ideóque ſimoniacæ ſunt. Hactenus Doctor ille, qui *numero* 13. immediatè ſequenti, provt ſequitur, fatur.

Dico ſecundò, idem dicendum de pactionibus

in

in omnibus ſpiritualibus, quæ habent adnexa temporalia conſequenter, *etiamſi* propriè beneficia non ſint. Talis eſſet commutatio beneficij pro Vicaria amouibili ad nutum: electio ad beneficium pro electione ad illam: præſentatio ad beneficium pro collatione ipſius, & ſimilia. Patet *ex cap. Quæſitum, de rerum permutatione*, ibi ſcilicet: *Præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ.*

595 Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 9.* ſic ait: Dico ſecundò, ſimoniaca eſt illa electio, in qua electores conueniunt, vt alter ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragabitur in alia; ſiue, *ſi dederis mihi tuum votum in hac electione, ego dabo tibi meum in illa.* Ita Nauarrus *in ſumma, cap. 23. num. 100. verſu Secundò quod duplex.* Angelus *verbo Simonia 3. num. 3.* Syluester *verbo Simonia, q. 13. num. 13. dub. 4.* Roderiquez *tom. 3. qq. Regular. q. 63. art. 4.* Reginaldus *in praxi lib. 23. num. 244. verſu Quintum eſt.*

Probatur *primò ex cap. Quàm pie, 1. q. 2.* & *ex cap. Cùm pridem*, & *cap. Pactiones, de pactis*; & *cap. Præterea, el 1. de tranſactionibus, cap. Tua nos, de ſimonia*; & expreſsè *in cap. De hoc autem, de ſimonia.*

596 *Secundò* probatur, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi.

Tertiò probatur *ex cap. Quæſitum, de rerum permutatione*, vbi definitur, quod *ſemper continet ſimoniæ labem datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, interueniente pacto*: v. gr. beneficium pro beneficio, votum pro voto. Atque ita etiam tenet Vega 2. *p. ſumma, cap. 101. caſu 12.* vnde colligitur, quod ſcientes ſe fuiſſe tali pacto electos, tenentur ſtatim renunciare, vt bene colligit Roderiquez *loco citato*. Et paulò inferiùs ſic, vt ſequitur, fatur:

Dico *quartò*, ſi pro ſuffragio ferendo beneficium aliquod promittatur, v. gr. ſi promittatur Prioratus, vel Collegatus, electio ſequuta eſt ſimoniaca. Ita Azor *tom. 3. inſtitut. Moralium, lib. 12. cap. 7. q. 1. verſu eſt itidem*: & habetur expreſsè *in cap. De hoc, de ſimonia.*

597 Idem Peyrinus *tom. 2. in Prælatorum Formulario, litt. C, cap. 7.* relatâ *num. 10.* ſententiâ, & deductione Thomæ Sanchez *tom. 1. opuſculorum, lib. 2. cap. 3. dub. 44. num. 3.* dicentis, quod excuſentur à ſimonia Monachi conuenientes inter ſe hoc pacto: *Elige me in Prouincialem, & ego te eligam in priorem*; quia licèt hæc officia ſint ſpiritualia, non ſunt tamen beneficia; & ait ita ſentire doctos iuniores (ita ſaltem Delbene *de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 19. dubit. 24. num. 26.* Sanchez ſequens:) hæc refert etiam Diana *4. p. ſuarum reſolut. tract. 4. miſcell. reſol. 150.* ſic ipſe Peyrinus *num. 11.* proſequitur:

598 Sed hæc deductio mihi non videtur legitima. *Primò*, quia etiam probata ſecunda ſententia aſſerentium ſcilicet non eſſe ſimoniam permutare res ſpirituales, v. gr. *Orabo pro te Deum, ſi tu oraueris pro me eundem: Si mihi confitenti aures dabis ego tibi confitenti aures dabo: Ego baptizabo te, ſi baptizaueris me*:) & probato, quod officia Regularia non ſunt beneficia... exempla quæ ponunt Doctores ſecundæ ſententiæ, ſont purè ſpiritualia; officia autem iſta non ſunt purè ſpiritualia: nam vel dicunt ex æquo ſpiritualitatem, & temporalitatem; vel ſaltem vnum altero ſolùm principaliùs... Vnde non valet deductio à purè ſpiritualibus ad ſpirituale, & temporale mixtum.

Secundò, quia *in cap. De hoc, de ſimonia*, expreſsè declaratur ſimoniacum eſſe tali modo paciſci: *Dabo tibi ſuffragium in hac electione, ſi mihi dederis in alia.* Et præter DD. quos ad id adduxi *tom. 1. Religioſi, q. 1. cap. 31. §. 9. dicto 2.* id docent Azor. *Inſtitut. Moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. verſu Et itidem*, Diana *3. p. tract. 2. reſol. 125.* Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 4. de ſimonia, cap. 39. num. 13. & 14.* 599

Et aduerte ſemper, quod ideò iſte modus procedendi in electionibus dicitur, & cenſetur ſimoniacus, quia lege Eccleſiaſtica eſt prohibitus, *dicto cap. De hoc, de ſimonia*, vt innuit Suarez *dicto cap. 39. num. 14.* vbi addit, quod quia dictis officiis eſt ſemper aliquod temporale annexum, ſi tales pactiones fiant propter illud temporale principaliter, eſt etiam ſimonia contra ius naturale. Quare non video, quomodo illa doctrina Sanchez poſſit ſaluari, niſi dicatur, quod taliter paciſci non eſt ſimoniacum, quatenus ſimonia eſt iure naturali prohibita, vt loquuntur multi Doctores pro ſecunda opinione citati, & in ſpecie Victoria. 600

Et ſi ad dictum caput *De hoc*, reſpondeat Sanchez, quod loquitur de beneficiis. Dico primò, quod Papa ibi damnat tanquam ſimoniacum, modum illum procedendi in electionibus: *Dabo tibi Prioratum, ſi tu conſenſeris mecum in Prouincialatu.* Secundò dico, quod licèt Officia Regularia non ſint beneficia, ſunt tamen illis multùm ſimilia. Vnde debent eodem iure cenſeri, præſertim in fauorem animæ. Tertiò dico, quod opinio iſta Sanchez nullo modo eſt probabilis, quia ipſe primus eam adinuenit, & non ſatis probauit; immò etiamſi probaret, eſſet adhuc mihi improbabilis; quia viam aperiret multis negotiationibus illicitis, & ſordidis. 601

Iacobus Ragius *de regimine Regular. centur. 1. part. 1. dub. 11. ſub num. 5.* in ſequentia prorumpit. Quando electores ante electionem faciunt reciprocum pactum, vt vnus illorum in vna electione ſuffragetur vni, & alius alteri in alia, incidunt in ſimoniæ labem. Ita D. Th. *quodlib. 8. art. 1.* Sylu. *tit. de ſimonia, q. 13. §. 4.* Tabiena *eod. tit. n. 51.* Sigiſmundus *de electione, dub. 57.* Murcia (*in Regulam S. Franciſci, cap. 14. in cap. 8. Regulæ*) *numero 12.* alios referens. Implicantur etiam tali vitio, quando præbent ſuffragium alicui, cum pacto, ſeu conditione tacita, ſeu expreſſa obligandi illum ad laudes, & commendationes, ſeu preces fundendas pro ſe, pro amico, &c. apud Fratres, ſeu Superiores, Suarez 1. *de Religione, tract. 3. lib. 4.* Garcia *de beneficiis, part. 8. cap. 1. num. 120.* alios referens: Sigiſmundus *vbi ſuprà*, quando ferunt vota ea conditione, vt poſtea electus ſibi in remunerationem, ſeu, vt dicunt, in compenſationem det, quando quis diceret: *Nunquam me viuente fiet Prior P. Titius, niſi fiat P. Caius, pro quo ego rogaui.* Ita Sigiſmundus *vbi ſuprà*, Samuellius *de electione canon. tract. 2. diſp. 2. controuerſ. 3.* referentes alios. Similiter quando dicit: *Tu exaudiens es in electione Titij, ego quoque exaudiri debeo in electione Caij*: dummodo preces ſint carnales, vel ex pacto quodam facto, aut nunc faciendo; ſecus ſi eſſent ſpirituales. Ita Sylu. *vbi ſuprà, q. 13. verſ. 4.* quem ſequuntur Sigiſmundus, & Samuellius *vbi ſuprà.* Qui ſubdunt ex mente Sylu. ſi eſſet 602

conſuetudo,

Digitized by Google

conſuetudo, quod exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in alia, abſque labe ſimoniæ poſſe illam ſeruari, licèt peteretur, vt conſuetudo ſeruaretur. Verùm à labe ſimoniæ eximitur ſequens caſus, ſi eligendus electoribus diceret, ſe non fore ingratum, cùm huiuſmodi verba generalia ſint, & nullum arguant pactum; conſequenter nequit damnari tanquam ſimoniacus. Ita Sotus *de iuſt. lib. 9. q. 5. art. 1. concl. 3.* Sigiſmundus & Samuellius *controu. 2. vbi ſuprà*, quamvis eligendus ſe obligatione antidorali, quæ oritur ex virtute gratitudinis, adſtrictum agnoſcat, & deinde aliquid electoribus præbeat, vt huic obligationi ſatisfaciat, quia dixit ſe non fore ingratum, non propterea ſimoniam committit, quia ſimonia requirit, vt ex pacto, ſeu obligatione iuſtitiæ detur. Ita Nauar. *in ſumma, cap. 23. n. 106.* Conat. *lib. 1. variar. reſol. cap. 10. n. 4.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. n. 11c.* Suarez *de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 10. & ſeqq.* Sigiſmundus, & Samuellius *vbi ſuprà* Hactenus Ragius, qui . hanc ſtatuit concluſionem.

603 Promiſſiones, quas ad inuicem faciunt factioſi, ſcilicet: *Si dederis mihi tuum votum in Prouincialem, ſeu Diffinitorem, ego tibi dabo meum in Guardianum, ſeu Priorem* ſunt ſimoniacæ, immò Religioſus, qui ſe addit vni parti factioſorum, peccato ſimoniæ inuoluitur. Prima pars ſuadetur *ex cap. Quàm pio. 1. q. 2.* & *cap. Cùm pridem*, & *cap. Pactiones, de pactis* Expreſsè habetur *in cap. De hoc autem, de ſimonia* Secundò, quia talibus promiſſionibus conuenit definitio ſimoniæ. Nam huiuſmodi officia, ſi non purè ſpiritualia, vel dicunt ex æquo ſpiritualitatem, & temporalitatem, vel ſaltem vnum altero principalius. Peyrinus *in Formular. Prælator. Regular lit. C. cap. 7. n. 11* Adde, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid quaſi pro pretio ſpiritualis rei, vel causâ mediatâ eam habendi. Ita Nauar. *in ſum. cap. 25. n. 100* Angel. *in. Simonia, 3. n. 3.* Sylueſt. *eod. tit. q. 13. n. 13. dist. 4* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 19. n. 257* Rodriq. *tom. 2. q. 63. art. 4.* cum ſuo compendio *reſolut. 129. n. 1.* Diana *3. p. tract. 2. de dubiis Regular. reſolut. 120* Rebuffus *§. 1. verb. Simoniacus, de electionis derogatione, in concordia.* Selua *de beneficiis, p. 1. q. 7. n. 64* Toloſ. *tit. de electione. cap. 9. n. 7.*

604 Secunda pars ſuadetur, quia eo ipſo, quod Religioſus adhæret vni parti factionum, & acceptatur, intendit illas promiſſiones, ſeu pactiones votorum adinuicem ſibi præſtandorum in Guardianum, vel Diffinitorem, ſeu Prouincialem, &c. Eſt enim pactum implicitum in illo facto externo incluſum, ſcilicet dum adhæret vni parti, & ad ipſam admittitur. Nam finis iſtarum factionum eſt conſeruatio regiminis, & imperij, cum alterius oppreſſione, qui conſequi nequit, niſi adinuicem factionatij partis dominantis ſibi ſuffragentur: profectò, qui vult finem, neceſſariò vult media pro eius conſecutione. Quamobrem duplex conſenſus exprimitur in tali pacto implicito; interpretatiuus, quia ſicut cenſetur adeſſe conſenſus talis, quando homo plenè aduertens motum illicitum in mente eſſe, & cum ratione pugnare, & eum non reprimit, dummodo ſit huiuſmodi motibus aſſuetus, conſenſum præſtare videtur; ita Religioſus ille, cùm non reſpuit, immò cùm conſentit adhærere factioni, interpretatiuè vult illas tacitas promiſſiones, vt ſuſtentetur factio illa. Nam illa adhærentia in futurum æquiualet pluribus conſenſibus in motus illicitos ab homine præſtitis, per quos iuſtè dicitur voluntatem illam habere conſenſum interpretatiuum, dum in motu illicito ſe habet negatiuè; & virtualem, quia ſicut aſſumens ſtatum Ordinis ſacri, virtualiter etiam vult caſtitatem ei coniunctam ex Eccleſiæ inſtitutione; ita Religioſus ille formaliter conſentiens adhærere ſtatui factioſo, virtualiter vult illas promiſſiones votorum, &c. ſine quibus regimen in factione regi, & ſuſtentari nequit. Ergo Religioſus adhærens factioni, illicò labe ſimoniæ inuoluitur.

Limita, modò ſit capax ſuffragiorum, tam actiuorum, quàm paſſiuorum, necnon & dignitatum. Nam ſi eſt incapax, ſimoniæ peccato non obſtringitur, quia illud pactum implicitum in ſe nequit includere materiam ſpectantem ad ſimoniam, ſed alia commoda, per quæ intendit ſe totum tradere factioni. Hucuſque Ragius qui *centur. 2. tract. 7. dub. 151. in fine*, ſic inquirit, & reſoluit, videlicet: An promiſſiones, quas adinuicem ſibi faciunt Patres Diffinitores, ſcilicet dicit Titius alij Diffinitori: *Si ſuffragium præſtes meo amico, ſeu conciui in Priorem, ego dabo votum meum tuo nepoti, &c.* cenſendæ ſint ſimoniacæ. 605

Concluſio eſt affirmatiua, cuius probatio extenditur in dubium II. videantur ea, quæ ibi dico. Hæc ibi. Ea autem ad quæ ſe remittit, ſunt quæ modò recenſui.

Franc. Maria Samuellius *de canonica electione tr. 2. diſt. 2. controu. 3.* plures pro nobis ſtatuit concluſiones, quarum principaliores recenſere libuit. In 2. ſic procedit: Omnis canonica electio, vt ſimoniaca non ſit, neceſſe eſt, vt ab electoribus liberè celebretur, videlicet abſque pacto, modo, ſeu conditione, aliàs eſt ſimoniaca, & ipſo facto nulla redditur. 606

Primo probatur *ex cap. Cùm tridem, cap. Cùm clerici, cap. fin. de pactis*, cum aliis, *cap. Quàm pio, 1. q. 2.* & *cap. Præterea, el 1. de tranſactionibus*, & *cap. Tua nos, de ſimonia*, & *cap. Pactiones, de pactis.* Et expreſsè *in cap. de hoc, de ſimonia*, & ex aliis iuribus patet.

Secundò probatur ratione: Nam in huiuſmodi conuentionibus electorum ius ſpirituale datur cum onere, vt aliquid fiat quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ illam habendi. Ergo vera concluſio. 607

Tertio probatur prætereà authoritate, *cap. Quaſitum, de rerum permutatione*, vbi definitur, quod ſemper continet ſimoniæ labem rei ſpiritualis datio pro alia ſpirituali, pacto interueniente: verbi gratia beneficium pro beneficio, votum pro voto, & huiuſmodi.

Quartò probatur. Nam ſimonia eſt non dumtaxat quando videlicet ſpirituale commutatur cum temporali, ſed etiam quando ſpirituale ſubiicitur contractui humano. In hoc præſertim ſimonia conſiſtit, quia hæc eſt præcipua iniuria, quæ rei ſpirituali fit, & propter hoc maximè debitus ordo rerum inuertitur. Nam ſicut ſpiritualia ſunt in ordine ſuperiori, & hominem eleuant ad participandum aliquo modo in eſſe diuino: ita ſi humano contractui ſubiiciantur, iſte ordo inuertitur, ac ipſis indebitè homo vtens ab vltimo fine auertitur, quia minimè in ipſum tendit iuxta rerum ſpiritualium exigentiam. Hinc dixit Chriſtus Dominus *cap. 10. verſ. 8 Matthæi: Gratis accepiſtis, gratis date*; per quæ verba omnis contractus circa ſpiritualia prohibetur; ideoque *in cap. Pactiones, de pactis*, damnatur vt illicitum omne pactum, ac omnis conuentio circa ſpiritualia. Ergo. Expende clauſulam: *Sed etiam quando ſpirituale ſubiicitur contractui humano* Quocirca Pax Iordanus *tom. 2 lib. 10. tit. 7. num. 157.* docet cum Ioanne Andrea *in cap. 1. de iurepatronatus in 6.* Viuiano *p. 1. lib. 4. cap. 5.* & Riccio plurimos allegante *in deciſ. Neapolitan. 159.* 608

Digitized by Google

p.2.quod quoties in contractibus humanis mentio fit de iurepatronatus, ſimonia committitur. De quo ego ipſe *in Diſquiſitionibus tom.1.tract.4.diſq.3 n.27. & diſquiſ.24.n.12.*

609 Allegat denique ad concluſionis præfatæ probationem D.Thomam *quodlib.8.art.11.* Caiet. *in ſum. verb.Simonia,verſ.Circa* 3. Sylueſt.*verb.Simonia,q.13.dict.4.*Nauar. *Man cap.23.n.10.verſ.2.& de datis,& promiſſis n.22. & conſ.32. de ſimonia.* Armillam *verb. Simonia, n.24.*Tabienam *eod.verb.q.45.n.46.* Lopez *p.1. cap.299.* Ricardum *in 4 diſt.25. art.3. q.1.ad 1.* Petr. Nauarra *de reſtitut. lib.2. cap.2. n.386* Suarez *tom.1.de Relig. tract.3.de ſimonia,lib.4.cap.44.n.8.9. & 20.*Roderiquez *tom.3.qq.Regular.q.63.art 4.*Hieron. Roderiquez illius nepotem, *in comp.reſol.129. num.3.*Villalobos *in ſumma, p.2.tract.37. verſ. Difficultate, 24.num.1.* Portel. *in dub.Regular.verb.Simonia, num.1.* Peregrinum *p.3. cap.1. litt.I, §.2.verſ.6. & 7.ad Theatinas constitutiones,* Paſqualigum *deciſ. 224.* Dianam *p.3.tract.2.de dub.Regul.reſolut.125.& p.4.tract.4.Miſcell.reſol.150* Peyrinum *tom.1.de ſubdito,q.1.cap.21 §.9.verſ.Dico 2.*Angelum *verb.Simonia 3. n.3.* Reginaldum *in praxi, lib.23.n.244 verſ. Quintum eſt* Vegam *in ſumma, p.2.cap.101.caſu 12.* Probum *ad Monachum,in cap.Cùm nullus, de tempor. ordin. in 6. n.20.* Rebuffum *in praxi,tit.Requiſita ad collationem, n.2. & in concordia, tit. de collatione, in rubr. verſ. ad 1.* Coraſium *de beneficiis, p.1, cap.2.ad fin.& p.4.cap 1.num.2.*Ioannem Nicolaum Gimon. *in Enchirid. beneficior.tit.2.cap.3.n.46.* Garciam *p.7. de beneficiis, cap.1. num.1.* Petrum Pecheum *in regul. benefic. in 6. num.27.* Pariſium *de reſignatione beneficior. lib.8 q.8.n.28* Vgolinum *de ſimonia, tabula 1.de genere ſimoniæ,cap.8 §.3.* Cuchum *de benefic.penſion. cap.1.n.3.*Mandoſium *conſil.8* & Rotam *in Calagurritana beneficij,1587.* & cæteros omnes de communi ſententia.

610 Concluſionem tertiam ſic idem Samuellius tradit. Qui in canonica electione prædicto modo ſimoniacè electi fuere, & hoc poſteà ſcientes, ſub culpa lethali ſtatim tenentur huiuſmodi dignitates Regulares, & honores Canonicatuum renunciare, & cætera officia inferiora adepta per canonicam electionem.

Concluſio eiſdem probatur rationibus, quibus eſt ſecunda aſſertio probata: & eiſdem Doctoribus, quibus præcedens fulcita manet.

611 Concluſio quarta ſic à Samuellio traditur. Inter electores, quotieſcumque pactum reciprocum ante electionem factum clam fuerit, vt vnus illorum in vna electione ſuffragetur vni, & alius alteri in alia, dubio procul ſimoniaca eſt electio.

Probatur in primis concluſio ex iuribus allegatis *in 1.& 2 aſſertione.*

612 Secundò ſuadetur ratione; nam pactum eſt duorum in idem conſenſus, *l.1.ff.de pactis* Sed ſi electores inter ſe conueniant, vt vnus eorum in vna electione ſuffragetur vni, ſcilicet germano, aut affini, ſeu amico meo, & alius alteri, id eſt nepoti, &c. pactum interuenit reciprocum reale inter eos. Ergo committitur ſimonia.

613 Tertiò probatur, quia id Eccleſia veluti ſimoniam prohibet, & meritò quidem, quia in huiuſmodi facti contingentia ius ſpirituale datur cum pacto & conditione, vt electio ab vtraque parte fiat electorum, pro mercede ſpiritualis rei, causâ principali immediatâ illud beneficium, putà Prioratus, Prouincialatus, Generalatus, Canonicatus, & huiuſmodi, habendi; quod *in cap.Sicut, 3.q.1.cap.Non ſatis,de ſimon.& cap.Quàm pio, 1.q.2.& cap.final.de pactis,& cap.14. ſeſſ.24.de reformat.* Concil. Trident. prohibetur. Ergo.

Allegat pro hac concluſione Samuellius D.Th. *quodlib.8.art.11.*Sylu.*verb.Simonia,q.13.§.4.*Tabien. *eod.verb.num.51.* Caietan. *in eod. verb. §. Circa 3. in fine,*Nauar. *in Manual.cap.23.n.100.verſ.2.*vbi ait: *Nam cùm quis ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri, eſt ſimonia, ſecundùm Raymundum, quem ſequuntur Angelus verb. Simonia, 3.§. Sylueſter, verb. Simonia,q.13. § 4.* Hæc Nauarrus, & idem docere ait *conſ. 21. de ſimonia.* Allegat etiam Roderiquez *tom 3.qq.Regular.q.63.art.4.* Hieronymum Roderiquez eius nepotem *in compendio, reſol. 129.n.3.* Dianam *p.3. tract.2.de dubiis Regul.reſolut. 125.*Sigiſmundum *dub.57.n.6.de electione,§.de ſimonia,* Suarez *tom.1. de Relig. lib.4.cap.44.n.3.& ſeqq.* Villalobos *in ſum.tom.1.tract.37. difficult.24.num.1.* Sà *in aphoriſm. verb. Simonia, verſ. Item ſi electores,* Rebuffum *§.1. verb.Simoniacis, de electionis derogatione,* Selnam *de beneficiis, p.1. q.7. num.64.* Toloſanum *tit.de electione, cap.9.n.7.* Azorium *p.3. lib.12.cap.2. q.3.*

Quintam concluſionem ſic ſtatuit Samuellius. 614
Licèt per verba generalia prolata ab eligendo electoribus, nimirum, ſe non fore ingratum, vel dicendo, *Præbete tali N.ſuffragium veſtrum, ac vobis de re aliqua prouidebitur*; & ſimilia, ſimonia minimè committatur; nihiloſecius tales obligationes multùm ſapiunt ſubornationis ſpeciem, ac præſeferunt, & propterea radicitus ſunt à cordibus religioſis euellendæ, ac penitus tollendæ, atque minimè proferendæ.

Adducit pro illa Suarez, Villalobos, Dianam, Hieronymum Roderiquez, & alios *in locis proximè recenſitis.*

Sexta Samuellij concluſio huiuſmodi eſt. Ex 615
electoribus ſi quis diceret, *Elige tu,* ex. gr. *me, aut nepotem meum in Priorem, ſeu Prouincialem, aut Canonicum, & ego eligam te, vel tuum affinem, aut amicum tuum, in Priorem, Prouincialem,* & huiuſmodi, eſſet electio ſimoniaca proculdubio.

Ad iſtius probationem allegat Rebuffum *§.1. verb.Simoniacis, de electionis derogatione, in concordia,* Seluam *de benefic.p.1.q.7.n.64.*Toloſan.*tit.de Electione,cap.9.n.7.*Angelum *verb.Simonia 3.§.3.*Sylu.*eod. verb.q.13.n.4.* Nauar.*cap.23.n.100.§.2.Quod duplex,* Roderiq. *tom.3. q.63.art.4.in fine,* Sà *verb.Simonia, n.3.* Suarez *tom.1.de Religion.lib.4.cap.31.n.13.& 14. & cap.39.n.13.& 14.*Sigiſmund.*de electione,dub.57. §.de ſimonia,n.6.*& Azorium *dict.q.3.*

Concluſio ſeptima ſic à Samuellio ſtatuitur. Si- 616
moniæ vitio illa electio etiam minimè caret, ſi aliquis ex electoribus diceret, *Nunquam me,* ex. gr. *viuente Prior fiet Frater Titius, niſi fiat Pater Frater Caius, pro quo ego rogaui.* Pro illa allegat Sylueſtrum *verb.Simonia,q.13.§.4. num.13.* dicentem: Si dicunt ſibi aliqui Canonici maiores, *Canonizemus nepotulos noſtros, placeat tibi de meo, & placebit mihi de tuo;* vel ſi dicat aliquis, *Nunquam me viuente fiet Canonicus in iſta Ecceleſia, niſi fiat talis, pro quo rogaui;* ſecundum Raymundum in vtroque caſu ſimonia eſt, *1. q.2. Quàm pio.*

Octauam tandem, & vltimam concluſio- 617
nem ſic Samuellius pronuntiat. Aliquis ex electoribus ſi alteri dicat, *Tu es exauditus in vna electione, putà Sigiſmundi Fratris, ego quoque exaudiri debeo in Ioannis Fratris electione;* ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia; ſi verò electores ſunt carnales, vel pacto facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Secus verò eſſet

dicendum

dicendum, ſi eſſet conſuetudo, quod exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in alia. Nam poſſet petere illam conſuetudinem ſeruare, *dist. 63. Quia igitur. & de conſtitutionibus, Cum omnes*. Adducit ad probationem huius concluſionis Syluestrum *vbi proximè*, ſimilia verba proferentem, videlicet:

Si verò vnus dicat alteri: *Tu exauditus fuiſti in vna petitione, ego exaudiri debeo in alia*, ſecundùm eundem (Raymundum) ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia, *di. 63. Quia ſancta* Si verò ſunt carnales, vel ex pacto quondam facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Si etiam eſſet conſuetudo, quod exaudito vno alter exaudiatur, petere poſſet illam conſuetudinem ſeruari, argumento *diſt 63 Quia igitur*, & *de conſtitutionib. cap. Cum omnes*. Hæc Syluest. quem Azorius, Sigiſmundus, & alij ſequuntur.

618 Concludit Samuellius controuerſiam dicendo: Ratio autem prædictarum omnium aſſertionum eſt, quoniam huiuſmodi tanquam ſimoniaca, ab Eccleſia vetantur, & meritò: nam in omnibus his datur, vel relinquitur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid pro pretio quaſi rei ſpiritualis, vel causâ principali immediatâ eam habendi, quod prohibetur *in cap. Sicut, 3. & cap. Non ſatis, de ſimonia, can. Quàm pio 1. q. 2. cap. finali, de pactis*, & in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap 14.*

619 Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 10. quaeſ. 3* idem, quod prædicti Doctores, tenet. Sic enim *num. 1.* fatur: Secundò ſimoniaca eſt electio, in qua electores conueniunt, vt alter ſuffragetur vni in vna electione, quia alter ſuffragabitur alteri in alia: ſiue ſic, *placeat tibi ſuffragium tuum in hac electione mihi praſtare, & ego tibi dabo meum in alio*. Ita Nauar. *in ſum. cap. 23. n. 100. verſ. Secundò, quod duplex* Angel. *ve b. Simonia, 3. n 3* Syluest. *verb. Simonia q 12. v. 3. diſt. 4.* Roderic. *tom. 3. qq. Regular. q. 63. art. 4.* Reginald. *in praxi, lib. 23. n. 44. verſ. Quintum eſt*. Et probatur *ex can. Quàm pio, 1. q 2.* & ex gloſſa ibi, *cap Pridem, cap pactiones, de pactis*, & *cap. Præterea, el 1. de tranſactionibus*, & *cap. Tua nos, de ſimonia.*

620 Secundò probatur, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi. Probatur *ex cap. Quaſitum, de rerum permutatione*, vbi definitur, quod ſemper continet ſimoniæ labem datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, interueniente pacto, v.g. beneficium pro beneficio, votum pro voto. Atque ita tenet Vega *2. p. ſummæ, cap 101. caſu 11*. Vnde ſcientes ſe fuiſſe tali pacto electos, tenentur renuntiare.

621 Tertiò ſimonia etiam committitur, ſi datur pecunia pro voce obtinenda, etiamſi illa vox non eſſet neceſſaria ad validitatem electionis, *cap. Mathæus*, & ibi Panormitanus, *n. 2. de ſimonia*, Ludouic. Romanus *conſ. 317.* & alij. Ratio eſt, quia tunc pecuniâ acquiritur quid ſpirituale.

622 Quartò committitur etiam ſimonia, ſi pro ſuffragio ferendo beneficium aliquod promittatur, v. g. ſi promittatur Prioratus, vel Cellariatus, &c. electio ſecuta eſt ſimoniaca. Ita Azorius *tom. 3. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 7. q. 1. verſ. Eſt item*: & habetur expreſsè *in cap. de hoc, de ſimonia* Hæc omnia noſter Aſcanius.

623 Plurimorum grauiſſimorum Doctorum adamuſſim recenſere duxi doctrinas, vno ore damnantium tanquam ſimoniacas pactiones, & conuentiones non raro fieri ſolitas à Religioſis aliàs doctis, & timoratæ conſcientiæ, dum electiones celebrant Prælatiarum, & officiorum Regularium, ignorantibus (proh dolor) ſe in barathrum perditionis, animas miſerè illaqueando, cadere; adeò enim ſimoniæ labes apud electores inoleuit, vt vix ſanctiſſima ſit Congregatio, quamvis parua ſit, quam labes iſta, vt ſuſpicor, non tetigerit: vix tandem pius quis reperiri poterit, quem hæc non infecerit peſtis. De quo certè ſceleſti pactionis ſimoniacæ vitio audeo dicere, quod de proprietate, Religioſorum etiam vitio, Bartholomæus à Sancto Fauſto protulit *lib. 8. Theſauri, in proœmio: Eſtque*, inquit, *eiuſmodi conditionis, quod licèt ſit ab omnibus benè practicatum, eſt nihilominus malè cognitum, & intellectum*. Plurimorum, inquam, duxi recenſere doctrinas, ne electores communiſſimam, & veram relinquentes ſententiam, ſolidis fulcitam fundamentis, vnius, aut alterius placito non ſatis fundato adhæreant. In rebus enim moralibus, maximè tanti momenti, non eſt facilè à communi Doctorum ſententia in praxi recedendum, vti dixi *tom. 2. Diſquiſit. Moral. diſq. 14. dub. 16. n. 14.* cum Leſſio *de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 24.*

Sed inquires, an qui ob pactiones, & conuentiones prædictas ſimoniæ crimen incurrunt, ſimoniæ pœnis ſubiacent? Negatiuè reſpondet Pax Iordan. *tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 158.* Raggius *de regim. Regular. cens. 1. part. 1. dub. 11. n. 4. & 7.* cum Leſſio *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 35. dubit. 25. n. 141* Reginaldo *tom. 1. lib. 23. cap 12. n 184.* Sanchez *tom. 1. [illegible] lib. 2 cap. 2. à n. 436.* Ratio illorum eſt, quia ſimonia conuentionalis, de qua in præſenti, latè eſt ſimonia: Pœnæ autem inflictæ ſunt ſimoniacis ſtrictè, & rigoroſè ſumptis: ergo non afficiunt dictas conuentiones ineuntes. Pœnæ enim non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ. Et addit, id colligi ex procœmio extrauagantis a *de ſimonia*, incipit enim: *Cùm ſcelus ſimoniæ prauitatis, tam diuinorum, quàm ſacrorum Canonum authoritas abhorreat* Vnde habetur, inquit, iura tantùm loqui de ſimonia diuino ſimul, & iure canonico reprobata: nam præfatio legis dat intellectum toti legi, & ex ipſa regulatur, & cauſam finalem accipit. Molina *de primogen. lib. 1. cap. 5 n. 3.* 624

Limitat tamen ſimoniacum confidentialem, reſeruantemque penſionem; & quando datur aliquid Notariis, vel Officialibus Epiſcopi. In quibus caſibus contingit incurri ſimoniam ſolùm de iure Canonico.

Sed affirmatiuè reſpondet Laurentius de Peyrinis *de ſubdito tom. 1. cap. 31. §. 9. concl. 2. verſicul. Tertiò probatur*, & *in Formulario Prælator. Regular. littera C, cap. 7. n. 11. in fine*. Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 10 q 5. n. [illegible] ſequ.* cum D. Thoma *2. 2 q 100. art. 6. ad tertium*, Hoſtienſi *in cap. bonæ memoria. §. electionem, el 2. de electione*, vbi Bellamera *numero 4.* Azorius *p. 3. libro 12. capite 10. q. 8.* & aliis: latè Franciſcus Maria Samuellius *de electione canonica, tractatu 2. diſputatione tertia, per totam, controuerſ. 1. & ſequentibus*: in 1 ſic ait *concluſ. 1.* Omnis electio, prouiſio, nominatio, collatio, ac confirmatio ſimoniacè facta, eſt ipſo iure nulla, ante omnem iudicis ſententiam, etiam declaratoriam, ac nullum ius, ſeu effectum confert: & qui ſic eſt electus, tenetur in foro poli ſub mortali peccato, Prælaturam, ſeu Canonicatum, vel huiuſmodi renunciare, nec abſolui poteſt prioſquam renunciet. Et hoc etiamſi ſimonia ſit occulta, ſeu commiſſa ſit ab eodem, qui Prioratum, ſiue Canonicatum obtinuit, ſiue ab aliis, ipſo quoque neſciente. 625

Probat concluſionem primò *ex extrauagant. Cùm deteſtabile, la 2. de ſimonia. inter communes*, in qua Paulus Papa II. anno Domini 1464. ſui Pontificatus primo, ſic decernens, ait: *Per electiones vero, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis Eccleſiaſticis, & quibuſvis beneficiis, aut aliquo eorum, cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit, reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus.* Hæc ibi Papa: in qua conſtitutione pronunciat ſententiam excommunicationis ſibi, & ſuis ſucceſſoribus reſeruatam, contra omnes, & ſingulos, cuiuſcumque ſtatus, gradus, &c. qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint; aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint. Et deinde in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipit omnibus, & ſingulis ſcientibus aliquos ſimoniam commiſiſſe vel procuraſſe, aut in ea mediatores fuiſſe, vt illos quantocyùs Summo Pontifici per ſe, vel per alios reuelent. Confirmauit hanc conſtitutionem Pius V. in alia *Cùm primum*.

Secundò probat ſecundam concluſionis partem, nempè, etiamſi ſimonia ſit occulta, ex verbis eiuſdem extrauagantis, ibi: *Et eorum quemlibet tam manifeſtum, quàm occultum*: & ex cap. *Matthæus, de ſimonia.*

Probat denique concluſionem authoritate D. Thomæ 2. 2. q. 100. *art. 6. ad 3.* & Theologorum ibi, Suarez *tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 57. num. 10. 25. & 27.* Leſſij *de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 35. dub. 25. num. 137.* Quibus addo Lezanam *in ſumma qq. Regular. tom. 1. parte 1. cap. 15. num. 33.* expreſsè concluſionem integrè tenentem. Tamburinum *dict. q. 5.*

626 Samuellius *eadem diſp. controu. 2.* hanc concluſionem 2. ſtatuit: In lata ſignificatione, deſumpto nomine beneficij, ac de ſpirituali iure, ad pœnas incurrendas ſimoniæ in canonicis electionibus Regularibus, comprehenduntur quoque dignitates Eccleſiaſticæ Regulares, nimirum Generalatus, Prouincialatus, Abbatiatus, ac Prioratus, & huiuſmodi.

Illam probat ex dictis extrauagantibus *Cùm deteſtabile*, Pauli II. *de ſimonia*, & Pij V. *Cùm primum*, & authoritate Caietani *in ſumma, verb. Excommunicatio, cap. 75.* Raynerij *in catalogo cenſurarum, cap. 9. excommunicatione 12.* Nauarri *in Manuali, cap. 27. n. 116.* Suarez *tom. 5. de cenſuris, diſp. 21. ſect. 5. n. 24. & diſp. 31. ſect. 4. n. 45.* & *tom. 1. de Religion. lib. 4. cap. 57. n. 47.* Armillæ *verb. Excommunicatio, caſu 59.* Reginaldi *in praxi, lib. 25. cap. 12. n. 182.* Fillincij *tom. 3. tract. 15. cap. 4. q. 7. n. 87.* Leſſij *de iuſt. lib. 2. cap. 35. dub. 25. n. 137.* Sanchez *tom. 2. opuſculor. cap. 5. dub. 104. lib. 2. n. 5. & 11.* & *dub. 107. n. 3.* Peregrini *in 3. p. conſtitut. Theatinar. cap. 1. litt. I, §. 2. verſ. 7.* Gordoni *tom. 2. ſumma, lib. 7. q. 13. cap. 4. n. 70.* Sigiſmundi *tract. de electione, part. 2. cap. 1. dub. 58.* Dianæ *part. 4. tr. 4. miſcellan. reſol. 156.* Roderiquez *tom. 1. qq. Regular. q. 20. art. 13.* Hieronymi eius nepotis *in qq. enucleatis, reſol. 129. n. 5.* eandem concluſionem tenet Tamburinus *dict. quæſ. 5. n. 3. & 4.*

SVBSECTIO I.

De his, quæ electionem præcedere debent.

BREVIARIVM.

Abbas.

Benedici poteſt ab Abbatibus, recuſante Epiſcopo, poſt trinam humilem requiſitionem. numero 642.

Axioma.

Quando per aliquem ſtat, quominus quid fiat, id pro facto habetur in ipſius præiudicium. numero 637.

Quidquid eſt de eſſentia, & ſubſtantia cauſæ, eſt de eſſentia, & ſubſtantia cauſati. n. 641.

Capitulum.

Prælati negligentia per Capitulum ſuppletur. n. 630. & 638.

Citare, Citatio, Citatus.

Nemo citatus præſumitur, niſi per citantem probetur. num. 636.

Si ſe occultant citandi, eos coërcet citatio, ac ſi perſonaliter illis fuiſſet intimata. n. 637.

Qui impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire, pro citato habetur. n. 657.

Citati venire nolentes, faciunt ſe alienos. num. 639. & 652.

Superiorem citare iuridicè non poteſt inferior. numero 653.

Benè tamen monere. ibid.

Citatio iudicialis triplex debet eſſe, vel vna pro tribus cum termino peremptorio. n. 635.

Collegium.

Duæ tertiæ partes collegium conſtituunt. numero 651.

Intellige, quando per ſe congregantur vocales, & non ad præſidentis conuocationem. Iſtâ tamen factâ in vno ſolo conſtituitur Collegium, reliquis congregari nolentibus. n. 652.

Conuocare, Conuocatio.

Conuocatio vocalium præcedere debet electionem. numero 629.

Debet conuocatio à præſidente fieri collegij. numero 650.

Si præſidens conuocare noluerit, antiquior poterit conuocare, poterit & alius antiquior poſt ipſum, in illius defectu, & ſic de reliquis vſque ad vltimum poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere. n. 631.

Si præſidens, aut aliquis ex antiquioribus nihil de electione cogitat, poſſunt ipſi electores ſe ipſos conuocare, & validè illam celebrare, die ſtatuto, in qua expirat electoribus terminus. n. 658. 641. 650. & 653.

Si per ſe congregentur, debent adeſſe duæ ex tribus partes. ibid.

Conuocandi ſunt, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes, qui commodè ad electionem venire poſſunt. num. 635.

Qui præſentes, & qui abſentes in præſenti cenſeantur, explicatur. n. 635.

Quomodo conuocatio fieri debeat verbo, ſigno, aut per litteras. n. 634.

Debet in conuocatione fieri mentio diei, & horæ, in qua electio ſit celebranda. n. 635.

Conuocatio eſt coram teſtibus intimanda. n. 636.

Non

Non licet fieri conuocationem antequam Prælatus cum effectu mortuus ſit. n. 636.

Conuocatio abſentium ad locum, in quo morari conſueuerunt, dirigenda. n. 637.

Si ſe occultant vocales, ita illos arctat conuocatio, ac ſi perſonaliter illis fuiſſet intimata. n. 637.

Conuocatio non eſt de electionis ſubſtantia, ſed de iuſtitia. n. 641. 643. & 645.

Conuocatio ad electionem vna ſufficit, & non eſt triplex neceſſaria, nec vna cum termino peremptorio. num. 653.

Conuocari debent etiam qui mortem Prælati ſciunt, & etiam ſi diem, & horam electionis non ignorent; ſi tamen haberi poſſunt, & terminus non inſtet. num. 654.

Electio.

Præſidere debet electioni is, qui in Capitulo eſt cæteris honorabilior, & maior dignitate n. 630.

Renuente honorabiliore, præſidere incumbit, & pertinet ad antiquiorem Capituli, & ſic de antiquiore ſequente, iſto renuente; & ſic de reliquis. numero 630. 631. 638. & 641.

Tractatus de electione ante Prælati mortem illicitus eſt. num. 636.

Celebrari non poteſt electio antequam Prælatus defunctus ſepeliatur. n. 627.

Limita in caſu, quo circumſtantia aliud poſtulent. num. 628.

Valeret tamen electio ante Prælati ſepulturam. numero 628.

Si omnes præter vnum ad electionem venire noluerint, aut ſint excommunicati, ille ſolus celebrare illam poterit. n. 640.

Ab electorum conſenſu cauſatur electio, non à conuocatione per hunc, aut per illum facta. n. 641.

Si elector non vocatus velit allegare ſui contemptum, & illum proſequi, electio innalidabitur. numero 644.

Etiamſi non vocatus Religioſus ſit. n. 647.

Allegare tamen debebit ſui contemptum ante confirmationem electi, niſi ignorauerit electionem, & confirmationem. n. 646.

Non poteſt inualidari ad alterius de Capitulo inſtantiam, neque ex officio iudicis n. 645.

Nullitas verò electionis pro illa infirmanda à quolibet de Capitulo allegari poteſt. ibid.

Canonica electio, vt rata ſit, & valida, collegialiter debet celebrari, & prout ab vniuerſitate. num. 648.

Electio eſt ipſo iure nulla, ſi ſaltem duæ tertiæ partes eorum, qui debent, volunt, & commodè poſſunt intereſſe, non fuerint vocatæ, quamvis maior pars eorum, qui congregati fuerint, in vnum conſenſerint. n. 648.

Huiuſmodi electio nulla ratificari non poteſt à non conuocatis, quia collegialiter debent conſentire in ſcrutinio. num. 649.

In materia electionis nihil plus habet Capituli Præſes, ſublatâ præſidentiâ, quàm vnus ex cæteris, num. 651.

Si duæ tertiæ partes per ſe congregentur, poſſunt præſidentem ad electionem vocare, vt die præfixâ celebretur; ſed non tenentur. n. 653.

Terminus pro electione facienda conſtituitus eſt fauore Capituli. n. 650. & 651.

Et etiam Eccleſia viduata. n. 656.

Electores poſſunt ob commune bonum, terminum abbreuiare electionis, recuſante Præſidente in Capitulo præſidere. n. 651.

Alia vide verbo, Citare, Conuocare.

Ius.

Nemo ius ſuum dimittere tenetur propter aliorum abſentiam n. 640.

Ius priuatum alterius nemo allegare poteſt, ſed bonum publicum quilibet bene poteſt. n. 645.

Malitia.

Malitia, & negligentia vnius non poteſt aliis nocere. num. 639.

Malitiis hominum indulgendum non eſt. numero 651.

Numerus.

Abſurdum eſt in numero computari, qui vocati, vel à iure interpellati venire contempſerunt. n. 639. 652. & 653.

Religioſi.

Ciuiliter mortui cenſentur; in caſibus tamen ſolis in iure expreſſis. n. 647.

Vniuerſitas.

Non conſiſtit vniuerſitas, niſi vbi fuerint ſaltem duæ tertiæ partes vocalium, aut vicinorum. n. 648. 650. & 651.

Intellige, quando per ſe vicini, aut vocales congregantur, & non ad conuocationem illius ad quem de iure, aut de ſtatuto, vel conſuetudine pertinet conuocare n. 632.

Quando verò fit conuocatio ab illo, ad quem pertinet conuocare, ſi vnus ſolus veniat, ille ſolus vniuerſitatem, & collegium conſtituet. Sufficit enim, quod conuocentur, & citentur per illum, ad quem ſpectat, quando commodè fieri poteſt, ad conſtituendam vniuerſitatem, & collegium. n. 652.

Vniuerſitatis negotia particularium contumaciâ, etiamſi Præſidentes ſint, abſurdum eſt impediri. numero 651.

MVlta debent electionem Canonicam præcedere, vt illa ritè, & rectè celebretur. Præcipua illorum recenſere operæ pretium duxi, vt illi ad quos ſpectabit, ſufficienter instructi, bene munus ſuum adimplere valeant. 627

Primum eſt, quod electio celebrari non poſſit antequam Prælatus, de cuius ſucceſſore eligendo in electione tractandum, ſepeliatur, & tumuletur. Ita Innocentius Papa III. *in cap. Bona memoria,* vbi gloſſa *verbo Tractatum, el 2. & 36. de electione,* vbi Abbas *num. 2.* & Barboſa *num. 1. & 2.* cum Petro Baxin *in Directorio electionum, p. 3. cap. 2.* Gonzalez *Regul. 8. Cancell. gloſſa 11. numero 4.* Lauorin *variar. lucubration. tom. 1. tit. 4. cap. 18. num. 20.* Roderiq. *tom. 2. qq. Reg. q. 52. art. 13. in princ.* Miranda *in Manuali, tom. 2. q. 23. art. 10. concl. 1.* & cum aliis Azorius *Inſtitus Moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 15.* Peyrinus *in Fo: mulario Prælator. Regular. cap. 26. num. 5.* Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 5. q. 7. num. 1* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, cap. 31. notab. 4.* Dubal *part. 2. q. 10. num. 63.*

Si tamen fieret electio noui Prælati ante prædeceſſoris tumulationem, valeret electio. Gloſſa, Barboſa, Azorius, & Tamburinus *num. 1.* & Miranda, qui addit, quod tales accidere poſſunt circunſtantiæ, quod electio ſtatim fiat ipſa eadem defunctionis die, non expectatâ corporis ſepulturâ, vt in caſu, qu : timeatur aliqua magna vis, & violentia alicuius Principis, aut aliquæ eius litteræ, quæ valeant, aut poſſint iuſtam, atque legitimam impedire electionem. Ita ait ex Miranda Barboſa, Peyrinus *dicto num 3.* allegat Abbatem *loco citato*, docentem *num. 1.* neque eſſe caſſandam. Et *num. 6.* 2 t ✝ pecc.are mortaliter 628

electores, promittentès ante Prælati mortem aliquem electuros, *ex cap. 2 de conceſſ. prabend.* ; & non teneri adimplere promiſſum, *ex cap. Relatum, eod. tit.*

629 *Secundum* eſt, ante electionis celebrationem fieri debere conuocationem electorum, ſeu vocalium, ad quos competit eligendi, & ſuffragandi ius. Quod conſtat *ex cap. Quod ſicut, el 28. de electione*, vbi Abbas *num. 3. in cap. Coram, num. 1. & 35. eod. tit.* & *cap. Bona memoria, num. 4. el 36.* Barboſa *in cap. Quia propter, num. 9. el 42. eod. tit.* cum Rebuffo *in compend. alienat. num. 76.* Azor. *loc. cit. q. 7.* Samuellius *de electione, tract. 1. diſp. 2. controu. 1. concl. 1 & 2.* & *controu. 3 concl. 1.* Qui *concl.* 10. dicit vocandos eſſe qui de iure communi, vel ſpeciali interuenire debent, ac de conſuetudine. Allegat gloſſam, Abbatem, Butrium, & communem Canoniſtarum *in cap. Quia propter, citatum*, & plures alios. Idem docet Raggius *de regim. Regula iam, cent. 2. tract. 7. dub. 156. num. 1.* cum pluribus DD. Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 3. n. 1.* Fagundez *de inſt. lib. 6. cap 6. n. 7.* Vidal *in Arca, tit. de elect. n. 8. & 11.* Hæc autem conuocatio vocalium legitimè fieri debet, vti docet Barboſa *in votis deciſiuis, voto 47. num. 172.* & Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 20. num. 30.* qui *n. 12.* addit, quod quando per conſtitutiones, vel ſtatuta aſſignatus eſt dies electionis, ſicuti eſt pro Capitulis Generalibus in ſuo Ordine, & Congregatione noſtra, nulla alia requiritur conuocatio.

630 Hæc conuocatio fieri debet ab eo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine congregare Capitulum ſpectat; & eo deficiente, qui eſt antiquior à profeſſione, congregare poterit. Ita Samuellius *dict. controu. 1. concl 2.* & *contr. 3. concl. 11.* vbi ita fatur: Electores, licèt ſint ab eo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine ſpectat, vocandi; attamen ſi non adſit, tunc in tali euentu antiquior congregabit, qui à profeſſione, videlicet, cæteris fuerit, minimè verò annorum, vt de Monialibus præſertim Sacra Congregatio Concilij cenſuit, eſſe attendendum tempus profeſſionis emiſſæ. Hactenus præcitatus Author, qui pro ſe, & nobis allegat Innocentium, & Panormitan. *in Cap. cùm ex iniuncto, de noui operis nunciatione* & *in cap. Cùm nobis n. 9. de electione.* Cuchum *Inſtitut. maiorum lib. 4. tit. de Electione, n. 163.* Felinum *in cap. 1. de maioritate, & obedientia,* & *in cap. Cùm omnes, colum penult. verſic. ſed dubium eſt, de conſtitutionibus.* Biaxium *dicto cap. 2. n. 3.* & *cap. 34. n. 1. & 5.* gloſſam *in cap. fin. de conſuetudine, in 6.* & Sigiſmundum *de elect. cap. 2. dub. 9. n. 11. & 12.* conſonat Peytinus *de priuileg. tom. 3. cap. 13. n. 12.* vbi dicit, quod congregare Capitulum ad electionem, & in eo præſidere, ſpectat ad eum, qui eſt cæteris honorabilior, & maior dignitate, *ex cap. 1. de maioritate, & obedientia*, vbi expreſsè Innoc. *n. 1.* Butr. *in cap. Cùm nobis, de electione, n. 33* Bayſio *p. 3. de electione, cap. 6. num. 8.* allegante Ioann. Andream, Panorm. & Felin. *in dict. c. 1. de maioritate, & obedientia*, & *ex cap. Volumus, d. 89.* & *cap. Cùm ſimus, 9. q. 1.* & *cap. 2. de conceſſ. preb.* in quibus capitibus ſtatuitur, quod Prælati negligentia ſuppleatur per Capitulum. Ergo (infert Peyrinus) primus capitulantium in hoc caſu habebit Capitulo præſidere. Quâ enim authoritate de gradu ſuo deiiciatur, non apparet. Pro quo etiam facit gloſſa *in cap. fin. de conſuet. lib. 6. verbo Antiquiores.* Conſonat Dubal *vbi proximè, n. 23.* dicens: *Pero en caſo que el Padre General deſpues de hauer conuocado à los Diſſinidores para hazer alguna eleccion, llegado el tiempo para hazerla, malicioſamente dilataſſe la eleccion, podrian los Diſſinidores requerirle, y aun compellerle à que juntaſſe Capitulo, y de no lo hazer, podrian juntarſe los Diſſinidores, y proceder à la eleccion.*

Si autem ille, ad quem de iure, aut de conſuetudine ſpectat Capitulum pro electione conuocare, neque antiquior quidem conuocare voluerit, poterit alius antiquior poſt ipſum, & ſic de cæteris, donec ad electionem procedatur, congregare Capitulum, & ad electionem procedere. Ita Samuellius *dicta controu. 3. concl. 12.* qui ita declaratum fuiſſe ait in Capitulis ſui Prædicatorum Ordinis, generaliter celebratis Romæ anno 1601. & Pariſiis 1611. prout habetur *in conſtitutionibus eiuſdem Ordinis, diſt. 2. de elect. Prioris Conuent. cap. 2. n. 1. litt. A.* Quam certè doctrinam, veriſſimam, & indubitatam cenſeo; & illam tenet Peyrinus proximè recenſitus *in cap. 9. dicti tom. 3. n. 15.* & *cap. 13 num. 12.* 631

Vocandi ad electionem ſunt, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes, qui poſſunt commodè ad illam venire. Ita Samuellius *dict. controu. 3. concluſ. 8.* & patet *ex cap. Coram dilecto, el 35. de electione*, vbi gloſſa *verbo In Prouincia*, Panormitanus *n. 1.* Barboſa *n. 2.* pluribus allegatis, & *in cap. Quia propter, num. 12.* vbi ait, quod ſine illis, qui commodè conuocari non poſſunt, electio celebrari poterit. Pro quo adducit Mirandam *in Manuali, tom. 2. q. 23. art. 6.* Aduerte hanc commoditatem referendam eſſe ad Eccleſiæ, vel communitatis commoditatem, non verò perſonæ vocandæ. Quod etiam aduertit Tamburinus *tom. 1. d 5. q. 1. n. 15.* cum Abbate *in cap. Quia propter, n. 5. de electione.* Mandag. *de elect. noui Prælati. p. 2. cap. 3.* Boerio *ibid.* & communi DD. Dubal *n. 30.* ait, omnes vocales, nullo excepto, vocari debere ad electionem cum aſſignatione diei, in qua celebranda illa ſit, dummodo exiſtant in Prouincia, intra quam fuerit celebranda. *Numero tamen 34.* ait quod quando electores multùm diſtant ab electionis loco, ita vt commodè ad illum accedere non valeant tempore pro electione præfixo, abſque illorum conuocatione poſſe illam celebrari. Et idem dicit in caſu, quo magnæ expenſæ fierent in eorum conuocatione, aut acceſſu. Item ſi acceſſum potentes impedirent, & in ſimilibus caſibus. 632

Quod ſi petas, *quinam dicendi ſint quoad præſens inſtitutum, præſentes, & quinam abſentes?* Præſentes cenſentur qui ſunt in Ciuitate, in Clauſtro, ſeu in Monaſterio, vel in eius horto. Ita docet Samuellius *de electione, tract. 1. diſp. 2. controu. 3. concl. 2.* vbi ad probationem producit Innocentium *in c. Quia propter, el 42. de electione.* Angelum *verbo Electio, n. 17.* Sylueſtrum *eodem verbo 1. q. 5.* Tabienam *1. n. 10.* Azorium *part. 2. lib. 6. cap. 14. verſic. verùm quid*, & alios. Abſentes autem ſunt, qui nec ſunt in Ciuitate, Monaſterio, vel in horto illius. Ita Samuellius *ibidem*, cum iiſdem Doctoribus. Tamburinus *dicta diſp. 5. n. 19. ex l. 1. ff. de Procuratoribus.* Ioann. Andr. *in cap. Si poſtquam, n. 6. de elect. lib. 6.* Innoc. Panorm. Felino, & aliis, apud Sigiſmundum à Bononia *de elect. & poteſt. Prælator. Regularium, dub. 9. n. 2.* 633

Quod ſi ſecundò petas, *quonam modo congregari debeant, tam præſentes electores, quàm abſentes?* Reſpondet Samuellius *eadem controuerſ. 3. concl. 3.* quod præſentes congregandi ſunt verbo, aut ſigno conſueto nolæ, ſeu campanæ; abſentes verò per litteras, aut per nuncium, ita vt vtrique ſufficienti modo rationabiliter vocati cenſeantur. Allegat Innocentium *in cap. In cauſis, n. 2.* Panormitanum *n. 5. de electione*, & caput 634

Coram

Curam dilecti, n. 3. *eod. tit.* Gofredum *in ſumma, tit. de Electione, n.*10. Biaxium *in Directorio election. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 6. Azorium *dict. p.* 2. *lib* 6. *cap.* 14. *q.* 7. Felinum *in cap. Cùm omnes, n.* 38. *verſ. ſecunda opinio, de conſtitut.* Rutam *deciſ.* 288. *n.* 2. *coram Card. Mantica, & coram Card. Pamphilio, in Calagurritana de Aranguiz.* Idem reſpondet Tamburinus *tom.* 2. *diſp.* 5. *q.* 3. *n.* 21. Docet tamen Samuellius *controu.* 4. *concl.* 2. quod licèt Capitulum ad ſonum campanæ ſit conuocandum, nihilominus tamen acta capitularia valent, ſi aliter congregatum ſit, & omnes vocem habentes in Capitulo interſint. Quia ſonus campanæ non pertinet ad ſubſtantiam actus niſi per accidens.

635 In conuocatoria diei, & horæ, in qua celebranda ſit electio, aſſignatio debet fieri. Samuellius *dicta diſp.* 2. *contr.* 1. *concl.* 1. Peyrinus *de priuileg. tom* 3. *cap.* 13. *n.* 16. Tamburin. *tom.* 1. *diſp.* 5. *q* 3. *n* 16 Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, cap.* 31. *notab.* 4 ait ex Abbate *in cap. Quia propter, de electione. n.* 16 quod præfixio diei non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia.

636 Aduertit, & bene Peyrinus *dict. tom* 3 *cap.* 9. *n.* 15. quod litteræ conuocatoriæ coram teſtibus tradantur, & idem de citatione facta per nuncium dico, ne poſſint electores ſe fuiſſe vocatos negare, & deinde agentes de contemptu, electionem factam inualidare. Allegat Mandag. *de electione, p.* 1. *cap.* 4. Et ratio eſt, quia præſumitur quis non citatus, niſi probetur, *cap. Quia ſicut, de electione, cap Propoſuiſti, d.* 82. Et ideò incumbit probatio, non ei, qui negat ſe citatum, ſed qui dicit eum citatum, vt notat gloſſa *in cap. Quod ſicut, verbo Præſumitur, de elect.* & Boer. *ad cap.* 4. *Mandag. litt. P.* Idem repetit Peyrinus *in Formulario Prælator. cap.* 26 *n* 3 & *n.* 4. ait vocationem fieri non licere antequam mortuus ſit Prælatus. Nam illo viuente, quamvis in extremis conſtituto, tractatus de electione eſt illicitus. Panorm. *in cap. Bona memoria, el* 2. *de electione. n* 2 & 12. Petr. Gregor. *de elect. c. p.* 13. *n.* 4. Lauorius *eod tract. tit.* 4. *cap.* 18. *n* 19. Dictis conſonat Barboſa *voto* 47. *n.* 172. dicens, quod conuocatio ad electionem fieri debet legitimè: & *n.* 173. quod qualitas, quod vocatus quis fuerit ad electionem, non præſumitur, niſi probetur. Et Dubal *p.* 2. *q.* 20 *n.* 33 ita ait: *Lo tercero ſe aduierta, que en los caſos en que es neceſſaria conuocacion, eſta ſe puede hazer por meſſagero, ò por eſcrito: però ha ſe de hazer en particular à cada vno de los Capitulares, ò vocales del ante de teſtigos, paraque ſi pueda probar, ſi en algun caſo fuere neceſſario, porque no ſe preſume hauer ſido citado alguno, ſino ſe praua, ex cap Propoſuiſti, d.* 82.

637 Citatio abſentium electorum dirigenda eſt ad locum, in quo morari conſueuerunt, quæ ita eos coercet, ac ſi eos apprehendiſſet, & perſonaliter fuiſſet ipſis intimata. Ita Samuellius *diſp.* 2. *contr. en* 3. *concl.* 5. qui concluſionem limitare videtur, quando latitant, ne citatio ad eos peruenire poſſit, dolo id agentes, vt contemptos ſe dicere poſſint, & annullari electionem petant. Allegat Speculatorem apud Cuchum *Inſtitutionum maiorum lib.* 4. *de elect. n.* 58. & 59. Sigiſmundum *de elect. cap.* 2. *dub.* 9 *n.* 3. Cardinalem *in Clement. Cauſam, q.* 13. *de elect.* cum aliis per Tiraquellum *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſa* 10. *n.* 102. & cum aliis penes Card. Seraphinum *deciſ.* 1094. *n.* 3. Et facit, quod impediens, quominus citetur, habetur pro citato, *cap. Quoniam frequenter*, §. *Porro*, ibi: *Seu quia malitioſè ſeipſum occultat, ſeu quia impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire, el* §. *vt lite non conteſtata.* vbi gloſſa *verbo Impedit.* Barboſa *n.* 15. cum Tiraquel. *loco citato*, & *in tract. Res inter alios acta, verſic. Limita duodecimo.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 66. *num.* 32. Rota *in Hiſpalenſi legitimitatis*, 13. *Decembr.* 1611. *coram Vbaldo*, Buratus *deciſ.* 416. *num.* 5. Lancellot. *de attentatis, p.* 2. *cap.* 4. *num.* 106. Et reddit ex Tiraquello, *dicto* §. 10. *num.* 9. rationem; quia quando per alium ſtat, quominus quid fiat, id vtique pro facto habetur in ipſius præiudicium.

Dubium occurrit, an in caſu, quo per ſtatutum, aut conſtitutionem Religionis ſit diſpoſitum, quod aliqua electio die aliquo determinato fiat, v. gr. ſecundo Nouembris, vti in conſtitut. Clericor. Regular. *cap.* 1. *ſ.* 3. aut infra terminum 40. 30. & 20. dierum poſt Abbatis mortem, vti in noſtris conſtitutionibus S. Facundi, *cap.* 22. *num.* 15. 18. & 19. *pagina* 66. ſi præſidens ad quem de iure ſpectat electores conuocare, nihil de electione cogitat, & fortè ex malitia, vt illa ad Superiorem deuoluatur, & idem eſt de quolibet alio ex ſenioribus, iuxta ſuprà *num.* 31. dicta, poſſint ipſi electores ſeipſos conuocare, & validè canonicam electionem celebrare? 638

Reſoluit difficultatem Peyrinus *de priuilegiis tom.* 3. *cap* 12. *num.* 11. vbi inquiſito, an ſi Præſes in Capitulum non compareat die ſtatuta, in qua expirat electoribus terminus ad eligendum, poſſint alij electores electionem facere? Reſpondet ſic: Si Præſes die à iure ſtatuta non comparauerit, poſſunt electores præſentes electionem celebrare. Cuius rei habeo textum ſatis clarum *in cap. Volumus, d.* 89 vbi gloſſa *verbo Clerus*, & *in cap. Cùm ſimus*, iuncta gloſſa, *verbo Epiſcopus*, 9. *q.* 3. & *in cap.* 2. *de conceſſ. præbend.* ibi: *Si autem Epiſcopus, vbi ad eum ſpectat conferre, diſtulerit, per Capitulum ordinetur.* Ita Boer. *ad Mandag. de elect. cap.* 1. *litt. D, verſ. ipſo iure*, Archidiacon. *in cap. Volumus, d.* 89. vbi Turrecremat. *num.* 3. Innocent. *in cap. Cùm nobis, de electione, num.* 5. Facit Dubal *dicto num.* 23.

Et ratio eſt: Tum quia malitia, vel negligentia vnius non poteſt nocere aliis, vt habet quædam lex citata à Zabarella *in cap. Cùm nobis de elect. q.* 1 *verſ ſecundo*, quæ dicit, quod vitium alienæ ceſſationis ad diſpendium tuum pertinere iuris ratio non patitur. Tum quia abſurdum eſt illos in numero computare, qui vocati, vel à iure interpellati venire contempſerunt, vt dicit Zabarel. *ibidem*. Tum quia nolentes venire, faciunt ſe alienos, vt ait Panormit. *in cap. In cauſis, de electione, n.* 9 & habetur *in cap. Cùm nobis olim, cap Eccleſia veſtra de electione.* Ergo eo ipſo, quod aliquis ad eligendum non comparet in termino præfixo, cenſetur illi authoritati eligendi renunciare. Immò cenſetur Capitulum eo caſu talem poteſtatem ei denegare, & ſolis præſentibus, ac eligere paratis concedere. 639

Tum quia certiſſimi iuris eſt, quod electionem non impedit, qui in termino à iure præfixo ad eligendum non comparet, *cap. Quod ſicut, de elect.* §. *ſi autem.* Quod in tantum eſt verum, vt ſi omnes ſint abſentes præter vnum, ille ſolus in die vltimi termini poteſt electionem facere. Et probat Innoc. quem alij ſequuntur, *in cap. Cùm nobis, de elect. n.* 6. vbi Abbas *n.* 9. Zabarella *n.* 5. & *in cap. Grauem, eod. tit.* Petr. Gregor. *de elect. cap.* 14 *n.* 25 Cæpolla *de cautelis, cap.* 116. *caut.* 79 vbi refert Zancredum dicentem, ſe ita iudicari vidiſſe: de Bayſio *de elect. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 7 Et ratio eſt, nam non tenetur etiam vnus dimittere ius ſuum propter abſentiam aliorum. Idem dic, ſi omnes eſſent excommunicati, præter vnum: nam tunc electio ad illum ſolum ſpectaret, vt multis probat Boerius *ad Mandag. de elect.* 640

Doctores (Nauarrus ſcilicet *in Manual. cap.* 23. *num.* 111. Vgolinus *tabula* 4. *cap.* 5. *de ſimonia*, Suarez *tom.* 1. *de Religione, lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 57. *num.* 45. & Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 25. *num.* 137.) Neque obſtat obtinentem Abbatiam, Prioratum, Prouincialatum, Rectoratum ſimoniacè, puniri pœnis impoſitis *in Extrauagant.* 2. *de ſimonia.* Tum quia de iis expreſsè mentionem fecit ſupradictum Decretum. Tum etiam quia in opinione Nauarri, quaſi quædam beneficia dicuntur. Hæc Palaus.

Conſonat Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 23. *num.* 244. vbi inter alia documenta ſecundum ſub his verbis tradit: Non modò temporale, ſed nec beneficium licet promittere pro ſuffragio, ſeu voce electionis, *ex cap. De hoc, de ſimonia*; vbi id punitur pœna depoſitionis. Pax Iordanus *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 173. ibi: Aliàs ſi obligetur præcisè, & abſolutè, tranſiret in pactum iuſtitiæ, & fieret ſimoniacum. Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. dicens: Eſt itidem ſimoniaca electio Titij, ſi pro ſuffragio, ſiue vt dicunt, pro voce electoris beneficium promittatur, *cap. de hoc, de ſimonia*, & in fine capitis in ſequentia prorumpit: Simoniæ etiam vitio non caret, cùm Electores ſibi inuicem dicunt: Placeat tibi pro meo amico ſuffragium ferre, & ego pro tuo viciſſim feram. Vel ſi alter dicat: Nunquam me viuente fiet Canonicus Seius in hac Eccleſia, niſi fiat Caius, pro quo ego rogaui. Vel ſi dicant: Tu exauditus es in electione Caij, ego quoque exaudiri debeo in electione Titij, Syluester *in verb. Simonia, q.* 13. *verſic.* 4. Hæc Azorius, qui tamen ex eodem addit Sylu. *ibidem*, quod ſi conſuetudine eſſet receptum, vt exaudito vno in vna electione, alter exaudiretur in alia, tunc ſine ſimoniæ labe poſſet quis petere, vt eiuſmodi conſuetudo ſeruetur. In hoc autem caſu non daretur pactum explicitum, aut implicitum, de quo nobis eſt ſermo.

584 Notanda venit clauſula illa Palai, *quæ de iure non ineſt.* Pactio enim, quæ de iure ineſt, ſimoniaca non eſt, ſed licita. Huiuſmodi interueniret quando in collatione vnius beneficij incompatibilis cum alio, tunc temporis ab illud recipiente poſſeſſo pactaretur, vt prius relinqueret; quod certè facere de iure tenetur. Quam doctrinam illuſtrat Pax Iordanus *tom.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 99 & *num.* 171. *& ſeqq.* & *num.* 180. libet illum *dict. num.* 171. reddere: Limita 6. quando apponeretur pactum de eo, quod ineſſet de iure communi, vel deberetur antidorali obligatione, qua benefacienti benefacere, vel naturâ ipſa magiſtrâ docemur. His enim caſibus, vt iam ſuprà diximus, non incurritur ſimonia, & conſequenter nec pœnæ illius, dummodo tamen in nullo alterentur, quæ de iure inſunt, vt in exemplo ſuperiùs poſito de Capellano præſentato ad beneficium, cui onus erat iniunctum habendi Capellanum. Si enim in præſentatione, aut inſtitutione exprimatur ſimpliciter, quod retineat Capellanum, non erit ſimonia; ſed ſi dicatur, quod recipiat talem vel talem perſonam pro Capellano, ſiue aliter appareat conuentionem reſpicere magis perſonas, quàm Eccleſiam, tunc pactio erit illicita, & ſimoniaca, quia exprimitur id, quod non ineſſet de iure, vel ſaltem exprimitur alio modo, quàm ineſt. Achil. *deciſ.* 4 *de ſimonia*, optimè facit Nauarr. *conſil* 81. *de ſimonia, in fine*, & concordantes. Et ita intelligendi ſunt DD. ſimpliciter negantes antidoralem obligationem poſſe deduci in pactum, prout facit Bonac. *de ſimonia, q.* 6. *num.* 7. & alij multi. Hæc omnia Pax Iordan. Illuſtrat etiam Antonius Naldus *verbo Simonia, num.* 1. cum gloſſa *in cap. cùm M, verbo perceperit, de conſtit. & Pariſio de confident. q.* 45.

Docet etiam Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 29. per ſequentia verba: Similiter committunt ſimoniam Religioſi in electionibus, ſi conuentionem, vel pactum faciant, quod vnus ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragabitur in alia, vt ſi dicant: *Si dederis mihi, vel aliis tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amico tuo.* Ratio eſt, quia huiuſmodi pactiones in materia Prælatiarum Regularium ſemper continent labem ſimoniacam, cùm ſit datio rei ſpiritualis pro alia re ſpirituali, vel onere ad illam, vt habetur *ex cap. Quàm Pio*, 1. *q.* 2. *ex cap. Cùm pridem*, & *cap. Pact. de pactis*, & *cap. Præterea*, 1. *de tranſactionibus*, & *cap. Tua nos, de ſimonia*, & *cap. Quæſitum, de rerum permutatione.* Nauarrus *in ſumma, cap.* 23. *num.* 100. Reginaldus *in praxi, lib.* 23. *num.* 244. Vnde in electionibus Regularium maximè cauendum eſt Religioſis, ne in ſimile barathrum perditionis animas miſerè illaqueando, cadere permittant. Hucuſque Lezana, quem etiam vide *part.* 2. *cap.* 12. *numero* 35. & *tom.* 2. *verb. Simonia, num.* 20. 585

Hieronymus item Roderiquez *in compendio qq. Regularium, reſol.* 129. *de ſimonia, num.* 3. ita fatur: 586
Regulares inter ſe conuenientes, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia, committunt ſimoniam, ſi pactum, & conuentio clara interuenit. Quia quoties conuenitur de aliquo faciendo, quo ſibi, vel alteri conferatur beneficium ſpirituale, committitur ſimonia, vt innuunt caput *Quàm pio*, 1. *q.* 2. caput *Cùm pridem*, caput *fin. de pactis.* Datur enim, vel reiicitur ius ſpirituale cum onere vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi, quod prohibetur, *cap. Non ſatis, cap. Sicut pro certo, de ſimonia*: ſecus ſi pactum non interuenit, ſed tantùm futuræ ſpei oblatio, ſeu demonſtratio, cum animo ſe obligandi, vt ſi dicatur: Relinque hoc amore mei; vel: Da ſuffragium, & prouidebitur tibi de alia re: vel quid ſimile. Hæ tamen oblationes ſubornationis ſpeciem præſeferunt, ideoque à Religioſis debent eſſe maximè alienæ. *Ibidem, art.* 4. (ideſt Emmanuel Roderiq. *tom.* 3. *q.* 64. *art. citato*) de quo Nauarr. *cap.* 23. *num.* 100. & *de datis, & promiſſis num.* 21. Idem poſt D. Thom. *quodlib.* 8. *art.* 11. Caietanus *in ſumma, §. circa tertium*, Syluest. *verbo Simonia, q.* 9. Ferè idem reſoluit Suarez *dict. lib.* 4. (*tom.* ſcilicet 1. *de Religione, tract.* 3.) *cap.* 44. *à num.* 3. præſertim *num.* 8. 9. *&* 20. & expreſſiùs reſoluit poſt Syluestrum, Angelum, & Nauarrum, cum noſtro Authore (Emmanuele Præfato) P. Villalobos *dicto tract.* 37. *diffic.* 24. *num.* 1. Hactenus Hieronymus Roderiquez, qui abſque dubio dicere voluit cum ſuo Authore, vti videbimus *num.* 591. ſine animo ſe obligandi.

Emmanuel Roderiquez *dicto tom.* 3. *qq. Regularium, q.* 64. *art.* 4. quæſito, vtrum ſit ſimoniaca 587
conuentio, quâ Regulares conueniunt, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia? Sic difficultatem reſoluit. Reſpondeo, quod ſic. Quia omnes, qui faciunt aliquam conuentionem, qua ſibi, vel alteri quæratur beneficium ſpirituale, committunt ſimoniam, vt in ſacris Canonibus (*cap. Quàm pio*, 1. *q.* 2. *cap. Cùm pridem*,

&

& cap. fin. de Pactis) definitur. Et prædicti, vt ſupponitur, faciunt huiuſmodi conuentionem: tum quia Canonici ita conuenientes, vt vnus ſuffragetur alicui in vna electione, & alius ſuffragetur alteri in altera, committunt ſimoniam, vt poſt Syluestrum tradit Nauarrus (*cap.* 23. *num.* 100.) dicens, quod frequenter committitur ſimonia ſine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei eâ æſtimabilis: nam cùm quis renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renunciet aliud in fauorem alterius; vel ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri; vel renunciat beneficium ſuum ſimpliciter, vt alius ſibi impetret aliud ab Epiſcopo, vel ab alio collatore, & aliis ſimilibus caſibus, non datur pecunia, neque aliquid eâ æſtimabile; & tamen eſt ſimonia, quia id tanquam ſimoniacum prohibet Eccleſia. Ratio autem, quare id prohibet Eccleſia, eſt quia in his omnibus datur, vel reiicitur ius ſpirituale *cum onere*, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ principali mediatâ eam habendi, quod in ſacris Canonibus (*cap. Sicut*, 3 & *cap. Non ſatis*, *de ſimonia*, *cap. Quàm pio*, 1. *q.* 2. *cap. fin. de pactis*) prohibetur. Hæc omnia Emmanuel Roderiquez, qui ſtatim ſequentia infert corollaria.

588 *Primum*, quod ſcientes ſe fuiſſe electos virtute huius conuentionis, tenentur ſtatim, ac ſciuerint, renunciare Prælatias ſic per talia ſuffragia obtentas, iuxta gloſſam *in ſumma* 1. *q.* 2. Et quod ſic conuenientes committant ſimoniam mentalem, & conuentionalem tantùm, ſi non fuerit completa; ſi autem fuerit ab vtraque parte completa, erit ſimonia realis, per quam incidunt in pœnas multas, de quibus Nauarrus *vbi ſuprà*.

589 *Secundum*, quod prædicti conuenientes pœnitere debent tam grauis peccati, & impetrare abſolutionem ab excommunicatione, quam contraxerunt, Papæ reſeruata, *in extrauag.* 2. *de ſimonia*. Et quod irregularitatem incurrant, ſi ante dictam celebrent abſolutionem, argumento eorum, quæ notantur *in cap.* 2. & *cap. ſi celebr. de Clerico excommunicato miniſtrante*.

590 *Tertium*, quod Presbyter Regularis renuncians Officium, ab eo per ſex annos pacificè poſſeſſum, in manibus ſui Abbatis, cum pacto, quod dictus Abbas eum in alio dicti Monaſterij, vel Eccleſiæ Officio remuneraret, prout cum effectu poſtmodùm fecit, commiſit ſimoniam conuentionalem, cùm dictum officium ſit illius ſpeciei, quæ comprehendit illa beneficia Eccleſiaſtica, quæ appellantur officia, & ſic malè (inquit) tenet prædictum officium, cùm illud malè acceperit in recompenſationem prioris virtute facti ſimoniaci, per quam acceptionem pactum fuit ex vtraque parte completum, iuxta tradita à Nauarro *capite* 23. *numero* 100.

591 Et concludit Emmanuel articulum illum aduertendo, quod ſi pactum magis fuerit ſpei oblatio, quàm pactum, quod generaliter, ait, ſolent Superiores quotidie facere, ſine animo ſe obligandi, iuxta caput *Cùm veniſſent*, *de Inſt.* & ea quæ Nauarrus tradit *in conſt. Gregorij XIII. de datis, & promiſſis*, *num.* 21. non erit ſimonia, ſed ſpecies quædam ſubornationis. Et iuxta hanc doctrinam ait multos à ſimoniæ labe liberari, qui ſuis amicis dicunt, *Amore mei ſuffragium mihi præſtate, & ego quoque meum vobis ſuffragium præſtabo*, quia in oblatione hac pactum aliquod (inquit) non interuenit, ſed ſpei tantùm oblatio ſine animo ſe obligandi. Verum tamen eſt (addit) quod hæ oblationes, vt ſubornatoriæ, & à ſacris decretis prohibitæ, à Religioſis maximè debent condemnari.

Ita ille, ſed in praxi etiam, ni fallor, hæc pe- 592
titio ſuffragij, & oblatio ſubſequuta, ſcrupulo non caret ſimoniæ, ſaltem mentalis, ex parte ſuffragium petitum præſtantis; quia ſi ſciret, illud poſtulantem non habere animum ſe obligandi, ei, vel alteri eius intuitu non ſuffragaretur. Et ſic, vt credo, illa doctrina erit tantùm vera, quando vterque certò ſciat, vt ex parte offerentis nulla in vllo foro remaneat adimplendi obligatio, vel ſaltem eo ex animo ſuffragetur. Et idem dico ad ea, quæ ex Hieronymo Roderiq. recenſui, & ad tradita per Henricum Villalobos, quem refert, & ſequitur Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis Regularium, reſolut.* 125. quò loci pro nobis etiam in puncto principali eſt.

Diana in dicta reſolutione ſic inquirit: An Re- 593
gulares conuenientes inter ſe, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia, committant ſimoniam? Et ſic quæſitum reſoluit. Reſpondeo affirmatiuè, vt innuit caput *Cùm pridem*, caput *fin. de pactis*: ſecus aſſerunt aliqui, ſi pactum non interuenit, ſed tantùm futuræ oblatio ſpei, vt ſi dicatur, *Da hoc ſuffragium, & prouidebitur tibi de alia re*; vel quid ſimile. Et ideò Villalobos *in ſumma*, *tom.* 1. *tract.* 27. *difficult.* 24. *num.* 1. ſic ait: *Aduierte Emmanuel Roderiquez con Nauarro, que vna coſa es, offrecer eſperanza; y otra coſa, el hazer pacto, y concierto: porque ſi el Superior dixeſſe al ſubdito, por amor de mi, que dexes eſte officio, que yo procurare dares otra coſa, como ſe ſuele hazer muchas vezes, ſin animo de obligarſe, no ſera ſimonia, aunque parece cierta manera de ſoborno, y por eſte camino ſe eſcuſan muchos que dixen à ſus amigos, ayudadme en eſte occaſion con veſtro voto, que yo os ayudare en otra. Que eſto no es hazer pacto, ſino offrecer eſperanza; mas lo cierto es, que eſto ſe llega mucha à ſimonia.* Ita ille, & poſt illum Hieronymus Roderiquez *in compendio qq. Regular. reſol.* 129. *num.* 3. ſed cùm hæ oblationes ſubornationis ſpeciem præſeferant, ideò debent à Religioſis eſſe maximè alienæ. Vide etiam Suarez *de Religione*, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 3. *& ſeq.* Hucuſque Diana, cuius placitum approbat Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 35.

Vincentius Filliucius *de ſtatu Clericorum tract.* 594
45. *de ſimonia*, *cap.* 7. aſſerit, præfatam pactionem ſimoniacam eſſe de iure Eccleſiaſtico: ſic enim inquirit, & reſoluit *num.* 12. Quartò quæro, an permutatio ſacra in prouiſionibus beneficiorum, ſit ſimonia contra ius Eccleſiaſticum? Reſpondeo, & dico primò, ſatis id colligi ex hactenus expoſitis. Verùm confirmabitur adhibitis nonnullis exemplis. Primum eſt de duobus electoribus, qui ita paciſcantur inter ſeſe: *Tu elige hunc, & ego eligam illum.* Vel ſi elector dicat confirmatori: *Tu confirma Titium, & ego eligam Seium.* Vel ſi elector dicat collatori: *Tu confer beneficium Tuo conſanguineo meo, & ego eligam Seium nepotem tuum.* Vel ſi Patronus offerat præſentationem Titio in curatum, ſi ipſe renunciet beneficium ſimplex in fauorem ſuum. Hæ enim omnes permutationes ſiunt cum pactione illicita, & prohibita à iure, ideóque ſimoniacæ ſunt. Hactenus Doctor ille, qui *numero* 13. immediatè ſequenti, prout ſequitur, fatur.

Dico ſecundò, idem dicendum de pactionibus in

in omnibus ſpiritualibus, quæ habent adnexa temporalia conſequenter, *etiamſi* propriè beneficia non ſint. Talis eſſet commutatio beneficij pro Vicaria amouibili ad nutum: electio ad beneficium pro electione ad illam: præſentatio ad beneficium pro collatione ipſius, & ſimilia. Patet *ex cap. Quæſitum, de rerum permutatione*, ibi ſcilicet: *Præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimonia.*

595 Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito*, q. 1. *cap. 31. §. 9.* ſic ait: Dico ſecundò, ſimoniaca eſt illa electio, in qua electores conueniunt, vt alter ſuffragetur vni in vna electione, & alter ſuffragabitur in alia; ſiue, *ſi dederis mihi tuum votum in hac electione, ego dabo tibi meum in illa.* Ita Nauarrus *in ſumma*, *cap. 23. num.* 100. *verſu Secundò quod duplex.* Angelus *verbo Simonia* 3. *num.* 3. Sylueſter *verbo Simonia*, *q.* 13. *num.* 13. *dub.* 4. Roderiquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 63. *art.* 4. Reginaldus *in praxi lib.* 23. *num.* 244. *verſu Quintum eſt.*

Probatur *primò ex cap. Quàm pio*, 1. *q.* 2. & *ex cap. Cùm pridem*, & *cap. Pactiones*, *de pactis*; & *cap. Præterea*, *el* 1. *de tranſactionibus*, *cap. Tua nos*, *de ſimonia*; & expreſsè *in cap. De hoc autem*, *de ſimonia.*

596 *Secundò* probatur, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi.

Tertiò probatur *ex cap. Quæſitum*, *de rerum permutatione*, vbi definitur, quod *ſemper continet ſimoniæ labem datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, interueniente pacto*: v. gr. beneficium pro beneficio, votum pro voto. Atque ita etiam tenet Vega 2. *p. ſumma*, *cap.* 101. *caſu* 12. vnde colligitur, quod ſcientes ſe fuiſſe tali pacto electos, tenentur ſtatim renunciare, vt bene colligit Roderiquez *loco citato.* Et paulò inferiùs ſic, vt ſequitur, fatur:

Dico *quartò*, ſi pro ſuffragio ferendo beneficium aliquod promittatur, v. gr. ſi promittatur Prioratus, vel Collegatus, electio ſequuta eſt ſimoniaca. Ita Azor *tom.* 3. *inſtitut. Moralium*, *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *verſu eſt itidem*: & habetur expreſsè *in cap. De hoc*, *de ſimonia.*

597 Idem Peyrinus *tom.* 2. *in Prælatorum Formulario*, *litt. C*, *cap.* 7. relatâ *num.* 10. ſententiâ, & deductione Thomæ Sanchez *tom.* 1. *opuſculorum*, *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 44. *num.* 3. dicentis, quod excuſentur à ſimonia Monachi conuenientes inter ſe hoc papacto: *Elige me in Prouincialem*, *& ego te eligam in priorem*; quia licèt hæc officia ſint ſpiritualia, non ſunt tamen beneficia; & ait ita ſentire doctos iuniores (ita ſaltem Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 24. *num.* 26. Sanchez ſequens:) hæc refert etiam Diana 4. *p. ſuarum reſolut. tract.* 4. *miſcell. reſol.* 150. ſic ipſe Peyrinus *num.* 11. proſequitur:

598 Sed hæc deductio mihi non videtur legitima. *Primò*, quia etiam probata ſecunda ſententia aſſerentium ſcilicet non eſſe ſimoniam permutare res ſpirituales, v. gr. *Orabo pro te Deum*, *ſi tu oraueris pro me eundem: Si mihi confitenti aures dabis ego tibi confitenti aures dabo: Ego baptizabo te, ſi baptizaueris me*:) & probato, quod officia Regularia non ſunt beneficia... exempla quæ ponunt Doctores ſecundæ ſententiæ, ſunt purè ſpiritualia; officia autem iſta non ſunt purè ſpiritualia: nam vel dicunt ex æquo ſpiritualitatem, & temporalitatem; vel ſaltem vnum altero ſolùm principaliùs... Vnde non valet deductio à purè ſpiritualibus ad ſpirituale, & temporale mixtum.

Secundò, quia *in cap. De hoc*, *de ſimonia*, ex- 599
preſsè declaratur ſimoniacum eſſe tali modo paciſci: *Dabo tibi ſuffragium in hac electione*, *ſi mihi dalis in alia.* Et præter DD. quos ad id adduxi *tom.* 1. *Religioſi*, *q.* 1. *cap.* 31. §. 9. *dicto* 2. id docent Azor. *Inſtiut. Moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *verſu Et itidem*, Diana 3. *p. tract.* 2. *reſol.* 125. Suarez *tom.* 2. *de Religione*, *lib.* 4. *de ſimonia*, *cap.* 39. *num.* 13. *&* 14.

Et aduerte ſemper, quod ideò iſte modus pro- 600
cedendi in electionibus dicitur, & cenſetur ſimoniacus, quia lege Eccleſiaſtica eſt prohibitus, *dicto cap. De hoc*, *de ſimonia*, vt innuit Suarez *dicto cap.* 39. *num.* 14. vbi addit, quod quia dictis officiis eſt ſemper aliquod temporale annexum, ſi tales pactiones fiant propter illud temporale principaliter, eſt etiam ſimonia contra ius naturale. Quare non video, quomodo illa doctrina Sanchez poſſit ſaluari, niſi dicatur, quod taliter paciſci non eſt ſimoniacum, quatenus ſimonia eſt iure naturali prohibita, vt loquuntur multi Doctores pro ſecunda opinione citati, & in ſpecie Victoria.

Et ſi ad dictum caput *De hoc*, reſpondeat San- 601
chez, quod loquitur de beneficiis. Dico primò, quod Papa ibi damnat tanquam ſimoniacum, modum illum procedendi in electionibus: *Dabo tibi Prioratum*, *ſi tu conſenſeris mecum in Prouincialatu.* Secundò dico, quod licèt Officia Regularia non ſint beneficia, ſunt tamen illis multùm ſimilia. Vnde debent eodem iure cenſeri, præſertim in fauorem animæ. Tertiò dico, quod opinio iſta Sanchez nullo modo eſt probabilis, quia ipſe primus eam adinuenit, & non ſatis probauit; immò etiamſi probaret, eſſet adhuc mihi improbabilis; quia viam aperiret multis negotiationibus illicitis, & ſordidis.

Iacobus Ragius *de regimine Regular. centur.* 1. 602
part. 1. *dub.* 11. *ſub num.* 5. in ſequentia prorumpit. Quando electores ante electionem faciunt reciprocum pactum, vt vnus illorum in vna electione ſuffragetur vni, & alius alteri in alia, incidunt in ſimoniæ labem. Ita D. Th. *quodlib.* 8. *art.* 1. Sylu. *tit. de ſimonia*, *q.* 13. §. 4. Tabiena *eod. tit. n.* 51. Sigiſmundus *de electione*, *dub.* 57. Murcia (*in Regulam S. Franciſci*, *cap.* 14. *in cap.* 8. *Regulæ*) *numero* 12. alios referens. Implicantur etiam tali vitio, quando præbent ſuffragium alicui, cum pacto, ſeu conditione tacita, ſeu expreſſa obligandi illum ad laudes, & commendationes, ſeu preces fundendas pro ſe, pro amico, &c. apud Fratres, ſeu Superiores, Suarez 1. *de Religione*, *tract.* 3. *lib.* 4. Garcia *de beneficiis*, *part.* 8. *cap.* 1. *num.* 120. alios referens: Sigiſmundus *vbi ſuprà*, quando ferunt vota ea conditione, vt poſtea electus ſibi in remunerationem, ſeu, vt dicunt, in compenſationem det, quando quis diceret: *Nunquam me viuente fiet Prior P. Titius*, *niſi fiat P. Caius*, *pro quo ego rogaui.* Ita Sigiſmundus *vbi ſuprà*, Samuellius *de electione canon. tract.* 2. *diſp.* 2. *controuerſ.* 3. referentes alios. Similiter quando dicit: *Tu exauditus es in electione Titij*, *ego quoque exaudiri debeo in electione Caij*: dummodo preces ſint carnales, vel ex pacto quodam facto, aut nunc faciendo; ſecus ſi eſſent ſpirituales. Ita Sylu. *vbi ſuprà*, *q.* 13. *verſ.* 4. quem ſequuntur Sigiſmundus, & Samuellius *vbi ſuprà.* Qui ſubdunt ex mente Sylu. ſi eſſet conſuetudo,

conſuetudo, quod exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in alia, abſque labe ſimoniæ poſſe illam ſeruari, licèt peteretur, vt conſuetudo ſeruaretur. Verùm à labe ſimoniæ eximitur ſequens caſus, ſi eligendus electoribus diceret, ſe non fore ingratum, cùm huiuſmodi verba generalia ſint, & nullum arguant pactum; conſequenter nequit damnari tanquam ſimoniacus. Ita Sotus *de iuſt. lib. 9. q. 5. art. 1. concl. 3.* Sigiſmundus & Samuellius *contron. 2. vbi ſuprà*, quamvis eligendus ſe obligatione antidorali, quæ oritur ex virtute gratitudinis, adſtrictum agnoſcat, & deinde aliquid electoribus præbeat, vt huic obligationi ſatisfaciat, quia dixit ſe non fore ingratum, non propterea ſimoniam committit, quia ſimonia requirit, vt ex pacto, ſeu obligatione iuſtitiæ detur. Ita Nauar. *in ſumma, cap. 23 n. 106.* Couar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 20. n. 4.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. n. 11.* Suarez *de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 10. & ſeqq.* Sigiſmundus, & Samuellius *vbi ſuprà* Hactenus Ragius, qui .hanc ſtatuit concluſionem.

603 Promiſſiones, quas ad inuicem faciunt factioſi, ſcilicet: *Si dederis mihi tuum votum in Prouincialem, ſeu Diffinitorem, ego tibi dabo meum in Guardianum, ſeu Priorem.* ſunt ſimoniacæ; immò Religioſus, qui ſe addit vni parti factioſorum, peccato ſimoniæ inuoluitur. Prima pars ſuadetur *ex cap. Quàm pio, 1. q. 2. & cap. Cùm pridem, & cap. Pactiones, de pactis.* Expreſsè habetur *in cap. De hoc autem, de ſimonia.* Secundò, quia talibus promiſſionibus conuenit definitio ſimoniæ. Nam huiuſmodi officia, ſi non purè ſpiritualia, vel dicunt ex æquo ſpiritualitatem, & temporalitatem, vel ſaltem vnum altero principalius. Peyrinus *in Formular. Prælator. Regular. lit. C. cap. 7. n. 11* Adde, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid quaſi pro pretio ſpiritualis rei, vel causâ mediatâ eam habendi. Ita Nauar. *in ſum. cap. 25. n. 100* Angel. *tit. Simonia, 3. n. 3.* Syluest. *eod. tit. q. 13. n. 13. diſt. 4.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 19. n. 257.* Rodriq. *tom. 2. q. 63. art. 4.* cum ſuo compendio *reſolut. 129. n. 1.* Diana *3. p. tract. 2. de dubiis Regular. reſolut. 120.* Rebuffus *§. 1. verb. Simoniacis, de electionis derogatione; in concordia.* Selua *de beneficiis, p. 1. q. 7. n. 64* Toloſ. *tit. de electione, cap. 9. n. 7.*

604 Secunda pars ſuadetur, quia eo ipſo, quod Religioſus adhæret vni parti factionum, & acceptatur, intendit illas promiſſiones, ſeu pactiones votorum adinuicem ſibi præſtandorum in Guardianum, vel Diffinitorem, ſeu Prouincialem, &c. Eſt enim pactum implicitum in illo facto externo incluſum, ſcilicet dum adhæret vni parti, & ad ipſam admittitur. Nam finis iſtarum factionum eſt conſeruatio regiminis, & imperij, cum alterius oppreſſione, qui conſequi nequit, niſi adinuicem factionarij partis dominantis ſibi ſuffragentur: profectò, qui vult finem, neceſſariò vult media pro eius conſecutione. Quamobrem duplex conſenſus exprimitur in tali pacto implicito; interpretatiuus, quia ſicut cenſetur adeſſe conſenſus talis, quando homo plenè aduertens motum illicitum in mente eſſe, & cum ratione pugnare, & eum non reprimit, dummodo ſit huiuſmodi motibus aſſuetus, conſenſum præſtare videtur; ita Religioſus ille, cùm non reſpuit, immò cùm conſentit adhærere factioni, interpretatiuè vult illas tacitas promiſſiones, vt ſuſtentetur factio illa. Nam illa adhærentia in futurum æquiualet pluribus conſenſibus in motus illicitos ab homine præſtitis, per quos iuſtè dicitur voluntatem illam habere conſenſum interpretatiuum, dum in motu illicito ſe habet negatiuè; & virtualem, quia ſicut aſſumens ſtatum Ordinis ſacri, virtualiter etiam vult caſtitatem ei coniunctam ex Eccleſiæ inſtitutione; ita Religioſus ille formaliter conſentiens adhærere ſtatui factioſo, virtualiter vult illas promiſſiones votorum, &c. ſine quibus regimen in factione regi, & ſuſtentari nequit. Ergo Religioſus adhærens factioni, illicò labe ſimoniæ inuoluitur.

605 Limita, modò ſit capax ſuffragiorum, tam actiuorum, quàm paſſiuorum, necnon & dignitatum. Nam ſi eſt incapax, ſimoniæ peccato non obſtringitur, quia illud pactum implicitum in ſe nequit includere materiam ſpectantem ad ſimoniam, ſed alia commoda, per quæ intendit ſe totum tradere factioni. Hucuſque Ragius qui *centur. 2. tract. 7. dub. 151. in fine*, ſic inquirit, & reſoluit, videlicet: An promiſſiones, quas adinuicem ſibi faciunt Patres Diffinitores, ſcilicet dicit Titius alij Diffinitori: *Si ſuffragium præſtes meo amico, ſeu concivi in Priorem, ego dabo votum meum tuo nepoti, &c.* cenſendæ ſint ſimoniacæ.

Concluſio eſt affirmatiua, cuius probatio extenditur in dubium II. videantur ea, quæ ibi dico. Hæc ibi. Ea autem ad quæ ſe remittit, ſunt quæ modò recenſui.

606 Franc. Maria Samuellius *de canonica electione, tr. 2. diſp. 2. contron. 3.* plures pro nobis ſtatuit concluſiones, quarum principaliores recenſere libuit. In 2. ſic procedit: Omnis canonica electio, vt ſimoniaca non ſit, neceſſe eſt, vt ab electoribus liberè celebretur, videlicet abſque pacto, modo, ſeu conditione, aliàs eſt ſimoniaca, & ipſo facto nulla redditur.

Primo probatur *ex cap. Cùm pridem, cap. Cùm clerici, cap. fin. de pactis*, cum aliis, *cap. Quàm pio, 1. q. 2. & cap. Præterea, el 1. de tranſactionibus, & cap. Tua nos, de ſimonia, & cap. Pactiones, de pactis.* Et expreſsè *in cap. de hoc, de ſimonia*, & ex aliis iuribus patet.

607 *Secundò* probatur ratione: Nam in huiuſmodi conuentionibus electorum ius ſpirituale datur cum onere, vt aliquid fiat quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ illam habendi. Ergo vera concluſio.

Tertiò probatur præthereà authoritate, *cap Quæſitum, de rerum permutatione*, vbi definitur, quod ſemper continet ſimoniæ labem rei ſpiritualis datio pro alia ſpirituali, pacto interueniente: verbi gratia beneficium pro beneficio, votum pro voto, & huiuſmodi.

608 *Quartò* probatur. Nam ſimonia eſt non dumtaxat quando videlicet ſpirituale commutatur cum temporali, ſed etiam quando ſpirituale ſubiicitur contractui humano. In hoc præſertim ſimonia conſiſtit, quia hæc eſt præcipua iniuria, quæ rei ſpirituali fit, & propter hoc maximè debitus ordo rerum inuertitur. Nam ſicut ſpiritualia ſunt in ordine ſuperiori, ac hominem eleuant ad participandum aliquo modo in eſſe diuino: ita ſi humano contractui ſubiiciantur, iſte ordo inuertitur, ac ipſis indebitè homo vtens ab vltimo fine auertitur, quia minimè in ipſum tendit iuxta rerum ſpiritualium exigentiam. Hinc dixit Chriſtus Dominus *cap. 10. verſ. 8 Matthæi: Gratis accepiſtis, gratis date*; per quæ verba omnis contractus circa ſpiritualia prohibetur; ideoque *in cap. Pactiones, de pactis*, damnatur vt illicitum omne pactum, ac omnis conuentio circa ſpiritualia. Ergo. Expende clauſulam: *Sed etiam quando ſpirituale ſubiicitur contractui humano* Quocirca Pax Iordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 157.* docet cum Ioanne Andrea *in cap. 1. de iurepatronatus in 6.* Viuiano *p. 1. lib. 4. cap. 5.* & Riccio plurimos allegante *in deciſ. Neapolitan. 259.*

ſ.1. quod quoties in contractibus humanis mentio fit de iurepatronatus, ſimonia committitur. De quo ego ipſe *in Diſquiſitionibus tom.1.tract.4.diſq.3 n.27.* & *diſquiſ.24.n.12.*

609 Allegat denique ad concluſionis præfatæ probationem D.Thomam *quodlib.8.art.11.* Caiet. *in ſum. verb.Simonia verſ.Circa 3.* Syluest. *verb.Simonia,q.13. dict.4.* Nauar. *Man cap.23.n.10.verſ.2.& de datis,& promiſſis n.22.* & *conſ.32. de ſimonia.* Armillam *verb. Simonia, n.24.* Tabienam *eod.verb.q.45.n.46.* Lopez *p.1. cap.199.* Ricardum *in 4 diſt.25. art.3. q.1.ad 1.* Petr. Nauarra *de reſtitut. lib.2. cap.2. n.386* Suarez *tom.1.de Relig. tract.3.de ſimonia,lib.4.cap.44.n.8.9. & 20* Roderiquez *tom 3.qq.Regular.q.63.art 4.* Hieron. Roderiquez illius nepotem, *in comp.reſol.129. num.3.* Villalobos *in ſumma, p.2.tract.37. verſ. Difficultate, 24.num.1.* Portel. *in dub.Regular.verb.Simonia, num.1.* Peregrinum *p.3. cap.1. lit.1, §.2. verſ.6. & 7.ad Theatinas conſtitutiones,* Paſqualigum *deciſ. 224.* Dianam *p.1.tract.2.de dub.Regul.reſolut.125* & *p.4.tract.4. Miſcell.reſol.150* Peyrinum *tom.1.de ſubdito,q 1.cap.21 §.9 verſ Dico 2.* Angelum *verb.Simonia 3. n.3.* Reginaldum *in praxi, lib.23. n.244 verſ. Quintum eſt* Vegam *in ſumma, p.2.cap.101.caſu 12.* Probum *ad Monachum,in cap.Cùm nullus, de tempor. ordin. in 6. n.20.* Rebuffum *in praxi,tit.Requiſita ad collationem, n.2.* & *in concordia, tit. de collatione, in rubr. verſ. ad 1.* Coraſium *de beneficiis, p.1. cap.2 ad fin.& p.4.cap 1.num.2.* Ioannem Nicolaum Gimon. *in Enchirid beneficior.tit.2.cap.3.n.46.* Garciam *p.7. de beneficiis, cap.1.num.1.* Petrum Pecheum *in regul. benefic. in 6. num.27.* Pariſium *de reſignatione beneficior. lib.8 q.8.n.28* Vgolinum *de ſimonia, tabula 1.de genere ſimoniæ,cap.8 § 3.* Cuchum *de benefic.penſion. cap.1.n 3.* Mandoſium *conſil.8* & Rotam *in Calagurritana beneficij,1587.* & cæteros omnes de communi ſententia.

610 Concluſionem tertiam ſic idem Samuellius tradit. Qui in canonica electione prædicto modo ſimoniacè electi fuere, & hoc poſteà ſcientes, ſub culpa lethali ſtatim tenentur huiuſmodi dignitates Regulares, & honores Canonicatuum renunciare, & cætera officia inferiora adepta per canonicam electionem.

Concluſio eiſdem probatur rationibus, quibus eſt ſecunda aſſertio probata: & eiſdem Doctoribus, quibus præcedens fulcita manet.

611 Concluſio quarta ſic à Samuellio traditur. Inter electores, quotieſcumque pactum reciprocum ante electionem factum clam fuerit, vt vnus illorum in vna electione ſuffragetur vni, & alius alteri in alia, dubio procul ſimoniaca eſt electio.

Probatur in primis concluſio ex iuribus allegatis *in 1.& 2 aſſertione.*

612 Secundò ſuadetur ratione; nam pactum eſt duorum in idem conſenſus, *l.1.ff.de pactis* Sed ſi electores inter ſe conueniant, vt vnus eorum in vna electione ſuffragetur vni, ſcilicet germano, aut affini, ſeu amico meo, & alius alteri, id eſt nepoti, &c. pactum interuenit reciprocum reale inter eos. Ergo committitur ſimonia.

613 Tertiò probatur, quia id Eccleſia veluti ſimoniam prohibet, & meritò quidem, quia in huiuſmodi facti contingentia ius ſpirituale datur cum pacto & conditione, vt electio ab vtraque parte fiat electorum, pro mercede ſpiritualis rei, causâ principali immediatâ illud beneficium, putà Prioratus, Prouincialatus. Generalatus, Canonicatus, & huiuſmodi, habendi; quod *in cap.Sicut, 3.q.1.cap.Non ſatis,de ſimon.& cap.Quàm pio, 1.q.2.& cap.final.de pactis,& cap.14. ſeſſ.24.de reformat.* Concil. Trident. prohibetur. Ergo.

Allegat pro hac concluſione Samuellius D.Th. *quodlib.8.art.11.* Sylu. *verb,Simonia,q.13.§.4.* Tabien. *eod.verb.num.51.* Caietan. *in eod. verb. §. Circa 3. in fine,* Nauar. *in Manual.cap.23.n.100.verſ.2.* vbi ait: *Nam cùm quis ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri, eſt ſimonia, ſecundùm Raymundum, quem ſequuntur Angelus verb. Simonia, 3.§. Syluester, verb. Simonia,q.13. § 4.* Hæc Nauarrus, & idem docere ait *conſ. 21. de ſimonia.* Allegat etiam Roderiquez *tom.3.qq.Regular.q.63.art.4.* Hieronymum Roderiquez eius nepotem *in compendio, reſol. 129.n.3.* Dianam *p.3. tract.2.de dubiis Regul.reſolut. 125.* Sigiſmundum *dub.57.n.6.de electione,§.de ſimonia,* Suarez *tom.1. de Relig. lib.4.cap.44.n.3.& ſeqq.* Villalobos *in ſum.tom.1. tract.37. difficult.24.num.1.* Sà *in aphoriſm. verb. Simonia, verſ. Item ſi electores,* Rebuffum *§.1. verb. Simoniacis, de electionis derogatione,* Seluam *de beneficiis, p.1. q.7. num.64.* Toloſanum *tit. de electione, cap.9. n.7.* Azorium *p.3. lib.12.cap.2. q.3.*

Quintam concluſionem ſic ſtatuit Samuellius. 614
Licèt per verba generalia prolata ab eligendo electoribus, nimirum, ſe non fore ingratum, vel dicendo, *Præbete tali N.ſuffragium veſtrum,ac vobis de re aliqua prouidebitur*; & ſimilia, ſimonia minimè committatur; nihiloſecius tales obligationes multùm ſapiunt ſubornationis ſpeciem, ac præſeferunt, & propterea radicitus ſunt à cordibus religioſis euellendæ, ac penitus tollendæ, atque minimè proferendæ.

Adducit pro illa Suarez, Villalobos, Dianam, Hieronymum Roderiquez, & alios *in locis proximè recenſitis.*

Sexta Samuellij concluſio huiuſmodi eſt. Ex 615
electoribus ſi quis diceret, *Elige tu,* ex. gr. *me, aut nepotem meum in Priorem, ſeu Prouincialem, aut Canonicum, & ego eligam te, vel tuum affinem, aut amicum tuum, in Priorem, Prouincialem,* & huiuſmodi, eſſet electio ſimoniaca proculdubio.

Ad iſtius probationem allegat Rebuffum *§.1. verb.Simoniacis, de electionis derogatione, in concordia,* Seluam *de benefic.p.1.q.7.n.64.* Toloſan. *tit.de Electione,cap.9.n.7.* Angelum *verb.Simonia 3.§.3.* Sylu. *eod. verb. q.13.n.4.* Nauar. *cap.23.n.100.§.2. Quod duplex,* Roderiq. *tom.3. q.63.art.4.in fine,* Sà *verb.Simonia, n.3* Suarez *tom.1.de Religion.lib.4.cap.31.n.13.& 14. & cap.39.n.13.& 14.* Sigiſmund. *de electione, dub.57. §.de ſimonia,n.6.* & Azorium *dict.q.3.*

Concluſio ſeptima ſic à Samuellio ſtatuitur. Si- 616
moniæ vitio illa electio etiam minimè caret, ſi aliquis ex electoribus diceret, *Nunquam me,* ex. gr. *viuente Prior fiet Frater Titius, niſi fiat Pater Frater Caius, pro quo ego rogaui.* Pro illa allegat Sylueſtrum *verb.Simonia.q.13.§.4. num.13.* dicentem: Si dicunt ſibi aliqui Canonici maiores, *Canonizemus nepotulos noſtros, placeat tibi de meo, & placebit mihi de tuo;* vel ſi dicat aliquis, *Nunquam me viuente fiet Canonicus in iſta Eccleſia, niſi fiat talis, pro quo rogaui;* ſecundum Raymundum in vtroque caſu ſimonia eſt, *1. q.2. Quàm pio.*

Octauam tandem, & vltimam concluſio- 617
nem ſic Samuellius pronuntiat. Aliquis ex electoribus ſi alteri dicat, *Tu es exauditus in vna electione, putà Sigiſmundi Fratris, ego quoque exaudiri debeo in Ioannis Fratris electione;* ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia; ſi verò electores ſunt carnales, vel pacto facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Secus verò eſſet dicendum

dicendum, ſi eſſet conſuetudo, quod exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in alia. Nam poſſet petere illam conſuetudinem ſeruare, *diſt.63.Quia igitur. & de conſtitutionibus, Cùm omnes.* Adducit ad probationem huius concluſionis Syluestrum *vbi proximè*, ſimilia verba proferentem, videlicet:

Si verò vnus dicat alteri: *Tu exauditus fuiſti in vna petitione, ego exaudiri debeo in alia*, ſecundùm eundem (Raymundum) ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia, *di. 63. Quia ſancta* Si verò ſunt carnales, vel ex pacto quondam facto, aut nunc faciendo, ſimonia eſt. Si etiam eſſet conſuetudo, quod exaudito vno alter exaudiatur, petere poſſet illam conſuetudinem ſeruari, argumento *diſt 63. Quia igitur, & de conſtitutionib. cap. Cùm omnes.* Hæc Syluest. quem Azorius, Sigiſmundus, & alij ſequuntur.

618 Concludit Samuellius controuerſiam dicendo: Ratio autem prædictarum omnium aſſertionum eſt, quoniam huiuſmodi tanquam ſimoniaca, ab Eccleſia vetantur, & meritò: nam in omnibus his datur, vel relinquitur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid pro pretio quaſi rei ſpiritualis, vel causâ principali immediatâ eam habendi, quod prohibetur *in cap. Sicut, 3. & cap. Non ſatis, de ſimonia, can. Quàm pio 1. q 2. cap. finali, de pactis*, & in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap 14.*

619 Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 10. quæſt. 3* idem, quod prædicti Doctores, tenet. Sic enim *num. 4.* fatur: Secundò ſimoniaca eſt electio, in qua electores conueniunt, vt alter ſuffragetur vni in vna electione, quia alter ſuffragabitur alteri in alia: ſiue ſic, *placeat tibi ſuffragium tuum in hac electione mihi præſtare, & ego tibi dabo meum in alia.* Ita Nauar. *in Sum. cap. 23. n. 100. verſ. Secundò, quod duntex* Angel. *verb. Simonia, 3. n 3* Syluest. *verb. Simonia q 12. . 3. diſt. 4.* Roderic. *tom. 3. qq. Regular. q. 63. art. 4.* Reginald. *in praxi. lib. 23. n. 44. verſ. Quintum eſt.* Et probatur *ex can. Quàm pio, 1. q 2.* & ex gloſſa ibi, *cap. P. idem, cap pactiones, de pactis*, & *cap. Præterea, el 1. de tranſactionibus*, & *cap. Tua nos, de ſimonia.*

620 Secundò probatur, quia in iſtis conuentionibus datur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ mediatâ eam habendi. Probatur *ex cap. Quæſitum, de rerum permutatione*, vbi definitur, quod ſemper continet ſimoniæ labem datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, interueniente pacto, v.g. beneficium pro beneficio, votum pro voto. Atque ita tenet Vega *2. p. ſumma, cap 101. caſu 12.* Vnde ſcientes ſe fuiſſe tali pacto electos, tenentur renuntiare.

621 Tertiò ſimonia etiam committitur, ſi datur pecunia pro voce obtinenda, etiamſi illa vox non eſſet neceſſaria ad validitatem electionis, *cap. Matthæus*, & ibi Panormitanus, *n. 2. de ſimonia*, Ludouic. Romanus *conſ. 317.* & alij. Ratio eſt, quia tunc pecuniâ acquiritur quid ſpirituale.

622 Quartò committitur etiam ſimonia, ſi pro ſuffragio ferendo beneficium aliquod promittatur, v. g. ſi promittatur Prioratus, vel Cellariatus, &c. electio ſecuta eſt ſimoniaca. Ita Azorius *tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 7. q. 1. verſ. Eſt iiſdem*: & habetur expreſsè *in cap. de hoc, de ſimonia.* Hæc omnia noster Aſcanius.

623 Plurimorum grauiſſimorum Doctorum adamuſſim recenſere duxi doctrinas, vno ore damnantium tanquam ſimoniacas pactiones, & conuentiones non rarò fieri ſolitas à Religioſis aliàs doctis, & timoratæ conſcientiæ, dum electiones celebrant Prælatiarum, & officiorum Regularium, ignorantibus (proh dolor) ſe in barathrum perditionis, animas miſerè illaqueando, cadere; adeò enim ſimoniæ labes apud electores inoleuit, vt vix ſanctiſſima ſit Congregatio, quamvis parua ſit, quam labes iſta, vt ſuſpicor, non tetigerit: vix tandem pius quis reperiri poterit, quem hæc non infecerit peſtis. De quo certè ſceleſti pactionis ſimoniacæ vitio audeo dicere, quod de proprietate, Religioſorum etiam vitio, Bartholomæus à Sancto Fauſto protulit *lib. 8. Theſauri, in proœmio: Eſtque*, inquit, *eiuſmodi conditionis, quod licèt ſit ab omnibus bene practicatum, eſt nihilominus malè cognitum, & intellectum.* Plurimorum, inquam, duxi recenſere doctrinas, ne electores communiſſimam, & veram relinquentes ſententiam, ſolidis fulcitam fundamentis, vnius, aut alterius placito non ſatis fundato adhæreant. In rebus enim moralibus, maximè tanti momenti, non eſt facilè à communi Doctorum ſententia in praxi recedendum, vti dixi *tom. 2. Diſquiſit. Moral. diſq. 54. dub. 16. n. 14.* cum Leſſio *de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 24.*

Sed inquires, an qui ob pactiones, & conuen- 624
tiones prædictas ſimoniæ crimen incurrunt, ſimoniæ pœnis ſubiacent? Negatiuè reſpondet Pax Iordan. *tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 158.* Raggius *de regim. Regular. cent. 1. part. 1. dub. 11. n. 4. & 7.* cum Leſſio *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 35. dubit. 25. n. 141* Reginaldo *tom. 2. lib. 23. cap 12. n 184.* Sanchez *tom. 1. Conſilior. lib. 2 cap. 2. à n. 436.* Ratio illorum eſt, quia ſimonia conuentionalis, de qua in præſenti, latè eſt ſimonia: Pœnæ autem inflictæ ſunt ſimoniacis ſtrictè, & rigoroſè ſumptis: ergo non afficiunt dictas conuentiones incuntes. Pœnæ enim non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ. Et addit, id colligi ex proœmio extrauagantis 2 *de ſimonia*, incipit enim: *Cùm ſcelus ſimoniæ prauitatis, tam diuinorum, quàm ſacrorum Canonum authoritas abhorreat.* Vnde habetur, inquit, iura tantùm loqui de ſimonia diuino ſimul, & iure canonico reprobata: nam præfatio legis dat intellectum toti legi, & ex ipſa regulatur, & cauſam finalem accipit. Molina *de primogen. lib. 1. cap. 5 n. 3.*

Limitat tamen ſimoniacum confidentialem, reſeruantemque penſionem; & quando datur aliquid Notariis, vel Officialibus Epiſcopi. In quibus caſibus contingit incurri ſimoniam ſolùm de iure Canonico.

Sed affirmatiuè reſpondet Laurentius de Peyri- 625
nis *de ſubdito tom. 1. cap. 31. §. 9. concl. 2. verſicul. Tertiò probatur*, & *in Formulario Prælator. Regular. littera C, cap. 7. n. 11. in fine.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 10 q 5. n. . & ſequ.* cum D. Thoma *2. 2 q 100. art. 6. ad tertium*, Hoſtienſi *in cap. bonæ memoriæ. §. electionem, el 2. de electione*, vbi Bellamera *numero 4.* Azorius *p. 3. libro 12. capite 20. q. 8.* & aliis: latè Franciſcus Maria Samuellius *de electione canonica, tractatu 2. diſputatione tertia, per totam, controuerſ. 1. & ſequentibus*: in 1. ſic ait *concluſ. 1.* Omnis electio, prouiſio, nominatio, collatio, ac confirmatio ſimoniacè facta, eſt ipſo iure nulla, ante omnem iudicis ſententiam, etiam declaratoriam, ac nullum ius, ſeu effectum confert: & qui ſic eſt electus, tenetur in foro poli ſub mortali peccato, Prælaturam, ſeu Canonicatum, vel huiuſmodi renunciare, nec abſolui poteſt priuſquam renunciet. Et hoc etiamſi ſimonia ſit occulta, ſeu commiſſa ſit ab eodem, qui Prioratum, ſiue Canonicatum obtinuit, ſiue ab aliis, ipſo quoque neſciente.

Probat concluſionem primò *ex extrauagant. Cùm deteſtabile, la 2. de ſimonia. inter communes*, in qua Paulus Papa II. anno Domini 1464. ſui Pontificatus primo, ſic decernens, ait: *Per electiones vero, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficiis, aut aliquo eorum, cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit, reſtitutionem ſub anima ſuæ periculo ſit adſtrictus.* Hæc ibi Papa: in qua conſtitutione pronunciat ſententiam excommunicationis ſibi, & ſuis ſucceſſoribus reſeruatam, contra omnes, & ſingulos, cuiuſcumque ſtatus, gradus, &c. qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint; aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint. Et deinde in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipit omnibus, & ſingulis ſcientibus aliquos ſimoniam commiſiſſe vel procuraſſe, aut in ea mediatores fuiſſe, vt illos quantocyùs Summo Pontifici per ſe, vel per alios reuelent. Confirmauit hanc conſtitutionem Pius V. in alia *Cùm primum.*

Secundò probat ſecundam concluſionis partem, nempè, etiamſi ſimonia ſit occulta, ex verbis eiuſdem extrauagantis, ibi: *Et eorum quemlibet, tam manifeſtum, quam occultum*: & *ex cap. Matthæus, de ſimonia.*

Probat denique concluſionem authoritate D. Thomæ 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. *ad* 3. & Theologorum ibi, Suarez *tom.* 1. *de Religione, lib.* 4. *cap.* 57. *num.* 10. 25. *&* 27. Leſſij *de iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 25. *num.* 237. Quibus addo Lezanam *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *parte* 1. *cap.* 15. *num.* 33. expreſsè concluſionem integrè tenentem. Tamburinum *dict. q.* 5.

626 Samuellius *eadem diſp. controu.* 2. hanc concluſionem 2. ſtatuit: In lata ſignificatione, deſumpto nomine beneficij, ac de ſpirituali iure, ad pœnas incurrendas ſimoniæ in canonicis electionibus Regularibus, comprehenduntur quoque dignitates Eccleſiaſticæ Regulares, nimirum Generalatus, Prouincialatus, Abbatiatus, ac Prioratus, & huiuſmodi.

Illam probat ex dictis extrauagantibus *Cùm deteſtabile*, Pauli II. *de ſimonia*, & Pij V. *Cùm primum*, & authoritate Caietani *in ſumma, verb. Excommunicatio, cap.* 75. Raynerij *in catalogo cenſurarum, cap.* 9. *excommunicatione* 12. Nauarri *in Manuali, cap.* 27. *n.* 116. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſp.* 21. *ſect.* 5. *n.* 24. & *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 45. & *tom.* 1. *de Religion. lib.* 4. *cap.* 57. *n.* 47. Armillæ *verb. Excommunicatio, caſu* 59. Reginaldi *in praxi, lib.* 23. *cap.* 12. *n.* 282. Filliucij *tom.* 3. *tract.* 15. *cap.* 4. *q.* 7. *n.* 87. Leſſij *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 25. *n.* 137. Sanchez *tom.* 2. *opuſculor. cap.* 3. *dub.* 104. *lib.* 2. *n.* 5. *&* 21. & *dub.* 207. *n.* 3. Peregrini *in* 3. *p. conſtitut. Theatinor. cap.* 1. *litt. I*, §. 2. *verſ.* 7. Gordoni *tom.* 2. *ſumma, lib.* 7. *q.* 13. *cap.* 4. *n.* 70. Sigiſmundi *tract. de electione, part.* 2. *cap.* 1. *dub.* 58. Dianæ *part.* 4. *tr.* 4. *miſcellan. reſol.* 156. Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 20. *art.* 13. Hieronymi eius nepotis *in qq. enucleatis, reſol.* 129. *n.* 5. eandem concluſionem tenet Tamburinus *dict. quaſ.* 5. *n.* 3. *&* 4.

SVBSECTIO I.

De his, quæ electionem præcedere debent.

BREVIARIVM.

Abbas.

Benedici poteſt ab Abbatibus, recuſante Epiſcopo, poſt trinam humilem requiſitionem. numero 642.

Axioma.

Quando per aliquem ſtat, quominus quid fiat, id pro facto habetur in ipſius præiudicium. numero 637.

Quidquid eſt de eſſentia, & ſubſtantia cauſæ, eſt de eſſentia, & ſubſtantia cauſati. n. 641.

Capitulum.

Prælati negligentia per Capitulum ſuppletur. n. 630. & 638.

Citare, Citatio, Citatus.

Nemo citatus præſumitur, niſi per citantem probetur. num. 636.

Si ſe occultant citandi, eos coërcet citatio, ac ſi perſonaliter illis fuiſſet intimata. n. 637.

Qui impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire, pro citato habetur. n. 637.

Citati venire nolentes, faciunt ſe alienos. num. 639. & 652.

Superiorem citare iuridicè non poteſt inferior. numero 653.

Benè tamen monere. ibid.

Citatio iudicialis triplex debet eſſe, vel vna pro tribus cum termino peremptorio. n. 635.

Collegium.

Duæ tertiæ partes collegium conſtituunt. numero 651.

Intellige, quando per ſe congregantur vocales, & non ad præſidentis conuocationem. Iſtâ tamen factâ in vno ſolo conſtituitur Collegium, reliquis congregari nolentibus. n. 652.

Conuocare, Conuocatio.

Conuocatio vocalium præcedere debet electionem. numero 629.

Debet conuocatio à præſidente fieri collegij. numero 630.

Si præſidens conuocare noluerit, antiquior poterit conuocare, poterit & alius antiquior poſt ipſum, in illius defectu, & ſic de reliquis vſque ad vltimum poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere. n. 631.

Si præſidens, aut aliquis ex antiquioribus nihil de electione cogitat, poſſunt ipſi electores ſe ipſos conuocare, & validè illam celebrare, die ſtatuta, in qua expirat electoribus terminus. n. 638. 641. 650. & 653.

Si per ſe congregentur, debent adeſſe duæ ex tribus partes. ibid.

Conuocandi ſunt, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes, qui commodè ad electionem venire poſſunt. num. 635.

Qui præſentes, & qui abſentes in præſenti cenſeantur, explicatur. n. 633.

Quomodo conuocatio fieri debeat verbo, ſigno, aut per literas. n. 634.

Debet in conuocatione fieri mentio diei, & horæ, in qua electio ſit celebranda. n. 635.

Conuocatio eſt coram teſtibus intimanda. n. 636.

Non

Non licet fieri connocationem antequam Prælatus cum effectu mortuus ſit. n. 636.

Connocatio abſentium ad locum, in quo morari conſueuerunt, dirigenda. n. 637.

Si ſe occultant vocales, ita illos arctat connocatio, ac ſi perſonaliter illis fuiſſet intimata. n. 637.

Connocatio non eſt de electionis ſubſtantia, ſed de iuſtitia. n. 641. 643. & 645.

Connocatio ad electionem vna ſufficit, & non eſt triplex neceſſaria, nec vna cum termino peremptorie. num. 653.

Connocari debent etiam qui mortem Prælati ſciunt, & etiam ſi diem, & horam electionis non ignorent; ſi tamen haberi poſſunt, & terminus non inſtet. num. 654.

Electio.

Præſidere debet electioni is, qui in Capitulo eſt cæteris honorabilior, & maior dignitate n. 630.

Renuente honorabiliore, præſidere incumbit, & pertinet ad antiquiorem Capituli, & ſic de antiquiore ſequente, iſto renuente; & ſic de reliquis. numero 630. 631. 638. & 641.

Tractatus de electione ante Prælati mortem illicitus eſt. num. 636.

Celebrare non poteſt electio antequam Prælatus defunctus ſepeliatur. n. 627.

Limita in caſu, quo circunſtantia aliud poſtulent. num. 628.

Valeret tamen electio ante Prælati ſepulturam. numero 628.

Si omnes præter vnum ad electionem venire noluerint, aut ſint excommunicati, ille ſolus celebrare illam poterit. n. 640.

Ab electorum conſenſu cauſatur electio, non à connocatione per hunc, aut per illum facta. n. 641.

Si elector non vocatus velit allegare ſui contemptum, & illum proſequi, electio inualidabitur. numero 644.

Etiamſi non vocatus Religioſus ſit. n. 647.

Allegare tamen debebit ſui contemptum ante confirmationem electi, niſi ignorauerit electionem, & confirmationem. n. 646.

Non poteſt inualidari ad alterius de Capitulo inſtantiam, neque ex officio iudicis n. 645.

Nullitas verò electionis pro illa infirmanda à quolibet de Capitulo allegari poteſt. ibid.

Canonica electio, vt rata ſit, & valida, collegialiter debet celebrari, & prout ab vniuerſitate. num. 648.

Electio eſt ipſo iure nulla, ſi ſaltem duæ tertiæ partes eorum, qui debent, volunt, & commodè poſſunt intereſſe, non fuerint vocatæ, quamvis maior pars eorum, qui congregati fuerint, in vnum conſenſerint. n. 648.

Huiuſmodi electio nulla ratificari non poteſt à non connocatis, quia collegialiter debent conſentire in ſcrutinio. num. 649.

In materia electionis nihil plus habet Capituli Præſes, ſublatâ præſidentiâ, quàm vnus ex cæteris, num. 651.

Si duæ tertiæ partes per ſe congregentur, poſſunt præſidentem ad electionem vocare, vt die præfixâ celebretur; ſed non tenentur. n. 653.

Terminus pro electione facienda conſtitutus eſt fauore Capituli. n. 650. & 651.

Et etiam Eccleſia viduata. n. 656.

Electores poſſunt ob commune bonum, terminum abbreuiare electionis, recuſante Præſidente in Capitulo præſidere. n. 651.

Alia vide verbo, Citare, Connocare.

Ius.

Nemo ius ſuum dimittere tenetur propter aliorum abſentiam n. 640.

Ius priuatum alterius nemo allegare poteſt, ſed bonum publicum quilibet bene poteſt. n. 645.

Malitia.

Malitia, & negligentia vnius non poteſt aliis nocere. num. 639.

Malitiis hominum indulgendum non eſt. numero 651.

Numerus.

Abſurdum eſt in numero computari, qui vocati, vel à iure interpellati venire contempſerunt. n. 639. 652. & 653.

Religioſi.

Ciuiliter mortui cenſentur; in caſibus tamen ſolis in iure expreſſis. n. 647.

Vniuerſitas.

Non conſiſtit vniuerſitas, niſi vbi fuerint ſaltem duæ tertiæ partes vocalium, aut vicinorum. n. 648. 650. & 651.

Intellige, quando per ſe vicini, aut vocales congregantur, & non ad connocationem illius ad quem de iure, aut de ſtatuto, vel conſuetudine pertinet connocare n. 652.

Quando verò fit connocatio ab illo, ad quem pertinet connocare, ſi vnus ſolus veniat, ille ſolus vniuerſitatem, & collegium conſtituet. Sufficit enim, quod connocentur, & citentur per illum, ad quem ſpectat, quando commodè fieri poteſt, ad conſtituendam vniuerſitatem, & collegium. n. 652.

Vniuerſitatis negotia particularium contumaciâ, etiamſi Præſidentes ſint, abſurdum eſt impediri. numero 651.

MVlta debent electionem Canonicam præce- 627
dere, vt illa ritè, & rectè celebretor. Præ-
cipua illorum recenſere operæ pretium duxi; vt
illi ad quos ſpectabit, ſufficienter inſtructi, bene
monos ſuum adimplere valeant.

Primum eſt, quod electio celebrari non poſſit antequam Prælatus, de cuios ſucceſſore eligendo in electione tractandum, ſepeliatur, & tumuletor. Ita Innocentios Papa III. *in cap. Bonæ memoriæ,* vbi gloſſa *verbo Tractatum, el 2. & 36. de electione,* vbi Abbas *num. 2.* & Barboſa *num. 1. & 2.* com Petro Baxio *in Directorio electionum, p. 3. cap. 2.* Gonzalez *Regul. 8. Cancell. gloſſa 11. numero 4.* Lauorio *variar. lucubration. tom. 1. tit. 4. cap 18. num. 20.* Roderiq. *tom. 2. qq. Reg. q. 52. art. 13. in princ.* Miranda *in Manuali, tom. 2. q. 23. art 10. concl. 1.* & cum aliis Azorius *Inſtitut Moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 15.* Peyrinus *in Formulario Prælator. Regular. cap. 26. num. 5.* Tambotinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 5. q. 7. num. 1* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, cap. 31. notab. 4.* Dubal *part. 2. q. 10. num. 63.*

Si tamen fieret electio noui Prælati ante præ- 628
deceſſoris tumulationem, valeret electio. Gloſſa,
Barboſa, Azorius, & Tamburinus *num. 2.* & Mi-
randa, qoi addit, quod tales accidere poſſint cir-
cunſtantiæ, quod electio ſtatim fiat ipſa eadem
defunctionis die, non expectatâ corporis ſepul-
turâ, vt in caſu, quo timeatur aliqua magna vis,
& violentia alicuius Principis, aut aliquæ eios
litteræ, qoæ valeant, aut poſſint iuſtam, atque
legitimam impedire electionem. Ita ait ex Mi-
randa Barboſa, Peytinus *dicto num 5.* allegat
Abbatem *loco citato*, docentem *num. 1.* neque
eſſe caſſandam. Et *num. 6.* ait, peccare mortaliter

 electores,

electores, promittentès ante Prælati mortem aliquem electuros, *ex cap. 2 de conceſſ. prabenda*: & non teneri adimplere promiſſum, *ex cap. Relatum, eod. tit.*

629 *Secundum* eſt, ante electionis celebrationem fieri debere conuocationem electorum, ſeu vocalium, ad quos competit eligendi, & ſuffragandi ius. Quod conſtat *ex cap. Quod ſicut, el 28. de electione*, vbi Abbas *num. 3. in cap. Coram, num. 1. & 35. eod. tit.* & *cap. Bona memoria, num. 4. el 36.* Barboſa *in cap. Quia propter, num. 9. el 42. eod. tit.* cum Rebuffo *in compend. alienat. num. 76.* Azor. *loc. cit. q. 7.* Samuellius *de electione, tract. 1. diſp. 2. controu. 1. concl. 1 & 2.* & *controu. 3 concl. 1.* Qui *concl.* 10. dicit vocandos eſſe qui de iure communi, vel ſpeciali interuenire debent, ac de conſuetudine. Allegat gloſſam, Abbatem, Butrium, & communem Canoniſtarum *in cap. Quia propter, citatum*, & plures alios. Idem docet Raggius *de regim. Regularium, cent. 2. tract. 7. dub. 156. num. 1.* cum pluribus DD. Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 3. n. 1.* Fagundez *de inſt. lib. 6. cap 6. n. 7.* Vidal *in Arca, tit. de elect. n. 8. & 11.* Hæc autem conuocatio vocalium legitimè fieri debet, vti docet Barboſa *in votis deciſiuis, voto 47. num. 172.* & Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 20. num. 30.* qui *n. 32.* addit, quod quando per conſtitutiones, vel ſtatuta aſſignatus eſt dies electionis, ſicuti eſt pro Capitulis Generalibus in ſuo Ordine, & Congregatione noſtra, nulla alia requiritur conuocatio.

630 Hæc conuocatio fieri debet ab eo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine congregare Capitulum ſpectat; & eo deficiente, qui eſt antiquior à profeſſione, congregare poterit. Ita Samuellius *dict. controu. 1. concl. 2.* & *contr. 3. concl. 11.* vbi ita fatur: Electores, licèt ſint ab eo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine ſpectat, vocandi; attamen ſi non adſit, tunc in tali euentu antiquior congregabit, qui à profeſſione, videlicet, cæteris fuerit, minimè verò annorum, vt de Monialibus præſertim Sacra Congregatio Concilij cenſuit, eſſe attendendum tempus profeſſionis emiſſæ. Hactenus præcitatus Author, qui pro ſe, & nobis allegat Innocentium, & Panormitan. *in Cap. cùm ex iniuncto, de noui operis nunciatione* & *in cap. Cùm nobis n. 9. de electione.* Cuchum *Inſtitut. maiorum lib. 4. tit. de Electione, n. 163.* Felinum *in cap. 1. de maioritate, & obedientia*, & *in cap. Cùm omnes, colum penult. verſic. ſed dubium eſt, de conſtitutionibus.* Biaxium *dicto cap. 2. n. 3.* & *cap. 34. n. 1. & 5.* gloſſam *in cap. fin de conſuetudine, in 6.* & Sigiſmundum *de elect. cap. 2. dub. 9. n 11. & 12.* conſonat Peyrinus *de priuileg. tom. 3. cap. 13. n. 12.* vbi dicit, quod congregare Capitulum ad electionem, & in eo præſidere, ſpectat ad eum, qui eſt cæteris honorabilior, & maior dignitate, *ex cap. 1. de maioritate, & obedientia*, vbi expreſsè Innoc. *n. 1.* Butr. *in cap. Cùm nobis, de electione, n. 33* Bayſio *p 3. de electione, cap. 6. num. 8.* allegante Ioann. Andream, Panorm. & Felin. *in dict. c. 1. de maioritate, & obedientia*, & *ex cap. Volumus, d 89.* & *cap. Cùm ſimus, 9. q 2.* & *cap. 2. de conceſſ. prab.* in quibus capitibus ſtatuitur, quod Prælati negligentia ſuppleatur per Capitulum. Ergo (infert Peyrinus) primus capitulantium in hoc caſu habebit Capitulo præſidere. Quâ enim authoritate de gradu ſuo deiiciatur, non apparet. Pro quo etiam facit gloſſa *in cap. fin. de conſuet. lib 6. verbo Antiquiores.* Conſonat Dubal *vbi proximè, n. 23.* dicens: *Pero en caſo que el Padre General deſpues de hauer conuocado à los Diffinidores para hazer alguna eleccion, llegado el tiempo para hazerla, malicioſamente dilataſſe la eleccion, podrian los Diffinidores requerirle, y aun compellerle à que juntaſſe Capitulo, y de no lo hazer, podrian juntarſe los Diffinidores, y proceder à la eleccion.*

Si autem ille, ad quem de iure, aut de conſuetudine ſpectat Capitulum pro electione conuocare, neque antiquior quidem conuocare voluerit, poterit alius antiquior poſt ipſum, & ſic de cæteris, donec ad electionem procedatur, congregare Capitulum, & ad electionem procedere. Ita Samuellius *dicta controu. 3. concl. 12.* qui ita declaratum fuiſſe ait in Capitulis ſui Prædicatorum Ordinis, generaliter celebratis Romæ anno 1601. & Pariſiis 1611. prout habetur *in conſtitutionibus euſdem Ordinis, diſt. 2. de elect. Prioris Conuent. cap. 2. n. 1. litt. A.* Quam certè doctrinam, veriſſimam, & indubitatam cenſeo; & illam tenet Peyrinus proximè recenſitus *in cap. 9. dicto tom. 3. n. 15.* & *cap 12 num. 12.* 631

Vocandi ad electionem ſunt, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes, qui poſſunt commodè ad illam venire. Ita Samuellius *dict. controu. 3. concluſ. 8.* & patet *ex cap. Coram dilecto, el 35. de electione*, vbi gloſſa *verbo In Prouincia*, Panormitanus *n. 1.* Barboſa *n. 2.* pluribus allegatis, & *in cap. Quia propter, num. 12.* vbi ait, quod ſine illis, qui commodè conuocari non poſſunt, electio celebrari poterit. Pro quo adducit Mirandam *in Manuale, tom. 2. q. 23. art. 6.* Aduerte hanc commoditatem referendam eſſe ad Eccleſiæ, vel communitatis commoditatem, non verò perſonæ vocandæ. Quod etiam aduertit Tamburinus *tom. 1. d 5. q. 3. n. 15.* cum Abbate *in cap. Quia propter, n. 5. de electione.* Mandag. *de elect. noui Prælati p. 2. cap. 3.* Boerio *ibid.* & communi DD. Dubal *n. 30.* ait, omnes vocales, nullo excepto, vocari debere ad electionem cum aſſignatione diei, in qua celebranda illa ſit, dummodo exiſtant in Prouincia, intra quam fuerit celebranda. *Numero tamen 34.* ait quod quando electores multùm diſtant ab electionis loco, ita vt commodè ad illum accedere non valeant tempore pro electione præfixo, abſque illorum conuocatione poſſe illam celebrari. Et idem dicit in caſu, quo magnæ expenſæ fierent in eorum conuocatione, aut acceſſu. Item ſi acceſſum potentes impedirent, & in ſimilibus caſibus. 632

Quod ſi petas, *quinam dicendi ſint quoad præſens inſtitutum, præſentes, & quinam abſentes?* Præſentes cenſentur qui ſunt in Ciuitate, in Clauſtro, ſeu in Monaſterio, vel in eius horto. Ita docet Samuellius *de electione, tract. 1. diſp. 2. controu. 3. concl. 2.* vbi ad probationem producit Innocentium *in c. Quia propter, el 42. de electione*, Angelum *verbo Electio, n. 17.* Sylueſtrum *eodem verbo 1. q. 5.* Tabienam *1. n. 10.* Azorium *part. 2. lib. 6. cap. 14. verſic. verùm quid*, & alios. Abſentes autem ſunt, qui nec ſunt in Ciuitate, Monaſterio, vel in horto illius. Ita Samuellius *ibidem*, cum iiſdem Doctoribus. Tamburinus *dicta diſp. 5. n. 19. ex l. 1. ff. de Procuratoribus.* Ioann. Andr. *in cap. Si poſtquam, n. 6. de elect. lib. 6.* Innoc. Panorm. Felino, & aliis, apud Sigiſmundum à Bononia *de elect. & poteſt. Prælator. Regularium, dub. 9. n. 2.* 633

Quod ſi ſecundò petas, *quonam modo congregari debeant, tam præſentes electores, quàm abſentes?* Reſpondet Samuellius *eadem controuerſ. 3. concl. 3.* quod præſentes congregandi ſunt verbo, aut ſigno conſueto nolæ, ſeu campanę; abſentes verò per litteras, aut per nuncium, ita vt vtrique ſufficienti modo rationabiliter vocati cenſeantur. Allegat Innocentium *in cap. In cauſis, n. 2.* Panormitanum *n. 5. de electione*, & caput 634

Coram

Coram dilecto, n. 3. eod. tit. Gofredum in ſumma, tit. de Electione, n. 10. Biaxium in Directorio election. p. 3. cap. 4. n. 6. Azorium dict. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. Felinum in cap. Cùm omnes, n. 38. verſ. ſecunda opinio, de conſtitut. Rotam deciſ. 288. n. 2. coram Card. Mantica, & coram Card. Pamphilio, in Calagurritana de Aranguiz. Idem reſpondet Tamburinus tom. 1. diſp. 5. q. 3. n. 21. Docet tamen Samuellius controu. 4. concl. 2. quod licèt Capitulum ad ſonum campanæ ſit conuocandum, nihilominus tamen acta capitularia valent, ſi aliter congregatum ſit, & omnes vocem habentes in Capitulo interſint. Quia ſonus campanæ non pertinet ad ſubſtantiam actus niſi per accidens.

635 In conuocatoria diei, & horæ, in qua celebranda ſit electio, aſſignatio debet fieri. Samuellius dicta diſp. 2. contr. 1. concl. 1. Peyrinus de priuileg. tom. 3. cap. 13. n. 16. Tamburin. tom. 1. diſp. 5. q. 3. n. 16. Peyrinus tom. 1. de ſubdito, cap. 31. notab. 4 ait ex Abbate in cap. Quia propter, de electione. n. 16 quod præfixio diei non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia.

636 Aduertit, & bene Peyrinus dict. tom 3. cap. 9. n. 15. quod litteræ conuocatoriæ coram teſtibus tradantur, & idem de citatione facta per nuncium dico, ne poſſint electores ſe fuiſſe vocatos negare, & deinde agentes de contemptu, electionem factam inualidare. Allegat Mandag. de electione, p. 1. cap. 4. Et ratio eſt, quia præſumitur quis non citatus, niſi probetur, cap. Quia ſicut, de electione, cap. Propoſuiſti, d. 82. Et ideò incumbit probatio, non ei, qui negat ſe citatum, ſed qui dicit eum citatum, vt notat gloſſa in cap. Quod ſicut, verbo Præſumitur, de elect. & Boer. ad cap. 4. Mandag. litt. P. Idem repetit Peyrinus in Formulario Prælator. cap. 26 n 3 & n. 4. ait vocationem fieri non licere antequam mortuus ſit Prælatus. Nam illo viuente, quamvis in extremis conſtituto, tractatus de electione eſt illicitus. Panorm. in cap. Bonæ memoriæ, el 2. de electione. n. 2 & 12. Petr. Gregor. de elect. cap. 13. n. 4. Lauorius eod tract. tit. 4. cap. 18. n 19. Dictis conſonat Barboſa voto 47. n. 172. dicens, quod conuocatio ad electionem fieri debet legitimè: & n. 173. quod qualitas, quod vocatus quis fuerit ad electionem, non præſumitur, niſi probetur. Et Dubal p. 2. q. 20. n. 33 ita ait: *Lo tercero ſe aduierta, que en los caſos, en que es neceſſaria conuocacion, eſta ſe puede hazer por meſſagero, ò por eſcrito: però ha ſe de hazer en particular à cada vno de los Capitulares, ò vocales del ante de teſtigos, paraque ſi pueda probar, ſi en algun caſo fuere neceſſario, porque no ſe preſume hauer ſido citado alguno, ſino ſe prueua*, ex cap. Propoſuiſti, d. 82.

637 Citatio abſentium electorum dirigenda eſt ad locum, in quo morari conſueuerunt, quæ ita eos coërcet, ac ſi eos apprehendiſſet, & perſonaliter fuiſſet ipſis intimata. Ita Samuellius diſp. 2. controu. 3. concl. 5. qui concluſionem limitare videtur, quando latitant, ne citatio ad eos peruenire poſſit, dolo id agentes, vt contemptos ſe dicere poſſint, & annullari electionem petant. Allegat Speculatorem apud Cuchum Inſtitutionum maiorum lib. 4. de elect. n. 58. & 59. Sigiſmundum de elect. cap. 2. dub. 9 n. 3. Cardinalem in Clement. Cauſam, q. 13. de elect. cum aliis per Tiraquellum de retract. lignag. §. 1. gloſſa 10. n. 102. & cum aliis penes Card. Seraphinum deciſ. 1094. n. 3. Et facit, quod impediens, quominus citetur, habetur pro citato, cap. Quoniam frequenter, §. Porrò, ibi: *Seu quia malitiosè ſeipſum occultat, ſeu quia impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire*, el §. vt lite non conteſtata. vbi gloſſa verbo Impedit. Barboſa n. 15. cum Tiraquel. loco citato, & in tract. Res inter alios acta, verſic. Limita duodecimò. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 66. num. 32. Rota in Hiſpalenſi legitimitatis, 13. Decembr. 1611. coram Vbaldo, Buratus deciſ. 416. num. 5. Lancellot. de attentatis, p. 2. cap. 4. num. 106. Et reddit ex Tiraquello, dicto §. 10. num. 9. rationem; quia quando per alium ſtat, quominus quid fiat, id vtique pro facto habetur in ipſius præiudicium.

Dubium occurrit, an in caſu, quo per ſtatutum, 638
aut conſtitutionem Religionis ſit diſpoſitum, quod aliqua electio die aliquo determinato fiat, v. gr. ſecundo Nouembris, vti in conſtitut. Clericor. Regular. cap. 1. p. 3. aut infra terminum 40. 30. & 20. dierum poſt Abbatis mortem, vti in noſtris conſtitutionibus S. Facundi, cap. 22. num. 15. 18. & 19. pagina 66. ſi præſidens ad quem de iure ſpectat electores conuocare, nihil de electione cogitat, & fortè ex malitia, vt illa ad Superiorem deuoluatur, & idem eſt de quolibet alio ex ſenioribus, iuxta ſuprà num. 31. dicta, poſſint ipſi electores ſeipſos conuocare, & validè canonicam electionem celebrare?

Reſoluit difficultatem Peyrinus de priuilegiis tom. 3. cap. 13. num. 11. vbi inquiſito, an ſi Præſes in Capitulum non compareat die ſtatuta, in qua expirat electoribus terminus ad eligendum, poſſint alij electores electionem facere? Reſpondet ſic: Si Præſes die à iure ſtatuta non comparauerit, poſſunt electores præſentes electionem celebrare. Cuius rei habeo textum ſatis clarum in cap. Volumus, d. 89. vbi gloſſa verbo Clerus, & in cap. Cùm ſimus, iuncta gloſſa, verbo Epiſcopus, 9. q. 3. & in cap. 2. de conceſſ. præbend. ibi: *Si autem Epiſcopus, vbi ad eum ſpectat conferre, diſtulerit, per Capitulum ordinetur.* Ita Boer. ad Mandag. de elect. cap. 1. litt. D, verſ. ipſo iure, Archidiacon. in cap. Volumus, d. 89. vbi Turrecremat. num. 3. Innocent. in cap. Cùm nobis, de electione, num. 5. Facit Dubal dicto num. 23.

Et ratio eſt: Tum quia malitia, vel negligentia 639
vnius non poteſt nocere aliis, vt habet quædam lex citata à Zabarella in cap. Cùm nobis, de elect. q. 1 verſ. ſecundo, quæ dicit, quod vitium alienæ ceſſationis ad diſpendium tuum pertinere iuris ratio non patitur. Tum quia abſurdum eſt illos in numero computare, qui vocati, vel à iure interpellati venire contempſerunt, vt dicit Zabarel. ibidem. Tum quia nolentes venire, faciunt ſe alienos, vt ait Panormit. in cap. In cauſis, de electione, n. 9. & habetur in cap. Cùm nobis olim, cap. Eccleſia veſtra de electione. Ergo eo ipſo, quod aliquis ad eligendum non comparet in termino præfixo, cenſetur illi authoritati eligendi renunciare. Immò cenſetur Capitulum eo caſu talem poteſtatem ei denegare, & ſolis præſentibus, ac eligere paratis concedere.

Tum quia certiſſimi iuris eſt, quod electionem 640
non impedit, qui in termino à iure præfixo ad eligendum non comparet, cap. Quod ſicut, de elect. §. ſi autem. Quod in tantum eſt verum, vt ſi omnes ſint abſentes præter vnum, ille ſolus in die vltimi termini poteſt electionem facere. Et probat Innoc. quem alij ſequuntur, in cap. Cùm nobis, de elect. n. 6. vbi Abbas n. 9. Zabarella n. 5. & in cap. Gratum, eod. tit. Petr. Gregor. de elect. cap. 14 n. 15 Cæpolla de cautelis, cap. 116. caut. 79 vbi refert Zancredum dicentem, ſe ita iudicari vidiſſe: de Bayſio de elect. p. 1. cap. 6. n. 7. Et ratio eſt, nam non tenetur etiam vnus dimittere ius ſuum propter abſentiam aliorum. Idem dic, ſi omnes eſſent excommunicati, præter vnum: nam tunc electio ad illum ſolum ſpectaret, vt multis probat Boerius ad Mandag. de elect.

elect. cap. 2. *litt. D, verbo Excommunicati.* Hæc omnia Peyrinus, qui pro nobis etiam fuit *in hoc eodem cap. num.* 8. *&* 9. vti paulò inferiùs videbimus. Conſonat Barboſa *voto* 39. *n.* 85. *&* 86. dicens, quod ius eligendi, quando plures exeunt, remanet in aliis, qui non receſſerunt, inſtante tamen vltimo termino à iure præſcripto pro electione celebranda. Alia ex eodem Doctore referam *n.* 651. Dubal etiam *p.* 2. *q.* 20. *n.* 21. ibi: *Y ſino huuiere mas que vno, por hauerſe muerto los demas, ò por eſtar priuados, ò ſuſpenſos de voz actiua, ò deſcomulgados, à eſte ſolo tocara la eleccion de Prelado.* Allegat Baſſæum, Tamburinum, Lezanam, Mirandam, Hienym. Roderiq. & Gloſſam *in cap. Gratum, de poſtulation. Prælat.* & *cap.* 1. *de electione.* Idem docet *num.* 36. & addit: *Aunque no ſe podra eligir aſſi miſmo.*

641 Hanc difficultatem reſoluit etiam Samuellius *dict. tr.* 1. *de elect. diſp.* 2. *controu.* 4. *concl.* 3. *&* 4. dicendo, quod renuente præſidente die ſtatuto, & præfixo electores ad electionem conuocare poſt trinam requiſitionem illi factam, licitè poſſunt electores ſe ipſos congregare, & electionem celebrare validè, & canonicè. Allegat pro ſe rationem, & textum. Ratio huiuſmodi eſt: Quidquid eſt de eſſentia, ſeu de eſſe, & ſubſtantia cauſæ, eſt etiam de eſſe & ſubſtantia cauſati, *l. Manumiſſiones, ff. de iuſt. & iu. e.* Sed conuocatio, quæ antecedit electionem, non ſpectat ad ſubſtantiam cauſæ, quia per accidens ſe habet: nec ad ſubſtantiam cauſati, quia electio cauſatur à conſenſu electorum, non verò à conuocatione per hunc, aut per illum peragenda; quia ſi nollent venire ad Capitulum, non ſunt cogendi electores (vti modò videbimus.) Ergo, quod renuente præſidente congregare Capitulum, electores illud congregent, non vitiabit electionis ſubſtantiam.

642 Textus eſt *in cap.* 1. *de ſupplenda neglig. Prælat.* in quo ſic Alexander III. *Statuimus præterea, vt ſi Epiſcopus tertio cum humilitate, ac deuotione (ſicut conuenit) requiſitus, ſubſtitutos Abbates veſtros benedicere fortè renuerit, eiſdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia quæ ad officium huiuſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epiſcopi ſuam duritiam recognoſcant, & Abbates benedicere non recuſent.* Hæc decretalis illa, ex qua infert ſic Samuellius: Ergo idem eſt dicendum in caſu noſtro, quia eadem ratio duritiei verſatur in vtroque caſu. Ergo eadem militare debet iuris diſpoſitio.

643 Dubitatur ſecundò, *An abſentium vocatio ita ſit de eſſentia electionis, & ſubſtantia, vt illis non vocatis electio ſit ipſo iure nulla?* Reſpondeo *primò*, non eſſe de ſubſtantia electionis, ſed de iuſtitia, huiuſmodi abſentium conuocationem. Ita Sam. *de electione, tr.* 1. *diſp.* 2. *controu.* 7. *concl.* 2. cum Panormitano *in cap. Quia propter, de elect.* Menochio *conſ.* 67. *num.* 31. Biaxio *in Director. Elect. part.* 3. *cap.* 7. & cum aliis. Immò, quando terminus à lege præſcriptus interpellat, vocatio non eſt neceſſaria. Peyrinus *de priuilegiis, tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 13. ex Butr. *in cap. Cùm nobis, de elect. n.* 33. Anchar. *n.* 4. Abbas *n.* 10. Archid. *in c. Volumus, d.* 89. vbi Turrecrem. *n.* 3. & gloſſa *verb. Clerus*, Petrus Greg. *de elect. cap.* 14. *n.* 15. Et patet *ex cap. finali, de locato.* Barboſa tamen ait *voto* 47. *n.* 174. *&* 175. omiſſionem vocationis legitimæ electionem annullare.

644 Reſpondeo *ſecundò*, ſi non vocatus velit, allegare poterit ſui contemptum, & proſequente illo, electio inualidabitur. Ita Samuellius *dict. contr.* 7. *concl.* 3. Fagundez *de iuſt. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 7. Vidal *tit. de elect. n.* 8. Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 3. *n.* 1. *&* 2. Lezana *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *n.* 7. & *tomo* 4. *conſulto* 53. *in appendice, n.* 80. cum addit. ad Panormitanum *in cap. In Geneſi, n.* 10. *litt. B*, allegante Franciſcum Biax. *in directorio election. part.* 3. *cap.* 7. Sigiſmundo *de electione dub.* 10. *n.* 4. Cuccho *Inſtit. Maior. lib.* 4. *tit de elect.* Ita & Dubal *p.* 2. *q.* 20. *n.* 30.

Conſultò dixi, *allegare poterit ſui contemptum.* 645
Non enim iudex, nec alij de Capitulo, tacente ipſo non vocato, & contempto, allegare poterunt contemptum, vti benè Samuellius *dict. concl.* 3. & *contr.* 10. *concl.* 4. Tamburin. *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 3. *n.* 6. Barboſa *voto* 78. *num.* 11. & Dubal *dicto num.* 30. Et ratio eſt, quia cùm in hoc caſu agatur de intereſſe, & fauore priuato, non verò de publico, nequit iudex ex officio ſupplere, vt probatur *in l.* 4. *§. Hoc autem iudicium, ff. de damno infecto*, nec alij, quibus non fuit proprium ius violatum, petere quibunt electionis retractationem. Secus eſſet dicendum in caſu, quo electio eſſet ipſo iure nulla. Tunc enim non ſolùm Iudex, ſed quilibet de Capitulo poſſet pro illius infirmatione cauſas nullitatis allegare. Quia tunc non allegaretur ius priuati, ſed iuris publici tranſgreſſio. Ita Samuellius *ead. concluſ.* 4. Contempti autem dicuntur, qui vocati non fuerunt, cùm vocari deberent, vti ex dictis patet, & docet Barboſa *voto* 47. *num.* 171.

Dubitatur tertiò, *An elector abſens, non vocatus, audiendus ſit poſt confirmationem electionis iam factam?* 646 Reſpondet Samuellius *diſp.* 2. *controu.* 8. *concl.* 2. quod ſi conſtat, quod huiuſmodi elector contemptus, ſeu non vocatus, ignorauerit electionem, & confirmationem, de iuſtitia & iure debet poſt confirmationem pro vtraque infirmanda audiri, iuxta diſpoſitionem capitis, *Cùm in tua, el* 6. *& fin. Qui matrimonium accuſare poſſunt.* Allegat Biaxium *in Director electionis, part.* 3. *cap... adductionum ad Panormitanum, cap. in Geneſi, num.* 10. *litt. B*, allegantem Francum, & Cuchum *Inſtit. maior. lib.* 4. *de electione, num.* 51. & Sigiſmundum *de elect. dub.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 3. *num.* 8. dicit ex Biaxio *d. p.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. *verſ. & nota*, Franc. Marc. *deciſ.* 1342. Lambertino *de iurepatr.* 2. *p.* 2. *lib.* 6. *princ. art.* 26. *n.* 7. *la* 251. inter impreſſas, oppoſitionem contemptus fieri debere intra terminum ad eligendum conſtitutum. An autem ſuſpendatur per appellationem poſſeſſio ante illam apprehenſa, ſi petas, reſpondebit Barboſa *voto* 39. *n.* 74. quod non.

Dubitatur quartò, *An elector Religioſus ſpretus* 647 *poſſit petere irritationem electionis, ad quam de iuſtitia vocandus erat?* Ratio dubitandi eſt, quia Religioſus non habet velle, aut nolle, ſed omnia eius iura diſpoſitioni Superioris relinquuntur, ita vt habeatur pro mortuo ciuiliter. Vnde videtur, quod nequeat proſequi ſui cõtemptum ſuo inuito Superiore.

Sed hoc non obſtante reſpondeo bene poſſe Religioſum non vocatum ad electionem, in qua ſuffragari potuerat, illius irritationem in iudicio petere, ſui contemptum proſequendo. Et ratio eſt, quia licèt ex profeſſione reſultet, quod Religioſus cenſeatur ciuiliter mortuus, hoc ſolùm eſt verum in caſibus in iure expreſſis, de quorum numero neutiquam eſt, de quo in præſenti. Nullo enim iure prohibitum eſt electoribus Religioſis, quod petant irritationem electionis, in qua votum ſuum dare potuerunt. Et ita tenet Samuellius *de elect. tract.* 1. *diſp.* 2. *contr.* 9. *concl.* 2.

Quintò dubitatur, *An electio ſit ipſo iure nulla,* 648 *ſi ſaltem duæ partes eorum, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, non fuerint vocatæ,*

quamvis

quamuis maior pars eorum, qui fuerunt congregati, in vnum conſenſerit? Vt quæſitum iſtud meliùs percipiatur, libet illud exemplo illuſtrare. Sunt in vno Cœnobio, v.gr. triginta vocales, qui debent, volunt,& poſſunt intereſſe Abbatis electioni. Præſidens, qui ad electionem vocare debebat, ſolùm decem & nouem citauit, vndecim aliis ſpretis. Decem & nouem in Capitulo Congregatis decem illorum in vnum conſenſerunt, quæritur, *An illius electio ſit canonica, & valida, & cenſenda à maiori ſuffragiorum parte facta?* &, *An in caſu, quo inualida ſit, poſſit ab ſpretis ratificari?*

Reſpondet Samuellius *dicta diſp.* 2. *controu.* 10. negatiuè, quoad vtramque quæſiti partem. In prima enim concluſione aſſerit, electionem eſſe ipſo iure inualidam, & nullam. Quia in electionis negotio congregari debent ſaltem duæ partes illorum, qui debent, volunt, & commodè venire poſſunt: & tunc valebit quidquid maior reſoluit, & diſponit pars; aliàs non conſiſtit ibi vniuerſitas, ſi non ſint ad minùs duæ partes, vt notatur *in l. nulli*, & *in l. planè, ff. Quod quiſque vniuerſitatis nomine, vel contra eam agetur.* Electio autem canonica, vt rata, & valida fiat, collegialiter celebrari debet, & provt ab vniuerſitate, pro quo vide *ſubſect.* 3.

649 In ſecunda verò concluſione, quam etiam tenet Dubal *quæſt.*10. ita fatur Samuellius: Electores ſic contempti, nimirum non vocati ad electionem, ad quam de iure intereſſe debebant, atque vocandi erant, minimè poſſunt huiuſmodi electionem ipſo iure nullam ratificare, ac validare. Pro illa reproducit rationem pro prima modò adductam. Et addit: Quoniam debent conſentire in ſcrutinio cum aliis congregati, iuxta caput *Quia propter.*

Allegat pro vtraque concluſione Compoſtillatorem in hoc caput *Quia propter, num.*29. *el* 42. *de elect.* Bellameram *ibidem*, §. *Niſi fortè, verſ. Tertiò quæro*, Panormitanum *num.* 5. & 12. iuncta doctrina, quam tradit *in cap. Quod ſicut*, §. *ſuper eo, num.* 9. & *in cap. In Geneſi, num.*1. *el* 55. *eod. tit.* & *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.* Marc. *quæſt.* 924. *num.* 3. *p.* 1. Toloſ. *in tit. de Electione, cap.* 15. *num.* 5. Martham *in ſuo Digeſt. nouiſſ. eod. tract. cap.* 6. Cuchum *Inſtitutionum maiorum lib.* 4. *tit. de Electione, num.*52. Sigiſmundum à Bononia *de elect. cap.*2. *dub.*10. *num.*11. & 12. & Rotam *in Treuerenſi Abbatiæ S. Maximi*, 20. *Nouembris* 1624. *coram Coccino*, §. *ſecundò principaliter, in fine.*

650 Conſonare videtur Peyrinus concluſioni 1. *de priuil. tom.*3. *cap.* 13. *num.*8. vbi dicit, quod Capitulum repræſentatur in duabus tertiis partibus electorum, & quod huiuſmodi duæ partes poſſunt vocare abſentes, vt in termino ab eis aſſignato veniant ad electionem. Quod probat *ex cap. Cùm inter vniuerſas, el* 18. *de elect.* vbi Abbas *num.* 3. & *in cap. Cùm nobis, num.*9. *eod. tit.* vbi Butr. *num.*32. Anchar. *num.* 4. *verſ. Quærit, gloſſa* 2. Zabarel. *quæſt.*4. Ioann. Andr. *num.* 27. Innocent. *num.* 5. Petr. Bayſius *in Directorio electionis, part.* 3. *cap.*6. *numer.*1. Caſtell. *de elect. cap.*6. *num.*5. & 14. & Petr. Gregorius *de electione, cap.* 14. *num.* 14. Et ratio, inquit, eſt, quia terminus illius menſis eſt conſtitutus fauore Capituli. Ergo poteſt Capitulum, quod repræſentatur in duabus partibus, illi renunciare.

651 Et *num.* 9. in ſequentia prorumpit, reſpondendo ad hoc dubium, *An volentes propter bonum commune tempus illud abbreuiare, poſſint id facere, recuſante præſidente in Capitulo præſidere?* Ad quartum reſpond. quod poſſunt duæ tertiæ partes electorum, idest tres ex quatuor (loquitur in terminis ſui Ordinis Minorum, in quo quatuor ſunt electores) ad vitanda damna Communitati imminentia, tempus illud vnius menſis abbreuiare, etiam recuſante præſidente Capitulo intereſſe, & ſtatuta per illos die ad electionem procedere. Moueor, quia iam dixi hìc *ſuprà num.* 8. quod poſſunt duæ partes tempus illud abbreuiare. Ergo hoc etiam poterunt facere, licèt ille ſolus, qui contradicit, ſit Capituli Præſes. Conſequentia conſtat. Tum quia abſurdum eſt negotia communitatis particularium contumaciâ impediri, vt habet de Bayſio *de elect. p.* 3. *cap.* 4. *num.*3. Abbas *in cap. In cauſis, de electione, num.* 9. Tum quia non in fauorem electorum eſt tempus à iure ſtatutum, ſed in fauorem collegij, vt dicitur in ſimili *in cap. Si diligenti, de foro competente*; quod locum habet præſertim in electionibus, vbi mora eſt ſuſpecta, & damnoſa. At collegium in duabus tertiis partibus repræſentatur. Ergo poſſunt dictæ duæ partes dicto fauori renunciare. Ita Anchar. *in cap. Cùm nobis, de elect. quæſt.* 1. Tum quia Præſes Capituli in negotio electionis nihil plus habet, ſublatâ præſidentiâ, quàm reliqui. Tum quia aliter poſſet malitiosè negotium electionis differre, interimque per ſordes, vel laicæ poteſtatis abuſum indigni electionem procurare. At hominum malitiis indulgendum non eſt, iuxta legem *in fundo, ff. de rei vindicatione.* Et pro iſta reſolutione adduco omnes citatos numero præcedenti, quatenus dicunt, quod duæ partes præſentes repræſentant totum Collegium, præſertim quando agitur de prouidendo bono communitatis. Et in ſpecie ſtat pro nobis expreſsè Abbas *loco citato, in fine*, quatenus habet quod quando Collegium per ſe congregatur, ad hoc vt poſſit contumaces conſtituere non venientes, debent adeſſe in dicto collegio duæ tertiæ partes, ad hoc vt electio ab illis facienda ſit valida: quod etiam notauit Innocentius *in cap.* 2. *de noui operis nuntiatione, num.*2. Cùm hìc ergo adſint duæ tertiæ partes electorum, vnius malitia, etiamſi Præſes ſit, non debet communitati obeſſe. Hæc omnia Pater Laurentius de Peyrinis, cuius doctrinam adamuſſim libuit reddere, quia caſus ſæpe contingere poteſt, vt de facto non multis abhinc annis contigit in electione cuiuſdam Prælati: & quidem non ſine Conuentus iniuria maxima, ſingulorum electorum, & Cœnobij detrimento, & dedecore, ac bonorum temporalium iactura.

Conſonare videtur Peyrinus, dixi, ſed non conſonat. Quia Samuellius in ſententia loquitur Baldi aſſerentis, non conſiſtere vniuerſitatem, niſi vbi congregati fuerint ad minus duæ partes; Peyrinus autem loquitur in ſententia Abbatis *in cap. In cauſis, de elect. num.* 9. qui aſſerit, ſicut Tamburin. *tom.* 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 28. Raggius *centur.* 2. *tract.*7. *cap.*156. *num.*2. cum Lauorio *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 17. & Barboſa *de iure Eccleſ. cap.* 19. *num.* 98. ius vniuerſitatis in vno ſolo reſidere poſſe, aliis remotis, & longè agentibus, *cap. Gratum, de poſtulat. Prælat.* & *l. ſicut, ff. Quod quiſque vniuerſitatis.* Citati autem comparere nolentes, iuxta caput *Cùm nobis olim*, & ibi gloſſam, faciunt ſe alienos. Vnde abſurdum eſt illos in numero computari vocalium, non minùs quàm remoti, & longè agentes. Ac per conſequens neceſſe non eſt ad conſtituendam vniuerſitatem, duas tertias partes congregari, ad conuo- 652

cationem præſidentis; ſed quod conuocentur, & citentur, quando commodè fieri poteſt. Neceſſariò verò congregari debent dictæ duæ partes ad conſtituendam vniuerſitatem, quando per ſe vocales congregantur, & non ad præſidentis conuocationem. Et in hoc ſenſu intelliguntur dictæ leges, *Nulli*, & *Planè*, per Samuellium allegatæ, à Raggio, & aliis. Et quod dicta fuerit Peyrini mens, declarat ipſe *num.* 11. *dicti cap.* 13. dicens, quod ſi omnes electores ſint abſentes præter vnum, ille ſolus in die vltimi termini poteſt electionem facere. Plures allegat DD. Idem dicit *num.* 19. Vide Tamb. *d.* 5. *q.* 3. *n.* 23. *& ſeqq.*

653 Sed dubitari poteſt, *An duabus ex tribus electorum partibus congregatis, poſſint præſidentem ad electionem vocare, vt die à iure præfixâ illa celebretur?* Reſpondet Peyrinus *d. cap.* 13. *num.* 14. poſſe ſi volunt, ad abundantiorem cautelam, illum monere, vti docere videntur Zabarella *in cap. Cùm nobis, de electione, quæſt.* 4. Butrius *num.* 34. & Archidiaconus *in cap. Volumus, d.* 89. non tamen ad id teneri; quia quando terminus interpellat, vocatio non eſt neceſſaria, ex his, quæ ex dicto Authore adduxi in reſponſione ad dubium 2. *n.* 643.

Nec valet dicere. Inferior Superiorem citare non poteſt, ſeu par in parem non habet imperium. Ergo, &c. Reſpondet Peyrinus *num.* 15. quod iſtæ non ſunt citationes, ſed ſimplices monitiones, ſeu requiſitiones, aut intimationes, quas facere poſſunt non ſolùm pares, ſed minores, vti habetur expreſsè *in cap. fin. d.* 65. & docent Innocent. *in d. cap. Cùm nobis, de electione, num.* 5. Zabarella *q.* 4. *in princ.* Anchar. *num.* 4. *verſ. Quintò oppono.* Butrius *num.* 34. Abbas *num.* 10. Et aduertit Peyrinus, quod non ſint neceſſariæ ſolemnitates peremptorij, & trium citationum, ſicut in iudiciis; ſed poſtquam ſemel fuerit vocatus, ex gratia, vt in termino à iure ſtatuto veniat ad eligendum; ſi non venerit, poſſunt electores electionem facere. Ita ille ex Innocentio, Butrio, Abbate *locis cit.* Zabarella *quæſt.* 5. Anchar. *quæſt.* 3. de Bayſio *de electione, p.* 3. *cap.* 15. *num* 4. *&* 5. & ex hac ratione, quia trina monitio, ſeu vna pro tribus, cum termino peremptorio, eſt ſolùm neceſſaria in citationibus iudicialibus, vt *in cap. De illicita*, 24. *quæſt.* 3. at verò in monitionibus, ſeu intimationibus vna ſolùm monitio requiritur, vt *in cap. ſi Epiſcopus, d.* 18. Quod bene docuerat ipſe Peyrin. *eod. tom.* 3. *cap* 9. *num.* 14. dicens: Et aduerte etiam, quod in vocatione abſentium non requiritur trina monitio, ſed ſufficit vna vocatio, ſeu requiſitio. Gloſſa *in cap. Si Epiſcopus, verbo Præceptione, d.* 18. Innocent. *in cap. Cùm nobis, de elect. num.* 5. Abbas *num.* 10. P. de Bayſio *in directorio electionis, p.* 3. *cap.* 11. *n.* 4. Nam regulariter in requiſitionibus extraiudicialibus ſufficit vna requiſitio, præſertim quando par requirit parem, vt ait dicta gloſſa, & Panormitanus. Neque obſtat caput *Plebs, d.* 63. vbi plures vocationes requiruntur. Nam id fit de gratia, vt notat Boerius *ad Ma. dag. de electione, p.* 1. *cap.* 18. *litt.* C: ſeu dic, quod illæ plures vocationes Cleri non ſunt ad eligendum, ſed ad conſentiendum, ſeu videndum eligere Paſtorem, vt ibi gloſſa *verbo Ex omnibus.* Hactenus Peyrinus.

654 *Sextò* principaliter dubitatur, *An qui ſciunt mortem Prælati, quia fuerunt præſentes, vocari debeant ad ſucceſſoris electionem?* Reſpondeo, quod ſic, quia *in cap. Quia propter, el* 42. *de electione*, indiſtinctè ſtatuitur abſentes vocari. Et ita docent gloſſa *in cap. Cùm inter vniuerſos, verbo Cognouerunt, in fine, el* 18. *de electione*, vbi Barboſa *num.* 8. cum Abbate antiquo, *num.* 1. Compoſtellano *in princ.* Hoſtienſe *num.* 12. Ioann. Andr. *num.* 15. Anchar. *num.* 3. Butrio *num.* 17. Panormitano *num.* 10. Imola *num.* 7. Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum, tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 30. Peyrino *d. c.* 13. *num.* 16. addente, etiamſi diem, & horam ſciant. Limitat Barboſa, dummodo in loco ſint, à quo vocari debeant, ideſt (addit) ſi haberi poſſunt. Quem etiam vide infrà *poſt num.* 656. *in fine.* Et Peyrinus etiam limitat dicens: Hoc tamen intellige, quando terminus non inſtat.

DIVISIO SVBSECT. II.

BREVIARIVM.

Abſolutio.

Præcedere debet electionem canonicam abſolutio generalis à cenſuris, ad cautelam, ſub forma præſcripta. n. 672.

Conceditur abſolutio iſta ad reincidentiam. numero 673.

Conceditur ad tollendos ſcrupulos, & ambiguitates. num. 674.

Dicta abſolutione præcedente, ſi electores, & electi aliquâ cenſurâ innodati reperiuntur, eo ex capite validæ erunt electiones. n. 674.

Non ſortitur effectum dicta abſolutio in inſordeſcente per annum, immò & per quatuor menſes in cenſura. num. 674.

Non afficit abſentes dicta abſolutio. n. 675.

Nec ſe extendit ad ea, ad quæ facultas præſidentis, iure communi, & priuilegiorum inſpecto, non ſe extendit. n. 676.

Axioma.

De ſimilibus idem eſt indicium. n. 656.

Conceſſo aliquo, omne id conceſſum videtur, ſine quo illud expediri nequit. num. 674.

Cenſura.

Inſordeſcens in cenſura per annum, hæretico comparatur. n. 674.

Citati.

Ad vnum actum citati, debent adeſſe illâ horâ, quâ ille actus expediri ſolet. num. 656.

Clauſula.

Clauſula: Te abſoluentes à quibuſuis cenſuris, ad effectum præſentium, quid importet. n. 674.

Clauſula adiici ſolita, ſi non inuenitur adiecta, præſumitur per obliuionem prætermiſſa. n. 674.

Conuocatio.

Conuocatio electionem præcedere non debet, quando adeſt in Religionibus contraria diſpoſitio à Sede Apoſtolica confirmata. n. 665.

Diſpenſatio.

Electionem canonicam præcedere debet ad cautelam diſpenſatio ſuper irregularitatibus, ſub forma præſcripta. 672.

Conceditur ad reincidentiam. n. 673.

Et ad tollendos ſcrupulos, & ambiguitates. numero 674.

Præcedente dicta diſpenſatione, ſi electores, & electi aliqua irregularitate innodati reperiantur, electiones eo ex capite validæ erunt. n. 674.

Abſentes non afficit præfata diſpenſatio. numero 675.

Ad

Ad ea, ad quæ Præſidentis facultas non ſe extendit, iure communi, & priuilegiorum inſpecto, non ſe extendit. n. 676.

Electio.

Electio horâ conſuetâ celebrari poteſt, ita vt citati expectari non debeant vſque ad finem diei; poſſunt tamen expectari. n. 655.

Electionis terminus currit de die ad diem, & de momento ad momentum. n. 656.

Electio Regularium ſecreta eſſe debet. num. 657. & 661.

Non poteſt fieri per litteras Regularium electio. numero 661.

Electio vt valida ſit, debent eligentium ſuffragia, non ante ſcrutinium, ſed in ſcrutinio ipſo ſecretè, & ſigillatim exprimi. n. 662.

Electionem præcedere debet ſuffragiorum legitimatio. n. 666.

Debet etiam præcedere tractatus conſultiuus, & qualis. n. 666.

Item Oratio præcedere debet electionem. n. 669.

Debet præcedere Miſſa Spiritus ſancti, & illius inuocatio cum hymno, Veni Creator. *n.* 670.

Debet etiam præcedere de eligendo magis idoneo iuramentum. n. 671.

Debent denique præcedere abſolutio generalis à cenſuris, & diſpenſatio ſuper irregularitatibus, vti dictum eſt verbo Abſolutio, *& verbo* Diſpenſatio.

In dubio circa maiorem, aut minorem eligendorum idoneitatem poſſunt ſe conformare cum Generale electores. n. 667.

Electores.

Electores præſentes, & abſentes, qui ob iuſtum impedimentum accedere non valent ad electionis locum, procuratores conſtituere poſſunt, his ſeruatis conditionibus. n. 657. & 664.

Prima conditio, vt non detur ſpeciale mandatum de certa eligenda perſona. n. 657.

Intellige, ſi electio ſit Prælati, vel Officialis Regularis. n. 661.

Secunda, vt abſentes ſint in loco, vnde euocari poſſint. n. 657.

Tertia, quod iuſto impedimento detenti accedere non poſſint. n. 657.

Quarta, quod procuratores ſpeciale habeant mandatum ad iurandum ſuper dictum impedimentum. numero 657.

Quinta, vt procuratores de electorum numero ſint. num. 659.

Poſſunt etiam extraneos conſtituere procuratores, ſi intereſſe electioni volunt. n. 659.

Limita, vt ſuprà.

Poſſunt plures conſtituere procuratores, in ſolidum tamen; & quis illorum præferendus. n. 660.

Electores etiam non impediti, procuratores conſtituere poſſunt, ſi illos alij de Capitulo ad electionem admittere volunt. n. 658.

Limita vt ſuprà, & infrà. n. 665.

Procurator non poteſt vnum eligere nomine ſui principalis, & alium nomine proprio, niſi habeat ſpeciale mandatum de aliquo nominando. Quod tamen mandatum dari non poteſt pro electione Prælati, aut Officialis Regularis. n. 661.

Procurator ſtatim ac qui illum conſtituit, moritur, ceſſare debet; facta tamen ab eo ante mortis notitiam, valida erunt. n. 663.

Procuratoris ad electionem conſtitutio non tenet, quando in contrarium adeſt ſtatutum à Sede Apoſtolica approbatum. n. 665.

In quibus congregationibus ſimile adſit ſtatutum. numero 665.

Epiſcopi.

Ante trigeſimum ætatis annum completum non poteſt eligi Epiſcopus. n. 656.

Irregularitas.

Per abſolutionem, Abſoluo te à cenſuris & pœnis; *diſpenſari ſuper irregularitate, quæ eſt pœna ob delictum ex quo prouenit, ſunt qui dicant; ſunt qui negent.* num. 677.

Litteræ.

Quod litteris etiam priuatis mandatur, ex ſe publicum eſt, & per accidens non publicatur. numero 661.

Profeſſio.

Ante completum Nouitiatus annum, & decimumſextum ætatis, fieri non poteſt profeſſio Religioſa. numero 656.

Publicum.

Ex ſe eſt publicum, quod litteris, quamuis priuatis, traditum. n. 661.

SEptimò dubitatur, *An qui non veniunt die præfixa, horâ mane conſuetâ, debeant expectari circa finem diei?* Ad hoc reſpondet Peyrinus *eiſdem cap.* 9. *num.* 13. & *cap.* 13. *num.* 17. quod non eſt neceſſe eos expectare vſque ad finem diei, ſed poſſe, qui ſunt præſentes, electionem hora ſolita facere. Allegat Petrum de Bayſio *in directorio electionis, p.* 3. *cap.* 11. *num.* 20. Mandag. *de elect. p.* 1. *cap.* 17. Anchar. *in cap. Cùm nobis, de elect. in fine*, vbi Butr. *num.* 35. Ioann. Andr. *num.* 32. Caſtellin. *de elect. cap.* 6. *num.* 11. *&* 15. Innocent. *num.* 5 Abbas *numer.* 11. Felinus *in cap. Cùm M, de conſtit. num.* 6. & dictum Ioannem Andream *ad Speculatorem, de elect.* §. 1 *num.* 7. *verbo Diem.* Et recenſet, quod ait Mandag. videlicet, quod in electionibus, in quibus ſobrietas exigitur, & conſueuit Miſſa Spiritus ſancti celebrari, niſi abſentes mane veniant in die, quæ eis extiterit aſſignata, præſentes poſſunt procedere, illorum abſentiâ non obſtante. Quod etiam docet Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 30. & Doctor Gabriel Martinez *in voto* 106. apud Barboſam *tom.* 2. *votorum deciſiuorum, num.* 113 ait: Electores non venientes tempore ſtatuto, non ſunt amplius expectandi; & *num.* 114. dicit, quod electio quantocyùs fieri debet: & *num* 5 ait, quod electio deuoluitur ad Superiorem elapſa die præfixa ad illam celebrandam: & *num.* 58. *immediatè ſequenti*, addit, ipſo iure eſſe nullam, ſi poſt elapſum terminum eligant electores. 655

Et rationem reddit hanc: Quia citatus ad certum actum, debet adeſſe illâ horâ, quâ ille actus ſolet expediri. Felin. *in cap. Conſuluit, de Offic. delegati, num.* 5. Tum etiam, quia quando hora eſt de conſuetudine, vel natura actus, expreſſio diei habetur pro expreſſione horæ. P. de Bayſio loco citato, *num.* 2. Poſſe tamen eos expectare, ſi volunt, dum tempus non expirat, addit ex Boerio Peyrinus, & conſulit, vt expectentur circa finem diei, ita vt ſemper ſuperſit tempus, in quo poſſit electio celebrari de die, argumento capitis *Conſuluit*, modò citati. Barboſa *in voto* 39. *n.* 34. dicit, quod quando electionis faciendæ tempus non eſt in vltimo termino, taliter quod non ſit electio de proximo deuolubilis ad Superiorem, abſentes debent expectari vſque ad vltimum diem. Et Dubal *p.* 2. *q.* 20. *n.* 36. ait: *Lo ſexto ſe aduierte, que llegado el tiempo, y hora determinada, para la eleccion, pueden hazerla los que ſe allaren preſentes, aunque no ayan venido los au-* 656

ſines, que han ſido llamados: aunque tambien pueden aguardarlos, ſi quiſieren con tal que no ſe paſſe el tiempo en que ſe debe hazer la eleccion.

Conſulo tamen ego, vt non expectetur circa finem temporis, ſeu horæ, in qua perfici debet electio, vt lites vitentur, & electio ipſa ſine contingentia nullitatis, & deuolutionis ad Superiorem maneat. Quod ideò conſulo, quia tempus à iure pro electione præfixum, currit, & computatur de die ad diem, & de momento ad momentum. Quia cùm hoc tempus inductum ſit in fauorem Eccleſiarum, vt ipſis quamcitò de Paſtoribus, & de Sponſis prouideatur, & in odium negligentiũ eligere, ne Eccleſiæ detrimentum patiantur, non debent vltra terminum præfixum vacare, *cap. Ne pro defectu, de electione.* Vacarent autem vltra dictum terminum, niſi hoc ſpatium computaretur à die; immò, & ab hora, & à momento, ad diem, horam, & momentum, vti docet dictus Peyrinus *c. 9. citato, num. 17.* cum Mandag. *de elect. p. 1. cap. 3.* vbi Boerius *litt. M.* & Lauorius *eod. tr. tit. 4. cap. 18. num. 20.* Quod illuſtratur, & probatur à ſimili in eligendo ad Epiſcopatum, qui debet habere trigeſimum annum completum ætatis, *cap. Cùm in cunctis, de electione,* & in admittendo ad profeſſionem Religionis, in quo requiritur annus completus nouitiatus, & decimusſextus ætatis. Sic & in noſtro caſu. De ſimilibus enim idem eſt faciendum iudicium, vti bene idem Peyrinus *ex cap. Inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi.*

Quod ſi petas, an præfixio diei pro electione celebranda, ſit de ſubſtantia illius, necne? Reſpondebit Barboſa *voto 47. num. 55.* quod non, ſed ex iuſtitia. Ex quo Doctore *num. 169. eiuſdem voti*, aduerto, quod diem aſſignatam pro electione ſcientes, non ſunt ampliùs vocandi. Sed de hoc vide ſuprà, *num. 654.*

657 Dubitatur Octauò, *An electores, ſeu vocales præſentes, qui ob iuſtum impedimentum accedere non valent ad Capitulum, Chorum, Eccleſiam, vel ad quemlibet locum, in quo celebranda ſit electio, & ſimiliter abſentes, poſſint Procuratores conſtituere, qui ſuffragia nomine ipſorum conferant; & quinam huiuſmodi mandati capaces ſiant, vt illud exequi queant?*

Reſpondetur poſſe, ita S. Congregatione Cardinalium declarante per hæc verba relata per Petrum Marzillam *ad decreta Concilij Tridentini, lib. 1. tit. 2. pag. mihi 41. verſic. aut alios,* & per Nicol. Garciam *de beneficiis, part. 5. cap. 4. num. 200. Procuratores legitimè conſtituti, cum generali mandato ad eligendum, ab iis, qui legitimè impediti ſunt, non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona; quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum, prout in hoc decreto,* Tridentini ſcilicet *ſeſſ. 25. cap. 6.* Immò & illis eſt iure antiquo conceſſum *in cap. Quia propter, §. illud autem, el 42. de electione,* vbi gloſſa *verbo venire*, Abbas *num. 1.* Barboſa *num. 37.* cum Azorio *p. 2. lib. 6. cap. 14. quæſt. 7.* Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub. 14. à princ.* Mantica *deciſ. 268. num. 5. & 6.* & *deciſ.* 288. Layman. *lib. 14. tract. 2. cap. 12. num. 4. verſ. dico quartò.* Lauorio *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 14. ex num. 45.* referente *ex num. 47.* Rotæ deciſionem *in Calagurritana beneficij de Marillo, 13. Non. 1610. coram Vbaldo*; in qua fuit deciſum, tria requiri ad hoc vt votum abſentis per procuratorẽ poſſit ſuſtineri; quæ ſunt, vt quis ſit in loco vnde euocari poſſit; & quod iuſto impedimento detentus, venire non poſſit; & quod Procurator habeat mandatum ad iurandum ſuper dictum impedimentum. Addo prædictis Tamburinum *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. quæſt. 4. num. 1.* Lezanam *in ſumma qq. Regular. tom. 1. p. 1. cap. 15. num. 8.* qui prædictas, & alias S. Congregationis declarationes authenticas, ſe ipſum acce piſſe ab Illuſtriſſimo illius Secretario Franciſco Paulutio, tenoris ſequentis, teſtatur.

In libris S. Congregationis Concilij reperitur regiſtratum vt ſequitur. Die 21. May 1601. S. Congregatio Concilij cenſuit ex decreto cap. 6. ſeſſ. 25. de Regularibus, non eſſe prohibitum Superioribus Regularibus, vt aliquem Patrem ſui loco delegent, mediante mandato procuratorio generali, vt ſuo nomine electionem faciat. Procuratores legitimè conſtituti, cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui impediti ſunt, non excluduntur à S. Concilio, ſi ſit generale, & non ſpeciale, de eligenda certa perſona. Idem in vna Minimorum S. Franciſci de Paula, 13. Nouembris 1632. Idem in vna ſancti Pauli primi Eremitæ, 5. Aprilis 1631.

PETRVS ALOYSIVS CARDINALIS CARAFA.
FRANCISCVS PAVLVTIVS S.C. Concil. Secr.

Quod etiam non impediti poſſint procuratorem ad electionem conſtituere, ſi alij de Capitulo 658
velint illum admittere, non obſtante dicto capite *Quia propter, §. illud autem*, docet Tamburinus *loco citato*, quia prohibitio in illius diſpoſitione contenta, in ipſorum electorum fauorem emanauit, cui ipſi renunciare poſſunt. Et quia electores poſſunt eligendi ius penitus extraneo communicare, *cap. Scriptum, de electione.* Ergo à fortiori poterunt, ſi velint, Procuratores admittere eorum de collegio, qui impediti non ſint. Quod expreſsè docuerat Abbas *in d. cap. & §. num. 1. in fine*, ibi: *Vnum tamen ſcias, quod ſi alij de Capitulo, &c.*

Procurator autem conſtitutus debet eſſe vnus de 659
numero eorum, qui ſunt legitimi electores, præſentes in loco electionis. Ita Panormit. *vbi proximè, num. 2.* ex textu *in dict. cap. Quia propter, §. illud autem,* ibi: *Vni de collegio*; & *in cap. penult. eod. tit. lib. 6.* Tamburinus *d. quæſt. 4. num. 2. & 7.* Addunt tamen poſſe extraneum conſtituere, ſi electores intereſſentes electioni id permittant. Quia ſi iſti poſſunt extraneos ad electionem admittere, poterunt à fortiori admittere procuratorem illius, qui eſt de collegio.

Et poteſt elector, qui ad electionem venire non 660
poteſt, non modò vnum, verùm plures procuratores conſtituere, in ſolidum tamen, & tunc melior erit priùs occupantis conditio; ſi autem omnes conſtituti ſe ſimul præſentent, in optione Capituli erit, quem velit admittere; & à Capitulo admiſſus, erit præferendus. Quod ſi vna pars Capituli vnum vult admittere, & alium altera; ille erit præferendus, qui primò eſt in procuratione nominatus per Ordinem ſcripturæ. Ita habetur expreſsè deciſum *in cap. Si quis, el 46. de electione in 6.* & docet ibi gloſſa *verbo Pluribus, verb. Inſolidum, verb. Tunc, verb. Occupantis, verb. Inſimul, verb. Dumtaxat, verb. Pars, verb. Elegerit, verb. Nequeant, verb. Nominatus.* Barboſa *n. 1.* cum pluribus, quos *n. 2.* allegat Tamburinus *tom. 1. diſp. 5. quæſt. 4. num. 4. & 5.*

In ſolidum tamen, additum eſt. Quia ſi omnes ſimpliciter fuerint conſtituti, nullus eorum erit ad electionem admittendus. Ita ſtatuitur *in dict. cap. Si quis, §. Si autem,* & docent gloſſa *verbo Admitti,* & Tamburinus *n. 5.*

Et venit notandum, quod Procurator non po- 661
teſt

teſt vnum ſuo eligere nomine, & alium nomine ſui principalis, niſi habeat ſpeciale mandatum de aliquo nominando. Tunc enim illum eliget nomine ſui principalis, & quem digniorem iudicauerit, nomine proprio, in vim dictæ Decretalis *Si quis*, §. *Porro*. In electionibus tamen Prælatorum, & officialium Regularium ceſſat illius diſpoſitio per aliam Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus*, ordinantem, quod vota ſecretè tradantur. Secreta autem neutiquam eſſent, ſi abſentes Procuratores conſtituerent cum ſpeciali mandato de certa perſona eligenda. Ita declarauit S. Congregatio *ſuprà, num. 657.* & docent Barboſa *loco citato, num. 15.* cum aliis. Tamburinus *dict. diſp. 15. q. 4. n. 6. fol. 35.*

Ex qua rurſus Tridentini diſpoſitione etiam habemus, non poſſe abſentem eligere aliquem per litteras, quia ſuffragium ſecretè non traderet. Quod enim litteris, ſeu ſcripturæ, etiam priuatæ mandatur, ex ſe non eſt ſecretum, ſed publicum, & per accidens ſolet non publicari.

662 Immò idem habemus ex iure antiquo expreſsè deciſum *in cap Si quis, §. Abſens, el 42. de elect. lib. 6.* vbi gloſſa *verb. Votum ſuum*, Barboſa *num. 17.* cum Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub. 14.* Tamburinus *dict. diſp. 5. quæſt. 4. num. 7.* Et eſt ratio clara, quia eligentium ſuffragia non ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio ſecretè, & ſigillatim debent exprimi, vt valida illa ſint, vt *in dicta Decretali*, & priùs *in cap. Quia propter, eod. tit.* ſtatutum fuit. Et ita docet Barboſa *voto 47. n. 154.*

663 Hic aduertere duxi, quod ſi elector, qui procuratorem conſtituit, interim obeat, & vita decedat, ac moriatur, procurator debet ceſſare; facta tamen ab eo, tam de ſcrutatoribus, quàm de aliis rebus ante notitiam habitam de morte Domini conſtituentis, ſiue ſui principalis, firma, & valida erunt: & ſi perficeretur electio ante mortis illius notitiam, erit ſimiliter rata, & firma. Ita Tamburinus *num. 8.* cum Archidiacono *in dict. cap. Si quis, n. 3. in princ.* per textum *in l. qui procuratorem, ff. de procuratoribus*, & *in l. vlt. ff. ſi certum petatur.*

664 Si quis obiiciat Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus*, prohibens *voces, & ſuffragia abſentium ſupplere*: ac per conſequens prohibere videtur procuratores conſtituere, qui ſuppleant voces abſentium, qui ad electionem venire non poſſunt.

Reſpondeo, intentionem Concilij non fuiſſe prohibere, quin iuxta iuris antiqui diſpoſitionem electores abſentes legitimè impediti procuratores ad eligendum conſtituere poſſint, ſi alias illis non eſt interdictum per ſuarum Religionum ſtatuta, conſtitutiones, aut diffinitiones, vti docet Tamburinus *dict. diſp. 5. quæſt. 4. num. 9.* ex duplici declaratione S. Congregationis Interpretum eiuſdem Concilij, quas recenſet. Vnam ex Paſſarello *in compend. priuileg. Ordinis S. Franciſci de Paula, tit. Canones Concilij Tridentini ad Regulares pertinentes*, teſtante, ſibi ex ciuitate Litij conſulenti, die 8. Auguſti 1570. ſic reſpondiſſe dictam S. Congregationem, videlicet.

Quod ſi ex inſtitutis, aut decretis alicuius Religionis liceat Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis, mittere ad Capitulum Generale alium Fratrem, qui tanquam eorum procurator, ſuo loco, & nomine det vocem in electione, Concilium Tridentinum id non prohibuit. Alteram infert ex Caſtell. *tract. de electione, cap. 5. num. 98. circa finem*, tenoris ſequentis.

Item ex decreto dicti cap. 6. non eſſe prohibitum Superioribus Ordinum, quibus id ex Regula conceditur, vt aliquem Fratrem idoneum ſuo loco delegent, ſeu mittant ad Capituli Generalis celebrationem, vt ſuo nomine electionem faciat; ſi ex inſtitutis, & decretis Religionis ſuæ licet Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis mittere alium ad Capitulum Generale, qui ſuo loco, & nomine ſuffragium ferat.

Quæ dicta ſunt circa conuocationem ad electionem, & circa facultatem conſtituendi Procuratores, procedunt de iure communi, & niſi per conſtitutiones, aut ſtatuta Religionum, à Sede Apoſtolica approbata, ſecus diſpoſitum ſit, vti bene aduertit Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 5. quæſt. 4. num. 10.* quò loci ait, in Congregationibus Caſſinenſi, Valliſumbroſana, & Cœleſtinorum non admitti, electores abſentes per ſubſtitutum procuratorem vocem in Capitulo, neque per epiſtolas, aut nuntios ſupplere. In noſtra autem obſeruatur diſpoſitio conſtitutionis S. Facundi *in cap. 3.* in qua ſic habetur *num. 10.* *Si algun Abbad, ò Preſidente, por legitimo impedimento de enfermedad, ò otro que no eſte en ſu mano el remediarle, no pudiere ir a Capitulo, embie en ſu lugar otro Religioſo, que lleue carta para la Congregacion, en que de cuenta de ſu impedimento, y de que embia en ſu nombre, y con ſu poder, al tal Religioſo. Y eſta carta baſte por poder, para que pueda aſſiſtir en Capitulo, y tener el lugar, acciones, y derechos, que tubiera el miſmo Abbad, por razon de ſer Abbad de la tal caſa, ſi aſſiſtiera perſonalmente.* Et *num. 12.* dicitur: *Lo miſmo ha de hazer el Abbad ſuſpenſo, ſi tubiere legitimo impedimiento, para no ir à Capitulo.* Et denique *num. 14.* *el Capitular que no fuere Abbad, y por legitimo impedimiento como dicho es, no pudiere hallarſe en Capitulo General, ha de embiar carta à la Congregacion, en que de cuenta de ſu impedimiento: però no ha de embiar Religioſo en ſu lugar, ni ſu auſencia podra prejudicar à los actos capitulares. Sino fuere en perſona, ò no embiare carta de eſcuſa, ſea caſtigado à aluedrio de la Congregacion.* 665

666 Vltra duo prædicta, ſepulturam ſcilicet Prælati, & conuocationem electorum, alia etiam præcedere electionem debent. In primis debet præcedere legitimatio ſuffragiorum. Quæ certè in noſtra Congregatione in prima ſeſſione Capituli Generalis fit ſingulo quarto anno, Sabbato ante quartam Dominicam poſt Paſcha, vti ſtatutum anno 1613. *in declaratione cap. 5. num. 10.* conſtitutionis S. Facundi, ſub tenore ſequenti: *Ordenamos, y mandamos, que la primera ſeſſion del Capitulo General, que ha de ſer a las tres de la tarde, fuera de lo ſtatuydo y ordenado en el cap. 5. ſe han de legitimar todos los votos capitulares actiuos, y paſſiuos, y ſe han de poner las cenſuras ordinarias para la eleccion de Diffinidores, y General, con termino de veinte y quatro horas.* Debet etiam præcedere tractatus conſultiuus. Ita Abbas *in cap. Bona memoriæ, num. 12. el 36. de electione*, ibi: *Sed tractatus conſultorius non eſt prohibitus à iure, et iamſi aliquis dicat, quod talis perſona eſſet honeſta ad iſtam Prælaturam, & aliis perſuaderet, vt ipſam eligerent; non tamen debent omnino deliberare.* Hæc Abbas Peyrinus *in Formular. Prælator. litt. E, cap. 7. n. 1.* Lezana *tom. 4. conſulto 53. num. 17.* cum Azorio *p. 2. lib. 2. cap. 21. q. 4.* Roderiquez *tom. 2. quæſt. 56. artic. 1.* & communi. Et refert Paſqualigum *deciſ. 252. num. 3.* dicentem refragante tamen Sigiſmundo *de elect. dub. 55. n. 1.* electionem eſſe nullam, in qua dictus non præceſſit tractatus. Dubal *p. 2. quæſt. 20. à num. 56.* Peyrinus *tom. 3. de priuilegiis, cap. 9. num. 7.* Raggius *de regimine Regularium*

gularium cent.2.tr.10. dub.191. num. 2. Samuellius *de elect. tr.1. diſp. 4. controu. 11. num. 6.* Et ratio eſt, quia vti ait Lauorius *de electione canon. tit. 4. cap 6. num* 50. à Raggio relatus, tractatus eſt veluti præparatio ad electionem, non autem electio; fitque in eo diſcuſſio eorum, quæ facienda ſunt: nominantur vtrinque plures, qui iudicantur digni electione, & fit collatio nominatorum, perſonæ ad perſonam, & meritorum, zeli ad zelum, *cap. In Geneſi, cap. Cumana, de elect.* & quiſque dicit quod ſibi videtur, abſque eo tamen, quod ſequatur aliqua concluſio, vel electio. Hactenus Lauorius. Quæ vtique diſcuſſio, & collatio omnino neceſſariæ videntur, vt electores, qui ſuffragari tenentur digniori, certiores reddantur de vniuſcuiuſque dignitate, quoad mores, ſcientiam, prudentiam, &c. Expedit enim Religioni, vt ad officia digniores aſſumantur. Lezana *d. num.* 17. Vnde Barboſa *voto* 35. *num.* 92 ait, difficile eſſe bene eligere, niſi primùm de aliquo eligendo tractetur.

Conſiliarius, conſultò dixi. Quia tractatus ambitioſi, factionales, conditionales, & conuentionales, omnino prohibiti ſunt, vti patet *ex cap. Per inquiſitionem, el 26. de electione*, vbi gloſſa *verbo Colloquium*, Abbas *in cap. Bona memoria, num.* 12. *el 2. & 36. de electione*, cum Hoſtienſi, & Innocentio. Peyrinus, Raggius, & Samuellius *locis proximè citatis*, in quibus allegantur Petrus Biaxius *in directorio electionis, p.3. cap. 3.* Guillelmus Mandagatus *in miſcell. cap. de elect. num.* 12. Diana *p.1. tract.16. miſcell. reſol.37.* Cochus *inſtitution. maior. lib.4. tit. 1. de elect. num.* 185. Gloſſa *in cap. In nomine Domini, verbo Tractantes, diſt.* 25. Petrus Gregorius *inſtitut. iur. Canon. lib.1. tit.19. cap.5.* Molſeſius *in ſumma, tom.1. tract.6. cap 16 n.147.*

667 Pro ſedandis conſcientiis electorum timoratorum libet hîc reddere doctrinam Lezanæ *tom. 1. p.2. c.12. n 32* Expediens (inquit) erit, & ſæpius neceſſarium pro bona directione electionis, ad quam procurandam Præſides præcipuè tenentur, vt electores inſtruant, moneant, & hortentur modeſtè, charitatiuè, & religioſè, eis etiam ſuauiter ſuadendo, & inducendo ad eligendum perſonam digniorem Capituli, ipſius virtutes veras, & regimini neceſſarias oſtendendo; hoc enim facientes, rem Deo gratam, & valde vtilem Religionibus, nec contrariam prædictis Decretis, aut aliis ſimilibus, facient. Caſtellinus *de elect. cap.3. num.6.* Nota tamen, quod quamuis electores non teneantur ſtare atteſtationi, ſiue teſtimonio Præſidis, quantùm ad maiorem, vel minorem idoneitatem eligendorum, maximè ſi eis conſtat contrarium, vel credunt illum ignorantiâ, vel paſſione duci; in re tamen dubia poſſunt cum ipſo conformari, vtpote perſona qualificata, & melius informata de eligendorum qualitatibus; & quia quoad hoc punctum de maiori idoneitate, ſufficiunt leues probationes, & ſuſpiciones. Ita ſigiſmundus *ſuprà de electione, dub.95.* ex Rotæ deciſionibus. Hactenus Lezana.

668 Oratio etiam præcedere debet electionem, ex præſcripto S. Concilij Tridendini *ſeſſ.24. cap.1. de reformatione*, per hæc quæ ſequuntur verba: *Itaque ſtatuit, vt cum primum Eccleſia vacauerit, ſupplicationes, ac preces publicè, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & Diœceſim indicentur, quibus clerus, populuſque bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare.* Hæc S. Synodus, quæ licèt illa proferat in caſu vacantium Eccleſiarum Cathedralium, cùm eadem ſit ratio in vacante Abbatum, qui vti aliàs dico, *Ad Conſtitutionem Alexandri VII. §.1. n.1.* non ſunt inferiores Epiſcopis, ſed in eadem dignitatis exiſtunt linea; immò & in vacante cuiuſcumque alterius Prælati idem ſtatutum eſſe cenſeri debet.

Ratio autem communiter militans in omni Præ- 669
latorum electione, breuiter inſinuatur à Tridentino in clauſula vltima ab eo modò mutuata, vt ſcilicet *bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare.* Quod priùs noſter Magnus Gregorius Papa docuit *in lib. 1. Regum, cap.16.* omninò eſſe neceſſarium: *Quærendi ſunt* (inquit) *idonei Eccleſiæ Paſtores, ſed niſi Deus demonſtret, non inuenientur, iuxta illud Dei dictum ad Salomonem: Vnges quem monſtrauero tibi. Eſt ergo orandum, vt à Deo demonſtrentur. Quid hortor Paſtores quærere, cùm niſi oculis proferat, nequeunt inueniri? Quid enim aliud eſt: Vnges, quem monſtrauero tibi? Tamen ſunt etiam quærendi, quia niſi quæſiti diu, minimè demonſtrantur* Hactenus D. Gregorius, in quibus demonſtrat neceſſitatem adeſſe maximam orandi, vt electores à Deo illuſtrati, idoneos Eccleſiis, & Cœnobiis Paſtores præficiant.

Quod ante electionem celebrari debeat Miſſa 670
de Spiritu Sancto, & fieri inuocatio illius, cum hymno: *Veni Creator Spiritus, &c.* docent Peyrinus *tom.1. de Relig. ſubdito, quæſt.1. cap.31. notab.4. in fine, in Formular. Prælator. Regul. litt. E, cap.7. n.3.* Tamburinus *tom.1. de iure Abbatum, diſp.5. q.6. n.34.* Samuellius *de elect. canonic. tract.1. diſp. 4. controu.20. concl.2.* Difficultas autem eſt, an dicta inuocatio, Miſſæque celebratio, & eius auditio, ſint, ſicut & communio electorum, de electionis ſubſtantia, necne. Pro parte affirmatiua recenſentur ex Concilio Baſileenſi Petrus de Biaxio *in directorio electionis p.1. c.13* & Emman. Roderiq. *tom.1. qq. Regular. q. 25. art. 1.* Et poteſt addi Concilium Conſtantienſe *ſeſſ.12.* ibi: *Adueniente die electionis in, ad quos Pontifices, vel Abbatis ſpectat electio, in Eccleſia conueniant magna cum deuotione Miſſam de Spiritu Sancto audituri, quem humiliter orabunt, vt eos ad dignum eligendum Paſtorem inſpirare dignetur: & vt eo faciliùs hanc gratiam obtinere mereantur, quo deuotiùs ad actum electionis accedant, contriti, & confeſſi Sacramentum Euchariſtiæ reuerenter ſuſcipient. Ad locum verò electionis ingreſſi, pro quocunque Prælato, qui per electionem aſſumitur, iurabunt in manibus eius, qui Capitulo præſidebit, & ipſe Præſidens in manibus eum immediatè ſequentis, &c.* Sed pro negatiua adſunt, Tamburinus *ex cap. Cùm terra, & cap. Cùm inter, el 2. de electione.* Panormit. *in cap. Cùm Eccleſia Sutrina, n.1. notab.1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis: & in cap. Tranſmiſſam, de electione.* Tabiena *verbo electio, 1. n.20. in fine*, & ex Sigiſmundo à Bononia *de electione, & poteſtat. Prælat. Regul. dub.19. num.5.* Samuellius *d. controu. 20 concl.2.* cum Anchar. *in d. cap. Cùm terra, n.3.* & Buttrio *in d. cap. Cùm Eccleſia Sutrina, num. 3.* & Peyrinus *locis allegatis*, qui *d. n.3.* in ſequentia prorumpit.

Sed licèt putem, quod non ſint de ſubſtantia, vt dixi *tom.1. Religioſi, cap. 31. notab. 4.* conuenientiſſimè tamen eſſe ſtatuta exiſtimo, atque ita debere omnino ſeruari, vt in forma præſcripſi. Et certè Miſſa Spiritus ſancti eſt ita in conſuetudine, vt ſine mortali eam non poſſe omitti putem. Confeſſio, & communio videntur etiam neceſſariæ, cùm enim inuocanda ſit Spiritus ſancti gratia ad effectum bonæ electionis, & hæc omnimodam puritatem requirat, conſonum videtur, vt dictis ſacramẽtis anima purificetur ad hoc, vt inuocantibus Spiritus ſanctus aſſiſtat. Qui tamen omittunt hoc facere, non eſt mirum

ſi

ſi quandoque abortum faciant, & monſtra Prælatorum gignant; nam cùm non debitâ puritate aſſiſtentiam Spiritus ſancti poſtulent, hic tales electiones contemnit, & ignorat, iuxta illud Oſeæ 8. *Ipſi regnauerunt, & non ex me Principes extiterunt, & non cognoui.* Hæc Peyrinus.

671 Deinde electionem præcedere debet iuramentum, quod facere tenentur electores publicè, de eligendo magis idoneo, ſecundùm Deum, & eorum conſcientias, & in ſpiritualibus, ac temporalibus vtiliori, & probiori, ex præſcripto Concilij Baſileenſis *ſeſſ.* 23. & *ſeſſ.* 38. *in decreto de electione*, & ex conſtitutionibus Clementis VIII. *in decretis generalibus ad Regularium reformationem ſpectantibus, editis* 25. *Iulij de anno* 1599. Pauli V. & Vrbani VIII. de quibus agunt Tamburinus *de iure Abbatum tom.*1. *diſp.*5. *quæſt.* 6. *num.* 35. Samuellius *de electione canonica, tract.*1. *controu.*1. *diſput.*4. Peyrin. *in Formulario Prælator. Regular. litt. E, cap.* 2. *num.* 6. *& ſeqq.* Lezana *in Summa qq. Regular. tom.*1. *p.*1. *cap.*15. *num.* 14. *part.* 2. *cap.*12. *num.*33.

672 Rurſus præcedere debet, ad cautelam, abſolutio generalis à cenſuris, præſtanda à Præſidente electoribus: & ſimiliter debet præcedere diſpenſatio ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, ſi quam, vel quas electores contraxerint. Ita Peyrinus *tom.*2. *de Prælato, quæſt.*1. *cap.*5. *num.* 9. & *in Formulario, litt. A, cap.* 7. Samuellius *de elect. tr.* 1. *diſp.*2. *controu.* 21. *concl.* 4. Forma abſolutionis & diſpenſationis huiuſmodi, quæ ſequitur, aſſignatur à Peyrino *dict. c.*7.

Dicto, *Confiteor*, ab omnibus Capitularibus genuflexis, Præſidens Capituli eos ad effectum electionis faciendæ abſoluit, dicens: *Miſereatur*, &c. *Indulgentiam*, &c. *Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, interdicti, vel ſuſpenſionis, in quantum ſe extendunt gratia, & priuilegia Ordini noſtro conceſſa, vos omnes ad effectum electionis faciendæ, ſeu electionum faciendarum, abſoluo, & reſtituo vos ſacroſanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni & vnitati fidelium. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Item eadem authoritate ad eundem effectum ego diſpenſo vobiſcum ſuper omni irregularitate, ſi quam contraxiſtis, & habilito vos executioni Ordinum, & officiorum veſtrorum.*

673 Circa quam abſolutionem, & diſpenſationem aliqua veniunt notanda. *Primum*, quod illæ conferuntur ad reincidentiam, & ideò dicitur in forma, *ad effectum electionis.*

674 *Secundum*, quod ad tollendos omnes ſcrupulos, & ambiguitates adinuenta eſt hæc abſolutio, & diſpenſatio, vti ait Peyrinus *d. cap.*7. *num.* 1. eo quod nullus excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, aut irregularis, poteſt ad dignitates Eccleſiaſticas aſſumi, nec eligere. Præcedente tamen hac abſolutione, ſi deinde electus, aut electores aliquâ cenſurâ, aut irregularitate innodati reperiantur, electio erit nihilominus valida, nec ex eo capite impugnari poterit. Peyrinus *ibidem*, cum Chokier *de iuriſd. in exemptos, p.*4. *quæſt.*69. *num.*1. qui *pag. mihi* 360. inquiſito: Quæ ſit vis clauſulæ, *te à quibuſuis cenſuris ad effectum præſentium abſoluentes?* Sic reſpondet. Paucis reſpondeo, tollere omne impedimentum prouenìens ex cenſuris. Rebuffus *in praxi beneficio.* 1. *part. rub. Declaratio Bullæ nonæ Prouiſionis, §. Teque abſoluentes, num.*15. Nauarr. *conſ.*18. *num* 18. & 21. *de ſentent. excomm.* Conceſſo enim aliquo, omne id conceſſum videtur, ſine quo illud expediri nequit. D. Vvameſis in terminis huius quæſtionis, *conſ.* 139. *num.* 7. & 8. Idque etiamſi huiuſmodi clauſula non inueniretur adiecta; quia enim adiici ſolet, præſumitur per obliuionem præterita, *l. certi, §. nummos, in fine, ff. de rebus creditis.* Vvameſis *d. n.*7. & 8.

Hæc Chokier, qui aliquas addit limitationes, vt hæc abſolutio non procedat. *Primo* in inſordeſcente per annum, qui æquipatatur hæretico. Menoch. *de arbitrariis iudic. caſu* 416. per totum, ſignanter *n.*60. Conc. Trid. *cap.*3. *ſeſſ.* 25. *de reform.* Ptolom. *decıſ.*94. *Secundò* in eo, qui excommunicationem per quatuor ſuſtinuit menſes, per regulam 61. Cancell. latam per Sixit. V. *rubr. de inſordeſcentibus.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. p.*1. *lib.*4. *q.*3. *num.* 57.

Tertiam notatum, abſolutionem iſtam abſentes 675
non afficere. Vnde ſi electio dirigitur in perſonam abſentem, cenſuræ, aut irregularitati ſubiectam, electio erit nulla. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.*2. *cap.*5. *num.*9. & *d. cap.*7. *n.* 2.

Quartum, quod hæc abſolutio, & diſpenſatio 676
non ſe extendit ad ea, ad quæ facultas Præſidentis Capituli non ſe extendit, iure communi, & priuilegiorum Ordinis, tam ipſi immediatè Ordini, quàm per communicationem conceſſorum, inſpecto. Ita Peyrinus *d. cap.*5. *n.* 9 cum Garcia *de beneſic. p.*7. *c.*13. *n.*68. & 71. Nauarr. *tom.* 4. *in cap. Ita quorumdam, de iudic. gloſſ. vlt. n.*18. Ricciulo *de iure perſonar. lib.*4. *cap.*9. *n.*9. Et patet ex prædicta abſolutionis, & diſpenſationis forma, ibi: *In quantum ſe extendunt.*

Quintum, quod etiamſi in forma non exprime- 677
retur irregularitas, dummodo tamen diceretur in ea *abſoluo vos à cenſuris, & pœnis*, remanerent irregulares ad effectum electionis, cum voce actiua, & paſſiua, in ſententia Peyrini *de Prælato q.*2. *c.*5. *§.* 3. *n.*46. & *in Formulario, c.*7. *n.*3. vbi explicat illam procedere in irregularitâte, quæ eſt pœna, ideſt, quæ prouenit ex delicto; non in irregularitate, quæ dicitur indecentia. Exemplificat primam in excommunicato celebrante, aut Ordines ſuſcipiente; ſecundam in bigamia, mutilatione membri, & in homicidio quomodocumque patrato, procedere ait, quod etiam indecentiam dicit. Et quod in clauſula, *& pœnis*, tacitè prima irregularitas comprehendatur, & diſpenſetur, probat cum his, qui docent irregularitatem diſpenſari non ſolùm de ea factâ expreſsâ, ſed etiam tacitâ mentione. Pro quo allegat Sotum *in* 4. *diſt.* 22. *q.*30. *art.* 1. Bañez 2.2. *q.*64. *art.*8. *tit. Iam verò, dub.*1 Medinam 1. 2. *q* 96. *art.*8. *dub. An humanæ leges, &c. ad* 1. & *in Inſtruct. Confeſſar. c.*11. *§.*9 Cordubam *lib.*5. *de indulgent. q.* 44. *dub.*4. & *de caſibus conſc. q.*144. *verſ. la ſegunda*, Salonem 2.2. *q.*64 *art.*8. *10 ar.*4 *concl.*1. Salas *de legib. diſput.*15 *ſect.*1. *concl.*2. *num* 16. *tr.* 14. Aragonem 2.2. *q.*64. *art.*8. *concl.*11. Ledeſmam *in ſumm. p.*1. *tr. de cenſuris, cap.*1 Naldum *verbo Irregularitas, n.*25. Nugnum 3 *p. q.*27. *in expoſ. Bullæ, §. vlt.* Gutier. *canonicar. qq. lib.* 1. *cap.* 3. Fernandez *in Examine, c.*9. *de Bulla Cruciata §.*14. Coradum *in ſum. q.*355. *in addit.* Vegam *in ſpeculo Curatorum, tom.*2. *c.*15. *de cenſuris Eccleſiaſticis, n.* 323. Crucem *in directorio conſcient. de irregularitate, dub.* 15. *concl.*2 Et pro probabilitate ſuæ ſententiæ recenſet Roderiq. *in Bulla, §.*9. *n.*64. Henriq. *lib.*7. *de indulgent. c.*13. *§.*6. *verſic. Quæ ſententia*, & Dianam *p.* 1. *tr.*11. *reſol.*27. Non tamen probabilitate caret contraria ſententia, quam tenet Eraſmus Chokier *d. quæſt.*69 *n.*5. cum Sayro *in Theſauro, lib.*1. *cap.*1. *n.*18.

Svasec

Svbsectio III.

Plura circa electionis canonicæ ſubſtantiam vtiliter reſoluuntur.

BREVIARIVM.

Capitulum.

Poteſt in duobus, immò in vno ſaluari Capitulum, ſi cæteri ſint mortui, excommunicati, ſuſpenſi, priuati; ſi vocati accedere nolint, ſi recedant, aut ſuffragium præbere nolint. num. 697.

Collegium.

Collegium poteſt in duobus, & in vno ſaluari, ſi cæteri ſint mortui, &c. n. 697.

Quæ à Collegio, quà tali fiunt, fieri debent per congregatos in vnum. n. 680.

Electio canonica.

De ſubſtantia electionis canonicæ per viam ſcrutinij eſt, vt celebretur à maiori parte vocalium legitimorum, conuocatorum, & congregatorum in honeſto, & conuenienti loco. n. 678.

Facta in cubiculo, & loco clandeſtino, per occulta conuenticula, & de nocte, niſi in caſu magnæ neceſſitatis, nulla eſt. n. 678. & 699.

Quando de nocte, magna ex cauſa electio fit, tres ad minùs lucernæ adhiberi debent. n. 678.

Quilibet honeſtus locus, vbi Capitulum eſt congregatum, ad valorem electionis, & aliorum actuum ſufficit. n. 679.

De ſubſtantia electionis canonicæ eſt, vt communiter in congregatione fiat. n. 680.

Item, quod ſcrutatores per Collegium aſſumantur; aut quod cæteri electores videant, & taceant. numero 681.

Item, quod ſint ſcrutatores tres, & non plures, nec pauciores, ex priuilegio quatuor aſſumere poſſunt Caſſinenſes, & noſtri. n. 682.

Poſſunt eſſe duo ſcrutatores, quando electores tantùm ſunt tres; & vnus, quando duo ſunt, vel vnus. num. 682.

De illius eſt etiam ſubſtantia, quod omnes ſcrutatores ſint de eligentium collegio. n. 683.

Quod ſcrutatores fide digni ſint, non eſt de ſubſtantia electionis, ſed de inſtuia. n. 683.

Item eſt ſubſtantiale, quod electores iurent ſe electuros probiorem, & magis idoneum, ſecundùm veritatem cuiuſque conſcientiæ. n. 701.

Item ſubſtantiale eſt, quod libertatem habeant ad ſuffragandum, cui maluerint, electores. n. 702. 703. & 704.

Item eſt de ſubſtantia electionis, vt ſingulorum electorum ſuffragia ſecretè, hoc eſt ſeorſim ab aliis de collegio, præbeantur. n. 684.

Item quod omnes electores, qui fuerint congregati, nullo omiſſo, votum præbeant. n. 685.

Item, vt ſingulatim, & non bini, vel terni electores ad præbendum accedant ſuffragium. numero 687.

Item, vt omnia ſuffragia in ſcriptis redigantur. n. 688.

Item, vt omnia ſuffragia mox in communi publicentur: id eſt, abſque interruptione actus, integer numerus ſuffragiorum, publicè, quoad totam proferatur congregationem. n. 689.

Item vt ſtatim poſt dictam publicationem fiat collatio ſuffragiorum numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum; quoad Regularium tamen electiones ſola collatio numeri ad numerum eſt de illarum ſubſtantia. n. 691. & 695.

Et quod hac collatione facta ſuffragiorum numeri ad numerum, ſchedulæ ſtatim comburantur. n. 692.

Item, vt facta collatione numeri ad numerum, communis electio fiat, vno vocalium, per verba numeri ſingularis electum, ſecretè in publico Capitulo eligendo. n. 692. & 699.

Et quod hæc communis electio ſtatim fiat abſque vlla morali interruptione, poſt dictam numeri ad numerum collationem. n. 694. 699.

Item, vt maior eligentium pars in vnum conſentiat. n. 695.

Item, vt communis electio præfata voce expreſſa, & clara fiat. Non enim ſufficit quilibet alius actus, qui illam importet. n. 698.

Denique ſubſtantiale eſt electioni canonicæ, vt omnia prædicta per ordinem, vt enumerata ſunt, fiant, & non præpoſterè. n. 700.

Variare ſuffragia ante eorum publicationem, & poſitionem ſchedularum in vrna licet electoribus; non tamen poſt publicationem eorum in communi factam. num. 690.

Maior ſuffragiorum pars, ſanior præſumitur, ſi perſona electa indigna non eſt. n. 691.

Ante communem electionem nullum electo acquiritur ius. n. 692.

Quomodo, & à quo fieri debeat communis electio, & quomodo in noſtra fiat congregatione. numero 693.

Scrupulo nullitatis non caret, quod lectores inter ſe ſecretè electiones retineant vſque ad aliam ſeſſionem. num. 694.

Quid Marcus Vidal ſentiat circa formam electionum Regularium, refertur, & improbatur. n. 694.

In computatione maioris numeri, ſeu partis ſuffragiorum, ſolùm habetur ratio de his, qui in eadem electione ſuffragium præbuerunt; non de his, qui à loco deceſſerunt electionis, nec de his, qui votare noluerunt. n. 695. 696. & 697.

Nec de his, qui venire noluerunt ad eligendum. n. 696. & 697.

Electores, qui ad electionem venire noluerunt, compellendi non ſunt, niſi Eccleſiæ, aut Religioni interſit. n. 696.

Electio eſt vnum ex pluribus voluntariè capere. num. 702.

Libertas aufertur electoribus per metum rationabilem, in virum cadentem conſtantem, re ipſa illatum. n. 703.

Aufertur per preces importunas, per promiſſiones, & per verba aſpera potentis. n. 704.

Si facultas eligendi ab alio, quàm à Papa reſtringatur, ita vt tale perſonarum genus, aut talis perſona eligi non poſſit, libertas tollitur electoribus, & nulliter electio fit. n. 705.

Grauiter peccaret Superior, qui diceret ante electionem, ne dentur ſuffragia tali Religioſo, quia non eſſet illum confirmaturus. n. 705.

Si electio ad tres, vel quatuor perſonas particulares coarctetur, nulla illa erit. n. 706.

Regula.

Vtile, per inutile non vitiatur, *fallit quando aliquid pro forma inducitur ſubſtantiali.* n. 682.

Vniuerſitas.

Quæ ab vniuerſitate fiunt, quà tali, fieri debent per congregatos in vnum, more ſolito. n. 680.

CLaritatis gratiâ operæpretium duxi hanc ſubiectionem abſoluere, dubiolis propoſitis reſpondendo.

ſpondendo. Et in primis libuit, quæ ſubſtantialia ſunt canonicæ electioni examinare.

678 Dubitatur igitur primò, *quænam ſint de ſubſtantia electionis per viam ſcrutinij*: Reſpondeo Quindecim conditiones ſubſtantiales requiri ad electionis valorem. *Primò* requiritur, vt fiat à maiori parte legitimorum electorum, conuocatorum, & congregatorum collegialiter, in aliquo honeſto, & conuenienti Monaſterij loco. Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 5. q. 6. n. 1. ex cap. Quia propter, §. electiones, de electione*, ex Hoſt. Innoc. Panormit. & DD. ibi. Sylu. *verbo Electio, 2. q. 8.* Aug. Barboſa *in votis deciſiuis, voto 47. n. 151.* ait formam præſcriptam *in dict. capit. Quia propter* eſſe omninò ſeruandam ſub nullitatis pœna. In quo quidem capite hoc primum requiſitum continetur.

Quocirca electionem factam in cubiculo, aut in loco clandeſtino, per occulta conuenticula, eſſe à iure reprobatam, *ex dict. §. electiones*, ibi: *Electiones clandeſtinas reprobamus*; *ex cap. 2. & cap. Si tranſitus, diſt. 79.* Tamburinus *d. q. 6. n. 2* docet, & Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. verſ. Noto ſecundo* Barboſa *in cap. Quia propter, num. 38. & ſeqq.* cum Ioann. Bapt. Fin. *de regul. iur. in Veſper. homil. 5. verſ. ex parte, pag. 85.* Viuiano *in Praxi iuris patr. p. 2. lib. 11. cap. 4. n. 7.* Miranda *tom. 2. q. 23. art. 12. concl. 1.* Felino *in cap. Conſuluit, de officio deleg.* Nauarro *conſ. 18. n. 2. de electione, in nouis.* & cum aliis. Limitat tamen in caſu magnæ neceſſitatis, vel quando electores per diem non potuerunt ſe concordare, & timeantur fraudes, & ſubornationes, ſi electio protrahatur; & tunc bene poſſe fieri de nocte. Allegat Barboſa Portel. *in dub. Regular. tit. de elect. n. 5.* Emman. Rodriq. *tom. 2. q. 52. art. 5.* Quibus addo Iordanum *tom. 2. lib. 10. tit. 12. n. 301. & 302.* Peyrinum *de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 6. concl. 7.* Lezanam *tom. 1. p. 1. cap. 15. n. 19.* Samuellium *de electione, tr. 1. diſp. 2. controu. 19 concluſ. 3.* qui addunt, adhiberi debere tria ad minùs luminaria, ne in dandis, ſeu conſcribendis ſuffragiis aliquis error contra ius contingat.

679 Certus tamen locus non eſt de ſubſtantia electionis: nam quilibet locus vbi Capitulum eſt congregatum, dicitur capitularis, *cap. Quod ſicut*, vbi Abbas *n. 2. cap. Cùm terra, de electione*, vbi gloſſa *verbo In quo*. ait: *In Capitulo, ſecundùm conſuetudinem loci; aliàs vbi meliùs ſe obtulerit facultas.* Tamburinus *n. 3.* ex Rota *in Argentina coadiutoria, 2. May 1631.* coram Ghiſlerio, eſt 32. *n. 4.* apud eundem Tamburinum *tom. 3.* Azorius *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 6. q. 17.* Don Gabriel Martinez, Protonotarius Apoſtolicus, & Iudex in Curia Nuntiaturæ Hiſpaniæ, in ſuo voto deciſiuo, quod exſcribit Barboſa inter ſua, eſt 106. *tomo 2. n. 129.* & Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 20. n. 29.*

680 De ſubſtantia electionis eſt, quod fiat communiter, ſeu in communi congregatione, *cap. in Geneſi, de electione.* Tunc dicitur fieri communiter, quando in vno loco conueniunt electores, & congregantur ad ſuffragia ferenda. Et ratio eſt, quia ea, quæ fiunt ab aliqua vniuerſitate, nomine vniuerſitatis, debent fieri per congregatos in vnum. Ad hoc enim, vt actus dicatur geſtus ab vniuerſitate, oportet, quod more ſolito congregetur collegium, & ibi fiat concluſio de actus explicatione. Panormitan. *in cap. Cùm omnes, numero 7. circa fin. de Conſtitut.* ex gloſſa notabili *in l. ſicut, ff. Quod cuiuſque vniuerſitat.* Idem Abbas cum Innocent. & Butrio *in cap. In Geneſi, citat.* Bartol. *l. omnes populi, columna 7. verſ. Tertiò quæritur, ff. de iuſtitia, & iure.* Gloſſa *in cap. 1. 63. diſtinct. & in cap. nominationes, 2. quæſt. 6.* Ita Barboſa *in cap. Quia propter, num. 9. & 42. de electione*, Tamburinus *num. 4. & 5.* Dubal *num. 29.* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. verſ. Noto ſecundo.* Marc. Vidal *tit. de elect. num. 11.* cum Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 5. à num. 2. ad 8.* Samuellius *tract. de elect. diſp. 2. controuerſ. 6.* poſt plures concluſiones. Allegat Gloſſam *in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienand.* Abbatem *in cap. Quia propter, de electione*, Mirandam *tom. 2. q. 23. art. 29.* Paſqualigum *deciſ. 260.* & communem ſententiam Doctorum. Hìc aduertere duxi, quod factum à maiori parte, in rebus collegij, vniuerſitatis, vel communitatis, dicitur factum à toto collegio, vniuerſitate, communitate, vel Capitulo. Ita Barboſa *in votis deciſiuis, tom. 1. lib. 2. voto 47. num. 18.*

681 Requiſitum *ſecundum* eſt, vt ſcrutatores, qui electorum ſuffragia exquirere, & ſuſcipere debent, per collegium aſſumantur. Non enim ſe debent ingerere, quia ſuſpecti redderentur, per textum *in l. Quæ omnia, ff. de Procuratoribus, & in cap. Quia propter, verbo Aſſumantur, de electione.* Tamburinus *n. 6.* quò loci refert Abbatem ſentientem hoc requiſitum non eſſe ſimpliciter neceſſarium, quia ſi tres incipiant ſcrutari, aliis videntibus, & tacentibus, credit electionem validam eſſe, aliis ſeruatis; quia cùm agatur de re meritoria, & concupiſcibili, ſicut eſt, vt per electionem canonicam Eccleſiæ viduatæ de Paſtore prouideatur, tacentes habentur pro conſentientibus, vt in ſimili notauit gloſſa *in cap. Si eo cauſa, eod. tit. in 6.* & Innocentius *in dict. cap. In Geneſi*, Dubal *p. 2. q. 20. num. 42.* ſic ad rem fatur: *Pero los eſcrutadores ſe deben nombrar de los miſmos electores, y no de otros, como expreſſamente ſe determina dicto cap. Quia propter, diciendo: Aſſumantur tres de Collegio. Y lo tienen* Pellizzario *tom. 2. tract. 9. cap. 2. n. 24* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 180.* Miranda *q. 23.* Sigiſmund. *dub. 20. n. 3.* Tamburin. *q. 6. n. 7*

682 *Tertium* requiſitum eſt, vt ſcrutatores tres, & non plures, nec pauciores eligantur, aliàs electio irrita erit. Ita Barboſa *loco citato, n. 13.* cum Butrio *in cap. Quia propter, n. 22.* Hoſtienſ. *n. 17. & 43* Card. *n. 3. q. 13.* Anchar. *colum. 1. in fine.* & cum 20. aliis DD. & reddit rationem, quia tres faciliùs conueniant, & fideliùs negotium tractent. Tamburinus *dict. q. 6. n. 7*: cum Abbate *in dict. cap. Quia propter, n. 13. verſic. Tertium ſubſtantiale*, teſtante de communi omnium ſententia. Imola *ibi, n. 7.* Innoc. *n. 4.* Ioannes Andr. *n. 9. verſ. aſſumantur.* Sylu. *verb. Electio, 2. n. 12. verſic. Tertium de communi.* Angel. *eod. verbo, num. 26.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 11.* Rota *in Treuerenſ. Abbatia S. Maximi, 20. Nouembris 1624. coram Coccino.* Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. n. 8. in fine*, & cum pluribus quos cumulat Sigiſmundus à Bononia *tract. de electione & poteſt. Prælator. Regular. dub. 20. num. 1.* Et addit Tamburinus, quod ad hoc quod plures, quàm tres ſcrutatores aſſumi poſſint, requiratur ſpeciale Sedis Apoſtolicæ priuilegium, quale teſtatur fuiſſe à Gregorio XIII. conceſſum Congregationi Caſſinenſi, ad quatuor eligendos, quo ſicut aliis illi Congregationi conceſſis, gaudere poteſt noſtra Hiſpana, ſeu Valliſoletana Congregatio, in vim priuilegiorum, quæ ſuprà recenſui.

Nec valet dicere: Vtile per inutile non vitiatur: ergo tribus ſcrutatoribus legitimis poſſunt alij ſine electionis vitio addi. Quia regula illa iuris locum

non habet quando aliquid inducitur pro forma ſubſtantiali, provt eſt, quod tres tantùm eligantur ſcrutatores de Collegio; nam cùm forma ſit indiuidua, vtile per inutile vitiatur. Ita Barboſa *in cap. Quia propter*, n. 15. *de electione*, cum Decio *conſil.* 533. *n.* 5. Mandoſ. *reg.* 27. *q.* 24. *n.* 10. Matienz. *l.* 1. *gloſſa* 4. *n.* 9. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua recopil.* Becc. *conſ.* 12 *n.* 30. Gutierrez *canonic. lib* 2. *cap.* 115. *n.* 114. Roman *conſ.* 66. *n.* 2. & Rota *deciſ.* 471. *n.* 9. *p.* 1.

Hoc requiſitum limitatur, vt procedat quando ſeruari poteſt, quando numerus electorum eſſet copioſus. Quia ſi in collegio pauci ſint, duo ſufficiunt ſcrutatores. Tamburin. *n.* 8. cum Innoc. & Abbate *in dict. cap. Quia propter, de elect.* Angelo *verb. Electio, n.* 26. & Sylu. *eod. verbo* 2. *n.* 7. dicente, quod ſi electores ſunt tantùm tres, duo ex illis ſcrutentur tertium; ſi verò duo tantùm ſunt, vnus alium ſcrutetur; ſi tandem vnus ſit ſolus, iſte vocatis teſtibus ſuum exprimat ſuffragium, & publicet. Pro quo allegat Archidiac. Vincentium, & Ioannem Andream. Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſ.* 2. dictam tenet limitationem.

683 *Quartum* requiſitum eſt, vt tres illi ſcrutatores ſint de collegio, ſeu Capitulo eligentium, aliàs electio erit nulla. Vtrumque decernitur in prædicto *cap. Quia propter, de elect.* & ita docet Barboſa *n* 14. cum Hoſtienſ. *num.* 25. & 43. Butrio *n.* 22. Card. *n.* 3. *q.* 12. & aliis pluribus, & *n.* 15. præter DD. allegat Rotam *in Nicienſi Parochial.* 1629. *coram Card. Virili*, decidente, electionem eſſe nullam, quando cum ſcrutatoribus de collegio adhibentur alij, qui non ſunt de collegio. Docet etiam Tamburinus *n.* 9. cum Abbate *ibi*, *n.* 13. teſtante de communi: Imola *n.* 8. Ioan. Andr. *n.* 11. Syluest. Angelo, Azorio, Suarez, & Rota *locis in tertio requiſito recenſitis*, & aliis apud Sigiſmundum *dict. dub.* 20. *n.* 3. Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſ. noto* 2. Aliqui credunt eſſe requiſitum diſtinctum ſubſtantiale electionis, vt ſcrutatores ſint fide digni; tamen communiùs tenetur, hoc non eſſe de ſubſtantia, ſed de iuſtitia. Vnde *in cap. Quia propter*, verba *fide digni*, priùs admonendo, quàm aliquid ſubſtantiale inducendo appoſita ſunt. Tamburinus *n.* 32. vbi addit, idoneitatem præſumi, *cap. fin. de præſumptionibus.*

684 *Quintum* requiſitum ſubſtantiale eſt, vt ſingulorum electorum ſuffragia ſecretè exquirantur. Peyrinus *vbi proximè*. Quod dupliciter fieri poteſt, vel proferentibus ſingulis electoribus viua voce, coram ſcrutatoribus, quem eligunt, & aliquo ſcrutatorum ſcribente; quem modum ſeruandum eſſe aiunt apud Tamburinum *dict. diſp.* 5 *q.* 6. *n.* 10. Boerius *deciſ.* 1. *n.* 35. & Cuchus *inſtit. maior. lib.* 4. *tit. de elect. n.* 22. vel ita vt quiſque eligentium in ſchedula ſuffragium ſcriptum deferat, adeò vt neque ipſis ſcrutatoribus notum fiat. Et hic modus magis congruit diſpoſitioni Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap* 6. de qua etiam Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1 *cap.* 31. *notabili* 5. *pag. mihi* 139. *colum.* 1. Vtrumque modum ſuffragia exquirendi tradit Dubal *p.* 2. *q.* 20 *n.* 43. & addit, quod primus conformior ſit capiti *Quia propter*, & quod poſſit obſeruari, Concilio Trid. non obſtante: *por que no deja* (inquit) *de ſer ſecreta, aunque ſepan los eſcrutadores, por quien vota cada vno de los electores, como no los publiquen. Aſſi lo tienen Pellizzario n.* 26. *Barboſa in collectan. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Regularibus, n.* 6. & 7. *donde refiere à Boerio, Cucho, Suarez, Tamburino, Sigiſmundo, & Lauorio.* Et infra: *Pero mas conueniente, y mas conforme al Conc. Trid. es el ſegundo modo de votar, ſi los electores dan eſcritos ſus votos à los eſcrutadores, diſſimulando la letra, y doblando la cedula de modo, que ellos no ſepan, por quien vota cada vno. Aſſi lo tienen Pellizzario vbi ſuprà, Barboſa n.* 204. *con Lauorio.*

Et ad hoc ſpectat requiſitum, quod vota omnium electorum congregatorum nullo omiſſo ſuſcipiantur. Si enim vnus ex his non ſcrutatetur, electio irrita eſſet, & nulla ipſo facto. Non eſt idem de ad electionem non vocato, ob diſparem rationem, quia omittere aliquem ex vocatis, & congregatis, eſt contra intrinſecam formam electionis per ſcrutinium, traditam *in cap. Quia propter, de electione*; at non vocare aliquem ex electoribus, ſed illum contemnere, eſt circa præambula ad electionem. Sola autem forma eſt ibi in rigore præſcripta, & ſubſtantialis, *iuxta cap. Eccleſia veſtra.* Ita Tamburinus cum Abbate *in dict. cap. Quia propter, n.* 13. & Suarez *tom.* 4. *de Relig. tr.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 14. Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſic.* 2. ibi: *Quintum.* Barboſa *in dict. cap. Quia propter*, *n.* 19. 685

Dixi, *ſecretè exquirantur*, idest ſeorſim ab aliis de Capitulo eſt facienda. Quia ſi fieret in publico, electio nulla eſſet, etiamſi omnes conſentirent, per caput *In Geneſi, de electione.* Ita Tamburinus *dict. q.* 6. *n.* 12. Peyrinus *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſic. Secundo*, ibi: *Tertium.* Barboſa *dict. cap. Quia propter, n.* 17. cum Innocent. & Abbate, Miranda *in Man. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 29. *concl. vnica, verſ. Quartò*, Sigiſmund. & Suarez. 686

Sextum requiſitum ſubſtantiale eſt, vt inquiſitio ſigillatim fiat ſuffragiorum, & electores non vocentur bini, vel terni ad ſcrutatores, ſed ſinguli. Ita *ex cap. Quia propter, ſæpe citat.* ibi, *ſigillatim*; poſt Abbatem ibi, *n.* 5. Syluestrum *verbo Electio*, 1. *q.* 5. & alios apud Sigiſmundum à Bononia *de elect. & poteſtat. Prelator. Regular. dub.* 26. *n.* 1. Tamburin. *n.* 13. Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſic. Noto ſecundo*, ibi; *Quartum.* Barboſa *loco citato, n.* 18. 687

Septimum requiſitum neceſſarium, & ſubſtantiale eſt, vt omnium electorum ſuffragia, ſigillatim exquiſita, in ſcriptis redigantur. Expreſsè decernitur *in dict. cap. Quia propter*, ibi: *Vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta, &c.* & infrà, *aliter electio facta non valeat.* Et ita Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito*, *q.* 1. *cap.* 31. *verſic. Noto ſecundo*; quò loci ait, ſcriptionem fieri debere per ſeipſos, vel per notarium. Tamburinus *dict. q.* 6. *num.* 14. cum omnibus DD. Barboſa *in dict. cap. n.* 14. cum Abbate ibi, *n.* 6. Butrio *n.* 27. Ioan. Andr. *n.* 19. Hoſtienſ. *n.* 31. Innoc. *n.* 6. Imola *n.* 5. *in fine, verſ. in gloſſa redacta.* Biaxio *de elect. p.* 3. *cap.* 28. à *n.* 1. Miranda *dict. art.* 29. *concl. vnic. verſ. octauò*, & cum Rota *in Treuerenſ. Abbatia*, 1. *verſ. Quarta, coram Coccino* 20. *Nouembr.* 1624. Et addit huic diſpoſitioni non derogari per Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Regularibus*, dum vult omnes electiones Regularium debere fieri per vota ſecreta. Et reddit rationem Barboſa ex Imola, quia meliùs conſtat de voto per ſcripturam. Hoc eſt, ne ſcrutatorum memoria pereat. Barboſa idem tenet *voto* 47. *n.* 156. 688

Octauum requiſitum ſubſtantiale electionis canonicæ eſt, vt omnia ſuffragia mox in communi publicentur, omni prorſus appellationis obſtaculo remoto. Barboſa *n.* 16. cum Hoſt. *in dict. cap. Quia propter, n.* 44. *verſ. Quintum eſt*, Ioan. Andr. *n.* 28. *verſ.* 9. Anchar. & Butrio *eod. verſic.* Biax. *d. p.* 3. *cap.* 29. *in princ.* Rota *in Treuerenſ. Abbatia, verſ. Quinta.* Tamburinus *diſputat.* 5. *q.* 6. *numero* 15. quò loci notat, quod tunc dicuntur ſuffragia publicari in communi 689

quando

quando integer eorum numerus publicè quoad totam Congregationem profertur, non exprimendo in quorum fauorem data fuerint, vel quot ex ipſis electoribus in hanc, vel illam deſcenderint perſonam; ſed tantùm explicando numerum perſonarum, quæ tulerunt ſuffragium, vt ſignificatur per illam particulam *in communi*. Et addit hanc ſolemnitatem eſſe in omnium DD. ſententia, ſubſtantialem, & ordinari ad maiorem certitudinem collationis ſuffragiorum, quæ poſtea erit facienda. Vlteriùs aduertit, hanc publicationem ſtatim, & abſque vlla morali interruptione eſſe faciendam: quod eſſe etiam de electionis ſubſtantia, teſtatur de communi poſt Panormitanum. Moralis interruptio, inquit, eſſet, ſi interponeretur alius actus pertinens ad impediendam, ſiue differendam ipſam electionem; vel ſi abſque aliqua cogente cauſa congregatio, non factâ tali publicatione, diſſolueretur, *argum cap. Cùm poſt, de electione*. Illi conſonat Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. verſ. Noto ſecundo*, ibi: *Septimum &c* & Aug. Barboſa etiam ait *voto 39. num. 1* ſicut & Duhal *p. 2. q. 20 num. 50.* de electionis eſſe ſubſtantia, quod illicò publicetur.

690 Hac ſcrutinij publicatione facta, ampliùs ſuffragia variare non licet, *cap. Publicato, de electione*. Quia electores iam functi ſunt officio ſuo: & quia alias via fraudibus aperiretur, & tolleretur ius quæſitum electis, quod de iure non licet. Ita Tamburin. *num. 16.* cum Abbate *in dict. cap. Publicato, num. 4.* Rota *in Carthaginenſi Canonicatus, 6 Februarij 1604. coram Card. Horatio Lancelloto: & in nullius, ſeu Pampilonenſi Canonicatuum de Ronces Valles. 22. Maij 1628. coram Dunozetto*, apud ipſummet Tamburinum, eſt *19. tom. 3. num. 1.* confirmata 10. Maij 1631. coram eodem, & 24. Nouembr. 1631. coram Pirouano. Peyrinus *de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 6. dicto 10.* cum Hoſtienſ. *in ſum. lib 1. de electione, § vtrum mutari poſſit, n. 22.* Gloſſa *in cap. Quamuis Apoſtolica, diſt. 63.* Sylu *verbo Electio, 2. q 7. n. 9.* & aſſerit poſſe mutari ante publicationem, dummodo ſchedulam in vrnam non poſuerit. Idem ſentit Duhal, qui addit cum Miranda *tom. . q 23. art. 24* Hieronymo Roderiq. *reſol 58. n. 6.* Pellizzario *tom. 2 tr 9. cap. 2. n. 108* *que aunque por yerro huuieſſe hechado vna cedula por otra, no ſe hauia de impedir la eleccion, ſino paſſar adelante, pues no ſe puede ſaber qual ſea la cedula de cada vno.*

691 *Nonum* requiſitum eſſentiale electionis canonicæ per ſcrutinium factæ, eſt vt facta dicta ſuffragiorum publicatione ſtatim fiat collatio votorum reſpectu numeri, meriti, & zeli, iuxta gloſſam ibi: *Collatione facta numeri ad numerum, & zeli ad zelum, & meriti ad meritum.* Et ſumitur *ex cap. in Geneſi,* & *cap. Eccleſia veſtra, de electione.* Gloſſam ſequuntur Panormitanus *num 10.* Peyrinus *de ſubdito, q 1. cap 13. verſic. Noto ſecundò*, ibi: *Octauum.* Tamburinus *loco citato, num. 17.* Barboſa *in dict. cap. Quia propter, num. 27.* Qui tamen duo bene notant, hoc requiſitum fuiſſe ab illo iure ideò ſtabilitum, vt ſciretur, in quem maior, & ſanior Capituli conſenſerit pars. Cùm autem ex inueſtigatione huiuſmodi maioris, & ſanioris partis plura oriantur inconuenientia, quia oportebat vt omnia ſuffragia publicè coram ſcrutatoribus ſcriberentur, & coram omnibus etiam publicarentur, non ſolùm quoad numerum, ſed quoad perſonas ipſas ſuffragia ferentes, ideò per nouum ius Tridentini *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 6.* ſublata eſt quoad electiones Regularium collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum eligentium: & *R. P. de Marga Comment. in Conſt. Apoſt.*

relicta in vi ſua collatione numeri, tantummodò reſpicitur, quænam ſit maior, aut minor illorum pars. Ita præfati Doctores, & Duhal *p. 2. q. 20. num. 51. & 52.* ac Rota *in Treuerenſ. Abbatia S. Maximi, coram Coccino, num. 48.* Habetur infrà *in appendice*, vbi alij allegantur. Quapropter valida reputabitur electio à maiori ſuffragiorum numero facta, dummodo ſuffragia legitima ſint, & nullam patiantur exceptionem, & perſona eligatur digna. Semper enim pars maior, ſanior præſumitur, ſi perſona electa indigna non ſit. Ita Barboſa *eod. num. 27.* cum Suarez *de Relig. tom. 4. tr. 8. lib. 2. cap. 5. num. 13.* Sigiſm. à Bononia *tractat. de elect. dub. 38. num. 8.* Franc. Marco *deciſ. 782. n. 3. p. 1.* Lauorio *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 19. n. 89.* Rota *in dicta Canonicatuum de Ronces Valles, 22. Maij 1628. coram Dunozetto.* Ita & Tamburinus *n. 18. & 24.* cum Miranda *in Manuali Prælator. Regular. tom. 2. q. 23. art. 27. ante concl. 1.* & cum aliis pluribus apud Sigiſmundum *loco citato.*

Decimum requiſitum ſubſtantiale eſt, vt facta collatione præfata ſuffragiorum reſpectu numeri, communis electio fiat, quæ eſt veluti vnus actus totius Capituli, qui non intelligitur conſummari, donec vnus nomine totius Capituli, per verba numeri ſingularis loquatur, & eligat futurum Prælatum: & hoc ſit, poſtquam totius Capituli voluntas paulatim declarata, & cognita eſt. Quod requiſitum ita de ſubſtantia eſt electionis, vt nullum ius per illam acquiratur electo, ſi illud omittatur, vti *ex cap. Quia propter, cap. ſicut, de electione in 6.* & *ex cap. Cùm ab vno, de re iudicata, eod. lib.* docet Tamburin. *dict. tom. 1. diſputat. 5. q. 6. n. 21.* (immò nec ante confirmationem præſtat ius, aut titulum irreuocabilem electio electo, vti docet Barboſa, *in votis deciſiuis, lib. 1. voto 4. dub. 4. n. 41.*) Facta itaque præfata collatione votorum reſpectu numeri, ſchedulæ votorum ſtatim comburi debent, aliàs electio ipſo iure irrita erit, ob declarationem Pij V. apud Roderiquez *tom 1. Bullarij*, inter viuæ vocis oracula dicti Pontificis, *el 4* Lezana *tom. 1. p. 2. cap. 12 n 34.* cum Caſtellino *de elect. cap. 4 n. 62.* 692

Hæc autem communis electio fieri debet ab vno nomine omnium, publicè loquente, & denunciante electionem: ita tamen, quod ſi omnia ſuffragia in vnum conſenſerint, ſic electum pronunciabit: *Ego N. vice mea, & omnium electorum eligo N.* Si verò aliqui non acquieuerint electioni, hoc modo prædictum pronunciabit electum: *Ego N. vice mea. & omnium aliorum, qui mecum conſentiunt, eligo N.* Ita Tamburinus *dict. n 21.* Peyrinus ferè eadem profert *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. verſ. Noto ſecundo*, ibi: *Nonum, &c.* Lezana *d. p. 2. cap. 12. n 35.* In noſtra Congregatione iuxta conſtitutionem S. Facundi, *cap. 12. n. 20. fol. 41.* ſub hoc tenore fit Reuerendiſſimi Generalis electio: *Yo Fr. N. Diffinidor y Iuez en nombre de mis colegas, y mio, pronuncio, y nombro por General de toda nueſtra Santa Congregacion, legitima, y canonicamente electo, ſegun la forma de elegir eſtablecida por nueſtras conſtituciones por todo el quadrienno immediatamente venidero haſta la celebracion de Capitulo General proxime futuro al Reuerendiſſimo P. N. el M. F. N. En feé de loqual hago la preſente pronunciacion por eſta cedula firmada del Reuerendiſſimo Preſidente, y de todos los Diffinidores deſte preſente Capitulo General, y refrendada del Secretario del, en tantos de tal mes de N. deſte año N.* Et *in cap. 19. n 13* ſimilem ſtatuit formam electionum Abbatiarum: *Yo Fr. N. Diffinidor de Capitulo General,* 693

deſte preſente año, y elector de las abbadias, que en el ſe han eligido ... en nombre de mis collegas, y mio, nombro, y pronuncio por Abbades, &c.

Quod ſi petas, quis debeat prædictam efficere electionem, ſeu pronunciationem? Dico in primis, id non expreſsè decerni *in cap. Quia propter, de elect.* formam electionis per ſcrutinium indicente. Vnde quidam dicunt vtile eſſe, vt Capitulum hanc facultatem alicui ex ſcrutatoribus committat, inxta Abbatem *in dict. cap. num.* 10 Quando autem nulli committitur, videtur congruum id fieri debere à Præſide Capituli, aut ab eo, qui in eo primam obtinet vocem, iuxta P. Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 24. in ſine.* Ita Tamburinus *num.* 22. Peyrinus *in Formulario Prælator Regular. litt. E, cap. 4. num.* 1. ait fieri debere per ſcribam, ſeu ſecretarium, vt ſit in ſuo Ordine, vel per à Capitulo deputatum. Et *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. notab.* 2. ait, quod ſi ille, qui facit electionem in communi, in illa non conſenſit, dicat: Ego N. nomine omnium veſtrûm, qui in illum conſenſiſtis, eligo N.

694 *Vndecimum* requiſitum ſubſtantiale eſt, vt hæc communis electio ſtatim poſt collationem votorum, abſque vlla morali fiat interruptione, ſicut dictum eſt de publicatione ſuffragiorum in communi. Ita Tamburinus *num.* 23. qui *quæſt.* 22. *numero* 2. aduertit cum Butrio *in cap. Quia propter, § Electiones, num. 18. de electione,* & Sylueſt. *verbo Electio, 1. q.* 10. illas electiones etiam dici clandeſtinas, quas electores inter ſe ſecretas retinent, & clandeſtinas remanere præcipiunt; cùm ex diſpoſitione dictæ Decretalis electores, poſt electionem, perſonam electam publicare debeant Capitulo. Hoc tamen limitari poſſe videtur, ſi commodè fieri poſſit, & aliud ex iuſta cauſa, per conſtitutiones Religionum ſtatutum non ſit, ſicut in noſtris S. Facundi, *cap. 19. num.* 13. Quocirca Vidal *tit. de electione, num. 60. ex Clement. Exiui, de verbor. ſignificatione,* & ex Portel. *in dub. Regul. verb. Electio, num.* 14. ait, Regulares in electionibus non teneri apices ſeruare electionis, dummodo ſeruetur formæ ſubſtantia, quando æquè bene fieri poteſt. Et *num.* 65. ait: In electionibus Regularium hic, & nunc ſeruandæ ſunt formæ ſuarum conſtitutionum, etiamſi in omnibus non ſeruetur forma præſcripta *in cap. Quia propter,* tum propter priuilegia, tum propter conſuetudinem bonam, & approbatam. Hoc tamen improbatur à Samuellio *de elect. tract. 1. diſp. 1. controu.* 11. *pag.* 21. Et quidem ſcrupulo nullitatis non carent electiones, quas inter ſe ſecretè retinent electores, vſque ad aliam Capituli ſeſſionem.

695 *Duodecimum* requiſitum ſubſtantiale electionis eſt, vt maior pars eligentium in vnum conueniant. Vbi enim vota ſunt paria, electio eſt nulla, quia debet fieri à maiori parte ſuffragiorum congregatorum. Ita habetur *in cap. In Geneſi.* & *cap. Eccleſia veſtra, el 2. de electione,* vbi gloſſa *verbo Non conſenſerint, & verbo Sed ſi omnia.* Abbas *in cap. Eccleſia veſtra, num. 7. el 48. de electione.* Tamburinus *num.* 25. Barboſa *in cap. Quia propter, numero* 27. qui inter alia mente tenenda, hoc docet, quod electio debeat fieri à maiori parte reſpectu, & in ordine ad totum Capitulum, *cap. Eccleſia veſtra, el* 1. vbi Abbas *num.* 1. & alij communiter *de electione.* Idem Abbas *conſil. 25. num. 4. p.* 2. Gloſſa *verbo Conſtitutum, in cap. Omnes, de conſtitut.* vbi Felin. *num.* 20. Franc. Marc. *deciſ.* 1012. *num.* 1. & *deciſ.* 1504. *num. 1. p.* 1. Roch. *de iurepatron. verbo Honorificum, q.* 58. Lambertin. *eod. tract. p. 3. q. 4. art.* 2. Miranda *in Man. Prælator. tom. 2. q. 23. art.* 24. & Rota *in Tarraconenſ. Abbatia,* 14. *Ianuarij* 1630. *coram Durand.* In quo numero addit Barboſa: Hi ſolùm computantur, qui in eadem electione votum habuerunt, vt per Abbatem *in dict. cap. Eccleſia veſtra, num.* 1. Et ideò non eſt habenda ratio in huiuſmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco vbi facienda eſt electio, *cap. Cùm nobis,* vbi Abbas *num. 3. de elect.* nec illorum, qui noluerunt votare. Gloſſa *in Clement. Quocirca, verbo Quo in facto, ante finem, verſ. Et in his etiam,* vbi Vitalin. *numero 29. verſic. Aut fuerunt vocati, eod. tit.* Nauarr. *conſ. 7. num. 1. eod. tit. in nouis.* Roderiq. *tom. 2. qq. Regular. q. 52. art.* 13. quos ſequuta eſt Rota *in Cæſarauguſtana electionis,* 20. *Maij* 1623. *coram Coccino Decano.*

Hæc omnia Barboſa, qui *in voto 36. deciſiuo, num.* 26. etiam ait, electum habere debere maiorem, non reſpectu minoris partis votorum, ſed reſpectu totius Capituli. Idem dicit *voto 39. numero* 26. & Dubal *p. 2. q. 20. num.* 30. qui ex eodem Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num.* 14. aduertit quod ſi electio fuit nulla, eo quod electus maiorem ſuffragiorum partem non habuerit, valida non euadet, ſi poſt publicationem, qui vocati non fuerunt, illi ſuffragentur. Et iis fit, à minori parte electum, non debere confirmari, vti docet Barboſa *dicto voto 39. num.* 8. Tamburinus in multis conſonat, *q. 3. num. 23. & ſeqq.* & *q. 6. num.* 27. qui *num.* 28. ait, quod ſi non appareat maiorem partem vocalium in Capitulo Congregatorum in vnum conſenſiſſe, de iure communi iterandum eſſe ſcrutinium, quovſque maior pars ſuffragiorum in vnum conſenſiſſe reperiatur, *argum. cap. Cùm terra,* cum ibi notatis, *de electione.*

Et *numero* 29. dicit, electionem Abbatiſſæ debere fieri à duabus Collegij partibus, non habita collatione zeli ad zelum, nec meriti ad meritum. Quod certè decernitur à Bonifac. VIII. *in cap. Indemnitatibus, §. ſanè, el 4. de elect. in 6.* in caſu, quo procedatur per ſcrutinium, *& (votis in diuerſa diuiſis) electiones per plures in diſcordia celebrari contingat, &c.* Quod etiam decreuit *in cap. ſi quando, el 9. eod. tit.*

Dictis addo, nec eſt habenda ratio de votis 696
illorum, qui vocati venire ad electionem noluerunt; quia cenſentur ſuis ſuffragiis renunciaſſe. Ita Samuellius *de canon. elect. tract. 1. diſp. 2. controu. 10. num.* 5. Marc. Vidal. *in Arca vitali, tit. de electione, num.* 9. qui *num.* 10. ait, non eſſe contra ius, quod multi, ad quos de iure pertinet eligere, electioni non interſint. Non enim coguntur intereſſe. Idem Vidal cum Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num.* 2. Lezana *tom. 1. cap. 15. num.* 7. Tamburinus *tom. 1. diſp. 5. q. 3. num. 23. & ſeqq.* & *num.* 27. in ſequentia prorumpit. Ex quibus apparet, quod ad canonicam electionem non eſt ita neceſſaria omnium vocalium præſentia; qui enim intereſſe nolunt, non debent compelli, niſi interſit Eccleſiæ; quia ſi ita expediret pro Religione intereſſe, cogi poterunt, iuxta doctrinam eiuſdem Panormitani *in cap. Quia propter, eod. tit. num.* 4. qui ita fatnr: Ex quo verbo nota, quod illi, qui nolunt intereſſe, non debent compelli, niſi interſit Eccleſiæ. Nam pro intereſſe Eccleſiæ poterunt compelli; quod ſatis mihi placet. Facit quod legitur, & notatur *in cap. 1. de his, quæ*

ſiunt

ſiunt à maiori parte Capituli, & immediatè ſic ait *num.* 5. Ex hoc etiam verbo notant hîc Anthores, quod nolentes intereſſe, non debent computari in numero duarum partium. Non ergo eſt neceſſe, quod congregentur duæ partes, ex quo aliqui fa cientes duas partes nolunt intereſſe. Et pro hoc vide bonam gloſſam *in Clement. quod circa, de electione*, quæ dicit, quod illi, qui vocati nolunt intereſſe, non debent in numero computari. Hactenus Abbas.

697 Addo dictis, Capitulum, ſeu Collegium, in duobus vocalibus legitimè ſubſiſtere poſſe, aliis non venientibus, nolentibus ſuffragari, aut à loco Capituli recedentibus, aut mortuis. Habetur expreſsè *in cap. Nullus, el* 1. *de electione*, vbi gloſſa *verbo Duo.* Abbas *num.* 5. Barboſa *num.* 3 cum Maſcardo *de probationibus, concl.* 584. *num.* 9. Roderiq. *tom.* 2. *q.* 53. *art.* 11. Anton. Ragucc. *de voce canonic. in Capitulo.* Marc. Vidal *tit. de elect. num.* 13. & 14 Tamburinus *dict. diſp.* 5. *q.* 8. *n.* 2. Nauarr. *lib.* 1. *conſil. de elect. conſ.* 6. *num.* 2. Lezana *p.* 2. *cap.* 12. *num.* 2 & alij apud Vidal. Immò licèt nullum collegium Eccleſiaſticum poſſit conſtitui in vno, conſtituto tamen eo ſemel in multis, poteſt totum ius collegij venire ad vnum, & in illo conſeruari, aliis mortuis, priuatis, ſuſpenſis, excommunicatis (aut congregari, ſeu ſuffragari nolentibus.) Ita Barboſa *in dict. cap.* 1. *num.* 4. Tamburinus *dicta q.* 8 *num.* 5. *ex l. ſicut, ff. quod cuiuſque vniuerſit.* Gloſſa *in cap. Graunm, verbo Pauciores, de poſtulat. Prælat.* & *in cap.* 1. *verbo Duo, de elect.* ibi: *Retinetur tamen in vno ius collegij*, ex d. l. *ſicut, ff. quod cuiuſque vniuerſitat.* Samuellius *de elect. diſp.* 2. *contron.* 13 *num.* 1. *tract.* 1. *pag.* 57. Peyrinus *de ſubdito, q.* 1. *cap.* 31. §. 6. *verſ. vnde colligitur.* & *tom.* 3. *de priuileg. cap.* 13. *num* 11. & 19. Barboſa *voto deciſ.* 35. *num.* 40. & 41. Dubal *p.* 2. *q.* 20. *numero* 21. & 23.

698 *Tertiumdecimum* requiſitum ſobſtantiale electionis canonicæ eſt, quod illa expreſſâ, & clarâ publicetur voce; nec ſufficit aliquis eligentium actos, qui electionem importet, qui non ſit per verba ore prolata. Ita epigraphe capitis *Eccleſia veſtra el* 1. & 48. *de elect* vbi Abbas *num.* 3. dicens: Secundò nota, quod in electione requiritur pro forma ſubſtantiali verbalis electio, vnde non ſufficit factum eligentium, electionem tacitè importans. Barboſa ibi *num.* 2. cum Boerio *deciſ.* 1. *num.* 37. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 31. *num.* 2. & cum Sigiſmundo à Bonouia *de electione & poteſtat. Prælator. Regul. dub.* 40. *num.* 1. Tamburinus *dict. diſp.* 5. *q.* 6 *num.* 30. cum Marc. Antou. Cucho, & Biaxio, apud eundem Sigiſmundum. Laurentius de Peyrinis *tomo* 1. *de ſubdito, q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 2. vbi recenſendo ea, quæ de ſubſtantia electionis ſunt, nonum in ordine aſſignat, quod facta collatione votorum numeri ad numerum, fiat communis electio per vnum de collegio, ab ipſo ad id deſtinatum nomine Capituli, & per verba ſingularis numeri, quæ *num.* 693. reddidi.

699 *Quartumdecimum* requiſitum ſubſtantiale eſt, vt ipſa electio publicetur ſolemniter, non enim debet eſſe clandeſtina. Ita decernitur *dict. cap. Quia propter*, §. *fin.* vbi ſic habetur: *Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes. vt quàm cito electio fuerit celebrata, ſolemniter publicetur* Vbi Gloſſa *verbo Clandeſtinas*, ait: Illa electio dicitur clandeſtina, quæ fit ſingulariter, & occultè, per occulta conuenticula. Vnde publicatio non in occulto conuenticulo, ſed in Capitulo debet fieri. Tamburinus *dict. diſp.* 5. *q.* 6. *n.* 31. & *q.* 22. *num.* 1. Peyrinus *tom.* 1. *de ſubdito, q.* 1. *cap.* 31. *verſic. Noto ſecundò, in fine* Hæc communis electio, & publicatio fieri poteſt per vnum, ſine mandato Capituli, immò & per extraneum, ſi omnes tacitè conſentiant. Ita Rota *in Metenſ.* 5. *Iuly* 1621. *coram Coccino, numero* 27. & 28. & *in Treuerenſ.* 22. *Ianuarij* 1628. *coram eodem, num.* 44. Habentur infrà.

Quintumdecimum requiſitum ſubſtantiale electionis canonicæ eſt, vt ſucceſſiuè omnia prædicta, per ordinem, vt ſuprà enumerata ſunt, obſeruentur. Si enim præpoſterentur illa, nulla erit electio. Ita Tamburinus *in d. diſput.* 5. *q* 6. *numero* 3 Peyrinus *dicto verſ. Noto ſecundò, in fine.* Samuellius *de elect. tract.* 1. *diſputat.* 7. *controu.* 4. *concluſ.* 3. 700

Præter præfata ſubſtantialia requiſita pro validitate electionis canonicæ, aliud omninò obſeruandum iniungitur à Conſilio Baſileenſi *ſeſſ.* 23. & *ſeſſ.* 38. *in decreto de electione*, & à Clemente VIII. *in decretis generalibus ad reformationem Regularium editis* 25. *Iulij* 1599. à Paulo V. & poſtea ab Vrbano VIII. confirmatis, & innouatis à S. Congregatione 21. Septembris de anno 1624. videlicet: *Inrentque electores, ſecundùm veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos electuros.* Ita habetur in dictis decretis, *ſub num.* 36. & docent Tamborinus *num.* 35. Samuellius *de electione, tractat.* 1. *controu.* 1. *diſput.* 4. Lezana *tom.* 1. *qq. Regular. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 13. & *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 33. Peyrinus *in Formulario Prælator. Regular. litt. E, cap.* 20. *num.* 1. qui addit decreta Concilij 3. Colonienſis, *p.* 1. *cap.* 7. & 8. & conſonat (ait) Concilio Tridentino, *ſeſſ* 24. *de reformatione, cap.* 1. & 12. Et quidem ita habetur ſtatutum in noſtris conſtitutionibus S. Facundi, *cap.* 12. *de la eleccion de General, num.* 6. & *cap.* 6. *de la eleccion de Diffinidores, num.* 12. *cap.* 7. *de elecciones de Abbadias, num.* 1. & *in cap.* 11. *de la eleccion del Secretario del Capitulo General, n.* 1. 701

Præter omnia recenſita de iure canonico ſubſtantialiter requiſita ad valorem electionis canonicæ per ſcrutinium factæ, requiritur libertas; illâ enim electoribus ſublatâ, electio redditur irrita, & nulla ipſo facto. Ita Marcus Vidal *in Area Vitali, tit. de elect. canon. inquiſit. vnica, n.* 4. & *tit. de Prælatis Regularib inquiſit. vnica, n.* 42. 50. & 51. *ex cap. Cùm terra*, vbi Abbas *n.* 3. *el* 14. *de electione*, & *cap. Licèt, n.* 12. & *ex cap. Vbi periculum, eod. tit. in* 6. & *can. Notificaſtis*, 33. *q.* 5. Ex quo etiam duplici vltimo iure Ioannes Baptiſta Leaana *tom.* 4. *conſultor. conſulto* 53. *n.* 22. & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 22. *n.* 7 cum Gloſſa *in cap. Bona memoria, el* 1. *verbo Metuebant, de electione*, Panormitano ibi *n.* 11. & *in cap. Quiſquis, n.* 5. *eod. tit.* Innoc. *in dict. cap. Bona memoria, el* 1. Nauarro *lib.* 1. *conſilior. tit. de electione. conſil.* 5. *n.* 2. Miranda *in Man. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 1. & Caſtel. *tract. de elect. cap.* 4 *n.* 56. Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *de ſubdito, q.* 1. *cap* 31. §. 8. *dicto* 2. Barboſa *voto* 33. *n.* 22. 23. & 48. *voto* 35. *à n.* 46. *voto* 39. *n.* 57. *voto* 47. *n.* 29. & *tom* 2. *voto* 77. *n.* 13. & Dubal *p.* 1. *q.* 20. *n.* 25. & *ſeqq.* quorum doctrinas recenſeo in appendice ad deciſionem Pamphilij præeminentiarum. Et ratio eſt, quia impeditio libertatis eſt contra ipſum ſignificatum, & ſubſtantiale ipſius vocabuli; cùm eligere ſit, vnum ex pluribus voluntariè capere. Vnde non eſt electio, vbi voluntas libera non eſt. 702

Libertas non ſolùm aufertur, & electio vitiatur per violentiam actu illatam, ſed etiam per metum ra- 703

tionabilem cadentem in virum conſtantem, re ipſa illatum. Huiuſmodi autem metus tollit libertatis conſenſum. Ita Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 132. Pellizzarius *tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 2. *num.* 6. quos & alios refert, & ſequitur Dubal *dict. num.* 15. Peyrinus *d.* §. 8. *dicto* 8. Tamburinus *num.* 8. & Vidal *de electione, num.* 4. *ex textu in cap. Cùm locum, de ſponſalibus*, cum gloſſa *in cap. Bonæ memoriæ, cit. verb. Metuebant, de electione.* Sanchez *de Matrimonio, lib.* 4. *diſputatione* 1. *num.* 18. Ergo electio vitiatur, & nulla redditur per metum præfatum.

704 Per preces etiam importunas, promiſſiones, & verba aſpera Præſidentis, ſeu potentis, ad hoc vt N. eligatur prolata, libertas tollitur, & electio nulla redditur. Lezana *num.* 35. mox citandus. Quia preces importunæ, maximè Superioris, promiſſiones, & ſimilia, cauſant inuoluntariam electionem. Idem Lezana cum Sanchez *de Matrimonio lib.* 4. *diſputat.* 7. *num.* 5. 6. *& ſeq. diſputatione* 10. *numero ſecundo*, & Portell. *in reſponſ. Moral. p.* 2. *caſ.* 16.

705 Ex prædictis ſequitur, quod ſi electio ab alio, quàm à Papa reſtringatur, ſeu facultas eligendi arctetur, ita vt certum genus perſonarum, & à fortiori, ita vt N. talis perſona eligi non poſſit, electio libera non ſit, ac per conſequens nec valida. Ita Tamburinus *num.* 8. cum Gonzalez *ſuper regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 53. *num.* 25. & Rota *deciſ.* 65. *num.* 6. *part.* 1. *recentior.* Quocirca Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 35. ait grauiter peccare Præſidentem, qui ante electionem dixerit, ne dentur ſuffragia tali Religioſo, quia non eſſet illum confirmaturus. Hoc enim, inquit, manifeſtè eſt contra libertatem electionis.

706 *Secundò* ſequitur, quod ſi electio ad tres, vel quatuor perſonas particulares coarctetur, illa non eſt valida, neque canonica. Ita Barboſa *in votis deciſiuis, tom.* 1. *voto* 33. *num.* 30. 31. *&* 32. qui *numero* 33. ait ex Butrio *in cap. Cùm dilectus, in* 2. *lect. num.* 38. *& ſeqq. de conſuetudine*, & ex Rota *deciſ.* 65. *num.* 7. *p.* 1. *recentiorum*, ſtatutum excludens ab electionibus certum genus perſonarum, eſſe contra ius. Et *voto* 35. *num.* 65. ait, quod ad minus venit irritanda. Et *num.* 66. dicit, coarctatam eſſe electionem, ſi excludantur aliqui, omiſſis aliis. Et *num.* 68. inquit, quod electione coarctata ad tres, vel quatuor, libertas tollitur. Idem ait Dubal (*dicta q.* 20. *num.* 27.) Et *voto* 52. *num.* 5. ait, electiones arctatas ad tres, vel quatuor perſonas, nullas eſſe ipſo iure. Numero tamen 11. hanc addit limitationem, niſi adſit conſtitutio, aut diffinitio confirmata à Sede Apoſtolica. Ita & Dubal *num.* 28. ac Laurentius de Peyrinis *vbi proximè*, cum Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 52. *art.* 11. & *tom.* 1. *ſummæ, cap.* 103. *num.* 1. Marcus Vidal *in Arca Vitali, titul. de electione, num.* 58. cum Miranda *in Manuali Prælator. Regular. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 12. *concluſ.* 3. Bordono *reſolut.* 26. *num.* 26. Megala *in promptuario, verb. Electio, num.* 3. *&* 4. Sigiſmundo à Bononia *de electione, & pot. Prælatorum, part.* 3. *cap.* 4. *dub.* 52. *num.* 4. *&* 5. referente *in addition.* ita fuiſſe à Sacra deciſum Congregatione, & cum Lauorio idem teſtante *tit.* 4. *cap.* 21. *num.* 16. Ratio eſt numero præcedenti tacta. Quia ſcilicet tollitur libertas electionis, quando excluſis aliis dignis, & idoneis, qui ius habent ad electionem, huiuſmodi fit coarctatio ad duas, tres, ad aliáſve determinatas perſonas.

SVBSECTIO IV.

De nullitatibus electionis canonicæ.

BREVIARIVM.

Actus.

Actus, in quo forma præſcripta non ſeruatur, nullus eſt. num. 709.

Ipſo iure redditur nullus actus per omiſſionem ſolemnitatis formalis inducta in diſpoſitione per verbum futuri temporis. n. 709.

Ambitio, Ambitioſus.

Qui ante electionem requiſitus, electioni de ſe facienda conſentit, ambitioſus eſt. Quid reſpondere debeat, vt ambitionem euadat. n. 722.

Requiſitus poſt electionem, ne ſtatim aſſenſum præbeat, ne notetur ambitioſus. ibid.

Timens, ne fortè aliquis pernicioſus ſe ingerat, ſtatim conſentire poteſt; quo caſu requiſitus reſpondebit: Charitas me ad conſentiendum cogit. numero 722.

Poſtulatus, ne ambitioſus appareat, reſpondere debet: Nec aſſentio, nec diſſentio, ſed in hoc Superiorum meorum voluntati me ſuppono. ibid.

Decretum irritans.

Decretum irritans, quoad actuum nullitatem, etiam ignorantes ligat, non autem quoad alias pœnas. numero 713.

Dominium.

Religioſi dominium habent rerum limitatum, & reſtrictum per ſacros Canones, & Summi Pontificis diſpoſitiones. n. 710.

Electio.

Omiſſo aliquo de ſubſtantialibus, ex iuris Canonici præſcripto, ſine neceſſitate ſaltem, ipſo iure nulla eſt electio. n. 709. & 710.

Quamvis alij contrarium ſentiant in caſu, quo aliàs ſeruentur ea, quæ ſunt de iure naturæ electioni debita. num. 708.

Dicunt tamen, quod ſit annullanda. ibid.

Qui obtinuit dignitatem per electionem, in qua aliquid de ſubſtantialibus de iure canonico, abſque neceſſitate fuit omiſſum, in conſcientia ante omnem iudicis declarationem illi renuntiare tenetur. numero 710.

Forma naturalis electionis eſt liber eligentium conſenſus. n. 708. & 709.

Electoribus facultatem concedit Papa, non abſolutam, ſed reſtrictam cum conditionibus ſibi bene viſis, quibus non ſeruatis, electio euadit inualida. num. 710.

Concilij Tridentini mens ſeſſ. 25. *de Regularibus, cap.* 6. *circa ſecretum electionum Regularium, quomodo ab aliquibus interpretetur.* n. 711.

Nulla redditur electio, ſi vnus electorum publicè, Capitulo promittente, ſuum manifeſtet ſuffragium, etiam per ignorantiam. n. 712.

Huiuſmodi poteſt à ſolo Prælato pro illa vice à Capitulo excludi, niſi ignoranter manifeſtauerit. num. 713.

Poſſunt etiam excludi alij omnes audientes, & tacendo ratificantes manifeſtationem. n. 714.

Electio non redditur nulla, ſi ante vel poſt electionem aliquis electorum diceret, ſe velle eligere, vel elegiſſe hunc, vel illum; quia dicto illo non obſtante, potuit pro alio ſuffragium ferre, aut tuliſſe. num. 715.

Nec

Nec redditur nulla, ſi per malitiam aut errorem vna oſtenderetur ſchedula, dummodo non præſumatur cauſa, ob quam talis ſequuta fuerit electio. numero 715.

Electio poteſt publica eſſe, & valida in caſu, quo duo tantùm ſint in Capitulo, & vnus alterum conſentientem eligat. n. 716.

Forma à Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 6. præſcripta, pro electionibus Regularium, quoad ſecretudinem, ſeruanda eſt in electionibus intermediis, quas Noſter Reuerendiſſimus Generalis, cum Abbate, & Diffinitoribus celebrat proximioribus. numero 717.

Electiones Regularium celebratæ per communem inſpirationem, aut per compromiſſum, nullæ ſunt. ibid.

Qualibet electio ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica, per ſortes celebrata, nulla eſt; ſecus ad temporalia. num. 718.

Nulla eſt electio Eccleſiaſtica per abuſum ſæcularis perſonæ celebrata. Et quando talis interueniat abuſus. num. 719.

Electio per ſcrutinium celebrata, in qua omnes ſchedulæ, poſt ſcrutinium, & ſuffragiorum numerationem, coram Capitulo non cremantur, nulla eſt. num. 720.

Nulla eſt etiam electio, quæ lite pendente ſuper præcedente electione, denuò celebratur. numero 721.

Alia vide verbo Ambitio, *& verbo* Simonia.

Forma.

Indiuiſibilis eſt forma, & in parte omitti non poteſt. num. 709.

Lex.

Mens legis, non verba eius, attendi debet. numero 711.

Neceſſitas.

Legi non ſubiicitur neceſſitas, ſed neceſſitati lex. numero 707.

Papa.

Ad ſolum Summum Pontificem ſpectat prouidere de iis, qui curam gerunt fidelium. 710.

Simonia.

Si vnus ſolùm electorum ſimoniam committit, etiamſi reliqui electores, & electus illam ignorauerint, & etiamſi ſuffragium corrupti per ſimoniam non fuiſſet neceſſarium, electio eſt ipſo iure nulla. num. 723.

Intellige, quando electio (& idem eſt de præſentatione, & collatione à pluribus, vt vniuerſis, ſeu iure Vniuerſitatis, vel Collegij) fuit celebrata; ſecus quando à pluribus vt ſingulis. ibid.

Vbi ratio redditur diſparitatis.

In nullo iſtorum caſu eſt electio nulla, ſi corruptores electorem corrumperent, in fraudem, ne talis eligeretur. n. 723.

Simoniaca eſt electio, & nulla, quando ab eligendo aliquid datur, etiamſi aliàs electores cum eſſent electuri abſque tali datione, ſiue illud electoribus, ſiue eorum conſanguineis, ſiue amicis datum fuerit. num. 724.

Si aliquid ab aliquo tertio datum amico electorum fuit, & iſti aliàs eundem fuiſſent electuri, valet electio, tanquam non ſimoniaca, ſecus ſi aliàs illum non eſſent electuri. ibid.

Vacatio.

Non vacat dignitas, aut beneficium per mortem, aut per renunciationem iuris electi, aut præſentati, ante confirmationem, ſeu inſtitutionem; ſed per mortem aut renunciationem primi. n. 721.

HIc occurrit primò difficultas, *An ſcilicet, omiſſo ſine neceſſitate, aliquo de ſubſtantialibus, & de pertinentibus ad formam electionis canonicæ, electio ipſo iure irrita ſit, & nulla?* Sine neceſſitate conſultò dixi, quia neceſſitas legi non ſubiicitur, ſed lex neceſſitati. Brunorus à Sole *tractat. Propoſitionum iuris, littera N, verſic. Neceſſitas, ex cap. 2. de obſeruatione ieiuniorum, cap. 2. de conſuetudine. cap. Qui propter neceſſitatem, de furtis,* & *ex cap. Finem, cap. Sicut,* & *cap. Quantò, de conſecratione,* 1. & ex pluribus quos allegat Doctoribus, de quo non nihil dixi *in Diſquiſit. Moralibus & Canonic. tom. 1. tractat. 2. diſquiſit. 4. dub. 3. n. 2. pag. 96.* & *tract. 8. diſquiſ. 2. ſect. 2. dub. 11. num. 5. pag. 347.* & infrà dicam *num. 782.* 707

Ad quam reſpondeo ſupponendo, alia eſſe de electionis ſubſtantia, de iure naturæ requiſita; alia verò de iure canonico. Quando non deſunt requiſita iure naturæ præſcripta, ſcilicet liberi eligentium conſenſus, electio in foro poli, & conſcientiæ valida eſt, & electus renunciare non tenetur, quamvis deſint requiſita, quæ ius canonicum præſcribit. Ita Hoſtienſis *in cap. Quia propter, de electione,* vbi dicit, quod electio attentata contra formam ſubſtantialem, non eſt ipſo iure nulla, ſed quod venit caſſanda: & allegat caput *Cùm poſt poſitam, el 46. dict. titul.* Idem docet Raggius *de regimine Regular. cent. 1. p. 1. dub. 24. num. 2.* cum Innocentio *in cap. Cùm in iure.* Baldo *in cap. Nihil eſt, num. 9. eodem titul.* & cum Rota *in Treuerenſi Abbatia Sancti Maximi, 20. Nouembris 1624. coram Coccino.* Ita & Fagundez *de inſt. lib. 6. cap. 6. num. 7.* Moronus *reſp. 72. num. 49.* Rationem reddit Fagundez, quia ſolemnitates iuris poſitiui (inquit) introductæ ſunt ad ſolùm vitandas fraudes: & in foro conſcientiæ veritas naturalis præferenda eſt rigori iuris poſitiui. Peyrinus *tom. 1. de ſubditio, q. 1. cap. 31. §. . concluſ. ſeu dicto 5.* cum Roſella *verb. Electio, 1. num. 29* Sylueſtro *eodem verbo, q. 10. num. 11.* & *verb. Alienatio, q. 13. numero 13.* Nauarro *lib. 1. conſilior. titul. de Electione, conſ. 8. num. 2.* & Innocentio *in cap. Quod ſicut, eodem titul. num. 7.* Ita & Lezana *tom. 1. p. 1. capite 15. num. 89.* cum Ioanne Valero *in different. 8. num. 1.* Theſauro *in praxi, p. 2. verb. Conclauis, §. Nota* 8. Samuellius *tract. de Electione Canonica, diſput. 1. controu. 6.* aſſerit valere in foro poli, & negat *contr. 7.* pro externo. 708

Quod autem ſit ipſo iure irrita, & nulla electio, cui defuit aliquid ſubſtantiale à iure præſcriptum canonico, docet Panormitanus *in cap. Cùm poſt petitam, num. 1. modo citato,* vbi recenſito Hoſtienſi, provt ego ex ipſo recenſui, ſic ait: *Sed contrarium communiter tenetur, ſcilicet, quod ſit nulla ipſo iure, vt pleniùs dixi in dict. cap. Quia propter, & illum textum exponit Ioan. Andreas.* In ſententia eadem eſt Marcus Vidal *titul. de Electione, num. 59.* cum Felino *in cap 22. colum. 9 de reſcript.* Baldo *in l. 1. ff. de liberis & poſthumis,* dicente, quod ſi in aliquo actu non ſeruetur forma, ille actus eſt nullus, & cum Alexand. *tom. . diſputat. 15. q. 2. . numero 16.* idem dicente. Tamburinus *tom. 1. diſputatione 5. q. 5. num. 5.* cum Roman. *conſ. 322. num. 12.* Miranda *1. q. 23. art. 2. concluſ. vnica* Caſtell. *tract. de elect. Prælator. cap. 1. num. 3 verſ. Forma igitur.* & communi Doctorum. Idem Tamburinus *q. 22. numero 15.* Marcus Vidal. *de elect. num 59.* Huc ſpe- 709

ctat

ctat quod Abbas docet *in cap. Eccleſia veſtra, n.3. el 48. de elect.* videlicet: *Factum ergo non æquipollet verbo, vbi verba ſunt de ſubſtantia; ex cap. Cùm dilecti, el 22. de reſcriptis,* vbi gloſſa *verb. Irritum.* Barboſa *num.9.* dicens: Notatur ad hoc, quod vbi verbum futuri temporis opponeretur in diſpoſitione, quæ inducit formam, ſine ſolemnitatem formalem, illius omiſſio reddit actum ipſo iure nullum, vt per Tiraquellum *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, num.48. & 67. C. de reuocandis donationibus.* Idem Barboſa *in votis deciſiuis, voto 47. n.165.* de electione loquens, ait, quod forma ſubſtantiali non ſeruata, actus ipſo iure eſt nullus. Eſt & Franciſcus Maria Samuellius *tract. de electione, tract.1. diſp.1. controu.9. concl.1.* cum Vincentio, & Bellam. *in cap. Quia propter, de electione,* Garcia *de beneficiis, p.5. cap.4. n.184.* Rota *in Treuerenſi Abbatiæ, § Secundò principaliter, circa finem,* Sigiſmundus à Bononia *dub.3 de elect. cap.1. part.1. n.8.*

Immò & Raggius *loco citato,* qui poſtquam præmiſit, quod electionis forma naturalis, quæ conſiſtit in eligentium conſenſu, tanti roboris, & virtutis videatur, vt licèt præmittantur ea, quæ ſunt de iure humano introducta, etiam ſubſtantialia, nullo modo in foro conſcientiæ cenſenda ſit nulla, iuxta Innocentium, & alios, quos ex ipſo recenſuit, addit, quod ſi forma præſcripta *in dict. cap. Quia propter,* de qua in præcedentibus egimus, in parte, vel in toto prætermittatur, Summus Pontifex caſſat de facto, & inualidat omnes electiones tanquam inualidas, & nullius roboris. Allegat Suarez *tom. 1. de Religione, tract. 3. lib.2. cap.12. num. 9.* Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 38. num. 8.* Sigiſmundum *vbi ſuprà, num.5.* & communem Doctorum. Et concludit dicendo: Immò videtur eſſe tanti roboris clauſula illa, *in fin. cap. Quia propter,* poſita; *aliter electio facta non valet*: vt ſi vnum tantùm non fuerit ſeruatum, ſpectans ad prædictam formam, ſufficiat, vt omnis electio dicatur nulla, & à iure inualida. Ita Vincentius, quem refert, & approbat Bellam. *in cap. Quia propter, §. niſi fortè, verſ. 3. Quarto*: & ſequitur Sigiſmundus *vbi ſuprà, num. 8.* Ratio videtur eſſe, quia in parte relinquitur forma, quæ eſt indiuiſibilis. Garcia *de benefic. p.5. cap.4. num.184.* Surdus *conſ. 282. numero 29.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tom. 3. cap.853. num.28.* Hactenus Raggius.

710 Et iuxta hanc ſententiam, quam veram puto, tenetur in conſcientia, & ante omnem declarationem, dignitati renunciare, qui illam obtinuit per electionem, quæ abſque neceſſitate ſufficienti celebrata fuit, aliquo requiſito ſubſtantiali deficiente, ex præſcriptis *in dict. cap. Quia propter, el 42. de electione,* & à nobis ſuprà redditis. Moueor non ſolùm ob dicta, ſed etiam ob id, quod electio Miniſtrorum, & Prælatorum Eccleſiæ, ad Summum Pontificem ſpectat, vt ipſe eligat, vel eligendi modum præſcribat. Ipſi enim ſolùm in Petro, *Ioannis vlt.* commiſſa eſt Eccleſia; ac per conſequens ad illum ſolum ſpectat prouidere de iis, qui curam gerant fidelium, vti benè probat Samuellius *loco citato, controu. 1.* Ergo præſcribere benè poteſt Papa iis, quibus eligendi facultatem concedit, conditiones, quibus in electione non adimpletis, electio ipſa irrita ſit, & nulla ipſo iure. Non enim facultatem abſolutam concedit, ſed reſtrictam & limitatam; & illam diſtribuit vnis, & non omnibus, neque aliis, cum conditionibus ſibi benè viſis. Philoſophor itaque in hoc puncto, ſicut philoſophatus fui in ſimili de dominio rerum Monaſteriorum, *tom. 2. Diſquiſit. Moral. & Canonicar. diſq.6. dub.23. n.50.* Vnde valde mihi placet dictum Raggij *de regimine Regular. cent.1. p.1. dub.21. num.2.* quod ſcilicet poſſit Papa conſenſum eligentium inualidare, tanquam non ſolemniter datum: & de facto inualidaſſe cunctas electiones celebratas, non ſeruatis his, quæ præſcribuntur *in cap. Quia propter, de electione.* Vnde nulliter electus nullam habet poteſtatem, vti benè Barboſa *in votis deciſiuis, lib.2. voto 33. num.46.* ex Syluestro *verb. Religio 3. n.19.* & Rota *deciſ.217. n.19. p.2. diuerſ.*

Altera difficultas deſumitur ex decreto Concilij 711
Tridentini *ſeſſ.25. de Regularibus, cap.6.* ibi: *In electione Superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Si verò contra huius decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit.* An ſcilicet nulla cenſenda ſit electio, vbi ſuffragiis omnibus iam datis ab ſcrutatoribus, quis poſtulat, vt publicetur, ſi, vel ne electio cum omnium votis, & conſenſu ſecuta fuerit?

Donatus Antonius de Marinis, nouiſſimè *in reſolutionibus iuris, lib.2. cap.72.* affirmat dictam electionem validam eſſe, attenta Concilij mente. Etenim (ait) non alia ratione teneo indubitanter, ſic vt ſuprà, per Sacroſanctum Concilium ſtatutum eſſe, quia cùm vtplurimùm, & ferè ſemper electio non ſequatur cum omnium conſenſu, ſi vota publicarentur, ſciret electus illum, qui votum ei non dedit, & ſic de facili odium inter eos naſci poſſet, cum ea conſequentia, quæ inter Fratres, & Monachos conſiderari poteſt; hæc, inquam, ratio ceſſat in caſu propoſito: nam dum publicatur electionem vnico omnium ſpiritu fuiſſe factam, non eſt, quod ex hac publicatione aliquid mali oriri poſſit: cumque mens, non autem legis verba, ſit attendenda, *leg. Non dubium, Cod. de legibus*; & in caſu notabili ego *lib. 1. cap. 1. numero 50.* proinde non multùm dubitarem in aſſerendo electionem, de qua ſuprà, ritè peractam; ſcio tamen in facti contingentia contrarium conſuluiſſe virum quendam in vtroque iure conſummatiſſimum, qui demùm, quæ eſſet hac in re mea opinio, ſcire voluit. Hæc omnia doctiſſimus Donatus. Quam etiam ſententiam, & illius fundamentum illuſtrat Peyrinus *de priuilegiis, tom. 3. cap. 13. num. 18.* loquendo enim de ſecretudine à Concilio requiſita, *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular.* ait, quod illa ſecretudo, & nominum reticentia, non ſunt de electionis eſſentia, ſed potiùs videntur adiecta ad vitandas diſſenſiones, quæ ſunt Religionum peſtes. Ita ille.

Tertia difficultas ex eodem Concilij loco occur- 712
rit, an reddatur nulla electio, ſi vnus electorum publicè, Capitulo permittente, ſuum manifeſtet ſuffragium? Reſpondent affirmatiuè Dubal *p.2. q.. num.46. & 48.* cum Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. capite 19. num. 205. & Concil. Tridem. ſeſſ.25. de Regul. cap.6. num. 10.* & aliis. Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §.8. dict. 2. & de priuilegiis, tom. 3. capite 9. num. 23.* cum Roderiquez *in ſumma, tom. 1. cap. 102. num. 4.* Miranda *in Manuali, tom. 2. q. 23. art. 19.* Garcia *de benefic. p.5. cap.4. num 184.* Nauarro *tom. 1. conſil. titul. de Electione, conſ. 9. num. 3.*

num. 3. Caſtell. de elect. cap. 5. num. 25. Sigiſmundo à Bononia eod. tract. dub. 31. num 4. & Lauorio eod. etiam tractatu, tit. 4. cap. 19. num. 55. Tamburinus tom. 1. diſp. 5. quæſt. 22. num. 14. cum Suarez de Relig. tom. 4 tract. 8. lib. 2. cap 5. num. 1 ?. Lezana tom. 1. p 2. cap 12. num. 34. Et hoc ita verum eſſe ait Peyrinus dicto num 23. vt etiamſi per ignorantiam elector ſuum votum publicaret, electio redderetur nulla Et ſic fuiſſe à S. Congregatione declaratum, teſtatur ex Sigiſmundo vbi proximè num 10. Dubal l. num. 46. citato, ait: La Rota, ſegun refiere Barboſa locis citatis, de Sigiſmundo dubio 31. num. 4. fue de parecer, que la eleccion es nulla, quando vna cedula ſe manifeſta, ſi no es, que fueſſe en fraude de la elección, eſto es con fin de hazerla inualida, que entonces ſea valida: porque el engaño à ninguno debe ſauorezer. Aſſi lo tienen Barboſa num. 212. (de iure Eccl. lib. 1. cap. 19.) Pellizzario num. 29. (tom. 2. tract. 9. cap. 2) §. Addit, donde cita à Samuel, Bordono y Geronimo Rodriquez.

713 Et addit Peyrinus, poſſe huiuſmodi per ſolum Prælatum, tanquam indignum, pro illa vice a Capitulo excludi. Pro quo allegat Garc. num. 195. Lauorium loco reddito, Caſtell. num. 26 & in Additionen ad cap 7. num. 1. & Sigiſmundum num. 3. & 1 . num 12 limitantem, niſi ignorantiâ ille excuſetur probabili, quia licèt decretum irritans etiam liget ignorantes, quoad actus nullitatem, ſecus autem quoad alias pœnas. Gloſſa in Clement. Nolentes, verbo ex tunc, de Hæreticis Sigiſmundus dub. 1. num 7 cum aliis.

714 Addit etiam Peyrinus ex eodem Sigiſmundo dub. 31 num 14. quod non ſolùm priuari poſſit voto actiuo, qui votum ſuum publicè manifeſtat, ſed etiam alij electores audientes, & tacendo ratificantes, iuxta cap. Qui tacet, 43. de Regulis iuris, lib. 6. cùm ad omnes, & ſingulos electores pertineat, vt electio canonicè fiat.

715 Quod ſi petas, vitiabiturne electio, ſi ante, vel poſt electionem quis electorum diceret ſe velle eligere, vel elegiſſe hunc vel illum? Reſpondeo cum Dubal num. 47. qui allegat Pellizzarium, Samuellium, Garciam, Paſqualigum, Sigiſmundum, Barboſam in Concilium, ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 6. num. 14. & Baſſeum verbo Electio, 6. Præterea, num. 6. & cum Peyrino dict. num. 13 & Tamburino num 14. citato, quod non Tum quia illo dicto non obſtante, potuit pro alio ſuffragium ferre, aut tuliſſe. Tum etiam, quia ſi id ſufficeret ad vitandam electionem, eſſet in cuiuſlibet poteſtate electionem irritam reddere, quod eſſet grauiſſimum inconueniens. Et idem ait Aſcanius, ſi ſecretò alicui ſuam ſchedulam oſtenderet. Vnde eodem num 14. addit: Vnde oſtenſio vnius ſchedulæ, ſiue per malitiam, ſiue per errorem, dummodo non eſſet, vel præſumeretur cauſa, ob quam talis electio ſequuta fuiſſet, non infirmat electionem Ita Nauarrus lib. 1. conſiliorum, tit. de electione, conſ. 4. Miranda dict. quæſt 23. art. 19. Garcia de benefic. p. 5. cap 5 num. 183. Molfeſius in ſumma moral. p. 1. tr. 6. cap. 16. n. 151. Caſtellin. d. cap. 4. n. 3.

716 Vnum hic aduerto, poſſe aliquando electionem eſſe publicam, & validam, vt ſi duo tantùm ſint in Capitulo, & vnus alterum conſentientem eligat, Ita Vidal de electione, à num. 19 Peyrinus de p ... tom 1. cap. 13. num. 18. Adeſt declaratio S. Congregationis apud Marzillam ſuper Concilium, ... 2 pag. 40.

717 Quod ſi iterum petas; An forma per Concilium Tridentinum dicta, ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 6. præſcripta, ſeruari etiam debeat in electionibus, & prouiſionibus Abbatum, & aliorum Prælatorum localium per Generalem, & Diffinitores faciendis? Reſpondeo, quod ſic; quia Concilium ſtrictè ibi præcipit, vt omnes Regularium Superiores debeant per ſuffragia eligi ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur, aliàs electio celebrata irrita ſit. Et ita docet Moronus reſponſ. 1. num. 6. & ſequent. quia electiones (inquit) ſunt faciendæ ab illis, ad quos pertinebant antequam transferrentur. Gloſſa in Clement. Quia Regulares, verbo Monaſterium, de ſupplend. neglig. Prælat. Ioann. Andr. in Regul. contra eum, in 6. Felin. in cap. Cùm acceſſiſſent, num 18. de conſtitut. Selua de Benefic. part. 3. quæſt. 49. Lambert. de iurepat. 3. p. quæſt. 7. numero 13. lib. 4. Guttier. conſil 1. num. 71. & conſ. 1. num. 15. Gonzalez ad 8. regular Cancell. gloſſ. 46. num. 43. & multis relatis Garcias de Beneficiis, part. 10. cap. 3. num. 42 Ita & Dubal d. quæſt 20. num. 12. poſtquàm dixerat: Aun deſpues del Concilio de Trento, ſe puede hazer la eleccion de los Prelados, de qualquiera de los tres modos referidos, por eſcrutinio, compromiſſo, y comun inſpiracion Pro quo citat Pellizzarium, Mirandam, & Roderiquez. Addit tamen: Aunque tambien es probable, y lo tengo por mas ſeguro, que deſpues del Concilio Tridentino, no es valida la eleccion por compromiſſo, ò por comun inſpiracion .... Aſſi refieren hauerſe decidido, Tamburinus tom 1. diſput. 5. quæſt. 1. numero 6. Samuellius de elect. tract. 1. diſput. 1. controu. 5. vbi aſſerit electionem Prælatorum Regularium factam per communem inſpirationem, aut per compromiſſum, eſſe ipſo facto nullam, quia non fuit decretum Tridentini obſeruatum.

Quarta difficultas eſt, an electio ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica, per ſortes facta, valida, an verò irrita ſit, & inualida? Reſpondeo, nullam illam eſſe, & irritam. Ratio eſt, quia contra formam præſcriptam in cap. Quia propter, 42. de electione, in quo reducitur illa ad ſolum ſcrutinium, communem inſpirationem, & compromiſſum. Et quia contra diſpoſitionem capitis Eccleſiæ veſtra, 3. de ſortilegiis, vbi ita Honorius III. Electionem celebratam de ipſo ad gratiam confirmationis admiſimus, ſortes vſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes. Et ita docent Gloſſa ibi, verbo in Electionibus: Barboſa ibidem, numero ſecundo, cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. articulo octauo, in corpore, Sayro in Claui Regia, libro quarto, capite quinto, numero vigeſimo & vigeſimoprimo, & cum Azorio p. 1. libro nono, cap. 11. quæſt. vnica, verſ. At verò, & part. 2. libro quarto, capite quinto, verſ. Exploratum & libro nono, cap. 11. verſic. At verò. Delrio diſquiſit. magic. libro quarto, cap. 4. quæſt. 1. Leſſio de iuſt. libro ſecundo, cap. 4?. dub. 9. à numero 58. & cum aliis Tamburinus tom. 1. diſput. 5. quæſt. 22. numero nono, cum Suarez tom de Relig. tract. 3. libro ſecundo, cap. 12 numero nono, Sanchez in Decalog. libro ſecundo, cap. 28. num. 83. Bonacina eod tract diſput 2 quæſt. 5. punct. 3. numero 13. & aliis, Marcus Vidal titul. de electione. numero 61. Emmanuel Sà verbo Sortes, numero primo.

718 Conſultò dixi, ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica; quia ad temporalia licet vti ſortibus in electionibus. Sà dict. num. 1 Vidal vbi proximè vbi ita fatur: Colligitur quintò, electionem canonicam

factam per ſortes, eſſe ipſo facto nullam; eſt id enim damnatum *in cap. final. de ſortilegiis in fine*; ſecus verò eſt affirmandum in electione ſæculari, in qua non eſt illicitum vti ſortibus: docet Sanchez *in ſumma, tom. 1. cap. 38. n. 58.*

719 *Quinta* difficultas eſt, *An electio facta per abuſum ſæcularis poteſtatis, ſit ipſo iure nulla?* Reſpondeo quòd ſic, quia ita definitum inuenio *in cap. Quiſquis electioni. et 43. de electione*, à Concilio Generali, vbi Barboſa *num. 2.* & *voto deciſiuo 39. num. 62.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſput. 5. q. 22. n. 10.* Peyrinus *de priuilegiis, tom. 3. cap. 9. n. 3.*

Quod ſi inquiras, *Quando electio fiat per abuſum ſæcularis poteſtatis?* Reſpondeo cum Tamburino *dict. q. 22. n. 11.* quem recenſet, & ſequitur Barboſa *num 2. citato*, tunc dici electionem per abuſum ſæcularis poteſtatis celebratam, quando Eccleſiaſtici requirunt laicos, vt electioni interſint; & etiam quando Principis ſæcularis aſſenſum ſuper certa perſona eligenda requirunt; & etiam quando eligunt minus alicuius ſæcularis poteſtatis. Allegat Tamburinus Innocentium *in præcitatum cap. Quiſquis.* Et benè limitat reſponſum in caſu, quo laici ſe ingererent per violentiam eadentem in virum conſtantem; quia tunc poſſent admitti cum proteſtatione, & electio firma erit, & valida, iuxta doctrinam Innocentij *in cap. Cumana, de electione* Abbatis *ibi, num 6.* & *in cap. Meſſana, num. 5.* Oldradi *conſil. 258.* Suarez *tom. 5. de cenſuris, diſputat. 31. ſect. 3. n. 13.*

720 *Sexta* difficultas, *An valida ſit electio facta per ſcrutinium, in qua omnes ſchedulæ poſt ſcrutinium, & votorum numerationem coram Capitulo non cremantur?* Reſpondeo irritam reddi huiuſmodi electionem à Piu Papa V. per viuæ vocis oraculum Cardinali Cribello factum, quod referunt Emmanuel Roderiquez in collectione priuilegiorum Regularium Mendicantium, & non Mendicantium, poſt Bullas Pij præfati, quod eſt 4. Caſtellin. *tract. de electione, cap. 4. num. 62.* Tamburinus *tom. 1. diſput. 5. q. 22 n. 1.*

721 *Septima* eſt, *An pendente lite ſuper electione, ſi vnus litigantium moritur, iuri ſuo cedit, aut cadit, ſeu excluditur à proſequutione, validè fiat noua electio?* Reſpondeo, fieri non poſſe nouam electionem donec conſtet de bono iure ſuperſtitis, & ſi fiat, eſſe nullam. Ita Tamburinus *dict. diſput. 5. q. 22. numero 16. ex cap. 1. vt lite pendente lib. 6.* euidenter probat. Ibi enim ſic Bonifacius Papa decernit: *Diſpendiis (quæ propter electiones diuerſas Eccleſiæ patiuntur interdum) occurrere cupientes ſtatuimus, vt ſi aliquibus apud Sedem Apoſtolicam, vel alibi litigantibus ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis, aliquem ipſorum mori, vel ſuo iuri renuntiare, aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi, ad electionem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi pendente) nullatenus procedatur. Aliàs attentata contra hoc electio, ipſo iure viribus non ſubſiſtat.* Hactenus in illa Decretali Bonifacius. Quando autem moritur vnicè electus, ſiue in Curia Romana, ſiue extra eam, ante confirmationem, beneficium per eius obitum non dicitur vacare, ſed per obitum primi. Tamburinus *diſp. 6. q. 1. numero 21.* cum Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. §. 2. num. 2.* Garcia *de beneſic. p. 4. cap 3. num. 9.* & cum Rota *in Nouarienſi Præpoſituræ, 28. Iuny 1632. coram Veroſpio.* Idem practicatur in Pampilonenſi Diœceſi, quando deſiſtit nominatus.

722 *Octaua* difficultas eſt, *An electio ambitioſi, ſeu ambitionem redolentis, irrita ſit ipſo iure, aut ſaltem irritanda?* Illam conſultò excito, quia frequentiſſimè contingit caſus, vt vix electio celebretur abſque hoc ambitionis vitio.

Difficultatem reſoluit Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſputatione 5. q. 22. à num. 3.* dicens: Caſſanda eſt etiam illius electio, qui requiſitus, antequam eſſet electus, electioni de ſe faciendæ conſentit; quia vitio ambitionis notatur, *cap. Cùm poſt, extra de electione*, vbi Panormitanus *num. 2.* Lambertinus *de iurepatronatus, lib. 2. p. 1. q. 9. art. 13. num. 2.* Syluester *verb. Electio, 1. q. 10. num. 11.* & alij apud Sigiſmundum à Bononia *in ſuo tractatu de electione, & poteſt. Prælator. Regular. dub. 41. num. 1.* Addo Samuellium *tractatu 1. diſp 7. controuerſ. 4. concl. 1.* cum gloſſa, Gofredo, Innocentio, Butrio, & Compoſtillature *in dict. cap. Cùm poſt* Cucho *lib. 4. Inſtitut. maior. de elect. num. 324.* Raggium *de regimine Reg. cent. 1. p. 1. dub. 24. num. 3.* Fugientes enim, & inuiti, non autem ambientes, & ſe offerentes, eligendi ſunt, *canon. In ſcripturis, 8. q. 1.* Quapropter requiſitus vt electioni de ſe factæ, vel faciendæ aſſenſum præbeat, ne in vitium ambitionis incurrat, debet ſe habere iuxta ea, quæ docent gloſſa *in dict. canon. In ſcripturis, 8. q. 1.* & meliùs Innocentius *in cap. Cùm in iure, eodem titul. de electione*, vbi dicit, quod ſi conſenſus ante electionem requiritur, requiſitus aſſentiri non debet; ita enim electio propter ambitionem caſſaretur, *per dict. cap. Cùm poſt petitam*; ſed reſpondere debet, *Nolo quod me eligatis, & ita rogo*: vel poteſt etiam dicere, *Non intendo Dei vocationi reſiſtere*; & ita indirectè voluntatem ſuam declarare: nam aliquando vtile eſt eligendi voluntatem ante electionem explorare, ne ſi poſtea electum renuere contingeret, vilipendatur dignitas, vel Eccleſia diu ſine Paſtore remaneat.

Quod ſi conſenſus poſt factam electionem requiritur, reſpondere poteſt electus, *nolens volo, & volens nolo*; ait autem Innocentius, honeſtum eſſe, vt non ſtatim aſſenſum præbeat, ſed aliquantulum reſiſtat, ne ambitionis vitio notetur. Si verò ſtatim conſentiret, timens, ne fortè aliquis pernitioſus electioni ſe ingerat, non damnaretur. Quo caſu reſpondere poſſet, *Charitas me cogit ad conſentiendum.* Argumento canonis *Sciendum*, & canonis *Qui Epiſcopatum, 8. q. 1.* poſtulatus autem ſic reſpondere debet, *Nec aſſentio, nec diſſentio, ſed in hoc Superiorum meorum voluntati me ſuppono*; iuxta gloſſam *cap. Cupientes, §. penult. verb. conſenſum, de elect. in 6.* Hactenus adamuſſim Aſcanius Tamburinus.

Eandem prorſus in omnibus tenet ſententiam Samuellius *tract. de electione, tract. 1. diſp. 7. controu. 4.* & plures allegat Doctores in ſex primis concluſionibus, in quibus prædicta aſſerit omnia.

Quod ſi petas, etiamne aliquando licitum procurare ſuffragia pro ſe, vel pro aliis?

Procedit difficultas, extantibus conſtitutione 128. Pij V. apud Cherubinum *tom. 2.* conſtitutione Gregorij XIII. *Conſueuit Romanus Pontifex*, eſt 13. conſtitutione Clementis VIII. *Pro reformatione Regularium*, per Paulum V. & Vrbanum VIII. in ſimilibus conſtitutionibus confirmata. In Piana ſic decernitur §. 4. *Qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquàm in mortis articulo abſolui non poſſit, ac voce actiua, & paſſiua*

perpetuò

perpetuò careat ſubornatus, vel alius, etiam pro quo ſubornatio fiet, qui ſubornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere cenſeatur. Hæc Pius.

Gregorius autem §. 5. ſuæ dictæ conſtitutionis, præfatum Pij V. recenſet §. & *in 6. ſequenti*, illum ſic declarat, & limitat: *Facultatem quoad caſus prædictos Romano Pontifici dumtaxat per dictum prædeceſſorem reſeruatam, etiam Miniſtro, & Commiſſario generalibus, quando de ipſis non agitur, in omnes euentus prædictos impartimur. Quod autem de ſubornato, & eo, pro quo ſubornatio fieret, qui ſubornantem non detuliſſet, vt eandem excommunicationis pœnam incurreret, per dictum prædeceſſorem ſtatutum fuit, penitus abolemus.* Hæc Gregorius 8. Septembris 1573. & in alia eiuſdem Pianæ declaratione, edita 29. Aprilis 1579. incipiente etiam, *Conſueuit Romanus Pontifex*, immediatè appoſita per Cherubinum in dicto 2. Bullarij tomo, prout ſequitur, *in* §. 3. ſtatuit, quando ſubornatio per aliquem extra Ordinem fit.

Vnde, vt huic malo obuiam conuenienti eatur remedio, ſtatuimus, & decernimus, quod is Frater, pro quo ſæcularis aliquis, cuiuſcumque gradus, aut conditionis fuerit, & quæcumque alia extra dictum Ordinem perſona rogauerit, & petierit verbo, litterisve, aut nuntiis, ſeu aliàs quomodocumque per ſe, vel alios, vt aliquod illi officium in Ordine prædicto detur, ipſo facto actiua, paſſiuáque voce priuatus ſit, ad omniáque officia Ordinis inhabilis habeatur, niſi legitimè conſtiterit aliquem ex malitia rogatores huiuſmodi ſubornaſſe, vt illi pro quo rogarent, aut ſcriberent, occaſione huiuſmodi ſtatuti nocerent, & præiudicarent, vt pro eo quod amicos ſuos extra Ordinem Fratres prædicti ſolicitare conſueuerant ad aliquod in Ordine Officium eorum fauore aſſequendum, maiori vtantur de cætero diligentia ad eos hortandos, & rogandos, ne vllum pro ipſis Officium petant, aut ad aliquod pro illis habendum Officium, ſuum interponant fauorem. Hactenus Gregorius, qui ſicut Pius, prædicta ſtatuit pro Fratribus Ordinis Minorum.

Clemens VIII. *in conſtitut. Nullus omninò*, 9. *tom. 3. Cherubini*, edita pro reformatione, nedum PP. Minorum, ſed omnium Regularium, tam Monachorum, quàm Mendicantium, 20. Martij, de anno 1601. quam innouauit Vrbanus VIII. 21. Septembris 1624. in conſtitutione ſua, *Sacra Congregatio*, 28. *tom. 4. dicti Bullarij Cherubini*, ſic §. 35. ſtatuit: *Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quàm pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicumque ſecus fecerint, præter alias pœnas, & cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnas priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas ad complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus.* Hucuſque Clemens, & de ipſius authoritate S. Congregatio.

Quibus ſic extantibus conſtitutionibus, quid circa quæſitum cenſeant Doctores, pro illius reſponſione referam. In primis Emmanuel Roderiq. *tom. 2. qq. Regular. q. 56. art. 1. verſ. finali*, aſſerit non eſſe dubium apud Doctores, quod excommunicatio incurratur ipſo facto propter crimen ſubornationis occultum (loquitur Author iſte de ſubornatione, prout eſt *ſuaſio*, qua ſuadetur falſum, vel verum, in malum tamen finem, de qua *verſ. Circa quas.*) Deinde dicit, quod priuatio vocis actiuæ non afficiat ante ſententiam, criminis ſcilicet declaratoriam, iuxta à me ipſo dicta *in Diſq. Moralib. & Canonicis, tom. 2. diſq. 1. dub. 13. à n. 71.* Fundatur Emm. in doctrina Soti *de iuſt. & iure lib. 1. q. 6. art. 6. pag. 60.*

Sanctorius *ſuper conſtit. Minorum, cap. 8. ſtat. 36.* relatus à Lezana *tom. 3. ad Mare Magnum Seruitarum, §. 9. num. 28.* docet, quod ſi Præſes Capituli nominat vocalibus, ſiue per ſe, ſiue per alium, eos, quos vult eligi, electio non ſit canonica. *Primò*, quia ex tali nominatione, moraliter loquendo, tollitur libertas, ob timorem, ſeu reuerentiam Præſidis, contra caput *Vbi periculum*, §. *cæterùm, de electione in 6. cap. Cùm locum*, & *cap Gemma, de ſponſalibus. Secundò*, quia eſt contra Bullas, & decreta Pontificum, præſertim Clementis VIII. & Vrbani VIII. ſub grauibus pœnis prohibentia ſubornationem, ſeu ſolicitationem votorum pro electionibus; pro quo præter Rodriquez, refert Nauarrum, Mirandam, Caſtellinum, & alios.

Lezana *vbi proximè*, docet dictam Sanctorij ſententiam admitti debere, quando talis nominatio eſt, vel fuerit aliquo modo coactio Gremialium ad eligendum eos, quos Præſes vult, prout probant iura, & Authores citati; ſi tamen ſolùm fuerit per modum directionis, ſeu conſultationis (qualis eſt ſæpè neceſſaria, cùm ſæpius non ſint dicti Gremiales benè informati de qualitatibus eligendorum, & Præſes, vtpotè grauior, & expertior, eas meliùs cognoſcat) valida, & canonica erit talis electio, iuxta dicta *tom. 1. cap. 15. n. 24. & tom. 2. cap. 12. n. 32. & 35.*

Hæc ibi Lezana, qui *in tom. 4. conſulto 53. à n. 1.* reſoluit electionem cuiuſdam Prouincialis irritam, & inualidam fuiſſe, ob vitium ſubornationis, ſeu procurationis ſuffragiorum factæ per quendam Religioſum, quæ electionem irritat. Et reſolutionem probat, *primò*: nam ſubornatores in materia Eccleſiaſticorum beneficiorum ſunt veluti ſimoniaci, cùm lingua ſaltem, vel munere à lingua, veluti pretio, obtinere velint ſibi, vel aliis talia beneficia. *Secundò* illam probat recenſendo prædictas conſtitutiones Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII.

Laurentius denique de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, q. 2. cap. 2. §. 11. concluſ. 2.* aſſerit, quod procurare vt dentur alicui dignitates, qui eas merentur, in bonum finem, & per bonas artes, vt bono communi conſulatur, & indigni excludantur, non eſt prohibitum præfatis conſtitutionibus, vt ſatis (inquit) per ſe patet; ſed eſt prohibitum procurare, vt dentur dignitates indignis, ſeu ad malum finem, vel per malas artes, per ea, quæ habent Nauarrus *lib. 5. conſilior. de ſentent. excommunicat. conſ. 20. num. 6.* & Rodriquez *tom. 3. qq. Regular. q. 56. artic. 1.* Hæc ibi Peyrinus, qui rurſus *tom. 3. de priuilegiis, cap. 10. numero* 10. docet, licitum eſſe Religioſis procurare ſuffragia pro perſonis dignis, & benemeritis, non obſtantibus dictis conſtitutionibus. Quod etiam docere ait D. Thomas 2. 2. *quæſt. 100. art. 5. ad 3.* gloſſ. *in cap. Tuam, verb. Nullam prorſus, de ætate, & qualitate*, & Petrus de Bayſio *in directorio electionum, part. 1. cap. 6. n. 14.*

723 *Nona* difficultas, *An electio ſimoniaca ſit ipſo iure nulla?* Reſpondeo, quod ſic, etiamſi vnus ſolùm electorum ſimoniam contraxerit. Ita docet Peyrinus *de priuilegiis, tom. 3. cap. 9. num. 7. ex cap. Si alicuius, el 59. de electione*, vbi Barboſa *num. 2.* & *in cap. 27. de ſimonia, num. 2. cap. Sanctorum Patrum, 1. q. 1.* Quod verum eſt, etiamſi reliqui electores, immò & electus ipſe ſimoniam ignorauerint. Amplia, & eſt etiam verum, quamvis ſuffragium illius, qui per ſimoniam fuit corruptus, non fuiſſet neceſſarium. Peyrinus: & habetur expreſsè deciſum à Lucio III. *in cap. Matthæus, el 23. de ſimonia*, vbi Barboſa *num. 3.* cum Azorio *p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1* Limita in caſu, quo corruptores, in fraudem, ne talis eligeretur, illum corrumpere ſtuduiſſent. Ita expreſsè habetur *in cap. Nobis, el 27. de ſimonia*, vbi gloſſa *verb. Feciſſe*. Barboſa *num. 2.* Limitat ſecundò in electione, præſentatione, & collatione facta à pluribus, vt vniuerſis, ſeu iure collegij, qualis eſt electio canonica, de qua in præſenti. Tunc enim ſimonia cum vno commiſſa, tangit, & vitiat omnem electionem, præſentationem, & collationem. Contrarium aſſerit de patronis præſentantibus vt ſingulis. Quia quilibet præſentat de per ſe, & tot ſunt præſentationes, quot patroni, & ſic vna præſentatio vitioſa, & ſimoniaca, non vitiat aliam. Allegat Rotam apud Farinacium *p. 4. diuerſ.*

724 Et nota, quod etiam eſt ſimoniaca, & nulla electio, quando ab eligendo pecunia datur, etiamſi aliàs electores cum eſſent electuri, abſque tali datione, ſiue talis pecunia data ſit electoribus, ſiue amico, aut conſanguineo eorum, *cap. Ad aures, de ſimon.* Si verò pecunia data ſit ab aliquo tertio, alicui amico electorum, & electores eſſent aliàs electuri, valet electio. Quia in eo caſu, neque eligentes, neque electus fuerunt in culpa; ſi aliàs autem non eſſent cum electuri, non valet electio. Ita Peyrinus *in dict. cap. 9. num.* 8 cum Panormitano *in dict. cap. Nobis, de ſimonia*, & Petro Bayſio *in direct. electionis, p. 2. cap. 28. num* 8. *&* 9. Plura circa nullitatem electionum, quæ apud noſtram Congregationem contingere poteſt, ſeſe offerunt examinanda; ſed illa proprium habebunt locum circa conſtitutionem Pauli Quinti, ad quem me remitto.

Svbsectio V.

De his, quæ ad electionem ſequuntur.

Breviarium.

Ambitio, Ambitioſus.

Electus non debet ſtatim electioni de ſe facta conſentire, ne ambitioſus videatur. n. 725.

Qui probabiliter timet, ne Prælatura illi ſit occaſio peccandi, & eam nihilominus ambit, & quærit, peccat. num. 737.

Commodè, & incommodè.

Id commodè fieri poteſt, quando ſine incommodo. Quando autem quid ſine incommodo fieri poſſit, arbitrio prudentis relinquitur. n. 726.

Confirmatio, Confirmator.

Si Prælatus immediatus, ad quem confirmationem conferre ſpectat, illam non concedit electo ad Prælaturam, poterit iſte ad alium appellare Superiorem. num. 729.

Electores.

Poſt publicationem electionis, intra octo dierum terminum, poſtquam commodè potuerint, tenentur electores ſub pœna ſuſpenſionis per tres annos ab omnibus ipſius Eccleſiæ beneficiis, in authentica forma intimare electionem electo, & eius petere aſſenſum. num. 725.

Si intra dictos octo dies electionem non intimant, in foro externo ſuſpenſi præſumuntur, niſi probent in culpa non fuiſſe. n. 726.

Electus.

Intimata electione de ſe facta, non ſtatim illi aſſentiat electus, vt ambitioſus non appareat, ſed accipiat tempus ad deliberandum. n. 725.

Intra menſem à die in quo eſt illi intimata electio, ſi impeditus non ſit, aſſenſum præbere debet. numero 727.

Aliter iure per electionem acquiſito, ipſo iure priuatur. ibid.

Electus ad dignitatem extra Monaſterium ſuum, aſſenſum præſtans abſque Superioris licentia petita, & obtenta, ipſo iure reddit electionem nullam. num. 728.

Superior, qui hanc licentiam concedere debeat, quinam ſit, & an ad illam præbendam compelli poſſit ab alio Superiore. n. 729.

Qui abſque licentia aſſentire non poteſt, ea obtenta habet adhuc ad aſſentiendum terminum vnius menſis. num. 727.

In noſtra Congregatione, intra quod aſſentire debeat, vel diſſentire tempus. ibid.

Qui ſe dignum credit, acceptare Prælaturam ſibi oblatam tenetur, & ſub mortali, in opinione gloſſæ. numero 730.

Canonicè electus ad aliquod officium, regulariter loquendo, melius facit aſſentiendo, quàm diſſentiendo, ait Lezana; ſi tamen indignum ſe reputet, renunciare poteſt, ſed non pertinaciter. n. 731. & 736.

Vbi Samuellius dicit, tutius eſſe Prælatiam declinari.

Si per obedientiam cogitur, acceptare tenetur, ſi credit, quod non acceptando diſpendium immineat Religioni, aut Monaſterio, etiamſi credat futurum, vt ſæpius peccet, dummodo id non intendat, & ſemper Deo placere procuret. n. 731.

Si præcepto ſanctæ obedientiæ cogitur, peccat mortaliter ſi diſſentiat abſque iuſta cauſa, qualis erit, ſi ſit certus de notabili defectu ſcientiæ, aut de alio defectu, ob quem munus exercere non valet ſine peccato. Si verò eſt de tali cauſa dubius, & eâ Prælato manifeſtatâ, à præcepto ille non deſiſtit, acceptare tenetur. n. 732.

Quando electus ſibi conſcius eſt, neminem alium æquè idoneum eſſe, ac ipſe, tenetur aſſentire electioni. num. 733.

Tenetur etiam non diſſentire per viam illicitam. numero 734.

Qui propter ignauiam, ſeu pigritiam aſſentire renuit, peccat venialiter. n. 735.

Qui verò propter humilitatem indignum ſe iudicat, meretur renuendo, dummodo non ſit contra obedientiam ibid.

Qui omnino deſperat ſe exercere Prælaturam poſſe abſque peccato, ſi illam acceptat, peccat, etiamſi id ei præcipiatur; debet tamen cauſam ſuæ reſiſtentiæ Prælato aperire, & in dubio eius iudicio ſtare debet. num. 737.

Qui probabiliter opinatur, ſe ſæpè eſſe in Prælatia peccaturum, deponere debet opinionem, quando ob communem neceſſitatem illa ei conceſſa fuerit. ibid.

Immò

Immò quamvis opinionem deponere nequeat, tenetur hoc in caſu Prælatiam acceptare, dummodo firmum habeat non peccandi propoſitum. n.738.
An qui ſemel renuit electioni de ſe factæ, ei poſſit mutata voluntate aſſentire. n.739.
Si electioni ſemel conſenſerit, poteſt ante Superioris confirmationem in manibus renunciare electorum, abſque Superioris venia, dummodo in illius præiudicium non cedat. n. 740.
Quando hæc cedat renunciatio in præiudicium Superioris confirmatoris, declaratur. n.741.
Non poteſt poſt confirmationem, niſi in manibus confirmatoris renunciare. n. 742.
Electus, ſi ei ſine cauſa confirmatio denegetur, appellare poteſt, & interim officium exercere. numero 729.

Negligentia.

Superioris negligentia ſuppleri debet, etiam in extraiudicialibus, per immediatum illius Superiorem. num.729.

Periculum.

Peccat mortaliter, qui aſſumit ſtatum, vbi eſt ad mortale periculum. n.737.

Præſumere.

Bonum de alio ſemper quiſque præſumere debet. numero 736.

Renunciare.

Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt. n. 740.
Iuri ſuo ſemel renuncians, non poteſt amplius ad illud habere regreſſum. n.739.

Suſpenſio.

Electores incurrunt ſuſpenſionem à beneficiis, ſi electo electionem non intiment intra octo dies. numero 725.

Tempus.

Tempore indigemus, vt aliquid maturiùs peragamus. num.725.

725 POſt electionis canonicæ publicationem nonnulla illam de iure ſequuntur. *Primum* eſt, præſentatio illius electo; tenentur enim electores intra octo dierum terminum electionem electo præſentare, poſtquam commodè poterunt, & eius petere conſenſum; aliàs negligentes excluduntur à proſecutione proceſſus, & ipſo iure ſuſpenduntur per tres annos ab omnibus ipſius Eccleſiæ beneficiis. Ita habetur deciſum à Nicolao Papa *in cap. Cupientes, §. caterùm, el 16. de electione, lib. 6.* & docent Barboſa *ibi, num.* 10. & *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 19. num.* 146. cum Miranda *in Manuali, tom. 2. q. 23. art. 10. concluſ. 3.* & Lauorio *variar. lucubration. tom. 1. tit. 4. cap. 18. num. 26.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 5. q. 7. num. 5.* cum Sylueſtro *verbo* ... Azorius *Inſtit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. q. 15.* Filliucius *de ſtatu Clericorum, tract. 41. cap. 3. num. 7.* Lezana *tom. 2. verbo Electio inter Regulares, num. 213.* Peyrinus *in Formulario, litt. E. cap 6. num. 1.* vbi ait, quod dicta præſentatio, ſeu electionis notificatio, debet authentica fieri, ideſt ſubſcripta ab omnibus electoribus, ſeu à ſolo ſcriba, vel ſecretario, de electorum mandato. Et quod habita notificatione non debet ſtatim conſentire, ne ambitioſus præſumatur, *can. Sicut is, 1. q. 6.* ſed debebit reſpondere, quod accipit tempus ad deliberandum de ea; & deliberatione habita reſpondebit prout ſibi Dominus inſpirauerit. Tempore enim indigemus, vt aliquid maturiùs peragamus, *can. Ponderet, diſt. 50.* Hæc Peyrinus, cui conſonat Samuellius *de electione canonica, tractatu primo, diſputatione ſeptima, controu. 4. concluſione 6.*

Quod ſi petas, *quando poſſint electores commodè electionem præſentare?* Reſpondet Barboſa *dicto numero* 10. cum Bonacina *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſſ. 3. q. 4. punct. 8. num. 2.* tunc dici commodè præſentare, quando poteſt ſine incommodo; quando autem quis dicatur poſſe ſine incommodo, ſtandum eſſe viri prudentis iudicio, aſſerit, iuxta gloſſam *in cap. Quam ſit, de electione.* At gloſſa *dict. cap. Cupientes, verbo Qui culpabiles,* & Barboſa cum Bonacina *loco citato,* & Mar. Alterio *de cenſuris, tom. 2. diſp. 13. cap. 3 col. 3.* dicunt, quod in foro externo præſumentur ſuſpenſi, & aliis pœnis obſtricti, qui lapſis octo diebus, electionem non præſentarunt electo; niſi probent ſe in culpa non fuiſſe, ſeu electionem commodè præſentare non potuiſſe. Et addit cum Alterio *col. 4.* & Bonacina *num. 4.* Epiſcopum hac ſuſpenſionis pœna non affici. 726

Secundum, quod electionem ſequitur, eſt electi conſenſus, qui illum intra menſem præſtare debet à die, in quo illi intimata fuerit electio, ſi impeditus tamen non fuerit; aliter iure per electionem acquiſito, ipſo iure priuatur. Ita Azorius *dicto cap. 14. q. 16.* Filliucius *num. 7. citato,* Bauny *in Praxi Beneſic. diſp. 3. q. 15.* Tamburinus *dicto quæſito 7. num. 6.* Lezana *dicto num. 213.* Ego ipſe *in qq. Paſtoralibus, p. 1. q. 3. §. 2. num. 5* Peyrinus *in Formulario litt. E, cap. 7. num. 1.* qui *tom. 3. de priuilegiis, cap. 9. num. 21.* docet electum, qui non poteſt electioni conſentire abſque ſui Superioris licentiâ, eâ obtentâ habere adhuc menſem ad conſentiendum; nam ante obtentam conſentire non poterat: vnde cùm non ſit in mora, tempus ei currere non debet, ſed incipiet ſtatim currere habitâ licentiâ, argumento capitis *Quia diuerſitatem, de conceſſione præbendæ,* Boërius *ad cap. 37. 1. p. Mandag.* In noſtra autem Congregatione Diffinitores ſtatim acceptare coguntur, *ſin replica alguna,* vti habetur in conſtitutionibus S. Facundi; *cap. 7. num. 1. fol. 28.* Abbates verò tres habent dies ad deliberandum, & ſi intra trium dierum terminum *permittieren, que ſe les hagan las ceremonias, aunque no ayan paſſado los tres dias, es viſto hauer aceptado.* Ita in dictis conſtitutionibus, *cap 11. num. 2. fol. 60.* Dubal *p. 2. q. 20. num. 163.* aſſignat trium menſium terminum, *ex cap. Quàm ſit, de electione, in 6.* vbi gloſſa *verbo Eccleſiis,* ampliat ad cuiuſlibet Eccleſiæ Prælatos, *Y lo tiene* (inquit) Barboſa *num. 246 de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19.* & *de poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 57. numero 117. con Azor, Miranda, Gonzalez, Lauorio, y otros.* 727

Conſultò dixi: *Si impediti non fuerint.* Quando enim Religioſus electus eſt ad dignitatem aliquam extra ſuum Monaſterium, impeditus eſt ad aſſentiendum electioni de ſe factæ, ſui Superioris licentiâ non petitâ, & obtentâ. Et ſi ſine illa aſſenſum præſtet, nullus iſte erit, & electio ipſo iure redditur nulla, & viribus carens, ita decernente Bonifacio Papa VIII. *in cap. ſi Religioſus, el 27. de electione, lib. 6.* vbi Barboſa *num. 1. & 2.* cum Roderiquez *tom. 2. qq. Regular. q. 58. art. 1.* Laymano *in qq. Canonicis, de Prælat. Eccl. electione, q. 189.* Acuña *in commentar. ad cap. 1. numero 1. d. 58.* Sanchez *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 57.* Tamburinus *vbi proximè* Extra ſuum Monaſterium dixi, quia electus in proprio Monaſterio conſentire poteſt ſine alicuius licentia. Ita Samuellius *de elect. tract. 1. diſp. 7 controu. 4. num. 16.* 728

num. 16. cum Innocentio, & Compoſtellat. *in cap.* 1. *de poſtulat. Prælati.* Marc. *deciſ.* 1115.*p.* 1. Archidiacono, Ioan. Andrea, Anchar. & Francho *in cap. ſi Religioſus, eitat.* vbi etiam gloſſa *verbo ſuam Eccleſiam*, & Barboſa *num.* 4. cum Franc. Marc. Delphin. & aliis à Samuellio allegatis.

729 Quod ſi petas, *à quo Prælatu debeas petere, & obtinere licentiam?* Reſpondeo, quod à locali, ſeu Monaſterij immediato. Ita Barboſa *dicto num.* 4. cum Dominico *num.* 7. Ioan. Andrea *num.* 2. Anchar. *num.* 3. Francho *num.* 1. *notab.* 3. *in dictu cap. ſi Religioſus.* Et *in Clementinam ſimul. de electione*, Anchar. *num.* 1. *notab.* 2 Cardinal. *q.* 2. *&* 3. *n* 6. *&* 7. Imola *q.* 2. *num.* 4. Bonac. *num.* 30. *&* 33. Sanchez *dict. cap.* 29. *num.* 65. & Acuña *locu citato, num.* 5. limitantibus, niſi in conſtitutionibus Religionis, aut in priuilegio aliud caueatur. Et aduertit Barboſa *num.* 9. cum Sanchez *num.* 69. & Lambertino *de iu epatronatus, lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 19. *num.* 13. quod ſi Superior nolit licentiam illi concedere, poſſit illius Superiorem adire, vt inferiorem Prælatum compellat, quando iniuſtè denegat licentiam: & ſi adhuc nolit, poſſe illum Superiorem illam dare, aſſerit. Quia ex quo Abbas eſt negligens in hac licentia concedenda, poteſtas deuoluitur ad immediatum eius Superiorem, etiam in extraiudicialibus, iuxta caput *Quamquam, de electione*, & ibi notata.

Quæ certè limitatio, reſpectu Monachorum noſtræ Congregationis, quamvis non caueatur in noſtris conſtitutionibus, ſpecialiſſimum habet locum, cùm in ſolemni profeſſione, obedientiam Reuerendiſſimo Patri N. Generali, & non Abbati expreſsè, & immediatè promittamus, & in præſentia quidem Domini Abbatis, ſub hac forma: *Ego Frater N. de tal, promitto ſtabilitatem meam perpetuæ incluſionis, & conuerſionem morum meorum, & obedientiam coram Deo, & Sanctis eius, ſecundùm Regulam S. P. N. Benedicti, in hoc Monaſterio S. N. Ordinis eiuſdem Sancti, in præſentia R. admodum P. F. N. eiuſdem Monaſterij Abbatis, & ſub obedientia Reuerendiſſimi P. Magiſtri Fratris N. totius Congregationis Generalis.* Cùm autem obedientiæ votum obſtet Religioſo, ad hoc, vt poſſit acceptare electionem ad ſui fauorem factam, cùm velle, vel nolle non habeat; ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubiecit (verba ſunt dictæ Decretalis, *ſi Religioſus*) voluntate dependet, electioni de ſe ad prælationem, &c. & immediatè capita noſtra, & expreſsè quidem Reuerendiſſimo Generali ſuppoſuerimus, ab illius voluntate dependere debet, aſſentire electionibus de nobis factis, ad dignitates extra Congregationem noſtram.

Circa ea, quæ ex Barboſa tradidi, libet recenſere Lezanam *tom.* 3. *ad Mare Magnum Seruitarum, num.* 34. ſic ſantem: Si verò conſtat Generalem nolle confirmare electionem Prouincialis, ſine aliqua rationabili cauſa, tunc appellare poteſt electus, veluti iniuſtè grauatus, ad Protectorem vel S. Congregationem, aut Papam, vt Generalem cogant ad confirmandum dictam electionem, vel ipſi illam confirment. Generaliter enim loquendo ſi is, ad quem ſpectat confirmatio electionis, id renuat ſine rationabili cauſa facere, compelli ad id poteſt à Superiore ipſius, cùm confirmatio electionis regulariter, ſicut appellatio, deuoluatur ab inferiori ad Superiorem. Rota *deciſ.* 615. *n.* 13. *coram Seraphino.* Sigiſmundus ſuprà (ſcilicet *de electione, dub.* 45. *num.* 2. *& ſeqq.* Samuellius *ſuprà eod. tract. diſp.* 8. *contron.* 1.) *concl.* 2. poſt Panormitanum, & alios. Interim autem credo, exercere poſſe ſuum officium. Tum quia ita videtur colligi ex præfato ſtatuto, & ne maneat Prouincia ſine Paſtore. Tum à ſimili de licentia, que iniuſtè denegata, habetur pro conceſſa. Tum etiam quia ſæpius Summi Pontifices, dum agunt de confirmatione requiſita pro valida electione, concedunt, quod petita habeatur pro obtenta, vt patet in Bulla Sixti V. quam refert Bordonus pro ſua Religione, *reſolut.* 26. *num.* 92. Hæc omnia Lezana.

Et quod denegata confirmatione, tam electores, quàm electus poſſint recurrere ad Superiorem, docet etiam Barboſa *in votis deciſiuis, tom.* 1. *lib.* 2. *voto* 35. *num.* 10. *&* 14. & *voto* 39. *num.* 38. ac *tom.* 2. *lib.* 3. *votu* 97. *num.* 70. *&* 71. Quibus, & aliis locis ait, poſſe Superiorem, ad quem recurritur, præfigere Prælato inferiori breue aliquod tempus, intra quod confirmet electum; aliàs poſſe ipſummet illum confirmare. Item ait, electum in petitione confirmationis, & in dicto recurſu gratiam nullam petere, cùm iure ſuo innitatur. Et *dictu voto* 39. *num.* 55. docet cum Valenzuela *conſil.* 44. *num* 6. *tom.* 1. non poſſe electi perſonam à Superiore inhabilitari, niſi ipſo, & electoribus citatis, & auditis, & cum cauſæ cognitione.

Illum præſtare debet, etiam dixi; dummodo 730
tamen indignum non ſe iudicet, quia ſi is, qui valet Dei oues paſcere, renuat pro ſua quiete, & commodis quærendis, oſtendit ſe Paſtorem ſummum minimè amare, cùm ipſe volens illas committere D. Petro, tertiò ei dixerit, *Ioann.* 21. *verſic* 17. *Simon Ioannis, diligis me?* quaſi in eo dignitatem Paſtoris requirens: & trina reſponſione Petri, ſub hac expreſſione accepta, *Tu ſcis, quia amo te*; ſtatim dixit ei Dominus, *paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur* (ait noſter Gregorius Magnus *in Regiſtro, lib.* 6. *epiſt.* 5. & refertur *in can. In ſcripturis*, 8. *q.* 1.) *quod ſi is, qui valet, Omnipotentis Dei renuit oues paſcere, oſtendit ſe paſtorem ſummum minimè amare; ſi enim Vnigenitus Patris pro explenda vtilitate omnium, de ſecreto Patris ad publicum noſtrum egreſſus eſt, nos quid dicturi ſumus, qui ſecretum noſtrum præponimus vtilitati proximorum. Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt; & tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita (ſi deſit, qui prædicet) occupationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire.* Hæc, & alia Doctor, & Pontifex Maximus Gregorius. Vbi gloſſa, *verbo Minimè*, hanc infert conſequentiam. Ergo, qui ſe dignum credit, & Prælaturam ſibi oblatam non recipit, peccat mortaliter. Idem docet Samuellius *dicta diſp.* 7. *contron.* 4. *concl.* 10. cum Archidiac. Geminian. Anchar. Francho, & aliis. Dubal *p.* 2. *q.* 20. *n.* 159. *& ſequentibus.*

Lezana *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. *n.* 13. in ſequentia 731
prorumpit. Religioſus canonicè electus ad aliquod officium, meliùs facit aſſentiendo, quàm diſſentiendo, regulariter loquendo. Quia eo ipſo, quod eſt canonicè electus, debet credere electionem eſſe iuxta volontatem Dei. Si tamen indignum ſe, & inſufficientem reputet, renunciare poteſt electioni, non tamen pertinaciter. Ita D. Th. *quodlib.* 5. *art.* 23. ex mente S. Gregorij Papæ *in Paſtorali*; ſi verò per obedientiam cogitur, aut ſecundùm dictamen ſuæ conſcientiæ credit quis, quod ſi non acceptat electionem, diſpendium aliquod Religioni,

ligioni, vel Conuentui immineat, tenetur acceptare. Rodetiq. *tom. 2. q. 55. art. 1.* etiamſi credat futurum, vt ſæpiùs peccet, dummodo id non intendat, & procuret placere ſemper Deo. Valentia *tom. 3. diſp. 10. q. 3. punct. 3. aſſert. 6.* Hactenus Lezana.

732 Samuellius *d. controu. 4. concl. 11.* ſic ait: Electus in triplici caſu non excuſatur à culpa mortali, ſi diſſentiat electioni de ſe factæ. *Prim.* eſt, ſi à Superiore cogatur diſtricto præcepto ſanctæ obedientiæ; & nihilominus ipſe conſentire recuſet, nec ei iuſta cauſa cedendi ſuffragetur; vt puta quod ſit certus de notabili defectu ſcientiæ, vel alio huiuſmodi defectu, ob quem exercere non valet munus ſibi iniunctum ſine peccato. Immò electus dubius de dicta cauſa, eam ſuperiori expoſuiſſet, qui tamen ab iniungendo non deſiſteret; tunc quoque ſubditum conuinci obedientiam abiicere, ſi ipſe non conſentit, licèt ſub humilitatis ſpecie contradicat: quia non ſolùm voluntatis affectus ditioni Superioris eſt ſubiiciendus à ſubdito, verùm etiam intellectus. Authores ſunt D. Th. *quodlib. 5. art. 22.* Sylu. *verbo Electio 1. q. 19.* Angel. *eodem verbo, num 30.* Richard. *num. 3. quodlib. 21.* Sigiſmund. *dub. 41. num. 16.* & communiter omnes Theologi. Gerſon *alphabet. 55. litt. R,* Corduba *cap. 10. quæſt. 7. punct. 2. verſic. Quod talis Frater.*

733 *Secundus* caſus eſt, vbi electus ſibi conſcius eſt, neminem aliquem æquè idoneum eſſe, ac ipſe, qui poſſit, & velit prouidere ſaluti animarum, ex quo coniicit non leue detrimentum, & periculum imminere illi Eccleſiæ, de cuius prouiſione, ſeu electione agitur, niſi ipſe aſſentiat, *cap. Olim,* & *cap. In ſcripturis, 8. quæſt. 1.*

734 *Tertius* caſus eſt, vbi electus per viam illicitam conſentire refugit, ex. gr. abſcindendo ſe, prout patet ex Richardo, & non abſcondendo ſe, vt multi perperam referunt, quod mendum autumo irrepſiſſe forſan ex Typographorum incuria. Dubal *p. 2. q. 20. num 157.* idem quoad hos tres docet, quod Samuellius, caſus. Et *num. 155.* & ſequentibus eandem doctrinam tenet.

735 Extra hos verò caſus enumeratos neceſſitatis, ſi per viam illicitam quis conſentire renuat electioni de ſe factæ propter ignauiam, ſeu pigritiam, non excedit venialem culpam, ſi verò propter humilitatem, indignum ſe exiſtimans, meretur. Vnde concludendum eſt cum D. Th. *vbi ſuprà, art. 23.* Tutius eſt prælationis officium declinari, non tamen pertinaciter, cùm ad illud ſuſcipiendum ſuperna voluntas agnoſcitur. Hinc *in d. cap. Niſi cum pridem, de renunciatione,* hæc habentur: *Quod ſi forſan humilitatis causâ de culmine quæris Pontificali deſcendere, eo ipſo humilitatis videris erigere malè verticem, quòd te nimis in reſignando propoſito exhibes pertinacem; quia tunc in te veram humilitatem cuſtodis, cùm & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam non dimittes.* Vbi Panormitan. *numero 2.* inquit: Humilitas, quæ contra obedientiam erigitur, ſuperbia eſt.

736 Et diximus, *Tutius declinari munus prælationis,* iuxta D. Th. quia vt ipſe ait, difficile eſt purgatum ſe quemlibet agnoſcere. Et *cap. Ad eius, diſt. 6.* Et de alio debet præſumere bonum, *cap. fin. de præſumptionibus*; & alia iura ad hoc congerit Marc. *deciſ. 1210. num 7. p.* [illegible]

Diximus, *Hoc tamen pertinaciter, &c.* quoniam vt D. Paulus *2. ad Corint. cap. 3. Fiduciam habemus ad Deum per Ieſum Chriſtum, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.* Hucuſque Samuellius, qui *controu. 5.* eiuſdem diſputationis multa docet ſcitu digniſſima, quæ recenſere duxi.

In primis *concl. 1.* ait, illum, qui probabiliter timet, ne Prælatura illi ſit futura occaſio peccandi, & nihilominus eam quærit, & ambit, nulla graui circunſtantia vrgente, à culpa graui, vel leui non excuſari, pro peccati, quod timet, qualitate. Ita ille ex communi omnium ſententia, & probat cùm ex eo, quod aſſumens ſtatum, vbi eſt periculum ad mortale, mortaliter peccat. Tum etiam quia agit contra charitatem, quam quiſque erga ſeipſum habere tenetur. *In concluſ. 2.* ait illum, cui eſt certum, & qui omnino deſperat, ſe vllo modo Prælaturæ munus exercere poſſe abſque peccato, peccare, ſi illud recipit, etiamſi id ei præcipiatur; & obſtringi obedientiam abiicere, dummodo tamen cauſam ſuæ reſiſtentiæ, ſeu impoſſibilitatis ſuo aperiat Prælato, & in dubio eius ſtet iudicio. Quod etiam docet Dubal *vbi proximè.* 737

Tertiò dicit *in concluſ. 3.* deponendam eſſe opinionem de peccato futuro ab illo, qui probabiliter opinatur ſe ſæpe eſſe peccaturum in Prælationis ſtatu, quando ei ob communem neceſſitatem fuerit impoſitus ille. Ratio eſt, quia Deus qui illum ob commune bonum ad Prælaturam vocauit, facili negotio eundem poteſt ab omni culpa immunem reddere. Non enim prælationis ſtatus eſt neceſſaria cauſa peccati; ſed poteſt quis in eo ſanctiſſimam ducere vitam, vti latè D. Athanaſius in fine epiſtolæ ad Dracontium Epiſcopatum fugientem. Et ita etiam docet Dubal *q. 20. num. 162.* dicens: *Por eſto S. Pedro apud S. Clementem, epiſt. 1. dize aſſi: Si periculum peccati timens, Eccleſia gubernacula ſuſcipere refugis, certus eſto, quod grauiùs peccas, quàm ſi populum Dei in mari fluctuantem, cùm iuuare poſſes, ſubterfugis, tui tantummodo conſiderationem habens. Eſto ſe colige de S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 4. y lo tienen Pellizzario num. 90. y Pyrino vbi ſuprà.* Ita Dubal.

Denique aſſerit in quarta concluſione, eum qui propriam opinionem de futuro peccato deponere nequit, debere nihilominus prælationem ſibi in commune commodum iniunctam acceptare, dummodo firmum habeat propoſitum non declinandi à regulari obſeruantia, & agendi ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. Allegat Cordubam *cap. 10. q. 7. p. 2. verſ. ſecundò dic.* Sigiſmundum à Bononia *de elect. cap. 42. num. 9.* Valentiam *tom. 3. diſp. 10. q. 3. verſ. ſecundum dubium eſt,* & verba iſta D. Petri apud Clementem *epiſt. 1.* eidem dicta Clementi: *Si periculum peccati timens, Eccleſia gubernacula ſuſcipere refugis (& in Eccleſia præſertim neceſſitate,) certus eſto, quod grauiùs peccas, quàm ſi populum Dei in mari fluctuantem cùm iuuare poſſes, ſubterfugis, tui tantummodo conſiderationem habens.* 738

Aduertit Samuellius *dicto tract. 1. diſp. 7. controu. 4. concl. 7.* quod electus, qui diſſentit, ac renuit electioni de ſe factæ conſentire, poteſt mutata voluntate eandem acceptare, perſiſtentibus electoribus in priori voluntate. Allegat gloſſam finalem, Ioannem Andream, Geminianum, Franchum, & Ancharanum *in cap. Licèt, el 7. de Procuratoribus, lib. 6.* Thomam Sanchez *de Matrimon. tom. 3. lib. 8. diſp. 32. num. 2.* Monetam *de commutat. vltimar. volunt. cap. 8. num. 845* Sigiſmundum *de electione, dub. 41. num 7.* Quibus 739

addo

aldo Barboſam *in dict. cap. Licèt*, *num.* 3. Quod tamen difficultate non caret, quia renuncians iuri ſuo, non poteſt ampliùs habere regreſſum ad illud. Brunorus à Sole *in compendio propoſitionum iuris, verbo Renuncians*, 2. *ex l. Quaritur*, §. *ſi vendita*, *ff. de adilitio edicto*, *l.* 1. §. *Qui ſemel*, *ff. de ſucceſſorio edicto*, Pariſio *conſ.* 26. *num.* 44. *volum.* 3. Crauet. *conſ.* 290. & aliis. Idem Barboſa *tract. de Axiomatib. axiomat.* 135. *num.* 12.

740 In concluſione 8. eiuſdem controuerſiæ 4. docet dictus Samuellius, quod electus ante confirmationem Superioris, adhuc ſuo præſtito conſenſu, poſſit in manibus electorum tutâ conſcientiâ abſque Superioris venia renunciare, dummodo renunciatio in præiudicium non cedat Superioris, cuius eſt confirmare. Gloſſa *in cap. Cum inter Canonicos*, *verbo Quaſi coniugale*, *el* 21. *de electione*. Secus autem poſt confirmationem. Ratio eſt, quia quilibet iuri ſuo renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo*, *Cod. de Epiſcop. & Clericis*, *l. pen.* vbi gloſſa, *Cod. de pactis*, Rota *deciſ.* 265. *num.* 3. *p.* 1. *recentiorum*, Barboſa *dict. axiom.* 135. *num.* 13. ex dictis iuribus, *ex cap. tuis*, *el* 39. *verſ. Niſi*, *de teſtibus*, *cap. Ad Apoſtolicam*, *de Regularibus*, *cap. Si de terra*, *de priuilegiis* Tiraquel. *de iure primog. q.* 24. *n.* 4. *cum ſeqq.* Azor *Inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *q* 10. Suarez *de legibus*, *lib.* 8. *cap.* 33. Card. Tuſcho *tom.* 6. *litt. R*, *concl.* 170. & aliis.

741 Additum conſultò eſt, *dummodo in praiudicium non cedat Superioris*, *&c.* quia ſi v. gr. negotium iam ſit ad Superiorem confirmatorem delatum, & contra electum aliquid oppoſitum, quod electionem infirmet, ac electores facultate priuet eligendi; tunc etiamſi electus poſſit quoad ſe electionem illam repudiare, nihilominus tamen ea renunciatio confirmatori nocere non poterit, quin ſuper oppoſitis veritatem inquirere, eiſque compertis eligere, ac prouidere non ſecus poſſit, quàm ſi nulla renunciatio facta fuiſſet. Ita gloſſa *verbo Renunciat*, *in cap. ſi electio*, *el* 26. *de electione*, *in* 6.

742 Additum etiam eſt, *ſecus poſt confirmationem*. Et ratio eſt, quia tunc electores iam omnino functi ſunt officio ſuo, ita vt nec poſſint variare, nec ad nouam electionem procedere, niſi priùs denuò vacet dignitas, aut officium. Et quia pendet tunc cauſa in tribunali ſuperioris confirmantis, & in præiudicium ipſius, & cum magno ſuæ authoritatis dedecore fieret coram Capitulo ſibi inferiori renunciatio dignitatis, cui vltimum complementum ſua contulerat confirmatio. Ex his cognoſcitur veritas propoſitionis prolatæ à Barboſa *in votis deciſiuis*, *tom.* 1. *lib.* 1. *voto* 4. *dub.* 5. *num.* 110. & *in cap.* 26. *de electione in* 6. *num.* 4. videlicet: *Electio deuoluitur ad electores, quando effectum ſortiri non potuit.*

DIVISIO I.

De confirmatione, & de confirmatore.

BREVIARIVM.

Acceſſorium.

Non tenet acceſſorium, ſi non tenet principale. numero 772. 773.

Corruit acceſſorium, ſublato principali, in coniunctis ſaltem, vbi eadem eſt ratio. n. 773.

Appellatio.

Appellatio à priuatione dignitatis, ſuſpendit priuationis exercitium. n. 755.

Prælatus depoſitus, pendente appellatione, liberè officium, & iuriſdictionem exercere poteſt ſuam. num. 755.

Axioma.

Liberalitas in neceſſariis, & debitis non exercetur. num. 749.

Beneficium non impedit, qui debitum exhibet. numero 749.

Ius quarendum faciliùs impeditur, quàm ius tollatur quaſitum. num. 756.

Ius quarendum faciliùs remittitur, quàm quaſitum. num. 756.

Qui ius ſuum quærit, nemini facit iniuriam. numero 756.

Iuris executio iniuriam non continet. n. 756.

A diuerſis non fit illatio. n. 771.

Separatorum ſeparata debet eſſe ratio. n. 771.

Cauſa.

Cauſa, quam habet Superior ad non confirmandum electum, vel ad aliud, an ſit iuridicè probanda. num. 754.

Confirmatio, Confirmator.

Confirmationem debet electus ad Cathedralem, aut ad Regularem Eccleſiam intra trimenſem poſt aſſenſum electioni præſtitum, aut poſt notitiam de electione obtentam; ad minorem verò Eccleſiam electus intra ſemeſtre. n. 743.

Confirmatio in præſenti ſumitur pro approbatione Superioris, electionis à Collegio facta, alicuius perſona ad Prælaturam, dignitatem, aut beneficium vacans. n. 744.

Confirmatio electionis ad immediatum pertinet Superiorem, niſi aliud iure ſpeciali, vel conſuetudine cautum ſit. n. 745.

Illam Summus Pontifex concedere poteſt. n. 745.

Generales Ordinum exemptorum, ſtatim ac ſunt electi, confirmati remanent per priuilegia. numero 746.

Si Prælatus, ad quem ſpectat confirmatio ſine dilatione, abſque legitima cauſa non confirmauerit electionem, recurrendum eſt ad eius immediatum ſuperiorem, qui illi præfiget tempus, infra quod illam confirmet, quo elapſo, ad ipſum deuoluetur ius confirmandi. n. 748.

Grauiter peccat, qui abſque iuſta non confirmat cauſa. num. 749.

Confirmatio neceſſaria eſt, & debita ex parte confirmatoris. n. 749.

Legitima ex cauſa poteſt Superior non confirmare, & electionem irritare. n. 749.

Legitima cauſa non confirmandi electum, eſt quando ille infamiâ laborat apud viros bonos, & probos, quia de graui aliquo delicto accuſatus. n. 750.

Item quando timetur futurum populi ſcandalum, etiamſi electus defectum nullum patiatur. n. 751.

Item, quando electio fuit in magna celebrata diſcordia, & ſine magno votorum exceſſu; præſertim quando electus eſt cholericus, & iniuriarum memor, niſi tamen poſt electionem repacificentur. n. 752.

Item, quando confirmatori, ſecundum ſcientiam priuatam, vel publicam, bono communi videbitur conuenire, ſuppoſita iuſta cauſa, quæ apta ſit iuridicè probari. n. 753.

Quando electus, aut electores dubitant de confirmatione, in iſtius petitione addere poſſunt: Quam confirmationem ſperant à benignitate P. V. R. obtinere; quod ſi ſecus fiat, proteſtantur velle audiri

audiri, & ex nunc appellant ad Sedem Apoſtolicam: *qua poſitâ cl u ſulâ, licèt confirmator caſſare queat electionem, nouam celebrare non poterit, lite pendente. Et ſi illam celebrauerit, erit ipſo iure nulla.* n.756.

Qui fuit à confirmatore, ſiue in ſolidum, ſiue vnà cum aliis Electoribus electus, confirmatione non indiget, etiamſi iure deuoluto electionem fecerit confirmator. n. 757.

Munus confirmatoris eſt diligenter examinere duo. Et electi merita, & an obſeruata fuerit electionis forma à iure veteri, & à Concilio Tridentino præſcripta. Quæ ſi non examinauerit, confirmatio erit ipſo iure nulla. n.758.

Si tamen electus valde notus ſit confirmatori, & communiter vti dignus habitus, non eſt opus de illius inquirere meritis, vt confirmetur. n.759.

Quando quis propter falſum populi teſtimonium de eius ſcientia electus fuit, & confirmatus, qui eruditus credebatur, poteſt poſtea eius inſcitia cognitâ electio caſſari. n.759.

Qui dignus fuit ad vnam dignitatem repertus, ſi poſteà ad aliam eligitur ſimilem, dignus etiam cenſeri debet; ſi tamen illam bene adminiſtrauerit, & bene ſe geſſerit. n.760

Confirmator debet duplex præfatum examen iudicialiter facere, citatis citandis, formato proceſſu, & diffinitiuè ſententiando, ſi contradictor appareat, & ſi id natura negotij poſtulauerit, aliàs extraiudicialiter. n. 761.

In Ordine Minorum extra iudicialiter proceditur in examine electi, etiamſi electio facta in diſcordia fuerit. n.762.

Poteſt confirmator pro electi confirmatione fidem adhibere litteris teſtimonialibus totius capituli, ſeu omnium ſuffragia ferentium, facientium fidem, electionem omnino fuiſſe Canonicam, ſubſcriptis ab omnibus illis, etiam à non conſentientibus. Poteſt & fidem adhibere famæ. n. 763.

Si confirmator ob negligentiam indignum ſcientiâ, honeſtate vitæ, & ætate legitima confirmauerit, facultate confirmandi ſucceſſorem confirmati priuatur, & ſuſpenditur à perceptione fructuum ſui beneficij quouſque à ſuo reſtituatur ſuperiore. Et ſi ex malitia, grauiùs punitur. n.764.

Quando in electione fuerunt oppoſitores, citandi ſunt pro dicto examine ante electi confirmationem. n.765.

Forma citationis, etiam quando electio celebrata fuerit in concordia, præſcribitur. n.765.

Nunquam licet confirmatori indignum electum confirmare. n.766.

Poteſt, & debet confirmare dignum electum, digniore relicto. n.767.

Si duo, aut tres confirmatori proponuntur lethaliter, digniorem non eligendo, peccat. n.768.

Confirmatio facta poſt appellationem nulla eſt, niſi canonicè ſit ab appellatione receſſum. n.769.

Confirmatio irrita declarata electionem validam præcedentem non irritat. n. 770. & 771.

Si nulla fuit electio, nulla eſt illius confirmatio. n.772. & 773.

Confirmatio eſt iuris priùs habiti corroboratio. n.772.

Qui confirmat, nihil de nouo dat, ſed datum, vel acquiſitum corroborat. n.772.

Confirmatio electioni eſt acceſſoria. n.773.

Dictio.

Et, *dictio principaliter coniungit.* n.773.

Dictio cum, *acceſſoriè coniungit.* n.773.

Electio.

Electio dicitur propriè, quando Prælatus eligitur; impropriè, quando dignitas, Canonicus, aut Beneficiarius. n.744.

Nulla eſt electio, quæ lite pendente ſuper præcedente electione, celebratur. n.756.

Electio digni valida eſt in foro exteriori. n.767.

Elector.

Sub lethali tenetur culpa digniorem eligere. n.768.

Electus.

Electus à Capitulo, cuius electio fuerit à Generali caſſata, & alius loco illius electus, poteſt habitâ notitiâ de noua electione intra tempus appellare congruum, & interim in officij ſe manutenere poſſeſſione. n 755.

Alia vide verbo Confirmatio.

Examen.

Qui noti ſunt, non ſunt examinandi. n.759.

Teſtimonium populi examini æquiualet. n.759.

Approbatus ad dignitatem, aut beneficium, non eſt ampliùs examinandus ad aliam, aut aliud ſimile. n.760.

Inſtitutus.

Qui propter teſtimonium falſum populi de eius ſcientia fuit inſtitutus, qui eruditus credebatur, poteſt poſteà eius inſcitiâ cognitâ eius inſtitutio caſſari. n. 759.

Papa.

Concurrit Papa in iuriſdictione cum quolibet inferiore. n.745.

Prælati.

Prælatus à populo perſecutus, ſi iſte compeſci non poteſt à perſecutione, cedere debet, vel à Prælato remoueri, aſſignato ſibi bono cambio. n.751.

Regula.

Vtile per inutile non vitiatur, Regula certa eſt in ſeparabilibus. n.771. *Limitatur.* numero 682.

Scandala.

Causâ ſcandali vitandi multa licita ſunt dimittenda. n. 751.

Ob ſcandalum vitandum quilibet debet ſuo cedere iuri. n. 751.

Quæ ſine peccato omitti poſſunt, vel committi, ſunt ob vitandum ſcandalum omittenda, etiam committendo. n.751.

TErtium, quod poſt electionem ſequitur, eſt petitio confirmationis de ſe factæ, quam intra 743
trimenſem poſt aſſenſum præſtitũ petere debet, vel poſt obtentã de electione notitiam. Intra trimeſtre ſtatuit Gregor. X. *in Concilio Generali Lugdunenſi*, ex quo deſumptum eſt caput 6. *de electione in* 6. *Quàm ſit.* Quod trimeſtre datur pro Prælatis Cathedraliũ, & Regularium Eccleſiarum, iuxta caput *Ne pro defectu, extra el 41. eod. tit.* pro minoribus verò Eccleſiis ſex conceduntur menſes, *c. 2. de conceſſione præbendæ*, vbi gloſſa *verbo Intra ſex menſes, & in cap. Si electio, verbo Integrum, el 26. de electione.* Barboſa *in d. cap. Ne pro defectu, n. 2.* Qui *voto 39. deciſiuo n. 37.* ait, confirmationem electorum quantociùs debere fieri, ne Eccleſiæ & Religiones diu ſint ſuis orbatæ Paſtoribus. Idem dicit Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 20. num. 166.*

Sed pro maiori intelligentia materiæ ſupponere 744
operæpretium duxi, *Confirmationem* in præſenti ſumi pro approbatione Superioris, electionis à Collegio factæ alicuius perſonæ, ad dignitatem, Prælaturam, vel beneficium vacans. Ita tamen, quod ſi Prælatus eligitur, electio vera, propria, & rigoroſa dicatur electio; impropria verò, ſi beneficiarius, Canonicus, aut Dignitas eligatur, cùm electio propriè ſit de Eccleſia à Paſtore deſtituta. Ita dixi *in quæſtionibus Paſtoralibus, p. 1. q. 3. §. 2. num. 3.* & docet Palaus *tom. 2. tr. 13. diſp. 2. punct. 11. in princ.* & Filliuccius *de ſtatu Clericorum, tract. 41. cap. 3. n. 1.*

& colligitur *ex cap. Quia propter, el 42. de electione*

745 Electionis confirmatio ad immediatum attinet Superiorem electi, niſi aliud iure ſpeciali, vel conſuetudine cautum ſit. Ita Dubal *n.* 165. Peyrinus *tom.1. de ſubdi o,q.1. cap.11. §.11. in princ.* cum Hoſtienſi *in ſum.lib.1. de elect. n.27. §. A quo.* D. Antonino *p.3. tit.19. cap.4.* Samuellius *de elect. tract.1. diſp.8. controu.2. concl.1.* cum Panormitano *in cap. Monachi, §. Prioratus, n.10 de ſtatu Monachorum,* Cucho *lib.4. Inſtitut. maior. de confirmatore, & confirmare poteſt. n.* 1. Paulo de Eleazaris *in rubrica de elect. n.7. in repertor.* Marc. *q.930 p.1.* Toloſ. *in in. de elect. cap.19. n.10. & 14.* & Sigiſmundo *eod. tract. dub.46. n.1.* Ioannes Bapt. Lezana *in ſum. tom 1. p.1. cap.15. n 36.* & *ad Mare magnum Prædicat. §.1. num 6.* cum D. Antonino *in ſum. p.3. tit.19. cap.4.* Tamburinus *de iure Abbat. tom.1. diſp. 6. q.2. n.1. & 2.* qui bene ſubdit *n.* 3. quod confirmatio electionis poteſt à Papa fieri, ſiue immediatè ei ſubſint electi, ſiue non: quia Summus Pontifex concurrit in poteſtate, & iuriſdictione cum quolibet alio inferiore, *can. Ad Romanum, 2. q.6. can. Cuncta per mundum, & can. Per principalem, 9. q.3.* Card. & Imola *in cap. Cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſ.*

746 Generales Ordinum exemptorum hodie ſtatim ac ſunt electi, remanent cõfirmati, per Apoſtolica priuilegia. Ita Samuell. *d. contr.2. concl.5.* quò loci *n.*8. recenſet Priuilegium Innocentij IV. & aliud Sixti IV. in Mari Magno Prædicatorum. Lezana *in dictum Mare Magn. §.1. num.5* Hæc, & plura alia ſimilia refert priuilegia Regularibus conceſſa, videlicet Carmelitanis, Minoribus, Minimis, Auguſtinianis, Seruitis. Ita & Laurent. de Peyrin. *in Formulario, lit. C, cap.18. num.1.* cum Sigiſmundo *vbi proximè, num.3.* Tamburinus *dict. q 2. n.3.* vbi refert priuilegia pro Ciſtercienſibus, Vallumbroſanis, Cœleſtinis, & aliis. Lezana *tom.1. p.1. c.15. n.35.* Dubal *d. q.20. n.169.* refert priuilegium Clementis IV. pro Minoribus: aliud Eugenij IV. pro Ciſtercienſibus: pro Ieſuitis aliud Pauli III. & addit: *Y aſſi de otras Religiones, ſegun refiere Rodriguez tom.2. q.52. art.2. Miranda tom.2. q.23. art.23. concl.3. Pellizza in tom.2. tract.9. cap.7. num.41. Barboſa de iure Eccleſ. lib.1. cap.19. n.* 250. Sigiſmundo *dubio* 48. *n.* 1. *Tauros. De los quales priuilegios gozan los Generales de las demas Religiones, por la communicacion, ſino es que ſea contra ſus Conſtituciones.* Hactenus Dubal.

747 Addit tamen Samuellius *concl.* 6. quod ſi quæ ſint Religiones, quæ priuilegio aliquo non fruantur, tam electi, quàm electores adſtringerentur confirmationem à Summo Pontifice petere, iuxta diſpoſitionem capitis *Si poſtquam, el 33. de Electione in 6.* Sed ni fallor nihil ibi pro authore iſto habetur; immò videtur ſupponi, poſſe confirmationem ab Ordinario præſtari, ibi: *Per Ordinarium confirmari contingat.*: hoc tamen procedit reſpectu non exemptorum, de quibus non agimus. Habetur tamen *in cap. Nihil, §. Cæterùm, el 44. extra eod. tit.*

748 Si immediatus Prælatus ad quem ſpectat confirmatio, nullâ legitimâ cauſâ in contrarium exiſtente, electionem ſine dilatione non confirmauerit, vti decernitur *in cap. poſtquam.* vbi Abbas *n 1. el 3. de electione* ait Tamburinus *diſp.6. q.2. n.9.* recurrendum ad immediatum Prælati huiuſmodi Superiorem, qui poterit ipſi confirmatori mandare, vt intra certum tempus electionem confirmet, quo elapſo, ius confirmandi ad ipſum deuoluitur ſuperiorem. Ita Abbas *vbi proximè, n.8. in fine,* quem ſequitur Tamburinus *n.* 10. & Rotam *in Legionenſi confirmationis, de anno 1607. coram Card. Pamphilio,* & Caſtellinum *tract. de Electione, cap 14. de Confirmatione, n.* 18. Et quidem confirmatio in iudicio peti poteſt, tam ab electoribus, quàm ab electo. Barboſa *voto 35. num.10.* & *voto 97. n.70. qui voto 35. n.10. voto 36. n.7.* & *voto 39. n.* 40. ait, quod electus petendo confirmationem, gratiam non petat. Et *voto 39. n.37.* docet confirmationem quantociùs fieri debere.

Dixi, *nullâ legitimâ cauſâ exiſtente.* Illa enim exiſtente poterit ſuperior immediatus, non ſolùm confirmare electionem, ſed etiam illam caſſare, irritam, & nullam reddere; & quidem ſine electi iniuria, & graui peccato, quod dubio procul ſuperior committeret non confirmando, vti docet Lezana *dict. c.15. n.35.* Quia canonicè electus habet ius vt confirmetur, cauſâ tamen iuſtâ in contrarium non ſtante. Confirmatio enim neceſſaria eſt ex parte Confirmatoris, ex parte cuius eſt neceſſitatis, & debita, vti Tamburinus *dict. diſp.6. q.1. n.19.* per caput *Poſtquam, de electione*, vbi Butr. *num.6.* Abb. *in princ.* & per caput finale, *eod. tit. in 6.* Samuellius *de electione, tract.1. diſp.8. contr.1. concl.1.* vbi ait: Quare ſuperior nullam libertatem exercet in confirmatione; quia in neceſſariis liberalitas non exercetur, *l. cum legatam, ff. de adimendis legatis.* Nec impendit Beneficium, qui exhibet debitum, *l. ſi ſeruo, §.1. ff. de rebus ... l. Proximè, ff. de ritu nuptiarum.* Pro quo axiomate Barboſa *tract. de Axiomatib. iuris, axiom. 157. n.4.* allegat Tiraquellum *in l. ſi vnquam, verbo Donatione largitus, num. 116. Cod. de reuocandis donationibus,* Gammam, Pichardum, Valaſcum, Gratianum, & Mangil. De neceſſitate præfata dixi ego *in qq. Paſtoralib. p.1. q.3. §.2. n.6.* Quocirca Dubal *dicta q.20. n.165.* ait: *El confirmador tiene derecho de confirmar, ò caſſar la eleccion, ſegun le pareciere conuenir al bien comun:* & *num.166. Pero ſi hecha la aberiguacion, ò ſin hazerla conſtare hauer ſido valida la eleccion, y ſer digno el electo, le debe confirmar el Superior: y ſi no lo haze, peca mortalmente: porque haze agrauio al electo, que por la eleccion tiene adquirido derecho à la Prelacia, y en materia graue, como ſe colige ex cap. Poſtquàm, de el[...]one, y lo tiene Panormitano in cap. Poſtulaſtionem.* Videatur etiam Barboſa *voto 35. num.8.* & *voto 97. num.* 72. vbi inſinuat, graue peccatum committere ſuperiorem, non confirmando cauſâ non exiſtente legitimâ. Et *voto 104. n.27.* vbi ait, quod electio etiam digni multis viis caſſari poteſt. Plures recenſere cauſas operæpretium duxi pro Prælatorum confirmatorum inſtructione, & eligendorum quiete. 549

Prima eſt, quando electus infamiâ laborat apud viros bonos, & probos, quia fuit v. g. de aliquo graui delicto accuſatus Facit textus *in cap. Omnipotens Deus*, vbi gloſſa *verbo Nunciantur, el 4. de accuſatione.* Vbi etiam Barboſa *n.*1. & Abbas *num.1. & 2.* Peyrinus *in Formulario, lit. C, cap.18 n.6.* 750

Secunda cauſa eſt, quando timetur aliquod futurum ſcandalum, etiamſi electio nullum defectum patiatur. Ita Abbas *in cap. Nullus, num. 8. el 1. de electione*, vbi ita fatur. Et nota ſingulariter hoc vltimum, quod cum ſcandalo populi non debet quis præfici, etiam interueniente electione Collegij. Pro quo facit optimè caput *Cùm teneamur, de Præbendis*, caput *Niſi cùm pridem, de renunciatione.* Et vide ſingulare dictum Innocentij ibi, vbi dicit, quod ſi populus perſequitur Prælatum iam inſtitutum, 751

inſtitutum, nec poteſt compeſci à tali perſecutione, vt populus conquieſcat, & Eccleſia ſtet in quiete, debet Prælatus cedere, vel remoueri per ſuperiorem, aſſignato tamen ſibi aliquo bono cambio; quod ſingulariter nota. Hactenus Panormitanus. Ita & Peyrinus *in Formulario, lit. C, cap* 18. *num.6.* Turrecremata *in cap. Si fortè, diſt.63.* & *in cap. Si duo, diſt.79. num.1.* Petro Gregorio *de elect. cap.5. num.* 22. Felino *in cap.2. de Præſcriptionibus, numer.* 2. *verſ. Decimotertiò* Rota *coram Seraph. deciſ.* 516. *numer.* 4. & cum Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub.* 45. *num.* 7. Et ratio eſt, quia nulla licita ſunt dimittenda cauſá ſcandali vitandi; & quilibet debet iuri ſuo cedere ob illud vitandum, iuxta illud Apoſtoli *ad Corinth. cap.* 8. *verſic. finali. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* Quocirca gloſſa *in extrauag. Quorumdam, verbo Scandalum*, 1. *de verborum ſignificat.* ait: Illa enim, quæ ſine peccato mortali omitti poſſunt, vel committi, ſunt ob euitandum ſcandalum omittenda, etiam committendo. De quo etiam Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito, quæſt.*1. *cap.*7. *verſ.c. ad euitandum*, & *in Formulario vbi proximè*, & Samuellius *de electione, tr.* 1. *diſp.*8. *controu.* 1. *concl.* 5. Ergo multò magis cedere debet ante confirmationem, & ab iſta deſiſtere.

752 *Tertia* cauſa eſt in ſententia Caſtellini *de electione, cap.*14. *num.*58. *verſic. Et pariter*, & Azorij *Inſtit. Moral. p.*2. *lib.*6. *cap.* 14. *quæſt.*11. quos recenſet Peyrinus *in Formulario, num* 6. *citato*. quando electio facta eſt in magna diſcordia, & ſine magno exceſſu votorum. In quo caſu poteſt Prælatus confirmator electionem caſſare, ad euitandas futuras diſcordias religioſam tranquillitatem euertentes, præſertim quando electus eſt vir cholericus, iniuriarum memor, ac vindicatiuus. Quod limitat ipſe Peyrinus, niſi poſt electionem conueniant, & repacificentur vt ſolet.

753 *Quartam* cauſam aſſignat Bañez 2.2.q.67.*art.*2.*in reſponſ.ad* 2. apud Peyrin. *vbi proximè* aſſerens, liberum eſſe confirmatori confirmare, vel caſſare electionem, prout ſibi ſecundùm ſcientiam priuatam, vel publicam videbitur bono communi conuenire; ac etiam poſſe electionem canonicam, & in perſona benemerita factam, caſſare. Quem tamen Peyrinus *dicto num.*6. cum Caſtellino *loco citato, n.*56. & cum Laurio *de electione, tit.*4. *cap.* 25. *num.*59. intelligit, ſuppoſitâ ſemper cauſâ rationabili, quæ apta ſit iuridicè probari, ſi neceſſe fuerit. Et cum hac limitatione ſubſcribunt.

754 Sed dubium eſt, *An cauſa rationabilis, quam prætendit confirmator habere non confirmandi, debeat iuridicè probari; an verò ſatis ſit eam extraiudicialiter probari abſque examine iuridico teſtium, & inſtrumenti, ad ſolam famam attendendo?* Portel *part.* 2. *de caſibus conſcientiæ, caſu* 4. *num.* 3. apud Peyrinum *dict. cap* 18. *num.*7. *in fine*, docet quod ſemper ſit iuridicè probanda. Idem docet Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſponſ.*35. *n.*32. Et ipſe Peyrinus ait, hoc eſſe valdè rationabile, & ad obuiandum fraudibus optimum remedium. Abſolutè tamen aſſerit, quod vbi eſt conſuetudo, vt cauſa non confirmandi iuridicè probetur, ea ſeruari debeat, vt conſtat ex traditis per Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, in annotat. gloſſ.*9. *num.*43. & per Sigiſmundum à Bononia *de electione, dub.*46. *num.*8. Et rurſus aſſerit Peyrinus, cauſam eſſe iuridicè probandam, quando confirmator eſſet inimicus electi. In aliis tamen caſibus ait, quod confirmator non teneatur cauſam iuridicè probare. Allegat innocentium *in cap. Poſtquam, de electione*, Ioannem Andream ibi, *num.*6.& *in cap.* 1. *de poſtulatione Prælati, num.*4.& 5.Butrium *in dicto cap.*1. *num.*50 Ancharanum *in præcitato cap. Poſtquam, num.*3. Laurium *de electione, tit.*4 *cap* 25. *num.*55. Abbatem *in cap. Poſtquam*. Caſtellinum *de electione, cap* 14. *num.*47. & textum expreſſum *in cap. Indemnitatibus, de electione, lib* 6. & *in Clementina Exiui*, §. *Demùm, de verborum ſignificatione.*

Et ita obſeruari teſtatur in Ordine Minorum ex eadem Clementina, & ex Sigiſmundo à Bononia *de electione. dub.*46 *num* 9. In Ordine etiam Prædicatorum obſeruari ait ex Caſtellino *vbi proximè, n.*12 Et quod in ſuo Ordine Minimorum obſeruetur, demonſtrat, plurimis adductis caſibus, in quibus abſque proceſſu, & iuridica informatione, cum ſolo conſilio collegarum, ſuus Generalis electiones Prouincialium diuerſarum Prouinciarum caſſauerit, & alios elegerit Prouinciales. Videlicet in prouincia Paulæ, anno 1611. in prouincia Tuſciæ eodem tempore: in prouincia Neapolis anno 1633. in prouincia Granatenſi anno 1634. in prouincia Hiſpalenſi eodem anno. Quò loci recenſet nomina Prouincialium non confirmatorum, & ſuffectorum. Et Addit: Et hoc ſingulis annis ſeruatur in Capitulis Definitoriis, vbi electiones Correctorum, iuſtâ interueniente cauſâ, approbantur, & reprobantur, abſque figura iudicij.

Plura de hac materia docet Barboſa in votis deciſiuis, *tom.*1.*voto* 35.*num* 15 ait, quod ſi confirmator expreſſit cauſam denegationis confirmationis, vel annullationis electionis, tunc iudicialiter eſt agendum, compilato proceſſu, priùs citato, & audito pariter electo. Et *n.*16 dicit, quod ſi caſſanda eſt electio vitio aliquo perſonæ electæ, tunc vitium illud probandum eſt, vbi Caſtellinum allegat. Et *tom* 1.*voto* 97. *num.* 84. docet, crimina electo obiecta plenè probari debere. Et denique *voto* 104. *n.* 22. & 23. dicit, quod quando caſſatur electio, ob vitium perſonæ, iudicialiter, & citato electo procedendum eſt.

Duo Peyrinus *n.*14.& 15.dicti capitis 18.menti tenenda aduertit pro praxi. *Primum* eſt, quod electus à Capitulo, cuius electio fuiſſet à Generali caſſata, & alius eius loco electus, poteſt habitâ notitiâ de noua electione intra tempus congruum appellare ad Superiorem, & interim ſe manutenere in poſſeſſione officij, & alter electus à Generali tenetur habere patientiam, quouſque per Superiorem ad quem fuit appellatum, declaretur electionem primam fuiſſe benè, vel malè caſſatam. Putat enim appellationem huiuſmodi ſuſpendere executionem in hoc caſu, ob ea quæ idemmet Author tradit de priuilegiis *tom.*1. *c.*4. *n.*19 vbi inquiſito, an appellatio à priuatione dignitatum ſuſpendat executionem? Reſpondet affirmatiuè ex gloſſa *in cap. Sæpe, verbo Rata manet, in fine, de appellationibus*, Abbate ibi, *num.*15. & gloſſa *in ſumma, cap. Quod autem*, 8. q.4. Iaſone *in l.*1.*n.*10. *ff. de re iudicata* Bartol. *in l. furti, ff. de iis, qui notantur infamia.* Bobadilla *in Politica, tom.*2. *lib.*5. *c.*1. *n.*291 Nauarro *lib.*2. *Conſiliorum, tit. de appellatione, conſ* 2. *n.*3 Barboſa *in cap. Venientes, de iureiurando, n.*7. Ioan.Ant.à S.Gregorio *in cap. Ad hæc, de appellationib. num.*7. Scaccia *de appellationibus quæſt.* 3. *num.* 72. vbi ait, quod Prælatus depoſitus, pendente appellatione, poteſt liberè ſuum exercere officium, excommunicare, & alia iuriſdictionalia exercere, vt ante ſententiam poterat, & DD. adducit. Qui DD. licèt de 755

de Regularibus non loquantur, cùm tamen ſimpliciter dicant, appellationem executionem ſuſpendere, debent etiam de Regularibus intelligi, cùm nullum ius appareat, per quod hi excludi debeant ab illo communi iuſtæ appellationis effectu, & beneficio. Hoc tamen (addit) in Religione noſtra non ſeruatur, & doleo. Circa tamen hic dicta, vide infra verſic. *Nono aduertendum*.

756 *Secundum* quod aduertit, eſt, quod quando electores dubitarent de caſſatione electionis ab ipſis factæ (& idem dico ego de electo) petendo confirmationem, poſſent addere clauſulam: *Quam confirmationem ſperant à benignitate P. V. R. obtinere; quod ſi ſecus fiat, proteſtantur velle audiri, & ex nunc appellant ad Sedem Apoſtolicam.* Sic enim ligantur manus confirmatoris, vt licèt caſſare poſſit, non tamen poſſit nouam facere electionem. Nam appellatione interpoſita, non poteſt noua fieri electio; quod ſi fiat, eſt ipſo iure nulla, *cap. Conſiderauimus, el 10. de electione.* Vnde (addit) electus faciliùs ſuam electionem defendet, cùm ius quærendum faciliùs impediatur, quàm quod tollatur ius iam quæſitum. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiomate 135. num. 2.* cum Alexandro *conſil. 196. Viſis, num 5 lib. 7.* quem refert Card. Tuſchus *Practicar. concluſion. tom. 3. litt. F, concluſ. 12. num. 7.* Surdo *conſil. 175. num. 40.* & *conſ. 519. num. 3.* & *conſ 551. num. 9.* Gratiano *diſceptationum Forenſium tom 4. cap. 957. num. 11. & 12.* & ius quærendum faciliùs remittitur, quàm quæſitum (addit Barboſa *l. fin Cod. de acquirenda poſſeſſione*. Gloſſa, & Doctores *in l. Seruus, ff. de pactis*, Surd. *conſil 151. num 38.* Et faciliùs eſt vnum confirmatorem ſuperare, ait Peyrinus, quàm confirmatorem, & de nouo electum.

Et concludit: Nec debent confirmatores tali clauſulâ dedignari; nam qui ius ſuum quærit, nemini facit iniuriam. Latè Barboſa *vbi proximè, n 8. ex l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniuriis, l. 3. § Is tamen, ff. de libero homine exhibend. l. qui iniuriarum, §. Is qui, de iureiurando,* & aliis ex iuribus, quæ recenſet, Cagnolo *in l. nemo damnum, num. 2. ff. de regulis iuris.* Nauarro *in. de Præbendis, in antiq. conſ 32. num. 4.* Maſcardo *de probationibus, concluſ. 1051. n 31.* Surdo *conſ. 174 num. 17.* & ex pluribus, quos allegat Et concludit pro Peyrini dicto: Vnde iuris executio iniuriam non continet, *l. Iniuriarum actio, §. Is qui inter. ff. de iniuriis,* Roman. *conſ. 187. In terminis, in principio.* Et quod electio facta appellatione pendente, ſit nulla, dictum eſt ſuprà *num 721* & docet Barboſa *voto 33. n. 49.* & *voto 39 n. 37.* ait eſſe attentatam electionem appellatione pendente factam; quod etiam docet *num. 4..* & *num. 66.* ait, electionem factam poſt primam non caſſatam legitimè, nullam eſſe. Quod etiam dixerat *n. 32.*

Et Dubal *p. 2 quæſt. 20. n. 171.* in ſequentia etiam prorumpit: *Y como la appellacion embaraze la execucion y la retarde, ſi hecha la eleccion, el Superior la dieſſe por nulla, y nombraſſe à otro, y le confirmaſſe, podria apellar el primero dentro del tiempo debido, y en el, interin debria ſer manutenido en la poſſeſſion, ſi la tenia del officio, y el otro debria ceſſar haſtaque ſe determinaſſe era valida, o inualida la eleccion, aunque el ſegundo eſtunieſſe confirmado, y el primero ſolamente electo: porque à eſte le fauoreze la poſſeſſion, que no tiene el otro; porque melior eſt conditio poſſidentis. Pero ſi el ſegundo tome poſſeſſion primero, debe ſer amparado en ella, mientras ſe determina hauer ſido valida la primera eleccion. Aſſi lo tiene Pelizaro tr. 9. cap. 7. num. 52.*

Hic operæpretium aduertere duxi, quod quando Prælatorum electio pertinet etiam ad confirmatorem, ad Generalem, v.g. ſiue inſolidum, ſiue vnà 757
cum Diffinitoribus, aut aliis quidem collegis, ſic electi, aut prouiſi, confirmatione neutiquam indigent. Ita colligo ex Barboſa, quem infrà *num. 775.* refero, expreſſeque docet Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom 1. diſp. 6. quæſt. 1. num. 21,* & *q. 2. num. 4.* cum gloſſa *in cap. vt circa, verbo electione,* & *in cap. 1. verbo Prouiſionem, de elect. in 6.* Compoſtellano *in cap. Cùm inter Canonicos, extra eod. tit.* vbi Innocent. & Hoſtienſ. Archidiacono *in can. Synodo. num. 2. diſt. 63* & *in d. cap. 1. de elect. in 6.* vbi etiam Ioannes Monachus, Nicol. Milis *in Repertorio verbo Electio, §. e.* Rebuff. *in concordant. rubrica de reg. ad Prælator. nominat. faciend. § Monaſteriis, verſic. Nota tamen, quod ſi ad eligentem.* Abbat *in cap. Ne pro defectu* & *in cap. Cauſam quæ, extra de elect.* Felin. *in cap. Eam te, num. 3.* & *in cap. In noſtra, num 25. corollar. 31. de reſcriptis.* Panorm. *in cap. Poſt electionem, num. 3. de conceſſione præbendæ.* Rota *in Nouarienſ. Præpoſitura, 28. Iuny 1632. coram Veroſpio, ſa 25. apud eundem Tamburinum, tom. 3. num 12* Qui addit, procedere etiamſi iure deuoluto ſuperior electionem fecerit. Abbas *in cap. Dilectus filius, num 3. de conceſ præbenda.* Gloſſa *in cap. 1. verbo Prouiſionem, de elect. in 6.* Rota *in dicta Nouarienſ. num. 9. & 12. citatis,* in qua allegantur Gloſſa *in cap. vnic. verbo Collationem, de rerum permutatione, lib. 6. in Clement. Quia contingit, § vt autem, verbo Electionem, de religioſis domibus.* Rota *deciſ. 1. de electione, in antiquis,* & *deciſ. 6. num. 2. eod. tit. in nouis,* Dubal *d. q. 20. num. 165.* & *num. 168.* dicit: *Quando los Abbades, ò Prelados ſe eligen por el General, o Prouincial, y Difinidores, no neceſſitan de confirmacion, ſino que ſiendo canonicamente electos, quedan confirmados. Aſſi lo tiene Rodriguez tom. 2. qq. Regular. quæſt. 53. art. 6. fundado en vn priuilegio de Clem. IV. concedido a la Orden de los Menores: otro priuilegio refiere el miſmo Rodriguez ibi, de Benedicto XIII. concedido à la Orden de S. Geronimo, para que los Priores deſpues de electos, antes de eſtar confirmados puedan adminiſtrar ſu officio, &c.*

Aduertere debent confirmatores Prælati, munus 758
ſuum eſſe diligenter examinare, & electionis proceſſum (an ſcilicet obſeruata fuerit forma præſcripta in iure veteri, & nouo Tridentini, pro electione, necne) & electi merita. Vtrumque enim inquirere debent, vt confirmatio valida euadat, aliàs confirmatio viribus carebit. Sic enim Innocentius Papa III. in Concilio generali, relato *in cap. Nihil eſt, el 44 de electione,* ſtatuit: *Irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cùm quiſquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet, & electionis proceſſum, & perſonam electi, vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat.* Hæc ibi, quoad primam partem, vbi gloſſa *verbo Examinet.* Abbas *num. 1.* Barboſa *n. 1.* & *in voto 35. n. 1.* Dubal *d. n. 165.* ibi: *Y eſte los debe confirmar, examinada primero la idoneidad del electo, y de los electores, y la forma de la eleccion. Eſto ſe colige ex cap. Nihil eſt, §. cæterùm, de electione, y lo tienen communmente los Doctores* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 6. quæſt. 2. num. 6* Lezana *in Summ. qq. Regular. p. 1. cap. 15. num. 36.* Samuellius *de elect. tract. 1. diſp. 8. controu. 2. concl. 8.* Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. cap. 31. §. 11. concl. 2.* & *in Formulario, litt. C, cap. 18. num 3.* cum Nauarro *lib. 1. conſilior. de elect. conſ. 2. n. 2.* Cucho *lib. 1. Inſtitution. Canonicar. tit. 9.*
de

de elect. n. 1. & Hoſtienſi *in ſumm. de elect. n. 2.*

Quoad ſecundam verò partem de nullitate confirmationis, conſtat *ex cap. Quoniam, el ſinal, de elect. lib. 6.* ibi: *Dum nullis vocatis, & non diſcuſſo negotio per repentinam confirmationem, citò (contra doctrinam Apoſtoli) imponis manus electo. Nos volentes huic morbo, & fraudibus obuiare, præſenti conſtitutione ſancimus, confirmationes tales viribus omnino carere, eaſque decernimus irritas, & inanes.* Gloſſa *verbo Ieiunes* Abbas, Panorm. Tamburinus, Samuellius, Peyrinus *locis citatis.*

Circa prædicta venit adnotandus Dubal vbi proximè, in ſequentia prorumpens. *Y como en las Religiones los Superiores, à quienes toca la confirmacion de los Prelados, tengan baſtante noticia de los ſujetos, que ſon idoneos para las Prelacias, en conſtandoles, que la eleccion fue canonica, pueden confirmar al electo, ſi les conſta, que es idoneo, ſin hazer mas aueriguacion: fuera de que aunque eſta aueriguacion fuera de ſubſtancia de la confirmacion, pudieran omnitirla los Prelados Regulares, por vn priuilegio de Sixto IV. concedido al General de la Religion de S. Geronimo, para que pueda por autoridad Apoſtolica ſuplir qualeſquiera defectos, que ſuccedieren en las elecciones de los Prelados. Aſſi lo refiere Pelizzario tract. 9 cap. 1. num. 40 Y deſte priuilegio gozan los Generales de las demas Religiones.* Ita Dubal. Sed tenor dicti priuilegij, ac communicationum, obſeruantiæ, & Religionum ordinatio attendi debet, ſicut & poſteriora Apoſtolica diplomata.

759 Dubitari tamen poteſt, *An examinatio iſta fieri debeat iudicialiter, cum cauſa cognitione, in contradictorio iudicio, proceſſum forma do, cum citatione intereſſe habentium; an verò ſufficiat, quod extraiudicialiter fiat?* Ad hoc dubium reſpondeo *primò*. Si electus valde notus eſt confirmatori, & communiter vti dignus approbatus, tunc non eſt opus de illius inquirere meritis. Ita Panormitanus *in cap. Poſtquam, num 5. el 3. de electione, ex cap. Conſtitutus, el 2. de appellatione,* & *can. Nullus*, cum gloſſa, *24. diſt.* Tamburinus *d. quaſt. 2. num. 6 ex cap. de appellationibus 1.* & *ex cap. in Lateranenſi, el 31. de Prabendis, & Dignitatibus.* Nauarro *tit. de Electione, conſ. 2.* Samuellius *de elect. canonica, tract. 1. diſp. 8. controu. 1. concl. 11.* dicens: Electus, quando eſt ita notoriè idoneus, ac bonæ famæ, & alia canonica requiſita habet, nulla tunc eſt alia facienda examinatio. Allegat canonem *Qui Epiſcopus, 23. diſt.* iuncta gloſſa *verbo Examinetur*, vbi ita ait. Iſta examinatio non eſt facienda, niſi circa ignotos, *can. Nullus, el 2. diſt. 24.* iuncta gloſſa dicente, *verbo Teſtimonio*: Hic habes, quod teſtimonium populi æquiualet examini. Vnde ſoſſicit, quod Clericus ordinandus habeat formam pro ſe. Et per hoc etiam patet, quod noti non ſunt examinandi, ſed tantum ignoti. Canonem etiam allegat *de Petro 47. diſt.* iuncta gloſſa *verbo Ignota*, vbi ait: Per hoc patet, qood qui eſt notus, non examinatur... Vnde & notus ſine probatione recipitur. Item allegat caput *Conſtitutis, extra el 46. de appellationibus*, ibi: *Cùm de perſona tua honeſtate conſtaret.* Et tandem allegat Samuellius Oldradum *conſil. 146. in fin.* & Sigiſmundum à Bononia *de elect. dub. 46. num. 10* Dubal *p. 1. quaſt. 2. num. 365.* & Barboſa *voto 36. num. 19.* vbi dicit, quod idoneitatis examen non requiritur, vbi conſtat de electi doctrina, habilitate, & communi æſtimatione. Sed nota quod ſi quis propter falſum rumorem, & populi teſtimonium fuit electus, qui eruditus credebatur, poteſt poſteà inſcitià eius cognitâ, electio eius caſſari, ſicut & inſtitutio. Ita Innocentius Papa *in can. Veniam*, vbi gloſſa *verbo Per rumorem, 35. q. 9 ex l. ſi pater, ff. de hæredibus inſtituendis.*

Reſpondeo *ſecundò*, qui dignus fuit repertus ad vnam dignitatem, ſi poſteà eligitur ad aliam, debet dignus reputari, & à confirmatore confirmari. Ita docet Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito, cap. 31. §. 11. de confirmatore, concl 10* cum Sylueſtro *verbo Electio 1. quaſt. 3* Miranda *in Manuali, tom. 2. quaſt. 23. art. 11.* qui probant ex *can. Geſta 74. diſt.* Pro nobis eſt Innocentius III. *in cap. Accepimus*, iuncta gloſſa *verbo Reputare, de ætate, & qualitate*, dicente: Nota, quod qui putatur dignus in vna dignitate, ſi poſtea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari. Subſcribit gloſſæ Barboſa ibi, *num. 6.* & *ſuper Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 13. num. 18.* ait: Approbatus ſemel ad vnum beneficium ſimplex, non eſt ampliùs examinandus ad aliud ſimile beneficium, Canonicatum, vel dignitatem. Idem repetit *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, allegat. 60. num. 89.* vbi allegat Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloſſa 4. n. 84.* Riccium *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 110. in 1. editione, & in 2. reſol. 356.* Maſſobrium *in praxi habendi concurſum, prælud. 3 dub. 3 num 40* & Homobonum de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract. 2. cap. 3. quaſt. 31. in fine,* & *voto deciſiuo 39. num. 59.*

760

Ex dictis fit, & à fortiori quidem, quod parua, vel nulla inquiſitio requiratur quoad electi ſaltem merita, ſi modò electus fuerit alia vice electus, & confirmatus ad eandem Prælatiam, vti docet Barboſa *tom. 1. lib. 1. voto 35. num. 13.* cum Peyrino *d. cap. 13. §. 10. concl 10.*

Vnum aduerto ex Barboſa *dicto n. 11.* quod ſi extraiudiciali inquiſitione aliquid Confirmator inuenerit, quæ confirmare differat, cautelâ vti poteſt in denegatione confirmationis, non exprimendo denegationis cauſam, rationem ſuo tantum Superiori redditurus, id requirenti.

Ad aliud ſimile beneficium, Canonicatum, vel Dignitatem, dicit Barboſa; & in hoc ſenſu intelligenda eſt noſtra reſponſio, vti illam Peyrinus intelligendam aduertit. Nam qui eſt dignus Officio minori, non eſt dignus maiori. Quò loci aliam adducit limitationem, videlicet, modò in prima dignitate bene ſe geſſerit, & eam bene adminiſtrauerit. Nam ſi ſecus, indignum ſe reddidit quacomque alia, etiam ſimili, etiam pari. Ad quæ debet attendere confirmator (addit) ne laqueum ſibi iniiciat peccati.

Reſpondeo *tertiò*, examinatio poteſt interdum fieri extraiudicialiter, & aliquando debet fieri in contradictorio iudicio, formato proceſſu, & diffinitiua ſententia pronunciata, ſecundùm caſus, & occaſſiones occurrentes, & prout negotij natura poſtulauerit. Ita Abbas *in cap Poſtquam num. 5 el 3. de electione*, dicens: Et puto, quod ſi contradictor appareat, tenetur ſuperior recipere probationes oblatas per contradictorem, vt *in dict. cap. ſi*. eo verò deficiente, relinquerem hoc arbitrio ſuo. Samuellius *dict. controu. 2. concl 8.* cum Azorio *p. 2. lib. 6. cap. 16. q. 6.* cum Compilatore priuilegiorum, *tit. Electio, num. 8. in fine.* Cucho *Inſtitut. maior. lib 4. de confirmatore, & confirmatis poteſtate, n. 38.* Gonzalez *ſuper regul. 8. gloſſa 9 §. 1. in annotat. n. 43.* & cum Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub 46 n. 7. & 8* Barboſa *voto 35. num 12.* ait cum Lauorio *variar. lucubrat. tit. 4. num 25. ad n. 59. tom. 1.* poſſe inquirere extraiudicialiter ex officio, & ſine proceſſu; 761

& hoc ſufficere. Et addit *ex cap. In Lateranenſis*, *de Præbendis*, Lauorio *n.57* Tamburino *tom.1. diſſ.6. q.3.n.6* & ex Nauarro *conſil 2. de electione, num. 3.* quod quando electus communiter reputatur dignus, qualiſqualis præſtat inquiſitio.

762 Reſpondeo *quartò*. In ordine Minorum extraiudicialiter proceditur in examinatione electi, in vim Clementinæ *Exiui de Paradiſo* §. *Demùm, la 1. de verborum ſignificatione*, vbi gloſſa *verbo Demùm, in* §. *Notabili*, Barboſa *n.31.* cum Bañez *de iuſt. q.67. art.2. verſ. Ad ſecundum*, Gonzalez *vbi proximè*. Salgado *de protectione Regia p.2. cap.13. n.16* Lauorio *variar. lucubration. tom.1. tit.4. cap.25. n.63.* & cum ſe ipſo *de iure Eccleſ. lib.1. cap.19. n.251.* Samuellius *concl. 9.* Et quidem procedit quando electio facta fuit in diſcordia, vti patet ex textu, & gloſſa: quantò ergo erit magis, quando facta fuerit in concordia? vti bene Samuellius *vbi proximè, concluſ. 9.*

763 *Quintò* reſpondeo: Poteſt confirmator fidem adhibere litteris teſtimonialibus, & famæ. Ita Innocentius *in cap. Poſtquam el 2. de electione* penes Panormitanum ibi, *num 5.* qui addit, hoc videri approbare Io n. Andr. *argum. cap Tua de cohabitatione clericorum, & mulierum*, Samuellius etiam *contron.2. concl.9.* & *concl.12.* Peyrinus *tom 1. de ſubdito, quæſt.1. cap.31. §.11. concl. 2. verſic. Rodriguez*, vbi ait cum Miranda *tom. 2. q.17. art 6.* quod litteræ illæ ſubſcribi debent à toto Capitulo fidem faciente, electionem omnino eſſe canonicam, & ſubſcribi debent etiam ab iis, qui in electum non conſenſerunt.

764 Aduertendum eſt *primò*, quod ſi confirmator, ob negligentiam hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, vel illegitimæ ætatis confirmauerit, amittet facultatem confirmandi ipſius confirmati ſucceſſorem; & à perceptione fructuum ſui beneficii, quouſque à ſuo ſuperiore reſtitutus fuerit, ſuſpendetur; ſi verò id ex malitia fecerit, grauius punietur. Ita decernitur *in cap. Nihil, el 44. de Electione*, vbi Gloſſa, Panormitanus, & Barboſa. Tamburinus *tom.1. diſp.6. q.2. n. 8.* Peyrinus *tom.1. de ſubdito, q.1. cap.31. §.11. concl.2.* Samuellius *concl.12.*

765 Eſt etiam aduertendum *ſecundò*, quod quando in electione ſunt oppoſitores, vocari debent antequam electus confirmetur. Ita decernitur *in cap. Quoniam, el 47. de electione, lib.6.* ſub pœna nullitatis ipſo iure, vbi Barboſa *num.1. & 2* & *in votis deciſiuis, tom.1. voto 36. num. 11.* Dubal *p.2. q.20. num. 165.* Et inſinuat Abbas *in cap. Poſt quam, n.5. el 3. de electione.* cuius verba *ſuprà num.761.* ad vnguem recenſui. Vocationis autem forma præſcribitur in dicta Decretali, ſub ſequenti tenore: *Vocationem autem huiuſmodi, nominatim vbi eſt coelectus, vel apparet oppoſitor, aliàs generaliter in Eccleſia, in qua electio facta eſt, vt ſi qui ſint, qui ſe velint opponere, compareant aſſignato peremptorio termino competenti, faciendam eſſe cenſemus. Quæ etiamſi electio in concordia celebrata fuerit, volumus obſeruari.* Et ita Dubal *dicto n.165* vbi addit: *Y aſſi ſe deue guardar, ſino es, que aya priuilegio, ò coſtumbre en contrario.*

766 *Tertiò* aduertendum eſt, nunquam licere Superiori indignum electum confirmare. Tum quia cùm idoneus ille non ſit tali beneficio, aut dignitate, confirmatio in graue damnum Eccleſiæ redundaret. Tum etiam, quia confirmatio eſt inuenta, vt Superior examinet, & videat ſi ſeruata ſunt, quæ ſeruari circa electionem debent; quorum primum eſt, vt in digna perſona fiat. Tum tãdem, quia confirmando indigni electionem, concurreret confirmator cum electoribus, & illorum confirmaret peccatum. Et ita docet Peyrin. *tom. 1. de ſubdito, q.1. c.31. §. 11. concl. 2. verſic. Quæres*, cum Petro Ledeſma *in ſumma, p.2. tr.7. c.2. concl.7. dub.10.* Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regul. tom 1. p 1. c 15. n.36.* & Barboſa *voto 35. n. 17. & 18* docet Superiorem debere illum excludere, & electionem annullare, illo citato. Et *n.21.* aduertit, quod ſi electio caſſatur propter modum electionis, & non ob perſonæ vitium, non præiudicatur electo, quin poſſit iterum eligi. Si verò ob vitium perſonæ, perpetuò illum ineligibilem manere docet *voto 36. n.14.* & *voto 39. n. 52.* & ampliat ita, vt etiam ſit ineligibilis ad quæcumque Ordinis officia, eo quod reprobatus ob vitium perſonæ, perpetuam contrahit inhabilitatem.

Quod ſi petas. *Electores dignum elegerunt prætermiſſo digniori, poteritne Prælatus illum confirmare?* 767
Reſpondeo, poſſe, & teneri. *Primò*, quia confirmatio eſt actus exterior Sed electio digni eſt valida in foro exteriori. Ergo ad illam confirmandam tenetur. Aliàs electus appellare poterit. *Secundò*, quia eo ipſo quod eſt electus, eſt electoribus gratus; & ſic dignior, & vtilior Eccleſiæ diiudicandus eſt. Et ita docent Peyrinus *citato §. 11. concl. 3.* cum Ledeſma *vbi proximè*, Salonio *2.2. q 63. art.2. contr.3. verſ. Obſeruemus tertiò*, vbi Bañez *dub.3. ad 7.* Caietan. *in ſumma, verbo Electio*, & *verbo Beneficium*. Couarr. *in regula Peccatum, p.2. §.7. n.4* Roderiquez *in ſumma, tom.1. cap. 106. concl. 11. n. 3.* Ioannes Baptiſta Lezana *dicto n.36.*

Quod ſi iterum quæras: *Confirmatori proponuntur duo, vel tres; teneturne digniorem confirmare?* Reſ- 768
pondeo teneri, & quidem ſub culpa lethali. Ratio eſt, quia tunc electoris vicem gerit, qui ſub mortali adſtringitur digniorem eligere. Ita Peyrinus *§.11. cit. concl.4* cum Ledeſma, Salonio, & Roderiquez *locis citat.* Armilla *verbo Electio, n 2.* Aragone *2.2. q.63. art.2. concl.5. colum.13.* Lezana *n. 36. citato.*

Quartò eſt aduertendum, quod confirmatio facta 769
poſt appellationem ex cauſa legitima ad Sedem Apoſtolicam interpoſitam, niſi priùs fuerit ab appellatione canonicè receſſum, nullius eſt roboris, & momenti. Ita expreſsè decernitur *in cap. Si poſtquam, el 33. de electione, lib.6.* & ita docet Barboſa *ibi, n.1.* cum Alagona *in compendio, pag.73.* Viuiano *in Ration. lib. 1. pag.192.* Lapo, Archidiacono, Abbate, Geminiano, Ioan. Andrea, Ancharano, Butrio, Dominico, & Monacho. Peyrinus *loco citato, concl. 6.* cum Cucho *de Inſtitution. Iuris Canonici, tit.9. de Electione*, Samuellius *eod. tract. diſp.8. controuerſ. 2. concl. 13.* cum Sigiſmundo à Bononia *dub.46. n.14. de electione.*

Quintò aduertendum eſt, quod confirmatio de- 770
clarata irrita, vel propter non ſeruatam debitam iuris ſolemnitatem, vel propter inhabilitatem Iudicis confirmantis, quia ſcilicet confirmandi poteſtatem non habebat, non propterea irritat, aut annullat præcedentem electionem alioquin canonicam. Ita expreſsè declaratur *in cap. Si Confirmationem, el 39. de electione, in 6.* vbi gloſſa *verbo Infirmari.* Barboſa *n.1. & 2.* cum Lapo, Abbate, Archidiacono, Geminiano, Ioanne Andrea, Ancharano, Butrio, Dominico, Monacho, Francho, Viuiano *in Rationali, lib.1. pag. 103.* Alagona *in compendio, pag 75* Cucho *Inſtit. iuris Canonici, tit. 9. de Electione*, & Iulio Lauorio *variarum lucubrationum tom.1. tit.4. de Electione Canonica, cap.25. num. 71.* Peyrinus *tom.1. de ſubdito, q.1. c.31. §.11. concl.7. pag.*

mihi

mihi 161. Samuellius *de Electione Canonica, tract.*1, *diſp* 8. *controu.*2. *concl.*14. cum Toloſ. *in tit. de Electione, c.*19. *n.*23. Oldrado *conſ.*146. *n.*4 Sigiſmundo à Bononia *eod. tract. cap* 46. *n.*15. & cum Rota coram Seraphino *deciſ.*12 4 *n.*2.

771 Et ratio eſt, quia electio, & confirmatio ſunt duo actus diuerſi, & *à diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exul, ff. de minoribus, cap. Ad audientiam, el* 12. *de Decimis*, Samuellius *vbi proximè* Aug Barboſa *tr. de Axiomatibus iuris, axiomate* 114. quem, & plures alios Doctores, ac iura recenſui, & fui ſequutus *in Diſputationibus Moralib. & Canonic. tom.*1. *tract.*7. *di q.*6. *num* 31 Vnde non ſequitur, quod ſecundo amoto, amotus ſit quoque primus, quia ſunt ſeparata, *& ſeparatorum ſeparata eſſe debet ratio* Axioma etiam iuris eſt, quod fulcit idem Barboſa *axiom.*105. *n* 2. *ex l. Papinianus, citata, l. fin ff. de calumniatoribus*, Baldo *in l. cùm neceſſitatem, Cod. de fideicommiſſ.* Deciano *in tract. crimin. tom* 1. *lib.*1. *c.*7. *n.*4. Caſtrenſi *conſ.* 389. *n.*2. *volum.* 1. Pariſio *conſ.*101. *n.* 8. *lib.*1. Menochio *conſ.*436. *num.*7. & Ouid. de Amicis *de iure emphyteutico, q.*42. *n.*9 Samuellius etiam *ex l. ſi maritus, Cod. de donationibus inter virum, & vxorem*, & *ex l de bonis, in princ. ff.*... Et vtile per inutile non debet vitiari, *cap Vtile, de regul iuris in* 6. quæ Regula firma eſt in ſeparabilibus. Brunorus à Sole *in compendio reſolutio io propoſitionum iuris verbo Vtile, ex l. Sancimus, Cod de donationibus, l.*1. *§. Si ſtipulanti, de verborum obligationibus cap. Dilectus, de præbendis*, ibi: *Nos facto eiuſdem legati illicito reprobato, quod eſt licitum approbamus* Et plura alia cumulat ibi dictus Author. Fallit tamen Regula, quando aliquid pro forma ſubſtantiali inducitur, vti dictum eſt ſuprà *num.*682. Cùm igitur ſeparatæ ſint electio & confirmatio, & electio vtilis ſupponatur, vitiari neutiquam quibit per ſuperuenientem inutilem confirmationem.

772 *Sextò* aduertendum eſt, quod ſi electio eſt nulla, & irrita ipſo iure, irrita etiam, & nulla erit confirmatio. Ita Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito, q.*1. *c.*31. *§.*11. *concl.*8. Samuellius *de elect. tract.*1. *diſp.*8. *controu.*2. *concl.*16. cum Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.*3. *lib.*4. *c.*58. *n* 7. Sigiſmundo *dub.*46. *n.* 19. & aliis. Tamburinus *tom.*1. *de iure Abbatum, diſp* 6. *q.*1. *num.*24. cum gloſſa *in cap.*1. *verbo irritum, de Poſtulat. Prælati, in* 6. Decio *in cap. Poſtquam, n.*19. *de electione*, & ex Rota *in Mitenſi Abbatia*, 19. *Iunij* 1628. *coram Dunozetto*. Ita & gloſſa *in cap. Qualiter, in fine formationis caſus*, ibi: Item caſſato principali, & omnia acceſſoria caſſata intelliguntur. *el* 17. *de electione*. Et probatur. *Primò*, quia confirmatio eſt iuris priùs habiti corroboratio. Idem Peyrin. ex Hoſtienſi *in ſumma, lib* 2. *tit. de Confirmatione vtili, vel inutili, §. Quid ſ*. Iacobus de Graffis *in deciſion. aureis, part.*1. *lib.*2. *cap* 97. *n* 83. ibi: Nam quia ius eſt tranſlatum per electionem, non eſt neceſſe, quod Superior conferat, vel inſtituat; ſed quod tantùm confirmet electionem iam factam. Hæc ille, & benè quidem, quia qui confirmat, nihil de nouo dat, ſed datum, vel aliter acquiſitum corroborat. Quod autem per electionem acquirat electus ius ad Prælaturam, docet Barboſa *in votis deciſiuis lib* 2. *voto* 35 *n.*5. 7. *&* 8 immò & plenum ius in Prælatura, in habitu, addit *voto* 39 *n.* 34 Qui dictis *n.*5. *&* 14. ait, quod electio eſt merum ius ſpirituale, tribuens ius Prælaturæ, & adminiſtrandi in habitu. Et *tom.*2. *lib.*2 *voto* 97. *n.* 69. docet, quod confirmationi nihil noui iuris confert, ſed tantùm exercitium iuris per electionem acquiſiti. Et *voto* 35. *n.*7. ait: Electio differt à præſentatione, quia iſta ſolùm præſtat ius ad rem, illa verò ius in re. Et *voto* 36. *n.*5 & *voto* 39. *n.*19. ait: Electio eſt actus voluntatis; confirmatio neceſſitatis.

Secundò probatur. Quia vbi non tenuit electio 773
ipſo iure, confirmari non potuit. Nam ſi non valet principale, nec acceſſorium valebit. Innocentius Papa III. *in cap. Inter dilectos, §. Cùm ergo, el* 6. *de Fide inſtrumentorum*, ſic ait: *Cùm ergo priuilegium Henrici confirmatorium tantùm extiterit, ſaltem quoad illa, quæ deducta ſunt in iudicium, ſi principale non tenuit, nec acceſſorium, quod ex eo, vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutum* Hæc textus. Facit gloſſa *verbo Nec acceſſorium*: & docet Peyrinus *vbi proximè, concl.*8. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.* 4. *n.*12. dicens: Acceſſorium corruit ſublato principali, *l. Qui liberis, ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione, l. Cùm principalis*, vbi Decius, *ff. de regulis iuris, §. Fideiuſſores, Inſtit. de Fideiuſſ. §. Si quis ancillas, Inſtit. de Legatis*. Anchar. *conſ.*394. *Dubium eſt, n.*3. Card. Tuſcb. *litt. A, concl.*77 *n.*16. Surd. *conſil* 318. *n.*5. Menoch. *conſ* 8 *n.*135. & *conſ.*58. *n.*14 & *de præſumptionibus lib.*5. *præſumptione* 21 *n* 26. Caſtill. *controuerſ lib.*5. *p.*2. *c* 168 *n.*12. *cum ſeqq.* Thom. de Thomaſſet *in Floribus legum, reg.* 92. vbi declarat, procedere in coniunctis, & vbi eadem militat ratio, additque Iaſ. *in addit. ad Port in d §. Si quis ancillas* dicere, quod ſi lego vaccam cum vitulo, ſi non valet legatum vaccæ, vt ſi v. g. vacca ſit mortua (& ſic principali ſublato, & deſtructo) non valet nec vituli legatum; ideſt vitulum non debebitur, cùm acceſſoriè veniat vitulus ad vaccam: nam dictio *cum*, acceſſoriè coniungit: ſed ſi lego vaccam, & vitulum, cùm duo ſint ſeparata legata, quia dictio *Et*, principaliter coniungit, ſi non valet legatum vaccæ, vitulus tamen dedebitur, cùm tali caſu vitulus ad vaccam acceſſoriè non veniat, Hæc ille. Cùm igitur confirmatio acceſſoria ſit reſpectu electionis, ſi hæc corruit, & non valet, per neceſſe illa non valebit, & corruet.

DIVISIO II.

De electo, confirmato, vel non.

BREVIARIVM.

Appellatio.

Appellatio à tertio, & in iudicio non exiſtente, interpoſita, effectu caret ſuſpenſiuo. n. 784.

Axioma.

Neceſſitas non habet legem, nec legi ſubiacet; ſed neceſſitati ſubiacet lex. n.782.

Quod non eſt licitum, neceſſitas facit licitum. n.782.

Incommoditatis ratione id permittitur, quod aliàs non permitteretur. n.782.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, & idem iudicium, ſi eadem ratio. n.786.

Exceptio firmat Regulam in contrarium, in non exceptis. n.786.

Beneficia.

Si electus ante confirmationem, alteri ſua contulerit beneficia, quæ priùs habebat, annullata electione, beneficia à ſe collata recuperare poteſt. n. 775.

Confirmatio, Confirmator.

Confirmatio eſt iudicialis, quando vocatis vocandis, & aliquo in iudicio comparente, fit: extraiudicialis autem, quando nullus comparuit. n.784.

Regulariter fieri non poteſt confirmatio à Prælato, electo inuito. n.786. & 787. in medio.

Confirmationis forma non eſt à iure præſcripta; & vbi
non

non eſt ex ſpeciali ſtatuto aſſignata, quodlibet dictum vel factum, quo Prælatus confirmare velit, valet pro confirmatione. n.790.

Obſeruari debet confirmationis forma vbi illa adeſt, aliàs ſuperior confirmare velle non cenſetur. numero 791.

Conſenſus.

Mutuus conſenſus requiritur, tam in matrimonio ſpirituali, quàm in carnali. n.786. & 789.

Electus.

Si antequam confirmetur electus adminiſtrauerit dignitatem, officium, etiam Regulare, aut beneficium in ſpiritualibus, aut in temporalibus, ſeu aliquem actum circa illam, vel illa ſpectantem, niſi priuilegio munitus Apoſtolico exercuerit, eſt ipſo iure priuatus iure per electionem. n.774. & 775.

Vt in hanc incidat pœnam, non ſufficit poſſeſſio, ſed realis requiritur adminiſtratio, & quænam ſufficiat. n.774.

Vt dicta pœna ſit locus, declaratio iudicis ſuper facto requiritur. n.785.

Errans in facto excuſatur ab iſta pœna, ſicut errans in iure. n.779.

Illam incurrit non ſolùm qui ante confirmationem adminiſtrat, ſed etiam qui poſt confirmationem nullam, & inualidam ex defectu iuriſdictionis. n.783. & 784.

Vt pœna incurrat dicta, requiritur temeritas. n.779.

Electus compelli non poteſt ad acceptandum, niſi Religioſus ſit. n.786.

Aut bono expediat publico. n.789.

Peccat electus non acceptando dignitatem, ſi alius æquè idoneus non reperitur, per quem illi Eccleſiæ conſuli poſſit. n.789.

Epiſcopus.

Vita Epiſcopi ſtrictior debet eſſe cuiuſlibet Religioſi vitâ. 787.

Epiſcopus eſt in ſtatu perfectionis, & Sanctiſſimus vocatur. n.787.

Factum.

Vbi verba non ſunt de ſubſtantia, factum verbis æquiualet; ſecus quando illa de ſubſtantia ſunt. n.790.

Incommoditas.

Ratione incommoditatis id permittitur, quod aliàs non permitteretur. n.782.

Legiſlator, lex.

Notam imprudentis, & crudelis non effugiet legiſlator, ſi velit ſuam legem obſeruari, nimia aſperitate, & ſeueritate, litteraliter. n.780.

Lex epikiam admittit. n.780.

Summi Pontifices ſuas leges moderari conſueuerunt, ſi ex iis finem intentum prouenire non vident. numero 780.

Lex humana, facilis, & humanæ fragilitati accommodata eſſe debet. n.781.

Matrimonium.

Inter electum ad Prælatiam, & Eccleſiam, ad quam eligitur, matrimonium contrahitur ſpirituale. numero 786.

Tam in Matrimonio ſpirituali, quàm in carnali mutuus interuenit conſenſus. n.786. & 789.

Nominati.

Ius quod per nominationes acquirunt, perdunt, ſi munus ad quod ſunt nominati, exercent antequam confirmentur. Plura vide à num. 774. ad numerum 785.

Papa.

Compellere poteſt Religioſos ad acceptandos Epiſcopatus; non ſæculares, niſi bono expediat publico. n.789.

Pœna.

Sine culpa, aut cauſa infligi non poteſt pœna. numero 778.

Pœna ipſo iure inflicta propter aliquod factum, vel non factum, vt exequatur, requiritur iudicis declaratio ſuper facto, vel non facto, maximè quando vltra factum requiritur qualitas, temeritatis v. g. & tunc declaratio vtrumque comprehendere debet. n.785.

Poſtulatus.

Si ante confirmationem adminiſtret dignitatem, in quolibet ſpirituali, aut temporali ipſo iure priuatur iure acquiſito. Plura vide à n.774. ad n. 785.

Prælati.

Non poſſunt Religioſis ſubditis præcipere, quæ directè, aut indirectè ad obſeruantiam Regulæ, & quæ per ſe ad ſuæ Religionis bonum non ordinantur, maximè quæ ſunt ſupra regulam. n.787.

Præſentatus.

Præſentatus ad dignitatem, aut ad beneficium, ſi antequam confirmetur, vel inſtituatur, aliquid exerceat ſpectans ad dignitatem, vel beneficium, ipſo iure priuatur iure per præſentationem acquiſito. n.775. & 776.

Amplia eodem iure priuari, ſi exerceat poſt inſtitutionem nullam, ex defectu poteſtatis Prælati inſtituentis. n.783.

Limita ſi exerceat in caſu magnæ neceſſitatis, & abſentia alterius, qui poſſit idem exercere, vel præſentia nolentis. à n.778. ad 782.

Præſumptio.

Non datur præſumptio in eo, qui aliqua ſe probabili defendit ratione; qui bona fide inaduertenter, ignoranter, etiam culpabiliter, aut imprudenter operatur contra diſpoſitionem punientem aliquid præſumentem. n.779.

Religioſi.

Velle, & nolle non habent Religioſi. n.786.

Aſſentire non poſſunt, nec diſſentire electionibus de ſe factis, niſi de Superioris licentia. n.786.

Intellige de electionibus extra ſua cœnobia. numero 786.

Compelli non poſſunt à Prælatis Regularibus ad acceptandam dignitatem Epiſcopalem, aut aliam, ſeu officium extra ordinem. n.787.

Poſſunt tamen à Papa compelli. n.789.

Aliqui recenſentur qui conſenſerunt, à Prælatis compulſi Regularibus. n.788.

Vita ſtrictior imponi non poteſt Canonicis, & Monachis, ipſis inuitis. n.787.

Ad perfectionem tendere debent Religioſi. numero 787.

Vicarij.

Temporales, & amouibiles Vicarij, beneficiarij non ſunt, nec habent titulum beneficialem. n.777.

Non exercent curam animarum nomine proprio, ſed alieno. n.777.

Si exerceant poſt nominationem, ante commiſſionem, non amittunt per nominationem quæſitum. n.777.

Secus dicendum de Vicario perpetuo. numero 774. & 776.

S*Eptimò* eſt aduertendum, quod confirmatio electionis ita electo eſt neceſſaria, vt 774
ſi dignitatem aut beneficium, in ſpiritualibus, aut in temporalibus ante confirmationem adminiſtret, ſeu aliquem actum exerceat circa talem dignitatem, aut ad illam ſpectantem, niſi

Apoſtolico

Apoſtolico ſit priuilegio munitus, ſit ipſo iure priuatus iure per electionem acquiſito. Ita Peyrinus *tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. 11. concluſ. 5.* cum Tabiena *verbo Electio*, 1. *num.* 27. Armilla *n.* 22. Cucho *de Inſtitut. iuris Canonici, tit. 9. de electione*, Iacob. de Graſſis *tom. 2. conſil. lib. 1. de electione, conſil. 2. n. 3.* Lezana *in ſumm. qq. Regular. tom. 1. p. 1. cap. 5. n. 36.* Steph. Bauny *in praxi beneficior. diſp. 3. q. 15. verſ. Tertio.* Tamburinus *tom. 1. diſp. 6. q. 1. n. 12* (Quò loci aduertit, ad incurrendam hanc pœnam non ſufficere ſolam poſſeſſionem, ſed requiri realem adminiſtrationem; quam ſaluari addit *num.* 13. in obedientia Abbatiſſæ ante confirmationem præſtita, ob quam in pœnam *cap. Auaritiæ*, incidit.) Raggius *cent. 1. p. 1. dub. 23. n. 3.* Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 2. q. 20. num.* 164. Et quoad Abbatias, & alias dignitates Conuentuales Regularium, Tamburinus *dict. diſp. 6. q. 1. n. 25* vbi reddit conſtitutionem hac de re editam à Pio IV. quæ habetur apud Cherubinum *tom. 2. Bullarij, la 86. pag. mihi* 121. & apud Quarantam *in ſumma Bullar. verbo Beneficiorum poſſeſſio, pag.* 108 publicata 31. Octobris 1564. Et quoad Epiſcopos eſt textus expreſſus *in cap Niſi quomodo, el 9. de electione, cap. Cùm iam dudum*, vbi gloſſa *verbo Aliud præmiſſorum, el 18. de præbendis, & dignitat.* Et *in cap. Qualiter, el 17. de electione*, vbi gloſſa *in caſus formatione, & verbo Adminiſtrationi.* Abbas *per totum cap.* Barboſa *num.* 2.

Et licèt in vim huius Decretalis non ſit electio ipſo iure nulla, ſed annullanda, vti bene adnotat Abbas *n.* 4. in vim tamen capitis *Auaritiæ, el 5. eod. tit. in 6.* hodie quilibet ad regimen Eccleſiarum (omnium, addit gloſſa *verbo Eccleſiarum*, cùm indefinitè loquatur, ac per conſequens Regularium etiam, & Parochialium) *qui ſub œconomatu, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæſito colore, in ſpiritualibus, vel temporalibus, per ſe, vel per alium, pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumat ... iure (ſi quod ei per electionem quæſitum fuerit) decernentes eo ipſo priuatum.* Vbi gloſſa *verbo Priuatus*, ait: Ipſo iure; olim verò per ſententiam. Et Barbóſa *n. 12. & 14.* cum Lotterio *de re beneficiaria, lib. 2. q. 13.* Lauorio *variar. lucubration. tom. 1. tit. 4. cap. 45. n. 6.* & aliis. Pax Iordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 30.* ait, quod ſi contingat Vicarium ab Epiſcopo in Eccleſia vacante poſitum, ſubire examen, & eligi tanquam magis idoneum ad curatum illum, debere ſe retrahere ab exercitij curæ executione, & adminiſtratione bonorum; aliàs incurrere pœnam dicti capitis *Auaritiæ*. Citat Maſſobrium *in praxi exam. & concurſ. requiſit. 1. dub. 27.* & Barboſam *de Parocho, cap. 2. num. 36.* Idem Barboſa *de poteſtat. Epiſcopi, p. 3. allegat. 57. n. 214.* & *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19. n. 247* Quod iſte Doctor ait *in dict. cap. Qualiter, n. 2.* operæpretium recenſere duxi.

775 Notatur ad hoc, quod electus non confirmatus, non poteſt quicquam exercere de his, quæ pertinent ad beneficium, ſeu Prælaturam, ad quam eſt electus, vt per Perez *l. 2. verſic. Probatur vlterius, tit. 6. lib. 1. Ordinat. pag.* 155. Nam geſta per electum non confirmatum, irritantur. Vnde ſi electus ante confirmationem alteri ſua beneficia contulerit, quæ & ipſe priùs habebat, annullatâ electione poteſt beneficia prædicta alteri collata recuperare. Compoſt. hîc *n.* 1. Ioan. Andr. *circa fin. n.* 18. Anan. *n.* 2. Panormitan. *n.* 7. quos refert Rendina *in Promptuario receptar. ſententiar. 1. tom. c. 36. n.* 10. licèt contrariũ cum Calderino tenere videatur.

Hæc Barboſa, qui *in dict. cap. Auaritiæ, n.* 3. ait: Intellige de electis, ingerentibus ſe in adminiſtratione beneficiorum, non curando de confirmatione, ne ſe ſubmitterent periculo caſſationis; ſecus autem in prouiſionibus Apoſtolicis, in quibus non proceditur per viam confirmationis, cùm prouiſio vnico actu habeat validam electionem, & confirmationem. Et *n.* 6. in ſequentia prorumpit.

Notatur ad hoc, quod electus ante confirmationem adminiſtrare non debet, vt per Menochium *de arbitrariis, lib. 2. caſu*, 405. ita vt dicatur intruſus, qui poſt electionem, ante tamen confirmationem adminiſtrare præſumpſerit, iuxta tradita per Maſcardum *de probationibus, concl. 936. n. 7.* Et non ſolum obtinet in electione, de qua expreſsè loquitur; & in poſtulatione, vt *in cap. Bonæ Memoriæ Maguntinenſ. hoc tit. in Decretalibus*; notatque Roman. *conſ. 330. n. 21.* ſed etiam in præſentatione, perſonaque ipſius præſentati, ſecundùm Franchum *hîc num.* 2. Calderinum *conſ. 8. de electione*, Lapum *allegat. 8. ſub num. 4. verſic. ſic & pœna*, Gabrielem *conſ. 199. n. 3. lib. 1.* Flaminium *de reſignatione benefic. lib. 12. q. 3. num. 26.* Mareſcotum *variar. lib. 2. cap. 35. à n. 45.* Lotterium *dict. q. 13. n. 3. & 4.* Hæc ibi Barboſa, qui *in votis deciſiuis, tom. 2. libro 3. voto 97. num. 24.* ait, electum adminiſtrare non poſſe dum tractatur de exceptionibus, & iuſtitia ſuæ electionis. Et *num.* 25. addit, quod electus, pendentibus obiectionibus, adminiſtrare non poteſt, etiamſi adminiſtrationem inceperit. Et aduertit Dubal *dicto n.* 164. ex Barboſa: *Que para incurrir eſta pena, es neceſſario, que aya dolo: y aſſi eſcuſa de incurrirla qualquiera cauſa, aunque ſea injuſta, y necia, ſegun decidio la Rota, como refiere el miſmo Barboſa.*

Ex quibus habemus, dictam pœnam amiſſio- 776
nis iuris acquiſiti incurrere, non ſolùm electos ad dignitates, ſed etiam ad beneficia, ſi quomodocumque illa ante confirmationem adminiſtrent. Et non ſolùm illam afficere electos, ſed etiam poſtulatos, & præſentatos per Patronum, aut Patronos, & etiam nominatos. Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 6. q. 1. n. 5. cum ſeqq. ex cap. Bonæ memoriæ, el 1. de electione.* & Romano *conſ. 330. n 21. & 22* quoad poſtulatos: quoad præſentatos allegat Lapum *allegat. 8. ſub n. 4. verſic. ſic & pœna*, Doctores *in cap. Auaritiæ, citat.* Geminianum ibi *colum. fin.* Franchum *num.* 2. Rochum *de iurepatronat. verbo Honorificum, q.* 38. Cardinalem *conſ. 31. num. 4. verſic. ſed remanet dubium*, & alios per Gabriel. *conſ. 199. num. 5. & 6. lib. 1.* Mareſcot. *variar. reſolution. lib. 2. cap. 35. à num.* 45. Creſcent. *deciſ. 6. de iurepatronat. num.* 12. Seraphin. *deciſ. 598. n. 1.* Mantic. *deciſ. 261. n. 3.* & Rotam *dec. 140. n. 3. p. 3. lib. diuerſor.* & *in Beneuentana Vicariæ*, 18. *Iunij 1617. coram Sacrato.* Et quoad nominatos attinet recenſet Tamburinus Creſcentium *vbi proximè*. Et quoad omnia beneficia recenſet quos refert, & ſequitur Gabriel *dict. conſ. 199. n. 4. lib. 1.* Mareſcot. *dict. cap. 35. n. 47.* Creſcent. *dict. deciſ. 6. n. 13.* Manticam *dict. deciſ. 261. ſub n. 3 verſic. Neque etiam obſtat.* Vnde præſentati in hoc Pampilonenſi Epiſcopatu ad Abbatias ſæculares, & ad Vicarias perpetuas curam propriam animarum habentes, ſi functionem aliquam ad illas ſpectantem, ante inſtitutionem Ordinarij exerceant, ius acquiſitum per præſentationem amittunt.

Notanter dixi, *& ad Vicarias perpetuas, curam* 777
propriam animarum habentes, vt excluderem, & à dicta liberarem pœna Vicarios amouibiles, qui non

aſſumuntur ad curam propriam, ſed ad alienam exercendam; nominibus quidem non ſuis, ſed illorum, quorum vices gerendas ſuſcipiunt. Et ratio eſt, quia cùm huiuſmodi Vicariæ amouibiles, beneficia nequiquam ſint, nec tituli beneficiales, vti docent Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 57. n. 1* cum Garcia *de beneficiis, part. 1. cap. 2. n. 39* Pax Iordanus *de re ſacra, lib. 3. tit. 6. n. 94.* cum Rebuffo *in praxi, tit. de Diſpenſatione ratione ætatis, verſ. vel earum perpetua Vicaria.* Gonzalez *ſuper Regul. 8 Cancellariæ, gloſſa 5 §. 3 à num. 25.* recenſentem ad comprobationem plures canones; & plures alij, quos allegaui, & ſui ſequutus *in qq. Paſtoralibus, t. 1. q. 2. diuiſ. 3. . 2. n. 2. p. 1. ſect. 3. concl. 1. n. 5* Et ita tenuit Rota *in Sabinenſ. Archipresbyteratus. 17. Decembris 1610 coram Coccino, n. 3. la 18. inter eius impreſſas & poſt dictas qq. la 32.* nullo modo comprehendi poſſunt ſub dictis iuribus pœnâ priuationis iuris quæſiti afficientibus eos, qui ante confirmationem adminiſtrant in ſpiritualibus, aut in temporalibus.

778 Occurrit hîc difficultas, cuius reſolutio plauſibilis, ni fallor, erit, & ad ſedandas, tam conſcientias, quàm lites, valde vtilis. *An ſcilicet præſentatus, v. gr. ad beneficium Parochiale, poſſit ante inſtitutionem Ordinarij, rationabili exiſtente causâ, actum aliquem ad dictum ſpectantem beneficium, abſque periculo amiſſionis iuris per præſentationem acquiſiti exercere; putà baptizare, Viaticum, aut Extremam-Vnctionem miniſtrare, vel mortuos ſepelire, in caſu ſcilicet magnæ neceſſitatis, & abſentiæ alterius Sacerdotis, vel etiam in caſu præſentiæ non valentis, aut volentis illa efficere?*

Ad quam reſpondeo, in caſu propoſito minimè præſentatum amittere ius per præſentationem acquiſitum. Ducor *primò*, quia ſi illud amitteret, eſſet in vim iurium, quæ ſupra recenſui. Hoc non. Ergo non illud amittit. Minor probatur, quia ſi vigore Decretalium dictarum ius amitteret, eſſet maximè vel quia ſibi honorem aſſumeret non vocatus à Deo tanquam Aaron, contra diſpoſitionem Apoſtoli *ad Hebræos 5. verſ. 4.* & Innocentij III. *in dicto cap. Qualiter*; vel quia contra ſtatutum *in cap. Auaritiæ*, citato per Gregorium X. in Concilio Lateranenſi, præſumpſit ſe immiſcere in ſpiritualibus, vel in temporalibus beneficij, ad quod præſentatus fuit. Neutrum dici poteſt. Ergo neque quod ius acquiſitum ad illud per præſentationem, in vim dictarum Decretalium amittat.

Non poteſt dici primum: quia qui ex rationabili cauſa aliquid facit, dici nequit, quod ſibi aſſumat honorem, quin potiùs, quod à Deo ſit vocatus ad illud onus ſubeundum, propter charitatem, & dilectionem ipſiuſmet Dei, & proximorum, illo facto maximè, immò ſæpe extremè indigentium. Ergo huiuſmodi præſentatus, ob dictum actum, aliàs ad beneficium ſpectantem, ius ad illud in vim capitis *Qualiter*, non amittit. Aliàs grauiter ſine culpa, immò cum merito, & quidem maximo, & ſine cauſa puniretur, contra ſacrorum Canonum diſpoſitiones, *in can. ſatis, el 7 diſt. 56.* deſumpto ex noſtro Magno Gregorio I. *lib. 10. epiſt. 8. Regiſtri, in can. Inuentum*, iuncta gloſſa *verbo Niſi graui, el 38. 6. q. 7* Plura cumulaui poſt *qq. Paſtorales, in diſquiſitione paſtor. de iure Prio is annexi, n. 76.*

779 Nec poteſt dici ſecundum. Quia pœna amiſſionis iuris acquiſiti ſolùm eſt inflicta in præfato capite *Auaritiæ*, præſumentibus ſe ingerere, ac immiſcere in ſpiritualibus, aut in temporalibus dignitatum, aut beneficiorum, ante adeptam confirmationem, vel canonicam inſtitutionem illorum. Præſumentes autem minimè dici poſſunt, qui ſe probabili aliqua ratione defendunt, neque qui bona fide, ignoranter, inaduertenter, aut imprudenter facit contra diſpoſitionem punientem aliquid præſumentem, vti docet Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 2. 8. n. 3.* cum Nauarro *in cap. Accepta, de reſtitutione ſpoliatorum, oppoſ. n. 33.* & *in extrauag. de datis, & promiſſis, n. 35. verſic. Audeat, ſiue præſumat: & in cap. Statuimus, 19. q. 3. n. 62. in fine verſic. Nota ſeptimò, & in Manuali, cap. 27. n. 155. in fine*, & cum Auendaño *de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 4. n. 38. verſic. Verum ſicut penè.* Ego ipſe *in qq. paſtoralib. part. 4 q. 1. sect. 4. §. 1. n. 11* vbi addidi, neque incurrere cenſuram contra præſumentes latam, eos qui ex ignorantia culpabili contra prohibitionem cenſuræ operantur. Allegaui Vidalem *in Arca vitali, tit. de Eucharistia, n. 39* Lezanam *tom. 1 part. 3. verbo eod. n. 3.* cum Fagundez *in Eccleſiæ præcepta, in 3. præcept. lib. 4. cap. 2. n. 14* Pellizzarium *in Manuali, tom. 1. tr. 6. cap. 2. n. 9.* Dianam *part. 3. tr. 6. reſolut. 7. verſ. Notandum eſt*, cum Merola *diſp. 1. cap. 2. dub. 6. n. 232* Anguiano *de legibus, tom. 1. lib. 4. tract. 4. n. 18.* & Bonacina *tom. 3. diſp. 2. punct. 4. n. 9.* Quocirca Tamburinus *tom. 1. diſp. 6. q. 1. n. 9.* ait, quod ſi electus, vel præſentatus ſe ingerit adminiſtrationi, errans in facto excuſatur à pœna; ſecus ſi errauit in iure. Allegat gloſſam *in cap. fin. verbo Inanis, verſic. Quid ſi ſic confirmatus, de electione, in 6.* quam ſequitur Geminianus *in dict. cap. Auaritiæ, n. 7. verſic. Quod ſi confirmatio*, Anchatanus *in fine, q. 6.* Franch. *n. 4. in fine*, Gabriel *conſ. 199. n. 5. lib. 1.* Mareſcott. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 35. n. 50 ad finem.* Rotam coram Seraphino, *deciſ. 1238. n. 6.* & *deciſ. 652. n. 2. p. 4. diuerſor.* & *in Bracharenſi Parochialis, 13. Iunij 1605. coram Vveiembergo.* & *in Beneuentana Vicariæ, 18. Iunij 1617. coram Cardinale Sacrato*, in qua fuit dictum, non ſufficere ſolam intruſionem, vt intret pœna capitis *Auaritiæ*, ſed requiri etiam temeritatem. Et idem eſt in errore iuris dubij, qui æquiparatur errori facti, vt in terminis Rota *in dicta Bracharenſi*, quam ſequitur Mareſcott. *vbi proximè.* Hactenus Aſcanius Tamburinus. Ergo huiuſmodi præſentatus ad beneficium Parochiale, qui ex rationabili cauſa actum aliquem facit ad dictum ſpectantem beneficium, iure ad illud quæſito non priuatur in vim capitis *Auaritiæ.*

Ducor *ſecundò*. Quia leges, & iura epikiam 780
admittunt, ita vt ſi illorum diſpoſitiones nimia ſeueritate, & aſperitate obſeruatæ, damnoſæ ſint bonis, & malis; cùm pauci ſint quibus quandoque illas, ſuadentibus vrgentibus occaſionibus, præuaricare non oporteat, obſeruari non debeant. Et quidem conditor canonis, & legis, imprudentis, vel crudelis notam neutiquam effugeret, ſi videns damnum, quod ſequitur ex litterali legis obſeruatione, vellet nihilominus illam de toto rigore obſeruari, vti cum Peyrino *de priuilegiis tom. 2. ad conſtitutionem 2. Clementis VIII. n. 3.* dixi *in diſquiſit. Moralib. & Canonicis, tom. 2. diſq. 11. de duello, dub. 15. n. 15.* Quod tamen de mente Summorum Pontificum, qui in omnibus rationabiliter procedunt, & qui, vt boni Paſtores, ſuas leges moderari conſueuerunt, ſi ex iis ſperatum, & intentum finem prouenire non vident, præſumi non debet. Et ideo præſumendum non eſt, quod velint præfatas Decretales cum toto rigore obſeruari, ſi ex tali obſeruantia reddantur intolerabiles. Intolerabile enim eſſet, quod ad Curatum præſentatus, ius ad illum amitteret, ob actum

ab

ab illo factum, ex rationabili cauſa, à viro prudenti penſanda, iuxta mox dicenda, attentis ſcilicet circunſtantiis. Et quod ita debeant dicta, & alia iura intelligi, ac interpretari, habetur expreſsè *in canone* 1. *diſt.* 29. ex noſtro D. Iſidoro Hiſpalenſi Archiepiſcopo, & Hiſpaniæ Doctore maximo, deſumpto, qui de iuris capitulis loquens, in ſequentia prorumpit: *Sciendum eſt* (inquit) *quod pleraque capitula, ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur; cùm antè iudicant, quàm intelligant; antè inculpant, quàm iterando lecta perquirant.* Habetur etiam *in can. Relatum, eadem diſt.* in quo ſic etiam noſter Gregorius Magnus I. & in ſerie Summorum Pontificum eſt 65. in ordine: *Regula Sanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio, inſtante neceſſitate, tradita ſunt.*

781 *Tertiò* moneor, quia leges humanæ, faciles, ac humanæ fragilitati accommodatæ eſſe debent, vti *tom.* 2. *citato, diſquiſit.* 1. *dub.* 13 *num.* 112. dixi cum Lezana *in Summa qq. Regular. p* 1. *cap.* 10. *n.* 30. & cum Laurentio de Peyrinis *tom.* 1. *de priuilegiis, ad conſtit.* 2. *Clementis VIII. n.* 1 Sed non eſſent huiuſmodi Decretales recenſitæ, ſi pœnâ amiſſionis iuris quæſiti afficerent electos, præſentatos, aut poſtulatos ex iuſta, & legitima cauſa exercentes aliquem actum ſpectantem ad dignitatem, ſeu ad beneficium, ad quam, ſeu ad quod fuerint electi, præſentati, aut poſtulati. Ergo illæ hanc pœnam non infligunt ex cauſa dictum actum exercentibus.

782 *Quartò*, quia neceſſitas non habet legem, ideò lex ſubiacet neceſſitati, non è contra. Aug. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.* 157. *n.* 1. *ex l. Tutor qui repertorium, ff. de adminiſtratione, & periculo tutorum; l. vt gradatim, §.* 1. *de muneribus, & honoribus, l. non ſolum, § fin. ff. de excuſat. tutorum, l. Aliquando, ff. de officio Proconſulis, l. ſi quis filio, ff. de iniuſto rupto, l.* 1. *Cod. de operibus libertorum, l. pro tyronibus, Cod. de priuilegiis Domus Auguſtæ, lib.* 11. *cap. Licèt, de feriis, cap.* 5. *in fine, de conſuetudine, cap. Exiit, col.* 4. *in fine, de verborum ſignificatione.* Quibus iuribus addo *can. Relatum.* 29. *diſt.* paulò ſuperiùs recenſitum, *cap.* 4. *de regulis iuris*, ex noſtro Venerabili Beda, *ſuper Matthæum*, deſumptum, dicente: *Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Nam & Sabbatum cuſtodiri, præceptum eſt: Machabæi tamen ſine culpa ſua in Sabbato pugnabant. Sic & hodie, ſi quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur.* Hæc textus, vbi Bernardus ait: Nota, quod neceſſitas legem ſeruare non poteſt. Et gloſſa *verbo Neceſſitas*, ſic fatur: Hoc ideo dicit, quia neceſſitas legi non ſubiacet. Ancharanus *conſil.* 191. *In auxilium veritatis, n.* 4. & 5. & *conſ.* 243. *n.* 4. vbi ait, quod neceſſitas non habet legem humanam, neque diuinam, quia multa prohibita, de iure diuino, & humano, fiunt permiſſa ex neceſſitate; & econtrà, permiſſa fiunt prohibita: & ponit exempla furti, homicidij, & ſimilium, Cephalus *conſ.* 451. *n.* 282. & 283 vbi decem ponit exempla, quibus neceſſitas facit à iure, à regula, & ab humanitate recedere. Caſtrenſis *conſ.* 400. *Priuſquam, col.* 2. *in princ. verſic. ſubeſt enim neceſſitas, lib.* 1. vbi ait, quod neceſſitas excuſat, ne legibus, & legum præceptis ſubiiciatur.

Plures alios allegat Barboſa Doctores, pro dicto axiomate firmando, de quo ego etiam ipſe non nihil dixi ſuprà *num.* 707. & *in Diſquiſit. Moralib. & Canonicis, tom* 1. *tract.* 8. *diſq.* 2. *dub.* 11. vbi etiam recenſui gloſſam *in cap. Is cui, el* 2. *de ſepulturis, verbo Deportari in* 6. dicentem: Imminens periculum immutat ius commune. Et *in cap. Religioſi, el fin. eiuſdem tit. & lib. verbo Commodè*, vbi ait: Nota ratione incommoditatis id permitti, quod aliàs non permitteretur. Allegaui etiam *in can. Et temporum, verbo Et vicinitas*, 16. *q.* 1. & *in cap. Ad audientiam, verbo Magna, el* 3. *de Eccleſiis ædificandis* Cùm igitur neceſſitate, periculo, vel incommoditate inſtante, præſentatus ad beneficium Parochiale, aliquem, vel aliquos actus, ad Parochum ſpectantes facit, antequam confirmetur per inſtitutionem Ordinarij, vel eius licentiâ non obtentâ, non incurrit pœnam priuationis iuris quæſiti, per iura inflictam ſupradicta. Caueat tamen, ne plus exerceat, quàm neceſſitas, vel periculum, aut incommoditas exigat. Finem ſeptimæ imponendo aduertentiæ operæ pretium duxi adnotare, quod tradit Dubal *p.* 2. *q.* 20. *num.* 164. videlicet: *Que por vn priuilegio de Benedicto XIII. concedido à la Religion de S. Geronimo, de que gozan las demas Religiones, ſegun refiere Rodriguez tom.* 2. *q.* 53. *art.* 6. *el Prelado electo antes de eſtar confirmado, puede exercer, y adminiſtrar del miſmo modo, que ſi eſtuuiera confirmado; con tal que ſe confirme dentro del tiempo legitimo.*

Octauò eſt aduertendum, dictam amiſſionem iuris quæſiti non ſolùm procedere in eo, qui ante confirmationem adminiſtrat, ſed etiam in eo, qui poſt confirmationem, ſeu inſtitutionem nullam, & inualidam, ex defectu iuriſdictionis. Ita Tamburinus *diſp.* 6. *q.* 1. *n.* 8. cum Cardinale *conſ.* 31. *num.* 4. *verſic. ſed remanet dubium.* Roman. *conſ.* 330. *num.* 21. & 22. Mareſcott. *variar. reſolution. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 48. Mantica *deciſ.* 261. *n.* 5. Rota *deciſ.* 11. *n.* 3. *p.* 3. *diuerſor.* vbi contrarium procedit, quando nullitas oritur ex defectu citationis. 783

Nonò aduertendum eſt, procedere huiuſmodi amiſſionem in eo, qui adminiſtrat poſt interpoſitam appellationem à confirmatione præſtita. Ita ex gloſſa *in cap. Auaritiæ, verbo Confirmetur, verſic. Quid dices, de elect. in* 6. & ex Calderino *conſil.* 9. *de electione*, docet Tamburinus *dicta quæſt.* 1. *num.* 11. Qui ait hoc verum, quando confirmatio fuit iudicialis, ſcilicet vocatis vocandis, & aliquo in iudicio comparente; ſecus ſi nullus comparuit, & ſuperior ſine contradictione confirmauit; quia tunc appellatio, vti extraiudicialis, non impedit effectum confirmationis, niſi ſuperior vellet cum cauſæ cognitione, etiam nullo comparente, confirmare. DD. *in dict. cap. Auaritiæ* vbi Archidiac. *num.* 2. *ad fin.* Ioan. Andr. *num.* 4. Geminian. *n.* 7. *in princ. & circa med.* Butr. *num.* 7 *& ſeq* Franch. *num.* 4. *in fin.* & *num.* 5. & *ſub num.* 6. & addit Tamburinus, appellationem interpoſitam à tertio non vocato, nec exiſtente in iudicio, vti extraiudicialem non ſuſpendere confirmationis effectum, nempe poſſeſſionem; quia ea non obſtante dabitur poſſeſſio, & poſſeſſor adminiſtrabit. Allegat Lapum *in cap. fin. n.* 6. & 7. *de electione in* 6. & *in dict. cap. Auaritiæ, n.* 2 *ad fin.* & *n.* 3. & 4. Gemin. *n.* 7. Butr. *n.* 9. *in fine*, & *n.* 10. Anchar. *n.* 3. & *in* 1. *quæſt.* 784

Ex modò dictis colliges, confirmationem, & caſſationem electionis fieri poſſe per viam iudicij, quando aliquis eſt collectus, vel quando aliquis interuenit defectus, vti ait Barboſa *in votis deciſiuis, tom.* 1. *libro primo, voto quarto, dubio ſecundo, numero* 25. vel extraiudicialiter, hoc eſt, quando nullo exiſtente coelecto, aut oppoſitore, confirmator priuatâ

ſcientiâ, non in forma iudicij, & contentioſa inquirit de modo electionis, an fuerit canonicè facta; & de perſona electi, an ſit idoneus. Barboſa *num.* 26. quò loci addit, Generalem ſecure poſſe ſic procedere in confirmatione, priuatâ ſcientiâ cognoſcendo, & extraiudicialiter diffiniendo.

785 *Decimo* aduertendum eſt, quod licèt electus, & præſentatus ingerens ſe adminiſtrationi, abſque confirmatione, vel inſtitutione, ipſo facto incidat in pœnam amiſſionis iuris acquiſiti ad dignitatem, vel ad beneficium, vti Tamburinus ait *vbi proximè, num.* 16. cum gloſſa *in cap. Auaritia, verbo Priuatos*, Creſcent. *deciſ.* 6. *de iurepatronat. ſub num.* 15. 19. *&* 20. tamen vt executioni dictæ pœnæ ſit locus, declaratio Iudicis ſuper facto neceſſaria eſt. Ita Tamburinus *ibid.* ex Rota *in Beneuentana Vicaria*, 18. *Iunij* 1617. *coram Card. Sacrato.* Et ratio eſt, quia licèt pœna ex aliquo facto, vel non facto, ipſo iure inducatur, nihilominus ad effectum, vt ſit locus huiuſmodi pœnæ, requiritur declaratio iudiciaria ſuper facto. Tamburinus *num.* 17. cum Socino iuniore, poſt alios, quos allegat, *conſil.* 140. *num.* 29. *verſ. Si verò dicimus, volum.* 3. quem ſecuta eſt Rota *in cauſa Forolivien. ſ. de Monſignanis*, 30. *Octobris* 1602. *coram Peña*, *la* 186. *poſt* 2. *volum. conſiliorum Farinacij*; & ego ipſe latè *tom.* 2. *Diſquiſit. Moralium. & Canonicar. diſq.* 1. *dub.* 15. §. 5. *à num.* 71. & alibi ſæpe. Quod præcipuè procedit, addit Aſcanius, quando non ſufficit ſolum factum, ſed requiritur qualitas; quia tunc declaratio iudicialis debet comprehendere vtrumque. Et non ſufficit docere de facto, niſi etiam doceatur de qualitate, quæ eſt diſpoſitionis fundamentum. Pariſius *conſil.* 152. *num.* 5. *lib.* 4. Cephalus *conſil.* 256. *in fin.* Socin. Iunior, & Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 8. *gloſſa* 7. *in fine*, & fuit decretum per Rotam *in Romana penſionis domus*, 11. *Martij* 1615. *coram Card. Sacrato.* Sed Decretalis *Auaritia*, ſola intruſione non contentatur, ſed etiam temeritatem requirit, vt decidit Rota *in Beneuentana citata* Ergo.

786 *Vndecimum* eſt aduertendum, quod Superior, electo inuito, non poteſt eius electionem regulariter confirmare. Ita gloſſa *in cap. Innotuit, verbo Detuliſti, et* 20. *de electione*, vbi Abbas *num.* 13. Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 6. *q.* 2. *num.* 11. Et eſt ratio, quam Panormitanus *dicto num.* 13 tradit, dicens: Quia ad contrahendum iſtud coniugium ſpirituale requiritur conſenſus eligentium, qui repræſentant ipſam Eccleſiam; & etiam electi, qui eſt futurus ſponſus, *vt in cap. ſequenti.* Sicut enim matrimonium carnale non poteſt contrahi ſine conſenſu mulieris, & viri, vt *in cap. Cùm locum*, & *cap. Tua, de ſponſalibus*; ita nec iſtud coniugium ſpirituale, quod contrahitur inter Eccleſiam, & electum. Ex hoc infertur, quod Superior non poteſt aliquem compellere ad acceptandam prælaturam. Ita Abbas. Cui conſonat D. Gabriel Martinez, Protonotarius, & Iudex, Apoſtolicus in Curia Nunciaturæ Hiſpaniæ, vir quidem doctiſſimus, *in voto deciſiuo*, quod inter ſua Barboſa edidit *tom.* 1. *votorum deciſiuorum*, *lib.* 2. *voto* 36. Conſonat, inquam, quatenus *n.* 1. ait: Vinculum quaſi coniugale ſpirituale contrahitur per mutuum conſenſum eligentium, & electi.

Conſultò dixi, *regulariter.* Quia in ſententia Tamburini *vbi proximè. n* 12. cùm Monachi velle, & nolle non habeant, ſed eorum arbitrium, non ex propria, ſed Prælati, cuius imperio ſe ſubiecerunt, voluntate dependeat, *cap. Si Religioſus, de electione in* 6. poteſt electus, & confirmatus ad acceptandum officium, ad quod eſt confirmatus, compelli, dummodo non aſſignet cauſam rationabilem. Caſtellinus *in tract. de electione*, *cap.* 14. *de confirmatore*, *num.* 22.

Ita Tamburinus & Lezana *in ſumma, p.* 1. *cap* 4. *n.* 17. quorum doctrina confirmatur ex eo, quod electus ad Prælaturam extra Cœnobium ſuum, acceptare non poteſt electionem de ſe factam, niſi de ſui Superioris licentia, vti dixi ſuprà *n.* 728. (vbi dixi quiſnam ſit ſuperior, qui hanc concedere valeat licentiam) & poſt quæſtiones Paſtorales, *in Diſquiſitione de iure Prioris annexi*, *n.* 81. & decernitur expreſsè *in dicto cap. ſi Religioſus*, vbi gloſſa *verbo Tales*, ait: Scilicet Religioſi, qui non habent liberum arbitrium tranſeundi, vel conſentiendi. Ergo ſi non habet Religioſus liberum arbitrium ad acceptandum, ſeu ad conſentiendum, nec illum habebit ad non acceptandum, ſeu ad non conſentiendum. Contrariorum enim idem eſt iudicium, & eadem diſciplina. Brunorus à Sole *in compendio propoſitionum iuris*, *verbo Contrariorum*, *ex l.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, *cap. Cùm veniſſent*, & ibi Bald. *col. vlt. de iudicijs*, & *conſil.* 402. *n.* 3. *vol.* 5 & Crauera *conſ.* 75. *Accuſatur*, *n.* 12 *&* 20. Auguſtinus Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris*, *axiom.* 58. *n.* 11. *ex l. fin. ff. de legatis* 3. *l. in fundo*, *ff. de rei vendicatione*, *l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram*, *ff. de verborum obligationibus*, *l.* 1. §. *ſi quis vltrò*, *ff. de quæſtionibus*, *l. & ſi contra*, *in fin. ff. de vulgari. & pupillari ſubſtitutione*, *l. Nihil tam naturale*, *ff. de regulis iuris*, §. 1. *Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, § 1. *Inſtit. de tutelis*, *cap. Tranſlato*, *de conſtitutionibus*, *cap. Intellectum*, *de iureiurando*, Ariſtotele 7. *Topicorum*, *cap.* 1. & ex pluribus, quos allegat Doctoribus. Quod certè axioma ſemper eſt verum, quando contrariorum eadem eſt ratio. Brunorus *ex d. l. fin. ff. de legatis* 3. Barboſa ex Alexandro *conſ.* 3. *Videretur*, *n.* 13. *verſic. Quod contrariorum*, *lib.* 8. dicente, non procedere axioma, quando militat diuerſa ratio, cùm exceptio, & limitatio firmet regulam in contrarium. Sed ſic eſt, quod in noſtro duplici caſu, aſſentiendi ſcilicet electioni de ſe factæ, & nolendi eidem aſſentire, eſt eadem ratio, defectus ſcilicet proprij arbitrij in Religioſo: ergo ſi aſſentire non poteſt electioni, nec reſiſtere poterit.

Quod ſi quæras, *Poteritne Prælatus Regularis* 787
ſubditum ad acceptandum Epiſcopatum adſtringere? Reſpondeo, quod non, nec poteſt illi præcipere, vt aliquod officium extra Ordinem accipiat. Ita docet Lezana *dicto tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 18. Et ratio eſt, quia fieri Epiſcopum, aut recipere officium extra Ordinem, non pertinet directè, aut indirectè ad obſeruantiam Regulæ, quam Religioſus ſubditus profeſſus eſt, cùm potiùs eximat ab illa; neque ordinatur per ſe ad Religionis propriæ bonum, ſed tantùm ad bonum Eccleſiæ, vel illius, cuius eſt officium. Prælatus autem præcipere non poteſt quæ ad Regulæ obſeruantiam directè, aut indirectè non pertinent, & quæ per ſe ad bonum Religionis propriæ non ordinantur, ea maximè, quæ omnino ſupra Regulam ſunt, vti docent D. Th. *quodlibeto* 10. *art.* 10. cum communi omnium DD. D. Antoninus *in ſumma*, *part.* 3. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 9. Syluester *verbo Religio* 6. *q.* 6. Nauarrus *in Manuali*, *cap.* 23. *num.* 39. *& in commentar.* 3. *de Regularibus*, *num.* 6. quos recenſet, & ſequitur Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 2. *diſp.* 21. *q.* 7. *num.* 3. Et quidem ita docuiſſe

noſtrum

noſtrum Gregorium Magnum *in primo libro Regiſtri, epiſtola ad Natalem Epiſcopum*, demonſtrat canon *Geſta*, *el* 2. 74. *diſt.* ibi: *Et ſicut iuſtum eſt, vt nemo creſcere compellatur inuitus; ita cenſendum puto, ne quiſquam inſons ab Ordinis ſui miniſterio deiiciatur iniuſtè*, vbi gloſſa ait: Argumentum, quod Monachis. Vel Canonicis inuitis diſtrictior vita non poſſit imponi. Ita illa *verbo Creſcere*. Vita autem Epiſcopi, vitâ Monachi, & cuiuſvis alterius Religioſi diſtrictior debet eſſe, cùm Religioſi ad perfectionem tendere debeant; Epiſcopi autem in perfectionis ſtatu ſint, & Sanctiſſimi vocentur *in Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis, collat* 9. & *in Clement*. 1. §. *Nec ſuper, de pœnis*: nam qui alios ſanctos efficere debet (inquit Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 7.) neceſſe eſt, vt ſit Sanctiſſimus. Ergo Prælatus Regularis adſtringere non valet ſubditum ad acceptandum Epiſcopatum, aut officium extra Ordinem proprium.

788 Cum hoc tamen ſtat, quod laudabiliter ſatis aliqui viri ſancti in hoc etiam ſuis Prælatis obedientes fuerint. De quorum numero extiterunt duo inſignes Ordinis S. Auguſtini alumni, S. Thomas de Villanoua, Valentinus, & Illuſtriſſimus Bartholomæus de Martyribus, Bracharenſis, Archiepiſcopi, quorum meminit Lezana *dict. num.* 18. Et noſtræ Benedictinæ Familiæ extitit Sigefridus, aliàs Sifridus, Monachus primò celeberrimi Cœnobij Sancti Saluatoris Fuldenſis, qui poſtquam Archiepiſcopatum Maguntiæ, poſt Abbatiam Fuldenſem laudabiliter rexiſſet, reaſſumptâ cucullâ, & profeſſione denuò emiſsâ monaſticâ in Cluniacenſi Cœnobio, iniuncto ſibi formali præcepto à S. Hugone Magno Cluniacenſi Abbate, vt adminiſtraret denuò præfati Archiepiſcopatus Maguntini regimen, illud reaſſumpſit, vti ex Tritemio Abbate *in Hirſaugia, anno* 1060. refert Antonius Yepes *in Chronica Generali, tomo ſixto, centuria* 6. *anno Chriſti Domini* 1053. *fol.* 190.

789 Notanter quæſiui, de potentia Regularis Prælati; quia de ea, quâ ad id pollet Summus Pontifex, Diui Petri Apoſtoli ſucceſſor, aliter dicendum eſt. Poteſt enim cogere Religioſos ad acceptandos Epiſcopatus, vti benè docet Lezana *vbi proximè*, cum Valentia 2. 2 *diſput.* 10. *q.* 3. *punct.* 3. & cum Thoma Sanchez *in Decalogum lib.* 6 *cap.* 2. *num.* 49. Immò licèt Papa compellere non valeat ſæculares ad acceptandos Epiſcopatus, quia compelli non poſſunt ad contrahendum ſpirituale matrimonium, ſine conſenſu (quo ipſi gaudent) *cap. Cum inter Canonicos, el* 21. *de electione*, ibi: *Si dictus Præpoſitus eidem electioni conſenſerit, vt per mutuum conſenſum eligentium, & electi, quaſi coniugale vinculum ſpiritualiter ſit contractum*: eoſdem tamen poteſt compellere ad acceptandos Epiſcopatus, ſi hoc facit pro bono publico, ſaltem quando non reperitur alius ita æquè idoneus (ſententia, & verbis vtor noſtri Panormitani *in cap. Etſi vnanimiter, el* 6. *& fin.* & *in fine de poſtulatione Prælati.*) Vnde dicit Ioannes Andreas notabile verbum *in caput Si electio, de electione, lib.* 6. quod peccat electus non acceptando dignitatem, ad quam eligitur, ſi non reperitur alius æquè idoneus, per quem poſſit illi Eccleſiæ conſuli. Hæc Abbas. Ergo à fortiori poterit Papa, cùm ſit etiam Generalis Generaliſſimus Religioſorum, illos ad acceptandos Epiſcopatus cogere. Poteſt enim agere erga Regulares, quod poteſt in Clericos, & aliquid amplius, ratione voti obedientiæ in profeſſione emiſſi.

Duodecimo aduertendum eſt, nullam confirma- 790
tionis formam à iure eſſe præſcriptam. Et ſufficere pro confirmatione quodlibet dictum, vel factum, quo confirmator voluntatem ſuam confirmandi declarare velit. In hoc enim nihil refert, quomodo confirmator ſuam manifeſtet voluntatem. Ita Aſcanius Tamburinus *tom.* 1. *diſput.* 6. *q.* 3. *num.* 1. & 2. cum Archidiacono *in cap. Vt quis duas, de elect. in* 6. & Innocentio *in cap. Bertholdus, de re iudicata, in gloſſa Morum videtur*, ac Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub.* 94. *num.* 4. Ita & Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.* 2. *q.* 20. *num.* 167. dicens: *Y tam poco ſon neceſſarias palabras determinadas, baſtan qualeſquieras, que denoten el acto de la confirmacion. Aſſi lo tiene Pellezzario tract.* 9. *cap.* 2. *num* 51. *con otros.* Samuellius *tract.* 1. *diſput.* 8. *controu.* 2. *concluſ.* 7. cum Oldrado *conſ.* 146. *num.* 6. & Rota *deciſ.* 16. *de conceſſione præbendæ, in nouis*, & *deciſ.* 262. *num.* 3. *coram Cardinale Mantica.* Et non obſcurè Panormitanus *in cap. Eccleſia veſtra, num.* 3. *el* 48. *de electione*, ibi: Factum ergo non æquipollet verbis, vbi verba ſunt de ſubſtantia; alias non minùs valet factum, quam verba, vt *in cap. Dilecti, de appellatione*, 11. *&* 3. *in cap. Exiſtimant.* Hæc Nicolaus Tudeſchus. Cùm igitur in iure non præſcribantur verba pro confirmationis forma, vt dictum eſt, & Abbas dicat quod factum non valet minùs quàm verba, quando iſta non ſunt de ſubſtantia, pro nobis apertè eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæus. Et notat Dubal, quod confirmatio electionis, eſt actus iuriſdictionis ordinariæ; & poteſt delegari cuilibet Religioſo, etiam priuato, & qui Abbas non ſit, cùm confirmatio non ſit actus Ordinis, characteris, aut benedictionis, ſed merè iuriſdictionis, & ſuperioritatis.

Per hoc tamen non negamus, quod in aliqui- 791
bus Religionibus præſcripta reperiatur forma confirmationis Prælatorum. Reperitur vtique in Ordine Prædicatorum, vti teſtatur Samuellius *vbi proximè*, in Ordine Minimorum, vti apparet apud Peyrinum *in Formula* 10. *littera C, cap.* 16 vbi tradit formam confirmandi Vicarium electum loco Correctoris defuncti, *cap.* 17. vbi exſcribit formam confirmationis Correctoris Romani. Et *cap* 18. exhibet formam confirmandi Prouincialem. In noſtra Congregatione eſt etiam ſtatuta forma confirmationis Abbatum, in conſtitutione S. Facundi *capite* 21. *fol.* 61. *num.* 8. In his, & aliis Ordinibus formæ confirmandi præſcriptæ, ad vnguem ſeruari debent, alias non cenſebitur Superiorem velle electum confirmare. Forma noſtræ Congregationis, quæ ſequitur, eſt.

Nos el Maeſtro Fray N. General de la Congregacion, viſta per nos la eleccion hecha en el Reuerendo Padre Fray N. Abbad electo para el Monaſterio de N. ſer canonicamente hecha, y conforme a nueſtras conſtituciones, y nos ha dado la obediencia, in ſcriptis, y pide le confirmemos en el dicho cargo, y Abbadia, le confirmamos en ella, y aprobamos la dicha eleccion, por tiempo de N. è mandamos en virtud de ſanta obediencia, y ſo pena de excommunion maior, à los Padres Prior, ò Preſidente, è Monges del Conuento del dicho Monaſterio de N. le tengan, y reciban por tal Abbad, y Prelado ſuyo. y le den y preſten la obediencia, como es vſo, y coſtumbre darla à los tales Abbades ſus anteceſſores. En fé de lo qual mandamos dar eſta carta de aprobacion, y confirmacion firmada de nueſtro nombre, y refrendada de nueſtro Secretario, y

ſcriada con el ſello de nueſtro officio. Dada en N. &c.

Aduertit Dubal, quod vbi non eſt præſcripta forma confirmationis, hac vti poſſunt Generales: *Ego te confirmo in Abbatem Monaſterij N. pro quo canonicè es electus: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Et ſi confirmat Commiſſarius, poterit dicere: *Authoritate R. P. Generalis, vel Diffinitorij, mihi commiſſa, ego te confirmo, &c.*

Sectio III.

De adnotandis circa eligendorum perſonas.

Svbsectio I.

De ætate præficiendorum.

Breviarivm.

Abbas.

Ætatem vigintiquinque annorum habere debet Abbas inceptarum. n. 792.

Si tamen Conuentu careat, & cura animarum, ætatem requiſitam ad quodlibet beneficium. numero 794.

Abbas Conuentu, & cura carens, dignitas non reputatur. ibid.

Quotnam annos habitûs habere debeant aſſumendi in Abbates, in Congregatione noſtra. numero 793.

Ætas.

In dignitatibus, Epiſcopali exceptâ, ætas 25. annorum inceptorum requiritur. n. 792.

Dignitas.

Dari poteſt dignitas, quæ cura careat animarum, cum ſola praeminentia. n. 794.

In fauorabilibus, dignitas, & perſonatus conuertuntur. num. 794.

Sola praeminentia ſufficit ad dignitatem conſtituendam. ibid.

Eligendi, vel non.

Eligendi in Prælaturam, quæ Epiſcopalis non ſit, ætatem 25. annorum attingere debent. n. 792.

Maſculinum.

Maſculinum concipit fœmininum, non tamen è contrà. num. 792.

Perſonatus.

Eſt honor ſine adminiſtratione, & dignitas in fauorabilibus. n. 794.

792 PRimum, quod occurrit adnotandum circa eligendum in Abbatem, & in Prælatum Epiſcopo inferiorem, habentem curam animarum, ætas eſt 25. annorum inceptorum tantùm, & non completorum. Ita decernitur *in cap. Cùm in cunctis, §. inferiora, el 7. de electione*, ex Concilio Generali Lateranenſi ſub Alexandro III. deſumpto. Et in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformatione, cap. 12.* in quo innouatur Lateranenſis conſtitutio. Abbas *in dict. cap. Cùm in cunctis, num. 6* dicens: In Abbatibus verò communiter dicitur ſufficere, ſi attingant 25. annos, per *§. Inferiora.* Nam iſta eſt ætas requiſita in omnibus dignitatibus inferioribus. Vnde ex quo textus *in dict. cap. Indemnitatibus*, prouidit ſolùm de Abbatiſſa, videtur voluiſſe relinquere Abbatem in communi regula aliorum Prælatorum. Hæc Panormitanus: quocirca ipſemet in Clementinam *Cùm rationi, 1. de electione*, ait: Maſculinum concipit fœmininum. Gloſſa hoc tenet *in Clement. 1. in verſic. Homines, in princip.* Secus dic in diſpoſitione loquente de Monialibus; illa enim non extenditur ad Monachos; quia fœmininum non concipit maſculinum. Et idem eadem ratione dicendum in conſtitutione loquente de Abbatiſſis, vt non extendatur ad Abbates, vt eſt gloſſa notabilis *in Clement. Attendentes, de ſtatu Regularium, verſic. Cecidiſſe.* Hactenus Abbas. Illum ſequitur Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſput. 5. q. 9. num. 2.* cum Rebuffo *in praxi, titul. de non promotis intra annum, num. 25.* Summiſtis *verb. Abbas*, & Rota *in Trulleſ. Monaſterij, 17. Maij 1597. coram Peña.* Læl. Zecchius *in Republica Eccleſiaſtica, cap 25 n. 3.*

Sed aduerte duo. *Primum*, quod hoc procedit 793
de iure communi. Vnde in qualibet Religione attendi debent conſtitutiones circa ætatem ſuorum Prælatorum legitimè conditæ. In noſtra Congregatione ſtatutum inuenio, neminem poſſe in Abbatem eligi, qui cucullam per viginti non portauerit annos; aut ſaltem per quindecim, & ſimul illorum duodecim non inſumpſerit in ſtudiis; vel denique, qui duodecim ſaltem non inſumpſerit in Religione, dummodo in ſæculo laureatus extiterit, & inſignitus gradu Bacchalaureatus, ad minus in Theologia, vel in ſacris Canonibus, vti habetur in conſtitutionibus S. Facundi, *cap. 50. aliàs 8. n. 4. fol. 32.*

Secundum eſt, procedere de Abbate Conuen- 79
tuali curam animarum habente. Quia ſi Abbatia curâ careat, & Conuentu, dignitas non reputatur, nec ad eam obtinendam requiritur ætas 25. annorum, ſed ſufficit ætas de iure neceſſaria ad obtinenda alia Eccleſiaſtica beneficia, vti fuit à S. Rota reſolutum *in Aquenſ. Monaſterij. 31. Maij 1568. coram Card. Lancelloto*, quam ex Tambur. *de iure Abbat. tom. 3. la 9.* reddidi *poſt qq. Paſtorales, la 24. pag. 181.* In qua videndi veniunt numeri 3. & 9. quibus in locis decidit, quod licèt dari poſſit dignitas, quamvis careat curâ, vt tradunt Aretinus *conſil. 23.* Boërios *deciſ. 286. n. 5.* Cardinalis *conſ. 30. col. 2. verſ. Item eſt dare*, & Capella Toloſana *deciſ. 13.* quia ad dignitatem conſtituendam ſaltem ſufficit præeminentia, ob quam vocatur dignitas. Imola *in Clement. 1. num. 5. de reſcriptis*, & ibi Cardinalis *num. 3.* Staphileus *de litteris gratia, fol. 57. col. 2. in princip.* Secundùm antiquam impreſſionem, & Baldus *in cap. Paſtoralis, in princip. num. 7. de officio delegati.* Quocirca Peyrinus *de priuilegiis, ad conſtit. 2. Iulij II. num. 97.* ait perſonatus, licèt in rigore ſit minor, quàm dignitas, quia eſt honor ſine adminiſtratione, dignitas autem cum adminiſtratione; tamen in materia fauorabili ſunt ſynonyma. Tuſchus *verb. Perſonatus, concl. 321.* Qui autem caret Conuentu, præeminentiam non habet in choro, cùm non habeat quos præcedat. Ergo ætas 25. annorum ſolùm requiritur in Abbate, qui ſit dignitas, & habeat curam animarum; quia ex quo habet præeminentiam, habet Conuentum, cui præſit. Quod non ſit dignitas, ſi ſubditis careat, docet etiam Lælius Zecchius *in Republica Eccleſiaſtica, cap. 25. n. 2.*

Svb

Svbsectio II.

De profeſſione præficiendorum.

BREVIARIVM.

Electio.

Sub verbo prouiſionis, electio non comprehenditur. numero 796.

Eligendi, vel non.

In Prælatum Regularem eligendus debet eſſe expreſsè profeſſus. n.795. & 796.

Et in eadem Religione. n.797.

Aliàs nulla erit electio. n.795.

Et quidem ipſo iure. n.797.

Monachus.

Per profeſſionem efficitur Monachus. n.795.

Prouidendus.

Per viam collationis, aut poſtulationis prouidendus ſufficit quod ſit tacitè profeſſus. n.796.

795 SEcundum notandum eſt, eligendum in Abbatem, aut in alium Prælatum Regularem, debere eſſe profeſſum, aliàs nulla, & irrita erit electio, qualibet conſuetudine in contrarium non obſtante. Ita Lælius Zeechius *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 25. num. 3. verſ. Tertiò oportet.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſputat. 5. q. 10 ex cap. Cùm cauſam, cap. Cùm ad noſtram, cap. Officij,* & *cap. Cùm in Magiſtrum, de electione, can. Miſeram, 61. diſt. can. Abbatem, can. Quàm ſit, 18. q. 2.* diſponentibus, Abbatem à Monachis de eadem Congregatione eſſe eligendum: Monachorum autem congregatio ſolùm profeſſos includit: nam Monachus per profeſſionem efficitur: *cap. Porrectum, de Regularibus.* & *ex cap. Nullus, el 28 de electione in 6.* in quo ſic à Bonifacio Papa VIII. decernitur: *Nullus Religioſus ad Abbatiam, ſiue Prælaturam ſuæ, vel alterius Religionis, de cætero eligatur, niſi antea fuerit Ordinem Regularem expreſsè profeſſus: quod ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur.*

796 Ex qua Decretali habemus, de ſubſtantia electionis eſſe, quod eligendus ſit expreſsè profeſſus: & ita notant gloſſa ibi, *verb. Expreſsè,* Barboſa *num. 1. & 2.* cum Azorio *part. 1. lib. 12. cap. 2* Layman *in qq. Canonicis de Prælator. Eccleſiaſticorum electione, q. 190. fine,* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellariæ, gloſſ. 8. num. 78.* Rota coram Seraphino *deciſ. 647.* Roderiquez *tom. 2. qq. Regular. q. 52. art. 8.* Suarez *de Religione, tom. 3. lib. 6. cap. 21. num. 15.* & *tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 3. num. 11.* & cum pluribus aliis Tamburinus *num. 6.* Et *in Clementina Ne in agro Dominico, §. cæterùm circa finem, la 2. de ſtatu Monachorum,* definitur ſimiliter: *Sanè Prioratus aliquis, ſiue adminiſtratio, committi alicui, vel conferri non poſſit, niſi expreſsè profeſſus fuerit Ordinem Monachalem.* Vbi etiam gloſſa *verb. Expreſsè,* Abbas *in cap. Cùm cauſam, n. 6. el 27. de electione, ex cap. Nullus, citato,* & *cap. Indemnitatibus, eodem tit. & lib. 6.*

Vnum hic adnotat Tamburinus *num. 8.* quod prouiſus per viam collationis, vel poſtulationis, ſatis ſit, quod ſit tacitè profeſſus, & non requiratur expreſſa profeſſio. Vnde collatio Abbatiæ facta non expreſsè profeſſo, ait Tamburinus, valeret, vt poſt Ioannem Andream notat Panormitanus *in cap. Quia ingredientibus, num. 4. de electionis.* Quocirca idem Panormitanus *in Clementina Conceſſa, de ſtatu Monachorum* ſic *num. 3.* ait: vel dic meliùs, quod electio non comprehenditur ſub verbo *Prouiſionis.* Text. eſt *in cap. Cùm in illis, 1. reſponſo, de præbendis, lib. 6.* & ibi gloſſa *ſuper verb. Electionem,* & hoc in materia ſtricta. Hæc Abbas. Et ratio eſt, quia ius loquens de electione, cùm ſit pœnale, extendi non debet ad prouiſionem, nec ad poſtulationem.

Et non ſolùm debet eſſe profeſſus expreſsè, qui 797
aſſumendus eſt in Prælatum Regularem, ſed debet eſſe profeſſus in eadem Religione, in qua erit eligendus. Ita decernitur expreſsè ab Innocentio III. *in cap. Cùm cauſam, el 27. de electione,* vbi gloſſa *verb. Irritetis,* Barboſa *num. 4.* cum pluribus, quos recenſet Tamburinus *dicta diſputat. 5. q. 11.* Læl. Zeechius *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 25. num. 3.* dicens: Quartò eligi debet ex gremio Eccleſiæ, cui præficitur, ſi ibi adſit idoneus; aliàs alius extra eam eligi poteſt ex aliis Monaſteriis Ordinis, *cap. Quàm ſit, 18. quæſt. 2.* & de Generali dicit Barboſa *voto deciſiuo 35. num. 35.* quod iure communi attento, electio actiua, & paſſiua Generalis cuiuſcumque Religionis, ad vniuerſam pertinet congregationem. Quod etiam firmat Rota infrà *in Appendice,* coram Pamphilio. Definitur etiam à Clemente V. in Concilio Viennenſi, *in cap. Cùm rationi,* ex quo deſumpta eſt *Clementina 1. de electione,* ſub ſequenti tenore. *Cùm rationi non congruat, vt homines diſparis profeſſionis, vel habitus ſimul in eiſdem Monaſteriis ſocientur. Prohibemus, ne Religioſus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur. Quod ſi ſecus autem extiterit, ſit eo ipſo irritum, & inane.* Vbi Abbas *num. 4.* & *in cap. Cùm in Magiſtrum, num. 4. el 49. de electione,* Raggius *de regimine Regular. cent. 1. p. 1. dub. 22.*

Svbsectio III.

De ordine, quo inſigniti eſſe debent eligendi.

BREVIARIVM.

Abbas.

Tonſuram, & minores ordines conferre poteſt. numero 799.

Ad illum ſpectat impartiri benedictionem, & legere lectionem de Euangelio. n.799. & 800.

Benedictio.

Benedictionem impartiri, ſolius eſt Sacerdotis. numero 799.

Eligendi, vel non.

Eligendus in Prælatum Sacerdos eſſe debet. num. 798. 799. & 800.

In caſu tamen neceſſitatis eligi poteſt non Sacerdos. num. 801.

Iuriſdictio.

Poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis ortum habet ex poteſtate clauium, & ad illam ordinatur. numero 800.

Lex.

Si aliud voluiſſet, expreſſiſſet. n.805.

Ordo.

Abbates ordines conferunt minores. n.799.

Illos conferre non poſſunt, qui Sacerdotes non ſunt. ibid.

Parochi.

Parochi.

Intra annum ad Sacerdotium promoueri debent, aliàs ipſo iure curatu priuantur. numero 801. & 802.

Currit an..us ex quo habuerunt pacificam poſſeſſionem. vel per eos ſtetit, quominus haberent. numero 801.

Pœna.

*Priuationis pœna infligenda non eſt, niſi in caſibus in iure expreſſis.*n.805.

In pœnalibus non eſt facienda extenſio de perſona vnius qualitatis ad perſonam aliam habentem qualitatem. ibid.

Poteſtas.

Clauium poteſtas, eſt poteſtas ad remittenda peccata. num.800.

Solis Sacerdotibus eſt hac poteſtas tradita. numero 800.

Prælati.

*Regulares Prælati poteſtatem habent iuriſdictionis ſpiritualis.*n.800.

*Prælati, qui ad Sacerdotium non promouentur intra annum priuandi ſunt; ſi tamen Priores ſint Conuentuales, ipſo iure ſunt priuati.*n.804.

798 TErtium quod venit notandum, eſt, eligendum in Abbatem, & in quemlibet Prælatum, curam animarum habentem, debere Sacerdotem eſſe, Abbas *in cap. Vt Abbates, num.2. & 5. de ætate, & qualitate, el 1.& in cap.Tuam, el 10. num.3.*Tamburinus *de iure Abbat. tom.1.diſput.5.q.12.num.1.* cum Angelo *verb. Abbas, num.1.* Sylueſtro *eodem verb. num.1.* Azorio *part.1.lib.13.cap.20. q.1.* Lælio Zecchio *de Republica Eccleſiaſtica, cap.25. num.3.* Roderiquez *qq.Regular. tom.1.q.15. art.2.* & cum communi Doctorum Lælius Zecchius *de Republica Eccleſ.cap.25.num.3.* Et probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.23.de reformatione, cap.1.* ibi: *Cùm præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, &c.* ex quibus vltimis verbis manifeſtè colligitur, Abbates, & reliquos Prælatos, animarum curam habentes, de iure diuino Sacerdotes eligi, & aſſumi debere.

799 Deinde, quoad Abbates probatur. Tum quia Tonſuram, & minores Ordines conferre poſſunt. Abbas *in dict.cap.Tuam,n.3* & *in cap.Cùm contingat, eod.tit.de ætate, num. 1. & 2.* Tamburinus *vbi proximè, num.2.* ego ipſe ſuprà, *ad Conſtitutionem Gregorij IX. la 4. num. 2.* Minores autem Ordines conferre non poſſunt niſi Sacerdotes, *cap. Cùm contingat, citat.* Abbas *in dict.cap.Tuam, num.3. verſ.Quæro, an hic Abbas.* Tamburinus *num.3.* Ergo Abbates debent eſſe Sacerdotes. Tum etiam, quia Abbates debent Monachis egredientibus, & regredientibus, ac lectiones in choro recitaturis benedictionem impartiri, ex S. Regulæ præſcripto, *cap.9. & 11.* vti notat Gratianus *in can. Hinc eſt etiam, 16. q.1. Superiori authoritate.* vbi gloſſa *verb. Superiori*, & Tamburinus *num.4.* ſed dare benedictionem, non eſt niſi Sacerdotum. D. Iſidorus *in epiſt. ad Ludifredum,* relatus *in can. Perlectis, el 1.25.diſt.* Gratianus, & gloſſa *vbi proximè,* Tamburinus *n.5.* Ergo.

800 Tum etiam, quia ex S. Regulæ diſpoſitione *in d.cap.11.* Abbas debet in Vigiliis, ſeu in Matutinis lectionem de Euangelio legere; quod officium etiam eſt Sacerdotum, vti Gratianus, gloſſa, & Tamburinus locis dicunt citatis. Ergo Abbas Sacerdos eſſe debet. Tum denique, quia Abbates, & alij Prælati Regulares habent poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualis, vti docet Tamburinus *dict.n.5* & latè probaui *in diſq. Paſtorali de iure Prioris annexi poſt qq. Paſtorales edita, à n.104.* quæ vtique poteſtas, etſi immediatè clauium poteſtas non ſit, id eſt poteſtas remittendi peccata; ad illam tamen ordinatur, immò ex ea ortum habet: poteſtas autem remittendi peccata, ſolùm Sacerdotibus tradita fuit à Chriſto Domino, *Matthæi 18. verſ.18.* & *Ioannis 20. verſ. 23.* quod tanquam de fide definiuit Concilium Tridentinum *ſeſſ.14.cap.6.& can.10.* Ergo Abbates, & alij Prælati curam animarum habentes, Sacerdotes eſſe debent.

Per dicta tamen non negamus, quod extante 801
neceſſitate eligi poſſit non Sacerdos, iure communi attento. Poteſt vtique, vti patet *ex cap.Tuam,10. de ætate, & qualitate.* Debere tamen videtur ad Sacerdotium promoueri, iuxta diſpoſitionem Concilij Generalis Lugdunenſis ſub Gregorio X. *in cap. Licèt canon, el 14.de electione, in 6.* intra annum ſcilicet. *Et intra annum* (inquit) *à ſibi commiſſi regiminis die numerandum, ſe faciat ad Sacerdotium promoueri. Quod ſi intra idem tempus promotus non fuerit, Eccleſia ſibi commiſſa (nullâ etiam præmiſsâ monitione) ſit præſentis conſtitutionis authoritate priuatus.* Vbi gloſſa *verb. Annum,* ait: *Impedimento ceſſante, cap. Quàm ſit, in fine. el 6. eod. tit. & lib.* & *cap.Commiſſa, el 35.* Et currit iſte annus (addit ibidem gloſſa) ex quo habuit poſſeſſionem pacificam, vel per eum ſtetit, quominus haberet.

Videtur, conſultò dixi, dubitatiuè, non aſſertiuè. 802
Decretalis enim *Licèt canon*, præfata, Abbates, & alios Prælatos non adſtringit Regulares, Conuentibus præpoſitos, ſed Parochos Eccleſiarum ſæcularium. Gloſſa *in cap. Si pro Clericis, verb. Promoueri, el 8. de præbendis, lib.6.* & Rota *in Tullenſ. Monaſterij. 17. Maij 1597. coram Peña, n.4. la 24.* apud Tamburin. *de iure Abbatum tom.3.*

Nec arctant Abbates, & alios Prælatos Con- 803
uentuales, ſub pœna priuationis Prælationum ipſo iure incurrendæ, *cap.Vt Abbates, el 1.de ætate, & qualitate, & cap.Cùm in cunctis. §. inferiora, de electione;* ſed ſub dicta pœna inferenda per ſententiam, monitione præcedente. Ita Rota *in Trullenſ. num.2.* ex gloſſa *in dict.cap.Vt Abbates, verb.Fiant,* & *in dict. cap.Cùm in cunctis, §. inferiora, verb.Canonibus,* & ibi Anton. Butr. *n.6.* Rota *deciſ.3.de Pœnis, in antiquis,* Geminian. *conſil.131. num. 1. & ſeq.* Federic.de Sen. *conſil.18. Caſus.*

Nec tandem ſub pœna præfata, ipſo facto incur- 804
renda, compellit Abbates Sacerdotium intra annum ſuſcipere, Concilium Viennenſe *in Clementina Ne in agro Dominico §.Cæterùm, de ſtatu Monachorum.* Ita Rota *in dicta coram Peña, à num.5.* quia illius diſpoſitio ſolùm habet locum in Priori Conuentuali, habente perſonatum, & curam animarum, tam in foro pœnitentiali, quàm in iudiciali, & non in Abbate, cuius perſona remanet ſub diſpoſitione dicti capitis *Cùm in cunctis, §. inferiora,* vti cenſuerunt Federic. de Sen. *conſil. 25.* & Rebuffus *in praxi, titul. de non promotis infra annum, num. 21. & 22.*

Et huic intellectui ipſius Clementinæ ſuffra- 805
gatur ſeries verborum, cùm ſæpè tam antè, quàm poſt dictum *§. Cæterùm,* quando comprehendere Abbates voluit, illos expreſsè nominauit, vt *in §. Rurſus, §. Si quis autem,* & *in §. Ad ampliationem.* Sed *in dict. § Cæterùm,* omiſſa Abbatis mentione, Priorem tantùm expreſſit Conuentualem. Ergo in eo de Abbate diſponere noluit; quia ſi voluiſſet, ſimpliciter expreſſiſſet. Sic

Rota

Rota *in præfata Trullenſ. n.6.* ex Alexandro *conſ.38. n.8.lib.6.*& Gabriele *conſ.79. n.28. lib.1.*quibus addo textum *in cap. Ad audientiam, § Manaamnus*, vbi gloſſa *verb. Intelligeremus, el 12. de decimis*, & alia iura, & Doctores, quos recenſui, & fui ſequutus *tom.2. Diſq. Moral. & Canonic. diſq.11. dub.2. n.14.* Et cùm agatur de pœnalibus, non eſt facienda extenſio de perſona vnius qualitatis ad perſonam aliam habentem qualitatem; nec priuationis pœna infligenda eſt, niſi in caſibus in iure expreſſis. Rota *vbi proximè, n. 7.* cum gloſſa communiter recepta *in cap. fin.* & Abbate ibi, *de iurepatronatu*, Tiraquello *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, num.248.& ſeq.C.de reuocandis donationibus*,& Alexandro *conſ.103.n.15 lib.2.*

Svbsectio IV.

De legitimitate præficiendorum.

Breviarivm.

Electus.

Illegitimus occultus, ſi coactus Prælatiam acceptare, diſpenſationem non poſſit petere ſine infamia propria, aut ſuorum, acceptare ſine ea poterit illam, & adminiſtrare. n.807.

Eligendi, vel non.

Legitimo ex matrimonio geniti eſſe debent. n. 806. & ſeqq.

Illegitimi.

Ad ſacros ordines promoueri non poſſunt, neque ad beneficia, dignitates, aut perſonatus n.806.

Inhabilitas iſta procedit, etiamſi illegitimitas occulta ſit. n.807.

806 Qvartum adnotandum eſt, illegitimè natos, quocumque nomine cenſeantur, ineligibiles eſſe ad Prælaturas, & dignitates, abſque diſpenſatione. Ita decernitur *in cap. primo, de filiis Presbyterorum*, ex Concilio Pictauienſi deſumpto: *Vt filij Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad ſacros Ordines non promoueantur, niſi aut Monachi fiant vel in Congregatione Canonica regulariter viuentes; Prælationem verò nullatenus habeant.* Idem ſtatuitur à Gregorio IX. *in cap. fin. eod. tit.* dicente: *Nimis in tua Prouincia Eccleſia deformatur honeſtas ex eo, quod filij Sacerdotum, & alij non legitimè nati, ad dignitates, & perſonatus, & alia beneficia curam animarum habentia, ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ promouentur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis perſonis, à perſonatibus, aut dignitatibus, & huiuſmodi beneficiis prorſus amotis, ea perſonis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipſorum, de iure noueritis pertinere.* Et ita docent gloſſa ibi, *verb. Sedis Apoſtolicæ.* Abbas *in dict. cap. 1. num.3. 5. & 6* & *in cap. fin. num. 2.* vtrobique Barboſa per multos numeros. Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 5. q.14. num. 1.* vbi plures cumulat Doctores. Peyrinus *de priuilegiis, ad conſtitutionem 2. Iulij II. §.29. n.90.*cum Nauarro *comment. 2. de Regularibus, n 6* Sanchez *in Decalog. lib.5. cap.5. n.16.* Sayro *in Claui Regia, lib.6.cap.1.n.3.*Roderiquez *tom.1.qq.Regul. q.13. art.1.*

Quod verum eſt etiamſi defectus iſte eſſet occultus, illegitimus autem veritatem nouit; quia tunc ipſe in conſcientia diſpenſationem petere tenetur, vti ait Tamburinus *dict. n 5* cum D. Anton.

R. P. de Marga Comment. in Conſt. Apoſt.

& Panormitano *in dict. cap. 1. n.4. de filiis Presbyterorum* Sylueſtro *verb. Irregularitas, q.20.* Nauarro *cap.27. n.201.* Roderiquez *dict. art. 5. circa fin* Sayro *cap. 10. num.46.* Azorio *p.2. lib.6. cap.3. q.23.* Suarez *tom.5. de cenſur. diſp.50 ſect.5. n.12.*& aliis apud Sigiſmund. à Bonon. *de elect. dub.72. n.1.* contra Caſtrum *de lege pœnali, lib.2. cap.vlt. concl.3.* Addit tamen Tamburinus cum Roderiquez, quod ſi Prælationem acceptare cogeretur, nec abſque ſua, & ſuorum infamia diſpenſationem petere valeret, poſſet tunc Prælationem ſine diſpenſatione acceptare. Idem docet Peyrinus *num.100.* & rationem pro vtroque reddit. Pro primo, quia omnes electiones in perſona illius factæ ſunt ipſo iure nullæ. Sorb. *in compend. verb. Diſpenſatio, verſ. Ideò Iulius*, Roderiquez *loco citat.* Et habetur *in cap. Innotuit, de elect.* vbi Abbas *num. 6.* Pro ſecundo verò, quia ius conſeruandi famam eſt naturale, quod iuri præponderat poſitiuo.

Pvnctvm Vnicvm.

De diſpenſatione ſuper natalibus præficiendorum.

Breviarivm.

Abbatia.

Abbatia Regularis, dignitas eſt, & vna ex maioribus, & in eadem linea, quâ Epiſcopalis conſtituta, n.833.

Adminiſtratio.

Pro eodem aliquando ſumuntur in iure adminiſtratio, dignitas, officium, & perſonatus. n.813.

Axioma.

Maior cui conceditur, & minor concedi videtur. n.818. & 836.

Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. numero 820.

Limita in pœnalibus, niſi aliud appareat de mente legiſlatoris. ibid.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. numero 825.

Beneficia.

Illegitimi beneficia obtinere non poſſunt in Eccleſiis, in quibus eorum patres obtinent, aut obtinuerunt beneficia. n.820.

Clauſula.

Clauſula generalis poſt ſpecialia expreſſa ſequuta, includit conſimilia expreſſis, non autem maiora. numero 819.

Clauſula, ſi preces veritate nitantur; *quando in reſcripto Apoſtolico expreſsè non ponitur, ſemper ſubintelligitur.* n.830.

Dignitas.

An appellatione beneficij dignitas veniat. numero 832.

Diſpenſare, Diſpenſatio.

Generales, & Prouinciales diſpenſare poſſunt cum Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, & non aliàs, cum illegitimis ad dignitates. n.808. 809. 810. & 811.

Omnia priuilegia ante Sixtum V. conceſſa, quoad huiuſmodi facultatem diſpenſandi cum illegitimis, reuocata ſunt ab eodem Sixto. n.808. 809. 810. & 814.

A Gregorio XIV. fuerunt reſtituta Generalibus, Prouincialibus, & eorum Capitulis, ſed non in ſolidum. num. 809.

Abbates, & Præſidentes Cœnobiorum noſtræ Congregationis, diſpenſare poſſunt cum illegitimis, de licentia Reuerendiſſimi Generalis, in vim priuilegij Clericorum Regularium infirmis miniſtrantium, ad dignitates, ordines, &c. n. 812. & 813.

Diſpenſati ad Prælaturas per priuilegia Regularium extra propriam Religionem, vti illa diſpenſatione non poſſunt. n. 817. & 835.

Diſpenſati ad Prælaturas inferiores, non cenſentur ad maiores diſpenſati, niſi expreſſa fiat in diſpenſatione mentio. n. 819. & 836.

Diſpenſatus ſub hac forma, Diſpenſo tecum, vt poſſis obtinere Prioratus, Abbatias, & alias dignitates; *non cenſetur ad Generalatum diſpenſatus.* num. 819.

Illegitimus diſpenſari non poteſt, vt obtineat dignitatem in Religione, in qua eius pater profeſſionem emiſerit. n. 820.

Diſpenſare poteſt Princeps ſupremus, ſine cauſa cognitione; peccabit tamen etiam Papa, ſi ſine cauſa diſpenſauerit n. 821.

Diſpenſatio eſt iuris relaxatio, facta cum cauſa cognitione, ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi. ibid.

Diſpenſatio ſine cauſa cognitione facta ab alio, quàm à Papa, non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio. numero 821.

Diſpenſatio cum illegitimis in Religionibus facta ſine cauſa cognitione, illicita, & nulla eſt ipſo iure. num. 822.

Cauſæ cognitio ſaluatur in hoc, quod in mente penſetur, an relaxatio iuris expediat, necne, abſque diſcuſſione in foro externo. n 822.

Abſque cauſa legitima diſpenſati, in conſcientia diſpenſatione vti non poſſunt n. 823.

Cauſa ad diſpenſationem neceſſaria, quænam ſint, viri prudentis arbitrio relinquitur. n. 824.

Prælatus, qui cauſam rationabilem ad diſpenſandum habet, & non diſpenſat, peccat ibid.

Diſpenſatio debita eſt, & quando. ibid.

Subditus tamen ius petendi diſpenſationem non habet, niſi deprecatiuè ibid.

Diſpenſatio maiorem exigit cauſam, quando maior eſt natalium defectus. n. 825.

Illegitimus in Prælatum aſſumptus, ab habente diſpenſandi facultatem, diſpenſatus cenſetur n. 827.

An autem cenſeatur diſpenſatus pro foro interno, an verò pro vtroque, controuerſum eſt. n. 828. 829. & 830.

Diſpenſatio ſuper illegitimitate facta, etiam à Papa, ſine expreſſione qualitatum illegitimitatis, vel ſaltem grauiorum, ipſo iure eſt nulla. n. 831.

Diſpenſatus ad obtinenda in ſæculo beneficia, noua indiget diſpenſatione ad obtinendam dignitatem in Religione n. 832.

Diſpenſatus ad beneficium curatum, non eſt ad dignitatem diſpenſatus ibid.

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & strictè interpretanda. ibid.

In diſpenſationibus non valet argumentum à paritate, nec à maioritate rationis. ibid.

Diſpenſatus ad quæcumque beneficia, abſque alia expreſſione, ad dignitates promoueri non poteſt. ibid.

Monachus ad beneficium curatum diſpenſatus, non cenſetur ad ſimplex diſpenſatus. numero 832.

Diſpenſatus ad dignitatem, non eſt diſpenſatus ad dignitatem habentem curam animarum. numero 833.

Diſpenſatus ad quæcumque beneficia, etiam curata, non eſt diſpenſatus ad Abbatiam Regularem. ibidem.

Diſpenſatus in ſæculo ad quæcumque beneficia, poteſt in Religione obtinere Prioratum clauſtralem, non verò Conuentualem. n. 834.

Illegitimi.

Abſque diſpenſatione poſſunt obtinere in Religione adminiſtrationes, & officia, ad nutum Superioris amouibilia, quæ dignitates non ſunt, nec curam habent animarum, vt ſunt œconomus, Sacriſta, Secretarius. n. 815. & 816.

Illegitimus recipi non poteſt in Religione, patre in eadem viuente n 820.

Nec habere poteſt beneficium in eadem Eccleſia, in qua pater ſimile, vel diſſimile obtinet, aut obtinuit beneficium. ibid.

Alia vide verbo Diſpenſare.

Lex.

Princeps ſuis non tenetur legibus n. 821.

Neceſſitas.

Aliorum neceſſitati quilibet occurrere tenetur. numero 824.

Officia.

Dignitas, adminiſtratio, officium, & perſonatus, pro eodem aliquando ſumuntur in iure. numero 813.

Perſonatus.

Sumitur aliquando in iure pro eodem ac dignitas, adminiſtratio, & officium. n. 813.

Prior, Prioratus.

Prioratus conuentualis, dignitas eſt, clauſtralis verò minimè. n. 834.

Prior conuentualis etiamſi electiuus non ſit, eandem habet dignitatem, iuriſdictionem, & priuilegia, ac habet Abbas ibid.

Priuilegia.

Noſtra Congregatio gaudet omnibus priuilegiis Congregationis Ciſtercienſis. n. 810.

Gaudet etiam priuilegiis conceſſis, & concedendis quibuſcumque Ordinibus, etiam non exiſtentibus. numero 813.

Clemens VIII. noſtra priuilegia confirmauit, quatenus erant in vſu. n. 811.

Priuilegia facultatiua, aliàs non reuocata, etiamſi per multa annorum curricula non fuerint executioni demandata, non poteſt dici, quod non ſint in vſu. ibid.

Priuilegia ad diſpenſandum cum illegitimis reuocata fuerunt per Sixtum V. & per Greg. XIV. cum limitatione reſtaurata. n. 808. & ſeqq.

Priuilegia, quæ idem, quod ius commune concedunt, ſuperflua non ſunt. n. 816.

QVod poſſint Generales, & Prouinciales Ordinum cum illegitimis ad dignitates obtinendas diſpenſare in vim priuilegij Sixti IV. quod Roderiquez refert *dicta q. 13. art. 6.* & in vim conſtitutionis ſecundæ præfatæ Iulij II. docet Peyrinus ibi, *numero 95.* Et licèt Sixtus V. in conſtitutione ſua *Ad Romanum*, contra illegitimos edita, apud Cherubinum in Bullario magno, *poſt conſt. 71.* & apud Quarantam *in ſumma Bullarij, verb. Monaſteria, & Conuentus, fol. mihi 413.* deroget omnibus priuilegiis antea hac de re conceſſis; poſtea tamen Gregorios XIV. eius ſucceſſor, in conſtitutione *Circumſpecta, ſa 3.* apud Cherubinum, 808

&

& apud Quarantam *pag. 13. idibus Martij* 1591. conſtitutiones Sixti V. moderauit, & provt ſequitur, §.4. ſtatuit, videlicet:

809 *Volumus quoque, ac ſtatuimus, licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antè valere, & tenere, perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Ex qua conſtitutione colligit Peyrinus *vbi proximè*, n.94 & Tamburinus *dict.* 314.*n.*10. prædictas conſtitutiones Iulij II. & Sixti IV. ita eſſe limitatas, vt non poſſint ampliùs Generales, & Prouinciales cum illegitimis in ſolidum diſpenſare, ſed ſimul cum Generali, Prouinciali, aut intermedio Capitulo. Et idem colligi debere cenſeo de conſtitutione Eugenij IV. *la 9. tom. 2.* Bullarij Congregationis Ciſtercienſis, Kalendis Nouembris 1437. edita, in qua ſic *n.* 14. conceſſit Abbati Generali dictæ Congregationis Regnorum Caſtellæ.

810 *Abbas quoque reformator, pro tempore exiſtens, cum quibuſcumque Monachis natalium defectum ex quocumque etiam damnato coitu patientibus, & illegitimis, vt nihilominus de perſonis eorum quibuſcumque Monaſteriis dictæ obſeruantiæ prouideri, ipſique illis in Abbates triennales præfici, ac dicta Monaſteria in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare poſſint; Pictauienſis Concilij, & quibuſvis aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac diffinitionibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, liberè valeat diſpenſare.* Hactenus Eugenius, cuius conceſſione, ſaltem cum limitatione præfata, noſtra gaudet congregatio, ſicut & omnibus aliis dictæ Ciſtercienſi factis, in vim conſtitutionis Clementis VIII. *Romanus Pontifex*, quæ eſt 123. Bullarij noſtri.

Idem Eugenius IV. noſtræ Valliſoletanæ Congregationi anno 1438. conceſſit per ſimplicem ſignaturam priuilegium 46. dicti Bullarij, in quo inter alia ſic *n.6.* conceſſit: *Et quia aliqui illegitimi, licèt boni zelatores Ordinis ſint, in adiutoriam regiminis animarum aſſumi non poſſunt, quod quilibet pro tempore Abbas, Prior, ſiue Prælatus cuiuſlibet Monaſteriorum huiuſmodi poſſit liberè, & licitè authoritate Apoſtolica diſpenſare cum quocumque illegitimo Monaſteriorum huiuſmodi Ordinem profeſſo, quod poſſit eſſe Prior, vel Superior, aut Decanus, Sacriſta, Confeſſor, & ſimilia dicti Ordinis habere officia, dummodo nullum iſtorum fuerit perpetuum.*

811 An autem hæc conceſſio hodie ſubſiſtat, aſſerere non audeo, ſuppoſita reuocatione ſimilium conceſſionum per Sixtum V. facta. Quia licèt præfatus Clemens VIII. in dicta conſtitutione *Romanus Pontifex*, die 30. Septembris 1592. & in conſtitutione *Cùm inter alios*, *la* 124. die 24. Maij 1594. confirmauerit omnia noſtra priuilegia, appoſuit tamen in vtroque clauſulam, quatenus ſint in vſu; per quam excludi videntur à confirmatione, quæ extiterint reuocata. Per dictam enim clauſulam intendit Papa confirmare priuilegia ſolùm, quæ ſunt in viridi obſeruantia, ſuumque valorem retinent, vti docent Peyrinus *de priuilegiis, ad conſtitut. 1. Gregorij XIII. n. 1 pag. mihi* 288. & Barboſa *tract. de clauſulis, clauſula* 124. *n.* 1. cum Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 2. num. 43.* Ego ipſe *tom. 2. Diſq. Moral. & Canonic. diſq. 4. dub 8. num. 29* quæ autem reuocata ſunt, non ſunt in viridi obſeruantia, nec ſuum retinent valorem. Ergo præfata Eugeniana conceſſio non fuit per Clementem VIII. confirmata. Hîc breuiter aduerto, quod priuilegia facultatiua, aliis non reuocata, etiamſi executioni per multa annorum curricula non fuerint demandata, non poteſt dici quod non ſint in vſu; quia non ſemper quamdiu poſſunt, ſed tantùm quando volunt, illis priuilegiarij vtuntur, vti cum Emmanuele Roderiq. dixi *conſt. 5. n. 56 & 61.*

Sed benè verum eſt, quod poſſint noſtri Præla- 812
ti locales, de licentia tamen Reuerendiſſimi P. N. Generalis, ad præfata diſpenſare, in vim priuilegij conceſſi per dictum Gregorium XIV. Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis, 11. Kalendas Octobris, anno 1591. incipit, *Illius qui pro gregis*, *la* 17. apud Angelum Cherubinum *tom. 2. Bullarij, à pag.* 719. cuius conceſſionem exſcribunt Peyrinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 14. n. 10. ex §. 29.* præfatæ conſtitutionis deſumptam, ſub tenore ſequenti.

Ac dicto Præfecto Generali pro tempore exiſtenti, ſeu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, ſeu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicariis, ac loca tenentibus, vt cum eiuſdem Congregationis perſonis, defectum natalium, etiam ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu & quovis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouenientem patientibus, poſtquam in dicta Congregatione vota emiſerunt, vt defectu huiuſmodi non obſtante, ad quoſcumque ſacros, etiam Presbyteratus Ordines promoueri, & in illis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, necnon ad quaſcumque adminiſtrationes, perſonatus, præeminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & aſſumi, illáque gerere, & exercere.

Qua certè conceſſione gaudere poſſe noſtros 813
Abbates, & alios Prælatos Conuentuales, ſeu locales, cum licentia Reuerendiſſimi Patris Noſtri Generalis, pro comperto mihi eſt, ob ea, quæ in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis dixi *tomo ſecundo, diſquiſition. 1. dubio decimoquarto, numero* 176. & *diſquiſitione 4. dubio octauo, numero quinquageſimoſecundo.* Quia ſcilicet gaudere, & potiri poteſt omnibus conceſſis, & concedendis aliis quibuſcumque Ordinibus, adhuc non exiſtentibus, & ob id, quod de ſuo Minimorum Ordine dicit Peyrinus *numero* 96. per hæc verba: Ex quo priuilegio colligitur, quod Generalis Ordinis, & de eius licentia Correctores, ſeu Priores locales, atque Prouincialis, & eorum Vicarij poſſint cum illegitimis diſpenſare ad dignitates, & officia Ordinis, abſque Capitulo Generali, Prouinciali, & intermedio. Quod rurſus docet *numero 97. in fine*, quò loci aduertit, quod adminiſtratio, officium, perſonatus, & dignitas, pro eodem ſumuntur *in cap. Conſuetudinem, el 1. de conſuetudine, lib. 6.* & habet Cardinalis Tuſchus *verb. Officia, concluſ.* 92.

Ex dictis infertur, priuilegium conceſſum ab 814
Eugenio IV. noſtris Caſſinenſibus, de quo in Bulla 7. apud Bullarium Roderiquez, in quo conceſſit,

vt Monachi dictæ Congregationis, dummodo profeſſionem emiſerint, & honeſtè vixerint in Religione, defectu natalium non obſtante, poſſint ad ſacros Ordines promoueri, necnon ad officia, dignitates, & Prælaturas; iam eſſe quoad dictam conceſſionem reuocatum. Et ita docet Tambur. *d.q.14.n.8.*

815 Quod ſi petas, *An illegitimi poſſint abſque diſpenſatione aliquas adminiſtrationes, vel officia in Religione obtinere?* Reſpondeo poſſe, dummodo illa Prælaturæ non ſint, nec curam habeant, & ad nutum à Superiore illa auferri poſſint. Huiuſmodi ſunt Sacriſta, Cellerarius, ſiue Oeconomus, Secretarius, & ſimilia. Et ratio eſt, quia *in cap.1.de filiis Presbyterorum*, illegitimi à Prælaturis tantùm arcentur, & *in cap. fin. eod.tit.* ſolùm amouentur à dignitatibus, perſonatibus, & à beneficiis curam animarum habentibus. Et ita docet Tambur. *dict. q.14.n.5.* cum Nauarro *lib.1. conſil. tit. de filiis Presbyterorum. conſ.6. n.3. & 6* Sanch. *in Decal.lib.5.cap.5.n.16* Maiolo *de irregularitate, lib.1.cap.10 n.3.* Sayro *de cenſuris lib.6. cap.10.n.46.* Panormitano *in d.cap.1.n.vlt.* Anton. *ibi d. num. etiam vlt.* Cardinali *quæſt. penult. Gomez, & Paleot.*

816 Quod ſi dicas, de iure communi poſſunt Religioſi illegitimè nati, officia, quæ Prælatiæ, & dignitates non ſunt, aut curam non habent animarum, obtinere: ſuperfluè ergo per priuilegia conceditur Prælatis Regularibus facultas diſpenſandi cum eiſdem, vt poſſint huiuſmodi obtinere officia. Dico, priuilegia præfata nihil ſuperfluum concedere, quia iuxta ſuprà dicta conſt.5. & 1. Alexandri IV. *n.4. & 6.* priuilegia, quæ nihil aliud præter ius commune concedunt, vt faciliori modo, & ex leuiori cauſa id fieri poſſit, quàm ex ſolo iure communi, conceduntur, & ad maiorem declarationem. Vide alia ad intentum à me ipſo dicta *in Diſq. Moral. & Canonic. tom.1.tract.1.diſq.2.dub.2.n.49. & 50.*

817 Tria hîc operæpretium adnotare duxi. *Primum*, quod diſpenſatus per dicta, aut ſimilia priuilegia, ad dignitates intra Ordinem, eas non poteſt extra ordinem obtinere. Ita docet Peyrinus ad conſtitutionem 2. Iulij II. *§.29.n.98.* cum Roderiq. *tom.1.qq. Regular.q.13.art.13.* & Sanchez *lib.5.in Decalogum, cap.5. num.16.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi priuilegia ſolùm ſe extendunt ad legitimandum ad ordinis Prælationes. Vnde ſic legitimati, obtinere non poſſunt beneficium curatum ſæculare, nec Vicariatum generalem Epiſcopi, &c.

818 *Secundum* eſt, quod diſpenſatus ad dignitatem inferiorem, putà ad Prioratum Conuentualem, non intelligitur diſpenſatus ad maiorem, putà ad Abbatiam, aut ad Generalatum, niſi in diſpenſatione de iſtis mentio facta fuerit expreſſa. Ita Panormitanus *in cap. Innotuit, n.4. el 20. de electione*, dicens: Quartò nota, quod illegitimus diſpenſatus circa dignitatem inferiorem, non intelligitur diſpenſatus circa maiorem, præſertim circa dignitatem Epiſcopalem. Ita & Peyrinus *vbi proximè, n.99.* cum Sorbo *in compendio priuileg. verb. Diſpenſatio. verſ. Et ideò Fratres*: Et eſt ratio, quia ad permiſſionem minoris dignitatis non venit maioris permiſſio; ſed benè è contrà, ob illud iuris axioma: *Maius cui conceditur, & minus concedi videtur*: fundatum *in l. Si filiuſfamilias, §. fin. ff. de donationibus, l. Marcellus ff. de donationibus cauſa mortis, l. non debet, de regulis iuris*: & *in cap. Ex parte, de decimis.* Pro quo plures cumulaui Doctores *in Diſq. Moralib. & Canonic. tom.2. diſq.23.n.8.*

819 *Tertium* ſit, quod ſi diſpenſatio ſub hoc fiat verborum tenore. *Diſpenſamus cum N. vt in ordine noſtro habere poſſit dignitates Prioratus Conuentualis, & Abbatiæ localis, & omnes alias dignitates, quæ in noſtro Ordine aut Congregatione habentur*; non per hoc diſpenſatus eſſe poterit vt habere poſſit dignitatem Abbatis Generalis. Quia clauſula illa generalis, poſt ſpecialia expreſſa ſequuta, includit conſimilia, non autem maiora, vti docet Peyrinus *dict. num.99.* cum Sbrozz. *de officio Vicarij, lib.2.q.115.n.10.*

Circa Religioſos illegitimos præfatos, & illorum diſpenſationem ad dignitates, & Prælatias obtinendas, occurrunt nonnullæ difficultates, quas enodare libet. Prima eſt, *An Religioſus illegitimus filius alicuius Religioſi, diſpenſari poſſit ad obtinendam Prælaturam in Religione, in qua etiam Pater eius eſt, vel fuit Prælatus?* Emmanuel Roderiquez *tom.1. qq. Regular. q.13. art.7* reſpondet poſſe diſpenſari ad obtinendam Prælatiam in eadem Religione, in qua eius Pater profeſſus eſt, & Prælatiam obtinuit; ſed non in eodem Monaſterio. 820

Sed meliùs Tamburinus *tom.1. de iure Abbatum, diſp.5.q.15.* docet cum Miranda *in Manuali Prælator. tom.1.quæſt.2.a.t.10* non ſolùm non poſſe diſpenſari huiuſmodi illegitimum, ad obtinendam Prælatiam in eodem Monaſterio, in quo eius pater fuit Prælatus, ſed nec ad obtinendam illam in eadem Religione. Hæc ſententia probatur ex conſtitutione Gregorij XIV. quâ Sixti V. conſtitutiones hac de re editas modificauit, & ad terminos iuris communis reduxit, concedens facultatem Prælatis Regularibus, vt ſeruatis quibuſdam conditionibus, huiuſmodi natalium defectum patientes ad Religionem recipere poſſent, ſic ait: *Dummodò tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo patre viuente non admittatur, quod expreſsè prohibemus.* Ita decernit Gregorius in conſtitutione ſua 3. incipit: *Circumſpecta, §.3. in fine.*

Ex quo benè probatur, quod ſi viuente patre, ſtrictè prohibetur receptio filij ad habitum, ob ſcandalum, ac continuæ paternæ incontinentiæ memoriam, multò magis per eandem conſtitutionem prohibitum cenſendum eſt, vt iidem Religioſorum filij ad dignitates in Religionibus, vbi eorum patres Prælati ſunt, promoueantur, vti benè Miranda, & Tamburinus aduertunt. Vbi enim eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulauerit, §.2: ff. ad l. Iuliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo, l. nauta § fin. ff. nautæ caupones, l. à Titio, ff. de furtis, l. illud, C. de Sacroſanctis Eccleſiis, § ſi igitur*, Abb. *in cap. Nihil, de electione, n.5.* & alij, quos recenſet, & ſequitur Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.197.n.3. & ſeq.*

Et licèt axioma iſtud limitationem patiatur in pœnalibus, vti idem Barboſa *num.6.* cum Calderino *conſ.147. aliàs vnico, vt lite pendente, verſicul. Per prædicta*, Portoles *tractat. de conſortibus, & fideicommiſſ. cap.6. num.15.* & Tuſcho *littera R, concluſ.31. num.43.* hæc limitatio tamen ſubſiſtere non poteſt, quando ſufficienter conſtat de legiſlatoris mente, vti hîc de Gregorij intentione apparet, cùm prohibeat, quod minus eſt, receptionem ſcilicet ad habitum: quo prohibito, per neceſſe cenſetur prohibita receptio ad dignitates, quod eſt maius, reſpectu ſcilicet earundem perſonarum.

Et quidem noſtra ſententia maximè fulcitur ex Tridentini Concilij diſpoſitione *ſeſſ.25.cap.15.de reformatione*, ſub tenore ſequenti: *Vt paterna*, inquit, *incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet, longiſſimè arceatur, non liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio,*

matrimonio, in Eccleſiis vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent, aut habuerunt quodcumque, etiam diſſimile, beneficium obtinere.

821 *Secundum* dubium eſt, *An illegitimorum diſpenſatio fieri poſſit ſine cauſa?* Pro difficultatis reſolutione ſuppono, diſpenſationem nihil aliud eſſe, quàm iuris communis relaxationem, factam cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatem diſpenſandi habet. Ita gloſſa *in can. Requiritis, verbo Vt pleriſque*, 1. q. 7. *argum. can. Sicut*, §. *ex his*, 11. q. 1. Iacobus de Graffis *in deciſionibus aureis*, *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 1. Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 16 *num.* 2. Qui *num.* 3. ſubdit, quod diſpenſatio facta ſine cauſæ cognitione, diſſipatio, non diſpenſatio dicenda ſit, & quod Prælati dantes pro voluntate licentiam veniendi contra legem, ſine cauſa rationabili, vel ſaltem dubia, diſſipatores ſunt, non diſpenſatores. Ita ille ex Curtio Seniore *conſ.* 19. *Aggredior*, *numero* 7 Socino Iuniore *conſ.* 120. *num* 28. *vol.* 1. Syluestro *verbo Diſpenſatio*, *num.* 2. D. Bernardus *lib.* 3. *de conſiderat.* *c.* 4. *num.* 18. ait: *Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio Vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt... Nam cùm nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt.* Hæc meus Bernardus. Clauſula tamen illa, *cum cauſæ cognitione*; addita eſt pro diſpenſatione, quæ à Principe ſupremo non fit. Ille enim ſine cauſæ cognitione diſpenſare poteſt. Abbas *in cap. Innotuit*, *num.* 7. ſufficit enim ſola ipſius voluntas, vt notat Tamburinus *vbi proximè*, *num* 6 ex Speculatore *in tit. de legibus*, §. *Nunc breuiter*, *verſ. Et notat*, Innocentio *in cap. Cùm ad Monaſterium, de ſtatu Regular.* Abbate *in cap Diuerſis fallaciis*, *num.* 4. *de Clerico coniugato*, Rebuffo *in praxi*, *tit. de Diſpenſatione ad plura*, *num.* 9. & ex Suarez *tom.* 2. *de Religione*, *tract.* 6. *lib* 6. *cap.* 9. *num.* 1. illius enim eſt deſtruere, cuius eſt condere, nec Princeps ſuis tenetur legibus, *l. digna vox*, *Cod. de legibus.* Syluest. *verbo Diſpenſatio*, *num.* 5 Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular.* *q.* 13. *art.* 14 & Miranda *in Manuali*, *tom.* 2. *q.* 2. *art* 11. quos recenſet, & ſequitur Tamburinus. Qui tamen *num.* 7 addit, ex D. Th. 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. Caietano *in ſumma*, *verbo Diſpenſatio*, *in princ.* Panormitano *in cap. Non eſt voti*, *num.* 9. *de voto, & voti redemptione*, & ex Sanchez *lib.* 8. *de Matrimonio*, *diſp.* 18. *num.* 3. plures alios cumulante, Summum Pontificem ſine cauſa diſpenſantem, à culpa non excuſari.

822 Quo ſuppoſito, reſpondeo, diſpenſationem factam in Religionibus cum illegitimis, ſiue à ſolis Prælatis, ſiue ab eis, & à Capitulis ſimul, Prouincialibus, vel Generalibus, abſque cauſæ cognitione, illicitam eſſe, & inualidam ipſo iure. Reſponſi veritas conſtat ex dictis. Et pro illa adducit Tamburinus *dict.* *q.* 16 *num.* 1. gloſſam vltimam *in fine*, *in cap Litteras*, *de conceſſione præbendæ*: gloſſam vltimam *in princ. in cap.* 1. *de ætate, & qualitate*, *in* 6. gloſſam 1. per textum ibi, *in cap.* 1. *de Schiſmaticis*: Innocentium *vbi proximè*, Abbatem *in cap Per venerabilem qui filij ſint legitimi*, *n.* 4. & *in cap. At ſi Clerici*, § *de Adulteriis*, *num* 12. *de iudiciis*, *in cap. De multa*, *de præbendis*, *num.* 8. *in cap. Diuerſis fallaciis*, *citato*, *num* 4. *in dict cap. Innotuit*, *num.* 8. & plures alios Doctores antiquos, & modernos. Et probatur ex etymologia diſpenſationis, quam Iacobus de Graffis tradit *dict. cap.* 31. *num.* 2. dicens: *Hinc diſpenſare ſignificat diuerſa in animo penſare, & verſare, an relaxatio iuris expediat.* In qua quidem penſatione, & verſatione cauſæ cognitio ſaluatur, abſque eo quod indigeat vlla in foro externo diſcuſſione, aut indagine.

Vnde bene infert Tamburinus *n.* 5. quod Mo- 823
nachus illegitimus per priuilegia diſpenſatus ad Prælatiam obtinendam, ſine cauſa legitima, non poſſit in conſcientia diſpenſatione vti. Allegat Roderiquez, Mirandam, & Innocentium *locis citatis*, Reginaldum *in praxi*, *lib.* 13. *num* 195. Bonacinam *de legibus*, *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 13. & alios.

Quænam autem cauſæ ſint ad huiuſmodi diſpen- 824
ſationem neceſſariæ, aſſignari non poſſunt, nec ad illas cognoſcendas certa, & generalis tradi regula. Vnde boni viri arbitrio ſtandum eſt, vti bene Tamburinus *num.* 8. ait, vbi id colligit ex conſtitutione *circumſpecta*, ſuprà citata Gregorij XIV. in qua permittens Superioribus Religionum, vt illegitimi ad habitum recipiantur, ipſorum meritis ſuffragantibus, relinquit hoc arbitrio Superiorum recipientium, dicens: *Diligenter mores eorum, & vitam inquirant, & ita demùm recipiant; ſi tamen bonam indolem, & virtutis ſpecimen præſeferant, & tot eis merita ſuffragentur, vt natalium ſuppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur, & ſuper hoc ipſi hi ad quos (vt dictum eſt) pertinet receptio, matura deliberatione habitâ, ita cenſuerint, & iudicauerint.* Quæ vltima verba ad arbitrium boni viri, non autem ad beneplacitum voluntatis referenda eſſe, ait Tamburinus *ex l. fideicommiſſaria*, § *Quamquam*, *ff. de legatis* 3. Suarez *de Religione*, *tom.* 2. *tract.* 6. *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 15. *& ſeqq.* Roderiquez *tom.* 1. *q.* 13 *art.* 15 Miranda *tom.* 2. *q.* 2. *art.* 12. & Syluestro *verbo Diſpenſatio*, *num.* 3. ſubdentibus, quod Prælatus ſi iudicauerit cauſam rationabilem adeſſe diſpenſandi, peccet non diſpenſando, argumento canonis *Quanto*, 1. *q.* 4. quia poteſtas diſpenſandi Prælatis in vtilitatem, & commodum ſubditorum competit & ſicut quilibet aliorum neceſſitati tenetur occurrere, ita à fortiori Prælati tenentur per diſpenſationem neceſſitati ſubditorum conſulere. Quocirca *in can. Conſiderandum*, 50. *diſt.* dicitur: *Magna eſſe actum pietatis diſpenſationem cognoſcimus* (quod Petrum ſcilicet, quem Deus cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, permiſerit ſeipſum negare) *vt is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet.* Vbi gloſſa *verbo Debuiſſet*, ita ait: Argument. Diſpenſationem eſſe debitam. Gloſſa *in can. vt conſtitueretur*, *diſt. ead.* quæ tamen, & Graffius *tom.* 1. *deciſion. lib* 2. *cap.* 31. *num.* 1. non abſolutè docent debitam, ſed quandoque; ſcilicet vbi multorum ſcandalum timetur, vbi multorum ſtrages iacet, Auguſtinus *in dicto canone*, *in fine*, ibi: *Sed vbi plurimorum ſtrages iacet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati.* Vel ratione temporis, *can. Neceſſaria.* Item ratione pietatis, vel perſonæ, vt pro ſenectute. Et breuiter vbicumque perſona, res, locus, causáve exigit, debita eſt diſpenſatio. Ita Graffius, & Dubal *p.* 2. *dub.* 19. *num.* 36. loquens de facultate, quam Prælati habent Regulares ad veniam concedendam ſubditis, vt tranſire queant ad alias Religiones, de qua ſuprà *à num.* 85. ait: *Y antes eſtan obligados los dictos Prelados, à quien ſe concede el poder dar licencia, à darla, concurriendo las condiciones requiſitas* Ipſi tamen ſubditi non habent ius petendi, niſi fortè deprecatiuè. Gloſſa *in can. vt conſtitueretur*, *ead. diſt.* *verbo Detrahendum eſt*, ibi: Et licèt debita ſit, tamen peti non poteſt. Tamburinus *num.* 10.

Sed aduertere debent Prælati diſpenſaturi, quod quantò maior eſt natalium defectus, maior cauſa ad diſpenſationem deſideratur. Quia cùm diſpenſatio ſit legis relaxatio, cum cauſæ cognitione, vbi maior eſt legis obligatio, ibi maior cauſa ad diſpenſandum requiritur. Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis. Et ita docet Tamburinus *num.* 11. cum D. Th. *in addition. ad 3. p. q.* 19. *art.* 5. Soto *in 4. diſt.* 15. *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 1. *verſic. Poteſt tamen*, Sayro *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 15 Sanchez *de Matrim. libro* 8. *diſputat.* 18. *num.* 14. & aliis.

826 *Tertium* dubium eſt, *An Religioſus illegitimus, in Prælatum electus ab habentibus diſpenſandi poteſtatem, cenſeatur tacitè diſpenſatus ſuper natalium defectu, ita vt ſola electio pro diſpenſatione ſufficiat?* Et procedit difficultas, non in caſu, quo Papa per ſeipſum, ex certa ſcientia inhabilem promoueat; tunc enim cenſetur cum eo tacitè diſpenſare, *per l. quidam conſulebat, ff. de re iudicata*, & *l. idem Vlpianus, ff. de excuſationibus tutorum*, argumento gloſſæ *in cap. Statutum, verbo Canonicis, de reſcriptis, lib.* 6. Tamburin. *tom.* 1. *de iure Abbatum, diſp.* 5. *q.* 17. *num.* 17. procedit autem in caſu promotionis per Papâ inferiores factæ.

Quod expreſsè ab his fieri debeat diſpenſatio, tenent gloſſa *in cap. Permittimus, verbo Diſpenſare, vnico de ætate, & qualitate, lib.* 6. dicens: Et ſatis eſt euidens argumentum, quod promouendo non diſpenſat, quia punitur promouens, ſuprà *de electione, Nihil*: Gloſſa item *in cap. Litteras, verbo Noſcatur, circa finem, el* 9. *de conceſſione præbendæ*, ibi: Quia ſemper eſt neceſſarium, vt diſpenſatio exprimatur. Panormitanus *in cap. Quiſquis, num.* 2. *el* 43. *de electione*, ex his quæ notat Baldus *in l. Barb. ff. de officio Prætoris*, vbi concludit (ait) quod ſi Princeps ſcienter promouet inhabilem, cum eo tacitè videtur diſpenſare; & facit lex *Quidam conſulebat, ff. de re iudicata.* Secus autem eſſet dicendum in alio Superiore citra Papam: quia ille non cenſetur diſpenſare, niſi ſaltem præmiſerit cauſæ cognitionem ſuper cauſa diſpenſandi. Hæc Abbas. Et in hac ſententia, vt valida electio ſit, præmitti debet, ſi non expreſſa diſpenſatio, cognitio ſaltem ſuper cauſa rationabili diſpenſandi.

827 Secunda ſententia tenet, quod ſola electio pro diſpenſatione ſufficiat, etiam citra Papam, quando qui diſpenſandi habet facultatem, v. gr. Reuerendiſſimus Generalis, & PP. Diffinitores, antea habentes certam notitiam defectus natalium alicuius, illum ad Abbatiam, aut ad aliam, eo non obſtante, promouent dignitatem. Iſtam propugnant Tamburinus *dicta q.* 17. *à num.* 4. & penes eum Bellamera *in cap. Veniens, num.* 11. *&* 19. *de filiis Presbyteror.* Henriquez *lib.* 15. *cap.* 17. *§.* 4. *litt. O*, Sanchez *lib.* 8. *de Matrimonio, diſp.* 4. *num.* 1. 17. *&* 24. Suarez *de cenſuris, diſp.* 41. *ſect.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* & *de legibus lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 23. Maiolus *de irregularitate, lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 14. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. & *lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 8. Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 8. & *ſect.* 9. *num.* 85. Reginaldus *in praxi, lib.* 13. *num.* 195. & *lib.* 30. *tractat.* 2. *num.* 33. Bonacina *de legibus, diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 18. *verſic. obſeruant tamen*, & *in Decalogum diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 7. *§.* 4. *num.* 34. *verſic. Hinc ſolui poteſt*, & *de cenſuris diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 1. *num.* 9. Sigiſmundus à Bononia *tract. de electione, & poteſtate Prælatorum Regularium, dub.* 81. *num.* 2.

Aliqui Doctores dicunt hanc procedere ſenten- 828
tiam in foro conſcientiæ, de quorum numero ſunt apud Tamburinum *num.* 7. Nauarrus *in Manuali, cap.* 25. *num.* 74. Sayrus *in Theſauro, lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 12. Auila *de cenſuris, part.* 3. *diſp.* 10. *dub.* 2. *concl.* 1. *notab.* 3. Sed Suarez *de cenſur. ſect. cit. numero* 5 & *de legibus dicto cap.* 13. *num.* 25. Sanchez *dict. num.* 17. Maiolus, Salas, & Sigiſmundus *locis citatis*, in terminis aſſerunt procedere in vtroque foro, conſcientiæ, & externo, ſeu contentioſo; quibus non aduerſantur Bellamera, Henriquez, Reginaldus, & Bonacina, cùm illimitatè loquantur. Verùm pro foro externo (ait Tamburinus *num.* 8.) oportet conſtare, Superiorem habuiſſe legitimam cauſam diſpenſandi. Vnde ſi res in examen deferretur, neceſſarium eſſet cauſam probare; in foro autem interno ſatis eſt non conſtare de cauſæ defectu, quia ſubditus præſumit Superiorem rectè agere. Hæc ille.

Secunda ſententia probatur primò. Quia quo- 829
ties aliquid cum peccato, & ſine peccato exerceri poteſt, præſumendum eſt exerceri ſine peccato, *l. meritò, ff. pro ſocio*, ſicut ex duobus peccatis minus præſumendum eſt, *l ſi adulterium cum inceſtu*, §. 1. *&* 3. *ff. ad legem Iuliam de adulteriis.* Quia igitur maius peccatum eſſet, illegitimos ſine diſpenſatione ad Prælaturam promouere, quàm abſque cauſæ cognitione promouere cum diſpenſatione, præſumendum eſt minus peccatum, quod eſt diſpenſare.

Secundò, quia diſpenſatio non requirit verba 830
certa, Emmanuel Sà *verbo Diſpenſatio, num.* 12. immò ſufficiunt quæcumque, ſiue facta, ſiue verba, ex quibus ſufficienter cognoſci poſſit animus diſpenſandi in eo, qui diſpenſare poteſt, ſecundùm Tamburinum *num.* 7. poſt Syluest. *verbo Irregularitas, q.* 28. *verſ.* 3. Suarez *dict. ſect.* 3. *de cenſuris*, & *de Religione tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *numero* 13. & *de legibus lib.* 6. *cap.* 15. *numero* 2. & Bonacinam *de cenſuris, diſp.* 7. *q.* 5. *punct. vlt. num.* 7.

Quartum dubium eſt, *Vtrum ad hoc vt diſpenſa-* 831
tio ſuper defectu natalium valida ſit, ſufficiat illam petere in genere, non expreſſis illegitimitatis qualitatibus? Reſpondetur quod non; ſed requiritur quod diſpenſandus exprimat qualitates, quoad turpiorem illegitimationis modum: v. g. quod eſt inceſtuoſus, vel adulterinus; vel inceſtuoſus & adulterinus ſimul; vel ſacrilegus. Et ſi eſt inceſtuoſus, exprimendus eſt gradus affinitatis, vel conſanguinitatis parentum, in ſententia Couarruuiæ *in Epitome* 4. *Decret.* 2. *part. cap.* 8. §. 9. *num.* 1. Et ſi ex ſacrilegio, declarandum eſt, an ex Sacerdote, Religioſo, Moniali. Ioan. Andreas *in additionib. ad Speculatorem, in tit. Qui filij ſint legitimi, verſ. ſed quæro.* Quò loci dicit, quod ſi diſpenſandus dixit ſe ſpurium ſimpliciter, ſi erat ſpurius duplicatus, v. gr. ex vxorato & vxorata, diſpenſatio, & legitimatio non valet. Quod etiam docent Panormitanus *in cap. Per venerabilem, num.* 27. *eod. tit.* Syluester *verbo Legitimus, num.* 8. Couar. *loco citato*, quos recenſet, & ſequitur Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 18. *num.* 3. qui concluſionem ampliat, ita vt vera illa ſit, ſiue taciturnitas veri contingeret ex malitia diſpenſationem impetrantis, ſiue abſque eius malitia; eo quod malitia, vel ſimplicitas impetrantis, defectum intentionis diſpenſantis, à qua vires ſuſcipit gratia, neutiquam ſupplere valet, vti Thom. Sanchez docet *de Matrimonio lib.* 8. *diſp.* 21. *à num.* 56.

num. 56. & *in præcepta Decalogi*, *lib.* 4. *cap.* 47. *numero* 15. Quæ vtique doctrina etiam procedit in diſpenſationibus per Summum Pontificem factis, cum clauſulis, *De plenitudine poteſtatis*; vel *Supplentes omnem defectum*; aut *Ex certa ſcientia.* Quia non tollunt defectum diſpenſationis prouenientem ex taciturnitate qualitatis illegitimationis. In reſcriptis namque Apoſtolicis, quando expreſsè non ponitur, ſemper ſubintelligitur clauſula: *Si preces veritate nitantur*; vti docet ex Speculatore *tit. de Reſcriptis*, *præf.* 6. *Ratione quoque defectus*, *verſ. item quod non eſt ibi clauſula*, & ex communi Doctorum *in cap.* 2. *eodem tit.* Tamburinus *num.* 5.

Si igitur ad diſpenſationem validè à Papa ſuper illegitimitate impetrandam, neceſſariò prærequiritur expreſſio qualitatum illegitimationis, à fortiori prærequiritur ad diſpenſationem à Prælatis Regularibus, ſiue in ſolidum, ſiue ſimul cum Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus obtinendam. Quia cùm Papâ inferiores diſpenſare non valeant abſque cauſæ cognitione, oportet illegitimationis conditiones, & qualitates eis explicari, vt inde colligant, vtrum adſit cauſa ſufficiens ad diſpenſationem concedendam; maximè quia vbi turpior eſt originis defectus, ibi maior requiritur cauſa.

832
Quintum dubium eſt, *An diſpenſatus ad beneficia in ſeculo obtinenda, ſi poſtea Religionem ingrediatur, noua indigeat diſpenſatione, ad Regularem dignitatem obtinendam?* Reſpondeo quod ſic. Diſpenſatus enim ad beneficium curatum, non cenſetur diſpenſatus ad dignitatem. Ita Tamburinus *dict. diſp.* 5. *q.* 19. *num.* 1. argumento capitis finalis *de filiis Presbyterorum*, *in* 6. vbi Geminian. Angelus *verbo Beneficium*, *num.* 25. Syluester *eodem verbo*, 3. *q.* 11. Tabiena *eod.* 2. *num.* 23. Petr. Gregor. *ſyntagmat. iuris lib.* 17. *cap.* 5. *num.* 36. Belletus *diſquiſition. Clericor. part... tit. de Diſciplina Clericorum*, §. 3. *num.* 38. quos idem recenſet Aſcanius. Ita etiam Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *de beneficiis*, *cap.* 3. *q.* 10. *col. mihi* 662.

Et ratio eſt, quia cùm diſpenſatio ſit ſtricti iuris, & odioſa, ſtrictè eſt interpretanda. Tamburin. *num.* 2. *ex cap.* 1. *in fine*, *de filiis Presbyter. in* 6. Gloſſa *in cap. Ordinarij*, *verbo Diſpenſationes*, *de officio Ordinary*, *eod. lib.* Abb. *in cap. De multa*, *de prabendis*, *num.* 4. Geminian. *conſ.* 47. *num.* 3. Nauarr. *lib.* 4. *conſilior. conſ.* 1. *tit. Qui filij ſint legitimi.* Sayr. *in Theſauro*, *lib.* 6. *cap.* 11. *numero* 10. & *cap.* 17. *num.* 2. Nec in diſpenſationibus valet argumentum à paritate, vel à maioritate rationis. Azorius *vbi proximè*, Tamburin. *num.* 3. cum Abbate *in cap. Ad aures*, *num.* 3. *de reſcriptis*, argumento capitis *Per venerabilem*, *qui filij ſint legitimi.* Ioanne Andrea *in regulam*, *quæ à iure*, *de regulis iuris*, *in Mercurial.* quò loci ait, quod Monachus diſpenſatus ad Beneficium curatum, non intelligitur diſpenſatus ad beneficium ſimplex. Et idem docent penes Tamburinum *num.* 4. Nauarrus *de redditibus Eccleſiaſticis*, *q.* 3. *monit.* 10. *num.* 4. Couarruuias *de ſponſalibus*, *p.* 2. *cap.* 8. §. 8. *numero* 11.

Et ex Campanilo *in Diuerſorio iuris Canonici*, *rubrica* 11. *cap.* 13. *num* 91. & 101. Panormit. *in cap. litteras*, *num.* 6. *verſ. fin. de filiis Presbyterorum.* Rebuffo *in praxi*, *tit. de Diſpenſatione ſuper defectu natalium*, *num.* 52. Azorio *vbi proximè*, *q.* 7. & Doctoribus *in cap. fin. de præbendis*. *lib.* 6. docet Tamburinus *eodem*, *q.* 19. *num.* 5. quod generaliter diſpenſatus ad quæcumque beneficia, abſque expreſſione alia, ad dignitates promoueri non poſſit. Et ratio eſt, quia appellatione beneficij non venit dignitas, argumento dicti capitis finalis *de præbendis in* 6. & capitis *cum olim*, *extra eod. tit.* vbi Abbas *num.* 1. & *Clement.* 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſion.* Bellet. *in diſquiſitionib. Clericorum*, *tit. de diſciplina Clericor.* § 2. *num.* 38.

Ex quo fit, quod diſpenſatus ad beneficia, vel 833
etiam ad dignitates, promoueri non valeat ad dignitatem, cui eſt animarum cura annexa, vti docent Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 45. *n.* 13. cum Azorio *loco citato*, *q.* 9. & 10. & Tamburinus *num.* 6.

Secundò etiam fit, quod diſpenſatus ad quæcumque beneficia, etiam curata, diſpenſatus non cenſeatur ad Abbatiam Regularem. Quia Abbatia dignitas eſt, vti conſtat *ex can. ſi quis deinceps* 16. *q.* 7. & docet Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 2. & *dicta diſp.* 5. *q.* 19. *num.* 7. quò loci iſtam illationem facit. Et latè ego ipſe ad decretum S. Congregationis, ſeu ad conſtitutionem Alexandri VII. *à numero* 1. vbi non ſolùm probatur, quod Abbatia ſit dignitas, ſed demonſtratur, quod ſit vna ex maioribus dignitatibus, & in linea eadem, quâ Epiſcopatus, conſtituta.

Quod ſi obiicias Rebuffum *in præcitato tit. de* 834
diſpenſatione ſuper defectu natalium, *num.* 75. dicentem, quod diſpenſatus in ſæculo ad quæcumque beneficia, ſi poſteà Religionem ingrediatur, abſque noua diſpenſatione poſſit Prioratum Regularem obtinere, ac per conſequens poterit in ſententia Rebuffi Abbatiam obtinere; quia ſicut iſta eſt dignitas, ita & Prioratus. Reſpondeo, duo dari Prioratuum genera, alterum Clauſtralium, & alterum Conuentualium. Priores Conuentuales ſunt, qui Conuentibus, ac Domibus Regularibus præſunt, abſque eo quod in illis Abbates, aut alij Superiores continuam habeant reſidentiam; de quibus plura dixi *in diſq. Paſtorali de iure Prioris annexi*, ad calcem Quæſtionum Paſtoralium edita, in qua aſſerui, præcipuè *num.* 25. & 33. huiuſmodi Priores eandem habere dignitatem, iuriſdictionem, ac priuilegia, ac habet Abbas. Pro quo inter alia à me ibi adducta, facit Rota *in Aquenſ. Monaſterij*, 31. *Maij* 1568. *coram Lancelloto*, *num.* 5. *la* 24 & *num.* 72. 115. & 116. addidi, id verum eſſe, etiamſi electiui non ſint, nec perpetui. Priores Clauſtrales ſunt, qui in domibus, in quibus continuò reſident, Abbates, aut alij præficiuntur Superiores, quibus illi ſubſunt, & iuriſdictionem, quâ gaudent, tantùm circa ea, quæ ad Clauſtrum, & Regulam ſpectant, illis habent ſubordinatam. Iſti autem Priores dignitatem non obtinent, nec Prælatiam, vti etiam vbi proximè dixi, *num.* 26. 27. 70. 71. & 98. Rebuffus igitur in loco obiecto non loquitur de Prioratu Conuentuali, aliàs ſibi eſſet contrarius, *num.* 52. dicenti, generaliter ad quæcumque beneficia, ſine expreſſione ad dignitates, diſpenſatos ad dignitates promoueri non poſſe; ſed loquitur de Prioratu Clauſtrali, qui dignitatem non importat.

Et huic meæ Rebuffi interpretationi conſonat Tamburinus *dict. num.* 7. de doctrina illius ſic loquens: Meo iudicio voluit intelligere de Prioratu Regulari, quod eſt beneficium manuale, abſque dignitate; non autem de aliis officiis ſecum dignitatem retinentibus. Non enim eſt cenſendum, quod ſibi ipſi contradicere vellet tantus Doctor, quod abſque dubio feciſſet, intelligendo de Prioratu, cui annexa eſt dignitas, vt patet ex ſupradictis;

dictis; noſtra autem quæſtio eſt de Abbatia, quæ verè eſt Eccleſiaſtica dignitas. Hæc omnia Aſcanius. Vnde licèt valeat argumentum à diſpenſato ad omne beneficium, ad Prioratum Clauſtralem, non valet ad Conuentualem, nec ad Abbatiam.

835 *Tertiò* ex prædictis fit, quod illegitimi diſpenſati in Religionibus ad obtinendas in illis dignitates, in vim priuilegiorum earundem Religionum, ſi demùm ab illis recedant, non poſſint, abſque noua diſpenſatione, ad beneficia ſæcularia, immò nec ad Regularia alterius Religionis, aut ad dignitates promoueri. Ita docet Tamburinus *num.* 8. Et ratio eſt, quia ſic diſpenſati, non fuerunt abſolutè legitimati, ſed tantùm in illis Religionibus habilitati ad gradus, & dignitates in eiſdem tantùm conſequendas Religionibus. Ita idem Aſcanius *num.* 9. cum Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 4. & cum Ioanne à Cruce *de ſtatu Relig. lib... cap.* 6. *dub.* 18. *concluſ.* 5. & Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom.* 1. *ad conſtitut.* 2. *Iulij II.* §. 29. *num.* 98. cum Emmanuel. Roderiq. *tom* 1. *qq. Regular. q.* 13. *art.* 13. & Sanchez *in Decalogum lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 16.

836 *Quartò* infertur, quod diſpenſatus in Religione ad obtinendam inferiorem dignitatem, diſpenſatus non cenſeatur ad Superiorem, ſeu maiorem, niſi de illa expreſſa in diſpenſatione mentio fiat; nimirum, diſpenſatus ad Prioratum, non cenſetur diſpenſatus ad Abbatiam, vel ad Generalatum. Ita Tamburinus *ead. q.* 19. *num.* 10. & priùs Peyrinus *vbi proximè, num.* 98. ex Panormitano *in cap. Innotuit, de electione, num.* 4. & Sorbo *in compend. priuilegior. verbo Diſpenſatio, verſic. & ideo Fratres.* Et rationem reddit, quia ad permiſſionem minoris dignitatis non venit maioris dignitatis permiſſio, ſed benè econtrà. Axioma enim iuris eſt, quod cui maius conceditur, minus concedi videatur. Quod pluribus illuſtraui iuribus, & Doctoribus *tom.* 2. *Diſquiſitionum Moralium, & Canonic. diſq.* 23. *num.* 8.

SVBSECTIO V.

De infamibus.

BREVIARIVM.

Abbatia.

Cum Epiſcopatu æquiparatur Abbatia n. 837.

Eligendi, vel non.

Notorij infames, tam iuris, quàm facti, eligi non poſſunt ad dignitates Eccleſiaſticas. n. 837.

Inquiſitus eligi non poteſt, inquiſitione pendente. numero 838.

Neque accuſatus, ſi infamia præceſſit, ſecus ſi non præceſſit. n. 839.

Denunciatus eligi non poteſt ſi præceſſit infamia: ſi non præceſſit, & Superior inquiſiuit, eligi poteſt, ſed non promoueri. Et ſi denunciatio fuit facta Superiori, cuius eſt eligere, vel conferre, vtrumque facere poterit; ſed ſi deinde conſtiterit denunciatum eſſe crimenoſum, priuabitur. n. 839.

Emendati.

Qui crimen occultè commiſit, & Sacerdoti confeſſus eſt, emendatus præſumitur. n. 838.

Item, qui trium annorum interuallo ab improbis factis ſe abſtinuerit, & in honeſtis ſe exercuerit. numero 838.

Item, qui poſt peccatum bonum operatur. n. 838.

Ad probandum aliquem eſſe emendatum, non ſufficit eſſe contritum, & confeſſum, ſed exterior requiritur ſatisfactio. n. 838.

Infames, Infamia.

Eligi non poſſunt in Prælatos infames iuris, aut facti notorij. n. 837.

Inhabiles ſunt ad dignitates, & ad beneficia. numero 837.

Infamia meri facti per pœnitentiam purgatur. numero 838.

Periuri.

Crimen periurij, etiam poſt peractam pœnitentiam infamat. n. 837.

Collatio facta periuro nulla eſt. n. 837.

Prælati.

Regulares Prælati, & Epiſcopi æquiparantur. numero 837.

QVintum, quod venit notandum circa perſonas eligendas, eſt, ineligibiles multis aliis modis reddi, quos recenſere operæpretium duxi.

I. Infames notorij in eligibiles ſunt ad Abbatias, & dignitates Eccleſiaſticas, ſiue laborent infamiâ iuris, ſiue infamiâ facti. Ita Pax Iordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *numero* 42. cum Molina *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. Garcia *de beneficiis, p.* 7. *cap.* 82. Pariſio *de reſignatione, lib.* 4. *q.* 2. *numero* 4. atteſtante de communi, & cum Farinacio, pluribus allegatis, *de falſit. q.* 160. §. *Infamis, num.* 156. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 54. Samuellius *de electione, tract.* 2. *diſp.* 6. *controu.* 29. *concl.* 6. Tamburinus *de iure Abbatum, diſp.* 5. *q.* 20. *ex l.* 2. *Cod. de dignitatibus, lib.* 12. *l. vnica, Cod. de infamibus, lib.* 10. *cap. Inter dilectos, de exceſſibus Prælatorum,* Gloſſa *in cap. Querelam, verbo Crimine periurij, de iureiurando,* Panormitano *ibidem, num.* 3. per textum *in l.* 2. §. *Miles, ff. de his, qui notantur infamia,* & ibi gloſſa, ſingulariter dicente, quod ob infamiam pari ratione priuatur militiâ cœleſti, & aliis dignitatibus, & honoribus. Federico de Senis *conſ.* 50. *Quæritur an collatio,* aſſerente collationem periuro factam, eſſe nullam, quia periurij crimen, etiam poſt peractam pœnitentiam infamat. Allegat etiam textum *in cap. Infamibus, de regulis iuris, in* 6. & ibi Dyn. Felinum *in cap. Querelam, citat. col.* 2. *num.* 3. Duarenum *de beneficiis, lib.* 4. Garciam *eod. tract. p.* 7. *cap.* 8. *num.* 4. Viuianum *in praxi iuriſpatronatus, p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. Suarez *de cenſuris, diſp.* 48. *ſect.* 1. aſſerentes collationem infami factam eſſe nullam. Si igitur infames redduntur inhabiles ad beneficia, & ad inferiores dignitates (infert Aſcanius) quantò magis ad Abbatiam, quæ eſt propria ſpiritualis Prælatia, & quæ cum Epiſcopatu æquiparatur, iuxta gloſſam *in cap. Ne pro defectu, verbo Regularis, el* 41. *de electione,* dicens: Et ſic patet ex hac conſtitutione, quod canon Lateranenſis Concilij, infrà *de conceſſione præbendæ, Nulla,* hodie non extendatur ad Regulares Prælaturas, *quia æquiparantur Epiſcopatus, & Prælaturæ Regulares,* 16. *q. vlt. Si quis deinceps.* Quod ad beneficia reddantur inhabiles, docet idem Tamburinus *tom.* 3. *diſputatione* 9. *q.* 7. *num.* 23. 837

Limitat Tamburinus *num.* 5. cum Suarez *dict. ſect.* 1. *num.* 11. Garcia *cap.* 8. *citato, num.* 64. & *p.* 11. *cap.* 3. *num.* 118. & cum aliis penes Bonacinam contrarium ſentientem, *de cenſuris diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 5. in caſu, quo infamis ſit quis meri 838

meri facti, & reverà ſe emendauerit; quia infamia meri facti per pœnitentiam purgatur. Barboſa *allegat.* 43. *num.* 21. cum Abbate *in cap. Cùm ſe, n.*9. *de ſentent. & re iudicata*, Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rubrica* 11. *cap.* 18. *num.* 5. *ad finem.* Sigiſmundo à Bononia *de electione dub.* 7. *num.* 7. & cum Filliucio Tamburinus *num.*6. cum Nauarro *in Man. cap.* 27. *n.* 204. Suarez *vbi proximè*, *n.*8. Reginaldo *lib.* 39. *tract.* 2. *n.* 196. Bonacina *dicto num.*5. Et præſumitur emendatus, qui crimen commiſit occultè, & confeſſus eſt Sacerdoti. Barboſa *num.* 22. cum Maſcardo *de probationibus, concl.* 465. *n.* 7. Præſumitur etiam emendatus, qui trium annorum interuallo ab improbè factis abſtinuerit, & ſeſe in rectis, & honeſtis actionibus exercuerit. Barboſa *num.* 23. cum eodem Maſcardo *dicta concluſ.* 465. *n.* 10. Et denique emendatus præſumitur, qui poſt peccatum, bonum operatur. Barboſa *ibidem*, cum Maſcardo *concluſ.* 600. *num.* 15. Ad probandum tamen aliquem eſſe emendatum, non ſatis eſt illum eſſe contritum, & confeſſum, ſed exterior requiritur ſatisfactio. Ita Barboſa *num.* 22. cum Maſcardo *dicta concluſ.* 600. *n.* 10.

839 Infert Aſcanius *num.* 8. inquiſitum, pendente inquiſitione non poſſe in Abbatem eligi, quia iam præceſſit infamia, *can. Tantis, Damet.* 81. *diſt. cap. Cùm in cunctis, de elect.* De accuſato diſtinguit; vel præceſſit infamia, vel non. Si primum, eligi non poteſt, quia ſola infamia facti impedit, *l.* 2 *Cod. de dignitatibus, lib.* 12. & *cap. de infamibus, de regulis iuris, lib.* 6. Si verò ſecundum, promoueri poteſt, & eligi, *l. reus, ff. de Muneribus, & honoribus*, *l. qui de libertate, ff. de liberali cauſa*, & *cap. Omnipotens, de accuſationibus*, ne malitioſè fortè ſit attentata accuſatio. De denunciato tandem etiam diſtinguit Aſcanius: vel præceſſit infamia, & tunc eligi non poteſt; vel non præceſſit, & tunc aut inquirit Superior, & interim denunciatus eligi poteſt, ſed non promoueri; ſed ſi denunciatio fit Superiori, qui debet conferre, vel eligere, ipſe poterit eligere, ſeu conferre. Et ſi deinde conſtiterit, denunciatum eſſe criminoſum, priuabitur, & à dignitate remouebitur. Ita ille cum Abbate *in dicto cap. Omnipotens, num.* 4.

Pvnctvm I.

Quid, & quotuplex ſit infamia.

Breviarivm.

Fama.

Fama eſt illæſa dignitatis ſtatus, legibus, & moribus approbatus, qui ex delicto noſtro, authoritate legis vel minuitur, vel in totum conſumitur. n.840.

Infamia.

Infamia in communi, eſt læſa dignitatis ſtatus, legibus, ac moribus reprobatus. Vel, eſt multorum exiſtimatio de vita, & moribus alterius. n.840.

Infamia, alia iuris, alia facti, alia mixta ex vtraque, alia canonica. n. 841. & 842.

Infamia iuris datur primò, quando ius dicit aliquem eſſe infamem. Secundò, quando noua lege, canone aut ſtatuto noua inducitur infamia. Tertiò quando quis per ſententiam diffinitiuam iudicis de aliquo graui damnatur crimine. Quartò, quando reus eſt confeſſus. num. 841. *Quintò, quando in iudicio eſt conuictus.* n. 843.

Qui ſunt infames de iure ciuili, regulariter ſunt infames de iure canonico, niſi ius canonicum expreſsè tollat infamiam. n. 841.

Infamia iuris, an ipſo facto contrahatur ſtatim ac quis crimen patrat, cui de iure annexa eſt infamia; an poſt ſententiam ſuper patrato crimine. n.843.

Probabilius eſt, quod requiratur ſententia declaratoria criminis, quod infamet, vt quis dicatur infamis infamiâ iuris, & vt effectus infamia iuris patiatur. n.843.

Infames infamia iuris ciuilis arcentur à dignitatibus, à beneficiis, & à teſtimonio. Et an ab eiſdem arceantur infamiâ iuris canonici laborantes. n.842.

Infamia facti dicitur quando apud bonos, & graues viros eſt opinio de alicuius crimine, quod annexam habet infamiam de iure. Vel eſt quidam rumor ortus, non à maleuolis, ſed à probis, & honeſtis ſparſus inter multos. n.841.

Infamia mixta eſt, quando adeſt opinio de crimine, ipſo iure infamiam irrogante. ibid.

Infamia canonica eſt, quæ incurritur ab illis, qui impœnitentes in peccato perſiſtunt lethali. n. 842.

VT prædicta meliùs intelligantur, operæ pretium duxi aduertere, infamiam iuris, & facti in communi deſcribi per hoc, quod ſit *Læſa dignitatis ſtatus legibus, ac moribus reprobatus.* Quæ deſcriptio deſumitur ex oppoſito deſcriptionis famæ, quæ ſic traditur, vt ſit *Illæſa dignitatis ſtatus, legibus, & moribus approbatus, qui ex delicto noſtro, authoritate legis vel minuitur, vel in totum conſumitur.* Ita Pax Iordanus *tom.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10 *tit.* 21. *de prouiſione beneficiorum, num.* 44. *ex l. cognitionum, §. de variis, & extraordinariis criminibus*, & ex Farinacio *de teſtibus, q.* 56 *num.* 1. aliam ibi tradente deſcriptionem, adductam etiam à Leſſio *de iuſtitia & iure lib.* 2. *cap.* 11. *in princ.* per hæc verba: *Eſt multorum exiſtimatio de vita, & moribus alterius.* Vtramque tradit Lezana *tom.* 2. *verbo Infamia, num.* 1. Quò loci ait, primam ſe tenere ex parte ipſius perſonæ infamis; ſecundam verò ex parte illorum apud quos quis eſt infamatus. 840

Infamia iuris eſt, *quando ius dicit aliquem eſſe infamem*, vti in caſibus enumeratis *in l.* 1. *ff. de his, qui notantur infamia*: *in can.* 2. *§. Porro*, 3. *q* 7. & 6. *q.* 1. *can. Infames.* Ita Pax Iordanus *num* 49. cum Iaſone *in l. cunctos, num.* 44. *Cod. de ſumma Trinit.* Farinacio *de teſtibus, q.* 56. *n.* 3. *& ſeqq.* Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap* 8 *à n.*10. Lezana *vbi proximè*, cum Sylueſt. *verbo Infamia, n.* 2. Toleto *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 1. Et addit, infamiam etiam iuris dici, quando quis per Iudicis ſententiam diffinitiuam de aliquo graui crimine damnatur. Toletus *ibidem*, Suarez *de cenſuris diſp.* 18. *sect.* 1. *numero* 6. Et quando reus confitetur in iudicio, Sayr. *de cenſuris lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 3. Naldus *verbo Infamia, num.* 1. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *n.* 2. Auguſtinus Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 43. *à n.* 1. vbi & *in can. Omnes verò, el* 2. 6. *q.* 1. pluribus citatis addit, quod regulariter qui ſunt infames de iure ciuili, ſunt etiam infames de iure canonico, niſi expreſsè ius canonicum illam tollat infamiam. Lezana *n* 10. cum aliis. Infamia etiam iuris eſt, quando noua lege, canone, aut ſtatuto noua inducitur infamia Ita Brunor. à Sole *in comp. propoſ. iuris, verbo Infamis.* Pax *n.*50. cum Iaſone *vbi proximè*, & Farinacio *num.*4. 841

Infamia verò facti dicitur, *quando apud bonos, & graues viros eſt opinio de alicuius crimine, quod annexam non habet infamiam de iure.* Sic Iordanus *numero* 51. *ex l. Non debet, ff. de dolo* & *l. Honori*, vbi ſcribentes, *ff. de obſequiis*, Gloſſa *in dict. can.*

infames, §. *Porrò*, *verbo Infamia*, 3. q. 7. Baldo, Imola, & Felino *n.* 13. *in cap. Teſtimonium*, *de teſtib*, Farinacio plures allegante, *q.* 56. *n.* 6. & Garcia *à n.* 12. Barboſa *dicta allegat.* 43. *n.* 17. Naldus *verbo Infamia*, *n.* 1. Raggius *de regim. Regular. centur.* 1. *p.* 3. *dub.* 6. *num* 2. Lezana *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 27. *num.* 6. ſic deſcribit: Infamia eſt quidam rumor ortus non à maleuolis, ſed à probis, & honeſtis hominibus, ſparſus inter multos. Vide Tamburin. *tom.* 3. *in praxi*, *q.* 5. *num.* 6. *q.* 7. *numero* 2. 3. & 4.

Datur & tertia infamiæ ſpecies, mixta ſcilicet, ex vtraque præcedenti reſultans, *quando adeſt opinio de crimine ipſo iure infamiam irrogante.* Tunc enim erit quis infamis de iure, & de facto. Ita Pax Iordanus *num.* 52.

842 *Quarta* infamiæ ſpecies eſt Canonica, quæ incurritur ab illis, qui impœnitentes in peccato perſiſtunt lethali; de qua loquuntur canon *Iut ui*, *el* 3. & canon *Infames*, *el* 16. 6 *q.* vbi gloſſa *verbo Fa es*, ait: Ex hoc Capitulo patet, quod omne crimen infamat, ſecundùm canones. Pax Iordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *n.* 60. pluribus citatis ait, quod dixi incurri à perſiſtentibus in peccato mortali. Et refert Farinacium *de falſitate*, *q.* 160. *§. Infamia*, *n.* 152. dicentem, quod taliter infamis non repellitur à dignitate, beneficio, teſtimonio, & à cæteris à quibus arcentur infames de iure ciuili, eo quod infamia canonica ſit tantùm quædam ſequela, & concomitantia peccati, quæ tollitur, & abolctur cum ipſo peccato per pœnitentiam.

843 Infamia iuris aliquando contrahitur ipſo facto, illicò, & ſtatim ac quis patrat crimen, cui de iure annexa eſt infamia. Adſunt exempla huiuſmodi infamiæ in prima parte præcitatæ legis primæ, *ff. de his qui notantur infamia.* Aliquando verò contrahitur poſt ſententiam ſuper patrato crimine, & non ante. Redduntur iſtius exempla in ſecunda eiuſdem legis parte. Vtrumque aduertit Pax Iordanus *n.* 5. poſt Farinacium *dicto num.* 6. At Barboſa *ead. allegat. n.* 13 poſt Iaſonem *in l. cunctos populos*, *lect.* 2. *n.* 44. *Cod. de Summa Trinitate*, & Aretinum *in §. Ex quibuſdam*, *poſt n.* 9. *Inſtitut. de Temerè litigant.* ait, quod licèt infamiâ notentur ij quos lex infamat, eo ipſo, quod aliquid commiſerunt, tamen vt huiuſmodi iuris infames patiantur eoſdem illos effectus, quos ipſamet infamia parere ſolet, oportet quod ſint de crimine in iudicio confeſſi, aut conuicti. Allegat caput *Teſtimonium*, *de teſtibus* Farinacium *in praxi criminali*, *p.* 2. *q.* 56. *n.* 5. & 18 Suarez *tom.* 5. *de cenſuris*, *diſp.* 48. *ſect.* 1. *n.* 8. & 9. Sayrum *in Theſauro*, *lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 3. Bonacin. *de cenſuris*, *diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *n.* 2. Sigiſmundum à Bononia *de elect. dub.* 86. *n.* 1. *verſic. ad hanc*, & alios, Tamburin. *tom.* 2. *diſp.* 17. *q.* 7. *num.* 2. vel ſaltem incurruntur poſtquam fuerit accuſatus, durante accuſatione, & priuſquam ſe innocentem probauerit. Raggius *ſuprà*, Tamburin. *tom.* 1. *diſp.* 5. *q* 21. *n.* 6. Idem Pax *ibid.* Barboſa etiam *ex cap. finali*, *de teſtibus*, & Garcias *dict. cap.* 8. *n.* 6. & 7. qui id intelligunt quando accuſatus eſt infamatus apud bonos, & graues viros, aliàs accuſatio non impedit promotionem. De quo etiam videndi veniunt Azorius *Inſtitutionum Moral p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *q.* 4 Emman. Roderiquez *qq. Regular. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 11. *verſic. Ad primum*, & *q.* 56. *art.* 1 & Molfeſius *in Summa Theolog. Moral. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 30.

Requiritur tamen ſententia declaratoria de crimine famoſo, quod infamet, vt quis dicatur infamis infamiâ iuris, *l. furti*, *ff. de his*, *qui notantur infamiâ*: & fuit reſolutum *in Bononienſi teſtamenti*, 1. *Iunij* 1551. *coram Auguſtino* relata per Caputaquenſ. *deciſ.* 90. *Infamia p* 2 Ita Pax Iordanus *n.* 55. & Barboſa *n.* 14. cum Homobono *de Examine Eccleſiaſtico*, *tract.* 12. *cap.* 3. *q.* 7. *ſupp.* 2 & cum Sigiſmundo à Bononia *de electione*, *dub.* 86 *n* 6. Moronus *reſponſ.* 92. *n* 12. Tamburin. *d. n.* 2. vnde ego ipſe *in Diſquiſitionib. Moralib. & Canonicis*, *tom.* 2. *diſq* 1. *dub.* 13. *n.* 109. cum pluribus, quos recenſui, Doctoribus, aſſerui pœnam infamiæ iuris, quæ ipſo iure inflicta eſt hæreticis, & aliis ibi relatis, ab illis non incurri ante ſententiam criminis declaratoriam.

Immò aduertunt Pax *n.* 56. & Barboſa *n.* 16. cum 844
Lanfranco *in cap. Quoniam*, *n.* 72 *de probationibus*, quod dum prætenditur incurſa hæc infamia vigore alicuius ſententiæ, debeat illa actualiter exhiberi, ita vt non ſufficiat probare teſtibus illam fuiſſe latam. Vnde ex eo quod quis probaretur ductus ad patibulum, aut ad furcam vt ſuſpenderetur, non diceretur probata ſufficienter infamia, niſi ſententia producatur. Pax, & Barboſa *iiſdem locis*, ex Rota *in præfata deciſione* 90. à Caputaq. relata, *part.* 2. Ipſe Barboſa *num.* 15. *in fine*, rurſus aduertit, quod nec damnatus ad pœnam fuſtigationis, & de facto fuſtigatus, ex cauſa non vera, vel non iuſta, infamiam non incurrit. Allegat Molfeſium *dict. cap.* 8. *numero* 14. id docentem *per l. ictum fuſtium*, *ff. de iis*, *qui notantur infamiâ.*

Vnum hîc libet non omittere, quod docet Ior- 845
danus *num.* 57. quod quamvis per ſtatutum pœna iuris alteretur, delinquens infamiam incurrit in caſibus, in quibus aliàs incurritur: ſecus in ſententia Iudicis, nam quoties aggrauat pœnam iuris, præſeruat ab infamia reum. Allegat Baldum *ad Speculatorem*, *lib.* 2. *tit. de ſentent. p* 3. *§. vlt. verſ. ſed quid ſi ſtatutum*, *col.* 4. *ad medium*, citata *l qui ſepulchra*, *C. de ſepulchro violato.* Econtrà verò Iudex minuendo pœnam iuris abſque cauſa, eaque ſaltem generaliter non expreſſa in ſententia, ipſe infamis efficitur. Hoſtienſis *in cap. De cauſis*, *de officio delegati*, *per l. ſeruos*, *Cod. ad l. Iuliam de vi publica.* Et recenſet Romanum *ſingulari* 9. dicentem, quod Iudex punietur eadem pœna, quâ reus deberet puniri, *l. nulli hæreticorum*, *Codice ne ſanctum reiteretur.* Felinus *in cap. Qualiter & quando*, *de accuſationibus*, *numero* 44. Petrus Filer. *in praxi criminali*, *can.* 3. *p... cap.* 33. *num.* 149.

Et concludit Pax, duo addendo. Primum, quod fortè hinc praxis inoleuit ad euitandam infamiam prouenientem ex pœnæ diminutione, ponendi ſcilicet in ſententiis verba iſta: *Mitius tamen agendo*, *iuſtis ex cauſis animum noſtrum mouentibus.* Secundum eſt, parum in praxi hæc attendi. Veh enim (exclamat) Iudicibus, ſi minuendo pœnam ſine cauſa, reputarentur infames: heu, quot eſſent ſine fama!

PVNCTVM

Pvnctvm II.

In quibus differant infamiæ iuris, & facti.

BREVIARIVM.

Infamia.

Differunt infamia iuris, & facti, primò in hoc, quod infamia iuris poteſt eſſe occulta; ſecus infamia facti. num. 846.

Differunt ſecundò in hoc, quod infamia iuris non ſolùm impedit promoueri, ſed remoueri facit à dignitatibus; infamia autem facti repellit ab habendis, non tamen ab obtentis. n. 847.

Odioſa.

Non irrogantur odioſa, & pœnalia, niſi expreſſè caueatur in iure quod ſint irroganda. n. 847.

Priuatio.

Non intrat priuatio, niſi in caſibus in iure expreſſis. num. 847.

846 INfamia iuris, & facti in nonnullis differunt. *Primò* in hoc, quod infamia iuris poteſt eſſe occulta. Barboſa *allegat.* 41. *num.* 18. Pax Iordanos *dicto cap.* 21. *n.* 58 cum Felino *in cap. Teſtimonium, n.* 15. *de teſtibus.* Quod contingit quando delictum, propter quod incurritur, occultum remanet. Idem Barboſa, & Pax, cum Paulo de Caſtro *in l. improbum fœnus, n.* 1. *Cod. de vſuris*, contra Couarruuiam, & Henriquez, putantes, ad infamiam iuris requiri publicationem, & notorietatem: quorum opinio locum habere poteſt in caſibus ſecundæ partis legis 1. *ff. de iis, qui notantur infamiâ.* Infamia verò facti, cùm conſiſtat in vitæ ſordibus, & vilitate diuulgata, non poteſt eſſe occulta, vti ipſi Barboſa, & Pax Iordanus dicunt cum Garcia *d. cap.* 8 *n.* 14. & penes eum cum Felino, & Auila.

847 Differunt *ſecundo* in hoc, quod infamia iuris, non ſolùm impedit promoueri, & præfici, ſed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis Ita Barboſa *n.* 19. & Iordanus *n.* 59. per legem *Infamia, Cod. de Decurionibus, lib.* 10. *l. Iudices, Cod. de Dignitatibus, lib.* 12. Cuuar. *practicar. cap.* 19. *n.* 5 Garcia *vbi proximè, n.* 32. Gloſſa, Dyn. & alij *in regula Infamibus, lib.* 6. Raggius *de regimine Regularium, centur.* 1. *p.* 3. *dubio* 60. *n.* 2. Infamia verò facti, licèt repellat à dignitatibus habendis, non tamen ab obtentis pellit. Ita Barboſa *eod. n.* 19. Raggius *eod. num* 2. & Pax *n.* 59. cum Henriquez *lib.* 13. *cap.* 38. § 3. *in medio.* Campanile *rubr.* 11 *cap.* 18. *n.* 5. *in fine.* & Garcia *dict. cap.* 8 *n.* 35. & 36. aſſerente *n.* 37. id procedere in Dignitatibus, & titulis, qui beneficiales non ſint, non autem in beneficialibus, qui auferri non poſſunt propter infamiam facti, cùm non ſit textus, qui hoc decernat. Vnde ſtari debet communi concluſioni: *Priuationem non intrare, niſi in caſibus à iure expreſſis*: ad gloſſam communiter receptam *in cap. fin. de iurepatronatus*: & axiomati, *Odioſa, & pœnalia non irrogantur, niſi expreſſè caueatur in iure, quod ſint irroganda.* De quo Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 81. *n.* 71. & 160. *n.* 1. & ego ipſe *tom.* 1. *diſquiſit. tract.* 2. *in præludio, n.* 13. & *tom* 2. *diſq.* 5. *num.* 7.

Differunt *tertiò* quoad cauſam vtramque auferre valentem. Pro qua, & pro quarta differentia, ſita in hoc, quod prima aboleri non poſſit per vitæ emendationem, bene tamen ſecunda, ſit:

R. P. de Murga Comment. in Conſt. Apoſt.

Pvnctvm III.

Per quos infamia poſſit aboleri.

BREVIARIVM.

Emendati.

De crimine emendatus nouus homo cenſetur. numero 853.

Qui per triennium probauerit ſe laudabiliter vixiſſe, propter malam famam præcedentem, in nullo grauandus. n. 853.

Si poſt dictam emendationem non ceſſat ſcandalum præcedens, huiuſmodi ſcandali paſſiui non eſt habenda ratio. ibid.

Infamia.

Differunt tertiò infamia iuris, & facti in hoc, quòd illa aboleri poteſt per Principem, & per alios; iſta verò per ſolum Deum. num. 848. & ſequentibus.

Poteſt tamen aboleri per Principem, quoad iuris effectus; ſecus quoad hominum opinionem. numero 849.

Differunt quartò in hoc, quod contractâ iuris infamiâ, per nullam ſubſequentem vitæ emendationem recuperatur bona fama ſine iudicis authoritate; ſecus verò contingit in emendatione poſt infamiam facti. numeru 854.

Infamia iuris aboleri poteſt per Epiſcopum, ſi incurſa ſit propter crimen, ſuper quod diſpenſare ipſe poſſit. num. 848.

Prælati Regulares pro foro etiam exteriori abolere poſſunt infamiam iuris à ſuis contractam ſubditis, etiamſi delictum publicum ſit. numero 850. & 851.

Infamia iuris in plurimorum ſententiâ à nemine incurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis. n. 855.

Infamia facti tollitur oblocutione hominum de malo in bonum mutatâ. n. 852.

Tollitur etiam per emendationem criminis, & laudabilem vitam per triennium. n. 853.

Infamia iuris tunc per vitæ emendationem tollitur, quando quis ob delictum habens infamiam annexam, iniquâ ſententiâ per calumniam, falſis probationibus, &c. ſit condemnatus. n. 854.

Alia vide verbo Periurus.

Irregularitas.

Ablatâ infamiâ iuris, conſequenter tollitur irregularitas in ea fundata. n. 848.

Periurus.

Vt incurratur à periuro infamia iuris, an iudicis deſideretur ſententia. n. 855.

Periurus an aboleat per triennalem vitæ emendationem, infamiam per periurium contractam. num. 855.

Vt infamiam iuris incurrat periurus, iuramentum promiſſorium debet violare, non autem aſſertorium. num. 856.

Addunt aliqui quod incurrat per mendacium in iudicio iureiurando affirmatum. n. 858.

Tunc violatio iſta infamiam inducit quando illud fuit in contractu per modum pacti deductum, aliàs non. num. 856.

Scandalum.

Si per emendationem triennalem vitæ non ceſſat ſcan-

dalum peſſimum, non eſt illius habenda ratio. num. 853.

848 III. **I**Gitur differunt in hoc, quod infamia iuris aboleri poteſt per Principem. Barboſa *num.* 20. cum Henriquez *dicto* §. 3. *prope fi*. Molfeſio *in ſumma, tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 3 & cum Sfortia Oddo *de in integrum reſtitutione, p.* 2. *q.* 92. qui *art.* 4. *tract. de Papa, & Cardinalium collegio, art* 5. *de Epiſcopo, art.* 6. *de inquiſitione contra hæreticorum prauitatem, art.* 8. *de Senatu Romano,* & *art.* 9. *de Marchione, Duce, & aliis Dominis* Ita & Pax Iordanus *dicto tit.* 21. *n.* 60. Lezana *tom.* 2. *verbo Infamia, n.* 16. vbi quoad Epiſcopum ait: Si autem ſit incurſa propter crimen ſuper quod poteſt Epiſcopus diſpenſare, quale eſt adulterium, & minora, *cap. At ſi Clerici,* §. *de adulter. de iudiciis,* poterit etiam in infamia Epiſcopus diſpenſare. Nauarr *man. cap* 27. *n.* 204. Toletus *in ſumm. lib.* 1. *cap* 16 *n* 5 *& paulò inferius.* Ablatâ autem infamiâ iuris, conſequenter tollitur irregularitas, quæ in ea fundatur, ita vt non egeat noua diſpenſatione. Sanchez *tom* 2 *conſil. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 5. *num* 27. Theſaurus *p.* 1. *Praxis, cap.* 34. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *n.* 6. Infamia verò facti ab ipſis Principibus aboleri non poteſt, eo quod hominum opinio de alicuius bonitate, aut malitia non poteſt ab aliquo, etiam Maximo, vel ſupremo Principe tolli, cùm facere nequeat, vt homines credant illum eſſe bonum, quem credunt, & credere volunt haberi pro malo. Immò ſolus Deus infamiam iſtam facti auferre valet. Ita Barboſa *dict. n.* 20 Pax *n.* 61. cum Romano *ſingulari* 460. incipit, *Dubitatio eſt magna*: Panormitano *in cap. Cum te, n.* 9 & ibi Felino *n.* 10. *de re iudicata.* & cum multis aliis, quos recenſet Sfortia Oddus *dict. art.* 4 *n.* 14. & Farinacius *tom.* 1. *de inquiſit. q.* 6. *n.* 15. *verſic. in propoſito.* Quamvis ipſi Sfortia, & Farinacius dicant, poſſe Principem hanc etiam auferre infamiam, ſi hoc ei placeat, & exprimat, vt per Afflictum *in tit. Quæ ſit prima cauſa beneficij amitt.* n 99 *gloſſa* 3 & per Aymon. *conſ.* 168. *n.* 1. & 2.

849 Concordat tamen Iordanus *n.* 62. vtramque ſententiam, ita vt verum teneat Sfortiæ, & Farinacij placitum, quoad hoc ſolùm, vt Princeps tollere poſſit, quoad iuris effectum, infamiam facti; ſecus verò quoad hominum opinionem. Et ita, inquit, voluit Rota *in Gaditana Canonicatus,* 2. *Iulij* 1587. *n.* 4. *la* 51. *inter criminales,* apud Farinacium poſt ſua conſilia, & docere ait Ioan. Harprect. *in* §. *in ſumma, n.* 141 *inſtitut. de iniur.*

850 Quod aboleri poſſit infamia iuris Regularium per ſuos Prælatos, docet Naldus *verbo Infamia,* dicens: Hîc autem addendum, Prælatos Regularium ferè omnium, poſſe ex priuilegiis Pontificis diſpenſare cum ſuis ſubditis, qui inhabilitatis, ſeu infamiæ cuiuſcumque maculam contraxerint, vt videre eſt penes Authores omnes de priuilegiis, *verbo Diſpenſare,* §. 6. *cum ſeqq. p* 1. Idcircò vnuſquiſque ſcrutetur facultates ſui Ordinis. Sic ille *num.* 1.

851 Eugenius IV. in conſt. 12. apud Cherubinum *tom* 1. *Bullarij. pag. mihi* 348. § 3 ſic conceſſit Eremitis B. Petri de Piſis, Ordinis S. Hieronymi. *Quodque Sacerdotes Societatis prædictæ, cum omnibus, & ſingulis Eremitis ipſius Societatis ſuper irregularitate per ipſos quoquo modo, vel ex quauis cauſa contracta, vt diuinis officiis, & obſequio Miſſæ intereſſe poſſint, diſpenſare, & infamiæ maculam abolere poſſint, & valeant.* Quam facultatem, & omnia priuilegia, indulgentias, & gratias eidem Societati conceſſas, conceſſit Sixtus IV. Ordini Minimorum *in conſt.* 1. §. 3. apud Peyrinum *de priuilegiis, tom.* 1. Qui *tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. putat, quod priuilegium præfatum Eugenij, concedentis (inquit) quod poſſint noſtri Prælati infamiæ maculam abolere, habeat locum in foro exteriori, & in infamia per iudicem declarata. Quod docet contra Llamas, Bononiam & Vecchium, concedentes poſſe Prælatos Regulares diſpenſare ſuper infamia iuris, cuius delictum eſt occultum; negantes tamen quando eſt notorium, & à fortiori quando delinquens talis declaratus eſt per iudicis ſententiam; quia ſentit, & latè probat *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *c.* 5. §. 4. *n.* 50. infamiam iuris nunquam contrahi etiamſi delictum ſit notorium ante iuridicam declarationem criminis. Quâ ſuppoſitâ opinione verum tenet, quod Prælati abolere poſſint infamiam per iudicem declaratam; quia priuilegium aliquid debet operari, &c. Plura vide in Samuellio *de elect. tract* 1. *diſp.* 6. *contr.* 10. & pro hac facultate Regularium ad diſpenſandum ſuper infamia, videatur Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2 *diſputat.* 17. *quæſit.* 7. *fol.* 216.

Quod tamen contrario facto tollatur infamia fa- 852
cti, docent Barboſa *n.* 21. & Pax *n.* 63 hoc eſt, ſicut hominum oblocutione procedit, ita contrario eorum dicto deletur. Abbas *in dict. cap. Cum te, n.* 9. *de ſententia, & re iudicata.* Campanil. *dict. cap.* 18. *n.* 5. *in fine.* & poſt Filliucium, Suarez, & Bonacinam, Sigiſmund. à Bononia *de electione, dub.* 7. *n.* 7.

Tollitur etiam per emendationem criminis, & 853
laudabilem vitam contrariam per triennium. Quia qui ab improbè factis tanto abſtinuit tempore, & honeſtis, rectiſque operibus ſe exercuerit, priorem infamiam deleuit, & bonam recuperauit famam; tunc enim præſumitur emendatus, & purgatus. Ita Tamburinus *tom.* 2. *diſp.* 17. *q.* 7. *n.* 12. Iordanus *n.* 64. Barboſa *n.* 23. ſuprà relatus, *verſic. limitat.* Allegat Pax Authent. *de Monach.* §. *Hinc autem nobis.* Corſet. *ſingulari* 226. Roman. *ſingul.* 236. Felinum *in cap. Cum deputati, in principio, de iudiciis.* Maſcardum *de probationibus. concl* 466 *n.* 10. Alciat. *de præſumpt. regula* 20 *p.* 7. & Rotam *in Gaditensi citata, n.* 10. Quibus addo Brunorum à Sole *in comp. propoſit. iuris, verbo Triennalis,* quem vide.

Et ratio eſt, quia emendatus de crimine, cenſetur nouus homo, & integer. Iordanus *n.* 65. cum Barbat. *conſil* 40. *col.* 2. *verſ.* 3. *ſi apponatur, vol.* 3. Maſcardo *concl.* 465 *n.* 7. Non enim in eo deſpici debet, quod fuit, quia iam incipit eſſe quod non fuit, *can. Ferrum,* 50 *diſt.* vbi latè gloſſa: & *extra cap. Inter, de purgatione canonica,* & Rota *in dicta Gadicenſi, n.* 9. vbi vlteriùs dicit, quod ſi populus poſt huiuſmodi emendationem, & longam laudabilem conuerſationem, adhuc non ceſſaret à mala opinione, & à ſcandalo paſſiuo, non eſſet habenda ratio huius ſcandali, *ad cap. Qui ſcandalizauerit, de regulis iuris,* D. Thom. 3. *p. q.* 49. *art.* 2. Clar. *lib.* 5. §. *fin. practic. crimin. q.* 21. *n.* 1. *in fine,* vbi apud Pacem Iordan. *n.* 65. *citato.* ait, quod qui per triennium proximum probauerit ſe honeſtè, & laudabiliter vixiſſe, propter malam famam præcedentem, non grauabitur in aliquo, neque cogetur ad aliquam expurgationem, quod eſſe notandum dicit.

Hæc tamen doctrina aliquas patitur limitationes. 854
Prima eſt, vt procedat ſolùm in infamia facti, & non in infamia iuris. Nam ſi quis ob aliquod delictum annexam habens infamiam, condemnetur in iudicio, aut illud iudicialiter confiteatur, ita vt contrahat infamiã, quantumcunque in poſterum, & non ſolùm in triennium, bene, & laudabiliter viuat, nunquam

recuperat

recuperat famam, ſine Iudicis authoritate, vti poſt Azorium *Inſtitut. Moral. part. 3 lib. 13. cap. 6. q. 8. verſ. Si verò quæras*. docet Pax Iordanus *in ſæpe citato tit. 21. num* 66 quod ait benè eſſe notandum; & id reſtringit cum eodem Azorio *verſ ſequenti*, ad condemnationem ritè factam; quia ſi per calumniam, falſis probationibus, aut aliâ iniquâ ſententiâ ſit condemnatus, non prohibetur, ſaltem quoad iuris effectum, propriam recuperare famam, per laudabilem vitæ conuerſationem, eo quod non fuerit iuſtè, & cum effectu iuridicè ſpoliatus. Et addit, quod poſſit hoc pro quarta deſeruire differentia, inter infamiam iuris, & facti. Et iuxta hanc doctrinam intelligi debeo *in Diſquiſ. Moralib. tom. 2. diſq. 1. dub. 7. num* 108. *verſ. Docet*, vbi recenſendo Lezanam *tin. 2.* incautè editum eſt: *Infamia autem iuris tollitur*, I. *per purgationem canonicam*: II. *per contritionem facti, & vita emendata*. cùm edi debuiſſet: *Infamia facti* .Ex quo textus errore idem met irrepſit in breuiario, & in repertorio, *verb. Infamia*.

855 *Secunda* fallentia, & limitatio eſt in periuro, qui per triennalem laudabilem ſuam conuerſationem non abolet infamiam per periurium contractam, in ſententia Barboſæ *allegat. 43 num. 24.* per textum *in cap. Teſtimonium, de teſtibus* Viu. *tom. 1. communium opinionum, lib. 4. tit. 10. n. 133. verſ. Imò de*. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1198. *à num.* 16. & Rebuff. *de reprobatione teſtium, n.* 399. In ſententia tamen Farinacij *de falſitate, q.* 160 §. *Infamia n.* 174 poſt multos alios, quos allegat, penes Pacem Iordanum, *n. 6*- bona triennalis conuerſatio periurij abolet infamiam.

Ipſe tandem Pax dupliciter has concordat opiniones. Primò *eodem num. 6*- dicendo, Farinacij placitum verum eſſe reſpectu infamiæ, vt nimirum per emendationem deleatur, & conſequenter poſſit beneficia obtinere; ſecus reſpectu teſtimonij, & fidei eius dicto habendæ. *Secundo*, & melius *num* 95. *eiuſdem tituli*, dicendo, quod infamia periurij non aboleatur vitæ emendatione, ſi iudicis ſententia præceſſit, condemnatoria delicti, aut facti declaratoria; ſecus verò ſi huiuſmodi non præceſſit ſententia. Pro qua conciliatione ſupponit *ex num.* 92. einſdem Farinacij ſententiam *de falſitate d. q.* 160. *num.* 188 vbi plurimos recenſet de communi teſtantes, & ſuſtinentes, quod non ſit infamis, niſi in caſibus in iure expreſſis, infamiâ ſcilicet iuris. Et *à num.* 162 docentis, quod requiratur ſententia iudicis, vt incurratur infamia iuris à periuro. Quod etiam docent apud Pacem Leſſius *lib. 2. cap. 42. num.* 74 Couaruuias, & alij. Quod mirum non eſt, cùm pœna infamiæ ipſo iure, & ipſo facto inflicta hæreticis, apoſtatis à fide, & ſimilibus, de qua egi *in Diſq. Moral. & Canonic. tom. 1. diſq. 1. dub* 12. § 2. *à n.* 11. non contrahatur ab illis ante ſententiam iudicis, etiam mis declaratoriam, vti cum pluribus ibi *cap.* 13. *n.* 109. dixi.

856 Duo alia requiri ad hoc vt periurus infamiam incurrat, docent Farinacius, & Iordanus. I. Vt contrauematur, non ſolum iuramento, ſed etiam promiſſioni; quod contingit in iuramento promiſſorio. Vnde illam non incurrit qui iuramentum aſſertorium violat. Pax *num.* 96. cum Farinac. *num* 167 II. Vt tunc iuramentum promiſſorium, ſeu potiùs illius violatio infamiam inducat, quando illud appoſitum fuit in contractu, & per modum pacti, alias ſecus. Vnde qui iurauit non comedere carnes, illas comedendo, infamiam non incurreret iuris. Opus enim eſt ad hunc effectum, quod iuramenti violatio alicui ſit præiudicialis. Ita Pax *n.* 97. cum Farinacio & Seraphino *de priuil. iuramenti. priuil.* 174. *n.* 7. & cum aliis apud ipſos.

PVNCTVM IV.

Crimina recenſentur, quibus annexa ſit iuris infamia.

BREVIARIVM.

Quia multa illa ſunt, & ſummatim referuntur, breuiari ampliùs vix poſſunt.

QVænam autem ſint crimina, quorum patratoribus, in iure inflicta ſit pœna infamiæ, iuris dictæ, operæpretium duxi recenſere. Quæ ſequuntur, illa ſunt.

I. Lenocinium, vulgò *la Alcahueteria*. Lezana *tom. 2. verb. Infamia, n.* 1. Barboſa *allegat.* 43 *n.* 28. cum Azorio *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 6. cap* 7. *q* 3. Peyrinus *tom 2. de Prælato, q. 2. cap.* 5 §. 4. *n.* 51. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* . *diſp* 6. *q.* 3. *n.* 31. *auctito ſummario, & indice.* 857

II. Crimen militis, propter quod repulſam paſſus eſt ab exercitu. Lezana *d. n.* 2.

III. Militiæ deſertio, & de bellis publicis fuga. Barboſa *allegat.* 43. *n.* 25. & 26. Pax *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *n.* 72.

IV. Matrimonium cum duabus. Lezana *dict. num.* 2.

V. Vſura. Lezana *n.* 2. Pax Iordanus *n.* 72. & *n.* 75. *ex l. improbum fœnus C. ex quibus cauſis infamia irrogatur, can. 2. §. Porro* 1. 97 quæ iura, & plures Doctores allegat Barboſa *allegat.* 43. *num.* 3. Peyrinus *d.* § 4 *n.* 51.

VI. Crimen læſæ Maieſtatis. Lezana *num.* 2. Cardinalis de Lugo *in reſponſis Moralibus, lib.* 3. *dub.* 12. cum Maiolo *de irregularitate, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 14.

VII Hoſtilis perſecutio Cardinalium Eccleſiæ Romanæ. Lezana *d. n* 2.

VIII. Periurium. Lezana *num* 2 Pax Iordanus *tom* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *n.* 71. & 72. vbi explicat ſic: Periuri, hoc eſt, qui fidem datam, vel promiſſionem violant, vel in iudicio mendacium iureiurando affirmant. Peyrinus *d. n.* 51. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 3 *diſp* 9 *q* 7. *n.* 15.

IX. Pugna publica cum feris. Lezana *verb. Infamia, n.* 2.

X. Duellum. Lezana *d. num.* 2. Barboſa *d. num.* 26. Pax Iordanus *n.* 72. qui aſſerunt, afficere infamiam iſtam, tam prouocantes, quàm illud admittentes. Peyrinus *d. n.* 51.

XI. Exercitium ioculatoriæ, & hiſtrionicæ artis, vulgò *de Bufones, y Repreſentantes, ò Farſantes*, & ſimilium. Barboſa *num.* 18. Lezana *dict. num.* 2.

XII. Adulterium. Barboſa *dict. allegat.* 43. *num* 25. Lezana *d. num.* 2 Pax *n.* 71. & 72. Peyrinus *d. num.* 51.

XIII. Sodomia. Lezana *num* 2. Pax Iordanus *num* 72. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 5. § 4. *n.* 51.

XIV. Inceſtus. Barboſa *num.* 25. Pax *num* 71. & 72.

XV. Raptus mulieris. Lezana *num.* 2. Pax *n.* 71.

*num.*71. *&* 72.vbi addit & ſtuprum. Peyrinus *dict. num.* 51.

XVI. Matrimonium cum meretrice, vili, abiecta, repudiata, vel ioculatrice, ſaltatrice, ancilla, aut concubina. Barboſa *allegat.* 43. *num.* 27. *ex can. Si quis viduam*, 6. *q.*1. Lezana *dict. num.* 2.

XVII. Proſtitutio propriæ filiæ, vel neptis. Lezana *ibid.*

859 XVIII. Hæreſis, illiuſque, & hæretici defenſio, receptatio, vel fauor. Lezana *num.* 2. Pax *num* 72. Barboſa *allegat.*13. *num.*26. cum Azorio *p.*1. *lib.*6.*cap.*7. *q.*3. *verſ. Denique*, Peyrinus *de Prælato*, *q* 2. *cap.*5. §. 4 *num.*51. Tamburinus *dict.* 3.21. *num.*52. *ex cap. Alicui*, 2. *q.*7. Ego ipſe *in Diſquiſit. Moral & Canonic. tom.*2. *diſq.*1.*dub.*13. *n.*109. vbi quamplures allegaui Doctores, & *dub.*12. §.2.vbi non pauca iura, & Authores adduxi. Immò & filios hæreticorum infames eſſe, docet Peyrinus § 6. *num.*81 cum Couar. 2.*variar.c.*8.*n* 3 quia filij eorum, qui crimen læſæ Maieſtatis humanæ perpetrarunt, habentur infames, *l. quiſquis*, §. *filij vero*, *C. ad l. Iuliam Maieſtatis*. Ergo multò magis filij læſæ Maieſtatis diuinæ.

XIX. Apoſtaſia à fide. Peyrinus *d. num.* 51. Lezana *num.*2. Pax Iordanus *num* 72.*&* 74. Barboſa *allegat.*43.*num.*9 dicens: Apoſtatæ deſciſcentes à Religione Chriſtiana ad Iudaiſmum, etiamſi poſteà impoſitâ pœnitentiâ ab Inquiſitoribus Eccleſiæ reconcilientur, infames ſunt, nec poſſunt aliquo ordine inſigniri, nec in ſuſceptis miniſtrare. Optimè Caldas Pereyra *qq. forenſ. conſ.* 13. *num.*6.

XX. Schiſma. Pax Iordan. *n.*74. Barboſa *n.*26. cum Axorio *loco citato*.

XXI. Simonia in Ordine, aut beneficio. Pax Iordanus *num.* 74. Lezana *num.* 2 Barboſa *num.*26. cum Azorio *vbi ſuprà*, Peyrinus *de Prælato*, *q.* 2. *cap.*5. §. 4. *num.*51. Tamburinus *tom.*1. *diſputat.*5. *q.*21. *num.*8.

XXII. Blaſphemia, ſiue maledictio. Pax Iordanus *num.* 74. Barboſa *num.* 26. cum Azorio *ſuprà*.

XXIII. Sacrilegium. Barboſa *n.*26. Pax *n.*71. Peyrinus *d n.*51.

XXIV. Ad infamiam iuris reducitur ea, quæ incurritur ob ignominioſam profeſſionem alicuius artis vilis, quæ reddat hominem vilem, & indignum, quales ſunt non ſolùm hiſtriones, & ioculatores, de quibus ſuprà, ſed etiam mimi, vulgò *los momos, o remedadores de otros*; gladiatores, citharœdi, *los tocadores de arpa*; macellarij, vulgò *los carniceros, y los que venden pescado, y otras coſas de comer*; tabernarij, aleatores, *los tahures del juego*; cauponarij, vulgò *los venteros, y meſoneros*; aurigæ, *los carreteros*; molendinarij, lictores; *los verdugos*. Barboſa *num.* 28. Pax Iordanus *num.*74. Lezana *num.*4. qui addunt: *Et alij ſimiles*. Sub qua certè clauſula comprehenduntur ſectores, & qui vtres conficiunt. Quod autem hiſtriones infamiâ iuris afficiantur, *ex can. Diffinimus*, *el* 1.4. *q.*1.vbi gloſſa *verb. Hiſtriones*; & *ex can. Pro dilectione*, *de conſecrat. diſt.*2. vbi gloſſa *verb. Infami*, quæ allegat legem *Ait Prætor*, *ff de iis, qui notantur infamiâ*. Pro infamia aleatorum, allegat Barboſa *num.*9. Molinam *de iuſtitia*, *tract.* 2. *diſput.* 159. *in fine*, Maſcardum *de probat. concl.* 995. Rebuffum, & alios, Tamburinus *num.*48. ait aleatores ineligibiles eſſe: & *tom.* 3. *diſput.*6. *q.*3. *num.*31. illos buffones, hiſtriones, carnifices, ſatellites, & publicos luſores, infames pronunciat. Panormitanus *in cap. Cum decorem*, *num.* 2. *el* 12. *de vita, & honeſt. Clericor.* docet, quod hiſtriones, buffones, & citarœdi tunc ſunt infames, quando in publico bis causâ quæſtus artem exercent, *arg. l. palam ff. de ritu nuptiarum*. vbi textus innuit, dici mulierem quæſtum feciſſe, ſi admiſit causâ quæſtus.

XXV. Homicidium etiam inducit infamiam iuris. Pax Iordanus *dict. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 22. *num.* 71. Barboſa *allegat.* 43. *num.*15. Tamburinus *q.*21. *num.*9

XXVI. Maleficium, & veneficium. Barboſa *num.* 25. Pax Iordanus *num.*7. Peyrinus *dict. num.* 51.

XXVII. Sortilegium, Barboſa *n.*25. Iordanus *num.* 71.

XXVIII. Diuinatio. Barboſa *n.*2. Pax Iordanus *num* 7.

XXIX. Furtum, & rapina. Barboſa *num.* 25. 860
Iordanus *num.* 71. & *num.*7. Ipſe Barboſa *num.* 5. ait, quod condemnatus actione furti efficitur infamis, & inhabilis ad Ordines ſuſcipiendos, ſi verò occultus ſit, poſt reſtitutionem, & pœnitentiam ſacris valet initiari, vt probat *cap. fin. de furtis*, Bern. Diaz *in practica*, *cap.* 93. *num.* 2. *in noua edit.* Campan. *in diuerſorio*, *rubr.*11 *cap.* 25. *à num.*14. Belletus *Diſq. Clerical. tit. de Diſciplina Clericali*, §. 10. *num.* 11.

XXX. Falſum dicere teſtimonium. Barboſa *n.*25. Pax *n.*71.

XXXI. Condemnati ob dolum, & fraudem in tutela, mandato, depoſito, & pro ſocio, infamiam incurrunt. Pax Iordanus *n* 74.

XXXII. Item tutor, vel curator, qui pupillam ſibi, vel filio matrimonio iunxit. Pax Iordanus *num.* 74. & Barboſa *num* 18. cum Axorio *loco citato*.

XXXIII. Item Clerici, qui rem cum ſcorto publicè habent, infamiam contrahunt. Pax Iordanus *num.* 74. & Barboſa *num.* 18. cum Azorio *loco reddito*.

XXXIV. Infamiâ etiam afficiuntur, qui calumniantur, aut accuſant, & crimen perpetratum eſſe non probant. Barboſa *allegat.*13. *n.*26. cum Axorio *p.*2. *lib.*6. *cap.*7. *q.*3. *verſ. Denique*. Pax Iordanus *num.* 74. Peyrinus *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 51.

XXXV. Qui virgis, aut alio quidem inſtrumento cæſus fuit, præcedente Iudicis ſententiâ, infamis eſt. Lezana *d. num.* 7. Iordanus *num.* 74. cum Nauarro *conſil.*43. *Quæritur*, *num.*2. *de temporibus ordinationum*. Barboſa *allegat.* 43. *num.*15. cum Cardinali *verb. Infamia*, *concluſ.* 111. *à num.* 5. & Molſeſio *in ſumm. tract.*6. *cap* 8 *num.*14. & aduertit, quod damnatus ad pœnas fuſtigationis, ſi ex cauſa non vera, aut iuſta fuſtigaretur, non eſſet infamis, per legem *Ictus fuſtium*, *ff. de iis, qui notantur infamia*.

XXXVI. Qui ad triremes fuit per ſententiam 861
damnatus, infamiam iuris etiam contraxit. Barboſa *eod. num.*15. cum eiſdem, Lezana *verb. Infamia*, *num.* 7.

XXXVII. Pœnitentes ſolemniter infamiæ notam incurrunt. Pax Iordanus *d. tit.* 2. *num.*81. *ex can. Ex pœnitentibus*, & *can. Si ille*, *diſt.*50. Barboſa *num.*6. cum Bernardo Diaz *in pract. cap.*19. *num* 2. & *in noua edit. cap.* 23. Henriquez *lib.*13. *cap.* 38. §. 3. *verſ. Tertiò*. Mario Alterio *tom.* 2. *de cenſuris*, *diſput.* 16. *de ſuſpenſione*, *cap.*1. *verſ. Quartus caſus*, & cum Campanile *in diuerſorio iuris Canonici*, *rubrica* 11.

brica 11.*cap.*21.*n.*1.vbi diſtinguit Barboſa,pœnitentiam ſolemnem à publica.Et de ſolemnem faciente, ait quod illâ peractâ,prohibetur ordinari; de publicam autem faciente aſſerit, promoueri poſſe. Idem ſub diſtinctione eadem docet Pax *n.*82.

XXXVIII.Item qui contra innocentes Principum animos prouocant. Peyrinus *tom.* .*de Prælato*,*q.*2.*cap.*5 § 4 *n* 51.

XXXIX. Similiter qui damnati ſunt ad publicam pœnam ex cauſa famoſa. Lezana *tom.*2. *verb. Infamia*, *n.*7.*ex can. Infames*, 3.*q.*7 § *porrò.l.aut damnum,in princ ff.de pœnis.* Molina *de iuſt.& iure,tom*... *tract.*4 *diſp.*9.*n.*19. & Theſauro *in praxi Eccleſiaſtica,p.*1. *cap.*33. §. *Quinto modo*, intelligente per talem pœnam, omnem pœnam corporalem, præter pecuniariam, vt damnatos ad opus metalli, relegationem ad perpetuum carcerem,ad bannum, fuſtigationem, damnationem ad triremes, vel pœnam capitalem.

XL. Item, qui damnati ſunt ad depoſitionem, degradationem,immò & ad priuationem officij,vel beneficij.Ita Lezana *d.n.*7.cum Sanchez *tom.*2.*conſilior. lib* 6. *cap.*3 *dub.*3. & *dub.*6.*n.*16.& cum Theſauro *vbi proximè*, §. *Secundò depoſitio.* Qui hoc intelligunt,quando quis damnatur ad hæc,ob dolum, fraudem, &c. Ac proinde concluſionem limitant, in caſibus hîc ſubintellectis. Illam tamen ampliat Lezana, ita vt procedat, etiamſi quis ad prædicta ex indiciis indubitatis damnatus eſſet; talem enim ſententiam, pœnarum executionem ſecum trahere docet. Allegat Menoch.*de præſumptionib.lib.*1.*q.*96. & Theſaurum §. *Amplia prædictam*, dicentem §. *ſeq.* ex Vgolino,& Molina,id eſſe intelligendum,quando ab ea ſententia non eſt appellatum.

XLI. Hermaphroditus tanquam infamis reputatur in iure Canonico.Diximus §.5.*ſect.*11.*n.*302. Hæc pro nunc de infamibus dixiſſe ſufficiat, quia de illorum nonnullis, prout materia poſtulat, in ſequentibus ſubſectionibus redibit ſermo.

Svbsectio VI.

De abiurantibus, & de pœnitentiatis à Sancto Officio.

Breviarivm.

Abiurare.

*Eſt recedere ab aliqua re,cum iuramento de non redeundo ad illam.*n.862.

Eligendi, vel non.

Qui in S. Inquiſitionis officio abiurauit, etiam de leui: & qui in eo quodcumque pœnæ aut pœnitentiæ genus (exceptis ſalutaribus) fuerint experti,inhabiles ſunt in Religionibus,ad omnes gradus, & officia. n.862.& 863.

Pœnitentia.

Salutares pœnitentiæ dicuntur, quæ ſolæ extraindicialiter infliguntur, & priuatim, & in ſecreto complentur,v.g. ieiunia, diſciplina, recitatio, &c. num.863.

862 INeligibiles ſunt in Prælatos Religionum, qui in ſancto Inquiſitionis officio abiurauerunt,tam de leui, quàm de graui: atque qui in illo Tribunali, quodcumque genus pœnæ, vel pœnitentiæ (exceptis ſalutaribus) fuerint experti. Primam partem tenet Peyrinus *tom.*2. *de Prælato*, *q.*2. *cap.*5. §.7. *num.* 92. *& ſeqq.* cum Sanctarel. *de hæreticis*, *cap.*33. *num* 6. Sà *verb. Hæreſis*, *num.*5. & cum mox ex Tamburino recenſendis. Ipſe Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom* 1. *diſp.*5. *q.*21. *num.*67. cum Nauarro *lib.*5. *conſilior.tit de hæreticis*, *conſil.*18. *num.*3.Riccio *tom.*1.*deciſ.*676 *num.*6. Riccul. *lib.*5. *de iure perſonarum*, *cap.*19. *num.*27. Sanchez *in Decalog.lib.*2.*cap.*25. *num.*11. Pariſio *de reſignatione benefic.lib* 4.*q* 3.*num.*17. & Henriquez *lib.*13.*cap.*56. *num.*1. Et aduertit Aſcanius cum Nauarro *ibid. num.*. quod abiurare eſt recedere ab aliqua re,cum iuramento de non redeundo ad illam, *ex cap. Accepta.* & *cap. Audita, de reſtitutione ſpoliatorum*, & *cap. Super hoc de renunciatione*, & *ex cap. Ad abolendum, de hæreticis.*

Secundam partem tenet D. Didacus Frances de 863
Vrrutigoyti *in Paſtorali interno*, *tract.*4. *q.*5. *num.*2. cum Carena *de officio S. Inquiſitionis*, *p.*3. *titul* 12. *de abiuratione*, *num.*14. Diana *p.*4.*tr*... *reſol*... *verſ. Sed an Regulares abiurantes.* Tondnto Saulegerio *in qq. & reſolutionibus Canonicis, & Ciuilibus lib.*1.*cap.*44. *num.*7.& cum Alberghino *in Manuali Qualificator. S. Inquiſitionis*, *tit. de pœnis hæreticor. cap.*6. *num.*26. Qui tamen ibi non loquitur de inhabilitate quoad electionem paſſiuam, aut actiuam, ſed de inhabilitate, quam contraxit abiurans ad confeſſiones Sacramentales excipiendas. Tenet dictam ſecundam partem Tamburinus *ead. q. n.* 14. & Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Regularium tom.*2.*ad conſtit* 9. *& vltimam Pauli V. n.*29. qui *n.*30. aduertit, quod pœnitentiæ ſalutares dicuntur, quæ ſolæ extraiudicialiter infliguntur, & priuatim, & in ſecreto complentur per ieiunia, diſciplinas, recitationem pſalmorum, &c.

Hæc pars probatur ex Decreto, quod Peyrinus, & Tamburinus reddunt tenoris ſequentis.

In generali Congregatione S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram S.D.N.D.Vrbano, diuinâ prouidentiâ Papa VIII. & Illuſtr. DD. S.R.E. Cardinalibus, in vniuerſa Republica aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus, à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. S. D.N. iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus,decreuit,& ſtatuit,vt in poſterum Regulares omnes cuiuſvis Ordinis, Religionis,Societatis,& Inſtituti,quibus pro delictis ad S.Inquiſitionis Officium ſpectantibus pœnitentiæ genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipſo ad omnes Religionis ſuæ gradus,& officia inhabiles cenſeantur, & deinceps (etiamſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoueri nullatenus poſſint,niſi prius obtenta à S.D.N.vel ab hac S.Congregatione coram Sanctitate ſua habenda, ſpeciali, & expreſsâ rehabilitationis gratiâ. Aliàs promotio qualibet nulla ſit, & promouentes ipſi priuationem ſuorum officiorum,ac præterea vocis actiuæ, & paſſiuæ,ipſo facto incurrant,ad quæ reſtitui,niſi ab eodem S.D.N.vel ab eadem S.Congregatione,coram Sanctitate ſua habenda,non poſſint.Præſens autem decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandauit idem S.D.N.

Thomas de Federicis S. R. ac Vniu. Inquiſitionis Notarius Subſtit. de mandato.

Exiit Decretum præfatum die prima Octobris de anno 1626.

Svb

SVBSECTIO VII.

De iis, qui defectus corporales, tam in membris, quàm in ſalute patiuntur.

BREVIARIVM.

Beneficium.

Beneficium datur propter officium n.864.

Ad officij priuationem, beneficij ſequitur priuatio. ibid.

Ad beneficium aſſumi non poteſt, qui bona valetudine, & corporis diſpenſatione ad officium decenter exercendum caret, & qui deformitatem in membris habet ibid.

Eligendi, vel non.

Eligi non poteſt in Prælatum, qui in membris, & valetudine ea caret diſpoſitione quâ officium decenter, & ſine ſcandalo, & abominatione exercere valeat; & ſi eligatur, electio erit nulla. n.864. 865. & 866.

Irregularis.

Impotens ad decenter exercendum munus beneficij, & Ordinis, & cum deformitate, irregularis eſt. num.864.

864 ETiam ineligibiles ſunt in Abbates, & in Prælatos Eccleſiaſticos, qui corporali diſpoſitiōne, tam in membris, quàm in valetudine, quâ benè poſſint ſuum exercere officium, ad quod ſunt aſſumendi, carent, & qui eadem diſpoſitione corporis, & illius deformitate notabili ſcandalum, & abominationem generant. Ita Panormit. *in cap. Etſi vnanimiter, n.8. el 6. de poſtulatione Prælati*, vbi hanc tradit Regulam. Patientes defectum, propter quem non poſſunt exercere officium ad quod promouentur, vel aliàs inhabilitatem à iure, ad illud officium, ſeu dignitatem non poſſunt eligi, ſeu poſtulari. Ratio huius regulæ patet. Nam ex quo non poſſunt de iure exercere illud officium, ſeu dignitatem, non poſſunt Canonici in eos conſentire, tanquam in ſponſos, ex quo non ſunt habiles ad illud matrimonium contrahendum. Hæc Abbas. Peyrinus *tom.2. de Prælato, q.2. cap.4. n.2.* docet Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. diſp.5. q.21. à n.15. vſque ad* 47. & Pax Iordanus *tom.2. lib.10. tit.17.* cùm idem doceat de inhabilitate promouendorum ad beneficia; ait enim *n.1* quod quinta qualitas requiſita in promouendis, ſit aptitudo ad exercendum ea, quæ per beneficium præſtanda ſunt. Et *n.3.* ait: Quo verò ad noſtram qualitatem, non ſolùm attenditur ipſa debilitas faciens quem impotentem ad exercendum munus ordinis, & beneficij ſui, verùm etiam notabilis deformitas, quæ generet ſcandalum, & abominationem; quia non minùs per hanc, quàm per illum efficitur quis irregularis, & repellitur ab ordine, & conſequenter à beneficio, prout colligitur ex multis canonibus, *de Clerico ægrotante, & de corpore vitiatis*, & ex pluribus aliis, *diſt.55.* & pro regula tradit Ant. de Butrio *in cap. fin. de corpore vitiatis* Cardinalis Toletus *in ſumma, lib.1. cap.58. n.1.* qui multa cumulat exempla. Hæc ibi Pax. Et concludit *n.14.* dicens, cùm beneficium detur propter officium, propterea non admittitur ad beneficium conſequendum, qui non valet deſeruire. Cùm igitur Prælatura datur etiam propter officium, & onus, & multò quidem maius beneficij onere, à fortiori debent ad illud aſſumendum eandem bipartitam qualitatem habere. Quod beneficium detur propter officium, habetur *in cap. fin. de reſcriptis, in 6* vbi gloſſa *verb. Datur*, ait: Vnde priuatus officio, & beneficio priuatus intelligitur, cùm ſit eius ſequela, *81. diſt. Eos, & c. Si quis Sacerdotum, 32. diſt.* Præter hoc *de Cleric. excom. min. Latores, de appellatione, Paſtoralis.* Pleniùs *in Clement. Cupientes, de pœnis, ad fin.* magnæ gloſſæ.

865 Aſcanius autem, ſic *n.6.* fatur. Qui eligendi ſunt in Abbates, & Prælatos Eccleſiaſticos propter curam Dominici gregis, ea valetudine corporali debent pollere, quæ de iure naturæ videtur neceſſaria ad exercendum proprium officium decenter; ita vt ſi talis valetudo non repetiatur, electio nulla erit. Tiraquellus *in l.12. connub. gloſſ.1. part.2. n.5.* Menochius *de arbitrariis, lib.2. caſu 116.* Pariſius *de reſignat. lib.5. q.3. n.13.* Maiolus *de irregularitate, lib.1. cap.13.* Molina *de iuſtitia, tract.3. diſp.70.* Leſſius *de iure, & iuſt. lib.2. cap.32. dub.25.* Reginaldus *in praxi lib.30. tract.2. n.44* Mandoſius *de ſignatura gratiæ, tit. de deſponſatione cum corpore vitiato.* Nauarrus *in Manual. cap.27. n.198.* Sigiſmundus *de electione, p.2. dub.88. & 89* & multi alij Doctores. Hæc Tamburinus. Idem dixerat Peyrinus *dict. n.2.* per hæc quæ ſequuntur verba: Dicendum eſt, eam habilitatem corporalem de iure naturæ requiri in eligendo ad Prælatias Regulares, quæ eſt neceſſaria ad decenter exercendum munus Prælatiæ, ad quod eligitur, ita vt ſi hæc deſit, electio nihilominus ſequuta ſit nulla. Allegat Abbatem *in c.2. n.2. de Clerico ægrotante*, & 30. alios Doctores.

866 Probat concluſionem primò ex illo Leuitici 21. *Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem.* Secundò probat *ex cap. Niſi cùm pridem, §. alia vero, de renunciatione*, ibi: *Per quam impotens redditur ad exequendum officium Paſtoris, ex cap.2. de Clerico ægrotante, & ex cap. Expoſuiſti, de corpore vitiatis, ex cap. Thomas Monachus, eodem titul.* Et tandem ex Tridentino *ſeſſ.22. cap.4. de reformatione, in fine*, ibi: *Nec aliis in poſterum fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur, aliter irrita ſit prouiſio.* Vbi ſancta loquitur Synodus, non tantùm de dignitatibus, & beneficiis Cathedralium, & Collegiatarum, ſed etiam de dignitatibus, & perſonatibus Regularium, vti aduertit Peyrinus cum Comitolo *lib.6. reſponſorum Moralium, quæſtione 64. num.2.* addens: Et confirmatur ex decreto Clementis VIII. confirmato à Paulo V. Gregorio XV. & Vrbano VIII. pro reformatione Regularium, ibi: *Ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueuerint Regulas, & Conſtitutiones obſeruare.* Aſcanius idem obſeruat, & ex ipſo apparet textu. Ex dicta igitur doctrina ad partiales inhabilitates corporales deſcendamus, quæ electionem ad Prælatorum munera obeunda impediunt.

PVNCTVM

PVNCTVM I.

De leproſis.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

Ineligibilis eſt leproſus ad dignitates, &c. num.867. & 868.

Leproſi.

Non ſolùm ſunt ineligibiles, ſed iam electi remoueri debent. n.867.

Nec viuus, nec mortuis eſt illis communicandum. num.868.

Propter contagij periculum conceſſa ſunt illi Eccleſiæ, & Cœmeteria. ibid.

Prælati.

Eorum munera breuiter recenſentur. n.868.

867 IN primis leproſi inhabiles ſunt, & ineligibiles ad Prælaturas. Ita Barboſa *in cap. De Rectoribus, n.3. el 3. de Cleric. ægrot.* & *in cap. Tua nos, num.4. el 4. eodem tit.* vbi aſſerit cum Suarez *de cenſuris, diſp. 51. ſect.. ad fin.* Campanil. *in Diuerſor. iuris Canonic. rubr. 11. cap. 17. n. 160. ante verſ. Addo.* Garcia *de beneſic. p.4. cap. 5. num.6.* & Salgado *de protect. Reg. tom. 1. p. 3. cap. 2. num.* 44. leproſum eſſe remouendum quoad exercitium. Ergo à fortiori in eorundem ſententia promouendum non eſſe, dici debet, vti docet Iordanus *tom. 2. lib. 10. titul. 17. num. 7.* & Aſcanius Tamburinus *dict. q. 21. num.* 18. cum D. Thoma *p. 3. quæſt.* 82. *art.* 17. Gregorio Sayro *in Theſauro, lib.6 cap.9. num* 7. Maiolo *de irregularitate, lib. 12. cap.* 18. *num.* 1. & Borgaſio *p. 5. titul. de Clerico ægrot.* Et probatur *ex cap. Tua nos, el 4. de Clerico ægrotante*, vbi Clemens III. ſic decernit: *De Sacerdote, qui diuino iudicio lepræ morbo repercuſſus, in Parochiali Eccleſia prælationis officio fungitur, dicimus quod pro ſcandalo, & abominatione populi ab adminiſtrationis debet officio remoueri.* Si ergo poſſidens curatum remouetur ob lepram ſuperuenientem, à fortiori illa inhabilem, & ineligibilem, & ad maiorem quidem Prælaturam, ipſam patientem conſtituit. Turpiùs enim reiicitur, quàm non admittitur hoſpes.

868 *Secundò* probatur, quia Prælatus perſonalem aſſiſtentiam ſubditis debet exhibere ſuis, illis prædicare tenetur, eoſque corrigere, & punire, vigilaréque ſoper gregem ſuum, & vultus pecorum ſuorum agnoſcere; leproſus autem nihil horum efficere poteſt, cùm ei non viuo, nec mortuo ſit communicandum, vti cum Panormitano Abbate dixi *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 1. tract. 7. diſq. 10. §. 3. n. 2. ex cap. Cùm dicat, de Eccleſiis ædificandis:* vbi permittitur leproſis habere Eccleſias cum Cœmeterio, & vt gaudeant proprio Sacerdote. Quæ certè permiſſio illis fuit facta à Sede Apoſtolica, ob contagij periculum, non ſolùm in vita, ſed etiam in morte. Si enim (inquit Abbas) poſſent ſepelire cum aliis, non permitteretur eis Cœmeterium cum iniuria Eccleſiæ Parochialis. Ergo leproſi eligibiles non ſunt ad Prælaturas; ſed inhabiles, non ſolùm iure canonico, ſed etiam diuino, & naturali.

PVNCTVM II.

De ſcabioſis.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

An ineligibilis ſit ſcabie Herculeâ, ſeu Driorâ laborans. n.869.

QVod ſi petas, *An ſcabie laborans, inhabilis ſit, & ineligibilis ad Prælaturas?* Videtur reſpondendum, quod ſic, quia contagium continet ſcabies, vti Iuuenalis *ſatyr.* 2. apud Paſſeratium canit, dicens: 869

——Sicut grex totus in agris,
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci:
Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua.

Non reticebo tamen Peyrinum *tom. 2. de Prælato, q.2. cap.4. num.6.* & Tamburinum *num.* 19. dicentes ex Sayro *loco citato* laborantem ſcabie etiam Herculeâ, quæ oritur ex atrabile, ſi aliàs ſit idoneus, & periculum ſit, ne eo neglecto, minùs dignus eligatur, poſſe in Prælatum eligi, cùm ſcabies, inquit, nec impotentem, nec multùm abominabilem reddat.

Hæc Doctores illi, quorum ſententia ſuſtineri poterit, quoties ſuppoſitum eorum verum fuerit, quod ſcilicet ſcabies impotentem, nec multùm abominabilem ſcabioſum reddiderit; ſecus autem quando illud verum non probetur. Et qood ineligibilis ille ſit, comprobatur in ſententia Flam. Pariſij *de reſignat. lib. 5. q.6. n.17.* extendentis concluſionem prædictam leproſi ad ſcabiem, *Driorum* à Phyſicis dictam, aliàs Herculeam, apud Barboſam *in cap. Tua nos, n. 2. el 4. de Clerico ægrotante.* & *allegat. 42. n.44.* dicit ſcabie laborantem, nimiam inducente deformitatem, irregularem fieri. Citat Campanil. *in Diuerſorio iuris Canonic. rubr. 11. cap. 17. num. 163.* Molinam *de iuſt. diſp. 70. num.* 11. Bonacinam *de cenſuris, diſp. 7. q. 2. punct. 2. num.* 19. Maiolum *lib. 1. cap.* 18. *verſ. Ad lepram*, & Sayrum *de cenſuris, lib.6. cap. 9. n 9.*

Quod autem de Herculea ſcabie, ex atrabile orta dicunt, ingenuè fateor, non capio. Infirmitas enim orta ex atrabile, & Herculea dicta, non ſcabies eſt, ſed morbus dictus etiam comitialis, vulgò dictus *Gota coral, ò morbo caduco. Que tambien ſe llama morbus ſacer, & maior*, propter grauitatem ſuam; quia cum totius corporis conuulſione principes cerebri tollit operationes, homo ſubitò concidit, & ſpumæ ex ore vomuntur. De quo dixit Ariſtoteles apud Paſſeratium *verbo Comitialis*, dictum à priſcis fuiſſe, & nominatum *Herculeum* quia Hercules eo laboraſſe fertur; idque ex atrabile pleriſque contingere tradit apud eundem Paſſeratium. Plato, & Apuleius, diuinum hunc morbum nuncuparunt, eo quod partem rationalem animi, quæ ſanctiſſima eſſe videtur, obſideat. Niſi dicatur vnus, & alter morbus, *Herculeus*, quia vtroque laborauerit Hercules. 870

Pvnctvm III.

De morbum comitialem patientibus.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

Ineligibilis eſt, qui morbo caduco, ſeu comitiali, ſacro, diuino, Herculeo, v.l epileptico, vulgò Gota coral, *laborat*.n.871.

Irregularis.

Qui laborat morbo caduco, irregularis eſt. numero 871.

Morbus.

Morbus caducus,&c. incurabilis eſt.n.872.

871 INhabiles ſunt, & ineligibiles ad Prælaturam Eccleſiaſticam, qui morbum comitialem patiuntur. Docet Peyrinus *tomo 2. de Prælato, q. 2. capite quarto, numero* 12. & Tamburinus *tomo* 1. *diſputatione quinta, q.* 21. *numero vigeſimo octauo*, cum Maiolo *de irregularitate, capite decimoſexto, numero primo & ſecundo*, Flaminio Pariſio *de reſignatione beneficiorum libro quinto, quæſtione ſexta, numero* 105. Sayro *de cenſuris, libro ſexto, capite nono, numero vndecimo*, Nauarro *in Manuali, capite vigeſimo ſeptimo, numero* 203. & Campanilo *in Diuerſorio iuris, rubrica vndecima, capite decimoſeptimo, numero* 172. Et ratio eſt, quia morbus iſte inſanabilis eſt, & horrorem ginit, & videntibus timorem incutit; & quia ſunt irregulares. Iacobus de Graffis *in deciſionibus p.* 1. *libro quarto, capite vigeſimoſeptimo, numero quadrageſimoſeptimo*, Barboſa *allegat.* 42. *numero quadrageſimooctauo*, & *in cap. Cùm inter Canonicos, numero ſexto, el* 21. *de electione*, vbi dicit: Aduerte, morbo epileptico, ſeu comitiali correptum, ordines aſſumere non poſſe, nec in ſuſceptis miniſtrare, de quo Pelagius *de planctu Eccleſiæ, libro primo, capite* 48. *littera F*, Maiol. *de irregul. lib.*2. *cap.*16. *num.* 4. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.*2. *cap.*8. *n.*32. Henriquez *lib.*14. *cap.*8.§.8.

872 Morbus iſte, vti puncto diximus præcedenti, vulgò dicitur *Gota coral.* Dicitur etiam morbus ſacer, & maior, & diuinus, ac Herculeus, ob ea, quæ ibi retuli. Dicitur etiam caducus, quia hominem cadere facit, Paſſeratius *verb. Caducus*, ex Firmico *lib.* 7. Comitialis ideò nuncupatur, quia comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet. Ita idem Paſſeratius *verb. Comitialis*. Quò loci de iſtiuſmodi morbo ait: *Gignitur ex craſſis humoribus, ſpiritus meatum in cerebri ventriculis obſtruentibus, neruorum principio ſeipſum concutiente, vt quod noxium eſt, excutiat.*

Et quod morbus incurabilis ineligibilem reddat illo laborantem, demonſtratur apud Surium in vita Sancti Goaris Presbyteri, referentem, morbum incurabilem impetrauiſſe à Deo, cùm à Sigeberto Rege ad Treuirenſem Epiſcopatum vocaretur. Quod ex eo Barboſa narrat *de poteſt. Epiſc. p.*1. *tit.*2. *gloſſ.*1. *n.*18.

Pvnctvm IV.

De morbo Gallico laborante.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

Qui notoriè morbo Gallico laborant, ineligibiles ſunt ad Prælaturas n.873.

Et an quibus ceciderunt capilli barba.n.874.

Morbus.

Morbus Gallicus quandoque ex ſolo contactu, vel oſculis, aliquando ex aëris prouenit corruptione. numero 873.

Morbum iſtum patientes, abominabiles ſunt, & arcendi tanquam publici concubinarij.ibid.

Irregulares illi ſunt.ibid.

873 ITem ſunt inhabiles, & ineligibiles ad Prælaturas, qui notoriè morbum patiuntur Gallicum; quia abominabiles ſunt, & ſunt tanquam publici concubinarij arcendi. Ita docet Laurentius de Peyrinis *tom.*2. *de Prælato, quæſt.*2. *cap.*4. *n.*7. Aſcanius Tamburinus *dict. quæſt.*21. *num.*21. cum Maiolo *de irregularitate, lib.*2. *cap.*19. *num.*1. Gregorio Sayro *in Theſauro, lib.*6. *cap.*9. *num* 5. Borgaſio *part.*5. *titul. de Clerico ægrotante, num.* 1. Auila *de cenſuris, part.* 7. *diſputat.* 3. *dub.* 4. *concluſ.* 1. & cum Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 8. addente ibi, quod dummodo crimen ſit notorium, non requiritur, vt vlcera foras appareant. Pax Iordanus *tom.*2. *lib.*10. *titul.* 17. *num.* 7. ibi: *Vel alio morbo, &c.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop. allegat.* 42. *num.* 24. quatenus dicit eſſe irregulares. Allegat Campanil. *in Diuerſorio iuris, rubrica* 11. *cap.*17. *n.*36 *in fin.* Idem Barboſa *ead. alleg. n.*46. cum Campanil. *n.*167. Molina *de iuſt. tract.*3. *diſp.*70. *n.*16. Bonacina *de cenſuris, diſp.*7. *q.*2. *punct.*1. *num.*18. & Filliucio *tract.*19. *num.*181. *verſ. Tertium.*

Et aduertunt Tamburinus *num.* 22. Peyrinus *eodem num.* 7. morbum Gallicum quandoque prouenire ex aëris corruptione, aut ex ſolo tactu, vel oſculis, vt aduertit Ioannes Almenar *in tract. de Morbo Gallico, cap.* 2. ex qua notatione poterit excuſari eligendus in Abbatem. Ita Campanilus *in Diuerſorio iuris, rubr.*21. *cap.*17. *n.*168. Hæc Aſcanius, & Peyrinus, qui tamen limitat niſi præceſſerint libidinis indicia.

874 Quod ſi petas, *An ineligibilis ſit ad Prælaturas, cui capilli, & barba ceciderunt?* Reſpondet Peyrinus *n.*8. Tamburinus *n.*20. cum Maiolo *vbi proximè, n.*4. Sayro *dict. cap.*9. *n.*6. & cum Valerio Reginaldo *in praxi fori Pœnitentiæ, lib.*30. *tract.*2. *num.*49. diſtinctione vtendo. Aut barba, & capilli ex nimia ceciderunt venere, aut alia ex cauſa, v. g. ex humore ſalſo. Si primum, affirmant inhabilem, & ineligibilem eſſe: & negant, ſi ſecundum. Si tamen, addit Peyrinus, notabilem non inducant deformitatem, ita vt ridiculum omnino hominem non faciant.

Pvnctvm V.

De rabidis, & phthiſicu.

Breviarivm.

Affliĉtin.

Non eſt afflictio danda afflicto. num.877.

Axioma.

Cauſa conſeruationis fauorabilior eſt, quàm noua acquiſitionis. num.878.

Faciliùs conſtitutum ius retinetur, quàm de nouo acquiratur. num.878.

Afflicto non eſt danda afflictio. num.877.

Electus.

Electus confirmatus, & conſecratus, remouendus non eſt propter infirmitatem inſanabilem ſuperuenientem, ſed eſt illi coadiutor adhibendus. n.877. 879.

Non conſecratus verò, an ſit in hoc caſu remouendus. num.878.

Eligendi, vel non.

Qui rabidus eſt, aut phthiſicus, in Prælatum ineligibilis eſt; & ſi eligatur, electio eſt nulla. n.875. 876. & 878.

Morbus.

Phthiſis, vulgò la Tiſica, *in quo conſiſtat, & à quo proueniat.* n.875.

Incurabilis eſt iſte morbus. n.875.

Rabies vnde dicta. n.875.

Non eſt incurabilis omninò. n.878.

875 Abbas Tamburinus *tom.1.de iure Abbat.diſp.5. quæſito 21. num.23.* pro eodem morbo habet rabiem, & phthiſim; ait enim: Rabidi, ſiue phthiſi infecti non poſſunt eligi in Abbates, & Prælatos, quia huiuſmodi morbus contagioſus eſt, & incurabilis. Sed quidem duplex morbus eſt, & valde vnus ab alio diſtans. Rabies enim, à verbo *Rapio*, dicta, vti Paſſeratius ait; *morbus canum, quum velut furore quodam acti, huc, atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt.* Phthiſis autem, vulgò *la Tiſica*, eodem Authore, & experientia teſte, eſt extenuatio totius corporis cum febre parua, propter pulmonis vlcera inſanabilia. Morbus itaque eſt totum corpus extenuans, proueniens ex vlcere pulmonis à pituita potiſſimum generato, quæ à capite delapſa, in pulmonibus computruit. Quamquam interdum, & ex proprio pulmonis affectu originem trahat, maximè quidem ex vaſis diruptione poſt ſputum ſanguinis non conglutinata: quod mali genus Græci vſitatiùs *Phthoen* vocant; definiuntque, eſſe totius corporis cum parua febre extenuationem, pulmonis inſanabilia vlcera conſequentem. Cum huiuſmodi autem totius corporis extenuatione non compatitur furor, nec inquietudo rabiei.

876 Sed quidquid de hoc ſit, dicendum omnino eſt, tam rabidos, quàm phthiſicos, inhabiles eſſe, & ineligibiles in Abbates, & in Prælatos, tam ſæculares, quàm Regulares. Et quidem iure naturali, & diuino inhabilitante, & non ſolùm canonico. Omnia enim iura inhabilitant ad quodlibet munus, & officium eos, qui ea corporis valetudine non pollent, qua decenter valeant ſuum exercere munus, & officium, ita vt tali deficiente valetudine, electio ipſo iure irrita ſit, & nulla, vt ſuprà dictum reliquimus, *num.865. verſic. Aſcanius autem.* Quod Phthiſici ineligibiles ſint, do-

R.P. de Marga Comment. in Conſt. Apoſt.

cent Peyrinus *tom.2. de Prælato, q.2.cap.4. num.9.* cum Maiolo *de Irregularitate, lib.2. cap.20. num.10.* Henriquez *lib.14. cap.8.* & Sayro *de cenſuris, lib.6. cap.9. num.13.* Tamburinus *loco citato.*

Et ſi vterque morbus inſanabilis eſt, probatur 877
efficaciſſimè concluſio *ex cap. Ex parte tua, el 5. de Clerico ægrotante.* In quo Innocentius Papa III. ſic decernit: *Ex parte tua fuit propoſitum, quod cùm Auraſienſis Epiſcopus graui morbo, & incurabili ferè per quadriennium laborauit, ita quod Paſtorale officium non poteſt vllatenus exercere, Princeps terræ illius, ac ciues Ciuitatis eiuſdem, à te poſtulant inceſſanter, vt ipſis (cùm ſis Metropolitanus eorum) ſtudeas prouidere. Verùm cùm ipſum ad ceſſionem compellere non poſſis, nec debeas vllo modo, nec afflicto afflictio ſit addenda, imò potiùs ipſius miſeriæ miſerendum, eo quod idem vir bonus extiterit, & Eccleſiam ſalubriter ſibi commiſſam gubernauerit: Nos volentes tam Epiſcopo, quàm Eccleſiæ prouidere, mandamus, quatenus illicò adiutorem aſſocies virum prouidum, & honeſtum, per quem tam Epiſcopo, quàm populo vtiliter conſulatur.* Hactenus textus ille, vbi Abbas *num 5.* hanc excitat quæſtionem, dicens: Sed hîc dubitatur per Doctores.

Nunquid electus, & confirmatus nondum conſecratus, ſit remouendus ex toto, propter morbum incurabilem ſuperuenientem? Et ait Vincentium in dictam Decretalem tenere, quod veniat remouendus ex toto, cùm iſte adhuc non habeat plenum ius, cùm reſtet conſecrationis munus, à quo remoueri poteſt per exceptionem, vt *in cap. Superbis, de accuſationibus.* Et addit Abbas: Et videtur placere Domino Antonio, vt iſte remoueatur. Et Zacharias *in additione ad Abbatem*, ſic ait: Poterit tunc remoueri. Adde Cardinalem *in cap. Niſi cùm pridem, de renunciatione*, Felinum *in cap. ſuper eo.* Mod. *in cap. Ex literis, el 1. de Homicidio*, & Ludouicum Romanum *ſingulari. 794.* incipit, *M. Epiſcopus.* Hæc ille. 878

Si ergo Epiſcopo, viro bono, & qui ſalubriter ſuam Eccleſiam miniſtrauit, datur coadiutor; & nondum conſecratus, quamuis electus Epiſcopus, & confirmatus, ex toto eſt remouendus propter morbum incurabilem ſuperuenientem electioni, & confirmationi, in prædictorum Doctorum ſententia; & dicto morbo ceſſante poteſt à conſecratione per exceptionem remoueri, à fortiori ineligibilis erit in Abbatem, & Prælatum Eccleſiaſticum, & inhabilis, iure Canonico attento, qui prædictos morbos incurabiles patitur. *Turpiùs* enim *eiicitur, quàm non admittitur hoſpes:* eſt axioma iuris, quod exornat, & probat Aug. Barboſa *tract. de axiomatibus, axiom 224. ex cap. Quemadmodum, §. Alioquin, de iureiurando.* Gloſſa *in cap. veſtras, verbo Ad inopiam, de donationibus inter virum, & uxorem.* Alex. *conſ.213. Ponderatis, num. 7. verſic. Accedit, quia turpiùs, lib.6.* Tiraq. *de iure conſtituti, p.3. limit.7. num.43.* Menoch. *conſ.90. n.124.* Surdo *de Alimentis, tit.7. q.17. n.41.* & *conſ. 174. n.13. conſ.175. n.41. conſil.371. n 54.* Belleto *Diſq. Clericalium p.1. tit. de diſciplina Clericali, §.29. n.7.* Anton. Monach. *Florent. deciſ. 24. n.36.* & *Bononienſ. deciſ.19. n.33.* Seraph. *deciſ. 1483. num.14.* Tuſcho *practicar. concluſion. tom 3. lit.F, concl.12. n.4.* & *tom 8. lit. T, concluſ.403.* Ioſepho Vela *diſſert.4. n 48.* Fauorabilior enim eſt cauſa conſeruationis quàm nouæ acquiſitionis. Menoch. *conſ 32. n.37.* & faciliùs conſtitutum ius retinetur, quàm de

nouo acquiritur, *l. patre furioſo, ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris* Surdus *deciſ.* 40. *n.* 5. Hucuſque Barboſa.

Conſultò dixi: *Si vterque morbus inſanabilis eſt.* Quia licèt de phthiſi, ex ſupradictis conſtet, quod ſit incurabilis, non ita conſtans mihi eſt, quod rabies inſanabilis etiam ſit, ob id, quod Paſſeratius dicit: *Multò tamen vtiliſſimè iecur eius, qui in rabie momorderit, datur.* Si ergo vtiliſſimè, minimè rabies incurabilis eſt.

Pvnctvm VI.

De paralyticis, ſeu paralyſin patientibus.

BREVIARIVM.

Beneficium.

Beneficium datur propter officium; vnde hoc exercere non valenti, illud conferri non poteſt. numero 879.

Electus.

Electo, & confirmato ægrotanti inſanabiliter, eſt illi coadiutor adhibendus. n. 879.

Eligendi, vel non.

Paralyticus, ſi eius tremor ita magnus ſit, vt exercere non poſſit, aut ad riſum moueat, non poteſt in Prælatum, vel beneficiarium eligi. n. 879.

Morbus.

Paralyſis morbus, in quo conſiſtat, à quo gignetur humore, & quomodo curetur. n. 880.

879 QVi paralyſi morbo, vulgò *Perleſia*, laborant, inhabiles ſunt, & ineligibiles ad Abbatias, & quaſlibet alias Prælaturas. Docet Peyrinus *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. Tamburinus *tom.* 1. *de iure Abbatum, diſputat.* 5. *quæſ.* 21. *num.* 24. cum Sayro *de cenſuris*, *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 10. Maiolo *de irregularitate*, *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 1. & Campanilo *in Diuerſorio iuris*, *rubr.* 21. *cap* 17. *num.* 164. Barboſa *allegat.* 42. *num.* 45. cum Sayro & Filliucio *tract.* 19. *num.* 181. *verſ. Quintum*, *num.* 1. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. §. 8. *verſ. Eadem ratio.* Ex quibus Doctoribus colligit Aſcanius *num.* 26. quod habentes tantummodo manus tremulas, vel caput, aut linguam, & tremor non ſit ita magnus, nec impediat eligendum in Prælaturam, nec ad riſum moueat, ſiue abominabilem illum reddat, poſſe eligi. Quod etiam docuerat Peyrinus *dict. n.* 11.

Concluſio probatur *ex cap. Conſultationibus*, *fin. de Clerico ægrotante*, vbi ita Honorius Papa III. decernit: *Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguæ aſſeris amiſiſſe, coadiutor eſt meritò adhibendus.* Ex quo benè infertur, Prælaturam, aut beneficium quidem, conferri non poſſe paralyſi morbo laboranti, ac ineligibilem illum eſſe, & inhabilem. Beneficium enim, & Prælatura dantur propter officium: propterea non admittitur ad beneficium conſequendum, & idem eſt ad obtinendam Prælaturam, qui deſeruire non valet. Pax Iordanus *tom.* 2. *de beneficiis, lib.* 10 *tit.* 17. *num.* 14. & ſæpè alibi, & cum Garcia *eodem tractatu*, *part.* 7. *cap.* 11. *per totum.* Vnde quia Archidiaconus ille officium ſuum perſoluere nequibat, illi datus fuit coadiutor, qui illud adimplere valeret. Prælatis enim impotentibus officium ſuum exercere, (ait gloſſa *in caſus formatione*) dandi ſunt coadiutores. Quo ergo iure, aut qua ex ratione poterit quis actu, & habitu impotens aſſumi ad officium, cuius exercitium in eo deſperetur omnino? Hic adnotare duxi ex Barboſa *in votis deciſiuis*, *tom.* 1. *voto* 35. *num* 19. quod quotieſcumque agatur de remouendo electo, & confirmato, iudicialiter eſt procedendum cum partis citatione. Et *tom.* 2. *voto* 97. *num.* 86. ait, quod electus ad officia electiua, habet firmum ius, & ſpoliari non poteſt ſine cauſa.

Paralyſis morbus conſiſtit, vti Paſſeratius ait, in reſolutione neruorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur *Hemiplexia*; hoc eſt, *Semiapoplexia*, quum in alteram corporis partem tantum malum incubuit. Nam cùm totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido, & craſſo, neruos plus æquo humectante, & laxante, ſenſumque pariter, & motum alteri ferè lateri eripiente. Curatio ægritudinis iſtius per reſtrictionem neruorum fit. Vnde Tertullianus *in apologia de Chriſto*: *Quum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ.* Reſtringere paralyticos propriè dixit pro ſanare; quum paralyſis, vt diximus, nihil aliud ſit, quàm neruorum diſſolutio, quæ aliter ſanari non poteſt, niſi nerui illi diſſoluti, & iuſto laxiores reſtringantur. 880

Pvnctvm VII.

De podagroſis.

BREVIARIVM.

Chriſtus Dominus.

Quinquies apparuit in die Reſurrectionis, & quare. num. 881.

Eligendi, vel non.

Ineligibiles ſunt ad Prælaturas podagroſi continui, & quaſi continui. n. 881.

Qui ſemel repulſus prætextu morbi fuit, non poteſt ampliùs eligi, niſi probet ſe liberatum. n. 882. & 886.

Morbus.

Podagra, & chiragra morbus deſcribitur. numero 883.

Quot ſint podagræ differentiæ, & curationes. numero 884.

Prælati.

Quanta debeat eſſe Prælatorum diligentia, & expeditio ad prouidendum neceſſitatibus Eccleſiæ, aut Monaſterij, & ſubditorum. n. 881.

Regula.

Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. n. 882.

POdagroſi continui, & quaſi continui, inhabiles ſunt, & ineligibiles ad Abbatias, & 881 alias Prælaturas. Ita Peyrinus *de Prælato*, *q.* 2. *capite* 4. *num.* 7. ex D. Thoma 3. *part. q.* 92. *art.* 10. Sayro *de cenſuris*, *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. Maiolo *de irregularitate cap.* 2. *num.* 1. Pariſio *de reſignat. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 13. Campanilo *in Diuerſorio iuris*, *rubrica* 11. *cap.* 17. *num.* 157. Valerio Reginaldo *in praxi*, *lib.* 30. *num.* 57. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputat.* 5. *q.* 21. *num.* 27. Barboſa *allegat.* 42. *num.* 43. cum Vgolino *de irregularit. cap.* 53. §. 1. *n.* 1. Campanil. *n.* 135. & 137. *d. cap.* 17. Et ratio eſt, quia Prælati debent omnino eſſe expediti ad

ad proſpiciendum, & prouidendum neceſſitatibus, quæ eorumdem Prælatorum curam erga Eccleſias, ſeu Monaſteria, & ſubditos, tam ſpiritualem, quàm corporalem, & temporalem reſpiciunt, iuxta illud *Zachar. 3. Dabo sibi ambulantes, de his, qui nunc hic aſſiſtunt.* Et notat Hugo... *in cap. 20. Ioannis*, quod quinquies apparuit Chriſtus in die Reſurrectionis, vt neceſſitatibus Diſcipulorum prouideret, ad denotandam Prælatorum diligentiam. Podagra autem, ſi continua eſt, aut quaſi continua, cùm reddat homines omnino impotentes, experientiâ teſtante, illos inhabiles, & ineligibiles ad Prælaturas reddet.

882 Conſultò additum eſt, *ſi continua eſt, aut quaſi continua*, quia ſi ſit intermedia, non impedit, vt in Prælatum eligatur quis, vti iidem Peyrinus, & Tamburinus docent cum Pariſio *dict. q. 3. numero quarto*, & Campanilo *loco citato*. Et ratio eſt, quia cùm podagra intermedia non præbeat impedimentum perpetuum, conſequenter homines à Prælatiis perpetuò arcere non debet, iuxta Panormitani doctrinam *in cap. Cùm inter Canonicos, numero 7. el 21. de electione*: quia tamen docet, ſemel impeditum ob morbum a Prælatiis arcentem, vt eligatur, debere probare ab eo eſſe liberatum; quia ſicut ſemel criminoſus (inquit) præſumitur perdurare in eodem crimine, niſi probetur emendatus, vt *in Regula Semel malus, de regulis iuris, lib 6* ita videtur dicendum in morbo, vt ſemel morboſus præſumatur laborare eodem morbo, niſi probet ſe liberatum... Secundò (addit) nota ex gloſſa, quod ſemel repulſus prætextu morbi, non poteſt ampliùs eligi, niſi probet ſe liberatum. Hæc Abbas. Pro podagra intermedia intelligo illam, quæ rarò illam patientes affligat, & impotentes reddat.

883 Podagra, morbus eſt articularis, pedes præcipuè infeſtans; aliis cum ardore, aliis cum algore: quo diuites, & otioſi præcipuè infeſtantur, vti Paſſeratius ait. Dicitur *Podagra*, eo quod pedicæ more, vulgò *el lazo*, pedum impediat vſum. *Chiragra*, autem nuncupatur morbus iſte, ſi manus infeſtet. De quo Martialis *lib. 1.*

Lingua, & podagra Diodorus, Flacce, laborat.
Et nihil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

Et Ouidius 2. *de Ponto.*

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

Seneca item *cap. 17. de vita beata*: *Delinimenta magis, quàm remedia podagræ mea compono.*

884 Duo ſunt podagræ genera; calida, quæ & rubens dicta; & frigida. Plinius *lib... cap. 10.* Podagram refrigerat radix *exiphio*: herba eſt folio mucronato, iridis folio non diſſimilis, vulgò *parezida à la hoja del lirio cardeno*. Refrigerat etiam ſemen è pſyllio, herba, de qua Plinius *lib. 25 cap. 11.* Item cicuta (*la cecuta*, herba venenoſa, teſte Plinio *eod lib cap* 13.) cum lithargyro (quod eſt quoddam metallici corporis genus, ſpuma argenti appellatum, quamvis non ſolùm ex argento, ſed etiam ex auri vena, & ex plumbo fiat, aut cum axungia, interiori ſcilicet porci pinguedine inueterata, *con manteca vieja*. Refrigeratur tandem podagra rubens, ſeu calida, in primo impetu, cum herba *Aizoum* dicta, vulgò *ſiempre viua*. Vtrique denique podagræ, & chiragræ conuenit erigeron cum axungia. Erigeron eſt quædam herba, ſic dicta, eo quòd vere caneſcat, & quamcitiſſimè in albam quandam lanuginem abeat. Erigeron enim Græcè, Latinè ſenem vernum ſonat. De quibus omnibus Paſſeratius videri poteſt in dictionibus modò recenſitis.

PVNCTVM VIII.

De furioſis, & lunaticis.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

Ineligibiles ſunt ad Prælaturas furioſi, & lunatici, qui lucida patiuntur interualla. n. 885.

Eligere.

Qui perpetuam non patiuntur amentiam, & furorem, extra amentiæ tempus eligere alios poſſunt. Debet tamen probare eſſe extra amentiam. n. 886.

INhabiles ſunt ad Prælaturas, & ineligibiles, furioſi, & lunatici, qui lucida patiuntur interualla. Ita Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 4. n. 12.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 5. quæſito 21. num. 30.* cum Maiolo *de irregularitate, lib. 2. cap. 14. num. 1.* Molina *de iuſtitia & iure tract. 3. diſp. 70. n. 12.* & Campanil. *in Diuerſorio iuris, rubrica 11. cap. 17. num 179.* addente *n.* 182 electionem de huiuſmodi furioſis factam, eſſe ipſo iure nullam. Et ratio eſt ſæpe repetita; quia illi officia Prælatorum explere neutiquam poſſunt. 885

Illi, qui perpetuam non patiuntur amentiam, & furorem, licet eligi non poſſint, poſſunt tamen extra amentiæ tempus eligere alios, vti cum Sigiſmundo à Bononia *de electione Prælatorum, par. 2. dub. 88. vel 89. n. 6.* aduertit Peyrinus *dict. n. 12,* & Tamburinus *dicto n. 30.* argumento canonis *Quamuis, 7. q. 1.* deſumpto ex Magno Gregorio *in Regiſtro, epiſt. 143. ad Eleutherium Epiſcopum* ibi: *Sed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus* Vbi Barboſa recenſet Flaminium Pariſium *de reſignatione beneficiorum, lib. 3. q. 8. n. 9.* dicentem, quod ſi habens dilucida interualla renunciaret, renunciatio tenet, ſi fuit facta interuallo furoris: & *à n* 10. reſoluentem, quod ſi aliquis fuit in furore, furor præſumitur durare, & contrarium dicenti incumbit onus probandi. Quæ certè doctrina eadem eſt, quam ex Panormitano *in cap. Cùm inter Canonicos, el 21. de electione, punct.* 7. retuli. 886

PVNCTVM IX.

De Dæmoniacis.

BREVIARIVM.

Dæmoniaci.

Qui maleficium in ſolis genitalibus patiuntur, an Dæmoniaci dicantur n. 888.

Eligendi, vel non.

Dæmoniaci ineligibiles ſunt ad Prælaturas. n. 887.

Eligere.

Dæmoniaci eligere an alios poſſint. n. 889.

Irregulatis.

Semel à Dæmone obſeſſi, irregulares ſunt, & à ſacris Ordinibus arcentur. n. 887.

INeligibiles ſunt ſimiliter in Prælatos dæmoniaci. 887
Ita Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 4. num. 12.* cum D. Th. *3. p. q. 82. art. 10. ad 3.* D. Antonino *in ſumma, 3. p. tit. 28. capite 5. verſus finem.* Henriquez *lib. 14. c. 8. num. 8. & 9.* Pariſio *de reſignat.*

ſignat. lib. 5. q. 6 num. 94. & allegat *canonem Cùm duobus*, 33. *diſtinct.* Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſit.* 21. *num.* 35. qui allegat Maiolum *de irregularitate*, *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 2. Borgaſium *cod. tract. tit. de corpore vitiatis*, *num.* 15. Gregoriom Sayrum *in Theſauro*, *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 14. & Campaniinm *in Diuerſorio iuris*, *rubrica* 11. *cap.* 57. *num.* 184. Er meritò quidem, quia etiamſi ſemel ſint à dæmone obſeſſi, irregulares ſunt, vti docet Iacobus de Graffis *in deciſionibus aureis*, *p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 47. Antonius Naldus *in ſumma*, *verbo Dæmon*, *num.* 8. & *verbo Irregularitas*, *n.* 28. vtrobique reddit rationem; quia licèt liberati appareant, vix tamen conſtare poteſt de illorum liberatione; & ideo nunquam ad ſacros Ordines promouentur.

888 Dno hic adortit Aſcanius. Primum eſt, maleficium in ſolis genitalibus non eſſe dicendum, quoad caſum, de qoo agimus, dæmoniacum. Pro ſe allegat Sayrum *vbi proximè*, & Sigiſmundum à Bononia *de electione canonica*, *dub.* 89. *num.* 9.

889 Secundum eſt, poſſe dæmoniacos ſuffragia in electionibos præſtare aliis eligendis, eodem Sigiſmundo authore.

Pvnctvm X.

De fatuis, ſtolidis, & ſtultis.

Breviarivm.

Eligendi, vel non.

Ineligibiles ſunt ad Prælaturas fatui, ſimplices, ſtolidi, ſtulti. n. 890. 891. & 892.

Fatuus.

Ille eſt fatuus, qui totalem habet ſpiritualis ſenſus iudicandi priuationem. n. 892.

Dicitur à Fando, *quia neque quod ipſe fatur, neque quod alij dicunt, intelligit.* ibid.

D. Gregorius I.

Magnus Gregorius, creatus fuit Pontifex anno 590.

Simplicitas.

Duplex eſt, vna bona, quæ dolo eſt contraria; alia mala, quæ negligentia, & ſtultitia eſt. n. 890.

Prælati.

Circa ſæcularia negotia, peritiâ pollere debent, & factorum experientiâ. n. 890. & 891.

Stultus.

Ille ſtultus eſt, qui hebetudinem habet cordis, & ſenſuum obtuſionem: qui propter ſtuporem non mouetur iniuria. n. 892.

890 INhabiles ſunt, & ineligibiles ad Prælaturas, ſtulri, ſtolidi, fatui, ſeu ſimpliees. Docet Peyrin. *de Prælate, tom.* 1. *q.* 2. *cap.* 4. *n.* 13. Tamburinus *tom.* 1. *de iure Abbatum*, *diſp.* 5. *n.* 6. Henriquez *in ſumma lib.* 14. *cap.* 8. *n.* 9. & Azor. *Inſtitutionum Moral. p.* 2. *lib* 6. *cap.* 2. *q* 4.

Probatur primò *ex can. finali*, 39. *diſt.* ex Gregorio Papa ad Nobiles Neapolitanos ſeſeribente, *lib.* 8. *epiſt.* 40. Ibi ita fatur: *Petrus Diaconus, quem à votis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt: & noſtis, quia hoc tempore talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolùm de ſalute animarum, verùm etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſollicitus.* Hæc textus. Epigraphe autem habet ſequentia: *Sæcularium negotiorum imperiti, non ſunt in Epiſcopos ordinandi.* Gloſſa verò *verbo Simplex*, quæ ſequuntur ait: *Quædam eſt ſimplicitas, quæ eſt contraria dolo, & illa eſt bona, vt* 16. *q.* 1. *Si cupis. Sed hic vocat ſimplicitatem, negligentiam, ſiue ſtultitiam, vt* 35. *diſt. in princ. illa enim impedit promouendum, vt hic argum.* 74. *diſt. Epiſcoporum.* Hæc ibi, & *verbo Extrinſeca*, ſic fatur: *Debet enim cautus circa ſua negotia eſſe, vt* 32. *diſt. Qui Epiſcopus, & eſt ſimile* 86. *diſt. Fratrem.*

Si ergo tempore D. Gregorij, qui fuit creatus 891
anno 5[illegible]0. debebat conſtitui Prælatus, qui non ſolùm ſalutem animarum vigilanter attenderet, ſed etiam qui circa ſæcularia negotia peritiâ polleret (quorum neutram ſimplex, ſtultus, ſtolidus, vel fatuus, vllo vnquam tempore, propter naturalem incapacitatem, potuit habere; quantò minùs illud habere quibit his nouiſſimis temporibus, omni dolo, & malitia plenis.) Debebit & hodie ſimilis ad Prælaturas aſſumi, & ſimplex ab illis arceri. Qui enim eligendus eſt, non ſolùm ad dignitates, & Prælaturas, ſed ad beneficia, debet habere experientiam factorum, vti bene Barboſa *in can. Redditum*, *num.* 1. cum Imola *in cap. Graue*, *num.* 4. *de præbendis*, & cum Menochio *de arbitrariis*, *caſu* 424. *à num.* 1.

Secundò probatur concluſio hæc breui, ſed effi- 892
caci ratione. Quia fatui, ſimplices, &c. inepti ſunt ad regimen animarum, & ad exercendum in ſpiritualibus, & temporalibus Prælatorum munus, vti per ſe patet. Et hæc quidem ratio imbibita eſt in præfato Canone Gregoriano. Stultus eſt, qui propter ſtuporem, vulgò *por el eſpanto*, non mouetur iniuriâ, vti ex D. Th. 2. 2. *q.* 46. *art.* 1. *in corpore*, ait Peyrinus *dict. num.* 13. & differt à fatuo, quia ſtultus dicit hebetudinem cordis, & obtuſionem ſenſuum; fatuus verò dicit totalem ſpiritualis ſenſus priuationem. Fatuus ergo caret ſenſu iudicandi; ſtultus autem habet ſenſum, ſed hebetatum. Vnde Archidiaconus *in cap. De Conſtantinop.* refert Affrani cuiuſdam dictum: *Ego me eſſe ſtultum exiſtimo, fatuum eſſe non opinor.* Hæc Peyrinus, qui vlteriùs ait: Vel dic ſecundùm Archid. *ibidem*, quod ſtultus eſt, quaſi extultus, ab *extollo*, quia ſe extollit: vel ſtultus, quaſi ſtatim vltus dicitur, ab *vlciſcor*; quia ſtultus ſtatim vltionem expetit, nec deliberat. Fatuus autem ſecundùm eundem, *in canone Legimus diſt.* 93. *n.* 2. dicitur à faris, vel fare, fatur; quia imperitiam ſuam oſtendit, fando quidquid latet in animo, vel reſpondendo ad interrogata. Et ideo dicitur fatuus à fando, quia neque quod ipſe fatur, nec quod alij dicunt, intelligit. Vel dicitur fatuus, quaſi inſulſus, ideſt ſine ſale, & ſine condimento diſcretionis. Hæc Peyrinus.

Pvnctvm XI.

De hermaphroditis.

Breviarivm.

Beneficium.

Fœmina, & hermaphroditus, in quo fœmininus præualet ſexus, iure diuino à beneficio Eccleſiaſtico arcetur, ſecus ſi maſculinus præualeat. numero 893. 894. & 895.

Iure Canonico à beneficio arcetur, etiamſi virilis præualeat. n. 894.

Eligendi, vel non.

Hermaphroditus ineligibilis eſt ad Prælaturas. numero 893.

Hermaphroditus.

Ille eſt, qui vtroque pollet ſexu. n. 893.

Computan

Computandus eſt inter viros, ſi virilis pollet: inter fœminas verò, ſi pollet fœmininus. n. 893.
A beneficiis, dignitatibus, & Ordinibus arcetur. num. 893. & 894.
Repellitur a teſtimonio in teſtamentis. n. 894.
Cuius ſit ſtandum indicio ſuper hoc, an præualeat vnus, an alter ſexus. n. 897.

Ordo.

Fœminæ, & hermaphroditi, in quibus non præualet ſexus virilis, iure diuino inhabiles ad Ordines ſuſcipiendos ſunt. n. 893. & ſeqq.

893 Siue ſexus præualeat fœmininus, ſiue virilis, inhabilis eſt, & ineligibilis ad Abbatias, & Prælaturas Eccleſiaſticas hermaphroditus, cum hac differentia, quod ſi præualeat fœmininus, inhabilitas illi de iure diuino procedat; de canonico verò, ſi virilis præualeat. Ita docet Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 1. cap. 4 num. 22.* Aſcanius Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 5. quæſt 21. num. 41* cum Franc. Suarez *tom. 5. in 3. part. D. Th. de cenſuris, diſp. 51. ſect. 2. n. 1.* Azorio *Inſtitutionum Moral. part. 2. lib. 6. cap. 2. quæſt. 3.* & cum Auila *de cenſuris, part. 2. diſp. 3. dub. 5.*

Huic conſonat doctrinæ Pax Iordanus *tom. 1. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 15. de ſexus virilitate,* in qua tertiam qualitatem neceſſariam ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia, conſtituit. Vbi poſtquam *num. 1.* dixerat, mulieres iure diuino cenſeri incapaces Ordinis, & beneficij, vt probat Azorius *part. 2. lib. 6. cap 2. q. 1.* & in confeſſo eſſe apud omnes, & ſeruari in praxi, teſtatus fuerat *num. 3.* ſic *num. 4* ait: Subamplia etiam in hermaphroditis, nam ex eadem ratione, eodemque iure ab Ordine, ac beneficio repelluntur. Dicitur verò *Hermaphroditus*, qui pollet in vtroque ſexu: vnde *in l. Quæritur, ff. de ſtatu hominum*, ita ſcribitur: *Quæritur hermaphroditum, cui comparamus? Et magis puto eius ſexus æſtimandum, qui in eo præualet;* atque ideò tanquam mas, vel tanquam fœmina cenſendus eſt, prout magis alteruter ſexus præualet (quod certe ita cenſetur *in canone ſi teſtes, §. Hermaphroditus*, vbi gloſſa *verbo Hermaphroditus, & verbo Ad teſtimonium, el 3. 4 quæſt. 3.*) quod ſi muliebris ſexus præualet, inter fœminas computandus erit, & iure diuino ab Ordinibus, & beneficiis repellendus.

894 Idemque, ſi ſit in vtroque ſexu par: ſi autem præualeat virilis ſexus, non excluditur iure diuino, ſed canonico tantùm, ab Ordine, & beneficio; ſi aliorum offenſio inde veriſimiliter oritura credatur, quòd ad prædicta aſſumatur, prout etiam repellitur à teſtimonio in teſtamentis, *in can. Si teſtes, §. Hermaphroditus, 4. q. 2.* Azor *dict. cap. 1. q. 3.* ſecus in iudiciis, & in aliis actibus, in quibus fœminæ recipiuntur ad teſtimonium. Angelus *in ſumma, verbo Hermaphroditus, §. 1.*

895 Si tamen ordinetur, & ſexus virilis incaleſcit, reciperet characterem, aliàs non, etiamſi æqualiter incaleſceret. Angelus *d. §. 2.* Syluest. & Tabiena *eod.* Præpoſitus *in d. §. Hermaphroditus.* Card. Toletus *in ſumma, lib. 1. cap. 58. num. 4. verſic. vnum reſtat*; qui tamen putat, quod ſi præualeret in ſexu virili, poſſit ordinari, ſicut eunuchus à natura, vel alius habens occultum defectum, non impedientem, vel generantem ſcandalum: fatetur tamen, quod quando vitium eſſet notorium, neuter deberet promoueri, propter ſcandalum, prout ſimpliciter dicit Archidiacon. *in can. Diaconiſſam. 1. q. 1.* Maiolus *de irregularitate, lib. 1. cap. 27.* Sayrus *lib. 6. cap. 8. num. 24.* Hactenus Pax Iordanus. Si ergo Hermaphroditus ad beneficium promoueri non debet, quantò minùs ad Abbatiam, & aliam quamlibet Eccleſiaſticam Prælatiam ineligibilis erit?

Conſonat etiam doctrina ſuprà à nobis tradita, 896
§. 5. ſect. 11. de ſexus diuerſitate, n. 302. & ſeqq. vbi probatum reliquimus, hermaphroditum, ſiue præualeat vnus, ſiue alter ſexus, inhabilem eſſe non ſolùm ad beneficium Eccleſiaſticum, ſed nec ad habitum, & profeſſionem Religioſam. Ergo cùm Abbatiam, aut aliam quidem Regularem Prælatiam obtinere nullatenus poſſit, qui profeſſus in eadem Religione non ſit, vti etiam probauimus ſubſectione ſecunda huius ſectionis, *à num. 795.* neceſſariò ſequitur hermaphroditum omnino inhabilem eſſe, & ineligibilem in Prælatum Regularem.

Quod ſi petas, *an dicto hermaphroditi ſit ſtandum,* 897
quinam in illo ſexus præualeat? Reſpondet Peyrinus *dict. n. 22.* ex Alb. Trotto *lib. 2. de perfection. Cler. part. 1. requiſ. 2. num. 10.* quod ſic. Portel. *in dubiis Regular. verbo Profeſſio Hermaphroditi, in addit. ad addit. n. 1.* ait iudicium petendum à Medicis, & à matronis honeſtis; & in horum defectu, à iuramento illius.

PVNCTVM XII.

De valetudinariis, & debilibus.

BREVIARIVM.

Electio.

Ipſo iure eſt nulla electio de indigno facta. n. 900.
Electio de digno facta, quem electores indignum putabant, valida eſt. n. 902.

Electores.

Indignum eligentes peccant mortaliter, & tenentur communitati reſtituere omnia damna ex tali electione ſequuta. n. 899.
Sub mortali tenentur digniorem eligere ibid.
Scienter indignum eligentes, priuantur pro illa vice facultate eligendi. n. 900.
Secus ſi ignoranter: in quo caſu ad illos deuoluitur illa. num. 901.
Non priuantur dicta facultate, ſi non habuit effectum electio. n. 901.

Electus.

Qui electus eſt, cùm ineligibilis eſſet, ſub mortali culpa tenetur non acceptare, & ſi acceptauit, renunciare ſub eadem tenetur, aliàs abſolui non poteſt. numero 898.

Eligendi, vel non.

Valetudinarij ineligibiles ſunt ad Prælaturas. numero 898. & ſeqq.
Et electiones de illis facta, ipſo iure ſunt nulla. n. 900.
Valetudinarij, ſi priſtinam recuperant valetudinem, ſi de illorum conſtet ſanitate, eligibiles ſunt. numero 903.
Qui ſemel propter ſalutis defectum repulſam pertulit, ne eligeretur, non poteſt ampliùs eligi, niſi probet ſe ab infirmitate liberatum. n. 903.
Stante infirmitate, poteſt quis eligi ad dignitatem, & ad officium, quorum munera exercere valeat, infirmitate illa non obſtante. n. 904.
Debiles ineligibiles ſunt ad Prælaturas, ſi debilitas ex praua corporis proueniat diſpoſitione, & eadem ferè ſit cum infirmitate, aliàs non. n. 906.

Infirmitas

Infirmitas.

Promouendum impedit, ſed promotum non repellit. numero 905.

Reſtituere.

Qui indignum eligunt, tenentur ad reſtitutionem. n. 899.

Verba.

Intelligi debent cum effectu, maximè in caſu de pœna ſpirituali. n. 901. & 902.

898 VAletudinarij (qui nimirum malo corporis affectu ſæpe ſæpiùs malè valent, frequenterque ægrotant) ineligibiles ſunt ad Prælaturas. Ita Laurentius de Peyrinis *tom. 1. de ſubdito*, q. 4. *cap.* 6. *q.* 14. & *tom.* 2. *de Prælato*, q. 2. *cap.* 4. *n.* 1. & mox citandi. Et ratio eſt, quia muneri, & officio Prælaturæ ſatisfacere non valent, vnde ſi de facto eligantur, ſub lethalis peccati reatu renunciare tenentur, & aliter abſolui non poſſunt, vti docent Peyrinus *dict. num.* 3. & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 21. *num.* 44. cum Nauarro *in Manuali*, *cap.* 25. *num.* 133. Flaminio Pariſio *de reſignatione beneficiorum*, *lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 9. Franc. Suarez *tom* 5. *in* 3. *part. diſp* 51. *ſect.* 2. *num.* 17. & cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 4. & notant cum Cardinali Caietano ibi, quod cauſæ obligantes Prælatum ad renunciandum Prælatiæ, à fortiori obligant ad non acceptandum, illâ oblatâ : & ſimul obligant electores, ne prædictis offerant, maximè quando cauſa eſt notoria.

899 Et hoc vltimum tenet Samuellius *de electione*, *tract* 2. *diſp.* 4. *controu* 1. vbi de indignum in communi eligentibus, docet inter alia, tria hæc. Primum *concl* 3 quod electi indignitas obnoxios pœnæ electores coram Deo reddit, vt ipſi teneantur ad omnia damna communitati reſtituenda, ex tali electione ſequuta. Et probat tam authoritate conſtitutionum Carthuſienſium, *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 8. vbi habetur, electores, omnium peccatorum ab eo ſic indignè electo, in Prælatura illa commiſſorum, eſſe participaturos. Tum ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 1. ibi : *Omnes vero, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque ius, quacumque ratione à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant... hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant ; eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint.* Tum tandem authoritate Conarruuiæ *in regula Peccatum*, *part.* 2. §. 7. *n.* 7. Soti *in lib.* 4. *de iuſt. & iure*, *q* 6. *art.* 3. *ad* 6. Salonis *in* 2. 2. *q.* 63. *controu.* 6. *in fine*, Leſſij *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 74 Sigiſmundi à Bononia *de electione*, *dub.* 61. *n.* 3. & Emm. Roderiq *tom.* 2. *qq. Regular q.* 52. *art.* 5. *verſic. Aduertatur etiam.*

Et quoad reſtitutionem damnorum, breuiter tacta hac ratione probat ; quia contra iuſtitiam commutatiuam illa intulerunt. Ex eadem enim iuſtitia, quia ex proprio officio, & munere tenebantur meliorem eligere ; ſed indignum eligendo, damna illa intulerunt, qui enim eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.* 40. *n* 24. *ex l. manumiſſione, ff. de iuſt. & iure.* Iaſone *in l. pecuniam, n.* 21. *ff. de conditione cauſâ datâ.* Bartolo in *in l.* 4. §. *Actor, n.* 2. *ff. de re iudicata*, & ex aliis.

Secundum, quod docet Samuellius *concl.* 4. eſt, quod electio de indigno facta, eſt ipſo iure nulla (quod in ſpecie de valetudinariis docent etiam Peyrinus *dict. q.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. Tamburinus *dict. n.* 44.) & taliter eligentes ſcienter, ſunt ipſo iure priuati facultate eligendi pro illa vice tantùm. Hoc probat aſſertum, primò *ex cap. Cùm cunctis*, & *Nihil*, *de electione in* 6. ſed talis Decretalis, nec in libro illo, nec extra, ſub titulo illo reperitur. Habetur tamen *in cap. Cùm in cunctis*, *el* 7. *extra.* Secundò authoritate gloſſæ *in cap. Scriptum*, *in cap. Cùm in cunctis* (*verbo Tunc*, & *verbo Priuatos* :) *in cap. Cumana*, & *in cap Quamquam*, *verſic. Secus, de electione* : & *in Clem. Exiui*, §. *Cæterùm*, *verſ. ſextò nota.* Panorm. *in cap. Dudum*, *de elect. el* 1. *n.* 1. Azorius *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *q.* 8. & aliorum. 900

Tertium, quod docet, eſt, quod ſi electores reuerà indignum eligant ignoranter, tunc non amittunt ius eligendi, ſed ad illos reuertitur ius eligendi. Ita *in concl.* 5. pro qua allegat DD. quos pro quarta præcedenti allegauerat, & docet gloſſa *in cap. Dudum, verbo In Ordinibus, el* 1. & 22. *extra de electione*, & *in cap. Quamquam*, *in caſu*, *verbo Scienter*, *el* 18. *eod. tit. in* 6. Et idem aſſerit *concl.* 7. in caſu, quod indigni electio effectum non habeat, quamvis eligendo grauiter peccauerint : allegat Nauarrum *in can. Pœna, n.* 12. Sayrum *de cenſuris, lib.* 4 *cap.* 15. *n.* 11. & *Quartò*, & Sigiſmundum *vbi ſuprà n.* 10 Quod apertè declarauit Gregorius X. in Concil. Lugdunenſi, vnde deſumptum eſt caput *Perpetuo*, *el* 7. *de electione*, *lib.* 6. Et ratione probatur. Quia verba, maximè in caſu quo agitur de pœna ſpirituali, debent intelligi cum effectu Abbas *in cap. In noſtra, n.* 10. *el* 10. *de ſepulturis*, Sylueſt. *verb. Excommunicatio* 7. *n.* 49. Baſſæus *tom.* 1. *verbo Sepultura*, *n.* 2. Trullench *tom.* 3. *tract. de iure Parochi, cap.* 9. *dub.* 3. *n.* 19 quos allegaui *in Diſquiſition. Moralib. & Canonic. tom.* 1. *tract.* 7. *diſq.* 6. *dub* 9. *n.* 2. & *tract.* 3. *diſput.* 2. *ſect.* 1. *dub.* 1. *num* 23. & denuò addo Barboſam *tract. de Axiomatibus iuris*, *axiom.* 222. *num.* 10. plura iura, & Doctores ad hoc axioma probandum cumulantem. Pro deuolutione ad eoſdem electores vide dicta *ſuprà*, *n.* 742. & dictis addo, quod ſi deuoluta ad Superiorem electione, ille eligit, non tamen habuit effectum electio, vel quia electus mortuus fuit, vel renunciauit, aut electio fuit caſſata, tunc electio ad primos reddit electores ; quia vocem tantùm pro prima amiſerunt vice, quam iam Superior celebrauit : & ſic ad illos iſta ſecunda pertinet electio. Ita Dubal *en la explicacion de la Regla*, *p.* 2. *q.* 20. *n.* 179. cum Pellizzario *tom* 2. *tr.* 9. *cap.* 2. *n.* 52. & 53. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 67. Samuellio, Tamburino, Sigiſmundo, & aliis. Et *n.* 177. aduertit, duobus in caſibus deuolui electionem ad Superiorem : *Primò* quando electores negligentes fuerunt, intra tempus à iure præſcriptum non eligendo. *Secundò*, quando elegerunt indignum ; & ſi dignum, formâ tamen iuris non ſeruatâ. 901

Ex qua vtique ratione, colligo veritatem concluſionis ſextæ Samuellij dicentis, electionem de digno factam, quem electores indignum putabant, bonam & validam eſſe, & conſequenter non priuari electores iure eligendi pro illa vice. Quia iura irritantia electionem de indigno factam, & dictam pœnam priuationis electoribus infligentia, cum effectu intelligi debent ; animus autem prauus eligentium, & illorum conatus, effectum non habent. 902

Sed inquires, *Poterit ne in Prælatum eligi, qui poſt inhabilitatem ob valetudinarium incurſam, priſtinam conſecutus eſt valetudinem* ? Reſpondeo quod ſic, 893

dummodo

dummodo de illius conſtet ſanitate. Ita gloſſa *in cap. Cùm inter Canonicos, verbo Recuſari* ibi: Sed adhuc probandum eſt ipſum morbo epileptico laborare, *el 21. de electione.* Ex qua Panormitanus ibi, *num. 7.* dicit, & notat ſatis opportunè pro præſenti reſponſione, quæ *punct.* 7. recenſui. Illam reddit Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 4. num 1.* dicens: Et aduerte, quod ſemel reprobatus ab aliqua dignitate, propter infirmitatem, vt eam iterum poſſit habere, debet probare ſe ſanum. Citat dictam gloſſam, & Ioann. Andr. & Panormitanum ibi, & Petrum de Baiſio *in Directorio electionum, part. 1. cap. 5. n. 6.* Ita & Tamburinus *ſub præcitato n.* 44. Quò loci ſubdit:

904 In hac tamen re maximè præcauendum eſt, quod ideò valetudinarij ſunt ineligibiles, quia munia Prælatiæ iniuncta exequi minimè valent; vnde ſi ſtante etiam infirmitate, poſſent aliquod munus exercere, ad illud vtique eligi poſſe exiſtimarem cum Laurentio de Peyrinis *tom. 1. de Prælato, cap. 4. n.* 4. maximè ſi eſſet benemeritus. Hæc Aſcanius. Peyrinum libet recenſere *loco citato*, qui reperitur *in quæſt.* 1 vt meliùs Tamburinus percipiatur.

Notandum tamen hîc eſt (inquit Peyrinus,) quod ſi detur aliqua dignitas, quæ comparibilis ſit cum infirmitate, etiam perpetua, ad illam talis infirmus aſſumi poterit. Solùm enim prohibent Canones, eos infirmos aſſumi, qui ex infirmitate impotentes redduntur ad exequendum Officium ſuum, vt docet gloſſa *in cap. Niſi cùm pridem, cu. verbo Impotens.* Pariſius *lib 5. de reſignat. q. 3. n.* 18. Vbi nota, non loqui Peyrinum de Prælatis, quin potiùs infirmos paulò inferiùs à Prælaturis excludit, ibi: *Vbi ibi inhabiles ſunt declarantur ad officia ſuperioritatis exercenda*; ſed loquitur de collegis Prouincialium ſui Ordinis. *Puto itaque poſſe aliquem Patrem benemeritum, licèt infirmum* (inquit paulò inferiùs) *in collegam Prouincialis aſſumi.* Et reddit rationem, quia cùm Prouinciæ ſui Ordinis non ſint amplæ, & magnæ, poterunt facilè collegæ infirmi in viſitationibus Prouinciali aſſiſtere; & propter contrariam rationem, poſſe eoſdem in collegas Generalis eligi, negat. Et quod de collegis aſſerit Prouincialis, aſſerit de Senioribus, Scribis. Capitulorum, de Diſcretis ad Capitulum Prouinciale, & de Diffinitoribus.

905 Pro coronide huius puncti, quoad infirmos recenſere duxi Panormitanum *in cap. Cùm inter Canonicos, n. 2. el* 21. *de electione*, & Peyrinum *tom. 1 de ſubdito, q. 4. cap. 6. quæſtio* 14. Abbas, quæ ſequuntur ait: Nota, quod patiens morbum impedientem morboſum adminiſtrare dignitatem, eſt ineligibilis. Infirmitas enim impedit promouendum, ſi dubitatur de conualeſcentia. Non tamen repellit iam promotum; ſed ſibi debet dari coadiutor, *infrà de Clerico ægrotante, cap. Tua* & *in cap. de Rectoribus.* Hæc Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coriphæus. Peyrinus autem in ſequentia prorumpit, immediatè poſtquam Abbatis ſententiam recenſuit.

Ex quibus colligo duo. *Primum*, quod ſi quis eſſet infirmus, graui quantumvis infirmitate, non per hoc eſt ineligibilis, niſi omnino dubitetur de conualeſcentia, vel niſi dubitetur, quod pro eo tempore non conualuerit, quo durat officium, ad quod eſt aſſumendus: v.g. ſi laboret aliquis febri quartana, vel tertiana, quæ per annum, & plus quandoque durare ſolent, non poteſt hic in die Sancti Michaelis eligi in Correctorem; poterit quidem eligi in Prouincialem, & collegam, quia non dubitatur, quin intra illud tempus debeat conualeſcere.

Colligo *ſecundo*, quod electus ad dignitatem, quantumvis infirmetur, & taliter vt dubitetur de conualeſcentia, ſeu de facto videatur quod ſit inſanabilis, vtpote quia attactus, ſeu mancus, vel rabidus factus ſit, non per hoc tamen poteſt priuari, ſed illi debet dari coadiutor, iuxta caput *de Rectoribus, de Clerico ægrotante.* Hactenus Peyrinus ibi, quod etiam docet *tom. 2 de Prælato, q. 2. cap. 4. n. 2*1. cum Petro Gregorio *lib. 47. ſyntagm. cap. 9 n. 9.* cui conſonat Tamburinus *d. q. 21. n. 47.* dicens: Si aliquis electione ſequuta, & poſt Prælatiam, ſiue Abbatialem dignitatem acceptam inciderit in aliquam infirmitatem ex prædictis, non debet inuitus remoueri, nec ad renunciandum cogi, ſed in tali caſu debetur coadiutor, *cap. penult. & vlt. de Clerico ægrotante*, & *cap. Scriptum mihi* & *cap. Quamvis ſit ſtrictè, 7. q. 1.* Hæc Aſcanius, & iura ab eo allegata manifeſtè intentum probant. Eandem ſententiam tenuit Abbas *in cap. Niſi cùm pridem. §. Alia verò, de renunciatione, n. 9.* Vide quæ ſuprà dixi *n. 877. & 879.*

De debilibus itidem dicendum eſt, eſſe etiam inhabiles, & ineligibiles ad Prælaturas, ſi debilitas proueniat ex praua corporis diſpoſitione, & eadem ferè ſit cum infirmitate, aliàs non. Ita docet Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q 2. cap. 4. n. 4.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. diſp 5. quæſ. 21. n. 45* cum Menochio *de arbitrariis, lib. 2. caſu 6. n. 14* & Flaminio Pariſio *de reſignat. beneficior lib. 5. q. 3. n. 26.* Et ratio primæ partis eſt, quia eadem in debili militat, ac in infirmo ratio impoſſibilitatis exequendi ea, quæ ad munus, & officium ſpectant Prælati. Secundæ verò, quia dicta debilitas impoſſibilitate caret, & alio ex impedimento, vt ſuppono, à Prælaturis non arcetur. 906

PVNCTVM XIII.

De pinguibus.

BREVIARIVM.

Eligendi, vel non.

Præpinguis, an eligibilis ſit ad Prælaturas n. 907.

Pingues.

Pigri, deſides, ſomno, & gulæ multùm deditiesse ſolent. num. 907.

QVod præpingues ſint ineligibiles ad Abbatias, & alias Prælatias, docet Laurentius de Peyrinis *tom 2. de Prælato quæſt. 2. cap. 4. num 4. in fine.* Illius fundamentum eſt, quia hi pigri, & deſides communiter eſſe ſolent, ſomno, atque gulæ multùm dediti; vnde inhabiles ſunt ad regimen animarum, cùm vix ventrem gubernare poſſint. Ita ille, qui pro ſe allegat Campanilum *in Diuerſor iuris Canonici, rub ica 12 cap. 17. n.* 114. limitantem tamen in caſu, quo carnoſitas naturaliter cuipiam aduenerit, præſertim ſi in toto corpore æqualiter adſit; nam tunc, inquit, ſunt ſatis habiles ad dignitates ſuſtinendas. 907

Aſcanius Tamburinus *d. n. 45.* eligibiles eſſe aſſerit, maximè ſi carnoſitas naturaliter eis aduenerit, & in toto corpore naturaliter conſiſtat, nec illos impediat ad ſuum officium complendum. Et certè, ſi illos non impedit, non ſentit aliud Doctor iſte, quàm Peyrinus ſenſerat, cùm ille ſupponat plurimùm impedire ob pigritiam, deſidiam, &c. quo deficiente ſuppoſito, non diſſentit, nec Campanilus quidem, cùm vterque præpingui naturali, & æqualiter carnoſo habilitatem concedat.

Digitized by Google

Pvnctvm XIV.

De ſenibus.

BREVIARIVM.

Beneficium.

Iacapax eſt beneficij, qui illius non poteſt exercere munera. n. 908.

Eligendus.

Senes, qui ita debiles ſunt, vt munera Prælatiæ exercere non valeant, ineligibiles ſunt ad illam. numero 908.

Ordo.

Declarare quinam ſint corpore vitiati, vel non vt valeant Ordines recipere, vel non, ad Prælatum Regularem reſpectu ſuorum ſpectat ſubditorum. numero 910.

Senectus, Senes.

Non eſt annis regulanda, ſed complexione, & temperamento. Et quinam ſenes ſint, iudicare debet vir prudens, & Iudex. n. 909.

908 DE ſenibus dicit Tamburinus *tom. 1. diſp. 5. q. ſ. 21. num. 46.* quod ſi ſint inhabiles ad munus ſuum exercendum, ineligibiles ſunt in Abbates, & Prælatos. Idem docuerat Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 1 cap. 4. num. 5.* cum D. Th. 2. 2. q. 185. *art.* 4 & cum Pariſio *de reſignatione beneficior. lib. 5. q. . . num. 51.* Expreſsè eſt deciſum ab Innocentio III. *in cap. Niſi cùm pridem, el 10. de renunciatione*, ibi: *Alia verò cauſa eſt debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit; nec tamen omnis, ſed iſta ſolummodo per quam impotens redditur ad exequendum Officium Paſtorale* Vbi Panormitanus §. *Alia verò, num.* 8. de debilitate corporis, ait: Et hæc ſurgit ex duplici cauſa, aut ex ſenectute, aut ex infirmitate: oportet tamen, quod talis ſit, quod reddat beneficiatum inhabilem ad executionem, & adminiſtrationem beneficij. Barboſa *in idem cap. & §. numero 7.* ait etiam, ſenectutem debere eſſe, quæ reddat impotentem ad exequendum Officium Paſtorale.

909 Quinam autem ſint, qui hac laborent ſenectute, non eſt facile determinare, vti bene dixit Peyrinus, cùm non omnes homines vnius ſint complexionis, & temperamenti, nec ſub eodem climate viuant: vnde prouenit, quod aliqui in quinquageſimo, alij in ſexageſimo, alij in ſeptuageſimo, alij in octogeſimo anno conſeneſcant. Et hoc eſſe relinquendum prudentis arbitrio, docent penes ipſum Peyrinum Menochius *de arbitrariis, lib. 2. caſu 59. num.3* & Pariſius *dict. lib. 5. q. 6. n. 7.* Barboſa *vbi proximè, num. 9.* & *de poteſtat. Epiſcopi, allegat. 69. num. 32.* id iudicis committit arbitrio. Allegat Menochium ipſum *caſu 53. n. 3.* & *caſu 59. num. 3.* Proſperum Auguſtin. *in addit. ad ſummam Bullarij. verbo Beneficiorum reſignationes, in princ.* Aloyſ. Riccium *in deciſionibus Curiæ Neapolitanæ, dec. 18. p 4* Maſſobrium *in praxi habendi concurſum, requiſ. 7. dub. 6.* Quibus addo Abbatem *in cap. Quoniam frequenter, n. 18. & 19 el 5. vt lite non conteſt.* Maſcardum *de probationibus, concl. 1295. n. 8.* dictum Flaminium *lib. & quæſt. citatis, n. 56. & q. 6. à n. 5* Marcum Ant. Genuenſem *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, cap. 53. n. 1.* Rendinam *in promptuario receptarum ſententiarum, in fine tom. 1. in miſcellan. n. 4.* & Tamburinus idem ſentit *dicto tom. 1. diſp. 13. qu. ſ. 1. num. 11. pag. mihi* 109. qui ſicut Barboſa loquitur in terminis ſenis volentis Prælatiam, prætextu illius, renunciare. Quinam autem ſit iudex, cuius arbitrio relinquatur iudicium iſtud, ait Tamburinus, quod ſit ille, in cuius manibus, & de cuius licentia renunciatio facienda eſt: vnde in caſu electionis Iudex, cui competit confirmare electum, eſt ad quem ſpectat iudicare, an ſit ex cauſa ſenectutis impeditus, necne.

Quod ſi incidenter petas, ad quem ſpectet declarare, *quinam ſint corpore vitiati, necne, vt recipere valeant Ordines, vel non; ad Prælatum ſcilicet Regularem, ſuorum ſubditorum reſpectu; vel ad Epiſcopum, à quo illos recipere intendant?* Reſpondet Peyrinus *tom. 2. de Prælato, quæſt. 2. cap. 4. num. 24.* huiuſmodi declarationem ſpectare ad Prælatum Regularem, dimiſſorias ſubditis ſuis concedentem, quidquid alij dicant. Reſponſum probat authoritate Angeli Theologi *in ſum. verbo Corpore vitiati, §. 5.* Suarez *tom. 5. in 3. p. de cenſuris, diſp. 51. ſect. 2. num. 16. in fine*, & Petri de Baiſio *in Directorio electionum, part. 2. cap 19. num. 2.* Et hac breui ratione: Quia dictus Prælatus Regularis authoritatem habet quaſi Epiſcopalem. 910

Pvnctvm XV.

De peccantibus in ſtatura, &c.

BREVIARIVM.

Declarare.

Quinam ſint corpore vitiati, vt ineligibiles ſint, ad eos declarare pertinet, ad quos electos confirmare ſpectat. n. 931.

Eligendi, vel non.

Ineligibiles ſunt ad Prælaturas, qui à communi hominum ſtatura ita ſunt alieni, vt cæteris contemptibiles ſint, & ridiculi, ſiue excedant in magnitudine, ſiue in paruitate corporis, aut alicuius membri. num. 911. 912. & 913.

Item, qui faciem ita abhorrentem à conſuetis habet, vt riſum moueat. Et qui cicatricem habet in facie, niſi in defenſionem alicuius virtutis eam receperit. num. 914.

Item, qui manibus caret, aut pedibus. n. 915.

Item, qui claudi ſunt, aut pedibus ſtare non poſſunt, nec ſine ſuſtentaculis ambulare, vel non, niſi ridiculè. n. 916.

Limita in caſu, quo magnam non generent abominationem, etiamſi eorum crura in diuerſum ſint acta. num. 917.

Item ſunt ineligibiles cæci. n. 918.

Luſci etiam, & lippi, ac alij habentes defectum in oculis, ſi deformitas ſcandalum moueat, & riſum. num. 919.

Item naſo carentes; non tamen qui ſunt diſtorto, paruo, grandi, ſimo, aut contuſo naſo, niſi defectus magnam pariat deformitatem n. 920.

Item ſurdi, ſurditate durante. Et quibus abſciſſæ ſunt aures. n. 921.

Item muti, non tamen balbutientes, niſi talis ſit illorum defectus, vt vix integrum verbum efformare poſſint. n. 922.

Item gibboſi, qui oculos in cœlum, abſque magna difficultate leuare non poſſunt; non autem illi, quibus corpore recto, dorſum tumore magno creuit. numero 923.

Item

Item ſunt ineligibiles ad Prælaturas, qui ſunt ad Ordines inhabiles. n.932.

Surdaſtri ineligibiles non cenſentur. n.921.

S. Gregorius VII.

Ildebrandus antea dictus, fuit creatus Summus Pontifex anno 1075. n.932.

Infirmitas.

Promouendum impedit, ſed promotum non repellit. num. 933.

Qui ob deformitatem, aut defectum alicuius membri Miſſam celebrare non poteſt, ei cætera officia non prohibentur. n.912.

Modica deformitas irregularitatem non cauſat. numero 912.

Prælati.

Prælatorum munia, & dotes recenſentur, à num. 924. ad 929.

Prælatorum præcipua inſignia ſunt morum manſuetudo, & cordis humilitas. n.929.

Prælati Regulares authoritatem habent quaſi Epiſcopalem. n.931.

Prælati Sacerdotes eſſe debent. n.932.

Res Eccleſiæ.

Eccleſia res vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum. n.917.

Nonnulli ſunt ditiores Monachi, quàm fuerint ſeculares: & Clerici, qui poſſideant opes ſub Christo paupere, quas ſub locuplete, & fallace diabolo habuerant. n. 927.

Scandalum.

Propter Scandalum multa ſunt dimittenda. numero 912.

Signati.

A natura ſignati, caueri debere, ait Peyrinus. numero 923.

911 QVi ita alieni ſunt à communi hominum ſtatura, & habitu, vt cæteris contemptibiles ſint, & ridiculi habeantur, ineligibiles ſunt ad Abbatias, & quaſlibet alias Prælatias, ſiue excedant in magnitudine, ſiue in paruitate. Ita Banormitanus *in cap. Presbyterum, num. 2. & 3. el 2. de Clerico ægrotante.* Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 4. num. 14.* cum Innocentio *in cap. ex parte, el 5. de Clerico ægrotante*, & Tiraquello *in l. connub. gloſſa 1. p. 2. n. 59.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 5. q. 21. n. 29.*

Et probatur *primò* ex noſtro Gregorio Magno *in Paſtorali*, relato *in can. Hinc etenim, el 2. 49. diſtinct.* vbi ad arcendos à Sacerdotali munere maculam habentes in corpore, recenſet inter alios, eos, qui paruo, vel grandi, vel torto naſo ſunt. Ait enim: *Superna voce ad Moyſen dicitur in Leuitico (cap. 21.) loquere ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius:* vbi repente ſubiungitur: *Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi lippus, ſi gibboſus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus.*

912 *Secundò* probatur *ex cap. 2. de Clerico ægrotante*, vbi ita Eugenius Papa decernit: *Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ à prædone abſciſſos ſignificaſti, Miſſam non permittimus celebrare; quia nec ſecurè propter debilitatem, nec ſine ſcandalo propter deformitatem membri hoc fieri poſſe confidimus. Ipſum autem cæteris officiis ſacerdotalibus fungi minimè prohibemus.* Hæc textus. Gloſſa autem *verbo Scandalo*, ait: Propter ſcandalum enim multa ſunt dimittenda. Et *verbo Deformitatem*, inquit: Ex hoc verbo apparet, quæ deformitas impediat ordinandum, ſuſpendat ordinatum.

Tertiò probatur *ex cap. Thomas, el 7. de corpore vitiatis*, vbi ita Innocentius III. *Thomas Monachus propoſuit, quod cùm in annis puerilibus eſſet conſtitutus, quadam barra ferrea ſuper dextra ſua pollicem fortuito caſu cadens, vngulam auulſit ab eo. Quocirca mandamus, quatenus ſi ad frangendum Eucharistiam ſit in pollice ipſo potens, & aliud canonicum non obſiſtat, propter deformitatem huiuſmodi non dimittas, quin eum ad Ordinem promoueas Sacerdotis.* Vbi gloſſa *verbo Deformitatem*, ſic ait: Modica enim deformitas non impedit, qualis hîc fuit, *ſup. eod. cap. 1.* ſi enim magna eſſet deformitas, vt ſi totum digitum, vel pollicem prodidiſſet, non promoueretur, *infrà de Clerico ægrotante, Presbyterum.* 913

COROLLARIA.

Ex dictis infero *primò*, ineligibilem eſſe, qui faciem ita abhorrentem à conſuetis habet, vt riſum moueat. Ita ex Campanilo *in Diuerſorio Iuris Canonici, rubrica 11. cap. 17. num. 47.* Tamburinus *dict. quæſt. 21. num. 31.* Peyrinus *vbi ſuprà.* qui etiam deformem, & ineligibilem pronunciat cum eodem Campanilo, & Maiolo *de irregularitate, cap. 21. num. 1.* Saloni *2. 2. q. 65. art. 1. controu. 4. concl. 1.* & cum Reginaldo *in praxi, lib. 30. numero 51. verſic. Poſtremò*, eum qui habet cicatricem in facie; niſi tamen propter defenſionem fidei, vel alterius virtutis eam recepiſſet. 914

Secundò infero, eſſe ineligibilem, qui manibus, aut digitis quidem caret. Ita Peyrinus *n. 15.* & Tamburinus *n. 36. ex can. Qui in aliquo, 51. diſt.* ibi: *Aut deciſione aliquid minus, ex can. Pœnitentes, 55. diſtinct.* & extra *cap. Thomas, 7. & fin. de corpore vitiatis*, & *cap. Presbyterum, de Clerico ægrotante*, ſuprà redditis. Et ex D. Th. *3. p. q. 82. art. 10. ad 3.* Maiolo *de irregular. lib. 1. cap. 14. n. 1.* Borgaſio *eod. tract. lib. 5. tit. de corpore vitiatis, n. 4.* Sayro *in Theſauro, lib. 6. cap. 8. n. 18.* & ex Campanilo *in Diuerſorio iuris, rubr. 11. cap. 17. à n. 104.* Et ratio eſt, cùm propter impotentiam exequendi ea, quæ muneris, & officij Prælatorum ſunt; multa enim ſcribere, & facere tenentur, quæ exequi nequeunt abſque miniſterio digitorum. Tum etiam propter deformitatem, quæ in carentibus manibus aut digitis conſideratur. 915

Tertiò infertur, claudos, qui pedibus ſtare non poſſunt, nec ſine ſuſtentaculis ambulare, vel non niſi ridiculè, ineligibiles eſſe, propter naturalem impotentiam decenter munus Prælatorum exequendi. Docent Peyrinus *loco citato de Prælato, q. 2. cap. 4. num. 16.* & Tamburinus *dict. tom. 1. diſp. 5. q. 21. num. 32.* cum D. Antonino *in ſumma, 3. p. tit. 28. cap. 5. verſic. Nota quod*, Maiolo *cap. 18. num. 2.* Sayro *dicto cap. 8. num. 22.* Reginaldo *lib. 30. num. 54.* Campanilo *d. cap. 17. num. 127.* & ex Platone *Dialogo 7. de Republica, colum. 14.* monente, claudos ſacris non initiandos, neque Reipublicæ præficiendos; quia requiſitorum laborum tolerantes non ſunt. 916

Limitant tamen Peyrinus, & Tamburinus *ex can. Si quis infirmitate, 55. diſtinct.* Maiolo, & Sayro *locis citatis*, in caſu, quo magnam non generent abominationem, etiamſi eorum crura ſunt in diuerſum acta, quia turpitudo illa habitus longitudine operitur, & aliàs, vt ſupponitur, habiles ſunt ad munus Prælaturæ exequendum. 917

918 *Quartò* infertur, cæcos eſſe ineligibiles in Prælatos. Ita Peyrinus *num* 1.. & Tamburinus *num.* 33. ex D.Thom. 3.*p.quæſt.*82.*art.* 10. *ad* 3. Campanilo *dicta rubr.*11. *cap.*17. *num.*51. Maiolo *cap.*20.*n.*1. Sayro *dict.cap.*8. *num.*5. Garcia *de beneficiis, part.*7. *cap.*12. *num.*21. Petro Gregorio *lib.* 47.*ſyntagmat. cap.*16. *num.* 19. & 20. Flaminio Pariſio *de reſignat. beneficior. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 36. & Reginaldo *lib.* 20. *num.*40. Et ratio eſt, quia eſt impoſſibile, vt cæcus Prælatiæ munus, quæ hominem oculatum ante, & retro requirit (ait Peyrinus) rectè exequatur.

919 Luſci autem, vulgò *los tuertos*, ſtrabones, *los de ojos turnios*, Lippi, *los legañoſos*, & alij habentes defectum in oculis, ſi in eis non ſit tanta deformitas, quæ ſcandalum, & riſum moueat, ineligibiles non ſunt, vti docent Peyrinus, & Tamburinus *num.*34. poſt Sayrum *à num.*8. Monent tamen ſemper vt à ſignatis caueant.

920 *Quintò* infertur, carentes naſo, ineligabiles eſſe, ob deformitatem. Docent Peyrinus *dict. cap.*4. *numero* 19. Tamburinus *num.* 37. cum Maiolo *lib.* 1. *cap.*22. Sayro *cap. citato*, *num.* 14. Molina *de iuſt. & iure, tract.* 3. *diſp.*70.*num.*7. Reginaldo *num.*50. Campanilo *vbi ſuprà*, *num.*84. Qui tamen ſunt diſtorto, paruo, grandi, ſimo, aut contuſo naſo, ineligibiles non ſunt, niſi eius magnitudo, vel paruitas, &c. deformitatem pariat. Ita Peyrinus, & Tamburin. *locis modò alleg.* cum Campanilo. *n.*85.

921 *Sextò* infertur, ſurdos non poſſe in Prælatos eligi, durante ſurditate, ſiue ſurdi ſint à natiuitate, ſiue caſualiter. Quia cùm ſubditos auxilium implorantes audire debeant, huic muneri ſatisfacere non poſſunt. Ita Peyrinus *dict. cap.*4. *num.*20. & Tamburinus *d. quæſt.* 21. *num.* 40. cum Sayro *in Theſauro lib.* 6. *cap.* 8. *num.*17. Petro Gregor. *lib.* 47. *ſyntagmat. cap.*9. *num.*3. Maiolo *de Irregularitate, lib.*1. *cap.*25. *num.* 1. Reginaldo *lib.* 3. *numer.*50. Pariſio *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.*3. *num.* 25. Campanilo *in Diuerſorio Iuris*, *rubrica* 11. *cap.* 17. *num.* 39. Et idem dicendum aiunt cum Auila *de cenſuris, part.*7.*diſp.*3.*dub.*1.*corollar.*2.& cum Campanilo *n.*4. de iis, quibus propter delictum abſciſſi eſſent aures, quia auribus carere, maximè propter delictum, plurimam dicit deformitatem. Surdaſtri verò non cenſentur ineligibiles, vti cum Maiolo *num.* 5. Sayro *loco citato*, & cum Nauarro *lib.* 1. *conſiliorum*, *titul. de corpore vitiatis*, *conſil.*7. *n.*3. docent ipſe Peyrinus, & Tamburinus.

922 *Septimò* infertur, mutos ineligibiles eſſe. Ratio eſt, quia Prælatorum munus eſt præcipuum ſubditos docere, monere, & corrigere, quod exequi nequit à muto. Ita docent Peyrinus *num.* 21. & Tamburinus *num.* 38. ex D. Th. 3. *part. quæſt.* 82. *art.*10. *ad* 3. Petro Gregorio *ſyntagm. lib.* 47. *cap.*9. *num.*10. Maiolo *dicto lib.*1. *cap.* 26. *num.*20. Sayro *vbi proximè*, *num.* 21. cum quibus etiam ſentiunt, aliter dicendum de balbutientibus, niſi talis eſſet illorum defectus, vt vix poſſent integrum efformare verbum.

923 *Octauò* infertur, eos gibboſos in Prælatos eligi non poſſe, qui ita curui ſunt, vt oculos in cœlum, abſque magna difficultate leuare non poſſint. Ita docent Peyrinus *num.* 17. & Tamburinus *num.*42. Poſſe tamen eligi eos, quibus dorſum tumore magno creuit, corpore recto, docet Peyrinus cum D. Antonino *part.*3. *ſumma*, *tit.*28. *cap.*5. Maiolo *de Irregularitate, lib.*1. *cap.* 19. *num.* 1. & Campanilo *in Diuerſorio Iuris*, *rubrica* 11. *cap.*17. *num.*103. & vidi (addit) ex huiuſmodi gibboſis, multos Prælatos; ſed ego nunquam illis meum darem ſuffragium: non enim ſine quare ſignati ſunt, ſuppoſito, quod id illis naturaliter euenerit. Neminem enim naturam velle decipere, credendum eſt. Hæc Peyrinus.

Ego tamen huiuſmodi viris ſuffragium meum non negarem, ſi aliàs illos cognoſcerem præditos ſcientiâ, prudentiâ, pietate, & aliis qualitatibus opportunis ad munia Prælatorum propria explenda, quæ vti idem ait Peyrinus *cap.* 7. *eiuſdem quæſtionis ſecundæ*, *num.* 3. ſex illa ſunt, aut potiùs duodecim, vti idem ait *tom.*2. *de Prælato*, *quæſt.* 2. *cap.* 2. *à num.*17. de quibus agemus infrà *ſubſect.*10. 924
Primum eſt, quod debet eſſe Paſtor: bonus autem Paſtor, vti ipſe refert ex D. Thom. *lib.*3. *de Regimine*, *cap.*11. eſt, qui principaliter bonum ſubditorum intendit; qui per ſe ſufficiens reperitur, quique in omnibus bonis ſuperexcellit; & qui curam habet ſubditorum, vt bene operentur. Et ex D. Bernardo *in ſententiis*, *non procul ab initio*, ſequentia recenſet: *Boni Paſtoris eſt vigilare ſuper gregem propter tria neceſſaria, videlicet ad diſciplinam, ad cuſtodiam, ad preces. Ad diſciplinam, propter morum correctionem, ne grex commiſſus propriâ moleſtiâ deficiat. Ad cuſtodiam, propter diabolicam ſuggeſtionem, ne hoſtili ſeducatur calliditate. Ad preces, propter tentationum inſtantiam, ne vincatur à puſillanimitate. In diſciplina, rigor iuſtitiæ: in cuſtodia, ſpiritus conſilij: in prece, affectus compaſſionis* Idem Bern. *epiſtol.* 73. *ad Renaldum Abb.* ait apud Barboſam *de poteſtate Epiſcopi part.* 1. *tit.*2. *gloſſa* 2. *num.* 15. *Onus animarum eſt infirmarum; nam quæ ſana ſunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus ſunt: igitur agros moribus exhortando, increpando, age opus tuum, & portando ſanas, quia ſanando portas. Si quis verò ita ſanus eſt, vt magis iuuet te, quàm iuuetur à te, huius te parem, non patrem cognoſcas, tamen in ſanis minùs lucraris, quia tua tibi præmia minuis; in infirmis autem in tantùm magis lucraris, in quantùm magis grauaris.* D. Gregor. Magnus *in Paſtor.lib.*1. *cap.* 11. ita ait: *Ad dignitatem Pontificalis excellentiæ rectè peruenit . . . qui ſic ſtudet viuere, vt proximorum quoque corda arentia doctrina valeat fluentis irrigare. Qui orationis vſu experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ popoſcerit, poſſit, &c.*

Secundum Prælati munus eſt, vt non coactè, ſed 925
ſponte paſcat; ideſt non ambitione, vel auaritiæ, aut alterius terrenæ rei amore gregem paſcat, ſed ſolùm intuitu ſupernæ mercedis. Quocirca Nazianzenus *orat.*1. *num.*29. *Siquidem Antiſtes virtutis ſuæ præſtantia multitudinem ad mediocritatem tracturus ſit, ac non per vim cohibiturus, ſed perſuaſione allecturus. Nam quod vi, ac neceſſitate exprimitur, præterquam quod tyrannicum eſt, minimeque laudandum, ne firmum quidem, ac ſtabile eſt: ſolet enim id, cui vis adhibita eſt, non ſecus ac planta, per vim manibus inflexa, ſimul vt dimiſſum fuerit, ad ſe rurſum reddire: quod autem à libera voluntate proficiſcitur, æquiſſimum, ac firmiſſimum eſſe ſolet, vtpote beneuolentiæ vinculis aſtrictum, atque conſeruatum.*

Tertium munus Prælati eſt, vt ſubditos ſecun- 926
dum Deum regat, ſcilicet alacriter procurans munus impoſitum ſecundùm Dei voluntatem obire, hominum paſſiones auerſans, ſoli Deo placere cupiens, illius ſolius gloriam quærens, ad eum ſolum oues dirigens, honorem Dei, animarumque ſalutem verè ſecundum Deum zelans, non vt aliqui, de quibus quidam:

Sæpe ſcelus cœlum zeli velamine texit.

Cui

Cui zelus cœlum eſt, non facit ille ſcelus.

927 *Quartum* munus eſt, vt hoc non fiat turpis lucri gratiâ. O Prælati (exclamat Peyrinus) examinate conſcientias veſtras, *ſcientes, nihil aliud eſſe res Eccleſiæ* (vt ait S. Proſperus *lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 9. & 10.*) *niſi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum.* Audite D. Hieronymum *ad Nepotianum*, dicentem: *Nonnulli ſunt ditiores Monachi, quàm fuerint ſæculares; & Clerici, qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete, & fallace Diabolo habuerant, vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit antè mendicos.* Gregor. Magn relatus à Barboſ. *d. tit. 2. gloſſ. 3. num. 13.* ita in Paſtorali, *lib. 1. cap. 11.* dicit: *Ille nihilominus ad dignitatem Paſtoralis Officij debet promoueri, qui ad aliena cupienda non ducitur, ſed propria largitur.*

928 *Quintum* munus eſt, vt Prælatus non ſit imperioſus, nec imperioſè ſubditos vexet, *ſed morum manſuetudo* (vt ait Magnus Baſilius *reg. 45. ex fuſ. diſp.*) *& humilitas cordis, hæc præcipua Antiſtitis inſignia ſunt. Talis enim fuit Chriſtus, & dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Et Author Operis Imperfecti, ad illud *Matthæi 20. Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum*, ait: *Principes Eccleſiæ fiant, vt ſeruiant minoribus ſuis, vt miniſtrent eis, quemadmodum acceperunt à Chriſto; & ſuas vtilitates negligant, & aliorum procurent, vt ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorum.* Plures authoritates pro hoc munere fulciendo, quibus illud maximè illuſtratur, & quibus dicta exornari poſſunt, Auguſt. cumulat Barboſa *tit. 1. gloſſa 12.*

929 *Sextum* munus Prælati eſt, vt ſit norma, & exemplar gregi ſuo, iuxta illud Apoſtoli 1. *ad Timot. 4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, & in caſtitate.* Et *cap. 1. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in grauitate.* Et Nazianzenus *dicta Oratione 1. num. 26.* ita ait: *Neque enim ab eo, qui hanc curam ſuſcepit, hoc ſolùm requiritur, vt malus non ſit (malum enim eſſe, plerique etiam è vulgo turpiſſimum cenſent,) verùm etiam, vt virtute præſtet, iuxta illud Scripturæ præceptum, quo declinare à malo, & bonum facere iubemur.*

Pro hoc munere plura adducit documenta prædictus Barboſa *eod. tit. 2. gloſſa 3.* Aliqua breuiter recenſere libet. I. ſit Greg. Magni *lib. 7. Moralium. Nihil enim eſt* (inquit) *vel ad perniciem Eccleſiæ nocentius, vel ad decorem monſtruoſius, vel ad publicam ſalutem infenſius, quàm ſi is, qui omnes dignitate præit, moribus, & vita ſubſit.* II. ſit einſdem S. Doctoris, *in Paſtor. loco citato*, dicentis: *Ad dignitatem Pontificalis excellentia rectè peruenit, qui ita ſe imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, inſinuat, vt inter eos non habeat, quod ſaltem de tranſactis erubeſcat.* III. ſit D. Bernardi ad Eugenium Papam. *Monſtruoſa res eſt, gradus, & animus infimus; ſedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus otioſa; ſermo multus, & fructus nullus; vultus grauis, & actus leuis*, &c. IV. ſit S. Ephrem *tom. 1. tract. de vita ſpirituali, cap. 37.* dicentis: *Nihil æquè animum hominis ducit ad ſalutem, inuiteſque ad laborandum incendit, quàm Doctor quem re ipſa, & exemplo ad virtutem cohortatorem inuenerint.* V. deſumitur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 1. de reformatione*, vbi ſic habetur: *Nihil eſt, quod magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm Superiorum vita, & exemplum, &c.*

930 Si ergo, vti iam dixi, viderem ego hominem parui corporis, aut in eo aliquos ex adnumeratis defectus patientem, pollentem tamen dotibus ad prædicta Prælatorum munia obeunda opportunis; illi ſuffragium meum libentiſſimo, ac promptiſſimo animo offerrem. Aliquando enim paruus in corpore, maximus eſt in animæ dotibus. Exemplum ſit pro hac demonſtranda veritate noſter Ildebrandus, qui ad Sedem D. Petri euectus, Gregorij VII. nomen aſſumpſit anno Domini 1073. & qui tam in Pontificatu, quàm in minoribus conſtitutus, tot, & talia pro Eccleſia Romana glorioſa patrauit facinora, qualia de nullo alio Hiſtoriæ referunt Eccleſiaſticæ. De iſto ergo viro, æternæ memoriæ digno, noſter Antonius de Yepes *in la Chronica general de S. Benito, cent. 6. anno de Chriſto 1072. fol. 303.* quæ ſequuntur, inter alia ſatis memorabilia dicit.

Parezeme veo al lector, con deſeos de ſaber, quien fue Ildebrando, que con tanto aplauſo, y guſto, el Clero, y pueblo le eligio por Pontifice, dandole tantos epitetos honroſos, de docto, prudente, piadoſo, &c. Pues agole ſaber, que fue hombre hijo de padres muy pobres, *y el muy pequeño en ſu perſona.* Su padre ſe llamo Bonicio, que era carpintero, *y en todo el Collegio de los Cardenales, no ſe hallaua otro hombre de tan baſſa eſtatura, pero en eſte ſujeto pequeño, y pobre, quiſo Dios depoſitar vn grande caudal, que muchas vezes San Hugo Abbad de Cluni, ſe lo eſtaua mirando, alauando el poder de ſu Mageſtad, que aſſi ſabe de las coſas pequeñas acrecentar las*, y hazer en ellas effectos marauilloſos. Hæc ibi, & *fol. 305. colum. 2. ad finem*, ita Magiſter Yepes fatur: Yua vna vez al remate de vna tropa de gente San Hugo, con algunos Monges, fueſſele el penſamiento a mirar el eſtado preſente, *y viendo à vn hombrecito de muy baxiſſimo linaje, y tan pequeño de cuerpo*, yr caminando con tanto eſtruendo, y mageſtad, temioſe no ſe enſoberuecieſſe, y pretendieſſe maiores coſas. He aqui viene para el, con mucha prieſa Ildebrando, y le conto loque le hauia paſſado por el penſamiento: Errado te has, dijo a San Hugo, que eſta grandeza, y gloria, en que me ves, no es pretendida por mi, ſino que con ella ſe honrra, y glorifica San Pedro. Hactenus Author allegatus.

931 Hic aduertere tria duxi. *Primum*, quod declarare, quinam ſint corpore vitiati, vt ineligibiles ſint, vel eligibiles, pertinet ad Prælatos, quibus ius confirmandi ſpectat electos ad Abbatias, & ad alias Prælatias, non minùs, quàm ſpectat ad Prælatos dimiſſorias concedentes, facultas declarandi quinam ſint corpore vitiati, vt poſſint ordines recipere, vel non, quod aſſerit Peyrinus *tom. 2. de Prælato, quæſt. 2. cap 4. num. 24.* ex Angelo *verbo Corpore vitiati, §. 5.* Suarez *tom. 5. in 3. part. D. Th. diſp. 51. ſect. 2. num. 16. in fine.* Et Petro Baiſio *in Directorio electionis, part. 2. cap. 19. num. 2.* & ex eo, quod habeant huiuſmodi Prælati authoritatem quaſi Epiſcopalem. Quæ quidem ratio à fortiori militat in noſtræ aduertentiæ caſu, cùm iuridicè à confirmatore debeat declarari validitas, aut nullitas electionis, & ab eius authoritate authoritas, & poteſtas electi dependeat.

932 *Secundum* eſt, quod licèt multa iura in præcedentibus allegata, & Doctores adducti, de inhabilitate ad Ordines loquantur, meritò tamen ea illorum aliqui, maximè Peyrinus *vbi proximè, numer. 23.* ad inhabilitates ad Prælatias reducunt, quia qui ordinari prohibetur, & ordinatus ſuſpenditur, prohibetur etiam eligi, & electus deponi-

Digitized by Google

tur, *argum. cap. Accepimus, de ætate, & qualitate ordinandorum*, & ducet Lambertinus *de iurepatronatus, part.1. lib.2. quæſt.7. art.1. num.2. & art.12. num.4* ac inſinuat Suarez *loco citato, num* 18. Et ratio eſt, quia Prælatus debet eſſe Sacerdos: quare ſi Sacerdus eſſe nun poteſt quis, neque Prælatus eſſe quibit.

933 *Tertium* eſt, quod ſi quis poſt adeptam Prælatiam, in vnam ex recenſitis infirmitaribus inciderit, inuitus remouendus non eſt, nec renunciare cugendus, ſed ei debet dari coadiutor, vti docent Peyrinus *eodem num.* 23. & Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. diſp.5. quæſtio* 21. *num.* 47. *ex cap. penult. & vlt. de Clerico ægrotante, cap. Scripſit mihi, & cap. Quamuis triſte, 7. quæſt.* 1. & ex Petru Gregurio *lib.47. Syntagmat. cap 9. num.9.*

Svbsectio VIII.

De hæreticis, de eorum filiis, fautoribus, & defenſoribus, &c.

Breviarivm.

Cuntumax.

In hæreſis crimine contumax pertinaci æquiparatur. n.946.

Eccleſia.

Qui extra Eccleſiam ſunt, nihil Eccleſiæ poſſidere poſſunt. n.935.

Eligendi, vel non.

Ineligibiles ſunt hæretici, eorum receptatores, defenſores, & fautores, etiamſi per accidens ſint occulti. Et electio de illis facta eſt ipſa iure nulla. n.934. & 935.

Quod eſt verum etiam poſt pœnitentiam, & abſolutionem n.936.

Filij, & nepotes hæreticorum, receptatorum, &c. per lineam paternam, & filij per maternam, ſunt etiam ineligibiles. n.937. 938. & 948.

Et procedit quamuis geniti fuerint ante patratam hæreſim, &c. n.941. 942. & 943.

Procedit etiam, ſiue ſint legitimi, ſiue non. numeru 944.

Nepos mulieris hæreticæ eligibilis eſt, ſi aliud non obſtet. n.939.

Ineligibiles non ſunt filij, & nepotes hæreticorum, &c. occultorum, ſed deſcendentes tantùm ex notoriis hæreticis, &c. vel per euidentiam facti, vel per ſententiam iudicis, aut per confeſſionem rei in iudicio. n. 945.

Filius damnati in contumacia, tanquam hæretici, ineligibilis eſt. n.946.

Dummodo tamen verè contumax ille ſit. numeru 947.

Filij hæreticorum, &c. eligibiles ſunt, ſi eorum parentes Eccleſiæ fuerint incorporati, aut per eos non ſteterit, quod reincorporarentur. num. 948. & 949.

Filij vero relapſorum, qui brachio ſæculari fuerint traditi, etiam pœnitentes, & Catholici, ineligibiles ſunt. n.950.

Filij eorum, qui obierunt de hæreſi ſuſpecti, an eligibiles ſint. n.952.

Qui Prælatiam ante hæreſim paternam obtinuit, illâ priuatus exiſtit. n.953.

Filij.

Filij ſolent parentum imitare mores. n.943.

Incontinens præſumitur, qui patrem incontinentem habuit. n.943.

Filius eſt argumentum de incontinentia patris. numeru 943.

Filius eſt imago animi, & corporis paterni. numeru 943.

Hæretici.

Sunt extra Eccleſiam, excommunicati, infames, & irregulares. n.935.

Etiam poſt pœnitentiam ſunt irregulares. n.936.

Lex.

Vbi lex non diſtinguit, nec diſtinguere non debemus. n. 942.

Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda. n.942.

Relapſi.

Qui dicantur relapſi, declaratur. n.951.

QVod ineligibiles ſint ad Abbatias, & ad alias 934
Prælatias Hæretici, docet Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.2. cap.5. §. 6. num.72.* cum Petro Gregur. *de benefic. cap.26. num.5.* Sayru *in Claui Reg. lib.3.cap.9. num.30. verſ. Sic etiam.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. diſp.5. quæſ.21. num.52.* qui cunclusionem extendit ad Receptatures, Defenſores, & Fautures eorumdem Hæreticorum. Et adeo inhabiles illus pronunciant, vt ſi de facto eligantur, nulla & irrita ipſo iure ſit electio. Allegat Aſcanius Thomam Sanchez *in Decalogum, lib.2. cap.26. num.4.* Peñam *in Directorio Inquiſitorum, commentario* 162. & 163. Farinacium *de Hæreticis, quæſt.* 189. *num.* 71. Lambertinum *de iurepatr. part.1. lib.2. quæſt.9. art.6. num.7.* & communem Ductorum.

Extendunt etiam concluſionem Peyrinus *n.* 73. & Tamburinus *num.*53. ad Hæreticos occultos, & allegant Bunacinam *de cenſuris diſp. 7. q.3. punct.7. num.3.* Suarez *eod. tract. diſp. 43. ſect.1. num.* 4 & Azorium *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 8. cap.* 13. *quæſt.7.* Sanchez *cap.25. num. 2. &* 15. Sanctarellum *de Hæreticis, cap.3. num.7. &* 8. Et pru occultis nun intelligunt mentales, ſed eus, qui per accidens occulti ſunt, quamuis dederint exteriora ſigna interioris hæreſis manifeſtatiua.

Concluſionem prubat *ex cap. Quicumque, §. Hæretici, de Hæreticis, lib.6* & ex ſequentibus rationibus. *Prima*, quia Hæretici ſunt excummunicati, *cap. Nouerit, de ſentent. excommunicationis, cap. Achatius, & cap. Audiuimus, el 3. & 4. 24. q.1. cap. Ad abolendum, & cap. Excommunicamus, 1. & 2. extra de Hæreticis. Secunda*, quia Hæretici extra Eccleſiam ſunt. Qui autem extra Eccleſiam ſunt, nihil Eccleſiaſticum poſſidere poſſunt, *cap. Quo iure, §. Leguntur, 8. diſt. cap. 1. & 2. 23. quæſt.7. Tertia*, quia Hæretici ſunt infames, *cap. Alicui, 2. quæſt.7. Quarta*, quia ſunt irregulares, *cap. Saluberrimum, cap. Conuenientibus, 1. q.7. cap. Nos conſuetudinem, 12. diſt.* 935

Quod ſi petas: *Poteritne Hæreticus poſt publicam pœnitentiam in Prælatum eligi?* Reſpondeo, quod qui in hæreſim, ſiue publicam, ſiue ſecretam inciderit, ineligibilis eſt, etiam poſt obtentam abſulutionem; & irregularis remanet, nun ad Prælatias, & dignitates ſolùm, ſed etiam ad Ordines recipiendos exercendus. Ita docet Peyrinus *loco citato, num.74.* Aſcanius Tamburinus *dicto quæſito 21. num 53.* cum Suarez *de cenſuris, diſput. 43. ſect.1. num 2.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.2. cap.25. numer.2.* Campanilo *in Diuerſorio iuris, rubric.* 936

rubric. 11. *cap.* 26. *n.* 3. Maiolo *de irregularitate*, *lib.* 5. *cap.* 46. *num.* 1. Garcia *de beneficiis*, *p.* 11. *cap.* 10. *num.* 81. & cum Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 7. *num.* 6. Extat etiam S. Congregationis decretum, de Vrbani VIII. mandato editum, & ſuprà *ſubſect.* 6. redditum, quo cauetur, Regulares pœnitentiatos à S. Inquiſitionis Officio, inhabiles eſſe ad dignitates, etiamſi pœnitentias complenerint; & illorum habilitatio Summo Pontifici, ſiue S. Congregationi coram eo habendæ reſeruata eſt. Vide quæ dixi ſuprà *ſubſectione* 6. *à n.* 862. & *in diſquiſitionibus*, *tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 12. §. 2. 22. 23.

937 Quoad hæreticorum filios, dicendum etiam eſt, illos ineligibiles eſſe ad Abbatias, & Prælaturas, ita vt ſi de facto eligantur, electio ipſo iure irrita ſit, & nulla. Docet Peyrinus *num.* 75. Tamburinus *num.* 54. cum Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 27. *numero* 2. Farinacio *de Hæreſi*, *q.* 191. §. 2. *num.* 48. Peña *in Directorio Inquiſitor. part.* 3. *comment.* 163. Auila *de cenſuris*, *part.* 7. *diſp.* 4. *dub.* 3. *concluſ.* 1. Azor *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *q.* 8. Barboſa etiam *in cap. Statutum*, *num.* 1. *& ſeqq. el* 15. *de hæreticis*, *lib.* 6.

938 Sed aduerte, quod filij per lineam paternam, vſque ad ſecundam generationem inhabiles ſunt, & ineligibiles; per maternam autem, vſque ad primam tantùm. Exemplum primi ſit in Ioanne v. gr. hæretico, qui filium habuit Antonium, & nepotem ex Antonio ipſo, Andream. Secundi verò in Catherina hæretica, quæ filium genuit Paulum, & ex Paulo nepotem habuit Petrum. Antonius igitur, & Andreas filius, & nepos Ioannis ineligibiles ſunt, ſicut & Paulus filius Catherinæ, Petrus autem Catherinæ nepos inhabilis non eſt, ex hoc ſaltem capite, quod ex hæretica deſcendat. Ita docet Barboſa *loco cit. num.* 4. Peyrinus *dict. num.* 75. Aſcanius *eod. num.* 54. *verſic. aduertendum*, *ex cap. Quicumque*, *§. Hæretici*, *el* 2. *cap. Vt commiſſi*, *el* 12. *verbo Vt priuati*, *cap. Statutum*, 15. *de hæreticis*, *lib.* 6. Peña *part.* 3. *q.* 115. *com.* 164. Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 658. *num.* 19. Suarez *de cenſuris*, *diſp.* 43. *ſect.* 3. *num.* 1. Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 7. *num.* 9. & Leſſio *de iuſt. lib* 2. *cap.* 33. *num.* 121. Ego ipſe *in Diſquiſitionib. Moralib. & Canonicis*, *tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 12. § 3. *numero* 20. & §. 22. *numero* 64. 65. 66. 67. *&* 68

939 Ex dictis fit, quod nepos hæretici ab huius filia genitus, dictam non incurrat pœnam, quia non deſcendit ab hæretico per lineam paternam, ſed per maternam. Et ita docent vbi proximè Aſcanius, Peyrinus *num.* 75. cum Sanchez, Farinac. Azorio, Peña, Auila, Sanctarello, Suarez, Garcia, Maiolo, Campanilo, Ricciulo, Bonacina, Lambertino, Gomez, Leſſio, & Nauarro.

940 Quod ſi quæras, *eritne idem dicendum quoad præfatam pœnam, de filiis, & nepotibus, ante hæreſim patris, aut aui genitis, & de procreatis poſt admiſſionem iſtius criminis?* Reſpondeo, quæſtionem iſtam controuerſam exiſtere. Alij enim Doctores negant, huiuſmodi pœnam afficere filios, & deſcendentes hæreticorum. Iſtam propugnant ſententiam apud Peyrinum *loco citato*, *num.* 70. & Tamburinum *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſ.* 21. *num.* 57. Simancas *de Catholicis Inſtitutionib. tit.* 29. *num.* 14. Leſſius *de iuſt. & iure*, *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 111. & Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 7. *quæſ* 3. *punct.* 7. *n.* 10. cum pluribus, quos ibi recenſent, Doctoribus.

Ipſi verò Peyrinus, & Aſcanius opinionem ſequuntur affirmatiuam, cum Couarruuia *lib.* 2. *variar. reſolution. cap.* 8. § 5. Rota *in tract. de hæreticis*, *part.* 2. *deciſ.* 4. *num.* 352. Peña *in Directorio Inquiſit. part.* 3. *comment.* 163. Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 13. Farinacio *de Hæreſi*, *q.* 191. §. 2. *numero* 51. teſtante ſic reſoluiſſe Rotam coram dicto Peña *in Conchenſi penſionis*, 24. *Octobris* 1554. & *in eadem cauſa coram Peregrino*, 6. *Maij* 1598. cum Garcia *de beneficiis*, *p.* 11. *cap.* 10. *num.* 79. reddente ad amuſſim eandem Peregrini deciſionem, & cum Mareſcoto *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 36. *numero* 10. illam tenet Barboſa *in cap.* 15. *de hæreticis*, *in* 6. *num.* 3. cum Perez *tit.* 7. *lib.* 8. *ordination. pag.* 197. Menochio *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 33. *num.* 34. Farinac. *de hæreſi*, *quæſt.* 91. §. 2. *num* 57. *&* 58. & ait Rotam *in dicta Conchenſ.* 9. *Martij* 1598. coram Peregrino, argumentis contrariæ partis ſigillatim reſpondere. Hanc ſententiam probant Peyrinus, & Tamburinus ex illo Exodi 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes, viſitans iniquitatem patris in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum.* 941

Probant etiam *ex cap. Statutum*, *el* 15. *de hæreticis*, *lib.* 6. ibi: *Hoc ſanè de filiis, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur.* Vbi Bonifacius Papa VIII. non diſtinguit, an id decernat de filiis, & nepotibus, ante, vel poſt criminis hæreſis admiſſionem natis, ſed abſolutè de filiis, & nepotibus eorum, qui actu ſint, aut deceſſerint hæretici, &c. vnde nec nos diſtinguere debemus. Lex enim, ſeu conſtitutio generaliter loquens, generaliter etiam eſt accipienda, ita vt omnes, & omnia comprehendat, ait Lezana *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Leges Regularium*, *num.* 35. *ex l.* 1. *ff. de legatis præſtandis*, *l. profitexit*, *ff. qui, & à quibus manumiſſi.* Vnde illa vox Bartoli *in l. de pretio*, *ff. de publiciana in rem actione*: Vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Quæ certè conſonat legi 2. *ff. de officio Præſidis*, & communi plauſu auditur à Doctoribus. Ab Aſcanio hîc, & ab aliis quampluirimis, quorum aliquos recenſui, & ſui ſequutus *dict. tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 3. *num.* 31. 942

Tertiò tandem probant ex eo, quod filij ſoleant patrum ſuorum imitari mores, iuxta verba Nazianzeni *tom.* 2. *ad Nicob.* 943

Gloria namque Patri, natorum fama, decuſque.

Et rurſus:

——*Natis eſt gloria, fama parentum.*
Gratia communis, labis communis vtriſque.

Quocirca gloſſa *in cap. Si u*, *verbo Defectu*, *el* 2. & *fin. de filiis Presbyteror. in* 6. & Barboſa ibi, cum Titaquello *l.* 7. *connub. gloſſa* 1. *part.* 7. *num.* 3. & Campanilo *in Diuerſor. Iuris Canonici*, *rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 62. dicunt: *Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patris.* Et rurſus idem Barboſa *in can. Si gens Anglorum*, *diſt.* 56. plura cumulat, dicens: Notatur ad hoc, quod incontinens præſumitur ille, qui patrem incontinentem habuit, vt per Menochium *de præſumptionibus*, *lib.* 5. *præſumpt.* 58. *num.* 6. nam adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, nec ſtabilem ſedem ponent, de quo Alciatus *lib.* 10. *Parerg. cap.* 8. Palat. *in repetit. cap. Per veſtras*, *de donationibus inter virum, & vxorem*, *notab.* 3. §. 10. *n.* 3. Paleot. *de nothis, & ſpuriis. cap* 55. *n.* 1. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 464. *n.* 17 ſolent enim filij imitatores eſſe paternæ incontinentiæ, iuxta vulgatum illud:

Et

Et patris ignoti abeunt cum ſemine mores.
Et deinde:

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Referunt gloſſa *verbo Dejectu, in cap. fin. de filiis Presbyterorum, lib. 6.* Belletus *Diſquiſition. Clericalium part. 1. tit. de Diſciplina Cleric. §. 3. num. 9.* Campanilus *in Diuerſor. iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. ſub num. 61. verſ. Tertia*, iunctis his, quæ eleganter congerit Cælius Rhodig. *lection. antiq. lib. 3. cap. 28.* ſuccutritque illud Horatij:

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et filius eſt argumentum ambulans ſuper terram de incontinentia patris, *cap. Priuſquam, in fine, 28. diſt. cap. Propoſuiſti, circa principium*, & ibi gloſſa *verbo Filij, 82. diſt.* vnde aliqui, ſecundùm Petrum Gregorium *ſyntagmatum lib. 10. cap. 1. num. 4.* dixerunt, filium pro effigie, & ſimilitudine interpretari, quia plerumque filij non ſolùm corporis, ſed etiam animi, ideſt, moris parentum referunt ſimilitudinem, vt Cicero ſæpius teſtatur, & optimè *lib. 6. epiſtol. Imago animi, & corporis filius.* Hactenus Auguſtinus Barboſa *in dict. can. Si gens.*

944 Quod ſi iterum quætas, *an principalis concluſio procedat de filius, tam legitimis, quàm de illegitimis?* Reſpondeo, de vtriſque æquè procedere. Ratio eſt, quia cùm nulla lex adſit, quæ circa rem præſentem inter filios legitimos, & illegitimos diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, iuxta ſuprà dicta. Ita docet Peyrin. *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 5. §. 6. num. 76.* cum Farinacio *de hæreſi, q. 191. §. 2. num. 54.* Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 27. num. 1.* Peña *in Director. p. 3. commentar. 163. col. 2. verſ. in hac quæſtione*, Auila *de cenſur. p. 7. diſp. 4. dub. 3. concluſ. 1.* & gloſſa *in cap. Statutum, verbo Volumus, el 2. de hæretic. in 6.* Tamburinus *dicto quæſito 21. num. 55. & 56.* cum Couarruuia *lib. 2. variar. reſol. cap. 8. num. 3.* Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib. 5. cap. 30. num. 1.* Azorio *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 4* & communi Doctorum ſententia.

945 Si deinde petas, *An concluſio intelligenda veniat de Filiis hæreticorum, credentium, &c. occultorum?* Reſpondeo, quod non ſunt inhabiles, & ineligibiles, qui deſcendunt ex aliis, quàm ex notoriis hæreticis, credentibus, &c. ſiue per euidentiam facti, ſiue per ſententiam Iudicis, ſiue per confeſſionem rei in iudicio. Ita Tamburinus *num. 58.* cum Azorio *vbi proximè, q. 3.* cum Farinacio *de hæreſi, q. 191. §. 2. num. 69.* & Leſſio *de iuſtitia & iure, lib. 2. cap. 33. num. 121.* Colligitur etiam ex Auguſt Barboſa *vbi ſuprà, num. 5.* & expreſsè docet Peyrinus *num. 80.* cum Suar. *de cenſuris, diſp. 43. ſect. 3. num. 2.* Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 27. num. 28.* Leſſio *cap. 34. num. 124.* Azorio *part. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8.*

946 Rurſus inquires, *An eligibiles ſint filij illorum, qui in contumaciam damnati ſunt tanquam hæretici?* Reſpondeo, ſub opinione eſſe. Farinacius enim *num. 58.* apud Aſcanium *num. 59.* negatiuam propugnat ſententiam rationibus, & authoritatibus munitus, & addit id verum eſſe, quamvis eorum ſtatuæ fuerint combuſtæ. Ipſi tamen Tamburino probabilior videtur ſententia affirmatiua, quam ſequuntur Peña *in Directorio Inquiſitor. part. 3. commentario 164.* & Sanchez *in Decalogum, lib. 1. cap. 27. num. 19.* Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 5. §. 6. num. 80.* cum Sanctarello *de hæreticis, cap. 34. dub. 2. num. 19.* Ricciulo *lib. 5. cap. 3. n. 45.* & gloſſa *in cap. Cùm contumacia, de hæreticis, lib. 6.* hac ducti ratione. Quia talis contumax in crimine hæreſis æquiparatur pertinaci, & ob id habetur pro hæretico, cùm vehemens præſumptio in violentam tranſeat. Ita Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Francus, & alij, quos recenſet, & ſequitur Rota *in Conchenſi penſionis, 6. Martij 1598. coram Peregrino.*

Aduertit tamen Tamburinus dictam procedere 947
ſententiam in caſu, quo contumax, qui damnatur, verè, & propriè contumax ſit, iuxta caput *Excommunicamus, §. Qui autem, in fine, el 1. de hæreticis*, & caput *Cùm contumacia, eod. tit. lib. 6.* Quia ſi de contumacia planè non conſtaret, aut anno elapſo per morbum, aut aliud legitimum impedimentum ad inquiſitorem non poſſet accedere, vel pro abſolutione inſtitiſſet, vel obtuliſſet ſatisfactionem, vel denique ea præſtitiſſet, dixiſſet, vel feciſſet, quæ omnia illum Catholicum oſtenderent hominem, tunc eius filij, & nepotes inhabiles, & ineligibiles ad Prælaturas non ſunt cenſendi, ait Aſcanius cum Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub. 72. num. 5. verb. Et quamvis.*

Monet Sigiſmundus *dicto dub. 72. num. 6.* diffi- 948
cultatem hanc: *An ſcilicet ſi hæretici reſipiſcant, & Eccleſiæ reincorporentur, eorum deſcendentes dignitatibus priuentur, & honoribus?* Et reſpondet, quod non. Illum recenſet, & ſequitur Tamburinus *dict. diſp. 5. q. 21. num. 60.* Eandem ſententiam tenet Barboſa *in cap. Statutum*, mox citandum, *num. 6. & ſeqq.* ex Rota *in Colimbrienſ. Canonicatus, 13. Iunij 1616. coram Cardinali Sacrato.* Peyrinus etiam *d. §. 6. num. 77.* cum Farinacio *dicta q. 191. §. 2. num. 64.* Leſſio *de iuſtitia, lib. 2. cap. 34. num. 124.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 27. num. 21.* Suarez *de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. num. 1.* Garcia *de benefic. p. 11. cap. 10. num. 72.* Et eorum reſponſio probatur *ex cap. Statutum, el 15. de hæreticis, lib. 6.* vbi poſtquam Bonifacius Papa VIII. declarauerat ſtatutum Innocentij, & Alexandri prædeceſſorum ſuorum, ne hæreticorum, credentium, receptatorum, defenſorum, & fautorum filij vſque ad ſecundam generationem, ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu publicum Officium admittantur, per lineam paternam ad primum, & ſecundum gradum, per maternam verò ad primum tantùm gradum extendi velle, addidit limitationem ſequentem, videlicet:

Hoc ſanè de filiis, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur; non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe: quam ipſi vel iam perfecerunt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem. Hæc textus. Vbi Barboſa *num. 5.* infert: Ergo non exigitur ſententia condemnans parentes hæreticos, vt filij, ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia; ſed ſatis eſſet ſi vel per euidentiam facti, vel per propriam confeſſionem parentum in iudicio conſtet parentes fuiſſe hæreticos, fautores, defenſores, aut receptatores, vt per Suarez *tom. 5. de cenſuris, diſput. 43. ſect. 3. num. 2.* Sayrum *de cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 40.* Sanctarellum *de hæreſi, cap. 34. dub. 2. n. 13.* & Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 28.*

Ex

949 Ex quo textu colligitur, bene ſenſiſſe Tamburin. *eod. num.*60 cum Peña *dicta p.* 3. *comment.*172. & cum Farinacio *vbi ſuprà*, *num.* 64. dum dixit, idem dicendum eſſe, ſi pater, aut avus ante peractam deceſſerit pœnitentiam, dummodo paratus fuerit eam recipere, & exequi. Quod etiam gloſſa *verbo Parati* tenet, & probat dicens: *Ex quo non ſtat per eos, non eis debet imputari. De hoc ſuprà. Deo, qui mittitur in poſſeſſionem, cap.*1. *&* 3. Et Barboſa idem tenet *num.* 8. cum Carrera *de hæreticis, num.*241. *verſic. Limita niſi pater.* Gundiſaluo *eod. tract. q.* 23. Pariſio *conſ.*2. *num.*185. *lib.*4. Surdo *conſ.*368. *num.*14. Didaco Quanter. *in quæſtionibus criminalib. tit. de Hæreticis, cap.*1. *num.*11. *verſic. Quod ſuprà dictum eſt.* Deciano *in tract. criminal. lib.*5. *cap.*45. *num.* 5. *verſic. Limita tertiò.* Sanchez *in Decalogum, lib.*2. *cap.*27. *num.*26. & cum Ricciulo *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.*5. *cap.*30. *num.*41.

950 An autem idem ſit dicendum de filiis hæretici relapſi, & Curiæ traditi ſæculari, controuerſum eſt inter Doctores, etiamſi ille pœnituerit, & deceſſerit Catholicus. Aſſerunt apud Barboſam *n.*10. Ioann. And. & Geminian. *in dict. cap. ſtatutum*, §. *Hoc ſanè, num.*2. *verſic. Dicit.* Repertorium Inquiſitorum *verbo Filij*, §. *Nunc.* Alphonſus Montalu. *ad leges Caſtellæ, l.* 2. *tit.*26. *partita* 7. *verſic. Eſt ergo concluſio.* Surdus *concl.*346. *num.*24. & alij, quos citat Sanctarellus *de hæreſi, cap.* 34. *dub.* 2. *num.* 17. *in princ.* Ipſe verò Barboſa, quamuis dicat dictam ſententiam non carere probabilitate, contrariam tamen receptionem aſſerit, pro qua allegat Ancharanum *in dict. cap. ſtatutum, num.*1. *in fine*, ipſum Ioann. Andream *num.*5. Franchum *num.*4. *verſic. in gloſſa, verbo reincorporatos*, Simancam *de Catholicis inſtitutionibus, tit.*23. *num.*17. *verſic. ſed re attentiùs perpenſa.* Burſat. *conſ.*289. *num.*16. *& ſeqq. lib.*3. Peñam *in Director. Inquiſitor. part.* 3. *q.*115. *verſic. circa ſecundum*, & *verſic. Quamuis prior.* Decianum *tract. criminal. lib.*5. *cap* 45. *n.*3. *verſic. Amplia etiamſi parentes*, Azorium *p.* 1. *lib.*8. *cap.*13. *q.*8. *in octaua hæreticorum pœna, verſicul. Quod autem*, & *part.*2. *lib.*6. *cap.*4. *q.* 3. *verſ. Dubia etiam quæſtio.* Suarium *de cenſuris, diſp.* 43. *ſect.*3. *num.*4. Auilam *in eod. tract. part.*7. *diſp.*4. *dub.*3. Farinacium *tract. de Hæreſi, q.*191. *num.*65. Param. *de originie. S. Inquiſitionis, lib.*3. *q.*9. *n.*209. Sanchez *vbi proximè, num.*23. & Ricciulum *dict. lib.*5. *cap.*30. *num.*32. *& ſeqq.* Eandem ſententiam tenet Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.*2. *cap.*5. §.6. *num.*77. & Tamburinus *tom.*1. *diſp.*5. *q.*21. *num.*60. vbi reddunt rationem, quia relapſi licèt per pœnitentiam reſipiſcant, non tamen habentur pro reconciliatis, vt textus *cap. Statutum*, poſtulat, & præſumentur in eadem decedere hæreſi; & fictè ſolùm illi abiuraſſe ad fugiendam pœnam viuæ combuſtionis, ideò traduntur Curiæ ſæculari.

951 Ille autem relapſus dicitur, qui hæreſim de vehementi abiurauit, & deinde ad eandem hæreſim, vel ad aliam reuerſus eſt; vel qui de hæreſi infamatus, coactus eſt ſe ab ea purgare, tanquam vehementer ſuſpectus, ſi poſtea deprehendatur in eandem hæreſim, de qua ſe purgauit, incidiſſe, eſt verò relapſus; ſi autem in aliam hæreſim, de qua non ſe purgauit, inciderit, non dicitur relapſus. Ita Laurentius de Peyrinis *tom.*2. *de Prælato, quæſt.*2. *cap.*5. §.6. *n.*78. *pag. mihi* 419. cum Eymer. 3. *part. Directorij, num.*150. Peña ibi, *comment.* 38. *col.* 6. & Salzedo *ad Bernard. Diaz, cap.*116. *verſ. De qua abiur.* Et ita Tambur. *n.*61.

Quod ſi iterum petas, *an filij eorum, qui obiere ſuſpecti de hæreſi, ineligibiles ſint ad Prælatias?* Reſpondet Azorius *part.*2. *lib.*6. *cap.*4. *q.*3. *verſ. Striges*, ineligibiles eſſe, & inhabiles. Contrariam tamen ſententiam, ob benignitatem Canonum, tenet Peyrinus *num.*80. cum Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *cap.*27. *num.* 29. Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib.*5. *cap.*19. *n.*26. & Sanctarello *de Hæreticis, cap.*33. *dub. vnico, n.*6. 952

Denique inquires, *an qui obtinuit Prælatiam, vel dignitatem, antequam pater, vel mater in hæreſim inciderit, eadem priuetur Prælatia, aut dignitate?* Reſpondeo, duplicem dari, circa hanc difficultatem, ſententiam. Prima eſt negatiua, pro qua ſunt apud Tamburinum *tom.*1. *diſp.*5. *q.*21. *n.*62. Abbas *in cap. Vrgentis, num.* 4. *el* 10. *de Hæreticis*, Rebuffus *in Praxi, tit. de modo admit. benefic.* Couarruu. *lib.*2. *variar. reſolut. cap.*8. *num.*4. Simancas *de Catholicis Inſtitut. tit.*29. *num.*20. Peña *in Director. Inquiſitor. part.*3. *comment.*163. Menochius *conſ.*805. *num.*33. *lib.*9. Azorius *p.*2. *lib.* 6. *cap.*4. *q.*3. Sanchez *in Decalog. lib.*2. *cap.*28. *num.* 28. Duardus *in Bullam Cœnæ Domini, lib.*2. *can.*1. & alij. 953

Pro affirmatiua ſecunda ſententia eſt Tambur. *eod. n.*62. qui pro ea allegat Ioannem Andream *in cap. Vt commiſſi*, § *priuandi, num.*4. *de hæreticis in* 6. Geminianum *ibidem, n.*4. Ananiam *n.*13. Præpoſitum *in cap. Satis peruerſum, n.*4. *diſt.*56. Garciam *de beneficiis, part.*11. *cap.*10. *n.*79. Farinacium, & alios penes ipſum vbi infrà, *num.*57. ac Sigiſmundum à Bononia *de Electione, dub.* 82. *num.* 8. notantem, quod cùm huiuſmodi dubium occurriſſet anno 1594. Clementis Papæ octaui tempore, Sacra Inquiſitionis Congregatio die 23. Decembris decreuit, ſeruandam eſſe opinionem negatiuam, tanquam humaniorem, vt teſtatur Mareſcottus *lib.*2. *variar. reſolution. cap.*35. *num.*9. Verùm cùm pars inſtaret pro reſolutione, cauſâ de Papæ Ordine iterum de propoſitâ, articulis maturè diſcuſſis, reſoluta fuit ſecundùm ſententiam affirmatiuam, ſub die 6. Martij 1598. quæ eſt deciſio 113. *Farinacij de Hæreticis, quæſt.*191. §.2. *num.* 51. quæ deciſio coram Peregrino emanauit *in Conchenſ. Penſionis.*

Svbsectio IX.

De neophytis.

Breviarivm.

Catechumeni.

Si à fide deficiant catechumeni, hæretici erunt quoad Deum; ſed non quoad Eccleſiam. n. 959.

Eligendi, vel non.

Neophyti ineligibiles ſunt ad Prælaturas. num. 955. & 956.

Illorum ineligibilitas tandiu durat, quamdiu Prælatus Epiſcopalem, aut quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habens, declaret bene illos moribus, & chriſtiana diſciplina eſſe inſtructos. n. 957.

Iudæi.

Iudæis, & iis, qui de illorum familia ſunt, prohibetur habere Magiſtratus, & officia, quæ ad gubernationem politicam Chriſtianorum pertinent. numero 958.

Neophyti.

Quis Neophytus ſit. n. 954.

SVBSECTIO X.

De iis, qui defectus patiuntur in anima.

PVNCTVM I.

De ſcientia in Prælatis requiſita. In quo illorum recenſentur officia.

BREVIARIVM.

Ars.

Regimen animarum eſt ars artium n.964.

Dignitas.

Ad dignitatem curam animarum habentem, aſſumi non poteſt, qui 25. annum ætatis non attigerit, & doctrinâ non polleat. n.962.

Ignorantia.

Cunctorum errorum mater eſt ignorantia. numero 961.

Illiterati.

Arceantur illiterati ab Ordinibus, dignitatibus, & etiam à Clericatu. n.961.& ſeqq.

Prælati.

Officium Prælatorum eſt docere ea, quæ ad fidem, & ad bonos mores pertinent. n.960.

Quantâ ſcientiâ pollere debeant. numero 960. & ſeqq.

Scientia.

Tres ſcientiæ gradus diſtinguuntur. n.966.

Tantâ ſcientiâ vnuſquiſque præditus eſſe debet actu, quanta neceſſaria eſt ad rectè munus ſuum per ſeipſum obeundum. n.965.

960 INter defectus, quos patitur anima præficiendi, eligendique in Prælatum, primus eſt inſcientia, ſeu illiteratura, & carentia ſcientiæ. Scientiâ enim præditi eſſe debent, qui ad animarum regimen aſſumuntur, quod ſcientia ſcientiarum dicitur. Quod litterati eſſe debeant Prælati Regulares, docet Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 2. num. 7. iuncto num. 1.* quò loci allegat D. Thomam *in additionib. ad 3. part. q. 36. art 2. & 34.* & alios Doctores, quorum ſeriem ſuperfluum eſt texere. Vide etiam Pacem Iordanum *tom. 1. de re ſacra, lib. 1. titul.* 19. Plura Sacræ Scripturæ, ſacrorum Canonum, & Eccleſiæ Patrum prq hac veritate demonſtranda, in medium adducuntur teſtimonia. Nonnulla illorum reddere meis libet lectoribus.

Primum ſit ex Exodi 18. capitulo deſumptum, ibi: *Prouide de omni tribu viros ſapientes, & conſtitue ex eis Tribunos.*

Secundum ſit illud Ieremiæ 3. *Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, qui paſcant vos ſcientiâ, & doctrinâ.*

Tertium ſit illud Exodi 28. *verſ.* 30. *Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Vbi D. Hieronymus ait: *Idcircò in Sacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt diſcamus Sacerdotem doctum debere eſſe, & præconem Dominicæ veritatis.*

Quartum ſit illud Malachiæ 2. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Vbi Riuera ita fatur: *Itaque os Sacerdotale, arca quædam eſſe debet, vnde omnes neceſſaria depromant.*

Quintum ſit illud Oſeæ cap. 4. *Quia ſcientiam à te repuliſti, ego te repellam, ne Sacerdotio mihi fungaris.* Vbi Albertus Magnus ait: *In officio Sacerdotis non poteſt non peccare, qui non habet ſcientiam.*

Sextum ſit illud Aggæi cap. 2. *Interroga Sacerdotes legem.* Vbi Nicolaus de Lira rationem hanc reddit: *Quia ex officio tenetur eam ſcire.* Et noſter Anſelmus Lugdunenſis, gloſſæ interlinearis Author, ſic ibi faſſus eſt: *Sacerdotis eſt legem Domini ſcire, & ad interrogationem de lege Domini reſpondere; ſi Sacerdos eſt, legem Domini ſciat; ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit non eſſe Sacerdotem Domini.*

Septimum deſumo ex Apoſtolo ad Epheſios cap. 4. *verſ.* 11. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores.* Vbi notandum occurrit Apoſtolum diſtinguere Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, & Paſtores inter ſe; Paſtores autem, & Doctores non diſtinguit, ſed cùm *Paſtores* prædixiſſet, ſubiunxit immediatè, & *Doctores*, illos adinuicem copulando: *Ad oſtendendum* (vtique inquit D. Thomas) *quod proprium officium Paſtorum Eccleſiæ eſt docere ea quæ pertinent ad fidem, & ad bonos mores.* Quæ certè Thomæ expoſitio maximè conſonat traditæ ab Auguſtino *epiſt.* 59. *q.* 4. Cùm enim D. Paulinus Nolæ Epiſcopus ab illo quæſiuiſſet: *Cur Paſtores, & Doctores ab Apoſtolo non diſtinguantur?* Sic quæſito reſpondit: *Paſtores, & Doctores idem puto eſſe, ideoque cùm prædixiſſet Paſtores, ſubiunxit Doctores; vt intelligerent Paſtores ad officium ſuum pertinere doctrinam, & ideò cùm Superiora diſtingueret, dicendo, quoſdam autem Apoſtolos &c. hoc tanquam vnum aliquid, duobus nominibus amplexus eſt dicendo, quoſdam autem Paſtores, & Doctores.* Hæc D. Auguſtinus, quem noſter D. Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis, in dictam Apoſtoli epiſtolam, *c.* 13. *pag. mihi* 146. ſub hoc tenore recenſet: *Paſtores, & Doctores, quos maximè vt diſcerneremus voluiſti, eoſdem puto eſſe, ſicut & tibi viſum eſt, vt non alios Paſtores, alios Doctores intelligamus; ſed ideò cùm prædixiſſet Paſtores, ſubiunxit, & Doctores, vt intelligant Paſtores ad officium ſuum pertinere doctrinam.*

Conſonat & Diuo Hieronymo dicenti: *Alios Paſtores, & Magiſtros: vt qui Paſtor eſt, eſſe debeat & Magiſter: nec in Eccleſiis quamvis ſanctus ſit, Paſtoris ſibi nomen aſſumere præſumat, niſi poſſit docere quos paſcit.*

Prædicta ex ſacris litteris teſtimonia produxiſſe ſufficiat. Ex ſacris Canonibus plura poſ- 961
ſemus in medium adducere; ſed breuitati conſulentes, curſim aliqua illorum recenſere duxi. In canone *Illiteratus*, 36. *diſtinct.* Gelaſius Papa excludit à Clericatu illiteratos; & rationem reddens ait: *Quia litteris carens, ſacris non eſt aptus officiis.* In canone *Si in laicis*, 38. *diſtinct.* dicitur, quod ignorantia eſt intolerabilis in his, qui præſunt; & addit ibi Leo Papa: *Nec excuſatione eſt digna, nec venia.* In canone *Ignorantia, diſtinct. eadem*, dicitur, quod ignorantia eſt cunctorum errorum mater, maximè in Sacerdotibus, *qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt*, addit ibi Concilium Toletanum 3. *c.* 24. In canone *Præcipimus*, 34 *dist.* Gregorius Magnus prohibet ad Ordines ſacros illiteratos promouere. In canone *Piſcis*, 55. *dist.* prohibet Gelaſius Papa, ne quis ad Clericale munus admittatur, illiteratus inuentus.

962 Et in ſpecie de eligendis in Prælatos litteratis, & de arcendis illiteratis à Prælatiis, adſunt extra plures Decretales, caput *In cauſis*, §. *vlt.* caput *In cunctis*. caput *Ianotuit*, §. *Multa*, caput *Dudum*, §. *Cùm autem*, *de electione*: caput *Quamvis*, el 15. *de ætate & qualitate*, & caput *Niſi cùm pridem*, *de renunciatione*, el 10. Et in ſacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 7. *cap.* 2. *de reformatione*, ſtatuitur vt nullus ad Cathedralium Eccleſiarum regimen aſſumatur, niſi litterarum ſcientiâ præditus. Idem ſtatuitur *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. ibi: *Scientiâ verò præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere.* Et *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. ibi: *Nemo igitur deinceps ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine verſatus, doctrinâ ad ſuum munus exequendum neceſſariâ, ac morum integritate commendetur.*

963 Pro noſtra etiam concluſione firmanda, ex Iure Ciuili poſſumus itidem non pauca producere teſtimonia. Ex lege vtique *nemini*, *Cod. de Aduocatis diuerſorum iudicum*: *l. nemo iudex*, *Cod. de ſententiis, & interlocutionibus omnium iudicum*: & ex *Authentico de Tabellionibus*, §. *Nos autem*, vbi dicitur, quod ignarus litterarum facilè negat ea, quæ pro veritate ſtatuta ſunt, & quod ſuper eo inconuincibilis eſt. Quæ iura ad idem intentum allegat Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *capite* 2. *num.* 10.

964 Ex Eccleſiæ Patribus probatur vlteriùs concluſio, cùm ex ſuprà adductis, pro locorum Sacræ Scripturæ vera intelligentia; tum ex noſtro Gregorio Magno *in part.* 1. *Paſtoralis*, *cap* 1. in ſequentia prorumpente: *Ab imperitis Magiſterium Paſtorale ſuſcipitur in magna temeritate, quoniam ars eſt artium, regimen animarum.* Et infrà: *Paſtorum imperitia voce veritatis increpatur, cùm per Prophetam dicitur: Ipſi Paſtores ignorauerunt intelligentiam, &c.* Tum ex noſtro etiam Mellifluo Bernardo *in Cantica, ſerm* 76 dicente: *Iam quomodo in paſcua diuinorum eloquiorum greges Dominicos Paſtor idiota?* Et rurſus *tract. de Ordine vitæ*, ſic ait ipſemet Bernardus: *Poſt inductos Prælatos, maloſque in ſancta Eccleſia nulla peſtis ad nocendum inſignior valeat inueniri.* Tum etiam ex D. Iſidoro *de ſummo bono*, *lib* 3. *cap.* 35. dicente: *Sicut iniqui, & peccatores miniſterium Sacerdotale aſſequi prohibentur, ita indocti, & imperiti à tali officio retrahuntur.* Tum ex B. Laurentio Iuſtiniano *de regim. Prælat. cap* 7. vbi ait: *Decet perfectè Doctores, & Domini gregis Paſtores ſtare in alto, & doctrinam veritatis præbere cunctis audire cupientibus, nam vbi deeſt doctrina, hortamenta vt plurimum deſunt cæleſtia, conſilia ſana, & diuinarum monita Scripturarum.*

965 Probatur denique ratione. Quia promouendi ad Prælaturas, eam ſaltem ſcientiam actu habere debent, quæ neceſſaria eſt ad rectè ſuum munus per ſeipſos obeundum. Peyrinus *dict. cap.* 2. *num.* 11. cum Menochio *de arbitrariis lib.* 2. *caſu* 425. *n.* 37. Pariſio *de reſignat. lib.* 5. *q.* 3. *num* 102. Leſſio *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. *num.* 127. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 4. *num.* 75. Innocentio *in cap. Cùm in cunctis*, *de electione*, *num.* 1. Nauarro *in cap. Si quando*, *de reſcriptis. except.* 14. *num* 1. D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. *in corpore* dicens: *Singuli ſcire tenentur ea, quæ ad eorum ſtatum, vel officium ſpectant.* Et *in additionibus ad* 3. *part. q* 36 *art.* 2. *in corp.* etiam ait: *Qui aliis præponuntur, curam animarum ſuſcipientes, ſciant quæ ad executionem ſui Ordinis ſpectant.* Et quidem eadem militat ratio in omni profeſſione, & arte; turpe enim eſt ignorare artem, quam profitemur. Peyrinus *dict. num.* 11. ex *l.* 2. §. *Seruius*, *ff. de origine iuris*, *l. profeſſio*, *Cod. de muneribus patrimoniorum*, & ex *cap.* 4. *de conuerſione coniugatorum*, vbi Alexander III. ſic ait: *Cùm ſis præditus ſcientiâ litterarum, ignorare non debes, &c.*

Quantâ autem peritiâ, litteraturâ, & ſcientiâ pollere debeat eligibilis ad Prælaturam, non eſt facile definire. Vnum pro certo meus lector ſciat, à nullo alio veram poſſe reſolutionem accipere, quàm à viro bono, & probo, conſiderante circumſtantias loci, temporis, ac perſonarum, cum quibus degere, ac viuere debet, qui fuerit eligendus, vti Abbas *in cap. & num. mox citandis* Peyrinus *vbi ſuprà*, *num* 6 docet ex Innocentio *in cap. Cùm in cunctis*, *de electione*, *num.* 2. Abbate ibi *num.* 4. Lambertino *de iurepatronatus*. *lib* 2 *part.* 1. *q.* 9. *art.* 17. *num.* 7. Azorio *Inſtitut. Moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *q.* 3. *verſ. Sciendum.* Alb. Trotto *de perfect. Cleric. lib.* 2. *part.* 1. *requiſ.* 8. *num* 92. Angelo *verb. Clericus*, 2. § 4. Tabiena *ibid. num.* 3. & ex Campanilo *in Diuerſorio iuris*, *rubr.* 5. *cap* 1. *num.* 6. Addo, neque ab alio; quàm ab eo, qui prudenter penſare queat qualitatem negotiorum, quorum expeditio ab eligendo in Prælatum dependeat. Nam pro diuerſitate dignitatum, graduum, officiorum, & beneficiorum (inquit Pax Iordanus *loco mox citando*, *n.* 46.) diuerſa quoque requiritur doctrina, vt proſequitur Innocentius *in cap. Cùm in cunctis*, *de electione*, & cæteri poſt eum, quos recenſet, & ſequitur Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ* 4. *à num.* 60. Raggius etiam *de regim. Regul. tractatu tertio*, *dubio* 200. *num.* 3. 966

Huiuſmodi autem vir bonus, probus, & prudens, ſcire debet, tres dari gradus ſcientiæ. *Primus* eſt ſcientiæ eminentis, per quam ſcilicet quis ſcit difficillimas quæſtiones ad munus ſuum pertinentes explicare, & definire in promptu, ſine reuolutione librorum. Abbas *in cap. Cùm in cunctis*, *n* 4. el 7. *de electione*, Raggius *num.* 3. ſeu qui eſt in ſcientia ad ſtatum, vel officium ſuum neceſſaria, præ omnibus aliis eruditus, & eminens, in promptu habens reſponſiones, abſque alia librorum reuolutione. Pax Iordanus *de re ſacra*, *lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 44. ex Innocentio *in cap. Cùm in cunctis*, *num.* 1. *de electione.* Peyrinus *dict. num.* 6. Secundus eſt ſcientia mediocris, per quam ſcilicet ſcit quis communes enodare quæſtiones, quæ in ſuo occurrunt officio, ac munere, quamvis non omnes obſcuriſſimas, & difficillimas; ſeu quando in dicta ſcientia multos habet pares, & quando ex libris veritatem eorum, quæ ſcire tenetur, nouit petere, licèt in promptu omnia non habeat, vt eminens Pax Iordanus *num.* 45. Peyrinus *num* 6. Abbas *dict. num.* 4. dicens: Mediocris verò dicitur, per quam difficiles quæſtiones deciduntur, cum reuolutione tamen librorum. Raggius *num.* 3. Tertius gradus eſt ſcientiæ ſufficientis, quando ſcilicet quis tantùm ſcit, quantùm eſt neceſſarium pro ſatisfaciendo officio, quod habet, Authores legendo, Doctores conſulendo, ea quæ neſcit petendo. Ita Peyrinus *dict. num.* 6. Raggius *num.* 3. & quæ ad prudentis arbitrium ſufficit (inquit Pax *num.* 6.) ad exequenda ea, quæ imminent ei, de cuius peritia tractatur; nam pro diuerſitate dignitatum, &c. diuerſa quoque requiritur doctrina. Abbas ait: Sufficiens attamen eſt legitimè requiſita ſecundum qualitatem officij, ſeu beneficij.

Illius

967 Illius igitur electio, qui ſaltem non habet tertium hunc ſcientiæ gradum, ipſo iure eſt nulla, & ei renunciare tenetur electus, vti benè Peyrinus *dict. cap. 2. num. 14.* cum Diaz *in praxi, cap. 21. num. 6.* vbi Salzedus *verb. Nulla*, Vega *in ſumma, part. 1. cap. 31. num. 6.* Innocentius *in cap. Cùm noſtris, de conceſſione prabenda, num. 1.* Abbas *ibid. num. 22.* Nauarrus *miſcell. 40. de orat. num. 8.* & *in cap. Si quando, de reſcriptis, except. 16.* Gonzalez *ad regul. 8. gloſſ. 4. num. 47.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 24. num. 127.* Roderiquez *in ſumma, tom. 1. cap. 29. num. 3.* & conſtat *ex cap. fin. de atate, & qualit. can. 2. diſt. 36.* ibi: *Et non ſolùm in eo ambitio inefficax habeatur, cap. Dudum, el 1. 6. Cùm autem, cap. Congregato, cap. Cùm iniunctis, §. fin. de electione*, & ex Tridentino *ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat. in fine*, ibi: *Nec aliis in poſterum fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur, aliter irrita ſit prouiſio.* Et licet aliqui ex citatis Doctoribus declarent, quod tunc electio eſt ipſo iure nulla, cùm facta eſt in penitus illiterato, qui neſciat legere, ipſe tamen Peyrinus *numero 15.* cum Diaz *loco citato*, penitus illiteratum in hac vocat materia eum, qui actu non eſt aptus exercere munus, ad quod aſſumptus eſt, etiamſi legere, & ſcribere ſciat, & Grammaticam calleat; purus namque Grammaticus, purus aſinus.

DIVISIO I.

Officia Generalium, & aliorum Prælatorum recenſentur: & Generalium ſcientia, quanta eſſe debeat, declaratur.

BREVIARIVM.

Dux.

Ducis munera referuntur. n. 971.

Epiſcopi.

Scientiam in eminenti gradu habere debent Epiſcopi. num. 968.

Excommunicatio.

Mucro gladiatorum Eccleſia eſt excommunicatio. numero 980.

Generalis.

Religionum Generales in eminenti gradu ſcientiâ pollere debent. n. 968.

Magiſter.

Conditiones adnumerantur Magiſtri. n. 972.

Medicus.

Medici referuntur officia. n. 977.

Papa.

Maiorem ſcientiam reliquis habere debet Papa. numero 968.

Paſtor.

Munera recenſentur Paſtoris. n. 973.

Pater.

Officia Patris adnumerantur. n. 976.

Prædicator.

Munus ſuum exercere non poteſt, niſi vtriuſque habeat Teſtamenti notitiam: & niſi quod ore dicit, opere compleat. n. 970.

Prælati.

Officia recenſentur Prælatorum. à numero 969. ad 983.

Sub mortali tenentur Prælati vitam exponere corporalem pro ſpirituali ſubditorum. n. 973.

Prælati negligentia, & aliquando etiam diſſimulatio peccatum mortale eſt. n. 975.

Vigil.

Officium Præfecti vigilum quale ſit. numero 973. & 974.

IN Generali Ordinis requiritur, vt benè ſuo poſſit muneri ſatisfacere, eminentis ſcientiæ gradus, qui eſt primus ex tribus paulò ſuperiùs enumeratis. Ita docet Laurentius de Peyrinis *vbi proximè, num. 16.* & probat authoritate D. Thomæ *in Addition. ad 3 part. q. 36. art. 2. in corpore*, vbi ſic ait: *Ad Superiores Sacerdotes, ſcilicet Epiſcopos, pertinet, vt ea etiam, quæ difficultatem in lege faciunt, poſſunt, ſciant, & tantò magis, quantò in maiori gradu collocantur.* Et in iſta concluſione addit, debent conuenire, Menochius *de arbitrariis lib. 2. caſu 425. num. 37.* Pariſius *de reſignatione, lib. 5. q. 3. num. 103.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 24. num. 127.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancellariæ, gloſſ. 4. num. 75.* Innocentius *in cap. Cùm in cunctis, de electione, num. 1.* & Nauarrus *in cap. Si quando, de reſcriptis, except. 14. num. 1.* & eſt conformis Abbati loco citato, dicenti, quod Papa deberet habere maiorem ſcientiam reliquis, cùm ſit præpoſitus curæ totius Chriſtianitatis. 968

Et vt probet concluſionem ſuam, ſupponit duodecim eſſe Generalis officia, ad quæ ſecundùm ſacros Canones in conſcientia obligatur, de quibus Hoſtienſis *in ſumma de electione, §. Ad quid tenetur, n. 31.* & Petrus de Baiſio *in directorio electionis, part. 3. cap. 49.* 969

I. Eſt Prædicatoris, *can. Si Rector, 43. diſt.* quod exercere non poteſt, niſi habeat vtriuſque Teſtamenti notitiam, *can. Qui Epiſcopus, 23. diſt.* Et quod ore dicit, debet opere complere: nam quæ à Prælatis fiunt, de facili à ſubditis in exemplum trahuntur, *cap. Magna, §. 1. de voto, cap. Ex merito, 6. q. 1.* 970

II. Eſt *Ducis*, de cuius ratione tria ſunt. I. Quòd debet ſubditis præire, non ſequi, *can. Docendus, 62. diſt.* & ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent. *Lucæ cap. 6.* & *cap. Cùm ſit ars artium, de ætate, & qualitate.* II. quod eſt de ratione Ducis, eſt vt quammaximè æſtimet ſubditorum ſalutem, & pro illa omnibus ſe periculis exponere non vereatur. III. Ducis munus eſt diſperſum militem colligere, ſaucium medicare, inter illum ſpolia diſtribuere. 971

III. Officium Prælati eſt *Magiſtri*. Magiſter autem quatuor debet habere conditiones. I. Debet eſſe ſcientiâ illuſtratus. II. Debet eſſe humilis, benignus, affabilis. III. Debet eſſe probus, ac rectus. IV. Debet eſſe practicus, & expertus. Pro quibus probandis Magiſtri conditionibus *in tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 30. circa finem*, ſequentes adducit authoritates. Pro prima illud *Eccleſiaſt. 18. Antequam loquaris, diſce*: id eſt antequàm loquaris docendo, diſce priùs audiendo. Pro ſecunda Diuum Gregorium relatum *in canon. Hoc habet, 46. diſtinct.* vbi ita ait: *Hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant inferre, quod docent; & recta quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſint.* Pro tertia illud Senecæ *epiſtol. 6. Homines ampliùs oculis, quàm auribus credunt: & longum iter eſt per præcepta; breue, & efficax per exempla.* Et illud La- 972

 ctantij

ctantij *lib. de falſa ſapientia. Turpe eſt ad Philoſophiam pergere, & Philoſophia opera non agere.* Pro quarta tamen Magiſtri conditione adducit Boëtium *de diſciplina ſchol. cap. 6.* inter alia dicentem de Magiſtro, quod ſit, *non negligens, quoniam ſicut in vnoquoque opere diligentia mater inuenitur conſtantia, ita vniuerſa doctrina, & diſciplina nouerca eſt negligentia.*

973 IV. Prælati officium, *eſt Paſtoris*, ſecundum quod triplicem panem debet ſuis ouibus miniſtrare. Sacramentalem ſcilicet, de quo *Ioannis 6. Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi.* Naturalem, vt humana ſuſtentetur vita, qui ab eo charitatiuè, & æqualiter diſpenſandus eſt, *can. Quoniam quidquid, 16. q. 1.* & ſpiritualem Verbi Dei, de quo *Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Propter quem triplicem panem ter dixit Chriſtus Petro *Ioannis 21. Paſce oues meas.* Idem Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 7. num. 3.* addit ex Diuo Thom. *lib. 3. de regim. cap. 11.* Bonus Paſtor eſt, qui principaliter bonum ſubditorum intendit, qui per ſe ſufficiens reperitur, quique in omnibus bonis ſuperexcellit, & qui curam habet ſubditorum, vt bene operentur. Et ex Melliſluo Doctore D. Bernardo *in lib. ſententiarum, non procul ab initio. Boni Paſtoris eſt vigilare ſuper gregem, propter tria neceſſaria, videlicet ad diſciplinam, ad cuſtodiam, ad preces. Ad diſciplinam propter morum correctionem, ne grex commiſſus propriâ moleſtiâ deficiat; ad cuſtodiam, propter ſuggeſtionem, ne hoſtili ſeducatur calliditate. Ad preces, propter tentationum inſtantiam, ne vincatur à puſillanimitate. In diſciplina rigor iuſtitiæ: in cuſtodia ſpiritus conſilij: in prece affectus compaſſionis.* Ad hoc Prælati officium ſpectat obligatio ſub mortali ponendi vitam pro ſalute ſpirituali cuiuſlibet ſubditi, etiam extra extremam neceſſitatem, ſaltem in graui, vti probat Peyrinus *dicto cap. 7. num. 16.* ex illo Ioannis 10. *Bonus Paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis; mercenarius autem videt lupum venientem, & fugit.* Bonus (ait) paſtor, ea bonitate, quæ ad gratiam, & amicitiam Dei neceſſaria eſt, dat animam ſuam, ideſt periculo exponit vitam ſuam corporalem, pro vita ſpirituali ouium ſuarum. Addit Climacum *de officio Paſt. ex tom. 5. Bibliotheca veter. Patrum, fol. 734.* dicentem: *Confuſio eſt paſtoris formidare mortem.* Et D. Auguſtinum *de paſtor. cap 7.* ſic fantem: *Reuocabo errantem, requiram perditam, velis nolis, id agam: & ſi me inquirentem lanient vepres ſyluarum, per omnia anguſta me coarctabo, omnes ſepes excutiam.* Allegat etiam D. Thom. 2. 2. q. 26. *art. 5. in corpore, & ad 3.* & Aragonem *ibi, q. 2. concl. 4.* Sotum *de iuſt. lib. 10. q. 3. art. 4. concl. 2.* Salon. 2. 2. *q. 62. art. 7. contron. 3. tit. An qui tenentur*, Valentiam *tom. 3. diſp. 3. q. 4. p. 3. col. 9. verſic. Quoad alteram*, Benzonium *in ſpeculo Epiſcop. lib. 1. diſp. 1. q. 1. verſ. quinto rationibus, & verſ. ſeqq.* Malderum *ad dictum D. Th. locum*, & omnes Doctores cum eo. Plura ſcitu digniſſima, & neceſſariiſſima Prælatis, vt ſuo officio Paſtoris ſatisfacere valeant, apud Peyrinum inuenies *dicto cap. 7.*

974 V. Officium Prælati, eſt *Præfecti vigilum*: vnde culpa illius eſt ſi lupus oues diſperdat, & ipſe neſciat: *cap. Quamuis, de regulis iuris*, vbi gloſſa *verbo Paſtor*, multa cumulat. Præfectus autem vigilum per totam noctem vigilare debet, & oberrare, & curam adhibere, ne mali aliquid accidat, *leg. 3. ff. de Præfect. vigil.* vnde *Ezech. 3.* Speculator vocatur. Quia (inquit S. Proſper. *de vita contemplatiua cap. 2.*) *ſpeculantur actus hominum, & qualiter quiſque viuat, diligenter explorant, quos bonos probauerint, honorando confirmant; quos deprehenderint vitioſos, arguentes.*

Et aduertit Peyrinus *num. 21. dicti cap. 2.* ex gloſſa 975
in cap. Ea quæ, verbo Reatum, de offic. Archidiaconi, & ex Ioanne Andrea, & Butrio *ibi*. & ex Panorm. *in cap. 1. de treuga, & pace*, quod negligentia in Prælatis eſt peccatum mortale. Immò & quandoque diſſimulationem mortale etiam eſſe peccatum in Prælatis aſſerit ex gloſſa *in capit. Clericis, verbo Diſſimulatione, de immunitate Eccleſiar.* Panormit. *loco citato*, Felino *in cap. Licèt Heli, de ſimonia*, & ex textu *in can. fin. 47. diſt.* & Prælatum valde negligentem eſſe deponendum, docet gloſſa *in dicto cap. Ea quæ, verbo Negligentiam*; ex gloſſa *in cap. Cùm ad Monaſterium, verbo Negligens. de ſtatu Monachorum.* Panormitano *ibi*, & ex Petro Baiſio *in Directorio electionis, part. 3. cap. 52. numero 13.*

VI. Prælati officium eſt *Patris*. I. Quia ſub- 976
ditos verbo doctrinæ ſpiritualiter generare debet, iuxta illud 1. *Corinth. 4. Per Euangelium ego vos genui.* II. Quia eos debet lacte conſolationis fouere, iuxta 1. *ad Theſſalonicenſ. 2. Facti ſumus paruuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.* III. Quia debet ſubditos erudire, iuxta illud 1. *Corinth. 3. Tanquam paruulis lac* (doctrinæ ſcilicet) *vobis dedi potum.* IV. Quia debet eis theſaurizare exempla multarum virtutum, *Prouerbior. 21. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti.* Id eſt ſecundum gloſſam interlinearem, *claritas bonorum operum, & pinguedo deuotionis, ſunt hæreditas, quam reliquit pater ſpiritualis filiis ſuis ſpiritualibus.* Et 2. *Corinth. 12.* dicit eadem gloſſa, quod filij ſpirituales non debent parentibus ſpiritualia theſaurizare, ſed parentes ſpirituales debent theſaurizare filiis diuitias vitæ æternę. V. Quia debet eis prouidere de neceſſariis, 2. *Corinth. 12. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris.* Quem locum ſic explicat Liranus: *Impendam vobis non ſolùm ſpiritualia bona, ſed etiam temporalia, & ſuperimpendar ego ipſe.* Quaſi diceret: *Pro ſalute veſtra paratus ſuſtinere mortem.*

VII. Officium Prælati eſt *Medici*, vt *can.*
Diſciplina, 45. diſt. Medici autem officium eſt cu- 977
rare appoſitè ad ſanandum, vt ait Fernelius *lib. 1. capit. 1.* Appoſitè curat, qui citò, tutò, & iucundè remedia confert, quæ non poteſt facere, niſi qui vtriuſque medicinæ, actiuæ ſcilicet, & contemplatiuæ valde peritus exiſtit, vt nimirum rerum naturas cognoſcat, quo poſſit earum viribus ad ſanitatem vti; ſciatque elementorum, humorum, complexionum, potentiarum, membrorum naturas; cognoſcat etiam cauſas omnium morborum, & ſymptomatum; ſciatque ex ſignis coniicere præterita, præſentia, futura.

VIII. Prælati officium eſt *Aduocati*; tum
apud Deum, quem tenetur aſſiduè pro commiſſo 978
ſibi grege orare, *can. Si quis vult, 36. diſt.* & *can. Quia Sacerdotes, 10. q. 1.* Tum apud homines, cum quibus ſubditos adiuuat, & defendit, *cap. ex parte, de poſtulatione Prælati, can. Monachi, 16. q. 1.*

IX. Officium Prælati eſt *Militis armati*: ſed
eius arma orationes ſont, & lachrimæ. His defen- 979
dit ſubditos, arcet luporum truculentam rabiem, rigat, & fouet.

X. Prælati officium eſt *Gladiatoris*: eſt autem
excommunicatio mucro illius, *can. viſis, 16. q. 2.* 980

in

in fine : *cap. Si quis, de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Quo certè gladio quomodo vtendum, ſacra præſcribit Tridentina Synodus *ſeſſ.* 25. *de reformatione, cap.* 3.

981 XI. Officium Prælati eſt *Agricultoris, cap. ſolitæ*, §. *Potuiſſes, de maioritate, & obedientia*, vt euellat, deſtruat, diſperdat, diſſipet vitia, non ſolùm quoad radicem, ſed etiam quoad machinationem malæ ordinationis, vitioſorum adunationem, atque vitiorum defenſionem. Et hoc prædicando verbum, inſtando opportunè, importunè, arguendo, obſecrando in omni patientia, & doctrina, vt dicitur 2. *ad Timoth.* 4. Nec ſolùm debet deſtruere, ſed etiam ædificare, tanquam bonus Architectus, de quo 1. *ad Corinth.* 3. *Secundùm gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens Architectus fundamentum poſui . quod eſt Chriſtus Ieſus.* Ædificet itaque, & plantet virtutes. Et noſter Gregorius Magnus *part.* 3. *Paſtoralis, cap.* 35. aduertit, quod agricultor priùs debet amputare malas radices, quàm bonas plantare. *Quia niſi priùs*, inquit, *peruerſa deſtrueret, ædificare vtiliter recta non poſſet.*

982 XII. Officium Prælati eſt *Correctoris, cap. Tranſmiſſam, de electione, cap. Quantò, de his quæ fiunt à Prælato, cap. Qualiter, & quando, el* 2. *&* 24. *de accuſationibus, cap. Ea quæ*, §. *Si verò, de ſtatu Monachorum*. In quo munere exequendo Prælatum recordari quam maximè oportet ſententiæ Senecæ 1. *de clement. cap.* 22. dicentis : *In alienis iniuriis vindicandis tria ſequi debet Princeps: aut, vt eum quem punit emendet; aut, vt pœna eius cæteros meliores reddat; aut, vt ſublenatis malis, ſecuriores cæteri viuant.*

983 Hæc omnia officia eſſe Generalis, teſtatur Peyrinus, & illa ſine eminenti ſcientia exequi ritè, & rectè neutiquam poſſe aſſerit : immò & cum illa eſſe valde difficile, iuxta illud Nazianzeni *orat.* 1. *apol. num.* 31. dicentis : *Sed ſit ſanè aliquis, non modò à vitiorum contagione purus, verùm ad ſummum etiam virtutis faſtigium euectus; aut equidem video, quanam ſcientiâ inſtructus, aut quibus viribus fretus, huiuſmodi præfecturam intrepidus ſuſcipere queat.* Et infrà *num.* 64. *Qui præſidenti animo præfecturam ſuſcipit, hunc ego ſolertia nomine admiror, ne dicam ſtultitia.* Et quidem, non Generalis ſolùm, ſed etiam cuiuſlibet Prælati, omnia præfata officia eſſe, nemo eſt, qui neſciat, Regulâ ſanctâ *cap.* 2. inſtructus. Non nego tamen, maiori ſcientia pollere debere, qui Generalitiâ præfulget dignitate, quia ad plura, & difficiliora negotia, ad quamplures perſonas, & loca ſui ſe extendit gubernij poteſtas.

DIVISIO II.

Quod diſpenſari poſſit cum eligendis ad Prælaturas, ſuper ſcientia.

BREVIARIVM.

Abbas.

Exercet curam, & poteſtatem reſpectu Monachorum ſuorum in foro pœnitentiali, & etiam in externo. num. 986.

Charitas.

Supplet in Prælato ſcientiæ defectum. n. 984. & 985.

Eſt bonum notabile, &c. n. 985.

Debet eſſe cum diſcretione coniuncta. n. 985.

Experientia.

Coniuncta cum prudentia, eſt omnium ſcientiarum magiſtra. n. 987.

Illiteratura.

De iure diuino eſt indiſpenſabilis, niſi ex tribus cauſis. num. 991.

In pœnam ſubditorum, ob eorum demerita ſæpè permittit Deus, quod illis illiterati præſint. numero 992. & 993.

Pax.

Summopere procurari debet à Prælatis, & Gubernatoribus. n. 992.

Prælati.

Ex cauſa diſpenſari poteſt cum Prælatis ſuper ſcientia, quam habere debent, & quotuplex cauſa ſit, à num. 984. ad 991.

Illiteratus, qui bene ſe geſſit in Prælatia, eligi bene poteſt in Prælatum Eccleſiæ, aut Monaſterij eiuſdem qualitatis. n. 987.

Prælatus iam electus, & confirmatus deponi non poteſt inuitus, ſi impotens reddatur, nec compelli ad renunciandum, ſed coadiutor illi aſſignari debet. num. 988.

Ignorans præſumens minimè eligendus. n. 990.

Vt officio ſuo ſatisfaciat Prælatus, ſufficit vt alios Prælatos ſcientiâ, & prudentiâ præditos imitetur in gubernio, maximè ſi ex oppoſito ſcandala oriuntur. num. 992.

VNum hîc aduertere operæpretium duxi, ad ſedandas conſcientias, tam electorum, quàm eligendorum ad Prælaturas, quod licèt ſcientia maximè in Prælatis requiratur, diſpenſari ſuper ea aliquando cum eligendis poſſit, vel ſuper maiori, aut minori illius gradu, vel etiam abſolutè ſuper ſcientia, ſi iuſta interueniat diſpenſandi cauſa. Quæ vtique triplex à Doctoribus aſſignatur. *Prima* eſt, quando quis ardenti charitate flagraret, vitæque, & morum probitate polleret, poſſet in eo ſupplere ſcientiæ defectum. Ita docet Abbas Panormit. *in cap. Cùm in cunctis, num.* 4. *et* 7. *de electione*, dicens : Supplet enim defectum ſcientiæ perfectio charitatis, vt *in cap.* 1. *de renunciatione*. Ita etiam Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. cum Sylueſtro *verbo Clericus, num.* 1. *dicto* 1. Angelo *eodem verbo*, 2. *num.* 4. *in fine*. Salcedo *ad Bernardum Diaz, cap.* 21. *verſic. Aliquando tamen.* Innocentio *ad dictum cap. Cùm in cunctis, num.* 4 Reginaldo *in praxi lib.* 3. *tract.* 3. *num.* 172. Maiolo *de irregularitate, lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 4. *&* 5. id exemplis illuſtrante, Flaminio Pariſio *de reſignatione beneficior. lib* 5. *q.* 3. *num.* 112. & Azor. *Inſtitution. Moralium part* 2. *lib.* 6 *cap.* 6. *q.* 8. 984

985 Et probatur *ex cap. Niſi cùm pridem*, § *Pro defectu, el* 10. *de renunc.* vbi ſic Innocentius Papa III. *Etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in Paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda; quia ſecundùm Apoſtolum, ſcientia inflat, charitas autem ædificat : & ideò imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.* Probatur etiam ratione. *Quia charitas eſt bonum notabile, voluntas recta, ab omnibus terrenis, & præſentibus prorſus auerſa, inſeparabiliter Deo coniuncta, & ignita igne quodam Spiritus ſancti, à quo eſt, & ad quem refertur incenſa*, &c. verba ſunt D. Proſperi *in lib.* 3 *de contemplatiua vita*, ex quo deſumptus eſt canon *Charitas eſt*, *el* 5. *de pœnit. dist.* 2. Debere tamen charitatem eſſe cum diſcretione coniunctam, aduertit Peyrinus

Peyrinus *ex cap. Non ſolùm, 3. de Regularibus, lib. 6.* vbi dicitur: *Puritati conſcientiæ non debet deeſſe iudicium rationis, ne vnde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendium ſubſequatur.*

986 Secunda cauſa eſt ad diſpenſandum ſufficiens, quando quis diuturno vſu, & longâ experientiâ ea nouit, quæ neceſſaria ſunt ad ſui muneris functionem. Huiuſinodi enim poſſe eligi in Prælatum, etiamſi Grammaticam, & Latinam linguam penitus ignoret, docet Peyrinus *dicto cap. 2. num 32.* & allegat Azorium *loco citato, q. 6.* Pariſium *dicta q. 3. num. 109.* Maiolum *vbi proximè, num. 10.* Sigiſmundum à Bononia *de electione, part. 2. dubio 63. num. 3.* Reginaldum *num. 173.* & Abbatem *in cap. Quamuis, num. 4. el final. de ætate, & qualitate.*

Sed hunc Doctorem non bene pro ſe allegat Peyrinus: tum quia illius doctrina procedit circa iam electos; inquirit enim, an deponi debeant, qui Grammaticam ignorant; ex vſu tamen perfectè Latinè loquuntur? Et reſpondet, quod ſi aliàs quis eſt vtilis, non eſt deponendus, quia defectus ſcientiæ poteſt ſuppleri per alium, ad quod dabitur illi coadiutor. Et quod aliter de promouendis ſentiat, patet, quia ſuæ doctrinæ poſſe opponi ait Canonem *Vnum, §. Nunc autem, 25. diſt.* Canonem *Qualis, 8. q. 1.* & Canonem *Statuimus, 61. diſt.* Sed reſpondet hæc iura loqui in promouendis.

Tum etiam, quia *in cap. Cùm in cunctis*, citato, vbi de electione, *dicto num. 4.* impugnat Archidiaconum dicentem *in can. Legi, 16. quæſt. 1.* ſufficere, quod Abbas ſciat cantare, & legere. *Sed ego* (inquit Abbas) *non video, qualiter poſſit dictum, ſaltem de iure procedere; cùm quilibet Abbas habeat ſaltem curam fori pœnitentialis, reſpectu Monachorum ſuorum.* Et rebus vt nunc ſtantibus, & data exemptione Regularium à Diœceſanorum iuriſdictione, minùs procedere poteſt Archidiaconi doctrina, cùm Abbates, imò & alij Prælati Regulares iuriſdictione vtantur ordinaria in ſuis Monaſteriis. Barboſa *in cap. Quantò, num. 6. el 7. de officio Iudicis ordinarij*, & *in Repertorio locorum communium vtriuſque iuris, verbo Abbas.* Et latè ego ipſe demonſtraui *in qq. Paſtoralibus, p. 3. q. 13. n. 7.* & ad illarum calcem *in diſq. Paſtorali de iure prioris annexi, num. 100.* & per plures ſequentes. Et in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis *tom. 1. tract. 1. diſquiſit. 3. num. 10.* & ſæpe alibi, & *tom. 2. diſquiſit. 6. dub. 16. & 25.*

987 Sententiam ſuam probat Peyrinus, quia experientia cum prudentia coniuncta eſt omnium ſcientiarum magiſtra. Vnde colligit, quod poſſunt electores in Prælatum eligere virum illiteratum, qui tamen, cùm aliàs Prælatus fuerit, bene ſe geſſerit in Prælatia eiuſdem, vel paulò ſuperioris qualitatis; nam eſt aptus regere duodecim fratres, qui non eſt aptus regere quinquaginta; & eſt aptus quis regere Fratres ordinarios, & ſenes, qui non eſt aptus regere grauiores, & iuniores. Lambertinus *de iure patronatus lib. 2. p. 1. quæſt. 9. art. 24. num. 6. verſic. & ibi dictis adde.* Hæc Laurent. de Peyrinis, qui tamen bene limitat concluſionem cum Maiolo de *irregularit. lib. 1. cap. 32. num. 14.* & cum Azorio *part. 2. lib. 6. cap. 6. q. 9* niſi alij doctiores, & expertiores adſint, qui eligi poſſint. *Bene limitat*, dixi, quia vti ſuprà probatum reliquimus, dignior doctrinâ, ſanctitate, & aliis dotibus præfici debet.

988 *Tertia* cauſa eligendi illiteratos eſt, non reperiri viros literatos. Ita Peyrinus *cap. 2. citato, n. 34.* cum Maiolo *vbi proximè, num. 9.* Menochio *de Arbitrariis, lib. 2. caſu 425. num. 44* & cum Panormitano *in dicto cap. finali, de ætate, & qualitate.* Sed vti iam dixi, Abbas *ibi* non loquitur de eligendis, ſed de iam electis. Conſtat autem, quod plus ad hoc, vt quis eligi poſſit, requiritur, quàm ad hoc, vt deponatur. Vt quis enim validè eligatur, ſanus eſſe debet, & potens munera Prælatiæ, ad quam aſſumitur, exercere; electus tamen deponi non poteſt poſt acceptam Prælatiam, ſi impotens reddatur: nec cogi poteſt ad renunciandum, ſed debetur ei coadiutor. Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 5. q. 21. num. 47.* & habetur expreſsè deciſum à noſtro Magno Gregorio, relato *in can. ſcripſit mihi, el 1.* & *in can. Quamuis ſit triſte, el 14. 7. q. 1.* & extra *in cap. 3. 4. 5. & 6. de Clerico ægrotante.*

Probat autem Peyrinus hanc diſpenſandi cum illiterato cauſam: tum ex illo Iſaiæ 24. *Exit ſicut populus, ſic Sacerdos.* Tum *ex can. Priſcis, el 1. 55. diſtinct.* ibi: *vel ſufficientibus*, vbi gloſſa: vbi enim non eſt copia aliorum, bene aſſumuntur minùs legitimi, vt *ff. de decurionibus, l. generaliter, §. penult. ex can.* Si quis, *el 1. 57. diſt.* ex Concilio Neocæſareenſi deſumpto, ibi, *Aut hominum raritas exegerit*, vbi gloſſa *verbo Raritas*, ait: Argumentum, quod propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt *55. diſt. can. Priſcus, 1. q. 7. Tali.* Tum etiam ex communi Dicterio: *Inter cæcos luſci dominantur.* 989

Admonet tamen electores Peyrinus, ne in hoc caſu ignorantem præſumentem ſcire, eligant: nam multò magis nocebit, quàm ignorans, ſuam ignorantiam cognoſcens. Hic enim doctos conſulendo, aliquando veritatem attingit; ille ſemper perdet omninò, iuxta illud Quintiliani *lib. 1. inſt. or. cap. 1. De Pædagogis hoc amplius, vt aut ſint eruditi planè, quam primam eſſe curam velim; aut ſe non eſſe eruditos ſciant: nihil enim eſt peius his, qui paulùm aliquid vltra primas litteras progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt: nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam poteſtatis, quo ferè hoc hominum genus intumeſcit, imperioſi, atque interim ſæuientes, ſtultitiam ſuam perdocent.* 990

Vltra has tres diſpenſandi cum illiteratis cauſas, vt ad Prælatias aſſumantur, etiam de Papæ poteſtate, nullam aliam eſſe, docet Peyrinus *loco citato, num. 35.* cum Gonzalez *ad regulam 8. Cancel. gloſſa 4. num. 43.* Pariſio *de reſignat. beneficiorum, lib. 5. cap. 3. num. 100.* Gutierrez *de tutel. part. 1. cap. 18. n. 2.* Maiolo *de irregularitate, lib. 1. cap. 32. num. 130.* Diaz *in praxi, cap. 21. num. 5.* vbi citat Felinum dicentem, quod ſi ſcribat Papa, etiam ex certa ſcientia, pro illiterato, obediendum non eſt, quia vitium illiteraturæ eſt de iure diuino. 991

Concludit Peyrinus caput ſecundum dictæ quæſtionis 2. *tom. 2. de Prælato*, inquirendo, cur permittat aliquando Deus viros ignorantes, & malos præeſſe, & gubernare? Et reſpondet, id Deum permittere in pœnam ſubditorum. Plura adducit Sanctorum Patrum teſtimonia ad ſuæ reſponſionis probationem, quæ ſigillatim libens recenſere duxi, tum ad communem fidelium inſtructionem, tum etiam ad conſolationem Superiorum, ignorantibus, & malis Prælatis inferioribus præſidentium, quorum aliqui maximis cruciantur ſcrupulis exiſtimantes, ipſis illorum ignorantiam, ac mores prauos ſemper, aut ferè eſſe coram Deo, in extremo imputandos iudicio, cùm verè ita non ſit creden 992

eredendum, eùm non ſit in eorum poteſtate, vt ſubditi tantùm in ſcientia, & bonis moribus, quantùm eonnenit, & ipſi tenentur, proficiant. Sufficit cuim ad hoc, vt benè in hac, & in aliis gubernent materiis, ſi imitentur alios Prælatos, ſcientiâ, & prudentiâ præditos; & multò magis, ſi ex oppoſito ſcandala oriantur, & pax, quam præ omnibus Principes, Gubernatores, ac Prælati, vt muneribus ſuis ſatisfaciant præeipuis, eurare debent in vllo lædatur, ex quo facilè in Republica, & vniuerſitate quaeunque diſturbatio ſequitur. De neceſſitate paeem conſeruandi ita fatur Dubal *en la expoſicion de la Regla de S. Auguſtin. p. 1. capite 19. numero 60. Deue el Prelado conſeruar la paz, y vniformidad entre los ſubditos, que es el mayor bien, que puede hauer en vna communidad, ſegun ſe dize Pſalmo* 132. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare Fratres in vnum.*

993 *Primum* teſtimonium eſt noſtri Gregorij Magni, primi huius nominis, *in Paſtorali, parte* 1.*cap.*1.dicentis: *Quæ Paſtorum ſæpè imperitia meritis congruit ſubditorum.*

II. Eſt eiuſdem ſancti Doctoris *lib.*25. *Moral. cap.*14. ad illa verba: *Qui regnare facit hominem hypocritam*, ita loquentis: *Nullus, qui talem Rectorem patitur, eum, quem patitur, accuſat; quia nimirum ſui fuit meriti, peruerſi Rectoris ſubiacere ditioni.*

III. Recenſet ex eodem Gregorio, *ex lib.*4 *in primum Regum, cap.*1. *verſ. Non te abiecerunt.* huiuſmodi ſub tenore: *An fortaſſe abiectum ſe in Regis petitione conqueritur: pro reproba voluntate malè petentis populi, petitur Rex, conceditur pro vindicta: vel fortaſſe idcirco reprobus Rex eligitur, vt electus ſucceſſor eius Rex David, in eo cognoſceret, quid cauere debuiſſet.*

IV. Eſt Diui Auguſtini *in Pſalmum* 51. *ſub initium*, ſic dicentis: *Saul Rex non ad permanendum electus eſt à Domino, ſed ſecundùm populi cor durum, & malum, datus ad eorum correctionem, non ad vtilitatem.* Et idem habere Diuum Cyprianum *epiſt.* 38.*ad Rogat.*ait Peyrinus.

V. Eſt Diui Irenæi *lib.* 5. *aduerſus hæreſ. cap.* 24. in ſequentia prorumpentis: *Cuius iuſſu homines naſcuntur, huius iuſſu & Reges conſtituuntur, apti his, qui in illo tempore ab ipſis regantur. Quidam enim illorum ad correctionem, & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ; quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem; quidam autem ad illuſionem, & contumeliam, & ſuperbiam, quemadmodum digni ſunt.*

VI. Teſtimonium deſumpſit Peyrinus ex noſtro D. Iſidoro Hiſpalenſi Archipræſule, & maximo Hiſpaniæ Doctore in 3.*lib. ſententiar.cap.*48. dicente: *Reges, quando boni ſunt, muneris eſt Dei; quando verò mali, ſceleris eſt populi: ſecundum enim meritum plebeium diſponitur vita Rectorum.*

Septimum, & vltimum, eſt Angelici Doctoris *lib.*3.*de regimine Principum, cap.*7. & *cap.*11. *in fine*, ita, vt ſequitur, loquentis: *Interdum dum populus non cognoſcit beneficium boni regiminis, expedit exercere tyrannides; quia hæ etiam ſunt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ.*

PVNCTVM II.

De ſanctitate in eligendo in Prælatum requiſita.

BREVIARIVM.

Deus.

A Prælatis acta, & contra illos patrata, vt à ſeipſo facta, & contra ipſum patrata, Deus iudicat. n.994. & 995.

Dij appellantur Prælati, & quare. n.994.

Dignitas.

Dignitas in indigno eſt ornamentum in luto. numero 996.

Indignitas.

Nihil eſt turpius, quàm excellentem eſſe quemlibet culmine, & deſpicabilem vilitate n.996.

Merita.

Principatus ſine meritorum ſublimitate, eſt honoris titulus ſine homine. n.996.

Obedientia.

Quicquid vice Dei præcipit homo, quod certum non ſit diſplicere Deo, accipiendum eſt, ac ſi à Deo præciperetur. n.995.

Prælatia, Prælati.

Prælatia eſt ars artium. n.994.

Quandam diuinitatis ſpeciem præ ſe ferre debet eligendus in Prælatum. ibid.

QVod eligendus in Prælatum, virtuoſus debeat eſſe, & aliis ſanctior, multis illuſtraui 994
teſtimoniis ſuprà *ſect.* 1. *ſubſect.* 3. *à n.*543. Et nunc addo, tantam in eligendo debere eſſe ſanctitatem, vt diuinitatem quandam, & Dei perfectionis vitæ ſpeciem præſeferat; ex quo enim Prælatia *ars artium* nominatur à Gregorio Magno *in part.* 1. *Paſtoralis, cap.* 1. à Nazianzeno *orat.* 17. apud Brunon. Chaſſaing *tom... de Prælato*, §.2. & apud Peyrinum *tom.*2. *de Prælato, q.*2. *cap.*7. *n.*2. ſic Nazianzenus *orat.* 1. *num.* 31. fatur: *Sed ſit ſanè aliquis non modò à vitiorum contagione purus, verùm ad ſummum etiam virtutis faſtigium euectus, haud equidem video quanam ſcientia inſtructus, aut quibus viribus fretus, huiuſmodi Præfecturam intrepidè ſuſcipere queat. Nam profectò ars quædam artium mihi eſſe videtur, hominem regere, animal omnium maximè varium, & multiplex.* In Iure etiam Canonico adeſt in titulo *de ætate, & qualitate*, Decretalis, cuius initium eſt: *Cùm ſit ars artium.* Ex quo igitur ſequitur, quod Prælatus eſſe ſupra hominem debeat; quod hac ſimilitudine Plato pulchrè demonſtrauit, penes eundem Authorem. *Sicut enim oues non cuſtodiuntur, aut gubernantur ab aliis ouibus, ſed ab animali, quod ſit pluſquam animal, ſcilicet homo: ita homo non poteſt cuſtodiri ab alio homine, ſed ab aliquo qui ſit pluſquam homo, & per conſequens homo diuinus.* Hæc Plato, & longè ante illum Deus hominum Prælatos, Deos appellauit, *Exod.cap.*7. conſtituens Moyſen præpoſitum, & ſuperiorem Pharaoni, illum Deum Pharaonis vocauit, ſic enim *verſ.*1 habetur: *Dixit Dominus ad Moyſem: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Quadam ſcilicet participatione diuinæ iuſtitiæ, ait ibi Bonifacius. Et *in Pſal.* 81. *verſ.* 6. hominibus præpoſitos eodem honorat vocabulo dicens: *Ego dixi, Dij eſtis.* Et *Matth.*16. idem nomen Apoſtolis, omnium hominum Prælatis, dedit dicens:

vos autem quem me eſſe dicitis? Quæ certè verba exponens Diuus Hieronymus *li.* 3. *Commentar. in Matth. cap.* 16. in ſequentia prorumpit: *Prudens lector attende, quod ex conſequentibus, textuque ſermonis, Apoſtoli nequaquam homines, ſed Dij appellantur; cùm enim dixiſſet: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? ſubiecit: Vos autem quem me eſſe dicitis? Illis quia homines ſunt, humana opinantibus; vos, qui eſtis Dij, quem me eſſe exiſtimatis?* Et hæc vtique eſt ratio, cur Deus à Prælatis acta, aut aduerſus ipſos perpetrata, vt à ſeipſo facta, & aduersùm ipſum patrata exiſtimet. *Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit.* dicit *Lucæ cap.* 10. Quocirca noſter Mellifluus Doctor D. Bernardus *tract. de præcepto, & diſpenſatione, cap.* 9. ita fatur.

995 *Quod ſi tantoperè cauenda ſunt ſcandala paruulorum, quantò ampliùs Prælatorum; quos ſibi Deus æqua quodammodo in vtraque parte dignatus, ſibimet imputat illorum & reuerentiam, & contemptum, ſpecialiter conſtans eis. Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. An non denique Regula noſtra perhibet, vbi ait: Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur? Quamobrem quidquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo haud ſecus omnino accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus.* Hocuſque Bernardus. Illud autem, quod ex Regula refert, habetur *in capite quinto. Regulæ ſanctæ ſanctiſſimi Parentis, & Patriarchæ noſtri Benedicti, de Obedientia.*

996 Huc etiam ſpectat Saluianus Presbyter Maſſilienſis, ſic alloquens Epiſcopos *libro* 2. *ad Eccleſiam Catholicam, poſt medium*, à Luca Dacherio, Monacho Congregationis Sancti Mauri relatus *in notis, & obſeruationibus in epiſtolas Sanctè Lanfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi, ad epiſtolam* 23. *pag.* 358, ſub hoc verborum tenore: *Quidquid de aliis omnibus dictum eſt, magis abſque dubio ad eos pertinet, qui exemplo omnibus eſſe debent, & quos vtique tanto anteſtare cæteris oportet deuotione, quantò anteſtant omnium dignitate. Nihil enim eſt turpius, quàm excellentem eſſe quemlibet culmine, & deſpicabilem vilitate. Quid eſt enim aliud principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine? Aut quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto?*

Pvnctvm III.

De prudentia in eligendis in Prælatos neceſſaria.

Breviarivm.

Cogitatio.

Mens cogitatione polluitur, & inimica Deo redditur. num. 997.

Iuſtitia.

Nulla ciuitas felix eſſe poteſt, niſi cum prudentia in iuſtitia viuatur. n. 999.

Prælati.

Prudentiâ præditi eſſe debent Prælati. n. 997. 998. & 999.

Prælati non ſunt, qui prudentiâ carent. numero 999.

Sine prudentia facilè vertuntur in tyrannos Prælati. num. 999.

Deficiente in ſuperiore prudentiâ, ad ſolum Deum recurrendum eſt. ibid.

Prudentia.

Nihil eſt aliud, quàm ſcientia rerum appetendarum, & fugiendarum n. 998.

Eſt prudentia vniuerſæ virtutis Dux. ibid.

Prudentiæ varia recenſentur officia. ibid.

Paucorum eſt virtus prudentia. ibid.

Ablatâ prudentiâ virtutes redduntur vitia, num. 998. & 999.

Prudentia propria virtus eſt Præſidentium. numero 999.

Sine prudentia nemo poteſt naturaliter dominari. numero 999.

Alia vide verbo Iuſtitia, *verbo* Prælati.

Virtus.

Ita inter ſe connectuntur virtutes, vt nulla perfecta eſſe poſſit ſine aliis; & vbi vna deficit, omnia deſunt: & vbi vna exiſtit, aliæ exiſtunt. n. 997. & 998.

Quatuor virtutum Cardinalium recenſentur, officia. ibid.

PRudentia vna eſt, & præcipua inter reliquas virtutes, quibus præditi eſſe debent eligendi in Prælatos, quæ omnes dubio procul ſunt, tam Theologales, quàm Cardinales, cum illis annexis, vti colligitur ex dictis in puncto præcedente: ſiquidem ſanctitatem habere non poſſunt, vitæ perfectionem, & diuinitatis ſpeciem, quibus aliqua virtus deeſt. Communiſſima enim ſententia Doctorum, D. Thomæ 1. 2. *q.* 65. *art.* 1. Vincentij Bellouacenſis *in ſpeculo Moralium, libro* 1. *diſp.* 10. *parte tertia, dubio* 1. Valentiæ *tomo* 2. *diſputatione* 5. *q.* 7. *punct.* 2. Ægidij *de regim. libro* 1. *parte* 2. *capite* 31. Contzen. 3. *pol. capite primo*, §. 2. Euſtachij *in ſumma Philoſ. parte tertia, tractatu* 2. *q.* 5. quos & alios recenſet, & ſequitur Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *capite* 5. *numero* 3. tenet virtutes ita inter ſe eſſe connexas, vt vna perfecta ſine aliis eſſe non poſſit. Vnde Caſſianus *collat.* 11. *cap.* 103. *Qui Dominum metuit, perfectioni eius certum eſt nihil deeſſe.* Sic ex illo refert Peyrinus *numero* 2. Ego tamen nullam in Authore collationem inueni caput habentem 103. Diuus Hieronymus *ad Fab. de manſionibus, manſione* 38. inquit: *Hærent ſibi, & inter ſe connexæ ſunt virtutes, vt qui vnâ caruerit, omnibus careat.* Diuus Ambroſius *libro primo de officiis, capite* 27. ita dixit: *Liquet cognatas eſſe virtutes.* Diuus Auguſtinus *tomo ſecundo, epiſtola vigeſimanona*, in ſequentia prorumpit: *Hinc perſuadent Philoſophi, qui vnam virtutem habuerit, habere omnes, & omnes deeſſe, cui vna defuerit; quòd prudentia, nec ignaua, nec iniuſta, nec intemperans poteſt eſſe, &c.* Et *libro* 1. *ſecunda reſponſ. capite* 34. de Zenone refert apud Theóphilum Raynaud. *tract. de virtutibus, lib.* 1. *num* 65. quod tantam virtutum copulam, vnitatemque confirmauit, vt vbi fuerit vna, omnes diceret adeſſe virtutes, & vbi vna non fuerit, omnes deeſſe: at illam ſolam eſſe virtutem, quæ hac quadrua iugalitate perficitur. Philo item *libro* 1. *de vita Moyſ. colum.* 1. ait: *De virtutibus dicitur, eum, qui vnam habet, habere omnes:* & Ariſtoteles 6. *Ethicor. capite* 13. inquit: *Fieri non poſſe, vt ſine prudentia ſit homo propriè bonus, & abſque morum virtute prudens.* Noſter etiam 997

etiam D. Gregor. Magnus tom. 2. lib. 21. Moralium, c. 3. in verba illa Iob. Quam enim partem Deus haberet in me deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſo? ita fatur: Ac ſi apertè dicat: Si mentem in cogitatione polluero, eius qui munditiæ author eſt, eſſe hæreditas nequaquam poſſum. Nulla enim bona ſunt cætera, ſi occulto iudicis oculo caſtitatis teſtimonio non approbantur. Omnes quippe virtutes in conſpectu conditoris ſui vicaria ope ſe ſubleuant: & quia vna virtus ſine alia, vel nulla eſt omnino, vel minima, vicisſim ſuâ coniunctione fulciuntur. Si enim vel caſtitatem humilitas deſerat, vel humilitatem caſtitas relinquat, apud Authorem humilitatis, & munditiæ prodeſſe quid præualet, vel ſuperba caſtitas, vel humilitas inquinata? Quocirca idem Doctor, homilia 13. in Euangelia, ait: Duo autem ſunt, quæ iubentur, & lumbos reſtringere, & lucernas tenere, vt & munditia ſit caſtitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim noſtro vnum ſine altero placere nequaquam poteſt: ſi aut is, qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deſerit; aut is, qui caſtitate præeminet, necdum ſe per bona opera exercet. Nec caſtitas ergo magna eſt ſine bono opere, nec opus bonum eſt aliquid ſine caſtitate. Hactenus Diuus Gregorius.

998 Quod maximè neceſſaria ſit prudentia eligendis in Prælatos, ſuadetur ex præfata inter illam, & alias virtutes connexione, ex dicto Platonis lib. 3. de leg. apud Theophilum Raynaudum loco citato, numer. 67. vocante prudentiam, vniuerſæ virtutis ducem primam. Dionyſius Carthuſianus opuſc. de regimine Princip. lib. 1. art. 13. ait: Ad prudentiam pertinet bene iudicare de agendis, & de rebus, & cauſis, actibuſque humanis; rectè quoque conſulere, & apta media inuenire, ad obtinendum, & obſeruandum bonum intentum, ac debitum finem, qui eſt bonum commune, pax, atque proſperitas Reipublicæ, & perſonæ. Et D. Thom. lib. 6. Ethicor. lect. 10. Prudentia eſt bene conſiliatiua, & iudicatiua, & præceptiua eorum, quæ ſunt ad finem. De illa etiam noſter D. Bernardus ſerm. 49. in Cantica, num 5. ait: Tolle hanc, & virtus vitium erit. Et lib. 1 de conſideratione, ad Eugenium Papam, cap. 8. num 9. idem S. Doctor ait: Ibi etiam aduertere tibi eſt, ſuauiſſimum quemdam concentum, complexumque virtutum, atque alteram pendere ex altera, ſicut hoc loco vides fortitudinis matrem eſſe prudentiam; nec fortitudinem, ſed temeritatem eſſe quemlibet auſum, quem non parturiuit prudentia. Hæc item eſt, quæ inter voluptates, & neceſſitates media quaſi quædam arbitra ſedens, vtrimque certis limitibus diſterminat fines, iſtis aſſignans & præbens, quod ſat eſt; illis quod nimis eſt demens; & ſic ex alterutro tertiam formans virtutem, quam dicunt Temperantiam. Et infrà num. 11. ad finem, dicit: Præſtat iam, vt doceamus, ab hac communione prudentiam non excludi. Nonne ipſa eſt, quæ modum diu animi neglectu poſthabitum, & vitiorum inuidiâ quaſi in abditis recuſum, & coopertum quadam vetuſtatis caligine prior reperit, & aduertit? Propterea dico tibi, à paucis aduertitur, quia paucorum prudentia eſt. Itaque iuſtitia quærit, prudentia inuenit, vindicat fortitudo, temperantia poſſidet.

Hæc omnia Bernardus, vbi ſumit temperantiam pro affectu mediocritatis in quacumque materia, vti exponit Theophilus vbi proximè: & rectè quidem, quia ad prudentiam ſpectat in omni materia, & in omni caſu rectè ſtatuere, quid ſit agendum. Sic enim D. Thomas ait 2. 2. quæſt. 47. art. 7. in corpore. Naturalis ratio dictat vnicuique, vt ſecundum rationem operetur: ſed qualiter, & per quæ homo in operando attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentiæ. Et in reſponſione ad 2. dicit: Prudentia medium conſtituit in paſſionibus, & operationibus.

D. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 25. ita etiam ait: Cæteræ virtutes, niſi ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſunt. Et D. Auguſtinus libro primo de libero arbitrio, capite decimotertio, docet, quod prudentia nihil aliud eſt, quàm ſcientia rerum appetendarum, & fugiendarum.

Et quod prudentia maximè ſit neceſſaria Præ- 999
latis, probant multa ſacræ paginæ documenta, quorum nonnulla recenſere libet. 1. Paralip. 22. dicitur: Det tibi Dominus prudentiam, & ſenſum, vt regere poſſis Iſraël. Et lib. 3. Regum, cap. 3. Dabis ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum. Diſcernere autem inter bonum, & malum, eſſe officium prudentiæ, præterquam quod nemo eſt, qui neſciat, conſtat ex teſtimoniis redditis. Et Prouerbiorum 28. dicitur: Dux indigens prudentia, multos per calumniam opprimet. Et 1. ad Timoth. 3. ait D. Paulus: Oportet Epiſcopum eſſe prudentem. Probant etiam Philoſophorum ſententiæ. Ariſtotelis 3. Polit. capite tertio, in medio, dicentis: Prudentia propria virtus eſt Præſidentis. Nam cætera quidem virtutes videntur communes, tam eorum, qui præſunt, quàm eorum qui ſubſunt: at prudentia non eſt virtus eius qui ſubſit. Platonis epiſt. 17. ſeu, vt ait Chaſſaing (de Prælato Regulari cap. 7. §. 7.) cap. 2. ad Dionem, ibi: Nulla ciuitas poteſt eſſe felix, niſi vbi cum prudentia ſub iuſtitia viuitur. Et etiam Xenoph. de Magn. Equ. dicentis: Prudentem ſanè quemvis eſſe conuenit, qui cum imperio ſit.

Vnde Peyrinus tom 1. de Prælato, quæſt. 2. cap. 3. §. 5. num. 59. ex Ægidio de regim. Princip. part. 2. lib. 1. cap. 7. tria ad noſtrum dicit propoſitum. Primum, quod ſine prudentia Prælatus non eſt Prælatus, ſecundùm rei veritatem, ſed nomine tantùm. Secundum, quod ſine ea facilè Prælatus vertitur in tyrannum. Tertium, quod ſine prudentia, non poteſt aliquis naturaliter dominari. Et Chaſſaing vbi proximè, ita ait: Conſiderando prudentiam, quæ neceſſariò requiritur in cura animarum, deficio, & firmiter aſſero ad ſolum Deum recurrendum eſſe.

D I V I S I O.

Traduntur monita Prælatis, ex quorum obſeruantia prudens ſubditorum regimen reſultabit.

B R E V I A R I V M.

Aliena.

In alienis faciliùs, quàm in propriis philoſophamur. n. 1005.

Si quid delinquitur, magis illud in alienis cernimus, quàm in nobiſmetipſis. n. 1005.

In propriis quiſque hebetior eſt, quàm in alienis. numero 1005.

Amici.

Qui ſunt ob vtilitatem amici, ſimul cum vtilitate diſſoluuntur. n. 1007.

Conſiderare.

Nullum eſt aggrediendum negotium, niſi omnibus, quæ illud circumſtant, diligenter conſideratis. numero 1000.

Conſiliarius, Conſilia.

Mutandum eſt conſilium, ſi negotium exigat. n. 1001.

Qui illud non mutat exigente cauſa, pertinax eſt, ineruditus, ruſticus, & imprudens. numero 1001.

Nihil eſt ſine conſilio faciendum, maximè à Prælatis. n. 1004. & 1005.

Ibi multiplex redditur ratio.

Qui conſilia negligit, ſuperbus eſt, vel ignorans. numero 1005.

Tam negligentia, quàm contemptus viuos, & mortuos audiendi, mater eſt imprudentiæ. numero 1005.

Lugendè ſunt ſubditi, quorum Prælatè conſilio non egere clamant. n. 1006.

Bona, aut mala conſilia, ab euentu non ſunt metienda, aut ex euentu probanda. numero 1007.

A conſiliario cauendum. n. 1007.

Quas conditiones habere conſiliarius debeat. numero 1007.

Quæ in conſiliario probanda, & experienda. numero 1007.

Credere, Credulitas.

Non eſt facile credendum. n. 1003. & 1010.

Non facilè credere neruus eſt Imperij. numero 1003.

Iudices, & Superiores non ſtatim debent aures cuilibet porrigere dicto, nec cum gaudio, ſed cum diſplicentia ſuſcipere. numero 1003. & 1010.

Credulitatis facilitas Prælatis commune eſt vitium. num. 1003.

Quanta mala ex huiuſmodi proueniant credendi facilitate, oſtenditur. numero 1003. & 1010.

Inimico, maximè de nouo reconciliato, minimè credendum. n. 1003.

Prælatè ne facilè diſcordatis credant, ſed illos concordare curent. ibid.

Facile totum credere, leuem facit mentem. numero 1010.

Omnis, qui palam veretur dicere, quod in ore locutus eſt, ſuſpectus haberi debet. ibid.

Delatoribus non eſt credendum, donec veritas ex diligenti examinatione apparere incipiat. numero 1010.

Conuerſatio.

Nimia conuerſatio contemptum parit. n. 1012.

Delatio, Delatores.

Verſutia delatorum recenſentur. n. 1003.

Prælatè forenſes delatores, boni communis prætextu grauiter peccant, niſi in his, quæ ſunt alicuius momenti, quibus aliter non poſſunt occurrere. numero 1003.

Ex delationibus maximè religioni, paci, & charitati iactura ſequitur. ibid.

Ea quæ ſunt alicuius momenti, deferre licet, dum quis eis aliter mederi non poteſt. numero 1003.

Immò id eſt neceſſarium, quando bonum commune id poſtulat. n. 1011.

Delatores audiendi non ſunt donec veritas ex examinatione appareat diligenti. n. 1010.

Illi delatores dicuntur, qui falſis delationibus cum aliqua veritatis mixtione Superioris aucupantur gratiam, aures illius pulſantes, de minutiſſimis quibuſcumque etiam monentes. numero 1011.

Familiaritas.

Nimia familiaritas contemptum parit; ideo à Superioribus vitanda. n. 1012.

Feſtinatio.

Multis malorum cauſa eſt feſtinatio. numero 1000.

Flexibilitas.

Nihil eſt in homine melius quàm rationi parêre, & ratione flecti. n. 1001.

Inimicitia.

Qui ex intimis amicis inimicitiam contrahunt, dum reconciliantur, amicitiam renouant. numero 1003.

Iudicare.

Sententiam præcipites proferre non licet. numero 1003.

Iuriſdictio.

Cuilibet eſt conceſſum ſuam defendere iuriſdictionem, etiam pœnali iudicio. n. 1013.

Liberalitas.

Recenſentur admirabiles liberalitatis effectus. numero 1014.

Illa à Prælatis exerceri debet in ſubditos. numero 1014.

Lingua, Loqui.

Lingua cohibenda eſt. n. 1009.

Prælatorum verba attentè notantur, &c. numero 1009.

Prudentiſſimus eſt, qui labia moderatur ſua. numero 1009.

Stultus ſi tacet, ſapiens reputatur. n. 1009.

Neceſſitas.

Neceſſitati ingruenti parendum eſt. n. 1002.

Paſſio.

Non ſinit verum diſcernere. n. 1005.

Peritus.

Quiſque eſt in ſua arte peritus, nemo in aliena. n. 1007.

Prælatia, Prælatus.

A Prælatia ſunt arcendi, qui quod ſemel apprehendunt, nunquam dimittunt. n. 1001.

Si tamen incogniti illam fuerint nacti, rogandus Deus, vt optima quæque primò apprehendant. n. 1001.

Prælati ſe contemni pati non debent, ſed curam habere ſuæ dignitatis conſeruandæ. numero 1013.

Grauitate vti debent Prælati, ita vt non quacumque re leui moueantur ad ridendum, &c. numero 1013.

Monita vtiliſſima Prælatis dantur. à n. 1000. vſque ad n. 1014.

Præmeditare.

In omnibus negotiis omnia mala, quæ accidere poſſunt, præmeditare, magna laus eſt, & omnium maxima. n. 1008.

Prudentia.

Rationi parere, ratione duci, hominis prudentis eſt. n. 1001.

OPeræpretium duxi hîc recenſere monita à 1000
Laurentio de Peyrinis tradita *loco proximè citato, §. decimo, numero octuageſimo tertio*, ex quorum

quorum obſeruantia inquit reſultare prudens regimen. *Primum* eſt, nullum negotium aggrediendum, niſi omnibus, quæ illud circunſtant, diligenter conſideratis. Qui enim *feſtinus eſt, pedibus offendet. Prouerb.* 9. *Nazianzenus: Senectus cum prudentia* (inquit) *coniuncta, imperitæ iuuentuti anteponenda eſt, & conſulta tardnas, inconſulta temeritati.* Ita ille *orat.* 1. *Apoſt.* Et D. Gregorius *homil.* 37. *in Euangelia*, ait: *Omne, quod agimus, præuenire per ſtudium conſiderationis debemus.* Plato etiam *in Cratyl. ad finem*, dicit: *Debet quiſque circa rei cuiuſcumque principium ſtatuendum differere multa, diligentiſſimè conſiderare, vtrum rectè diſcernat, necne.* Tacitus 8. *ann Omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur, Reipublica vtile, ipſis glorioſum, aut promptum effectu, aut certè non arduum.* Illuſtrium virorum ſententia eſt: *Feſtina lentè.* Sophocles etiam dixit: *Periculoſa eſt præpropera prudentia.* Menander item: *Multis malorum cauſa feſtinatio eſt.* Liuius: *Omnia non properanti clara, certaque ſunt, feſtinatio improuida, eſt cæca.* Et concludit hoc monitum Peyrinus dicens: Hoc ab experto accipe, Prælate, *locum ingredere nullum, quin apertiùs tibi pateat exitus; nec aliquò eas, quin videas vnde redeas.*

1001 *Secundum* eſt, conſilium aliquando mutandum, ſi negotium exigat. Ita in Eſther *cap.* 16. habetur: *Nec putare debetis ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate, & neceſſitate temporum, vt Reipublicæ poſcit vtilitas, ferre ſententiam.* Seneca 4. *de beneficiis, cap.* 34. *Non mutat ſapiens conſilium, omnibus his manentibus, quæ erant cùm ſumeret: cæterùm ad omnia cum exceptione veniet ſi nihil inciderit, quod impediat, &c.* Quare omnino imprudens exiſtimandum eſt, & procul ab officiis arcendum illud hominum genus, qui quod ſemel apprehendunt, nunquam dimittunt. Quod ſi non cogniti, dignitatem aliquam nacti fuerint, rogandus Deus, vt optima quæque primò apprehendant; nam ſi deteriora nunquam amoneas, & vitam potiùs, quàm opinionem deponent. Hos pertinaces, ineruditos, obſtinatos, & ruſticos vocat Ariſtoteles 7. *Ethic cap.* 9. *At ſunt quidem* (inquit) *pertinaces, qui ſuæ ſunt ſententiæ homines, & ineruditi, & ruſtici.* Facilitate autem, & flexibilitate nihil eſt in homine melius: rationi parere, ratione flecti, ratione duci, hominis ſapientis eſt. Vnde Seneca *epiſt.* 27. *vis tibi omnia ſubiicere, ſubiice te rationi.* Et Gregorius *lib.* 8. *Regiſtro, epiſt.* 12. *illa Præpoſitorum ſolicitudo vtilis, in qua totum ratio agit.* Quocirca Dubal *p.* 1. *c.* 19. *num.* 53. ait: *Deue mudar algunas vezes de conſejo, ſi lo pide la materia. Y aſſi ſon imprudentes, y incapaces para el gonierno aquellos que ſon inflexibles, y la que vna vez aprehenden, nunca lo renocan. Y no ay coſa mejor en los hombres, que ſer faciles, y flexibles, conforme à razon: porque Sapientis eſt mutare conſilium.*

1002 *Tertium* monitum eſt: Ingruente neceſſitate parcendum Eccleſiaſtici 20. *Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus.* Et Chryſologus *ſermone* 35. *In deſperatis cauſis eſt ſæpe magiſtra neceſſitas, inuenit ipſa ſibi paſſio medicinam.* Ariſtotel. 6. *Ethicor. cap.* 1. *De iis, quæ non poſſunt aliter ſe habere, conſultat nemo.* Et Seneca *epiſt.* 93 *Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis* Et Quintus Curtius *lib.* 8. *Rationem belli neceſſitas mutat.* Et nos Hiſpani: *Suffro, y callo, por el tiempo en que me allo*

1003 *Quartum* monitum eſt: Non facile credendum, eſt hic neruus, atque artus Imperij. Eccleſiaſtici 19. *Qui citò credit, leuis eſt corde.* Et ibidem: *Non omni verbo credas.* D. Gregorius *lib* 19. *Moralium, cap.* 14. exponens illud *Geneſ.* 18. *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*, ait: *Nempe, vt grauitatis exemplum nobis proponat, ne mala hominum ante præſumamus credere, quàm probare.* Et in illud Iob *cap.* 29. *Cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam*, ita fatur: *Nos ſanè hic locus admonet, ne ad proferendam ſententiam præcipites vſquam ſimus, ne temerè, aut indiſcuſsè iudicemus, ne qualibet mala audita nos moueant, ne paſſim dicta ſine probatione credamus.* Et Antonius Patauinus *ſerm in Sabb. poſt* 3. *Dom. Quadrag.* ſic ait: *Inclinauit ſe Ieſus, vt oſtenderet, quod accuſatio non eſt admittenda cum facilitate. Non enim ſtatim Iudex debet porrigere aures cuilibet dicto, nec etiam cum gaudio, ſed cum diſplicentia ſuſcipere.* Bernardus *libro ſecundo, de conſideratione ad Eugenium Papam, cap. vlt. Eſt vitium, cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes, quos noui, ex his, qui Cathedras aſcenderunt, ſedebis ſolitarius, &c. Facilitas credulitatis hæc eſt, cuius callidiſſima vulpeculæ magnorum neminem comperi ſatis caniſſe verſutias. Inde eis ipſis pro nihilo ira multa: inde innocentium frequens addictio, inde præiudicia in abſentes.* Et Ouidius *lib.* 3. *de Arte amandi:*

Nec citò credideris, quantum citò credere lædat
Exemplum vobis non leue Procris erit.

Et multò minùs credendum inimicis reconciliatis de nouo, iuxta illud Eccleſiaſtici 12 *Non credas inimico tuo in æternum, &c.* Quod intellige de iis, qui ex inimicitia formali amici recenter facti ſunt, non de iis, qui ex intimis amicis inimici facti, deinde reconciliati ſunt; illa enim inimicitia, ſeu rixa eſt quaſi renouatio amicitiæ, iuxta illud Terentij: *Amantium ira amoris eſt redintegratio.* Quare caueat prudens Prælatus, ne facilè credat huiuſmodi diſcordatis; nam cùm concordauerint, poſtea ſibi inuicem referent quidquid ſinguli ab eo audierint; ſed curabit Prælatus, vt dicti reconcilientur, ſicque illis maximè gratus erit, cùm nihil magis deſiderent. Vide Menochium *Inſtit. Politic. lib.* 2 *cap.* 31. §. 4. Hoc monitum cum decimo coincidit: illud vide. Iſtud etiam illuſtrat Chaſſaing. *de Prælato, cap.* 7. § 5. dicens: Fieri ſæpe poteſt, vt Prælati prætextu boni communis delatores foueant. Vnde ij, vt illis placeant, & ſibi aucupentur nomen virorum exactorum, & fidelium, toti ſint in notandis fratrum ſuorum defectibus, eorumque verbis, & actibus malè interpretandis, & contra eorum intentionem. Vnde ex hoc fieri poteſt, vt omninò nulla ſit inter fratres charitas, & vt nullus alteri fidat; ſed eum in hoſtem, à quo cauere debeat, intueatur, nihilque inter eos ſit charitatis fraternæ. Quare grauiter peccarent Prælati, qui eas Religionis, & charitatis peſtes fouerent; eſto enim licitum ſit ea deferre, quæ ſunt alicuius momenti, dum quis eis aliter mederi non poteſt, non tamen propterea fouenda eſt delatorum curioſitas, & temeritas in iudicando de alienis actionibus, nec calumniæ ferendæ, vt facilè fieri poteſt, prætextu falſo non impediendi neceſſarias delationes; hoc enim medium inuiſum eſt, & pacis, ac charitatis euerſiuum. Hactenus Bruno Chaſſaing. illuſtrat etiam Dubal *loco citato, num.* 54. dicens de Prælatis: *No deuen ſer faciles en creer, ſegun lo que dize el Sabio Eccl.* 19. *Qui citò credit, leuis eſt corde. Non omni verbo credas. Y S. Bernardo lib.* 2.

de conſiderat. cap. vlt. dize: Eſt vitium cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes, quos noui, ex his, qui Cathedras aſcenderint, ſedebis ſolitarius, &c. Facilitas credulitatis hæc eſt, cuius calidiſſima vulpecula magnorum neminem comperi ſatis cauiſſe verſutias. Inde eis ipſis pro nihilo ira multa: inde innocentium frequens addictio: inde præiudicia in abſentes.

1004 *Quintum* monitum eſt, nihil ſine conſilio faciendum. *Eccl.* 32. *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* Et *Prouerbiorum* 1. *Audiens ſapiens, ſapientior erit.* Et Horatius *lib.* 3. *od* 4. *Vir conſilij expers, mole ruit ſua.* Plura cumulat idem Peyrinus *eiſdem quæſt.* 2. *cap.* 3. & § 6. *num.* 64. *de Prælato, pag. mihi* 36. In primis, quod cùm nullus ſit ſufficiens ad excogitandum omnia, quæ vtilia eſſe poſſunt ſuo regimini, oportet, quod qui prudentiam affectat, ſit docilis, aliorum conſiliis acquieſcendo. Vnde *Prouerb.* 8. *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.* Et *cap.* 11. *Salus vbi multa conſilia.* Et Iob *cap.* 4. *Conſilium ſemper à ſapiente exquire.* Vide etiam Dubal *num.* 55.

1005 Qui verò conſilia negligit, ſuperbus, vel ignorans eſt. Vnde *Prouerbiorum, cap.* 12. dicitur: *Via ſtulti recta in oculis eius; qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.* Et Liuius *lib.* 4. *Decad.* 5. vt referunt, *Eum, qui de ſua vnius ſcientia omnia gerat, ſuperbum magis, quàm ſapientem iudico.* Et Caietanus 2. 2. *q.* 49. *art.* 3. ait, *quod tam negligentia, quàm contemptus audiendi viuos, vel vita functos, mater eſt imprudentiæ.*

1006 Ratio autem, quare ſint tam proficua conſilia, eſt. Tum quia non poteſt facilè humana mens regentis excogitare omnia, quæ poſſunt prodeſſe, vel obeſſe rei determinandæ: vident enim plus oculi, quàm oculus, & plus duo ſciunt, quàm vnus. Tum quia affectus, & paſſiones non ſinunt diſcernere verum. Quare, ſi Prælatus ſibi ſoli fidat, in multos & graues errores dilabi neceſſe eſt, quos euitabit, ſi veridicos, & fidos Conſiliarios adhibeat, qui rem dilucidiùs intuentes, verum à falſo diſcernant. Ait namque Gregor. Nazianzenus *epiſt.* 121. quod *facilius eſt in alienis, quàm in propriis philoſophari.* Cicero etiam 1. *de officiis*, inquit: *Fit, neſcio quo pacto, vt magis in alienis cernamus, ſi quid delinquitur, quàm in nobiſmetipſis.* Similiter Quintus Curtius *lib.* 7. *de Alexandri vita*, ita fatur: *Natura mortalium hoc quoque nomine praua, & ſiniſtra dici poteſt, quod in ſuo quiſque hebetior eſt, quàm in alieno.*

Quare ridendi ſunt illi Superiores (concludit Peyrinus *dicto num.* 64.) ſeu potiùs illorum ſubditi lugendi, qui omnia per ſe poſſe autumant, ſibi ſolos ſe ſufficere prædicant, auxilio egere, non conſilio clamant. O animalia bruta, ô truculentas beſtias! audite Eſaiam *cap.* 5. *Væ vobis, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Indigni quibus grex porcorum credatur.

1007 *Sextum* monitum eſt: Conſilia ab euentu non metienda. *Cogitationes enim mortalium timida, & incerta prouidentia noſtra*, dicitur *cap.* 9. *Sapientiæ.* Liuius *dec.* 3. *lib.* 2. ait: *Euentus ſtultorum magiſter eſt.* Et Seneca *de beneficiis, lib.* 4. *cap.* 33. *Sequimur quà ratio, non quà veritas trahit.* Et Ouidius *epiſt.* 2.

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Et ſic prudens Prælatus ſpernet ſtultorum nugas, cùm aliquid prudenter inſtitutum malum ſortitum fuerit exitum; ſunt enim vulgares, & plebei homines illius opinionis, vt ea conſilia bona iudicent, etiamſi indiſcreta fuerint, quæ bonum ſucceſſum habuerunt; & econtrà, ea mala, licèt maximè diſcreta, quæ malum. De quo conqueritor Plinius *lib.* 5. *epiſtolarum ad Ruf. epiſt. vlt.* dicens: *Eſt omnino iniquum, ſed vſu receptum, quod honeſta conſilia, vel turpia, prout malè, aut proſperè cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerumque eadem facta modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt.* Et Cicero *lib.* 9. *ad Att. epiſt.* 7. *Nedum hominum humilium, vt nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex euentu, non ex voluntate à plerìſque probari ſolent.*

Septimum monitum eſt: A conſiliario cauendum. *Eccleſiaſtici* 37. *A conſiliario ſerua animam tuam; priùs ſcito, quæ ſit illius neceſſitas.* Id eſt vide, ne cui temerè, re non ſatis conſiderata, fidas. Probanda prius, & experienda fidelitas, tentanda ſenſim mens eius, rebus adhuc integris. Vide quibus indigeat, an intereſſe ducatur, an conſilio tibi dato; proprio, an tuo commodo ſtudeat; nam tum eius verbis ſtandum non eſt, iuxta illud noſtri Gregorij Magni *lib.* 1. *Regiſtri, indictione* 9. *epiſt.* 33. *Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non tua, ſed te diligit.* Et iuxta Ariſtotelem 8. *Ethicorum, cap.* 4. *Qui ſunt ob vtilitatem amici, hi ſimul cum vtilitate diſſoluuntur; non enim hi ſeſe mutuò, ſed vtilitatem amabant.*

Quas conditiones debeat bonus habere conſiliarius, Gregorius recenſet Nazianzenus *in carmine de vir. numb.* 18.

Nam terna cùm ſint, vt vetus ſenſit cohors,
Pollere debet optimus monitor quibus,
Rerum vſus, ingens charitas, os liberum.

Seu dic, quod *in primis* debet eſſe ſenex, cum quo pariter virtus, & ætas creuerit. Iob *cap.* 12. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Idem Nazianzenus *orat.* 1. *apol. Senectus cum prudentia coniuncta, imperitæ iuuentuti anteponenda eſt, & conſulta tarditas inconſultæ temeritati.*

Secundò debet eſſe probus. *Prouerbiorum* 12. *Cogitationes iuſtorum iudicia, & conſilia impiorum fraudulenta.* Plato item 4. *de leg. Qui ſe improbis immiſces, neceſſe eſt eadem pati, & agere, quæ tales agere, & loqui inter ſe conſueuerunt.*

Tertiò debet eſſe expertus in ea re, de qua ab eo conſilium petitur. *Eccleſiaſtici* 38. *vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt.* D. Cyprianus *in prologo ſermonis de natiuitate Domini*, ita ait: *Non facile de artibus rectè iudicat, qui artes ignorat.* Ariſtotel. 8. *Politicor. cap.* 6. *impoſſibile eſt* (inquit) *vel certè admodum difficile, vt qui opera ipſa non tractat, peritè valeat iudicare.* Vnde eſt illud vulgare proloquium: *Tractent fabrilia fabri.*

Monitum *octauum* eſt: In quocumque negotio, 1008
omnia quæ poſſunt accidere mala, penſanda. Noſter Gregorius I. *lib.* 13. *Moralium, cap.* 8. ſic fatur ſatis opportunè: *Infirmi dum ventura mala præuidere neſciunt, tantò eis grauiora fiunt, quantò ab eis inopinatò tolerantur; prouidis autem repente aduerſa non veniunt.* Et D. Ambroſius 1. *de officiis, cap.* 38. ita etiam ait: *Niſi explorentur aduerſa, citò occupant, vt in bello improuiſus hoſtis vix ſuſtinetur; ſi & imparatos inueniat, facilè opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt.* Seneca *epiſtola* 95.

Nemo

Nemo non fortiùs ad id, cui ſe diu compoſi eras, acceſſit ; & duris quoque, ſi præmeditata erant, obſtitit. Et Cicero *Philipp.* 11. *Magna laus, meoque iudicio omnium maxima (eſt enim ſapientis) quidquid homini accidere poteſt, id præmeditari.* Denique Terentius in *Adelph. ſect. 3. art. 3.*

> *Illuc eſt ſapere . non quod ante pedes modò eſt*
> *Videre , ſed etiam illa , quæ futura ſunt , proſpicere.*

Semper itaque , quod deterius eſt, cogitandum, abſit modò præiudicium tertij , & quia *minùs iacula feriunt , quæ prævidemur* ; vti Magnus Gregorius ait *homilia 35. in Euangelia* , & quia in quæſtu eſt bonum , ſi quod accidat. Huc ſpectat illud Dubalis *en la expicacion de la Regla , p. 1. cap. 19. num. 62. No deuen los Preladas emprender negocia alguno graue , ſin conſiderar primero todas las circunſtancias que pueden eſtorbar ſu execucion : porque como dize el Sabio , Prouerbiorum 19 Qui feſtinus eſt . pedibus offendet. Y San Gregorio homilia 37. in Euangelia : Omne , quod agimus , præuenire per ſtudium conſiderationis debemus.*

1009 Monitum *nonum* eſt. Lingua cohibenda. Verba enim Prælati attentè notantur , & velociter circumferuntur , & in ſubditorum animis multam faciunt impreſſionem. Vnde D. Laurentius Iuſtinianus *in leg. vita , tract. de prudentia , cap. 4.* ait: *Qui moderatur labia ſua , prudentiſſimus eſt. Diu igitur conſiderandum eſt , quid loquendum ſit , & adhuc tacitè prouidendum , ne quid dixiſſe pœniteat , &c.* Nec alio cognoſcitur ab imprudente prudens , quàm ab ore , vt idem D. Laurentius ait : *Labia imprudentium ſtulta narrabunt ; verba autem prudentium ſtaterâ ponderabuntur.* Quod ita verum eſt , vt ſi ſtultus tacere ſciat , prudens iudicetur. Prouerbiorum enim 17. *cap.* dicitur : *Stultus quoque ſi tacuerit , ſapiens reputabitur , & ſi compreſſerit labia ſua , intelligens.* Et Alciatus *emblemate* 11. ita canit.

> *Cùm tacet , haud quicquam differt ſapientibus amens.*
> *Stultitia eſt index linguaque , voxque ſua.*

Conſonat Dubal *loco citata, num* 56. vbi ait : *Debe el Prelado moderar la lingua : porque ſus palabras ſe notan con attencion , y buelan aprieſa , y hazen grande impreſſion en los animos de los ſubditos.*

1010 Monitum *decimum eſt* : Delatores non audiendi. Hoc monitum etiam illuſtrauit apud Chaſſaing *in Prælata Regulari , cap. 7. § 5.* D. Franciſcus in deſcriptione , quam fecit , conditionum , quibus inſigniri debet Generalis , dicens : *Omnes accuſationes in principio habeat ſuſpectas , donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam non præbeat multiloquis , & multiloquos in accuſationibus ſpecialiter habeat ſuſpectos , nec faciliter credat eis.* Et ſocietas IESV in actis Congregationis 7. relatæ à Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 70. num.* 22. ibi : *Caueant Superiores , ne faciles delatoribus aures præbeant , diſquirantque ſingula , donec in delata rei cognitionem veniant , vt aut innocentem liberent . aut noxium , falſumque delatorem pro rei magnitudine puniant.* Illuſtrauit etiam Dubal *num.* 57. dicens : *No deue el Prelado dar oydos à los murmuradores , y chiſmoſes, que con algo de verdad , le cuentan muchas mentiras , por grangearle la volantad, hablandole ſiempre al oydo , aduirtiendole quanta paſſa , aunque ſean coſas muy leues.* Vnde *Prouerbiorum cap. 4. Remoue à te os prauum , & detrahentia labia ſint procul à te.* D. Hieronymus *epiſt. 14. ad Celſ. columna 6. Nihil tam inquietat animum , nihil eſt , quod ita mobilem mentem , & leuem faciat , quàm facile tatum credere , & obtrectatorum verba temeraria mentis aſſenſu ſequi ; hinc enim crebra diſſenſiones , hinc odia iniuſta naſcuntur hoc eſt quod ſæpe de amiciſſimis etiam inimicos facit , dum concordes quidem , ſed credulas animas maligna lingua diſſociat.* D. Bernardus *lib. 4. de conſideratione ad Eugenium , cap. 6.* ſic etiam ait : *Clandeſtinas , & ſuſurratas delationes non recipias . & hanc velim generalem tibi conſtituas regulam , vt omnem , qui palam veretur dicere , quod in ore locutus eſt , ſuſpectum habeas. Quod ſi te iudicare dicendum coràm ille renuerit , delatorem iudices , non accuſatorem.* Tacitus tandem 4. *ann.* ſic loquitur : *Sunt delatores , genus hominum publico exitio repertum , pœnis quidem numquam ſatis coercitum.* Plura menti tenenda ſatis eruditè tradit Chaſſaing.

Perdelatorem intelligo eum , qui falſis delatio- 1011
nibus , cum aliqua veritatis mixtione , Superioris gratiam aucupatur , aures ſemper illius pulſans, de quibuſcumque , etiam minutiſſimis rebus monens. Nam eos , qui zelu charitatis ducti , de malè factis Superiorem moneut , vt prouideat , eſſe audiendos , nemo eſt qui neget , quando id bono communi ſit neceſſarium , cùm omnia ſcire conueniat Superiores , nec poſſint ; vbique enim eſſe nequeunt : niſi moneantur , gregis infirmitates ignorantes , eis remedium adhibere nequibunt. His tamen , quantumvis grauibus , nolo Prælatum plenam adhibere fidem , nec iudicium firmare , ſed ſolùm cautum reddi.

Monitum *undecimum* eſt : Subditorum nimia 1012
familiaritas vitanda ; parit enim ea contemptum , vti habetur *in l. obſeruandum , ff. de officio Præſidis* , & docent gloſſa *in cap. Nullam, 18 quæſt. 2.* Abbas *in cap. Dilectus , num. 2. de pœnis , Apuleius de Deo Socr.* dicens : *Parit conuerſatio contemptum , raritas conciliat ipſa rebus admirationem.* Continuus enim aſpectus , minùs verendos homines ipſa ſarietate facit. Et Tacitus 1. *Ann Maieſtati maior ex longinquo reuerentia.* Quocirca Dubal *loco citato , num.* 59. ita ait : *Debe el Prelado euitar la demaſiada familiaridad con los ſubditos , porque eſta engendra menos precio.*

Non debet itaque Prælatus ſe contemni pati,vt 1013
dicit dicta lex *obſeruandum* , ſed debet habere curam ſuæ dignitatis conſeruandæ , *l. 1. ff. de poſtulando.* Ita vt ob illam conſeruandam, veniam à ſubditis , à ſe verbis iniurioſis laceſſitis , petere non debeat , dicente Auguſtino *in cap. 5. Regulæ* : *Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit , etiamſi ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis , non à vobis exigitur , vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis , ne apud eos , quos oportet eſſe ſobiectos , dum nimium ſeruatur humilitas , regendi frangatur authoritas.* Vide etiam Dubalem *en la expoſician de la Regla , p. 1. cap. 16. num.* 37. Et ſcire debet Prælatus , quod omni familiaritati eſt dignitas præferenda , vti conſtat ex exemplis à Valerio Maximo allatis *lib. 2. cap. 2. exemplo* 4. Vnde omnibus Magiſtratibus , ſecundùm ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt ſuam defendere iuriſdictionem , etiam pœnali iudicio , *l vnica, ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.* Gloſſa *in cap. Quod ſuper his , verbo Obedientiam , de maioritate , & obedientia.* Ego ipſe *ad calcem qq. Paſtoral. in diſquiſit. de iure Prioris annexi , num.* 138. vbi alia etiam iura , & Doctores allegaui.

Debet

Debet igitur Prælatus grauitate vti, itavt non quacumque re leui moueatur ad ridendum, loquendum, murmurandum, currendum; & de illa dicitur *in cap. Tua, de ſponſalibus*, quod Iudices magis mouentur ex grauitate perſonæ, quàm ex dictis lenioribus. Et de eadem ſic Apoſtolus *ad Titum 2.* ait: *In omnibus præbe te exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Et de illa dicta lex *obſeruandum.*

1014 Munitum *duodecimum*; & vltimum eſt: Liberalitas in ſubditos exercenda. Hæc enim amorem conciliat, corda rapit ſubditorum, defectus, ſi quos habet Prælatus, extinguit; hæc Prælatum firmat, & ſecurum in ſtatu tuetur; hæc inimicos amicos reddit, inuidos quietat, & ſeditioſos pacificat; hæc facit, vt Prælatus ametur à ſubditis, & grauitas, de qua in præcedenti monitu, facit vt timeatur. Habet itaque hîc duas Regulas Prælatus, quas ſi ſeruauerit, amabitur, & timebitur à ſubditis. Quod parum non eſt. Hæc doctiſſimus Laurentius de Peyrinis monita Prælatis pervtilia, & apprimè neceſſaria præbet. Felix ego ero, ſi illa, me ſubminiſtrante, proderint. Circa iſtud monitum ait Dubal *num.59. citato: Debe ſer liberal, porque la liberalidad engendra amor: y aſſi quanto alcanzara la poſſibilidad del Monaſterio, deve ſer liberal: y a lo menos, lo que da à los ſubditos, lo deue dar con alegria, monſtrando dolor de no poder mas.*

Multa hic ex eodem authore, §.11. & 12. *dicti cap.3. quæſtionis* 2. addere poſſem, valde Prælatis vtilia, in quorum primo de prudentia, quâ vti debeat in ferendis, & non ferendis ſubditorum murmuribus; & in ſecundo de modo, quo contra prudentiam peccetur; ne tamen diutiùs, quàm expedit, immorer, lectures ad illum remitto.

PVNCTVM IV.

De iuſtitia in Prælatis neceſſaria.

DIVISIO I.

De iuſtitia in communi.

BREVIARIVM.

Iuſtitia.

Eſt iuſtitia conſtans, & perpetua voluntas tribuendi vnicuique, quod ſuum eſt. n.1015.

Simpliciter neceſſaria eſt iuſtitia Prælatis. num.1015. & ſeqq. maximè num.1018.

Propter iniuſtitiam transfertur Regnum de gente in gentem n.1016.

Reſpublica ſine iuſtitia ſtare non poteſt, nec parua domus. n.1016.

Pro iuſtitia conſeruanda fuit conceſſum dominium. numero 1016.

Romani Orbis conſecuti ſunt dominium, quia iuſtitiam zelabant. n.1016.

Iuſtitia amicitiam, & concordiam parit, iniuſtitia verò contentiones, & ſeditiones. n.1017.

Sine iuſtitia, nec hi, qui ſcelere paſcuntur, viuere poſſunt. n.1017.

Iuſtitia virtutum præſtantiſſima eſt. n.1017.

Continet in ſe omnes virtutes iuſtitia. n.1019.

Iniuſtitia res eſt turpiſſima, & impudentiſſima. numero 1019.

Prælatus.

Debet eſſe agendorum regula Prælatus. n.1019.

Alia vide verbo Iuſtitia.

Sanitas.

Corporis ſanitas in debita conſiſtit humorum temperatura. n.1019.

Stella.

Stella Venus *eadem eſt, ac Heſperus, & Lucifer, & quare his appellatur nominibus.* n.1017.

Semper cum Sole ambulat. n. 1018.

DE neceſſitate huius virtutis in Prælatis Regularibus, de partibus integralibus, & de ſubiectiuis illius, ac etiam de potentialibus latè agit Laurentius de Peyrinis *tom.2. de Prælat. quæſt.2. cap.3. §.12. 14. 15. & 17.* quæ ex illis ad præſens meum inſtitutum ſufficiant, aliis omiſſis, operæpretium reddere duxi.

Iuſtitia, quæ nihil aliud eſt, quàm conſtans, eſt *perpetua voluntas tribuendi quod ſuum eſt vnicuique*, iuxta D. Thomam 2. 2. *q.58. art.1.* & *l. iuſtitia, ff de iuſtitia & iure*, ſimpliciter neceſſaria eſt Prælatis Regularibus. Ita Peyrinus *dicto* §.13. cum Cardinali Bellarmino *de Princip. Chriſtian. lib.1. cap.9.* Ægidio *lib.1. de Regim. part.2. cap.11. & 12.* Sarturio *in Ciue Reipubl. regent. conſideratione* 130. & cum aliis communiter. Dubal *n.48. dicti cap.16.* ait: *Deben lleuar ſiempre delante la juſticia, porque eſta es la paz de la Religion, la defenſa de la obſeruancia Regular, la conſeruacion de la communidad, el alimento eſpiritual de los Religioſos, gozo, ſilencio, y ſeguridad de la paz.*

Probatur *primò* ex multis Sacræ Scripturæ teſtimoniis. *Prouerbiorum cap.16.* dicitur: *iuſtitiâ firmatur ſolium.* Et iterum: *Initium viæ bonæ facere iuſtitiam.* Et *cap.20.* *Miſericordia, & veritas*, ideſt iuſtitia, *cuſtodiunt Regem, & roboratur iuſtitiâ* (iuxta 70. Interpretes) *thronus eius. Eccleſiaſt. cap.10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. Sapientiæ cap.1. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Et Pſalmo 93. *Honor Regis iudicium diligit.* Id eſt honorabilem hoc Regem reddit, quòd iuſtitiam diligit, explicat Baſilius.

Secundò probatur ex Eccleſiæ Patribus. D. Au- 1015
guſtinus *lib.2. de Ciuitate Dei, cap.21.* ait: *Rempublicam regi, aut ſtare non poſſe ſine iuſtitia.* Et *lib.4. cap.4. Remotâ itaque iuſtitiâ, quid ſunt Regna, niſi magna latrocinia.* Magnus Gregorius *lib.7. Regiſtri, epiſt.122.* relatus *in Canone, Si ſæculi, 12. quæſt.2. Summum in Regibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua cuique iura ſeruare.* D. Thomas *lib.3. de Regimine Principum, cap.5. Conſonum videtur natura, vt dominium ſit conceſſum pro pace, & iuſtitia ſeruanda, & iurgiis, ac diſcordiis reſecandis.* Et in principio capituli ait, ideò Romanos dominium orbis terrarum fuiſſe conſecutos, quia iuſtitiam zelabant. D. etiam Bernardus *ſermone ad Paſtores in Synodo congregatos*, ſic fatur: *Sine iuſtitia non ſolùm Reſpublica, ſed nec parua Domus ſubſiſtere poteſt.*

Tertiò probatur ex Philoſophis. Plato *lib. 1. de* 1016
Republica, circa finem, ita dixit: *Seditiones iniuſtitia, inimicitias, contentioneſque parit; iuſtitia verò concordiam, & amicitiam.* Xenophon *de expeditione Cyri, lib.7. Ego verò nullam arbitror eſſe homini, ac præſertim, qui cum imperio ſit, poſſeſſionem, vel pulchriorem, vel ſplendidiorem virtute, iuſtitiâ, generoſitate animi.* Cicero 2. *de officiis*, de iuſtitia loquens ait: *Tanta huius vis eſt, vt nec ij quidem, qui ſcelere, aut maleficio paſcuntur, poſſint ſine vlla*

particula

particula iuſtitia viuere. Plutarchus *ad Principem incred.* dicit : *Sicut autem in Cœlo pulcherrimam poſuit ſui documentum* (Deus) *in quo tanquam ſpeculo gnaris ſe cernendum præbet : ita in ciuitatibus iuſtitia ſplendor quandam diuina ſapientia imaginem reddit.* De iuſtitiæ præſtantia dixit Ariſtoteles 5. *Ethicor. capite primo : Iuſtitia eſt virtutum præſtantiſſima, vt nec heſperus, neque lucifer ſit adeò admirabilis.*

1018 In quem locum aduertit Peyrinus *paragrapho decimoquarto, numero centeſimo viceſimoſeptimo*, quod heſperus , & lucifer , ſunt vna , & eadem ſtella , quæ propter ſuam pulcritudinem , *Venus* dicitur ; & quod ſemper cum ſole ambulat : ita tamen , vt mane præcedat ſolem , & dicatur *Lucifer* ; ſero tandem ſubſequatur , & dicatur *Heſperus.* Et exiſtimat intentum fuiſſe Ariſtotelis dicere , quod quia Prælatus eſt in Republica velut ſol , dicente Chriſto Domino *Matthæi quinto , Vos eſtis lux mundi* ; ſicut ſolem hunc comitatur ſemper ſplendidiſſimum illud ſydus *Venus* , vocatum ; ita Prælatum comitari ſemper debet iuſtitia. Et ſic , vt *Venus* aliquando præcedit , & exhilarat mundum ; aliquando ſubſequitur , & contriſtat : ita eadem iuſtitia præcedit Prælatum , quando præmiat virtutes , & virtuoſos ; vnde iſti gaudent : ſubſequitur autem , quando punit vitioſos , qui lucem oderunt.

1019 Vltimò probatur neceſſitas iuſtitiæ in Prælato ratione. Tum quia Prælati debent eſſe regula agendorum. Tum quia iuſtitia eſt præclariſſima virtus , quæ in ſe omnes continet virtutes. Tum quia iniuſtitia , turpiſſima , & impudentiſſima res eſt. Quas rationes proſequitur Ægidius *loco citato.* Tum quia ſicut ſanitas in humano corpore conſiſtit in debita humorum temperatura , ita Reipublicæ , & Religionis ſalus in debita Religioſorum contemperatione , ita vt in honoribus, & oneribus omnes parificentur , quod iuſtitia facit. Vnde Philo *de principio creat. columna tertia* , inquit : *Tali autem Principi legitimo , ius æquabile honoranti , incorruptè iudicanti , ſemper meditanti iuſtitiam , longæuum principatum Propheta proponit loco præmij. Non quòd annoſam ætatem polliceatur rectè adminiſtrantibus Rempublicam , ſed vt nos doceat , legitimum Principem victurum etiam poſt obitum , relictâ poſt ſe immortali virtutis rerumque à ſe geſtarum memoriâ.* Et Heſiodus *de oper. & diebus , lib.1.*

Verùm vbi iuſtitiæ ſancti ſeruantur honores ,
Iudicioque pares , & ciuis , & aduena pendent ,
Vrbs viget , augetur ſoboles , pax læta vagatur ,
Pax iuuenum nutrix. Nunquam his fatalia bella
Præparat Altitonans : nullis in rebus egeſtas
Imminet.

Divisio II.

De iuſtitiæ diuiſione , & de diſtributiua, prout diſpenſatiua bonorum communium.

BREVIARIVM.

Acceptio perſonarum.

Eſt vitium , quod in diſtributione bonorum non conſiderat perſonarum merita , ſed qualitatem aliquam. n.1021.

Ex genere ſuo eſt peccatum mortale. n. 1022.

Poteſt eſſe veniale , ex leuitate materiæ. numero 1022.

Acceptio perſonarum admittitur à Superiore , qui inimico non diſtribuit Religionis munera , ſecundum eius merita. n.1022.

Ad deſtruendam acceptionem perſonarum tota eſt iuſtitia diſtributiua. n.1021.

S. P. N. Benedictus.

Circa diſtributionem bonorum iuſtitia ſanctiſſimi P. N. refertur. n.1023.

Item & pietas erga infantes , laborantes , & ſenes. num. 1023.

Cellarij.

Miniſtri , quibus commiſſa eſt bonorum Monaſterij diſtributio , non poſſunt Prælatis , aut aliis maiorem , quàm reliquis portionem miniſtrare. numero 1028.

Limita , vt non procedat reſpectu eorum , qui multùm laborant , & exceſſus ſit paruus , dummodo tamen illis non ſit prohibitum. n. 1029.

Electores.

Suffragari non poſſunt his Prælatis , qui non ſic ſubditis de neceſſariis prouident , ſicut ſibi ipſis. numero 1031.

Iuſtitia.

Partes ſubiectiuæ iuſtitiæ particularis , commutatiua, & diſtributiua ſunt. n. 1020.

Iuſtitia diſtributiua tota eſt in diſtributione honorum , & aliorum bonorum communium ad æqualitatem , attenta ratione meritorum , non verò perſonarum : & tota eſt poſita , vt acceptio vitetur perſonarum. n.1020. & 1021.

Iuſtitia commutatiua duplex eſt ; vna eſt poſita in commutationibus , emptionibus , & venditionibus ; alia in pœnarum inflictione conſiſtit. numero 1020.

Iuſtitia diſtributiua exigit , vt bona omnia communia æqualiter omnibus diſpenſentur , non ſecundùm proportionem arithmeticam ; ſed ſecundùm geometricam : id eſt ſecundùm exigentiam debiti, & meriti. n.1023.

Poſtulat, vt bona diuidantur in ſuas partes, iuxta illarum conditionem , & dignitatem. n.1024.

Obſeruantia.

Vbi non eſt abundantia , non eſt obſeruantia. numero 1030.

Peccata.

De ordinario S.Scriptura non prohibet peccata venialia , ſed mortalia. n. 1022.

Prælati.

Præ oculis habere debent iuſtitiam. n.1015.& ſeqq.

Diſtribuere debent etiam inimicis omnia Religionis bona iuxta qualitatem, & merita ſubditorum. numero 1022. & 1023.

Peccant mortaliter, ſi veſtes, libros, & ſimilia eſculenta & poculenta non diſpenſant ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam, ſed ad libitum. numero 1025.

Non poſſunt ſibi meliora reſeruare, nec partibus ſubditorum frui. n. 1025.

Si aliter faciant, peccabunt contra votum paupertatis, & contra charitatem. n.1025.

Si habitualiter, & ſine cauſa, maiorem, vel meliorem ſibi, aut alicui concedunt portionem, quàm vnicuique ſubditorum pariter indigentium, mortaliter peccant n. 1025.

Aliquando, ſed raro, poſſunt licitè, ſicut etiam ſubditi, maiorem aſſumere portionem. numero 1026.

Præ oculis debent habere, quod ſubditos bene debent exemplo præcedere. n. 1027.

In his quæ ſpectant ad victum, & veſtitum ſubditorum, ſalvâ tamen decentiâ, & paupertate Religioſa, magis debent inclinare ad liberalitatem, quàm ad parcimoniam. n. 1030.

Subditis non prouidentes, tyranni ſunt, & ſubditis martyrio imputatur. n. 1032.

Religioſi.

Licitè ſibi prouident, Prælatis non prouidentibus. n. 1032.

Aliquando, ſed raró, licitè ſibi maiorem portionem poſſunt aſſumere. n.1026.

Ex vi contractus profeſſionis ius habent, ſecundùm meritorum proportionem, ad omnia Religionis munera. n. 1022.

Martyrio illis imputatur, quod Prælati illis non prouideant, vti tenentur. num.1032.

1020 QVoad partes ſubiectiuas iuſtitiæ particularis, aduerto cum Peyrino *tomo ſecundo, de Prælato, quæſtione ſecunda, capite tertio,* §. 15. *numero* 130. ex Diuo Thom. 2. 2. *quæſt.* 61. *articulo primo*, & ex Ariſtotele 5. *Ethicor. capite ſecundo*, duas illas eſſe, Diſtributiuam ſcilicet, & Commutatiuam; illa tota poſita eſt in diſtributione præmiorum, honorum, & aliorum bonorum communium, & ad æqualitatem, attenta ratione meritorum, non perſonarum. Iſta verò eſt duplex, alia, quæ in commutationibus, emptionibus, & venditionibus poſita eſt; alia, quæ conſiſtit in inflictione pœnarum. Quæ iuſtitiæ diuiſio ex Diuo Thoma ſumitur 2. 2. *quæſt.* 108. *articulo ſecundo, ad* 1. & ex Bellarmino *de regimine, libro primo, cap.* 10. cùm alij diuidant iuſtitiam diſtributiuam in remuneratiuam, quæ præmia diſtribuit; & in punitiuam, quæ delicta caſtigat. Sed quidquid de vna, & altera iuſtitiæ diuiſione ſit, de duplici illius munere, vltimò recenſito, hîc aliqua dicere libet, eo quod illud ſit Prælatis maximè commendatum. Dicitur enim Hieremiæ 1. *Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & plantes, & ædifices*, &c. vt euellas ſcilicet, & diſperdas vitia; plantes, & ædifices, per condignam retributionem, virtutes, vti exponit Peyrinus.

1021 Iuſtitia diſtributiua tota poſita eſt, vt acceptio vitetur perſonarum. Acceptio autem perſonarum eſt vitium, quo Prælatus in diſtributione bonorum communium, quæ ex iuſtitia debentur, non conſiderat verum cauſam meritoriam, ſed loco cauſæ conſiderat aliquam qualitatem, vt cognationem, patriam, amicitiam, vel aliquid aliud huiuſmodi, quod ad rem non pertinet. Ita Peyrinus *num.* 131. cum Bellarmino *loco citato*.

Acceptio perſonarum ex genere ſuo lethale 1022
peccatum eſt. Prohibetur enim *in Deuteronomio, capite primo*, ibi: *Nulla erit diſtinctio perſonarum, nec accipietis cuiuſquam perſonam.* Et *Iacobi* 2. *Nolite in perſonarum acceptione habere fidem.* De ordinario autem in Scriptura non prohibentur niſi ſola peccata mortalia. Peyrinus *numero* 131. cum Salzedo 2. 2. *quæſt.* 63. *articulo primo, concluſ.* 1. ergo ex genere ſuo acceptio perſonarum eſt peccatum mortale. Vnde Chaſſaing *de Prælato, capite ſeptimo*, § 9. *verſic. Si ſunt*, ita ait: Omnia munera Religionis, ad quæ ex vi contractus profeſſionis Religioſi ius habent, ſecundùm meritorum proportionem tenetur Prælatus diſtribuere inimico, aliàs vitio acceptionis perſonarum damnandus eſſet, & iuris aliorum, quod ſine peccato lethali negligi nequit, violator. Sic Sanctus Thom. 2. 2. *quæſt.* 25. *articulo quinto*, & ipſius commentatores *ibidem*. Nauarr. *capite decimoquarto, numero vigeſimoquinto*, & Bonacina *in* 1. *præcept. Decalogi, quæſt.* 4. *punct.* 3. *numero ſeptimo*: ex leuitate tamen materiæ poteſt eſſe veniale. Peyrinus cum Aragone 2. 2. *quæſt.* 63. *articulo primo*, & Valentia ibi, *quæſt.* 7. *punct.* 1. *colum.* 2. *verſic. Ex hoc facilè.* Exemplificat Peyrinus dicendo; vt ſi quis amicum digniori præferat in electione ad aliquod officium parui momenti, & vel etiam aliquid plus ex bonis communibus amico conferat, quàm aliis.

Iuſtitia autem diſtributiua non exigit, vt bo- 1023
na communia æqualiter omnibus diſpenſentur ſecundùm proportionem arithmeticam, ſed ſolùm ſecundum geometricam, ita vt detur magis, & minus ſecundùm exigentiam debiti, & meriti. Docet Peyrinus *numero* 132. cum Euſtachio 3. *parte Ethic. tractatu tertio, diſputat.* 2. *ſect.* 2. *quæſtione quinta*: docet etiam Bruno Chaſſaing *de Prælato Regulari, capite quinto*, §. 5. vbi de Prælato dicit, quod præ oculis ſemper habere debet iuſtitiam diſtributiuam, cuius munus eſt diſtribuere, & conferre omnia Religionis bona, iuxta qualitatem, & merita perſonarum, vt tradunt omnes Doctores, inter quos recenſet Valentiam *tomo tertio, diſputatione quinta, punct.* 1. Bonacinam *de reſtitut. diſputatione prima, punct.* 2. *numero octauo, quæſt.* 1. Leſſium *de iuſtitia, libro ſecundo, capite primo, dubit.* 4. Allegat caput 4. Actor. Apoſtolorum, ibi: *Diuidebant ſingulis, prout cuique opus erat.* Diuum Auguſtinum *in Regula, capite primo & ſecundo*, dicentem: *Victus, & tegumentum non æqualiter omnibus diſtribuatur, quia non æqualiter omnes valetis; ſed potiùs vnicuique, prout cuique opus fuerit.* Et infrà: *Sint vobis cuncta communia, quæ vobis Abbatis imperio diſpenſantur, non æqualiter omnibus; ſed ſicut ratio diſpenſationis, aut cauſa infirmitatis exegerit*: & Diuus Franciſcus *in capite quarto Regulæ*, ſic recenſet: *Prælati ſubditorum ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca, & tempora, & frigidas regiones, &c. ſicut neceſſitati viderint expedire.*

Addo

Addo ego Patriarcham noſtrum Sanctiſſimum Patrem Benedictum in Regula ſancta ; in qua *cap.* 34. ſub hoc lemmate inſtituit : *Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere?* Cuios diſpoſitio, quoad præſens inſtitutum, huiuſmodi eſt: *Sicut ſcriptum eſt Act. 4. Diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Vbi non dicimus, vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit; ſed infirmitatum conſideratio.* Et *in cap.* 37. *de ſenibus, vel infantibus*, ita ſtatuit : *Licèt ipſa natura humana trahatur ad miſericordiam in his ætatibus, ſenum videlicet, & infantum; tamen vt Regulæ authoritas eis proſpiciat, conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenus eis diſtrictio Regulæ teneatur in alimentis; ſed ſit in eis pia conſideratio, & præueniant horas Canonicas.* Et *in cap.* 38. *de Hebdomadario lectore*, ita ei indulget : *Frater autem Hebdomadarius accipiat mixtum priuſquam incipiat legere, propter communionem ſanctam, & ne fortè ſit ei graue ieiunium.*

1024 Rationem prædictorum reddit Chaſſaing *dicto* §. 5. dicens : Quia Reſpublica nihil aliud eſt, quàm collectio ſuarum partium, & cùm bona videantur eſſe partium, iuſtitia poſtulat, vt bona diuidantur in ſuas partes, & vnicuique ſua portio tribuatur, iuxta dignitatem, & conditionem partium, quas illa iuſtitia recognoſcere debet, vt docet Molina *de iuſtitia tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 12. *verſic. Differunt tertiò.*

1025 Ibidem docet Chaſſaing, Prælatos Regulares peccare mortaliter, ſi bona mobilia Monaſterij, ſiue habeant permanentem durationem cum ipſo vſu, vt ſunt veſtes, libri, & ſimilia ; ſiue vſu conſumantur, vt eſculenta, & poculenta, ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam non diſpenſant.

Primò, quia illa bona ſunt Religioſorum ſubditorum, & non Prælatorum dumtaxat : ergo non poſſunt ad libitum ſubditis diſtribuere, aut ſibi meliora reſeruare, & frui partibus aliorum, cum eorumdem damno.

Secundò, quia faciunt contra votum paupertatis, ea ſibi tanquam propria vſurpantes, & tanquam domini eis vtentes.

Tertiò, quia de ratione, & neceſſitate charitatis eſt, vt interdum Superiores diſtribuendo bona communia, ſubuenire incipiant priùs aliis, quàm ſibi; & interdum è conuerſo. Si ergo negligunt hunc ordinem, exiſtimantes à ſe ipſis, aut ab aliis, qui non indigent, eſſe incipiendum, dubio procul grauiter lædunt charitatem, eamque à Cœnobiis ſic abiicientes, mortalis culpæ rei cenſendi erunt.

1026 Aliqua ex his elicit corollaria. I. Quod Prælatus ſibi, aut aliis maiorem portionem bonorum habitualiter, ſine cauſa aſſumens, quam vnicuique ſubditorum pariter indigentium non concederet, mortaliter peccat ; quia ſine cauſa poneret diſcrimen inter ſe, & alios. Conſultò addit, *habitualiter, & ſine cauſa.* Quia ſi habitualiter ex cauſa ſubditis indigentibus maiorem concedere tenetur, ſic etiam aſſumere poteſt ſibi : & quia aliquando, ſed raro, Prælatus, & ſubditus poſſunt ſibi maiorem licitè portionem aſſumere, quia nimis dura eſſet lex iſta, quam tranſgredi nunquam liceret, eſſetque contra naturam legum humanarum, de quibus ego ipſe in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, *tomo ſecundo, diſq.* 1. *dub.* 13. *n.* 112. & 113. *pag.* 311. non nihil dixi.

1027 Præ oculis mentis habere debet Prælatus, quod ſubditos bono præcedere debet exemplo, & non malo : *Omnia verò quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria* (ait D. P. N. Benedictus de Abbate, *cap.* 2. *Regulæ ſanctæ*) *in ſuis factis indicet non agenda.* Præcedendo autem illos maiori, aut meliori portione, illos malo præcedit exemplo, ita vt quilibet ſubditorum in hac præſertim materia vſurpare valeat illa Auguſtini *lib. de Paſtor. cap.* 4. verba: *Præpoſitus meus ſic viuit, ego quid ſum, qui non faciam quod ille facit.*

R. P. de Marg. in Comment. in Conſt. Apoſt.

Secundum corollarium Chaſſaing eſt, non poſſe ſubditos, quibus cura dictorum bonorum diſpenſandi commiſſa eſt, maiores portiones, aut Prælatis, aut aliis diſtribuere ; quia non maior illis facta eſt poteſtas illâ, quæ Prælatis ipſis ineſt. Plura pro huius corollarij dilucidatione, ac illuſtratione quidem tradidi *dicto tom.* 2. *diſq.* 6. *de vitio proprietatis Religioſorum, dub.* 9. *de Cellariis, œconomis, & procuratoribus.* Illuc meus lector bono, & beneuolo accedat animo, & ſine profectu magno non diſcedet. 1018

Tertium eſt, maiorem poſſe dari portionem bonorum, dummodo ſit modica, & non prohibeant conſtitutiones Ordinis iis Religioſis, qui multùm, & aſſiduè laborant, tum legendo, tum ſcribendo, tum vigilando, & itinerando : Vnde illa conſuetudo damnanda non eſt, quia ob id ſolitum eſt dari Generali, & Prouincialibus, & quibuſdam aliis ſimiliter laborantibus, maiorem, quàm cæteris portionem, modicum non excedentem, & ſic ſeruari iuſtitiam aſſerit. 019

Tria deinde aduertit Pater Bruno Chaſſaing, menti Prælati tenenda. *Primum* ex Cardin. Lugo *tomo primo de iuſtitia, diſputatione tertia, ſectione octaua, append. num.* 180. Prælatum in iis, quæ ſpectant ad victum, & veſtitum ſubditorum, retentâ ſemper decentiâ, & obligatione religioſæ paupertatis, & ſui ſtatus, magis debere inclinare ad liberalitatem, quàm ad parcimoniam ; cùm certiſſimum ſit illud Diui Bernardi pronunciatum : *Vbi non eſt abundantia, non eſt obſeruantia.* Et quidem maximum eſt inobſeruantiæ, & relaxationis præiudicium, ſi non prouideant Prælati ſubditis abundanter, ſinguli enim ſtatim attendunt ad prouidendum ſibi, & ſub neceſſitatis ſpecie, quærere incipit natura ſuperfluas commoditates. Plura pro exornanda hac doctrina, & pro illa non parum illuſtranda cumulaui *dicta diſquiſ.* 6. *dub. vigeſimotertio*, ad quem locum meum beneuolum, & religioſum remitto Lectorem. Væ autem Prælatis, & iterum væ (exclamat Bruno) qui quæ ſua ſunt, non quæ IESV CHRISTI quærentes, paſcentes ſemetipſos, & non gregem, ſuoque genio indulgentes, nolunt nec in veſtimentis, nec in alimentis, & aliis eiuſmodi prouidere ſubditis de bonis communitatis, dando eis portionem ſufficientem, & neceſſariam, cùm tamen ipſi nollent in aliquo deficere, ſed in omnibus abundare, & lautioribus cibis præ aliis veſci. 1030

Secundum, quod aduertit ex eodem Lugo *tomo ſecundo de iuſtit. diſputatione trigeſimaquinta, numero quinto*, & pro noſtro præſenti inſtituto maximè notandum, eſt, quod Electores non poſſunt licitè, & tutò illis Prælatis ſuffragari, & vota præbere ſua, qui non ſeruatâ erga ſubditos iuſtitiâ, tyrannicè, vt ſuprà, ſe gerunt. 1031

Tertium, quod P. Chaſſaing aduertit ex parente ſuo D. Franciſco, teſte Piſano *libro primo, conf.* 1032

capite decimoprimo, eſt, quod Religioſis, quibus in neceſſitatibus conſtitutis Prælati non pronident, martyrium imputatur. Sic illius reddit verba: *Et hac neceſſitas ſibi à Domino imputatur pro martyrio; & quia fecit, quod ſuum eſt, id eſt quod petiit humiliter ſuam neceſſitatem, excuſatur à peccato, etiamſi corpus inde grauiùs infirmatur.* Et ſic Prælati ſubditis non prouidentes, ſunt (inquit Chaſſaing) velut antiqui illi tyranni, ſuâ iniquitate, & immiſericordiâ ſuos martyres facientes. Quod genus martyrij, cùm pauci ſint, qui putent ſe teneri ſubire, & cùm aliunde docti ſint, fit, vt putent eſſe de iure naturæ, vt ipſi ſibi prouideant. Quod licitum eſſe aſſerunt Doctores, & ſic declarauit Congregatio Cardinalium, Decretis Tridentini interpretandis præpoſita, vt refert Armendariz in additionibus ad recopilationem legum Nauarræ, *lib.* 2. *tit.* 18. *de Relig. num.* 82. *&* 83. *lib.* 7. ſed inde oriuntur Ordinum Regularium pernicies, quarum Prælati rei habendi ſunt, non verò ſubditi.

Divisio III.

De iuſtitia diſtributiua, prout diſpenſatiua dignitatum, & honorum.

Svbdivisio I.

De factionibus, quæ iuſtitiæ opponuntur diſtributiuæ.

BREVIARIVM.

Diſcordiæ.

Niſi funditus fuerint extinctæ, bonum ſubſequi non permittunt. n.1034.

Dominium.

Pro pace tuenda conceſſum eſt. n.1043.

Factio, Factionarij.

Factio eſt, quâ vnitas multitudinis diſſoluitur, diſcordantibus contra ſe inuicem partibus, quæ nonnullos conantur eleuare ad dignitates. numero 1042.

Factionarij ſunt, qui ſiue multi, ſiue pauci inter ſe vniuntur, vel aliquorum operâ, ad eleuandum vnum ipſorum, vel alium in Prælatum. numero 1042.

Deploranda eſt Conuentuum Religionum miſeria, ſi in eis factiones reperiuntur. n.1034.

Factioſorum mores, & quamplurima referuntur facinora. n.1034.1035. & 1036.

Sub ſpecie, & prætextu, licèt falſo, boni communis, vniuntur factionarij, & omnia illa perpetrant. n. 1034. & 1042.

Factionum deplorandi recenſentur effectus. numero 1035.

Exclamatio contra factionarios menti omnium tenenda. n. 1037.

Generalis, qui factionibus non occurrit, lethalem culpam admittit. n.1041.

Illas permittere ſub quacumque ratione non poteſt. numero 1042.

Factio intellectum etiam Deum timentis obnubilat, vt percipi nequeat eam eſſe peccatum. n.1042.

Ex hac obnubilatione oritur, vt bonum hominem aduerſæ partis, malum reputent; & malum ſuæ, bonum proclament. n.1042.

Deformat Religiones, vnde eis non aſſiſtit. numero 1042.

Factionum capita ſunt euellenda. n.1042.

Quod vna factio præualeat alteri, ex demeritis oritur factioſorum, & ex diaboli inſtigatione. numero 1042.

Factiones nutrire ad impetrandum, tyrannicum eſt. n.1042.

Factio impedit, ne iuſtitia obſeruetur. numero 1042.

Deſtruit diſciplinam regularem. n.1042.

Factio eſt omnium malorum maximum. numero 1042.

Factioſi ſunt in malo ſtatu. n.1042.

Factioſus, qui artibus intendit ad ſe vota attrahere, mortaliter peccat. n. 1042.

Factioſi, qui inter ſe conueniunt de conferendis ſuffragiis, ſimoniam committunt. Immo, qui factioni adhæret, admittit ſimoniam. n.1042.

In iudicandis meritis non eſt admittendum factioſi iudicium. n.1042.

Peccant mortaliter, in Raggij ſententia, eligentes ex propria factione Generales, Prouinciales, & Diffinitores. n.1042.

Non ſunt tuti in conſcientia electores dicentes: Noſtros eligimus, quia ex noſtra factione ſunt digniores. *n.*1042.

Factioſi bonum dicunt malum ſuum ſectatorem, & malum bonum contrariæ partis. n. 1042.

Non ducuntur factioſi à Spiritu ſancto. numero 1042.

Factioſi, qui gloriantur de meritis, ſapientiam habent diabolicam; & quod peius eſt, ſe Deo præſtare obſequium exiſtimant. n.1042.

Difficile poſſunt factionarij à peccato excuſari, ob inuincibilem ignorantiam. n.1042.

Cum factioſis conuerſari, & aliquo modo non infici, impoſſibile eſt. n.1042.

Spiritus ſanctus licèt inuocetur in die electionis, ſuper factioſos non deſcendit. n.1042

Factioſorum regimen diu durare non poteſt, quia tyrannicum. n.1042.

Factioſi ita ſunt cæci, vt non faciant conſcientiam de partialitatibus; immò in vitio ſedent, ac ſi eſſent in ſanctitatis ſede. n.1042.

Fatioſorum proprium eſt, tam indignos, quàm dignos eligere. n. 1042.

Factioſi ob decem rationes indigni ſunt quacumque dignitate. n. 1043.

Iuſtitia.

Medium vnicum ad conſequendam, & conſeruandam pacem, eſt iuſtitia diſtributiua. numero 1043.

Pax.

Paci adquirendæ, & conſeruandæ duo nocent; factiones, & indebitæ electiones n. 1033.

Nihil pace melius. n.1038. & 1043.

Pax reſtituitur amputatis inuidiâ, ſuperbiâ, & cupiditate: & quomodo amputentur. numero 1040.

Non conſeruatur pax reſtituta peccatorum diſſimulatione; ſed ſolâ iuſtitiâ æquè miniſtratâ. numero 1041.

Poteſt Prælatus diſſidentes ad pacificationem cenſuris, mulctis, & pœnis cogere. n.1041.

Peccata,

Peccata.

Diſſimulanda non ſunt, ne pax, aut amici perdantur. n.1041.

Prælari.

Prælati, maximè maiores, ratione officij pacem conſeruare, & deperditam procurare tenentur. n. 1033. 1038. & 1041.

Regimen.

Finis regiminis eſt vnitas, & iuſtitia. n.1043.

Munus præcipuum regiminis eſt, diſcordias reſecare, & factiones deſtruere. n.1043.

HActenus Doctus P. Bruno: & hæc de iuſtitia diſtributiua rerum communium, dicta ſufficiant. De eadem, prout diſpenſatiua præmiorum, honorum, & dignitatum, latè diſſeruimus in toto hoc §. Conſtitutionis Alexandri Papæ IV. Libet nihilominus præfatum recenſere Authorem *eodem tomo de Prælato Regulari, cap.7.* confirmantem doctrinas traditas circa factiones, & circa electiones illicitè, & nulliter celebratas; ſic enim ibi fatur.

1033 Cùm paci conſeruandæ, eamque deperditam procurandæ, ex munere ſui officij incumbere teneantur omnes Prælari, magis tamen Prælati maiores, cùm maiori polleant poteſtate, habeantque media efficaciora ad illam conſeruandam, & ad amiſſam reſarciendam. Duo autem ſunt, quæ paci conſeruandæ, & adquirendæ maximè nocent. *Primum* eſt, diuiſiones, & factiones prouinciarum. *Secundum*, indebitæ electiones, electionumque modus. Quantùm autem noceant huiuſmodi diuiſiones, & factiones, planè conſtabit ex deſcriptione, quam facit Peyrinus de factionariis, *q.2. cap 3. §.1 de Prælato.* Hæc Bruno, poſt quæ Peyrini deſcriptionem, non tamen integrè, recenſet; illam ad amuſſim operæpretium reddere duxi, vtpote digniſſimam, vt illa præ manibus Religioſorum omnium, Prælatorum, & ſubditorum, ac Reipublicæ cuiuſlibet Gubernatorum habeatur. Peyrinus igitur ſic *num.19. pag. mihi* 354. de factionibus loquens ait.

1034 Quare deploranda eſt miſeria illorum Conuentuum, Prouinciarum, ſeu Religionum, ſi quæ reperiantur, in quibus inuenta illa dæmonum, factiones ſcilicet, reperiuntur, & vigent; in quibus nullum bonum poteſt reperiri, vt ait Gregorius loco citato (*in Paſtorali part.3. admonit.23.*) *Penſemus quanta ſint mala diſcordiæ, quæ niſi extincta funditus fuerint, bonum ſubſequi non permittunt.* Et verè ita eſt; odio enim ſe inuicem habent factionarij; de ſe inuicem continuò murmurant; alter alterius notat actiones, inueſtigat, ſocios interrogat, ſpeculatur, in calendario ſcribit, ne obliuiſcatur, & ſociis nuntiet, vt ſuo tempore Superioribus propalet; interim diuulgat, curat adhibere teſtes, ſi non fuerint; nec deſunt, qui ſe offerant, etiamſi nihil viderint; ſemper alter in alterum machinatur, irridet, ſubſannat, actiones, & quidquid à quocunque factionis contrariæ factum fuerit, culpat, maculat, & profitetur ſe aduerſariis non credere, niſi cùm dicunt: *Domine non ſum dignus.* Suos vnumquodque factionis caput defendit, eorum occultat vitia, protegit, ne puniantur. Immò fouet ſecundùm inclinationes, quas nouerit, ne ab eo reſiliant, & ad aduerſarium tranſeant. Vide ambitioſos ſpe dignitatum nutrit; ſuperbos blandiendo inflat, & incontinentes excuſat, culpam in humanam fragilitatem proiiciendo, exemplo aliorum cooperiendo, auaros præſenti, & futurâ pecuniâ expungendo ex officiis, quæ promittit, ſubleuat; iracundis obſecundat; phlegmaticos vrget, & tolerat; melancholicos irritat; ſcurras, gratioſos vocat; obſcœna loquentes, ciuiles; iracundos, ſtrenuos; auaros, prouidos; prodigos, liberales. Iis autem, qui non ſunt in aperto mali, vtitur tanquam ſcuto inexpugnabili, ad factionis ſanctitatem defendendam, probando, quod ea ſit aggregata ex melioribus, & dignioribus, & quod ſolùm ſit congregata in bonum commune, ad reſiſtendum aduerſario illud deſtruere conanti.

Hinc regularis diſciplina eneruatur, funditus 1035 deſtruitur, immò nec nominatur quidem. Nouitios enim nondum habitum Religionis indutos, conatur vnuſquiſque in ſuam factionem trahere, extraordinariis diligentiis tractos fouet, nutrit, nec ſinit in eos inuehi Magiſtrum: vnde ipſi facti inſolentes, ruptis vinculis timoris Dei, & Superioris, omnia attentant, omnia audent, omnia præſumunt; iſtiſque diſcordiis nutriri, cùm profeſſi fuerint, ſunt intolerabiles, vitioſi, & ſcandaloſi, ita vt nec Superiores, nec Deum, nec honorem proprium, nec Religionis timeant.

Hinc etiam fit, vt minùs his immerſi diſcordiis, 1036 ſtudiis, quæ quietem requirunt, incumbant; & ſi quid incumbant, ſolùm id ſit, vt aduerſatiis reſiſtant: hoc enim non deſinunt inculcare factionum capita. Hinc Superiores, ſi quandoque occurrat, quod ex aliqua factione non ſint, non timentur, non æſtimantur, ſuum exercere non poſſunt officium, nec malos caſtigare, nec bonos ſubleuare queunt. Si enim errantem ſubditum, ſecundùm Deum, & Regulam puniri voluerint, illico accurrit caput; vel errorem excuſat, ſi poteſt; vel ſi non, excuſat: fragilitate, iuuentute gratiam petit, fideiubet de futura emendatione. Quod ſi Superiores reſiſtant, profundiùs ſe humiliat, ſi caſus ferat ſi non, acriùs alloquitur, minatur, quandoque tuba canit ad bellum, ita vt Superiores his importunitatibus victi, ne quid peius ſuccedat, obſecundare conentur. Sic errans in errore permanet, & ad peiora patranda animatur, iuxta illud Pub. apud Mart. 2. *ſatyr. cap. ſeptimo.*

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Si verò ſubleuare voluerint, alterum factionis accurrit caput, & loquitur ſubleuandi plagas, mortuas exſuſcitat, ignotas aperit, falſas fingit, teſtes ad omnia adhibet: ſi Superiores reſiſtant, proponit articulos, iuſtitiam petit.

Infinita prætereo, quæ præ cordis anguſtia 1037 enarrare non valeo. Lugenda relinquo cogitationi, quæ nequeo exprimere calamo. Laxet ſe ſolum vox in ea Bernardi verba *epiſt. 116. O ſtulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt, & gloriam.* O factionum capita, ô incarnati dæmones, ô Antichriſti! Væ vobis, qui peccare facitis populum Dei. Væ vobis, qui iuſtificatis impium, & iuſtitiam aufertis à iuſto. Væ vobis ſenes, ſcandala iuuenum. O pueri centum annorum! O ſenes fatui! Væ vobis, quia vt voſmetipſos paſcatis; fame perire facitis oues pretioſo Chriſti ſanguine redemptas. Væ vobis viri impij, qui dereliquitis legem Domini altiſſimi, quia retributio veſtra dabitur vobis. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, ambitionis, ſuperbiæ, & inuidiæ, quibus quaſi loris aſtricti, plauſtrum peccato-

rum trahitis. Væ qui dicitis malo, Bonus es; & bono, Malus es: vocantes tenebras lucem; & lucem tenebras: & ponentes amarum in dulci, & dulce in amaro. Væ vobis, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Væ, qui peccatum veſtrum, talis eſſe capitis profitentes, quaſi Sodoma prædicatis. Væ animabus veſtris, quoniam reddita ſunt eis mala. Caue frugi iuuentus: nam qui te beatam dicunt, ipſi te decipiunt, & viam bene cœptam greſſuum morum diſſipant. Duces tui infideles, & ſocij furum. Nonne veniſti, plangenda iuuentus, vt IESV-CHRISTI eſſes, non Cephæ, nec Apollo: quare reſpicis retrò miſella? Quare non conſummas cœptum curſum? fidem promiſſam ſeruas? Bonum certamen certa, vt corona iuſtitiæ capiti tuo reponatur. Væ vobis omnibus, quia terra veſtra deſertabitur, Conuentus, & Prouincias veſtras ignis odiorum, & diſcordiarum ſuccendet; deſolabitur, quantùm eſt ex vobis, Regula, & Religio veſtra, & extranei dominabuntur vobis. Heu miſeri, non videris, quia ſacrificia veſtra non aſpicit Deus, & holocauſta veſtra nauſeat. Calendas, & ſolemnitates veſtras odit, nec vos reſpiciet, cùm in extremis manus veſtras extenderitis, & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiet. Lauamini, quæſo, lauamini cùm tempus habetis, auferte malum cogitationum veſtrarum, quieſcite iam agere peruersè, diſcite aliquando bene facere, vt conuertat Deus manum ſuam, & reſtituat vobis priſtinam charitatem ſuam. Mementote, quod non percuſſiſtis fœdus cum morte, & cum inferno non feciſtis pactum, vt cùm flagellum inundans tranſierit, ſuper vos venire non debeat.

1038 Alioquin obteſtor vos, Religionum capita, per ſanguinem IESV-CHRISTI Saluatoris noſtri, vt capita talium factionum euellere non tardetis, eaque in malam crucem amanderis; veſtrum eſt ſubditis pacem facere, quod non obſcurè inſinuauit Dauid *Pſalmo* 133. dicens: *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, ſicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.* Ad quem locum ait Baſilius: *Quemadmodum à capite vſque ad barbam, & ſummitatem indumenti, ſacrum vnguentum decurrens, Sacerdotem bonâ fragrantiâ replebat; ita & à Principe vſque ad ſubditos concordiæ vtilitas deſcendit.* Et Philo *lib. de leg. ad Cai. colum.* 8. *Quid autem optari poſſe pace melius? Pacem verò prouenire ex bene adminiſtrato imperio; id verò non poſſe verè adminiſtrari, niſi abſque contentionibus Principum, quibus ceſſantibus, omnia manere in officio.*

1039 Vnde in iure, cuius cuſtodes debent eſſe Superiores, habentur tituli, *de Pace ſeruanda inter ſubditos, libro ſecundo Feudorum, tit.* 53. & *tit.* 27 *de Pace tenenda, & eius violatoribus:* & *in leg.* 1. *Codic. de ſeditioſis*, mulctâ grauiſſimâ, id eſt morte, mulctari iubentur, qui aduerſus publicam diſciplinam quemquam defendere tentauerint. Nec vos moueat perſonarum grauitas, nec canis debita reuerentia; nam ignobiliſſimi, & viliſſimi ſunt, qui legem Dei cum proximi ſcandalo peſſundant, vt iſti; & cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata, ſola virtus, & non elementa, æſtimanda. Nec frangamini potentum precibus, ad quos tanquam ad aſylum, vt ſe in iſta tyrannide conſeruent, ſemper confugiunt iſta factionum capita; nam ſcriptum eſt *Eccleſiaſt. ſeptimo, Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum æquitate tua.* Nihil non facite, vt has in malo congregatas ſocietates diſſipetis, diſpergatis, annihiletis, vt pacem veram, concordiam ſanctam, charitatem perfectam veſtris Religionibus reſtituatis.

Reſtitutis autem, quantùm capio, capitibus 1040
amputatis, tria vitia extirpare curabitis. *Primum* eſt inuidia, propter quam filii Iacob, Ioſeph fratri ſuo non poterant pacificè loqui. Hoc vitium, licèt ferè inſanabile ſit, poteſt tamen aliquando deliniri humilitate, fraterna charitate, contemptu terrenarum rerum, amore æternæ beatitudinis, ſed melius, ſi diſtribuantur honores ſecundùm merita, & pœnæ ſecundùm demerita. *Secundum* eſt ſuperbia, vnde *Prouerb.* 13. *Inter ſuperbos ſemper iurgia.* Hoc vitium falce ſolùm humilitatis præciditur, & vilipendio perſonæ. *Loquimini placentia* Eſaiæ 16. *Tertium* eſt cupiditas habendi; vnde dici ſolet, quod quietiſſimè viuerent homines, ſi hæc duo pronomina tollerentur: *Meum*, & *Tuum*. Hoc vitium tollitur per strictam obſeruantiam voti paupertatis, per æqualem diſtributionem bonorum Monaſterij. Quibus extirpatis, redeunt Saturnia Regna, & bonis pacis perfruuntur omnes cum gaudio, canentes datoribus pacis.

Sint faciles ſemper Diui, ſint mitia vobis
Numina, qui paci tribuiſtis opem.
Viuite concordes tranquilla per otia pacis;
Ducite felices, melliſluoſque dies.

Concludit Peyrinus dicendo, *numero vigeſimo-* 1041
ſecundo. quod pax reſtituta non conſeruatur diſſimulatione peccatorum. Allegat Gregorium Magnum *in Paſtorali, part. tertia, admonit. vigeſimatertia*, dicentem: *Admonendi ſunt pacati, ne dum nimis humanam pacem deſiderant, prauos hominum mores nequaquam redarguant, & conſentiendo peruerſis, ab Auctoris ſui ſe pace diſiungant.* Et quod peccata non ſint diſſimulanda, ne amici perdantur, cùm dicat idem Gregorius: *Malorum cùm incautè amicitiis iungimur, culpis ligamur.* Nec etiam diſſimulanda, ne nos ipſos perturbemus, quia præfatus Gregorius ibidem inquit: *Admonendi ſunt pacati, ne ſi ad increpationis verba proſiliant, temporalem pacem ſibi perturbari formident.* Sed ſolâ iuſtitiâ æquali miniſtratâ lance (inquit) pax conſeruatur. Eſaiæ *capite vigeſimoſecundo: Et erit opus iuſtitiæ pax, & requies vſque in ſæculum*; vt ex Hebræo legitur. Et quod ad Prælatos ſpectet Religionum pacem illarum procurare, conuincunt canon *Diſſidentes*, canon *Studendum*, canon *Placuit*, & canon *Præcipimus*, 90. *diſtinct.* & probat Ludou. Carbon. *tomo decimoſecundo, tractat. de re pacif. capite trigeſimo octauo*, qui *capite trigeſimonono*; addit, poſſe Prælatos diſſidentes cenſuris, mulctis, & pœnis ad pacificationem cogere: & quod peccet mortaliter Generalis, ſi non occurrat factionibus, docet Chaſſaing, vti videbimus infrà *n.* 1047.

Doctrinam iſtam contra factionarios, & fa- 1042
ctiones, latiſſimè propugnat Iacobus Raggius *tractat. de regimine Regularium*, cuius propoſitiones,

tiones, & concluſiones aliquas operæpretium duxi recenſere ad firmandam ſententiam Peyrini, & ad incutiendum lectoribus meis timorem Domini, ne ineidant in ſuæ æternæ perditionis barathrum. Et primò ſuppono factiooem ſic diffinici: *Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, cùm aliqui ſe Principes Ciuitatis conſtituere conantur, aliis repugnantibus.* Ita idem Raggius *part. prima, dub.* 1. *numero primo*, ex Deciano *de crimine læſæ Maieſtatis, lib.* 7. *capite ſeptimo, numero decimo*, vel vti Raggius *cent.* 1. *part. ſecunda, dub.* 59. *numero ſecundo*, ex doctrioa D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 42. *articulo ſecundo. Factio eſt, quâ vnitas multitudinis diſſoluitur, diſcordantibus contra ſe inuicem partibus, qua nonnullos conantur eleuare ad dignitates.* Factionatij autem ſunt, qui ſiue multi, ſiue pauci, inter ſe vniuntur, vel vnius, vel aliquorum operâ, ad eleuandum vnum ipſorum, vel alium in Prælatum. Ita idem Raggius *cent. ſecunda, tractatu decimo, dub.* 187. *numero primò.*

I. *Religioſus adhærens factioni, ſimoniam committit.* pag. 49.

II. *Factio ita obnubilat intellectum, vt nequeat percipi, etiam apud timentes Deum, eam eſſe peccatum. Nec putatur peccatum, quia publicum, & vniuerſale.* pag. 54.

III. *Factiones formantur in Religionibus, & Eccleſiaſticis perſonis ſub ſpecie boni.* pagin. 59.

IV. *Factiones deformant Religiones, vnde Deus eis non aſſiſtit.* pag. 63.

V. *Factionum capita ſunt euellenda.* pag. 97. 98. & 125.

VI. *Quod vna factio præualeat alteri, oritur ex demeritis factioſorum, & diaboli inſtigatione.* pagio. 108.

VII. *Factiones nutrire ad imperandum, eſt tyrannicum.* p. 94. & 396.

VIII. *Factio impedit, ne iuſtitia obſeruetur.* p. 109.

IX. *Deſtruit diſciplinam regularem.* pagina 109.

X. *Generalis ſub quacumque ratione nequit permittere factionem in Religionibus.* p. 112.

XI. *Eſt malum tam graue, vt appelletur maximum omnium malorum.* p. 123.

XII. *Factioſi ſunt in malo ſtatu.* pagina 29. & 52.

XIII. *Factioſus, qui artibus intendit ad ſe vota attrahere, peccat mortaliter.* p. 45.

XIV. *Factioſi, qui inter ſe conueniunt de conferendis ſuffragiis, incidunt in ſimoniam.* pagio. 49.

XV. *Iudicium factioſorum in iudicandis meritis, non eſt admittendum, quia eſt perturbatum.* p. 27. & 30.

XVI. *Factioſi eligentes Religioſos ex propria factione, in Prouincialem, & Diffinitores, peccant mortaliter.* p. 28.

XVII. *Factioſi electores dicentes, Noſtros eligimus, quia ex noſtra factione ſunt digniores, non ſunt tuti in conſcientia.* p. 59.

XVIII. *Dicunt bonum; malum ſuum ſectatorem; & malum, bonum contrariæ partis.* pag. 59.

XIX. *Factioſi non ducuntur à ſpiritu Dei.* pag. 60.

XX. *Factioſi, qui gloriantur de meritis, habent ſapientiam diabolicam, & quod peius eſt, exiſtimant ſe obſequium præſtare Deo.* pag. 60.

XXI. *Factionarij difficilè poſſunt excuſari à peccato ob ignorantiam inuincibilem; quia tenentur ſcire regulas, quibus regimen adminiſtratur.* pagina 60.

XXII. *In die electionis non deſcendit Spiritus ſanctus ſuper factioſos, licèt inuocetur.* pagin. 61.

XXIII. *Impoſſibile eſt conuerſari cum factioſis, quin homo aliquo modo inficiatur.* pagin. 64. & 76.

XXIV. *Factioſorum regimen, quia tyrannicum, diu durare non poteſt.* p. 94.

XXV. *Factioſi ita ſunt cæci, vt non faciant ſibi conſcientiam de partialitatibus; immò in vitio ſedent, ac ſi eſſent in ſede Sanctitatis.* p. 109. & 131.

XXVI. *Proprium factioſorum eſt eligere tam dignos, quàm indignos.* p. 125.

XXVII. *Factioſi habent iudicium obtenebratum, vt reputent malum aduerſæ partis bonum hominem, & bonum ſuum malum ſectatorem.* pagin. 599.

XXVIII. *Factioſi ob decem rationes ſunt in-* 1043
digni quacumque Prælatura, & gradu 1. Quia non ſunt vocati à Deo. 2. Qoia à Deo miniſterij gratiam, diuináſque illuminationes pro regimine rectè gerendo non recipiunt, ex qoo à Deo vocatus oon ſit tanquam Aaron. 3. Quia eius perſona non ornatur iuſtitiâ Præſidentis, per quam ſit homo dignus Principatu, ſeu Prælatura, cuius totum eſſe eſt ad aliud. 4. Quia non fruitur prudentia in Principe, & in Regente neceſſaria pro recta adminiſtratione cuiuſlibet Imperij. 5. Qoia eo ipſo, qood quis eſt factionarius, deficit à recta intentione finis regiminis, qui ſubditorum vnitate eſt propagandus, iuxta Diuum Laorentium Iuſtinianum *de triumph. Chriſt. agon. cap.* 66. ibi: *Ad vtilitatem, & decorem, vnitatemque in Eccleſia conſtituti ſunt gradus.* 6. Quia iuſtitiâ caret ſeruandâ inter ſubditos, & pace: quæ duo tanquam fundamenta regiminis à Doctoribus reputantur. De vtroque noſter Caſſiodorus *lib.* . . *epiſtol.* 1. *In hoc enim* (ait) *gratia Regis extollitur, & ſeruatur, ſi in æquitate pacis populum dirigat, & in iuſtitia vigore conſeruet.* Et de pace, apud Raggium *de regim. Regular. tract.* 13. *dub.* 200. *numero tertio*, Theophylact. *ad Romanos cap.* 13. ad illa verba: *Miniſtri Dei ſunt, &c.* ait: *Nam Deo ſedet in animo pacem Reipublicæ inſerere, necnon virtutem: vitium autem abigere; atque in hoc Principes miniſtrant voluntati Dei pro communi conſtitutione, & ſalute laborantes, inque id ipſum perſeueranter incumbentes, vt nos in pace, & in tranquillitate ætatem quiſque ſuam transfigamus.* Et quod finis præſupponendus à Prælato in multitudinis directione ſit eius pax, & vnitas, probat Raggius ex D. Ioanne Chryſoſt. 1. *ad Corinth. capite* 13. *hom.* 34 ex B. Laorentio Iuſtiniano *de regimine Prælatorum, capite tertio*, D. Thom. *de regim. Princip. libro primo, capite ſecundo*, D. Antonino *part.* 1. *art.* 6. *capite ſecundo, de amore*, §. 5. Ægidio Romano *de regim. Princip. part.* 2. *libro tertio, capite tertio*, ex Theophylact. *vbi proximè*, & ex Trithemio in S. Regulam, *capite ſecundo*, dicente: *Maximum decus Cœnobiorum eſt vinculum veræ pacis, ſine qua nulla Deo Religio placet; quàm citò autem pax in Congregatione Monachorum extincta fuerit, totus Monaſtica diſ-*

ciplina

ciplinæ vigor peribit. Inde ſuſpiciones oriuntur, & detractiones, diſſenſiones quoque, & partialitates, &c. Hæc Trithemius. Raggius autem *numero quarto*, ait media proportionata ad finem pacis aſſequendum, eſſe non alia, quàm iuſtitiam diſtributiuam honorum, & bonorum, victus, veſtitus, &c. & onerum diſpenſatiuam, dicente D.Thom. *lib.* 2. *Polit. ſectione ſecunda*: Per iuſtitiam enim conſeruatur pax ciuitatis. Et Ægidio Romano *vbi proximè, part.* 2. *libro primo, capite decimoprimo*: Sicut ergo corpus naturale non ſubſiſteret, niſi in eo reſeruaretur quædam diſtributiua iuſtitia, vt quod cor in membra debitè influeret; ſic Regnum, vel Ciuitas non poſſunt ſubſiſtere, niſi in ea reſeruaretur diſtributiua iuſtitia, vt Rex, ſiue Princeps debitè honores, ac bona diſtribuant. 7. Quia eſt author diſcordiarum, ſeditionum, & iurgiorum inter ſubditos; nam ipſe, ne imperium amittat, factiones nutrit: & tamen Regentis munus præcipuum eſt iurgia, ac diſcordias reſecare, factioneſque deſtruere, iuxta D. Auguſtin. *in Pſalm.* 71. & D. Thom. qui id dicit à natura ipſa, 3. *de Regimine Principum, capite quinto*, dicens: *Conſonum videtur naturæ, vt dominium ſit conceſſum pro pace tuenda, & iurgiis, & diſcordiis reſecandis.* Auguſtinus autem ex munere Eccleſiaſticæ Prælaturæ id trahit, in hæc verba prorumpens: *Excellentes, id eſt Prælati, in Eccleſia paci debent vigilanti intentione conſulere, ne propter ſuos honores ſuperbè agendo, ſchiſmata faciant, vnitatis compage diſruptâ.* 8. Quia eo ipſo, quod ob dominium conſequendum, atque conſeruandum ſe alere conatur inter factiones, ac diſcordias, Tyranni nomen ſibi vendicat. D. Thom. 2. 2. *quæſtione quadrageſimaſecunda, articulo ſecundo*, Sylueſter *verbo Seditio*, & B. Laurentius Iuſtinianus *de regimine Prælatorum, capite ſecundo.* Ratio 9. Quia præcipuè non incumbit ad munus alliciendi homines ad profectum virtutum, ad meritorum augmentum, vt animarum poſtulat cura. 10. Quia ſua partialitate, ac factione euertit, & deſtruit totam diſciplinam regularem. *Ex ſeditione* (inquit Diuus Antoninus *in ſumma, part. ſecunda, titulo quarto, capite octauo*, §. 4.) *tota vita Regularis deficit.* Plura alia cumulat Raggius *tractatu decimo, dicta cent. ſecunda, dub.* 187. pro his fulciendis rationibus.

SVBDIVISIO II.

De indebitis electionibus, quibus maximè diſtributiua læditur iuſtitia.

BREVIARIVM.

Electiones.

Electiones non liberè, ſed coactè celebratæ nullæ ſunt. n. 1044.

Metus etiam reuerentialis cogit, & nullas illas reddit. n.1044.

Nullæ ſunt, ſi capita factionum ſcrutatores in illis ſint. ibid.

Item ſunt nullæ, quæ celebrantur ab iis, qui experti ſunt, ſe iniuriam, & damnum paſſos ab iis, ad quorum arbitrium ſuffragium non tulerant. n.1045.

Non ſolùm ſunt nullæ tales electiones, ſed illicitæ, etiam ex parte ſuffragantium, quia non ſunt votorum domini, ſed adminiſtratores. numero 1045.

Indebitè fiunt electiones, ſi celebrantur contra ſacros canones, quod multis fieri modis, declaratur. n.1046.

Indebitis electionibus Generales occurrere tenentur ſub peccato mortali. n.1047.

Electores.

Tenentur ſub lethali culpa indagare eligendorum mores, in ordine ad vtilitatem Religionis, in qua degunt. n.1045.

Non excuſantur ſi dicant ſe ſtare iudicio capitis factionis, quia illius iudicium non poteſt eſſe ſanum, ſed perturbatum ab affectione dominij, &c. n.1046.

Excommunicatio.

Eſt pœna maxima, quam infligere poteſt Eccleſia. n. 1047.

Eſt mors ciuilis, & ſpiritualis. n. 1047.

Factionarij.

Non debet factionariis credi. num. 1046.

Generales.

Sub culpa mortali tenentur occurrere factionibus, & indebitis electionibus. n.1047.

Media, quibus occurrere debeant, aſſignantur. n.1047. & 1048.

Matrimonium.

Nullum eſt matrimonium ex metu reuerentiali contractum. n.1044.

Votum.

Votum emiſſum ex metu reuerentiali, eſt nullum. num. 1044.

QVoad primum, quod paci conſeruandæ, & adquirendæ maximè nocere dixit Bruno Chaſſaing *num.* 1033. relatus, dicta ſufficiant: illum quoad ſecundum audiamus, de indebita electione. Multipliciter (inquit *dicto tomo de Prælato Regulari, cap.* 7. §. 17.) fieri poſſunt indebitæ electiones.

Primò, ſi non ſint liberæ, ſed coactæ: coactas 1044
voco, dum timore etiam reuerentiali fiunt; quia ſicut ille timor facit matrimonium, & votum Religionis ſolemne nullum, & iniquum; ſic etiam electiones ab huiuſmodi timentibus iniquas, & nullas efficit. Talis eſſet ille timor incuſſus à viro graui, & in prouincia aliqua potenti, qui per ſuos mitteret ad ſuffragantes, vt ſuum votum darent Maſæo; à fortiori ſi minis, aut aliis iniquis modis ad ſuffragandum induceret.

Secundò, tales eſſent indebitæ electiones, ſi potentes factionarij, aut capita factionum, eſſent in electionibus ſuffragiorum ſcrutatores, qui poſſent manualem characterem ſuffragantium diſcernere. Nam tunc ij timore, ne noſcerentur, impulſi, ſuum ſuffragium iuxta eorumdem intentionem ferrent; & ſic non liberè, ſed coactè.

Tertiò, tales eſſent electiones, ſi experientiâ 1045
ſuffragantibus compertum eſſet, ſe iniuriam, & damnum paſſos ab iis, ad quorum arbitrium ſuffragium non tulerant, atque hæ omnes electiones non tantùm nullæ, ſed etiam iniquæ ſunt ex parte eorum, qui timorem huiuſmodi incuterent, necnon ex parte ſuffragantium, licèt notabile damnum incurrerent, ob non datum ad arbitrium eorundem ſuffragium.

ſoffragium. Nam ſuffragantes non ſunt domini votorum, ſed adminiſtratores, & diſpenſatores: quare fideles eſſe nequirent, ſi eligerent ad arbitrium huiuſmodi hominum. Nam diſcutere tenentur, ſub mortali, eligendorum mores, in ordine ad vtilitatem, & neceſſitatem Religionis, in qua degunt, vt exiſtimant Panormitanus *in cap. Bona, de poſtulatione Prælati*, & *in cap. Scriptum, de electione*. Abulenſis *capite* 31. *Matthæi, quæſtione* 118. Armilla *titulo Electio, numero vigeſimoſecundo*, & Sigiſmundus à Bononia *de electione, dub.* 55. *numero* 1. *part.* 1.

1046 Nec excuſarentur ſuffragantes, ſi dicerent ſe ſtare iudicio capitum factionis; nam eorum iudicium non poteſt eſſe ſanum, ſed perturbatum ab affectione dominij, & ab immoderatis animi affectibus. Quare nec ipſi, nec alij dicentibus factionariis credere deberent: vnde Diuus Gregorius *homil* 26. *in Euang.* optimè dicit: *Iudicare dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſa, ſua vel odia, vel gratiam ſequuntur.*

Secundò electiones indebitè fieri poſſent, ſi contra ſacros Canones celebrarentur, etiamſi liberè fierent. *Primò* ſi ſubornationibus, promiſſionibus, muneribus, & aliis huiuſmodi mediis ſuffragantes inducerentur, vt votum ferrent electores in fauorem huius, aut illius.

Secundò, ſi non legitimè congregati, ob defectum poteſtatis congregandi capitulum ſuffragantium, ſuffragantes eligerent.

Tertiò, ſi non omnes, ſed aliqui congregarentur, & eligerent, vel etiam indebitè aliquibus fieret poteſtas ſoffragia ferendi, & ferrent, & eorum ſuffragia efficaciter ad electionem concurrerent.

Quartò, ſi ſibi inuicem ſuffragium ex promiſſione conferrent, aut propoſitioni de ſe factæ ad futuram electionem conſenſum præberent.

Quintò denique, ſi contra omnem aliam formam in iure, aut ſtatutis poſitam, huiuſmodi electiones fierent viâ facti, ſub ſpe confirmationis obtinendæ. Quocirca Barboſa *in votis deciſiuis, voto* 39. *num.* 8. ait, quod electio ex defectu formæ non ſeruatæ, eſt ipſo iure nulla.

1047 Ad finem dicti §. 17. *pag. mihi* 157. docet P. Bruno, teneri Generales Ordinum ſub reatu peccati mortalis, duobus præfatis documentis, factionibus, & indebitis ſcilicet electionibus occurrere. Allegat Marcum Antonium Genuenſem *in Man. Paſtor. cap.* 45 *n.* 1. Belletum *in diſquiſitionibus clerical. tit. de Diſciplina Clericali*, §. 15. *n.* 96. quos, & Felinum *in cap.* 1. *num.* 5. *de treuga & pace*, & Gloſſam *in can. Vnum orarium, verbo Neglexerit, verſ. Quoties*, 24. *diſt.* recenſet, & ſequitur Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 79. *num.* 1. *pagina mihi* 251.

Media autem, quibus illa reſecare debeant, in duplici eſſe differentia, ait Bruno: *primum* leue; *ſecundum*, ſeuerum. Primo in principio vti debere, & non ex abrupto vltimam reformationem eſſe introducendam, monet cum Caietano apud Emmanuelem Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 53. *articulo quarto*, cum Nauarro, & Cardinale de Lugo. Debent itaque priùs factionarios monere, arguere, & obſecrare; ac ſic monitos, ſi mores non mutent, benignè corrigere, & leuibus plectere pœnis: quod ſi his adhibitis non emendentur, ſeuerum (inquit) adhibendum eſt remedium, quod duplex eſt: vnum ordinarium, & extraordinarium aliud. Ordinarium eſt illud, quod communiter in Eccleſia in contumaces infligitur, videlicet excommunicatio, quæ eſt mors ciuilis, & ſpiritualis hominis, & maxima pœna, quam Eccleſia infligere poteſt, vti ait Farinacius *de delictis, & pœnis*, *q.* 19. *n.* 35. & præter excommunicationem alias etiam imponere pœnas valent.

Quod ſi adhibitis huiuſmodi remediis ſpes deſit emendationis, extremum remedium adhibere tenentur Prælati, quod eſt triplex *Primum* eſt, inquit Bruno, non confirmare electos Factionarios in Prouinciales. (Et idem cenſeo de electis in Abbates.) *Secundum* eſt, huiuſmodi factionarios ſuffragiis actiuis & paſſiuis priuare, illos ab electionibus excludere, debitâ priùs de factione informatione factâ, & ſeruatis ſeruandis de iure, priuilegiis, & Ordinum conſtitutiooibus. *Tertium*, & extremum remedium à Brunone aſſignatum eſt, factionum capita à Prouincia eiicere, & in alienas mittere Prouincias. Quod quidem remedium adhibere neutiquam poſſet noſter Reuerendiſſimus Generalis eiiciendo factionarios, ſi fortè eſſent extra limites noſtræ Congregationis, cùm diuerſis non præſit prouinciis, ſicut aliorum Ordinum Generales; poſſet tamen à Cœnobio proprio illos eiicere, & in aliena mittere, intra dictos limites exiſtentia. 1048

D I V I S I O IV.

De iuſtitia punitiua.

B R E V I A R I V M.

Æquitas.

Eſt miſericordia dulcore temperata iuſtitia. numero 1062.

Benignitas.

Benignitas ſine diſciplina eſt mater vitiorum. numero 1058.

Dedignari.

Peccatoribus dedignari rectè ſolent iuſti. numero 1059.

Defendere.

Delinquentem defendere, grauiſſimum flagitium, quamvis id faciat quis miſericordiâ motus. numero 1056.

Ira.

Quæ ad correctionem vitiorum neceſſaria eſt, homini adimi non debet. n. 1065.

Qui non iraſcitur pro quibus oportet, & vt oportet, fatuus eſt, & ſtupidus. n. 1065.

Ira mentem præcipitat, & impedit verum cernere. ibid.

Iracundus ad diſciplinas diſcendas idoneus, ad Reipublicæ regimen prorſus inutilis. ibidem.

Iudex.

Tenetur ſubditorum punire delicta. num. 1049. 1050. & 1051.

Ad id tenetur propter tria. n. 1052.

Abſque cauſa legitima non poteſt pœnas à iure peccatis inflictas augere, vel minuere. n. 1053.

Aliter faciens peccat mortaliter. n. 1054.

Et tenetur ad reſtitutionem damni illati communitati, vel parti læſæ. ibid.

Quænam autem ſint cauſæ legitimæ augendi, vel minuendi pœnas, declaratur. n. 1053.

Veniam concedere non poteſt ſine culpa mortali, & obligatione reſtitutionis. n. 1053. & 1054.

Iudex non condemnans reum ad ſoluendas pœnas legis, illas minuens, vel abſoluens, infamiam incurrit, & ad illas ſoluendas damnari debet. num. 1054.

Limita primò in caſu, quo epikia locum habeat: ſecundò in caſu, quo in Religione perturbatio magna eſſet oritura. n. 1055.

Debet Iudex in puniendo miſericordiam rigori miſcere. n. 1057. 1058. & 1059.

Plerumque plus habet virium diſcreta in correctione remiſſio, quàm in exequenda vltione diſtrictio. num. 1060.

Quomodo poſſit Iudex ſeruare rigorem, & miſericordiam, cùm tamen teneatur applicare pœnas à lege inſtitutas, declaratur. num. 1061. 1062. & 1063.

Iudex ita ſe in puniendo gerat, vt quilibet intelligat inuitum ſe ad puniendum deſcendere. numero 1063. & 1064.

Signa traduntur, ex quibus ſubditi perſuaderi queant ad credendum Prælatum, ad pœnas inuitum deſcendere n. 1064. 1065. & 1066.

Iudex in iudicando acceptionem perſonarum vitare debet. n. 1064.

Iuſtitia.

Iuſtitiæ punitiuæ rigor bonis, & malis vtilis. numero 1050.

Miſerieordia.

Melius eſt, vt redarguamur de miſericordia, quàm de crudelitate. n. 1060.

Peccata.

Peccata, & vitia quando pullulare incipiunt, ſuccidenda ſunt. n. 1050. & 1067.

Peccata potiùs quàm peccatores tollere debent iudices. num. 1067.

Pietas.

Inordinata pietas impietatem nutrit. n. 1050.

Pietas nimia impietas eſt. numero 1050. 1056. & 1058.

Prælati.

Nimis anxij in delictis ſubditorum conquirendis eſſe non debent Prælati, nec oculati inſidiatores; immò præſtat aliquando habere oculos, & non videre. num. 1068.

Aliquando prudenter tacent, & diſſimulant videntes ſubditos aliqua committere minutiora. numero 1068. & 1069.

Punire.

Quàm malè faciant, qui precibus importunis eripere conantur reos de Superiorum manibus, ne illis debitas infligant pœnas, oſtenditur. numero 1056.

Qui in præſenti puniuntur vita, in futura non punientur. n. 1056.

Non ſemper punire tenentur Superiores. numero 1068.

Alia vide verbo Index.

Regimen.

Cùm immoderatius cuſtoditur virtus manſuetudinis, ſoluuntur iura regiminis. n. 1056.

Venia.

Non poteſt concedi reis, niſi in caſibus in iure expreſſis. n. 1053.

PRo distributiua iuſtitia, prout diſpenſatiua, 1049
tam bonorum, quàm honorum, & dignitatum, dicta ſufficiant, reſtat nunc, vt aliquid de punitiua dicamus; ſiue illa ad eandem pertineat diſtributiuam iuſtitiam, vt aliqui voluut, ſiue vt mavult Diuus Thomas ſuprà *numero* 1020. relatus, ad commutatiuam ſpectet iuſtitiam.

Primum, quod occurrit hîc dicendum, eſt, teneri Prælatos delicta punire ſubditorum. Ita Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 3. §. 15. num 117* cum D. Thom. 2. 2. *q. 67. art. 4. in corp.* Menochio *inſtit. Pol. lib. 2. cap. 12. num. 1.* Bellarmino *lib. 1. de Princ. Chriſt. cap. 10.* & cum communi Doctorum ſententia. Et probatur *primò* ex ſacra Scriptura. Eſaiæ 1. dicitur: *Quærite iudicium.* Deuteronomij 13. iubentur interfici, qui Diis alienis ſeruire perſuadent. *Nec parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, ſed ſtatim interficies.* Et Deuteronomij 19. contra homicidam dicitur: *Morietur, & non miſereberis eius* Et Apoſtolus *ad Romanos* 13. *Non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.*

Secundò probatur ex ſacris Canonibus, *can. Non eſt crudelis, can. Qui malos percutit. can. Iudex non eſt, can. Homicidas*, 23. q. 5. ex D. Hieronymo deſumptis, *ex can. Si audieris, eiſdem cauſa & q.* deſumpto ex D. Cypriano: *ex can. Non eſt innocentia*, & *can. Qui vnius*, ex D. Auguſt. *eiſdem cauſ. & q. ex can. Sunt quædam.* ex D. Ambroſio, *ex can. Rex debet.* ex Cypriano; & *ex can. Si homicidium*, ex Aug. *eiſdem cauſ. & q.* & *ex can. Si is qui*, ex D. Gregorio deſumpto, 23. q. 4 & *ex can. Leo Symmachus*, 23. q 8. ex D. Hieronymo deſumptô: *ex can* etiam *Inferiorum culpa, & can. Odio habeantur*, & *canone Facientis culpam*, 86. *diſtinct.*

Tertiò probatur ex Ecelesiæ Patribus. In primis Diuus Chryſoſtomus *libro tertio aduerſus vitup. vit. mon.* de Sacerdote Heli loquens, ita ait: *Minas addere debuerat, & à ſuo eos conſpectu amouere, & verberibus afficere, multoque illis grauius, & durius inſtare: ſed cùm intempeſtiuè illis parceret, ſuam, & illorum ſalutem perdidit.* Sanctiſſimus Pater noſter Benedictus *in capite ſecundo Regulæ*, ita ait: *Ergo æqualis ſit omnibus ab eo charitas: vna præbeatur omnibus, ſecundùm merita, diſciplina.* Et infrà: *Nec diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox, vt cœperint oriri, radicitus ea (vt præualet) amputet.* Primo Regum 2. *Et memor periculi Heli Sacerdotis de Sylo.* Diuus Bernardus *epiſtola* 178. *ad Innocentium Papam*, conquerens, quòd Romæ non reperiretur iuſtitia in Prælatis Eccleſiaſticis, in ſequentia prorumpit: *Qui flagitioſi, & contentioſi de Populo, ſiue de Clero, aut etiam è Monaſterio eiecti ad vos pulſati, redeuntes iactant, & geſtiunt, ſe obtinuiſſe tutores, quos magis vltores ſenſiſſe debuerant. Proh pudor! quos cachinnos res iſta mouet Eccleſiæ inimicis.* D. etiam Petrus Damiani *epiſt. 12. ad Gotif libro ſeptimo*, ita faſſus eſt: *Illud etiam mihi non mediocriter diſplicet, quia in plectendis flagitiis, & temerariis iniquorum hominum auſibus coercendis, remiſſior*

cerneris

Digitized by Google

terneris eſſe, quàm debeas; & dum peccatoribus parcis, augere peccata coainceris; eneruoto quippe rigore iuſtitia, ſtatus euertitur diſciplina; & dum vltoria ſeueritatis cenſura reprimitur, temeraria delinquendi licentia relaxatur: inordinata ſanè pietas nutrit impietatem, & timida manus Medici valnus auget agroti. Hactenus ibi noſter Cardinalis, *qui epiſt.* 12. *eiuſdem libri ſeptimi* probat, quod rigor iuſtitiæ vtilis bonis, & malis ſit.

1051 *Quartò* probatur ratione. Tum quia Prælatus eſt cuſtos iuſtitiæ, qui proinde reddere debet vnicuique ius ſuum. Tum quia ad bonum commune Religionis pertinet, quod leges cuſtodiantur, & malefactores puniantur.

1052 Adnotat Peyrinus *numero* 138. propter tria debere Prælatos delinquentes punire. *Primò*, quia id merentur; ſicut enim nullum bonum impræmiatum, ita nullum malum debet eſſe impunitum. *Secundò*, vt corrigantur, *can. Prodeſt*, 23. *quaſtione quinta. Tertiò*, propter pacem, & quietem Religiosorum, *can. Res omnes, eadem cauſa, & quaſt.* Et ad iſtam reduci ait duas, quas addit Gellius *libro ſexto, capite decimoquarto*, ita loquens: *Puniendis peccatis, tres eſſe debere cauſas exiſtimatam eſt. Vna eſt cùm pœna adhibetur caſtigandi, atque emendandi gratiâ, vt is, qui deliquit, attentior fiat, correctiorque. Secunda cùm dignitas, authoritaſque eius, in quem peccatum eſt, tuenda eſt ne prætermiſſa animaduerſio contemptam eius pariat, & honorem leuet. Tertia propter exemplum, vt cæteri ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur.*

1052 Aduertit etiam P. Peyrinus, non poſſe Prælatos pœnas à iure delictis inflictas, abſque cauſa legitima vel fugere, vel minuere, *l. ſi ita ſtipulatio, Digeſtis de verborum obligationibus.* Redin. *de Maieſtate Princip. verſiculo ſed etiam per legitimos tramites, à numero vigeſimoſexto, & à numero* 48. Facit gloſſa *in verbo Putat, can. Omnis, diſt* 45.

Cauſæ autem, quæ ſint legitimæ, recenſet Peyrinus, dicens, ſunt ætas, tempus, locus, rei conditio, criminum vniuerſitas, peccatorum qualitas. Allegat dictum Redin. *vbi proximè, num.* 77.

Deinde aduertit, multò minus poſſe Prælatos veniam concedere reis, *ex lege. Si apparitor, in fine, Codice de cohortalibus, Principibus, &c. libro duodecimo*; venia enim non conceditur delinquentibus, niſi in caſibus à iure expreſſis, iuxta notata *in lege ſi quis legatum, §. ſi Patronus, in gloſſa, verbo Imperata, digeſtis...* Redin. citatus §. *Ad clementiam pronum, num.* 14.

1053 Ex quibus infert *primò* Laurentius de Peyrinis *numero* 139. quod Prælatus non condemnans delinquentem ad ſoluendas pœnas à lege inflictas, ſed illum abſoluens, aut illas minuens, peccat mortaliter, & reſtituere tenetur communitati, vel parti læſæ damnum illatum, præſertim in bonis temporalibus. Ita ille ex D. Th. *ſecunda ſecunda, quaſtione* 67. *articulo quarto*, vbi Aragon, & ex ipſo Aragone *quaſt* 62. *articulo ſeptimo, columna decimaſexta*, ex eo enim, quod delinquentes manent impuniti, aut non debitè puniti, audaciores, & promptiores fiunt ad noua perpetranda delicta. Quocirca habetur *Eſai. cap.* 26. *Miſereamur, impio, & non diſcet iuſtitiam.*

Quod autem Prælati ad reſtitutionem teneantur, conuincitur, ait Peyrinus *ex tertio Regum, capite* 20. ibi: *Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua pro anima illius.*

Et quod infamiam incurrat Prælatus, non condemnans reum ad ſoluendas pœnas lege impoſitas, illas minuens, aut abſoluens, probat Laurentius præfatus *ex lege ſeruos, in fine, Codice ad legem Iuliam de vi publica, vel priuata*, Romano *ſingulari* 77. addente, dictum Prælatum puniendum eſſe pœnâ, quâ reus puniendus erat.

Limitat tamen *primò* cum Aragon. *ſecunda ſecunda, quaſt.* 67. *articulo quarto*, in caſu, quo locum habeat epicheia. Quæ certè fallentia ſuadetur ex his, quæ dixi in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonicis, *tomo ſecundo, diſquiſitione prima, dubio decimotertio, numero* 113. *pagina* 111. *diſquiſitione vndecima, dubio* 15. *numero* 15. *pagina* 422. & non ſemel alibi; videlicet, legiſlatorem volentem ſuam legem abſque epikia obſeruari, & excluſis circumſtantiis, imprudentem eſſe, & crudelem. 1054

Limitat *ſecundò* in caſu, quo in Religione perturbatio magna eſſet oriunda. Tunc enim ad tempus differenda eſſet integra delictorum punitio, *can. Tolerandi, can. Quid ergo, can. Quidam verò, can. Cùm quiſque*, 23. *quaſtione quarta* Diuus Thomas 2. 2. q. 108. *articulo primo, ad* 5. *in fine.*

Secundò infert Peyrinus *numero* 140. quàm malè faciunt, qui precibus importunis eripere conantur reos è Prælatorum manibus, ne pœnas illis infligant debitas, vti notauit Valentia *tomo tertio, diſputatione quinta, quaſt vndecima, puncto quarto, in fine. Primò*, quia ſunt cauſa, quod Prælatus precibus eorum victus, iuſtitiam cum aliorum ſcandalo, & ſuæ animæ detrimento deſerat. *Secundò*, quia reos priuant vtilitate, quæ ex punitione capitur, vti habetur *in cap. Serpens, de pœnit. diſtinct.* 1. cùm enim puniuntur in hac vita, non punientur in futura, *can. Nullus expectet*, ibi: *Sed ſi etiam conuerſus fuerit, vita viuet, non morietur; el ſin de pœnit. diſtinctione ſeptima*, ex Diuo Auguſtino *lib. de pœnitentia*, deſumpto: noſter D. Petrus Damiani *libro ſeptimo, epiſt.* 22. dicens: *Vbi autem non eſt ſolutum vindictâ peccatum, manet æternis ignibus extinguendum.* Huc ſpectat illud *Prouerb.* 22. quo ſanctiſſimus Pater N. vtitur *capite ſecundo, Regula: Percute filium, & liberabis animam eius à morte.* 1055

Grauiſſimum eſt itaque flagitium (addit Peyrinus) fauere iniquis, *can. Qui conſenſit*, 11. *quaſtione* 13. vbi habetur: *Qui defendit delinquentem, maledictus erit apud Deum, & homines.* Nec valet ſi dicant, ſe id miſericordiâ motus facere; cùm Diuus Auguſtinus relatus *in canone Si res, §. Illud verò*, 14. *quaſt*. 6. dicat: *Miſericordiùs opem noſtram talibus ſubtrahimus, quàm impendamus.* Et noſter Gregorius Magnus *in Paſtorali, part.* 3. *admonitione* 17. & *lib.* 16. *Moralium, cap.* 19. in ſequentia prorumpat: *Cùm immoderatiùs cuſtoditur virtus manſuetudinis, ſoluuntur iura regiminis, & fiunt in ſubditos grauiter impij, cùm circa impios ſunt ſine diſcrimine pij.* Et Sanctiſſimus noſter Patriarcha Benedictus in Regula ſancta, *cap.* 69. *ita ſtatuit. Summoperè præcauendum eſt, ne quauis occaſione præſumat alius alium defendere Monachum in monaſterio, aut quaſi tueri, etiamſi qualibet conſangui-*

nitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præſumatur, quia exinde grauiſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quod ſi quis hæc tranſgreſſus fecerit, acriùs coerceatur. Hactenus Legiſer noſter.

1057 Secundum, quod occurrit dicendum circa iuſtitiam punitiuam, eſt, debere Prælatos in puniendo miſericordiam rigori miſcere. Ita Laurentius de Peyrinis tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 3. §. 15. num. 141. cum Redino de maieſtate Princip. verſ. Seuerum, num. 7. Trullo in elucub. lib. 3. cap. 15. Torres in Philoſophia Morali Eccleſ. lib. 3. cap. 25. & 26. Menochio inſtit. Pol. lib. 2. cap. 12. §. 7. Bellarmino de Princip. Chriſtian. lib. 1. capite 10. Seribano lib. 2. Politica Chriſtiana, capite 9. Dobal en la expoſicion de la Regla, part. 1. cap. 19. num. 5. ita fatur: Deben ſer muy piadoſos, caritatiuos, y miſericordioſos, mezclando lo aſpero de la iuſticia con lo ſuaue de la miſericordia, inclinandoſe ſiempre mas à la miſericordia, que à la iuſticia: eſpecialmente en las culpas leues, y ordinarias.

Et probatur dictum; primò ex ſacra Scriptura. Eccleſiaſt. cap. 4. In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum; & eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis, quàm mater. Et rurſus Eccleſiaſt. 7. dicitur: Noli eſſe iuſtus multùm, nec plus ſapias, quàm neceſſe eſt. Quibus in locis de omnibus reis intelligi aduertit Peyrinus: nihil eſt enim aliud reus ſub iudice, quàm pupillus patre, & protectore deſtitutus. Et Pſalmo 84. dicitur: Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et in lib. Iob cap. 29. Cùm ſederem quaſi Rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. vbi D. Gregorius ait: Diſciplina enim, vel miſericordia multùm deſtruitur, ſi vna ſine altera tenuatur.

1058 Secundò probatur ex ſanctorum Patrum doctrina. D. Auguſtinus lib. 4. homiliarum, hom. 4. in verba illa Pſalmi 118. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, ita ait: Hæc eſt oratio eorum, qui præſunt, vt doceat illos Deus bonitatem, qua faciant diſciplinam, quam exercent amabilem, diſciplinamque, qua inculpabilem faciat, quam exercent bonitatem. Quia bonitas, ideſt, benignitas, & facilitas ſine diſciplina, mater eſt vitiorum; diſciplina ſine bonitate, triſtis quædam amaritudo videndi. Scientiâ opus eſt, vt nouerint ſcienter, ſapienterque diſtinguere, qui ſint termini bonitatis, & quam diſciplina debeat tenere menſuram, ne fortè aut nimia remiſſionis vitio bonitas inconſulta fœdetur, aut diſciplina durior ipſa ſeueritate crudeleſcat. Hactenus D. Auguſtinus. S. P. N. Benedictus 2. cap. Regula, ait: Argue, obſecra, increpa: id eſt miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum Magiſtri, pium Patris oſtendat affectum. D. etiam Gregorius I. & Magnus, libro 20. Moralium, capite 8. relatus in can. Diſciplina, el 9. diſtinctione 45. vbi poſtquam dixit: Diſciplina, vel miſericordia multùm deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur; ſed circa ſubditos ineſſe debet Rectoribus, & iuſtè conſulens miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. Hinc eſt, quod ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur: & quatenus vnuſquiſque, qui ſanandis vulneribus præeſt, in vino morſum diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mundantur putrida, per oleum ſananda fouentur. Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate; faciendumque quoddam ex vtroque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, nec nimia benignitate ſoluantur; in ſequentia prorumpit. Hinc Dauid ait, Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt: virgâ enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Si ergo eſt diſtrictio virga, qua feriat, ſit & conſolatio baculi, qua ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non plus, quàm expediat, parcens. Hæc noſter Gregorius: & quæ ſequuntur D. Baſilius etiam Magnus in proœmio Regulæ ſuſ. diſputat: Animaduertitis (inquit) quanta cum diſcretione miſericordiâ Dominus vtatur; ſiquidem neque citra iudicij diſcretionem clemens eſt, nec inclementer iudicat; miſericors enim, & iuſtus Dominus eſt.

Tertiò probatur ex aliis ſacris Canonibus an- 1059
tiquis, ex can. Omnis, el 10. 45. diſtinct. ex D. Gregorio deſumpto, in qoo ſic lego. Omnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat: ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam; per miſericordiam peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per miſericordiam indulgeat. Vbi gloſſa in formatione caſus, ait: Dicitur in hoc canone, qood omnis, qui rectè iodieat, debet in manu geſtare ſtateram, vt iudicet, & abſoluat ioſtè. Et in vtroqoe penſo, ideſt in condemnatione, vel abſolutione, debet habere ſimul iuſtitiam, & miſericordiam, vt per ioſtitiam, peccati ſententiam reddat; & per miſericordiam, peccati temperet pœnam, in omni negotio timens, ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat. Hæc gloſſa.

Ex canone etiam Vera, el 15. eadem diſtinct. ex ipſomet Diuo Gregorio deſompto, lib. 19. Moralium, part. 4. capite vigeſimo tertio, vbi ita ait: Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò dedignationem, quamuis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus dedignari: ſed aliud eſt, quod agitur typho ſuperbiæ; aliud quod zelo diſciplinæ. Indignantur etenim, ſed non dedignantes ſunt. At contrà ij, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt; nullâ infirmantibus miſericordiâ condeſcendunt: & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eò deteriùs peccatores fiunt.

Ex ſacro denique Concilio Tridentino ſeſſione 13. de reformatione, capite primo, probatur dicente: Sin autem ob delicti grauitatem virgâ opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt.

Aduertere tamen debent Prælati, quod vti 1060
docet D. Auguſt. tomo decimo, ſermone 26. ad Fratres in eremo: Melius eſt, vt redarguamur de miſericordia, quàm de crudelitate in nouiſſimo: ſuperexaltat enim miſericordia iudicium. Quocirca Calliſtus Papa in can. Ponderet, 30. diſt. in fine, ait: Sententiam, quæ vetat miſericordiam, non ſolùm tenere Fratres, ſed etiam audire fugite: quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificiis. Vbi gloſſa verb. Mi eri ordiam, ita fatur: Si enim in aliquo redarguendi ſumus, melius eſt miſericordiæ reddere rationem, quam crudelitatis. Et D. P. N. in cap. 64. de ordinando Abbate, de eo ait: Et ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio, vt idem ipſe conſequatur.

Sed

1061 Sed dicet aliquis, *Quomodo poteſt Prælatus miſericors eſſe contra criminoſos, ſi tenetur ſub lethali culpa illos punire, illis applicando pœnas à lege inſlictas, abſque iſtarum diminutione, aut relaxatione?* Reſpondet gloſſa *in dict. can. Omnis, verb. Portat, el 10. 45. diſt.* quam ſequitur Peyrinus *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 3. § 15. num. 144.* in hunc modum. Ideò dicitur Iudex ſeruare rigorem, & miſericordiam, non quòd ſimul exerceat ea circa aliquem; ſed quia ſi opus fuerit, & cauſa ſubeſt, debet eſſe miſericors in diſpenſando; ſi cauſa non ſubeſt, debet eſſe rigidus in iudicando. Vel dic, quod Iudex ſemper habebit miſericordiam, etiam occidendo hominem; & ſi non per mitigationem pœnæ, ſaltem per compaſſionem, vt *infrà eadem, Vera.* Item ex hoc facit miſericordiam, cùm facit, vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde, eo ipſo, quod Iudex punit aliquem, miſericordiam facit, *vt infrà eo cap. proximo.* Et iſte intellectus patere poteſt *ex illis capitibus 23. q. 4. Duo iſta,* & *cap. Ita vindicta.* Qui enim facit finem peccato, miſericors eſt, vt *de Pœnitentia diſt. vltima. cap. vlt. in fine.* Hæc omnia gloſſa.

1062 Addit Peyrinus, vel denique dic, quod erit Prælatus iuſtus, & miſericors, ſi æquitatem ſeruet. Eſt autem *æquitas*, vti ex Diuo Cypriano docet Abbas *in cap. Magna, num. 5. el 7. de voto, & voti redemptione, Iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata.* Et vir æquus, ſecundùm Ariſtotelem *5. Ethicor. cap. 10. in fine*, ille eſt: Qui non exactus iuris executor in peiorem partem, ſed imminuit potiùs. Et *2. Magnor. Mor. cap. 1.* ait: *Eſt nimirum æquitas, & æquus, qui deſcripta legibus iuſta diminuit, ac moderatur: nam quæ legiſlator particulatim examinare, & ad vnguem definire non poteſt, ſed in vniuerſum loquitur, hic in eiſdem intercedens, delegit quæ legiſlator particulariter quidem definire volebat, verùm ei facere non licuit. Huiuſmodi certè æquus, non omnino iuſta diminuens, quandoquidem quæ naturâ, ac verè iuſta ſunt, non diminuit, ſed ea duntaxat, quæ legiſlator deſeruit, cùm explere non poſſet.* Hactenus Philoſophus, ex cuius ſanè doctrina non parum illuſtratur, quod de epikia diximus ſuprà *num. 1055.*

1063 Concludit Peyrinus *dicto num. 144.* dicens: Si ergo Prælatus in fauorem rei ſemper leges interpretetur in dubiis, eaſque, quantum illarum ſubſtantia patitur, minuat, iuſtus & miſericors erit. Quando verò pœna eſt expreſſa in iure, & circumſtantia non minuit, cùm nec ipſe minuere poſſit, ita ſe gerat, vt intelligat quilibet, inuitum illum ad iſta deſcendere, iuxta illud Claudij:

Sit piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox.
Et doleat quotiens cogitur eſſe ferox.

1064 Plura documenta tradit Peyrinus *num. 145.* ex quibus ſubditi perſuaderi queant ad credendum, Prælatum ad pœnas deſcendere inuitum. Primò ſi intelligant illum omnibus iuſtitiam æquâ lance miniſtrare ſolitum. *Nam ſtatera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas eius. Prouerbiorum cap. 11.* in quem locum ſic noſter Venerabilis Beda *tom. 4. Qui aliter cauſam pauperis, aliter cauſam potentis, aliter ſodalis aliter audit ignoti, ſtaterâ itaque librat iniquâ.* Et Diuus Ambroſius *lib. 2. de officiis, cap. 24. Sed nec perſonam alterius* (inquit) *accipiamus in iudicio: gratia abſit, cauſam merita decernant. Nihil ſic opinionem, immò fidem grauat, quàm ſi in iudicando potentiori dones cauſam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, & diuitem excuſes reum culpæ.*

Secundum eſt, ſi non iratus iudicet. *Sapientiæ* 1065
cap. 12. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas. Licèt enim impoſſibile ſit, quod Prælatus, & Iudex non iraſcatur ad ſubditorum delicta, præſertim ſi in commune vergant damnum; vnde Dauid dixit *Pſalmo 4. Iraſcimini, & nolite peccare:* & Lactantius *lib. de Ira, cap. 17. Ira, quæ ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo poteſt: quia vtilis eſt rebus humanis, & neceſſaria:* & Ariſtoteles *lib. 4. Ethicorum, cap. 6. Qui non iraſcitur pro quibus oportet, & vt oportet, & in quos oportet, is proculdubio fatuus, & ſtupidus eſt:* iratum tamen iudicare, periculoſum, cùm furor, itaque mentem præcipitent, iuxta illud: *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Et illud Magni Gregorij *in Regiſtro, lib. 8. epiſt. 12. indictione 3. Reſtringenda ergo ſub ratione poteſtas eſt, nec quidquam agendum; priùs concitata ad tranquillitatem mens redeat.* Et iuxta illud quod Platoni tribuitur: *Iracundos ad diſciplinas deſcendas idoneos, ad regendam Rempublicam prorſus inutiles.*

Tertium documentum: Curet potiùs pecca- 1066
tum, quàm peccatorem tollere, ſecundùm monitum Senecæ *de ira cap. 16. num. 1. Nemo prudens punit* (inquit) *quia peccatum eſt, ſed ne peccetur.*

Quartum, ſi occaſiones peccandi tollat, & ma- 1067
lum ſuccidat, quando pullulare incipit, vti ait Diuus Hieronymus *ad Euſtoch. de cuſtodia virginitatis. Dum paruus eſt hoſtis, interfice; nequitia, ne zizania creſcat, elidatur in ſemine.* S. P. N. Benedictus in Regula ſancta, *cap. 2* ait: *Nec diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus ea (vt præualet) amputet. 1. Regum 1. Et ſit memor periculi Heli Sacerdotis in Silo.* Et Seneca *epiſt. 86. Vt initia morborum, quamuis leuia ſerpunt, ita ſi vitia, & affectus, vel leuiſſima ſimul admittas, creſcunt, & augeſcunt.* Et ibidem: *Facilius eſt initia affectuum prohibere, quàm impetum regere.* Et Horatius:

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuere moras.

Quintum eſt, ſi non ſit nimis anxius in delictis 1068
ſubditorum conquirendis, nec quærit impietatem in domo iuſti; quia licèt debeat eſſe vigilans, & curare pro poſſe, vt Regula, & Conſtitutiones Ordinis ſeruentur, non tamen debet eſſe importunus quæſitor, nec multò minùs occultus inſidiator. Quocirca S. P. N. in ſancta Regula, *cap. 64.* ait de Abbate: *Non ſit turbulentus, & anxius, non ſit nimius, & obſtinatus, non ſit zelotypus & nimis ſuſpicioſus, quia nunquam requieſcet.* Immò præſtat aliquando habere oculos, & non videre (vulgò *hazer la viſta gorda*) aures habere, & non audire. Quia vt Tacitus ait, *Princeps omnia ſcire debet, non omnia perſequi; paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem accommodare; nec pœnâ ſemper, ſed ſæpius pœnitentiâ contentus eſſe.* Et Ariſtoteles *12. Metaphyſ. textu 5. Quædam melius eſt non videre, quàm videre.* Quod obſeruaſſe videtur Sapiens *Prouerbiorum cap. 7.* dum dixit: *De feneſtra domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos, conſidero vecordem iuuenem.*

Concludit Peyrinus dicens: Ecce diligens Præ- 1069
latus. Videt ſubditos aliqua minutiora committere, & tacet, ſeu tacitè monet. Non vt aliqui pa-

Digitized by Google

rum prudentes, immò maligni, & venenati Prælati, qui de quacumque etiam leuiſſima culpa proceſſus formant; & ſi non formant, tàm venenatis verbis mordent, vt acerbam putent ſibi ſubditi eam eſſe vitam. Iſti ſunt Prælati parum prudentes, minùs miſericordes, multùm maligni, in ſummo gradu ſuperbi, & hypocritæ peruerſi, à conſortio hominum arcendi: Nam vt ſanctè Gregorius *lib.8. Regiſtri, epiſt.16. indict.3. Plerumque plus virium habet diſcreta in correctione remiſſio, quàm in exequenda vltione diſtrictio: adeò, vt nonnunquam hac fideliorem, atque ſubiectum; illa verò obſtinatum faciat, & æmulum.* De qua diſcreta remiſſione dubio procul ſanctiſſimus Patriarcha noſter *dict. capite 2.* poſt verba paulò antè reddita, immediatè in ſequentia prorumpit: *Et honeſtiores quidem, atque intelligibiles animos prima, vel ſecunda admonitione verbis corripiat; improbos autem, & duros corde, ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum, vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coërceat, ſciens ſcriptum Prouerbiorum 18. Stultus verbis non corrigitur.* Et *cap.64.* ait: *In ipſa autem correctione prudenter agat, & ne quid nimis: nedum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.*

PVNCTVM V.

De fortitudine in Prælatis neceſſaria.

BREVIARIVM.

Audaces, Audacia.

Audacia, ſeu temeritas, eſt vitium per exceſſum fortitudini oppoſitum; quando ſcilicet quis temerè audet, & aggreditur quod non debet, ſicut non debet, vel quando non debet. n.1081.

Poteſt audacia eſſe peccatum mortale, vel veniale pro ratione materiæ magis, vel minùs grauis, & periculoſæ, quam quis aggreditur. numero 1081.

Audaces, vtplurimum, timidi ſunt. numero 1081.

Fortitudo.

Triplex fortitudinis diſinitio redditur. numero 1070.

Fortitudinis munia duo præcipua ſunt: ſuſtinere moleſta, & fortia aggredi. Primum principalius eſt, & quare, declaratur. ibid.

Qui mortem contemnere poteſt, verè dicitur fortis; ſecus qui inferiora terribilia contemnit, niſi ſit paratus mortem in rebus præclaris contemnere. n.1071.

Ad fortitudinem pertinet infamias, inuidias, irriſiones, motus ſenſualitatis, &c. ſuſtinere: debent tamen hæc propter honeſtum ſuſtineri finem, vt vim habeant virtutis n.1072.

Ad fortitudinem pertinet primò, & per ſe, ſe, & ſuas domare paſſiones. n.1073.

Neceſſaria eſt fortitudo ad extirpanda vitia. numero 1075.

Omninò illa neceſſaria eſt Prælatis Regularibus. numero 1075.

Fortitudo omnes virtutes cuſtodit, & defendit. numero 1076.

Eſt imbecillitatis humanæ inexpugnabile munimentum. n.1077.

Proponuntur media pro adipiſcenda fortitudine. numero 1080.

Peccatur contra fortitudinem per timorem, intimiditatem, & per audaciam. n.1081.

Homo.

Omnia vincit homo. n.1074.

Ignauia.

Timiditas, ſeu ignauia, eſt vitium in timendo excedens; quando ſcilicet quis timet, quod non oportet, quando non oportet, aut pluſquam oportet. n.1081.

Vbi quando ſit mortale, declaratur.

Intimiditas.

Vitium eſt in timendo deficiens, quando ſcilicet quis non timet quod eſt timendum, vel quomodo, vel quando timendum. n.1081.

Mortale eſt, vel veniale ratione mali, vel periculi propry, vel alieni, quod quis incurrit propter ipſum. ibid.

Mors.

Res eſt mors omnium terribiliſſima. numero 1071.

Prælatura, Prælati.

Ita annexæ ſunt Prælaturæ turbæ inuidentium, murmurantium, &c. vt illius proprietates quarto modo dici poſſint. n.1078.

Prælatis Regularibus omnino neceſſaria eſt fortitudo. n.1075.

Proprium Prælatorum eſt vitia extirpare. numero 1075.

Prælatum fortem omnes timent. n.1078.

Si Prælatus virtuoſus eſt, durior eſt quàm quilibet ſubditus, & quàm plures ſubditi. Quia habet vires proprias, & vires Prælaturæ. ibid.

Perutile documentum traditur Prælatis, vt calumnias, quibus ſingulis momentis impetuntur à ſubditis, ita ferant, vt nec ſigna doloris aduerſariis manifeſtent, ne illis lætitiæ cauſam tribuant. numero 1079.

Præmeditatio.

Præſcientia, & præmeditatio malorum fortem reddit hominem ad illa perferenda. n.1080.

Victoria.

Victoria ſui ipſius, eſt omnium victoriarum difficilior. n.1074.

Virtus.

Prima Monachi virtus eſt contemnere hominum iudicia. n.1079.

De neceſſitate virtutis fortitudinis Prælatis, & de illius partibus, diſſerit Pater Laurentius de Peyrinis *tom. 2. de Prælato, quæſt. 2. cap. 3. §. 18. & 19.* Ex his, quæ vtrobique tradit, ſelectiora, & pro inſtituto meo vtiliora recenſebo.

In primis aduerto, fortitudinem dupliciter com- 1070
muniter definiri. Primò ab Ariſtotele *3. Ethicor. cap.6.* dicente: *Fortitudo eſt mediocritas circa metum, & audaciam.* Secundò à D. Auguſtino *lib.83. quæſtionum, q.31. Fortitudo* (inquit) *eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio.* Tertiam addit Peyrinus definitionem ex Seneca *lib.2. de beneficiis, cap. 34.* quæ huiuſmodi eſt: *Fortitudo eſt virtus pericula iuſta contemnens, aut ſcientia periculorum repellendorum, excipiendorum, prouocandorum.* Ex quibus definitionibus habemus, quod duo ſint fortitudinis munia præcipua: *Suſtinere moleſta: & fortia aggredi.* Vtrumque inſinuatur *1. Regum cap.17.* ibi: *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum, quia puer eſt.* Ex quibus duobus, *primum*, principalius eſt, vti docent Ariſtoteles *3. Ethicorum cap. 3.* Diuus Ambroſius *lib. 1. de officiis, cap.41.* & D.Thomas *2.2.q.123. art.6.* Et ratio eſt, quia fortitudo verſatur circa difficilia; & difficilius

lius eſt benè ſuſtinere, quàm aggredi: nam aggrediens videt malum vt futurum, & aggreditur debiliorem ſe, ac ſubitò; ſuſtinens autem videt vt præſens, & ſuſtinet à fortiori ſe, & diuturniùs, vt D.Thomas *loco citato*, *ad* 1. Ægidius *de regim. Princip. lib. 1. part. 2. cap. 13* Baſſeus *in vir. verb. Fortitudo*, *cap.* 6. § 6. & Chauaſſ. *de vera prudentia, lib.* 3. *cap.* 5. §. 5.

1071 *Secundò* aduerto, quod licèt Ariſtoteles 3. *Ethicorum, cap.* 6. & D.Thomas *dicta quæſt.* 123. *art.* 4. docere videantur, fortitudinem propriè ſolùm verſari circa rem omnium terribiliſſimam, quam dicunt eſſe mortem; id tamen non ita intelligitur, quaſi fortitudo non verſetur etiam circa alia terribilia, ſed ſolùm, quod verſetur circa mortem primariò, quia qui mortem ſuſtinere poteſt, poteſt etiam alia inferiora terribilia contemnere, licèt non è contra. Vnde qui hæc inferiora intrepidè ſuſtinet, non poteſt verè fortis dici, niſi ſit ita animo paratus, vt poſſit contemnere mortem in rebus præclaris. Et ſic declarauit Valentia *tom.* 3. *diſput.* 8. *quæſt.* 1. *punct.* 2 Leſſius *de iuſtitia, & iure, lib.* 3. *cap.* 10. *dubitatione* 1. *num.* 9. Contz. 3. *Polit. cap.* 17. §. 3.

1072 Quare ad fortitudinem etiam pertinebit ſuſtinere infamias, orbitates, exulationes, inuidias, irriſiones, contemptus, odia, calumnias, infeſtationes dæmonum, atque etiam concupiſcentiæ motus, morti comparatos ab Apoſtolo *in epiſt. ad Romanos, cap.* 7. *verſ.* 24. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* At hæc omnia, vt virtutem induant fortitudinis, non quomodocumque ſuſtinenda ſunt, ſed propter finem aliquem honeſtum, putà pro ſalute Religionis, vel proximi, aut pro honore Dei, vel defenſione virtutis, aut etiam pro corporali ſalute amici egregij. Quæ omnia docet Ariſtoteles 3. *Ethic. cap.* 7. dicens: *Fortis vir erit interritus, timebit tamen etiam ipſe huiuſmodi mala, ſed vt oportet tamen, & vt ratio præſcribit, honeſtatis causâ ſuſtinebit, ac feret.*

1073 Ad fortitudinem primò, & principaliter ſpectare ſe ipſum vincere, & ſuas domare paſſiones, notat Peyrinus *num.* 178. *dict.* §. 18. pluribus Patribus ductus, quorum recenſet doctrinas. In primis refert Diuum Ambroſium *lib.* 1. *de officiis, cap.* 36. dicentem: *Eſt ergo fortis, qui ſe in dolore aliquo conſolatur. Et reuera iure ea fortitudo vocatur, quando vnuſquiſque ſe vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque reflectitur; non aduerſis perturbatur, non extollitur ſecundis, &c.* Secundò Diuum Gregorium *in Pſalmum* 2. *Pœnitential. Quid enim fortius, quàm omnes animi ſui motus rationi ſubiicere, omnia carnalia deſideria ſpiritus feruore frænare, propias voluntates abiicere?* Tertiò Diuum Proſperum *lib.* 3. *de vita contemplatiua, cap.* 20. vbi ita fatur: *Animi fortitudo ea debet intelligi, quæ non ſolùm diuerſis pulſata moleſtiis inconcuſſa permanet, ſed etiam nullis voluptatum illecebris reſoluta ſuccumbat.* Quartò Lactantium *lib.* 1. *Inſtit. cap.* 9. *Animum vincere* (inquit) *iracundiam cohibere, fortiſſimi viri eſt.* Quintò Diuum Gregorium *homil.* 35. *in Euangelia, ad illum Prouerbiorum cap.* 16. *locum: Melior eſt patiens viro forti* (id eſt iracundo,) *& qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.* Ita ait: *Minor eſt ergo victoria vrbes expugnare, quia extra ſunt, quæ vincuntur. Maius autem eſt, quod per patientiam vincitur, quia ipſe à ſe animus ſeparatur, & ſemetipſum ſibimetipſi ſubiicit, quando cum patientia in humilitate tolerantiæ ſtetit.* Vnde A.Carm. *ſermon.* 24.

Dignior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit
Oppida, nec virtus altiùs ire poteſt.

Et ratio eſt, quia homo omnia vincit, iuxta illud epiſt. D. Iacobi *cap.* 3. *verſ.* 7. *Omnis enim natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana.* Sed nulla eſt maior fortitudo, & potentia, quàm vincere illum, qui vincit omnia: cùm, quia fortitudo circa difficilia verſatur: quo ergo eſt victoria difficilior, eo eſt fortitudo vincens glorioſior. Sed victoria ſui ipſius, eſt omnium victoriarum difficilior, dicente Diuo Chryſologo *ſerm.* 41. *de ieiunio, & eleemoſyna: Bella gentium legimus ſuperaſſe quamplurimos, quos tamen carnis pugnas legimus non vicisse, & audiuimus eos dediſſe deliciis pectora, qui dorſa hoſtibus non dederunt.* Et Seneca *lib.* 5. *de beneficiis, cap.* 7. *Facilius eſt gentes barbaras, impatienteſque alieni arbitrij regere, quàm animum ſuum continere, & tradere ſibi.* Et *epiſt.* 113 *in fine*, idemmet ait Seneca: *Imperare ſibi, maximum imperium eſt.* Et Plinius *in panag. Nec verò* (inquit) *laudauerim ego magnopere duritiem corporis, ac lacertorum, ſed ſi is validior toto corpore animus imperitet.* 1074

1075 Animi igitur fortitudo eſt maximè, omninoque neceſſaria Prælatis Regularibus, vti docet Peyrinus *dict.* §. 18. *num.* 179. cum Scribano *in Sup. Relig. lib.* 1. *cap.* 12. Sartorino *in ciue Reip. Reg. conſiderat.* 117. Contz. 3. *Polit. cap.* 17. *à* §. 4 Chauaſſ. *de vera Prudentia, lib.* 3. *cap.* 5. Menochio *Inſtitut Polit. lib.* 2. *cap.* 19. §. 1. & cum Redino *de Maieſtat. Princip verbo In aduerſis firmum*: & Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.* 1. *cap.* 19. *num.* 49. dicens: *Es muy neceſſaria en los Prelados la virtud de la fortaleza; porque la juſticia ſin fortaleza, y la fortaleza ſin juſticia, ſuele ſer cauſa de muchos malos.*

Et probatur *primò*, quia fortitudo neceſſaria eſt ad extirpanda vitia, quod proprium eſt Prælati, iuxta illud *Eccleſiaſtici* 7. *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Et 1. *ad Timoth.* 5. *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Et iuxta illud Diui Ambroſij *lib.* 1. *de officiis, cap.* 39. *Fortitudo inexpiabili prælio aduerſus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, & dura aduerſus illecebras.*

Secundò, quia fortitudo omnes virtutes, quæ eſſe in Prælato debent, defendit, & cuſtodit, dicente Diuo Auguſtino *ſerm.* 3. *ad Fratres in eremo: O Monache, nihil valet curſus tui brachij, nihil tua operatio, niſi columnâ fortitudinis roboretur; nihil valet ædificium boni operis, niſi columnâ fortitudinis amplexeris.* Et D.Ambroſio *vbi proximè: Non eſt igitur mediocris, nec diſcreta à cæteris animi fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat, ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & iudicia cuſtodiat.* 1076

Tertiò, quia, vt ait Seneca *epiſt.* 117. *Fortitudo eſt munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vita obſidione perducat.* 1077

Quartò, quia Prælatum fortem timent inſidiantum turbæ, luporum exercitus, inuidentium, detrahentium, mala imprecantium, molientium (quæ tanquam famulæ dignitates ſequuntur, honoribuſque ita annexæ ſunt, vt illorum proprietates dicas quarto modo) myriades; in omni enim conflictu, ait Vegetius 1. *de re militari, cap.* 8. *Non tam prodeſt multitudo, quàm virtus.* Timent enim fortem Prælatum leonum legiones; 1078

ſi

ſi enim fortis impingat in fortem, ambo cadent; & qui aggreditur, proſternere inimicum prætendit, non proſterni; & nihil eſt tam durum, quod duriori cedere non cogatur; & Prælatus vltra vires proprias, quas ſibi ſuis virtutibus quæſiuit, habet etiam vires Prælaturæ; vnde durior, ſi virtuoſus ſit, communiter eſt, quàm quilibet durus ſubditus, immò quàm multi duri ſubditi.

1079 Hîc vnum monitos velim noſtros Prælatos, ait Peyrinus, vt in ferendis calumniis, quibus ſingulis momentis impetuntur à ſubditis, non conturbentur, non plangant, non ſuſpirent, non ſigna doloris monſtrent, ne cauſam lætitiæ aduerſariis tribuant (licèt hæc agere ipſos aliquando poſſe non negem, cùm ſcilicet agitur de damno graui communitatis, vt probat Menochius *libro ſecundo Inſtitutionum Politic. capite decimonono, § tertiò*, ex Diuo Gregorio Magno (*libro ſecundo Moralium, capite 16.*) Quod monuit Diuus Hieronymus *ad Pammac.* dicens: *Prima Monachi virtus eſt contemnere hominum iudicia, & ſemper Apoſtoli recordari dicentis: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Et Tullius 1. *de officiis*: *Nam & ea, quæ eximia pleriſque, & præclara videntur, parua ducere, eaque ratione ſtabili, firmaque contemnere, fortis animi, magnique dicendum eſt. Ea ea, quæ videntur acerba, quæ multa, & varia in hominum vita, fortunaque verſantur, ita ferre, vt nihil à ſtatu naturæ diſcedas, nihil à dignitate ſapientis, robuſti animi, magnaque conſtantia.*

1080 Pro adipiſcenda fortitudine aliqua proponit Peyrinus Prælatis media. *Primum* eſt à Domino petere, iuxta illud Eſaiæ *cap. 12. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, factus eſt mihi in ſalutem.* Ad quod (ait) facit precatio illa cuiuſdam ſenis è noſtris: *Precor, Domine, infinitam bonitatem tuam, vt me regi non permittas, niſi à Prælato prudenti, & diſcreto; quod ſi aliter propter peccata mea, vel alias tibi notas cauſas indicaueris, mihi Domine precor, fortitudinem ad illum tolerandum concedere non dedigneris.*

Secundum eſt, iugiter cogitare, & mente voluere omnia aduerſa, quæ euenire poſſunt ex his, quæ anteceſſoribus, vel ſimili præditis dignitate euenere, & tanquam præſentia toleranda, vt cùm deinde verè præſentia fuerint, minùs ſentiantur, & valentiùs ſufferantur. Quod remedium conſuluerunt Caſſianus *collatione 19. cap. 16.* Seneca *epiſtol. 107.* dicens: *Contemnes, ſi ſæpè cogitaueris, & futura præſumpſeris; nemo non fortius ad id, cui ſe diu compoſuerat, acceſſit, & duris quoque, ſi præmeditata erant, obſtitit.* Cicero etiam 1. *de officiis*, ita ait: *Magni ingenij eſt percipere cogitatione futura, & aliquando ante conſtituere, quod accidere poſſit in vtramque partem, & quid agendum ſit.* Et Virgilius *Æneid. 6.*

Nulla mihi noua nunc facies inopinatè ſurgit:
Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi.

Quibus addo noſtrum Gregorium Magnum *homilia 35. in Euangelia*: *Dominus* (inquit) *ac Redemptor noſter perituri mundi mala denunciat, vt eò minus perturbent venientia, quò fuerint præſcita. Minùs enim iacula feriunt, quæ præuidentur, & nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per præſcientiæ clypeum munimur.* Eodem remedio vſus eſt Regius Pſaltes *Pſal. 26.* dum dixit: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum*; quia iam ſæpè ea præuidi in mente mea.

Tertiò iuuat multùm ad virtutem fortitudinis adipiſcendam, facta fortia maiorum conſiderare. De quo D. Ambroſius *lib. de officiis, cap. 40.* Et Virgilius dixit 2. *Æneid.*

Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Modi, quibus contra fortitudinis virtutem peccatur, tres ſunt. *Primus* eſt timor, de quo Diuus Thomas 2. 2. *quæſtione centeſima viceſima quinta. Secundus* eſt intimiditas, de qua idem Diuus Thomas *quæſtione 126. Tertius* eſt audacia, de qua *quæſt. 127.* Angelicus Doctor: Timiditas, ſeu ignauia eſt vitium in timendo excedens, quando ſcilicet quis timet, quod non oportet, vel plus quàm oportet, vt ſunt aliqui, qui larnas, vmbras, atque ipſaſmet cogitationes, & phantaſiæ ſuæ ſimulacra timent: quod vitium, inquit Peyrinus *dicta quæſtione ſecunda, capite tertio, §. decimo octauo, numero* 181. nunquam mortale eſt, niſi retrahat ab eo, quod eſt de præcepti neceſſitate, vel ad aliquid, quod ſit mortale, diſponat. 1081

Intimiditas eſt vitium in timendo deficiens, quando ſcilicet quis non timet, quod timendum, vel quomodo timendum, vel quando timendum eſt. Quomodo faciunt aliqui ſtulti ventoſi, in lingua, manibuſque fugaces. Hoc vitium eſt mortale, vel veniale ratione mali, vel periculi proprij, vel alieni, quod quis incurrit propter ipſum.

Audacia, ſeu temeritas, eſt vitium oppoſitum fortitudini per exceſſum, quando ſcilicet quis temerè audet, & aggreditur quod non debet, aut ſicut non debet, aut quando non debet. Et poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale, pro ratione materiæ magis vel minùs grauis, & periculoſæ, quam quis re ipſa temerè aggreditur. Audaces vtplurimum timidi ſunt, vti Ariſtoteles *Ethicorum 3. capite ſeptimo*, ait: *Audaces quidam præcipites ſunt, voluntque ante ipſa pericula periclitari, in ipſis verò conſtituti abſiſtunt; ſed fortes in operibus ipſis, acres, ac celeres, anteà quieti ſunt.*

Plura ſcitu digniſſima docet Peyrinus *tomo ſecundo de Prælato, quæſtione ſecunda, capite tertio, §. decimonono*, de partibus integralibus virtutis fortitudinis, Prælatis Regularibus apprimè neceſſariis. De magnanimitate ſcilicet, magnificentia, patientia, perſeuerantia, &c. ad quem lectorem remitto, ne diutiùs hîc, quàm licet, immorer.

PVNCTVM

Pvnctvm VI.

De virtute temperantiæ Prælatis neceſſaria.

BREVIARIVM.

Beſtiæ.

Solùm guſtu, & tactu delectantur. n.1086.

Intemperantia.

Vitium eſt maximè beſtiale. n.1086.

Eſt vitium puerile, quia intemperantes vt pueri impetu, abſque diſcurſu feruntur in ea, quæ oblectant. numero 1086.

Per illud fit quis ventris, & gulæ mancipium. numero 1086.

Prælati.

Simpliciter neceſſaria eſt Prælatis temperantia. numero 1084. & ſeqq.

Temperantia.

Eſt temperantia medietas circa voluptates guſtus, & tactus. n.1082.

Proprium, & primarium temperantiæ officium eſt moderari voluptates verſantes circa guſtum, & tactum. ibid.

Temperantia ſumitur pro moderatione, quam ponit ratio actionibus, & affectionibus humanis: & pro virtute, quæ refrænat appetitum in his, quæ maximè alliciunt, vt ſunt guſtus, & tactus; in prima acceptione eſt virtus generalis; in ſecunda verò ſpecialis. n.1083.

1082 TEmperantia *eſt affectio coercens, & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur.* Ita definitur à Diuo Auguſtino *lib. 1. de libero arbitrio, cap. 13.* & *lib. 83. quæſtionum, q. 31.* ſic: *Temperantia eſt rationis in libidinem, atque adeò non rectos impetus, firma, & moderata dominatio.* Et noſter Diuus Bernardus *ſerm. de villico iniquitatis, in Dominica 10. poſt Pentecoſten: Temperantia* (inquit) *eſt refrænatio cupiditatis aduerſus ea, quæ carnaliter delectant.* Et Ariſtoteles *lib. 1. Magn. Mor. cap. 5.* & *3. Ethicorum cap. 10.* illam definit dicens: *Temperantia eſt medietas circa voluptates guſtus, & tactus.* Quam Philoſophi definitionem approbat Diuus Thomas 2. 2. *q 141. art. 4.* ex quibus collige cum Peyrino *vbi proximè, §. 20. num. 197.* quod proprium, & primarium temperantiæ officium eſt voluptates circa tactum, & guſtum verſantes moderari. Et licèt videatur etiam verſari circa moderationem voluptatum in aliis ſenſibus occurrentium, vt viſu, auditu, olfactu; hoc tamen non eſt per ſe, ſed quatenus ordinantur tanquam ad finem vltimum ad dictos ſenſus guſtus, & tactus, vti docent omnes cum D. Thoma, & Philoſopho *locis citatis.*

1083 Temperantia autem, vti D. Thomas *art. 2.* ait, dupliciter ſumitur. *Primò*, pro moderatione, quam ratio actionibus, & affectionibus imponit humanis. In qua vtique acceptione virtus generalis eſt temperantia. *Secundò* pro virtute, quæ refrænat appetitum in his, quæ maximè alliciunt, vt ſunt guſtus, & tactus. Et in hac acceptione eſt virtus ſpecialis.

1084 Quod virtus temperantiæ ſit ſimpliciter neceſſaria Prælatis Regularibus, docet Peyrinus *dict. §. 20. num. 299.* cum Scribanio *in Sup. Relig. lib. 1.* R. P. *de Murga Comment. in Conſt. Apoſt. cap. 16.* Menochio *lib. 2. Inſtitut. Polit. capite 24.* Ægidio *de Reg. lib. 1. part. 2. cap. 16* Bellarmino *lib. 1. Princip. Chriſt. cap. 12.* Ribadeneira *lib. 2. de Princ. Chriſt. cap. 21. & 22.* Sartorio *in Ciu. Reipubl. Reg. conſideratione 135* Patricio *lib. 6. de Reg. titul. 18.* & probat *primò* ex Apoſtolo 2. *ad Timotheum 1.* dicente: *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis ſobrietatis.* Vbi per ſobrietatem Apoſtolis datam, temperantia intelligitur, vti aduertunt ibi Cornelius à Lapide, & Megala. Et 1. *ad Timotheum 3.* dicit idem Apoſtolus: *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.... ſobrium, &c.*

Secundò probat ex Eccleſiæ Patribus. Ex Diuo 1085 Hieronymo relato *in canon. Eccleſiæ, 35. diſtinct.* dicente: *Annon confuſio, & ignominia eſt, Ieſum Crucifixum, Magiſtrum pauperem, atque eſurientem fartis prædicare corporibus, ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? &c.* In quibus Eccleſiæ Primates, qui deliciis, & impudicitiis vacant, reprehendit. Et Pater noſter Bernardus *epiſtola vigeſimaſexta ad Guidonem Epiſcopum*, ibi: *Poſtremò, temperantiâ opus eſt, ne qui aliis prædicat, ipſe, quod abſit, reprobus fiat.*

Tertiò ratione probat. Tum quia intempe- 1086 rantia eſt vitium maximè beſtiale, vti Ariſtoteles ait 3. *Ethicorum, capite duodecimo*: his enim ſolùm duobus delectantur beſtiæ: Ergo maximè illud Superiores dedecet. Tum quia intemperantia eſt vitium puerile, iuxta eundem Ariſtotelem *ibidem*, quia intemperantes, vt pueri, impetu, abſque diſcurſu feruntur in ea, quæ oblectant. *Væ autem terræ, cuius Rex puer eſt. Eccleſiaſt. 10.* Tum quia intemperantia eſt vitium maximè turpe. Idem Ariſtoteles *eodem in loco.* Fit enim per eam quis mancipium ventris, & gulæ: Ergo Prælatis eſt maximè vitanda, ne ſuo exemplo alios ſimiliter ad malè viuendum alliciant.

Pvnctvm VII.

De cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus carere debent in Prælatos eligendi.

Divisio I.

De excommunicatione maiori innodatis.

BREVIARIVM.

Appellatio.

Friuola appellatio non ſuſpendit Iudicis iuriſdictionem. num. 1101.

Axioma.

Prohibito vno, cenſentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud vnum. numero 1092.

Beneficium.

Propter officium eſt, & datur beneficium. numero 1088.

Suſpenſo ab officio dari non poteſt beneficium. numero 1088.

Denegatio.

Cui aliquid denegatur, omne etiam denegatur per quod peruenitur ad illud. n.1092.

Diſpenſatio.

Quæ Papæ non eſt reſeruata, ab Epiſcopo concedi poteſt, & à proprio Prælato. n.1096.

Electio.

Omnia iura, quæ de collatione loquuntur, de electione etiam intelliguntur. n.1089.

Si electio facta eſt tempore, quo quis erat habilis, validè illam acceptat dum excommunicatus exiſtit. numero 1097.

Alia vide verbo Excommunicati, Interdicti, Suſpenſi Irregulares.

Error.

Communis error, & titulus coloratus, ex Eccleſiæ benignitate actus inualidos validat ob commune bonum n.1094.

Excommunicati.

Maiori excommunicatione innodati ineligibiles ſunt; & ſi de facto eligantur, electio eſt ipſo iure nulla, etiamſi fiat à Papa ex motu proprio. num.1087. & 1100.

Et procedit, ſiue excommunicatio ſit à iure, ſiue ab homine per ſententiam generalem, vel per ſpecialem lata, ſiue publica ſit, ſiue ſecreta, ſiue cognita, ſiue ignorata. n.1090.

Procedit etiam reſpectu dignitatis curam animarum non habentis. n.1092.

Limita primò, vt non procedat reſpectu nulliter excommunicati. n.1101.

Limita ſecundò, vt nec procedat reſpectu illius, qui triennalem habet poſſeſſionem, quia in illa moleſtari non poteſt. n.1101.

Limita tertiò, vt neque procedat reſpectu excommunicati poſt interpoſitam appellationem, dummodo iſta friuola non ſit: ſi tamen dubia, ab euentu iudicandum erit futuro; ex quo ſi appareat appellationem fuiſſe legitimam, electio erit valida; aliàs ſecus. numero 1101.

Excommunicato, quia ſuſpenſo ab officij executione, beneficium conferri non poteſt. numero 1088.

Excommunicatus extra omnem eſt Eccleſiaſticam communionem. n.1092.

Incapax eſt non ſolum beneficij, ſed cuiuſlibet muneris Eccleſiaſtici. n.1092.

Beneficium, aut dignitatem in excommunicatione obtentam licitè retinere non poteſt, etiam poſt abſolutionem. n.1093.

In geſtis ab excommunicato, ſi tamen officium publica authoritate poſſideat, & excommunicatio publicè ignoretur, Eccleſia propter bonum commune ſupplet defectum & validat actus. n.1094.

Excommunicatus occultus, ſi eligatur, an teneatur ſe prodere, ſi aliter non poſſit ſe excuſare, nec acceptet. n.1095.

Si eligatur excommunicatus, à quo diſpenſari valeat ſuper retentione dignitatis? numero 1096.

Excommunicatus poteſt validè apprehendere poſſeſſionem dignitatis, & beneficij, ſed non licitè. numero 1098.

Si acceptat beneficium, aut dignitatem, non peccat, nec venialiter, niſi habeat animum exercendi officium ante abſolutionem. n.1099.

Non eſt ipſo iure priuatus beneficio, & dignitate ante excommunicationem obtentis. numero 1102.

Eligens excommunicatum, etiam toleratum, mortaliter peccat. n.1103.

Ignorantia.

Inuincibilis ignorantia à culpa excuſat, & aliquando etiam à pœna. n.1091.

Ignorantia non habilitat ab Eccleſia inhabilitatos, nec actus inualidos reddit validos. n.1091.

Infamare.

Seipſum infamare nunquam quis tenetur. numero 1095.

Motus proprius.

Plurimùm operatur motus proprius ad tollendam ſubreptionem. n.1100.

Regula.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit n.1093.

Suſpenſio.

Suſpenſo ab officio beneficium conferri non poteſt, nec dignitas. n.1088.

INter defectus animæ, electionem Canonicam in Prælatos impedientes, meritò veniunt adnumerandæ cenſuræ Eccleſiaſticæ, & aliæ pœnæ, de quibus ſpecialem operæpretium duxi ſeriem texere.

In primis enim dicendum eſt, quod excommu- 1087
nicatione maiori innodatus, ineligibilis eſt in dignitatem Eccleſiaſticam, ita vt ſi de facto eligatur, electio ſit ipſo iure irrita, & nulla. Ita Laurentius de Peyrinis *tom.1. de Prælato, q.2. cap.5. numero 2.* cum Ricciullo *de iure perſonarum lib. 4. capite 6. num. 23.* Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, num.13. de Clerico excommunicato.* Suarez *de cenſuris, diſputatione 13. num.10.* Garcia *de beneficiis, part.7. capite 13. num.14.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputatione 5. quæſtio 15. num.5.* & penes eum Syluester *in ſumma, verb. Electio 1. numero 15.* Raggius *de regimine Regular. centuria 1. p.1. dubitat.22. num.1.* cum Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19. num. 118.* Miranda *in Manuali, tom.1.q.23.*

Et probatur *primò* ex canone *Nos in hominem*, 1088
9. quæſt. 2. & extra *cap. Conſtitutus, de appellationibus, cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante,* & *ex cap. 1. de reſcriptis, lib.6. Secundò,* quia cùm beneficium ſit propter officium, *cap. Cùm ſecundùm, de præbendis, cap. fin. de reſcriptis, lib.6.* & excommunicatus ſit ipſo iure ſuſpenſus ab officij executione, *cap.1. §. finali, cap. Is qui, de ſententia excommun. in 6. cap.1. de ſententia, & re iudicata, eod. lib.* non poteſt ei dare Eccleſiaſticum beneficium, vti docet Peyrinus *dict. num 2.* Graſſius *in deciſionibus part.1. lib.4. cap.25. num.7* argumento gloſſæ. *in Clem. Cupientes, de pœnis* vbi Abbas *numero 4.* diſtinguit, aut eſt ſuſpenſus à iure, vel ab homine: Si primum, ſuſpenſus ab officio, eſt ſuſpenſus à beneficio, *cap Præter. diſt. 32.* Si ſecundum, & in ſententia non exprimitur, ſi propter crimen, aut aliam grauem cauſam, cenſetur etiam ſuſpenſus à beneficio, *de purgat. canon. Inter*: ſi propter infamiam, ſeu ſcandalum, vel aliam leuem cauſam, tunc ſuſpenſio non extenditur ad beneficium, *arg. 2. q.5. Presbyter ſi, &c.*

Et notat Peyrinus *num. 3,* quod iura omnia, 1089
quæ

Digitized by Google

quæ de collatione loquuntur, etiam de electione intelliguntur: quia vtrobique eadem currit ratio. Ita ille cum Riccio *tom. 1. praxis, deciſ.* 183. *num.* 164. Sigiſmundo à Bononia *de electione, dubio* 66. *numero* 2. Suarez *tomo* 5. *in tertia part. de cenſuris, diſputatione* 13. *ſectione* 1. *numero* 10. Filliucio *tomo* 1. *tractatu* 10. *capite* 5. *numero* 120. Sayro *in Theſauro de cenſuris, libro* 2. *capite quinto, numero* 35. Leſſio *libro* 2. *de iure & iuſt. capite* 34. *dubitatione* 22. *numero* 116. *verſic. Notandum ſecundo*, & Azorio *Inſtitutionum Moralium parte ſecunda, libro* 6. *capite* 7. *quæſtione* 8. Quod etiam docet Barboſa *in dict. cap. Poſtulaſtis, numero* 13. cum Couarruuia *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 7. *numero* 1. Bertach. *de Epiſc. parte prima, libro* 2. *q.* 4. Rebuffo *de Clerico excommunicat. numero* 85. Franciſco Marco *deciſione* 934. *numero* 11. *parte prima.* Pariſio *de reſignat. libro* 5. *q.* 6. *numero* 80. Garcia *p.* 7. *capite* 13. *numero* 14. Mar. Alterio *tomo* 1. *libro* 2. *diſputatione* 6. *capite* 4. Ricciullo *libro* 4. *capite* 6. *numero* 23. Campanilo *in Diuerſorio iuris Canonici, rubrica vndecima, capite* 15. *num.* 13. Lauorio *variarum lucubrat. tom.* 1. *titul.* 4. *cap.* 16. *n.* 85.

1090 Secundò notat cum Suarez *vbi proximè, numero* 3. Couarruuia *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 7. *numero* 1. 2. & 3. Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, libro* 4. *capite* 6. *à numero* 9. vbi plures allegat Doctores, Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante, à numero* 3. Vaſquez *tomo* 4. *in* 3. *parte, tractat. de excommunicatione, dubio* 6. *numero* 6. Auila *de cenſuris, parte ſecunda, capite* 6. *diſputatione* 5. *dubitatione* 2. cum Reginaldo *libro* 32. *tractatu* 1. *numero* 44. & Sigiſmundo *loco citato, num.* 3. concluſionem procedere, ſiue excommunicatio ſit à iure, ſiue ab homine, ſiue per ſententiam generalem, ſiue per ſpecialem; ſiue ſit publica, ſiue occulta; ſiue ſciatur illa ab excommunicato, & ab electoribus, ſiue ignoretur ab vtriſque; ſiue excommunicatus ſit denunciatus, ſiue non. Et ratio eſt, quia iura vniuerſaliter loquuntur, & vniuerſaliter inhabilitant excommunicatum ad dignitates. Ergo vniuerſaliter, & abſque vlla exceptione intelligenda ſunt. Et ea omnia docet Barboſa aliis relatis Doctoribus: & *num.* 4 addit, procedere etiam in excommunicatione iniuſta, dummodo ſit ritè lata. Pro quo allegat Rebuffum *de Clerico excommunic. num.* 67. Couarruuiam *dict.* §. 7. *num.* 7. *in fine*, Lancellotum *de attentatis p.* 3. *capite* 24. *q.* 3. *numero* 8. Cald. *deciſ.* 1. *de præbendis*, Sayrum *dict. capite quinto, numero decimo*, Henriquez *libro* 13. *capite decimoquarto*, §. 1. *in comment. littera A*, & *cap.* 5. §. 2. & Ricciullum *dict. cap.* 6. *num.* 34.

1091 Non reticebo Nauarrum *in cap. Fratres, de pœnit. diſt.* 5. Riccium *tom.* 1. *praxis, deciſ.* 184. *num.* 173. & *tom.* 3. *reſolut.* 110. *num.* 2. & Emmanuelem Sà *verbo Excommunicatio, num.* 28. docentes, quod collatio, aut electio facta in perſona excommunicati, talem excommunicationem probabiliter ignorantis, ſit valida, & quod poſt abſolutionem poſſit retinere. Quorum ſententiam probabilem pronunciat Leſſius *loco allegato, n.* 117. Licèt contrariam veriorem appellet. Peyrinus tamen *dict. cap.* 5. *n.* 1. cum Couar. *vbi proximè, n.* 3. *verſ. Decimò*, Suarez *loco iam reddito, n.* 2. & Sayro *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 7. & Andreas Victorellus *in annotat. ad dict. n.* 28. Emmanuel Sà, cum eodem Sayro *n.* 8. conſtanter tenent, prædictam ſententiam ſuſtineri non poſſe, quibus ſubſcribo; & ratio eſt manifeſta, quia licèt ignorantia inuincibilis à culpa excuſet, & aliquando etiam à pœna; non tamen validare poteſt actum ab Eccleſia irritatum, nec habilitare poteſt ab Eccleſia inhabilitatum. De quo etiam infrà *diuiſ.* 5. *numero* 1125.

Tertiò eſt notandum, quod non ſolùm excom- 1092
municatus eſt inhabilis ad dignitates curam animarum habentes, ſed etiam ad illâ carentes. Ita Peyrinus *loco citato, num.* 5. cum Couarruuia *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 2. *verſ. Nonò idem in penſ.* Reginaldo *in praxi, lib.* 32. *tractat.* 1. *num.* 45. Ricciullo *de iure perſonarum lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 29. Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, num.* 17. & cum Fillincio *tom.* 1. *tractat.* 10. *cap.* 5. *num.* 117. Et ratio deſumitur ex dicto *cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante*; quia excommunicatus eſt extra omnem Eccleſiaſticam communionem. Aſſumptio autem ad quamlibet Eccleſiaſticam dignitatem, etiam curâ animarum carentem, eſt magna Eccleſiaſtica communicatio, vt optimè Peyrinus ait cum Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *n.* 1. Ergo excommunicatus illius eſt incapax.

Vnde noſter Nicolaus Tudeſchus Abbas *in* 1093
dict. cap. Poſtulaſtis, num. 1. *in fine, el* 7. *de Clerico, &c.* ita ait: Nota primò ex principio litteræ, quod cui denegatur aliquid, denegatur & omne id, per quod peruenitur ad illud. Pro hoc eſt lex *oratio, ff. de ſponſalibus.* Nam quia excommunicato denegatur communio, non poteſt ei conferri beneficium; quia ſine communione non poteſt beneficia adipiſci, nec in eis adminiſtrare. Hæc Panormitanus. Quæ vtique ratio, vti benè Peyrinus aduertit, militat in omni Eccleſiaſtico munere. Quare (addit) excommunicatus erit incapax, non ſolùm Generalatus, Prouincialatus, Correctoriatus, ſed etiam Collegiatus, Definitoriatus, Diſcretatus, &c. Ita ille, ex quibus habes quid ſit dicendum de Abbatiis, Prioratibus, Guardianiis, Commendis, Rectoratibus, &c.

Dictum Abbatis firmatur *ex cap. Si celebrat.* relato hîc *num.* 1104. & 1112. illud approbat Barboſa hîc *num.* 1105 ibi: *Siquidem ad ea ſuſcipienda eligitur, à quorum ſuſceptione priuatus eſt.* Et Naldus *verb. Suſpenſio, n.* 14. ibi: *Cui enim prohibetur conſequens, cenſetur & prohibitum antecedens.* Vgolinus *de cenſuris, tabula* 4. *cap.* 8. §. 6. *num.* 1. *de ſuſpenſione*, & dictus Barboſa *tractat. de Axiomatibus. axiomat.* 193. *num.* 3. dicens: *Prohibito vno, cenſentur omnia prohibita, per quæ peruenitur ad illud vnum, l. oratio, ff. de ſponſalibus, l. Pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam, ff. de authoritate tutor. l. Eos, in fine, Codic. de naturalibus libertis, l... Cod. de rebus alienis non alienandis, cap. Præterea, de officio delegati, cap. Cùm quid prohibetur, el* 39. *de regulis iuris, in* 6. Menochius *conſil.* 116. *numero decimoquinto.* Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 102. Vital. de Camban. *tractat. de clauſulis, fol.* 293. *numero* 22. Surdus *conſil.* 301. *numero* 74. Franciſc. Gallet. *in margarit. caſuum conſcientiæ, verb. Prohibitione.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiæ, part.* 1. *cap.* 15. *n.* 20. Ioan. Anton. Mangil. *tract. de imputat. q.* 51. *n.* 30.

Quartò eſt notandum, quod non poſſit licitè 1094
quis retinere dignitatem in excommunicatione obtentam, etiam poſt abſolutionem; ſed debet de nouo illa ei dari, vel ſuper ea cum illo legitimè diſpenſari. Docet Peyrinus *præcitato capite quinto, numero* 6. cum Suarez *de cenſuris, diſputatione* 13. *ſect.* 1. *num.* 2. Ricciullo *de iure perſonarum lib.* 4.

cap. 6. num... Garcia *de beneficiis part. 7. capite 13. num. 8.* Gregorio Sayro *in Theſauro, lib. 2. cap. 5. num. 7.* Reginaldo *in praxi, lib. 32. tract. 1. num. 44. verſ. Quarto vt procedat*, & cum Barboſa in ſæpè citato *cap. Poſtulaſtis, num* 10. Et ratio eſt, quia cùm electio ex eo ſit nulla, quòd electus quando fuit facta, erat incapax, non validatur per ſubſequentem abſolutionem, per regulam iuris traditam ab Innocentio Papa VIII. *in cap. 18. de regulis iuris lib. 6.* dicente: *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit: ex l. quod ab initio. ff. eod. tit.*

Et hæc doctrina procedit etiam in foro conſcientiæ. Expreſsè id docet Abbas *in dict. cap. Poſtulaſtis, num. 2.* dicens: *Nota ſecundò, quod adeptus beneficium in excommunicatione, non poteſt, ſalua conſcientiâ illud retinere, cùm canonicè non ſit illud adeptus, niſi ſit diſpenſatum cum eo.* Vbi etiam Auguſtinus Barboſa *num. 5.* cum Vgolino *de cenſuris, tab. 2. cap. 13. § 6. num. 1.* Sayro *dict. cap. 5. n. 21.* Reginaldo *vbi proximè, n. 48. in fine.* Peyrinus *dict. n. 6.*

1094 Vnde licèt certum ſit (inquit idem Peyrinus,) quod acta ab excommunicato non valent, cùm deſit intrinſecum principium illorum; ſi tamen ille defectus publicè ignoretur, & officium publica authoritate poſſideatur, propter bonum commune, authoritate Eccleſiæ talis defectus ſuppletur. Auila *de cenſuris, part. 2. cap. 6. diſp. 6. dubitat. 7.* Sà *verb. Excommunicatio, num. 30.* dicens: Geſta per excommunicatum, vel ſuſpenſum, dum publicè in officio toleratur, valida ſunt, etiamſi ſciatur eſſe excommunicatus: toleratus autem dicitur, cùm errore populi habetur pro legitimo. Suarez *tom. 5. in 3. part. diſp. 13. ſect. 1. num. 31.* Et ego ipſe pluribus cumulatis Doctoribus *in Diſq. Moral. & Canonic. tom. 2. diſq. 11. dub. 17. num. 13. & 138. pag. 449.*

1095 Quod ſi petas, *An excommunicatus occultus, ſi eligatur, teneatur ſe prodere, ſi non poſſit aliter ſe excuſare, ne acceptet?* Reſpondet Peyrinus *dict. cap. 5. num. 6. in fine*, cum Suarez *vbi proximè, num. 31.* quod ſi excommunicatio talis ſit, vt eius manifeſtatione non creetur ſcandalum, vel infamia, tenetur ſe prodere, ſi aliter ſe excuſare non poteſt. At verò ad ſe infamandum nunquam tenetur: & ideò poteſt tunc acceptare, & quamprimùm diſpenſationem procurare. Et hoc vltimum docuerunt etiam Reginaldus *in praxi fori pænitentia, lib. 32. num. 49.* Garcia *de beneficiis, part. 7. cap. 13. num. 71.*

1096 Si iterum quæras, *A quonam petenda ſit diſpenſatio, ſi excommunicatus eligatur in Prælatum Regularem?* Reſpondet idem Peyrinus *loco citato, num. 7.* quod nulliter electus propter excommunicationem, ſecuta abſolutione, & conceſſa ab illo, à quo concedi valeat, diſpenſari poſſit ſuper Prælatiæ retentione à proprio Prælato. Et probat ex regula ab Innocentio tradita *in cap. Dilectus, de temporibus ordinationum*; quod ſcilicet omnis diſpenſatio, quæ Papæ non reſeruatur, concedi poteſt ab Epiſcopo. Cùm ergo *in dict. cap. Poſtulaſtis*, diſpenſatio reſeruata non ſit Papæ, ſequitur quod eam dare poſſit proprius Prælatus. Et hanc ſententiam tanquam communem (ait) tradunt Reginaldus *loco citato, num. 50.* Couarruuias *in cap. Alma mater, parte prima, §. 7. numero 8.* Ricciullus *de iure perſonarum, libro 4. capite duodecimo, numero quinto.* Garcia de beneficiis, *parte ſeptima, capite decimotertio, numero ſeptuageſimoquarto*, & Sayrus *libro 2. capite 5. num. 21. Theſauri.*

Limitant tamen ſententiam, vt videatur non poſſe habere locum in electionibus Regularium, niſi in caſu, quo electio excommunicati nulla, deuolueretur ad ipſum Prælatum Regularem, per ſeipſum ſolùm tunc facienda: verbi gratiâ in noſtra Congregatione, ſi in Abbatem Collegij, aut paruæ domus eligeretur excommunicatus, ad ſummum diſpenſare poſſet cum eo Reuerendiſſimus Generalis, quia ad illum ſolum ſpectat huiuſmodi Abbatiæ prouiſio, vacantis inter medium Capituli, vti ſuprà dictum eſt; ſecus autem, ſi in Abbatem magni Cœnobij, quod non ſit Collegium. Tunc enim ad Generalem, & quatuor alios coelectores ſpectat electio, & ſic in hoc caſu non poterit Reuerendiſſimus Generalis diſpenſare ſuper dicta retentione, ſtante limitatione præfata.

Quintò eſt notandum, quod electio ad ali- 1097
quam dignitatem factâ in perſona illius, qui electionis tempore erat habilis, ſi poſteà electionem acceptet tempore, quo eſt excommunicatus, validè acceptat. Ita Azorius *parte ſecunda, libro ſexto, capite ſeptimo, q. 9.* Vaſquez *tomo quarto, in tertia parte, tractat. de excommunicatione, dubio ſexto, numero 9.* Filliucius *tomo primo, tractatu 12. capite 5. numero 122.* Garcia *de beneficiis, parte ſeptima, capite 13. à numero 35.* Ricciullus *libro 4. capite 10.* Suarez *tomo 5. in tertia parte de cenſuris, diſputatione 13. ſectione 1. numero 15. & ſequentibus.* Henriquez *libro 13. capite decimotertio, §. 8.* Auila *de cenſuris, parte ſecunda, capite 6. diſputatione 5. dubio 6.* Campanilo *in Diuerſorio Iuris Canonici, rubr. 11. capite 15. numero 19.* quos recenſet, & ſequitur Peyrinus *eodem tomo ſecundo de Prælato, q. 2. capite quinto, numero octauo.* Et ratio eſt, quia id nullo iure prohibitum reperitur, aut vetitum. Vnde cùm ſimus in pœnalibus, non eſt cur iura de collatione, & de electione loquentia, ad acceptationem extendamus.

Sed dices. Acceptatio electionis eſt quod- 1098
dam ius ſpirituale, cuius aſſecutione priuatur excommunicatus. Reſpondet Pater Peyrinus negando dari ius aliquod prohibens excommunicatum poſſe acceptare collatam ſibi dignitatem. Cum quo tamen benè ſtat, quod talis excommunicatus non poſſit adquirere poſſeſſionem dignitatis ſibi collatæ, quin priùs abſoluatur, cùm poſſeſſionem apprehendere non poſſit ſine communicatione, quæ illi prohibita eſt *in canon. Cùm excommunicatio, 11. quæſtione 3.* niſi neceſſitetur, ne perdat; & per ipſum non ſtet, quin abſoluatur, vt Filliucius ait *tomo 1. tractatu 12. capite ſexto, numero 162.* Si tamen tempore excommunicationis poſſeſſionem accipiat, validè illam accipit; quia huiuſmodi poſſeſſionis receptio in facto, non in iure conſiſtit. Ita Peyrinus cum Azorio *parte 2. libro 6. capite ſeptimo, q. 10.*

An autem huiuſmodi excommunicatus digni- 1099
tatem acceptans peccet, ſi quæras. Reſpondet Peyrinus cum Henriquez *libro decimotertio, capite decimotertio, §. tertio.* Garcia *de beneficiis, parte ſeptima, capite decimotertio, numero quadrageſimoſexto.* Sayro *in Theſauro, libro ſecundo, capite quinto, numero vndecimo, in fine*, & cum Suarez *de cenſuris, diſputatione decimatertia, ſectione 1. numero 22.* quod non, nec venialiter

quidem

quidem, cùm non acceptet pro illo ſtatu, in quo eſt excommunicatus, ſed pro illo, quo erit abſolutus. Vnde ſi habeat animum exercendi officium abſque abſolutione, peccabit.

1100 *Sextò* eſt notandum, quod electio ad dignitatem facta in perſona excommunicati, eſt nulla, etiamſi à Papa motu proprio fiat. Quia licèt motus proprius plurimùm operetur ad tollendam ſubreptionem, non tamen inducit diſpenſationem aliquam, nec impedimentum tollit perſonæ. Ita Peyrinus *num.* 9. cum Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib.* 4. *cap.* 6. *numero* 6. & Auguſtinus Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, num* 6. *el* 7. *de Clerico excommunicato*, cum Couarruuia *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 1. Rebuffô *in dict. cap. Poſtulaſtis, num.* 47. & *in tract. de excommunicat. non vitand. verſic. Aduertendum* Gabriele *commun. tit. de Clauſulis, clauſ.* 2. *num.* 43. Garcia *dicto cap.* 13. *num.* 5. Mario Alterio *tract. de cenſuris, tom.* 1. *libro* 2. *diſp.* 6. *cap.* 2. *verſic. Similiter eadem ratio eſt.*

1101 Notandum eſt *ſeptimò*, quod electio facta de nulliter excommunicato, valet: valet etiam electio validè excommunicati, poſſeſſoris tamen triennalis: & etiam excommunicati poſt interpoſitam validam appellationem. Primam partem tenet Barboſa *in dicto cap. Poſtulaſtis, num.* 19. *el* 7. *de Clerico excommunicato*, cum Couarr. *in cap. Alma mater, dicto* §. 7. *num.* 5. Nauarro *in cap. Cùm contingat, de reſcriptis, remedio* 6. *num.* 9. & 11. Vgolino *de cenſuris, tabula* 2. *cap.* 11. §. 1. *num.* 2. Sayro *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 14. §. 1. & *cap.* 15. §. 2. *in commento, litt. A*, Reginaldo *lib.* 32. *num.* 47. & cum Anton. Ricciullo *de iure perſonarum, lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 1. & Peyrinus *vbi proximè, num.* 10. cum Suarez *tom.* 5. *in tertiam partem, diſputatione* 13. *ſect.* 1. *num.* 32. & 33. & cum Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 13. *num.* 13.

Secundam partem tenet Barboſa *loco citato, numero* 20. dicens: Limita ſecundò, quando prouiſus eſſet poſſeſſor triennalis, quia tunc non poteſt moleſtari, non obſtante, quod collatio ſibi facta fuerit tempore, quo erat excommunicatus. Allegat Nauarrum *in cap. Si quando, exceptione* 10. *num.* 9. *de reſcriptis.* Nicolaum Garciam *vbi proximè, num.* 7. & Ricciullum *loco citato, num.* 2. & addit Barboſa: Quidquid in contrarium dicat Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus, num.* 255. Tenet etiam Peyrinus *dicto numero decimo*, & allegat Suarez, Sayrum, & Reginaldum *locis citatis.*

Tertiam denique partem tenet Peyrinus cum eiſdem Barboſa *num.* 23 in ſequentia prorumpens: Limita quintò, ſi verſemur in eo, qui fuit excommunicatus poſt interpoſitam appellationem, quia pendente cauſa appellationis, eſt capax collationis, vt per Couarruuiam *dicto* §. 7. *ſub numero* 5. Rebuffum hîc *num.* 71. Marinum Alterium *de cenſuris, tom.* 2. *difficult.* 6. *cap.* 6. *verſic. vnde, poſt* Geminianum, & Anton. Ricciullum *dicto cap.* 13. *num.* 4. vbi *num.* 5. hoc intelligit, quando eſt certum appellationem eſſe validam; ſecus ſi eſſet notorium, eam non valere; quia friuola appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis: & *num.* 6 reſoluit, quando appellatio eſſet dubia; tunc validitas, vel inualiditas collationis regulatur à futuro euentu; ita vt ſi conſtabit appellationem fuiſſe legitimam, collatio erit valida; ſin autem contrà, erit nulla. Hactenus Barboſa.

Octauò notandum, quod habens aliquam dignitatem, ad quam eſt legitimè electus, ſi deinde aliquam incurrat excommunicationem, non per hoc eſt ipſo iure illâ priuatus dignitate; quia nulla priuatio reperitur in iure; immò in eo contrarium ſupponitur. Ita Peyrinus *num.* 11. cum Suarez *vbi ſuprà, num.* 1. hoc ad probationem textus producente, & cum Garcia *dicto capite* 13. *num.* 90. 1102

Secundò dicendum eſt, peccare mortaliter eligentem excommunicatione maiori innodatum, quamvis toleratum, ideſt non denunciatum, nec notorium Clerici percuſſorem. Ita docet Peyrinus *num.* 15. & 19. cum Sayro *dicto cap.* 5. *num.* 33. & cum Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſputatione* 13. *ſect.* 1. *num.* 26 & probatur. Tum quia actionem moralem efficere tali modo, vt irrita ſit, & nulla, ac inanis, illicitum eſt, & in materia graui graue peccatum. Tum etiam, quia eligere perſonam inhabilem, & incapacem, eſt intrinſecè malum. 1103

DIVISIO II.

De minori excommunicationi ſuppoſitis.

BREVIARIVM.

Actus.

Actui qui conſentit, illum agere cenſetur. numero 1107.

Axioma.

Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. num. 1107.

Excommunicati.

Minori excommunicationi addicti, ineligibiles ſunt. num. 1104.

An verò electiones de illis facta ſint ipſo iure irrita, vel à iudice irritanda, ſub opinione eſt. Vtrimque probabiliter opinatur. n. 1105.

Si tamen ignorata excommunicatione electiones fiant, non ſolùm non ſunt irrita, ſed nec erunt irritanda. n. 1106.

Si ſe eligi permittunt, peccant mortaliter. numero 1107.

TErtiò eſt dicendum, minori excommunicatione ligatum, non poſſe ad dignitates eligi. Ita Abbas *in cap. Si celebrat, num.* 1. *el* 10. *de Clerico excommunicat. celebrante.* Barboſa ibi, *numero* 3. Raggius *de regimine Regularium, cent.* 1. *q.* 1. *dub.* 22. *num.* 1. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 5. *quaſt.* 21. *num.* 1. cum Syluestro *verbo Electio,* 1. *num.* 15. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. cum Suarez *de cenſuris, diſput.* 24. *ſect.* 2. *num.* 13. Henriquez *libro* 13. *cap.* 3. §. 3. Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.* 65. *num.* 1. Filliucio *tom.* 1. *tract.* 13. *cap.* 2. *num.* 27. Couarruuia *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 8. *num.* 3. Leſſio *lib* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 34. *dubit.* 21. *num.* 116. Azorio *part.* 2. *lib* 6. *cap.* 7. *q.* 7. Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 13. *num.* 27. Riccio *in praxi, part.* 1. *deciſ.* 184. *numero* 169. Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *quaſt.* 9. *art.* 1. *num.* 2. Sayro *in Theſauro, libro* 2. *cap.* 22. *num.* 22. Reginaldo *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 143. Et probatur ex textu *in dicto capite Si celebrat*, ibi: *Si tamen ſcien-* 1104

ter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda, pro eo quod ad ſuſceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à Sanctis Patribus eſt priuatus.

1105 An autem electio ipſo iure ſit nulla, & irrita, an verò irritanda veniat per iudicis ſententiam, controuerſum eſt inter Doctores. Alij enim hoc vltimum dicunt, & colligunt ex hoc textu, ibi: *Electio eſt irritanda*; quaſi donec per ſententiam irritetur, valeat. Ita apud Barboſam *dicto num.* 3. Felinus *in cap. Dilecta, num.* 4. *in fine, de exceptionibus.* Richardus, & alij, quos recenſet, & ſequitur Suarez *dicta diſput.* 24. *ſect.* 2. *à num.* 11. & Toletus *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Peyrinus *num.* 22. cum Reginaldo *vbi proximè*, Auila *de cenſuris, p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 12. *dub.* 4. *concluſ.* 2. Filliucio *numero* 31. Vazquez *tom.* 4. *in* 3. *part. tract. de excommunicat. dub.* 6. Leſſio *loco citato*, & Sayro *numero* 23. Barboſa mox citandus. Alij è contra dicunt, quod ipſo iure non valeat electio de excommunicatione minori innodato facta, quam ſententiam tenet Hoſtienſis, Abbas *in dict. cap. Si celebrat, num.* 3. cum Innocentio, dicens: Tertiò nota, vnum effectum excommunicationis minoris; nam reddit ipſum excommunicatum inhabilem ad beneficium conſequendum, adeoque, quod ipſa electio, per quam initiatur matrimonium ſpirituale, de eo facta non valet; vnde (vt dicit Innocentius) nec dignitatem, nec aliquem Clericatum excommunicatus minori conſequi poteſt, niſi priùs pœniteat, & abſoluatur. Hæc Abbas. Barboſa *à dicto num.* 3. citat dictum Hoſt. cuius ſententiam (inquit) magis communiter receptam teſtatur, & ſequitur Couarr. *in capit. Alma mater, part.* 1. §. 8. *num.* 3. Vgolinus *de cenſuris, tabula* 3. *cap.* 6. §. 3. Viualdus *in candelabro aureo, tit. de excommunicatione, numero* 48. qui mouentur ex ratione, quam textus addit, quæ videtur concludere, non ſolùm illicitam, & irritandam, ſed pro iure inualidam eſſe electionem huiuſmodi; ſiquidem ad ea ſuſcipienda eligitur, à quorum ſuſceptione priuatus eſt; ipſe tamen priori ſententiæ adhærendum exiſtimat; & huic fundamento reſpondet, ac pro vtraque multa dilucidat.

1106 Et aduertit Peyrinus *num.* 23. quod talis electio ignoranter facta, ſeu ignorantia ſe teneat ex parte electorum, ſiue ex electi parte, ſiue ex parte vtrorumque, ita valida eſt, vt neque etiam irritari poſſit. Quod clarè conſtat ex textu ipſo *in dicto cap. Si celebrat,* 10. *& finali, de Clerico excommunicato*, ibi: *Si tamen ſcienter.* Idem tenet *ibidem* Barboſa *num.* 3. *verſic. Verùm contraria ſententia*, cum Raymundo, Gloſſatore antiquo, Syluestro *verbo Excommunicatio* 4. *num.* 4. & cum aliis, quos ſequitur Henriquez *lib.* 13. *cap.* 3. § 3. *iuncta littera V, & ſeqq.* Quibus addit Peyrinus Gabrielem *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 1. Hoſtienſem *in ſumma, lib.* 5. *tit. de Clerico excommunicato miniſtrante*, §. *Qualiter puniatur, ad finem, verſic. Quid ergo ſi ignoranter*, & ibi: *Quid ſi alter ſcit, alter ignoret.* Auilam *de cenſuris part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 12. *dubit.* 4. *concluſ.* 4. Bonacinam *de cenſuris, diſp.* 2. *q.* 3. *num.* 7. Sigiſmundum *de electione, dub.* 65. *in fine*, Petrum Soto *lect.* 4. *de excommunicatione, verſic. Reſtat, vt de min.* Toletum *lib.* 1. *cap.* 18. *numero* 2. & Emmanuelem Sà *verbo Excommunicatio, num.* 33.

1107 Quod peccet mortaliter minori excommunicatione innodatus, ſi ſe permittat eligi, docet Peyrinus *num.* 24. cum Petro Soto *vbi proximè*, Auila *concluſ.* 1. Toleto, & Henriquez *locis citatis*, cum Filliucio *num.* 35. Suarez *de cenſuris, diſp.* 24. *ſect.* 2. *num.* 31. & triplici hac ratione probat. I. Quia minori excommunicatione innodatus, non minùs eſt electione paſſiua priuatus, quàm ſuſceptione Sacramentorum. Sed ita ſuſcipiens, peccat mortaliter. Ergo & patiens eligi peccat etiam mortaliter. II. Quia contrauenire ſacris Canonibus in materia graui, eſt peccatum mortale. Sed hîc ſumus in materia graui, ſiquidem electio de huiuſmodi excommunicato ſcienter facta, venit irritanda. Ergo excommunicatus minori, ſcienter permittens ſe eligi, lethalis culpæ reus fit. III. Quia faciens actionem moralem, quæ inanis, & irrita iudicanda ſit, peccatum graue admittit. Sed admittens eligi, cùm ſit excommunicatus minori, huiuſmodi actionem facit: qui enim actioni alicui conſentit, illam etiam agere cenſetur, illi imputatur, & non raro eadem pœna punitur, iuxta axioma illud iuris: *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur*; quod exornat Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 19. *num.* 1. *ex lege Iubemus*, §. *Oeconomus, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, cap.* 1. *de officio delegati, cap. Qui cum fure, de furtis, cap. Quanta, de ſententia excommunicat. ex lege* 13. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori legum, l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 4. *eiuſdem fori.* Azeuedo *leg.* 4. *tit.* 20. *lib.* 6. & *l.* 2. *n.* 218. *tit.* 13. *lib.* 8. *noua recopilationis.* Thoma de Thomaſſet *reg. vigeſima prima*, & Giurba *conſ. crim.* 7. *numero* 14. Ergo graue admittit peccatum, qui excommunicatus minori, eligi ſe permittit.

DIVISIO III.

De ſuſpenſionis cenſuræ addictis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vno prohibito, conſequenter prohibetur & aliud, quod eſt cum illo connexum. n. 1108.

Dignitas.

Datur propter officium dignitas, ſicut beneficium, ideſt propter ſeruitium. n. 1114.

Indefinitum.

Vniuerſali æquiualet indefinitum. n. 1108.

Suſpenſio, Suſpenſi.

Inter alias vna eſt ſuſpenſio ab Ordine, & non à iuriſdictione; alia ſuſpenſio à iuriſdictione, non ab Ordine; & alia ſuſpenſio ab vtroque, numero 1108. *Vbi illarum recenſetur effectus.*

Suſpenſio ab Ordine abſolutè prolata, omni vſu Ordinum maiorum, & minorum priuat, & omnibus etiam actibus, qui cum Ordinibus connexionem habent, & quinam illi ſint. n. 1108.

Suſpenſio à iuriſdictione abſolutè prolata, vſu omnium actuum iuriſdictionis ſpiritualis priuat, & quinam illi ſint. n. 1109.

Suſpenſio ab Ordine, & à iuriſdictione ſimul, à quibus actibus priuet. ibid.

Suſpenſio alia eſt ſpiritualis, & alia temporalis. numero 1110.

Suſpenſio temporalis, eſt ſuſpenſio à beneficio. numero 1110.

Suſpenſio à beneficio, eſt prohibitio ad percipiendum quodlibet emolumentum temporale ad beneficium pertinens: & quotuplex illud ſit. ibid.

Apud

Apud Regulares hæc ſuſpenſio priuat adminiſtratione bonorum temporalium ad Monaſterium pertinentium, ſeu ad Religionem: ſiue per modum redditus, eleemoſynarum, &c. & etiam prouiſionibus. num. 1111.

Suſpenſus, ſiue ab Ordine, ſiue à beneficio, quoad ſpirituale, aut temporale, ſiue ab Ordine, & beneficio ſimul, ineligibilis eſt, & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure nulla, ſiue ſuſpenſio ſit à iure, ſiue ab homine. n. 1113.

Amplia, ſiue ſuſpenſio publica ſit, ſiue occulta, numero 1114.

Idem proportionabiliter dicendum eſt de ſuſpenſo, ac de excommunicato, quoad hæc, & alia. numero 1114.

Qui ſuſpenſus eligi patitur, & qui dignitatem recipit, peccat mortaliter. n. 1114.

1108 PRo plena dicendorum intelligentia præmittere duxi, varias afferre Doctores ſuſpenſionis diuiſiones, quarum quælibet ſuum particularem producit effectum; de quibus vide Suarez *de cenſuris, diſp.* 25. *ſect.* 2. *n.* 1. *& ſeqq.* Gregorium Sayrum *in Theſauro, lib.* 4. *cap.* 1. *à n.* 4. Sed omiſſis aliis diuiſionibus ſuſpenſionis, pro præſenti inſtituto ſufficiat recenſere quam tradit D. Thomas *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 3. & *in additionibus ad* 3. *partem. q.* 22. *art.* 3. *in corpore*, & ex eo Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap* 5. §. 1. *num.* 28. Huiuſmodi diuiſio eſt, in ſuſpenſionem ab Ordine tantùm, & non à iuriſdictione, & in ſuſpenſionem à iuriſdictione, & non ab Ordine; & in aliam ab vtroque ſuſpenſionem. Suſpenſio ab Ordine indefinitè prolata, omni vſu Ordinum, tam minorum, quàm ſacrorum priuat, quia æquipollet vniuerſali, ac ſi ſententia diceret: *Suſpendimus te ab omnibus Ordinibus.* Ita Peyrinus cum Filliucio *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 1. *num.* 23. Syluestro *verbo Suſpenſio*, *q.* 5. Suarez *de cenſuris, diſp.* 26. *ſect.* 4. *num.* 2. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 32. *num.* 2. Et ſimul priuat iis actibus, qui ſunt neceſſariò connexi cum Ordine, vt abſoluere in foro pœnitentiali, extremam conferre vnctionem, Baptiſmum ſolemniter miniſtrare, ſolemnem aliquam efficere conſecrationem aut benedictionem. Peyrinus cum Henriquez *vbi proximè*, *num.* 4. *verſic. tertiò*, multos allegante Doctores *in commento, lit. F.* Et ratio eſt, quia vno prohibito, conſequenter prohibetur & illud, quod eſt cum illo connexum. Peyrinus cum gloſſa *in cap. Studeat, diſt.* 50. *verbo Vt tale.* Non tamen priuat iis actibus, qui ſunt iuriſdictionis, & non ſunt connexi cum Ordine, vt cenſuras ferre, ab iis abſoluere, beneficia conferre, iudicare, &c. Peyrinus cum Suarez *vbi proximè*, *num.* 8. Nauarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 160.

1109 Suſpenſio autem à iuriſdictione indefinitè prolata, priuat omnium actuum iuriſdictionis ſpiritualis vſu, vt excommunicare, corrigere, confirmare, beneficia conferre, eligere, iudicare, &c. Ita Peyrinus cum Filliucio *num.* 30. Suarez *numero* 16. ſuſpenſio verò ab vtroque, ab Ordine ſcilicet, & à iuriſdictione, omnibus dictis actibus priuat. Quam ſuſpenſionem ait Suarez *diſputatione* 25. *ſect.* 2. *num* 14. eſſe idem cum ſuſpenſione ab officio, de qua *in cap. Sanè*, 2. *de Officio delegati*, & *in cap. Quia Pontificali, eod. tit. lib.* 6. atque ſuſpenſionem à beneficio, quæ eſt in iure frequentiſſima, *vt in cap. Nihil, de electione*, & *in Clementina* 2. *de vita & honeſtate Clericorum*, non includi in dicta diuiſione.

Sed ſi ſuſpenſionem ſubdiuidamus in tempo- 1110
ralem, & ſpiritualem, vt ſic poſſe diuidi conſtat *ex cap.* 2. *de ſolutionibus*, & *extrauagante Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis*, vbi dicitur: *A regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, cui præſidet in temporalibus, & ſpiritualibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus*; certum eſt, quod temporali iuriſdictionis ſuſpenſio nihil eſt aliud, quàm ſuſpenſio à beneficio. Nomine enim ſuſpenſionis à beneficio, intelligit Suarez *loco citato, num.* 11. & *diſput.* 27. *ſect.* 1. *num.* 2. prohibitionem ad percipiendum emolumentum temporale, ſeu temporales fructus ad beneficium pertinentes, vt ſunt redditus ipſius beneficij, cuiuſcunque conditionis ſint, ſiue per modum decimarum, aut oblationum, ſiue prouentus ex fundis, &c. De quibus Filliucius *loco citato, num.* 44.

Apud Regulares dicta ſuſpenſio à beneficio (ait 1111
Peyrinus *dicto num.* 28. *paulò ante finem*) priuabit ſuſpenſum adminiſtratione bonorum temporalium pertinentium ad Conuentum, ſeu Prouinciam, ſeu Religionem, in qua talis erit Prælatus, ſiue per modum redditunm perpetuorum, ſiue per modum eleemoſynarum, ſiue per quemcumque alium titulum. Priuabit etiam prouiſionibus, quæ debentur ipſis Prælatis aliquo iuſto titulo.

Et non ſolùm iſtis actibus priuat dicta ſuſpenſio, 1112
ſed etiam omnibus aliis cum iſtis connexis, vt ſunt domuum, & prædiorum locationes, fructuum venditiones, debitorum executiones, rerum temporalium permutationes, contractuum formationes, &c. vt Filliucius *loco reddito*, *num.* 45. & colligitur *ex cap.* 1. §. *vlt. de electione, libro ſexto*, & docet Peyrinus cum Suarez *dicta diſput.* 27. *ſect.* 1. *num.* 31. & cum Toleto *lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 9. & ratio deſumitur *ex capite Si celebrat, de Clerico excommunicato celebrante*, vbi illa ponitur generalis Regula. *Cui aliquid vetitum eſt, etiam illa ſunt prohibita, quæ ad illud ordinantur.*

Quibus præmiſſis dicendum eſt, ſuſpenſos, ſiue 1113
ab Ordine ſolùm, ſiue à ſola iuriſdictione, tam temporali, quàm ſpirituali, ſiue ab vtriſque, eſſe inhabiles ad recipiendas Eccleſiaſticas dignitates, & electiones eſſe ipſo iure nullas, ſi illæ per electiones conferantur, ſiue ſuſpenſio lata fuerit à iure, ſiue ab homine. Ita docet Peyrinus *dicto cap.* 5. §. 1. *num.* 29. cum Filliucio *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 2. *num* 16. & *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 15. *tom.* 3. Pariſio *de reſignatione beneficiorum, lib.* 4. *q.* 3. *à numero* 59. & *lib.* 5. *q.* 6. *à num.* 82. Petro Gregorio *de electione, cap.* 9. *num.* 20. Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *q.* 9. *art.* 2. & *q.* 2. *art.* 3. & cum plurimis aliis, quos recenſet *num.* 27. Ita & Barboſa *in cap. Cùm dilectus, num.* 12. *el* 8. *de conſuetudine*, vbi gloſſa *verbo A ſuſpenſis*: Et *in cap. Cùm bona, verbo Suſpenſi, el* 8. *de ætate, & qualit.* & *in cap. Per inquiſitionem, verbo Se indignum, in fine, el* 26. *de electione.*

Et probatur primò *ex dicto capite Cùm dilectus*, in quo ſic Innocentius Papa III. *Quia nobis conſtitit electionem ipſam à ſuſpenſis, & de ſuſpenſo etiam celebratam, eam iuſtitiâ caſſauimus exigente.* Vbi gloſſa *verbo Caſſauimus*, dicit, *id eſt caſſam nuntiauimus.* Secundò probatur *ex cap. Cùm bona memoria, el* 8. *de ætate, & qualitate.*

Probatur etiam ratione iſta, quia ſuſpenſus non 1114
poteſt exercere vllam dignitatem, ſeu Prælatiam Regularem, quia hæ requirunt exercitium Ordinum, & iuriſdictionis temporalis, & ſpiritualis. Ergo ad nullam eligi poteſt, cùm dignitates dentur

tur propter ſeruitium, ſeu propter officium.

Et notandum eſt, quod de ſuſpenſo proportionaliter loquendum eſt ſicut de excommunicato. Ita Peyrinus *num.* 36. cum Pariſio *de reſignatione*, *lib.* 4. *q.* 3. *num.* 61. & Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 26. *ſect.* 1. *num.* 8. Ex quo ſequitur I. Quod ſuſpenſus ineligibilis eſt, etiamſi ſit occultus, & non denunciatus. Peyrinus cum Auila *de cenſuris*, *part.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 5. *verſic. Ex his ſequitur*, & cum Henriquez *libro decimotertio*, *cap.* 32. II. ſequitur, mortaliter peccare ſuſpenſum, qui patitur eligi, ſeu qui dignitatem recipit. Idem Peyrinus cum Borgaſio *de irregularitate*, *part.* 6. *tit. de ſententia ſuſpenſionis*, *num.* 8. & cum Riccio *in praxi*, *part.* 1. *deciſ.* 183. *num.* 166. ac Nauarro *in Manuali*, *cap.* 27. *num.* 163. Alia corollaria elici poſſunt ex dictis *ſuprà diuiſione prima*.

Divisio IV.

De ſuppoſitis ſententiæ interdicti.

BREVIARIVM.

Interdicti, Interdictum.

Subiecti interdicto perſonali particulari ineligibiles ſunt, & ſi de facto eligantur, electio eſt ipſo iure nulla. n. 1115.

Qui ſcienter celebrauit in loco interdicto, eſt etiam ineligibilis. n. 1116.

Qui abſolutè non ſeruauerunt interdictum, ſunt ineligibiles. n. 1117.

Impoſtulabilis eſt qui interdictum violauit. numero 1117.

Qui obtinuit beneficium, aut dignitatem ab interdicto expreſsè denunciato, ab eo, vel ea excluditur, & ſuſpenditur ab officio antea obtento. numero 1117.

Electio in loco interdicto facta valida eſt. numero 1118.

CIrca perſonas interdictas, & circa loca interdicto ſuppoſita, quoad inhabilitatem ex dicta cenſura reſultantem, ne aliqui in Prælatos Regulares eligi queant, paucis exponam.

1115 Imprimis. Qui ſubeſt interdicto perſonali particulari, non poteſt ad dignitates, & Prælaturas Regularium eligi, & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure irrita, & nulla. Ita docet Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 5. §. 2. *num.* 38. cum Petro Gregorio *de electione*, *cap.* 9. *num.* 19. Leſſio *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 24. *dub.* 22. *num.* 116. Caſtellino *de electione*, *cap.* 5. *num.* 55. Azorio *part.* 2. *lib.* . *cap.* 7. *q.* 2. Garcia *de beneficiis*, *part.* 7. *cap.* 14. *num.* 5. Lambertino *de iurepatronatus*, *parte* 1. *lib.* 2. *q.* 9. *art.* 3. Filliucio *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 15. Miranda *in Manuali Prælatorum Regularium*, *tom.* 2. *q.* 23. *art.* 11. *concluſ.* 5. Borgaſio *de irregularitate*, *part.* 6. *tit. de ſententia ſuſpenſionis*, *num.* 52. Sigiſmundo à Bononia *de electione*, *dub.* 68. Flaminio Pariſio *de reſignatione beneficior. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 85. Comitolo *in Reſponſis Moralibus*, *lib.* 6. *q.* 64. Rebuffo *in praxi*, *tit. Forma.* Nauarro *in Manuali*, *cap.* 25. *num.* 134. Henriquez *lib* 13. *cap.* 46. *num.* 3. & cum Piſanella *verbo interdictum*, 5. §. in quo conuenit & Samuellius *de elect. tract.* 2. *diſp.* 5. *controu.* 4. *concl.* 1. *pag.* 400.

Secundò, eligi nec poteſt, qui in loco interdicto ſcienter celebrauit. Ita Samuellius *vbi proximè*, *concluſ.* 2. Peyrinus *num* 40. cum Petro Gregorio *vbi proximè.* Sigiſmundo *dicto dub.* 68. *num.* 2. Syluestro *verbo Electio* 1. *num.* 15. Tabiena *eod. verb.* §. 16. Lambertino *loco citato*, *num.* 1. Caſtellino *de elect. cap.* 11. *num.* 10. Petro Baiſio *in Directorio electionis*, *part.* 1. *cap.* 20. quò loci dicit, quod ſola fama facit in hoc caſu probationem ſufficientem, vt interdictum Superioris ſeruetur. 1116

1117 *Tertiò*, qui interdictum abſolutè non ſeruauit, inhabilis eſt ad dignitates. Ita gloſſa *in cap. Per inquiſitionem*, *verbo Se indignum*, *in fine*, *el* 26. *de elect.* dicens: *Et nota per hanc Decretalem, quod ſuſpenſus à beneficio eligi non poteſt ad beneficium, vel dignitatem, dum manet in ſuſpenſione; ſicut nec ſuſpenſus ab officio, vt ſuprà de conſuetud. Cùm dilectus. Et qui non ſeruauit interdictum, ſuprà de poſtulatione, Ad hæc, & infrà de exceſſibus Prælatorum, cap. vltimo.* Gloſſa etiam *in cap. Is qui*, *verbo Ineligibilis*, *el* 18. *de ſent. excomm. lib.* 6. dicens: *Eſt etiam impoſtulabilis, ſuprà de poſtulat. cap.* 1. *Quia violans interdictum, etiam poſtulari non poteſt.*

Et probatur primò *ex dicto cap. Ad hæc*, §. *Nos igitur*, *el* 1. *de poſtulatione Prælatorum*, vbi Innocentius Papa III. repulit vt indignum Archiepiſcopatu, ad quem fuit poſtulatus, quendam Epiſcopum, qui interdictum non ſeruauerat. Secundò *ex cap. Tanta eſt*, *el* 17. & *final. de exceſſibus Prælatorum*, vbi Gregorius Papa Nonus ita decernit: *Mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus Epiſcopus* (qui ſcilicet quoddam non ſeruauerat interdictum) *in ſupradicta beneficia, præbendas, & dignitates intruſit, non ſolùm à beneficiis ipſis, præbendis, & dignitatibus, verùm etiam ab aliis beneficiis (ſi quæ obtinent) & Eccleſiis prorſus amotis, tam præſumptores eoſdem, quàm omnes qui aliàs præfatum interdictum damnabiliter violarunt, ſuſpendas authoritate Apoſtolica ab officio, & beneficio.* Vbi gloſſa *verbo Beneficio*, ait: *Hæc eſt pœna illorum, qui non ſeruant interdictum.* Si ergo ij, qui ab eo, qui non ſeruauerat interdictum, ob id ſolùm ſuſpenduntur ab officio, & beneficio antea obtento, quòd nouum aliud beneficium, aut dignitatem obtinuerunt; potiori iure erunt inhabiles, & ineligibiles ipſi violatores interdicti. Et nota, quod diſpoſitio dicti capitis *Tanta*, iam non procedit niſi in caſu, quo collator, aut elector, non ſolùm ſit interdictus, ſed etiam ſit denunciatus ſpecialiter, & expreſsè, iuxta extrauag. *Inſuper ad euitandum*, Concilij Conſtantienſis. Et ita Sà *verbo Interdictum*, *num.* 3. & Peyrin. *num.* 42.

Quod ſi quæras, *Electio facta in loco interdicto, eritne valida?* Reſp. Franciſc. Maria Samuellius *de electione tract.* 1. *diſp.* 2. *controu.* 16. *concluſ.* 6. cum pluribus, quos allegat, validam eſſe. Tum quia locus non eſt de ſubſtantia electionis. Tum etiam, quia electio non eſt ſacramentum, ſed quædam obligatio, ſeu contractus. Sed per interdictum ſolùm ſuſpenduntur diuina, & Eccleſiaſtica Sacramenta, *cap. final. de excommunicat. in* 6. Ergo electio non ſuſpenditur per interdictum locale, ſed tenet, & eſt valida. Nec valet ſi obiiciatur caput *Vbi periculum*, §. *Porrò*, *de electione*, *eodem libro*, ex quo licèt electio Papæ à loco interdicto ſit arcenda; tamen ſi ibi fiat, non propterea eſt nulla, ſed valet, cùm non irritetur ab vllo iure. Et quod valeat, docet etiam Raggius *de regimine Regular. tract.* 10. *centur.* 2. *dub.* 190. *num.* 1. cum 1118

Deciano

Deciano *in cap. Ad hæc in Beato, de poſtulat.* Biaxio *in Directorio electionis, p. 1. cap. 19.* Perez *leg. 2. verſiculo Quæri etiam poſſet, tit. 6. lib. 1. ordinat.* Azorio *part. 2. libro 6. cap. 14. q. 17.* Lauorio *tit. 4.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 19. num. 176.* Sigiſmundo *de electione, dub. 15.* & cum communi DD.

DIVISIO V.

De irregularitati ſubiectis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, eademque ratio. n. 1132.

Diſpenſare, diſpenſatio.

In irregularitate ex defectu natalium, quoad Ordines diſpenſatur cum Religioſis in ipſo actu profeſſionis. num. 1127.

Quoad Prælatias, & officia diſpenſare poſſunt Prælati noſtræ Congregationis ſemel, in vim Eugenianæ, ſuper irregularitatibus, exceptâ Bigamiâ, mutilatione membri, & homicidio voluntario. numero 1127.

Hæc conceſſio, vtpote ex ſimplici ſignatura, reuocata non eſt à Gregorio XV. & ab Vrbano VIII. cum oraculis viuæ vocis. n. 1128.

An in generali facultate diſpenſandi ſuper irregularitatibus, ſi expreſsè non excipiantur bigamia, mutilatio, & homicidium, veniant & iſta conceſſa. num. 1127.

Generalis, Abbates, & Viſitatores Congregationis Montis Oliueti, in ſolidum poſſunt in foro conſcientiæ diſpenſare ſuper omni irregularitate, exceptâ bigamiâ, mutilatione, & homicidio prædictis, ex Pij IV. conceſſione aliàs illimitata, quâ noſtra gaudet Congregatio. n. 1129.

Generalis, Abbates, Priores, & Præſidentes noſtræ Congregationis, poſſunt in omni irregularitate diſpenſare feria 2. poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ, ex Pauli III. facultate: & illam delegare poſſunt. num. 1130.

Prælatos Regulares poſſe diſpenſare, etiam ſuper irregularitatibus bigamiæ, mutilationis, & homicidij, occultis tamen, ait Baſſæus. n. 1131.

An tollatur irregularitas per ſimilem abſolutionem: Abſoluo te à cenſuris, pœnis, & ſententiis, *diſcutitur.* n. 1133. 1134. & 1135.

Papa ſciens aliquem eſſe irregularem, ſi ei beneficium confert, aut dignitatem, cenſetur diſpenſare cum illo ſuper irregularitate. n. 1132.

Diſpenſatio debet fieri condignâ pœnitentiâ impoſitâ. num. 1140. & 1142.

Nec licitè, nec validè impenditur diſpenſatio ſine cauſa legitima, & rationabili, ſaltem exiſtimata. num. 1139.

Quando irregularitates ſunt cognitæ, debent pro obtinenda diſpenſatione ſpecies delictorum, quorum cauſâ fuerunt incurſæ, declarari; non tamen numeri. V. gr. exprimi debet, quod quis ſit irregularis, quia celebrauit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel vtrique cenſuræ ſubiectus; non tamen quod celebrauit ſemel, bis, aut ſexies. num. 1137. & ſeqq.

Forma diſpenſationis ſuper irregularitate, à iure non eſt præſcripta: ſufficere qualibet facta, aut verba prolata à valente, & volente diſpenſare, dicunt graues DD. n. 1136.

Quænam ab aliquibus aſſignetur. n. 1137.

Et quænam vtantur noſtræ Congregationis Prælati. num. 1138.

Poteſt extra Sacramentum Pœnitentiæ diſpenſari. numero 1137.

Poſſunt noſtri Prælati delegare facultatem diſpenſandi. num. 1130.

Electi, Electio.

Electio eſt nulla, ſi electus electionis tempore patiebatur defectum ætatis, ſcientiæ, aut Ordinis. num. 1123.

Electus à maiori, & ſaniori parte, ſi electionis tempore erat indignus, confirmandus non eſt, ſed dignus à minori electus parte. n. 1123.

Irregularitas.

Eſt impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu proueniens, quo quis ad Eccleſiaſticos Ordines promoueri, & iam promotus in eiſdem miniſtrare prohibetur. n. 1119.

Irregularitas duplex, vna ex defectu, vel ex indecentia; altera ex facto, ſeu ex delicto. Prima continet ſex ſpecies ſub ſe; ſecunda verò habet ſub ſe quinque ſpecies, quæ omnes recenſentur. n. 1120.

Nulla irregularitas eſt cenſura Eccleſiaſtica. n. 1121.

Omnes irregularitates quoad caſum electionis eundem effectum producunt. n. 1121.

Ineligibilis eſt ad Eccleſiaſticas dignitates irregularis. n. 1122.

Si de facto eligatur irregularis, ipſo iure irrita eſt electio. n. 1122.

Amplia etiamſi irregularitas ignoretur. n. 1125.

Amplia ſecundò, etiamſi irregularitas ſit occulta. numero 1126.

Collatio Prælaturæ Regularis, irregulari facta, iuxta communem ſententiam, irrita eſt; valida iuxta aliquorum placitum. n. 1122.

Irregularitatem incurrit, qui non habens priuilegium, in loco celebrauit interdicto. n. 1124.

Non poteſt poſtulari irregularis. n. 1124. & 1126.

Nec etiam præſentari poteſt. n. 1133.

Irregularitas, quæ eſt in ſignificationem, tolli non poteſt per abſolutionem, quia nec eſt cenſura, nec pœna. n. 1133.

Irregularitas ex delicto habet pro ſe, & contra ſe opinionem communem. Vna tenet, quod tollatur per abſolutionem à pœnis omnibus; alia verò, quod non. num. 1134. & 1135.

Iuriſdictio.

Qui habet per priuilegium Papæ iuriſdictionem, habet illam ordinariam, & poteſt illam delegare. numero 1130.

Pœna.

Qui culpâ caret, caret & pœnâ. n. 1133.

Prælatura.

Regularis Prælatura, eſto beneficium non ſit propriè, quoad temporale annexum; eſt tamen quoad ſpirituale circa curam animarum. n. 1143.

Regula.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus. numero 1128.

Signatura.

Simplex ſignatura, à viua vocis oraculo diſtinguitur, quo reuocato, illa illæſa, & irreuocata remanet. n. 1128.

Stylus.

Curia ſtylus facit legem. n. 1134.

1119 PRo intelligentia, tam tituli, quàm eorum, quæ dicenda ſunt, præmitto irregularitatem ſic definiri: *Eſt canonicum impedimentum ex facto, vel defectu proueniens, quo quis ad Eccleſiaſticos Ordines promoueri, & iam promotus in eiſdem miniſtrare prohibetur.* Ita Abbas *in cap. Quæſitum, numero 2. el 17. de temporibus ordinationum*, ibi: *Nota effectum irregularitatis, quia impedit in ſuſceptis miniſtrare, & prohibet à ſuſcipiendis.* Iacobus de Graffis *in ſuis deciſionibus, parte 1. libro 4. cap. 27. num. 2.* Eligius Baſſæus *tom. 1. verbo Irregularitas, 1. num. 1.*

1120 *Secundò* præmitto, irregularitatem duplicem eſſe. Vna *ex defectu*, vel ex indecentia naſcitur, ſeu prouenit, & abſque culpa, & hæc ſex continet ſub ſe ſpecies. Prima dicitur *ex defectu animi*: ſecunda *ex defectu corporis*: tertia *ex defectu natalium*: quarta *ex defectu ætatis, & libertatis*: quinta *ex defectu Sacramenti, ideſt bigamia*: ſexta *ex defectu lenitatis*, ideſt *ex homicidio licitè patrato*. Quam non incurri, niſi ab iis, qui Miniſtri Iuſtitiæ ſunt, docent plures grauiſſimi Doctores, quos recenſui *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 2. diſquiſ. 23. dubio 2. num. 5.* Altera dicitur *ex facto*, ſeu *ex delicto*, quæ quinque alias ſub ſe ſpecies continet. Prima dicitur *ex iteratione Baptiſmi*: ſecunda *ex indebita ſuſceptione, vel vſu Ordinis*; tertia *ex actu infidelitatis, aut hæreſis*: quarta *ex infamia*: quinta *ex homicidio illicitè patrato*. De quibus agunt Graffius *dicto cap. 27.* Baſſæus *num 3.* cum Nauarro *in Manuali, cap. 27. num. 192.* Sayro *in theſauro, lib. 1. cap. 1. num. 27.* Bonacina *de cenſuris, diſp. 7. quæſt. 1. punct. 2.*

1121 *Tertiò* præmitto, quamlibet irregularitatem, ſiue *ex defectu*, ſiue *ex delicto* ſit, & dicatur; & ſiue quæ ex delicto eſt, cenſura ſit Eccleſiaſtica, vt voluerunt Petrus Ledeſma *in ſumm. tract. de cenſuris, cap. 1. concluſ. 3.* & Petrus Cornejo *tom. 2. in 3. partem, tract 5. dub. 5. num. 2. diſq. 11. dubio 16 num. 9.* quoad præſens inſtitutum eundem parere, & producere effectum.

1122 Quibus præmiſſis, dicendum eſt, irregularem eſſe ineligibilem ad dignitates Eccleſiaſticas; & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure nulla. Ita Barboſa *in cap. Dudum, el 1. & 22. de electione, num. 6.* cum Lambertino *de iurepatron. part. 1. lib. 2. q. 9. num. 4.* Rebuffo *de pacificis poſſeſſionibus, numero 226.* Zerola *in praxi Epiſc. p. 1. verbo Beneficia, §. 5. dub. 5. p. 2. verbo Irregularitas, §. 4. & 8.* Pariſio *de reſignat. lib. 4. q. 3. à n. 32. & lib. 5. q. 3. n. 181. & q. 6. num. 79.* Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 5. n. 92* Azorio *p. 2 lib. 6 cap. 7. q. 2.* Leſſio *loco cit. cap 64.* & cum Garcia *de beneficiis, p. 7. cap 11. num. 2.* & pluribus ab eo citatis. Idem Barboſa *in cap. Si quis, n. 7. el 18 de ſententia excomm. lib 6.* Portel. *in dubiis Regular. verb. Irregularitas, n 25.* Raggius *tr. 7. cent 2 dub. 153. pag. 520* docet & Peyrinus *tomo 1. de Prælato, q. 2. cap. 5 § 3. n. 44.* cum Suarez *tom 4. de Religione, tract. 1. lib. 2. cap. 3. n. 14 & tom. 5. in 3. p. de cenſuris, diſp. 4. ſect. 2. n. 36.* Sayro *in Theſauro, lib. 6. cap. 2. num. 25.* & Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub. 70. n. 2.* Bonacina *de cenſuris, diſp 7. q. 1. p. 3. n. 6.* Baſſæus *loco citato, n. 14.* cum Nauarro *in Manuali, cap. 27. n. 194.* Leſſio *de iuſtitia & iure, lib. 2. cap. 34. dub. 22, numero 120* Couarruuia *in cap. Alma mater, p. 1. §. 7. n 1* Henriquez *lib. 14. cap. 2. n. 5.* Diana *part. 4. tract. 2. reſol. 37. & 79.* cum communi, & tutiori ſententia. Et addit Baſſæus: *Et ſecundùm hanc opinionem non valet collatio Prælaturæ Regularis facta irregulari.* Probabilem tamen pronunciat contrariam ſententiam, pro qua recenſet præpoſitum, Conluck, Filliucium, Turrianum, Crouſers, Syluestrum, & dictum Suarez *loco citato de cenſuris, n. 35.*

Sed probatur *primò* noſtra ſententia *ex cap. Dudum, el 1. & 22. de electione*, in quo ſic Innocentius Papa III. *Deciſionem cauſæ ipſius iudicibus commiſimus ſub hac forma, vt ſi vel notorium eſſet, vel per ea, quæ iam dicta erant, conſtaret, quod Præpoſitus Sancti Georgij electionis tempore pateretur, vel in Ordinibus, vel in ſcientia, vel in ætate defectum, què eum iuxta canonum ſanctiones impediret ad huiuſmodi officium promoueri, ei (non obſtante ipſius abſentia corporali) ſilentium imponentes, Præpoſito ſanctorum Apoſtolorum Præpoſituram adiudicarent eandem.* Hæc textus: epigraphe illius, quæ ſequuntur: *Electus à maiori, & ſaniori parte Capituli, ſi eſt, & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur; ſi autem erat indignus in Ordinibus, ſcientia, vel ætate, & fuit ſcienter electus, electus à minori parte, ſi eſt dignus, confirmabitur.* Et gloſſa *verbo, in Ordinibus*, ita ait: *Talis electio nulla eſt.* Et infrà: *Et ita iſta tria, & quodlibet illorum, reddunt electionem nullam. Et verbo Impedimentis*, ait: *Propoſitis contra ipſum in ætate, in Ordinibus, in ſcientia, in litteratura.* 1123

Secundò probatur *ex cap. Is qui, de ſentent. excomm, lib. 6.* in quo Bonifacius Papa VIII. ſic decernens, ait: *Is verò, qui ſcienter in loco celebrat ſuppoſito interdicto (niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure ſic conceſſum) irregularitatem incurrit, à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari; & adeo efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debebit admitti.* Vbi gloſſa, *verbo Ineligibilis*, addit: *Et etiam impoſtulabilis*: & *verbo Cum aliis*, ait: *Amittit ergo poteſtatem eligendi actiuam, & paſſiuam.* 1124

Et procedit ſententia noſtra, etiamſi eligendus ignoret ſuam irregularitatem, non ſolùm craſsè, vti voluit Nauarrus *in Manuali, cap. 25. numero 134. iuncto cap. 27. num. 244.* Vbi ſe declarat; ſed etiam ſi illam probabiliter, ſeu inculpabiliter ignoret. Quælibet enim ignorantia, quamuis inuincibilis, reddere non valet ſubiectum capax, quod ius ipſo iure incapax pronunciat. Et quod ſic illa procedere debeat, tenet Peyrinus *dicto §. 3. num. 45.* cum Comitolo *in Reſponſis Moralibus, lib. 6. q. 64. num. 1.* Riccio *in praxi, part. 1. deciſ. 285. num. 174.* Auila *de cenſuris, part. 7. diſp. 2. dubit. 7. concl. 3.* Bonacina *de cenſuris, diſq. 7. quæſt. 1. punct. 3. num. 6.* vide quæ dixi *diuiſione 1. de excommunicat. verſ. Non reticebo, n. 1091.* 1125

Procedit etiam, quando irregularitas eligendi eſt occulta. Ita docet Baſſæus *dicto tom. 1. verbo Irregularitas, 1. num. 13.* cum Nauarro *dicto cap. 27. num. 194* Leſſio *lib. 2. de iuſtitia, cap. 34. dubitat. 22. num 120.* Sayro *de cenſuris, lib. 6. cap. 2. num 21.* Couarruuia *in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. num. 1. de ſententia excommunicat. lib. 6.* Henriquez *in ſumma, lib. 14. cap. 2. num. 5.* Diana *part. 4. tract. 2. reſol 37. & 79.* & cum communi Doctorum. Et ratio eſt, quia irregularitas ipſo iure reddit irregularem incapacem beneficiorum, & dignitatum Eccleſiaſticarum: vnde irregularis inualidè recipit collationem beneficiorum, & dignitatum; immò 1126

&

& inualidè præſentatur, poſtulatur, & eligitur ante obtentam diſpenſationem ſuper irregularitate.

1127 Super irregularitate ex defectu natalium prouenientc, quoad Ordines, diſpenſatur ipſo actu profeſſionis Religionis, non autem quoad Prælaturas, & dignitates, etiam eiuſdem Religionis; ſed diſpenſari debet à Papa, ait Baſſæus *dicto tom.* 1. *verbo Irregularitas*, 11. *num.* 3. *ex authent. de Monachis*, *in principio*, *collat.* 1. *cap.* 1. *de filiis Presbyterorum.* Nauarro *in Manuali*, *capite* 27. *num.* 201 Suarez *de cenſuris*, *diſputat.* 41. *cap.* 17. *num.* 2. Vecchis *diſſ.* 13. *dub.* 6. Sed quod poſſint Prælati Conuentuales noſtræ Congregationis diſpenſare cum illegitimis, vt poſſint eſſe Priores, &c. conceſſit Eugenius Papa IV. per ſimplicem Signaturam, *priuilegio* 46. *noſtri Bullarij*, *num.* 6. *fol.* 98. & per ſimplicem etiam Signaturam, *in pracedente priuilegio* 45. *num.* 2. *fol.* 93. provt ſequitur eiſdem Prælatis conceſſit.

Nec non cum ſingulis ex ſupradictis, ſuper quibuſcumque irregularitatibus, & inhabilitatibus quouis modo contractis, in quibuſcumque caſibus, etiam dictæ Sedi ſpecialiter reſeruatis, præterquam in bigamia, voluntariæ mutilationis membri, ac voluntarij homicidij propria manu, vel de expreſſo mandato, vel conſilio commiſſi, caſibus, cum profeſſis, aut profiteri volentibus, cùm in ipſo profeſſionis actu fuerint, vt nihilominus non promoti, ad omnes etiam ſacros Ordines promoueri, & in illis miniſtrare, & ad quacunque dignitates, adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis poſſint præfici, & aſſumi, diſpenſare, ac eos habilitare ſemel dumtaxat. Hactenus Eugenius præfatus.

1128 Aduerte, quod limitatio in iſto appoſita priuilegio, in quolibet alio, quamvis ampliſſimo, cenſeri debet appoſita, quia caſus ſpeciales, ſine ſpecifica expreſſione non reputantur conceſſi. Ita Lezana *in Summa*, *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 42. ex Suarez in ſimili, *tomo* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. & patet ex regula, *In generali conceſſione non veniunt, quæ quis in ſpecie non eſſet verſimiliter conceſſurus*: *la* 81. *de regulis iuris*, *in* 6. Probabile tamen eſt, quod ſi conceſſio eſt ampla, & abſoluta, poſſimus illa vti, ſicut docet Portel. *infrà*, *num* 1130. loquens de noſtra Paulina. Quæ certè conceſſiones reuocatæ non ſunt, nec per Concilium Tridentinum, vt patet ex declaratione S. Congregationis, quam adduxi *tomo* 2. *diſquiſitionum*, *diſq.* 12. *dub.* 6. *num.* 27. nec per Gregorium XV. aut Vrbanum Octauum. Iſti enim Pontifices viuæ vocis oracula reuocauere; non autem ſimplices ſignaturas, cùm iſtæ diſtinguantur ab illis, vti dixi *ibidem*, *diſquiſition.* 1. *dub.* 14. *num.* 8. Circa hanc diſpenſationem vide quæ *ſuprà*, *num.* 811. circa præſentem conſtitutionem Alexandri Papæ IV. dixi, & quæ cumulaui *eodem dub.* 14. §. 13. *per plures numeros contentos in Breuiario*, *verbo Diſpenſatio*, *pag.* 153.

1129 Pro Congregatione Montis Olìueti, noſtri Ordinis, Pius IV. expediuit breue die 24. Maij 1560. quod apud Cherubinum *tom.* 2. *Bullary*, adeſt, 7. *pag.* 8. cuius etiam meminit Lezana *dicto cap.* 18. *num.* 40. & quo noſtra gaudet Congregatio, iuxta ſæpe à me dicta. In illo concedit Generali, & aliis Abbatibus, & Viſitatoribus, *vt in foro conſcientiæ tantùm omnes, & ſingulos Congregationis veſtræ Monachos, etiam ante legitimam ætatem ad aliquem ex ſacris Ordinibus promotos, à quacumque irregularitate, per eos quomodolibet pro tempore (præterquam ratione homicidij voluntarij, bigamiæ, aut mutilationis membrorum) contracta, abſoluere, & cum eis, vt illa non obſtante, ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines, aliàs tamen ritè promoueri, & poſtquam in illis promoti fuerint, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac Miſſas, & alia diuina officia celebrare, ac quaſcumque adminiſtrationes, & officia ipſius veſtræ Congregationis recipere, & exercere liberè, & licitè valeant, diſpenſare, eoſque in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa, quomodolibet erant, aut exiſtere poterant, ſtatum reſtituere, reponere, & plenariè reintegrare liberè, & licitè valeatis. Quodque Confeſſor, quem quilibet veſtrûm, pro tempore duxerit eligendum, vos, & veſtrum quemlibet, ſi forſan, quod abſit, aliquam irregularitatem quomodolibet pro tempore incurratis, abſoluere, & in ſtatum priſtinum reſtituere, ac vt adminiſtrationes, & officia prædicta, vt præfertur, recipere, & retinere, etiam licitè, & liberè valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.* Hactenus Pius IV. qui dictam facultatem Generali, Abbatibus, Viſitatoribus, & cuilibet eorum concedit inſolidum. Ita enim incipit: *Vobis, & cuilibet veſtrûm, vt in foro conſcientiæ, &c.* vt ſuprà.

1130 Paulus III. dictæ noſtræ Congregationi pro ſecunda feria poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ conceſſit Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus, *vt omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonaas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religioſas, ſub cura veſtra exiſtentes intra ſepta Monaſteriorum, ſeu Regularium locorum, ab omnibus, & ſingulis peccatis eorum, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis, per eas pro tempore, quomodolibet incurſis, etiam in caſibus dictæ Sedi quomodolibet reſeruatis, exceptis contentis in Bullæ Cœnæ Domini, abſoluere, & cum eis ſuper quibuſuis irregularitatibus, per eos pro tempore, quavis occaſione, vel cauſâ contractis diſpenſare, dicta auctoritate valeatis, plenam, & liberam, eadem auctoritate, tenore præſentium, concedimus facultatem.*

Circa quam conceſſionem docet Portel. *in addit. ad dubia Regul. verbo Diſpenſare*, *num.* 2 poſſe facultatem iſtam à dictis Prælatis confeſſori alicui delegare, quia qui habet per priuilegium Papæ iuriſdictionem, habet illam ordinariam, & proinde poteſt illam delegare.

Et *num* 5. ſentit, quòd cùm ſit tam ampla, & generalis conceſſio, & non excipiat homicidium voluntarium, bigamiam, &c. poſſe Religioſos illa vti, cùm Papa illam potuerit concedere, & à nullo ſucceſſore reperiatur in ſpeciali reuocata: & poſſe quidem illâ vti, abſque vlla limitatione, vt iacet; quia cùm lex, aut Princeps non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.

1131 Eligius Baſſæus *num.* 9. aſſerit Prælatos Regulares virtute priuilegiorum facultatem amplam habere, vt cum ſuis ſubditis in quacunque irregularitate diſpenſare valeant; exceptâ eâ, quæ prouenit ex bigamia, ex mutilatione, & homicidio voluntario. Immò & in mutilatione, & in homicidio voluntario, quando ſunt omnino occulta, poſſe diſpenſare per conceſſionem pluriumorum Pontificum, tenet.

1132 Notat Peyrinus *dicto* §. 1. *num.* 46. quod irregularis eligi non valet, etiamſi præcedat abſolutio à cenſuris per clauſulam, *Teque abſoluentes*: quia debet (inquit) fieri expreſſa mentio de irregularitate, ſecundùm Nauarrum *in Man. cap.* 27. *n.* 234.

Denegatio.

Cui aliquid denegatur, omne etiam denegatur per quod peruenitur ad illud. n. 1092.

Diſpenſatio.

Quæ Papæ non eſt reſeruata, ab Epiſcopo concedi poteſt, & à proprio Prælato. n. 1096.

Electio.

Omnia iura, quæ de collatione loquuntur, de electione etiam intelligumur. n. 1089.

Si electio facta eſt tempore, quo quis erat habilis, validè illam acceptat dum excommunicatus exiſtit. numero 1097.

Alia vide verbo Excommunicati, Interdicti, Suſpenſi Irregulares.

Error.

Communis error, & titulus coloratus, ex Eccleſia benignitate actus inualidos validat ob commune bonum. n. 1094.

Excommunicati.

Maiori excommunicatione innodati ineligibiles ſunt; & ſi de facto eligantur, electio eſt ipſo iure nulla, etiamſi fiat à Papa ex motu proprio. num. 1087. & 1100.

Et procedit, ſiue excommunicatio ſit à iure, ſiue ab homine per ſententiam generalem, vel per ſpecialem lata, ſiue publica ſit, ſiue ſecreta, ſiue cognita, ſiue ignorata. n. 1090.

Procedit etiam reſpectu dignitatis curam animarum non habentis. n. 1092.

Limita primò, vt non procedat reſpectu nulliter excommunicati. n. 1101.

Limita ſecundò, vt nec procedat reſpectu illius, qui triennalem habet poſſeſſionem, quia in illa moleſtari non poteſt. n. 1101.

Limita tertiò, vt neque procedat reſpectu excommunicati poſt interpoſitam appellationem, dummodo iſta friuola non ſit: ſi tamen dubia, ab euentu indicandum erit futuro; ex quo ſi appareat appellationem fuiſſe legitimam, electio erit valida; aliàs ſecus. numero 1101.

Excommunicato, quia ſuſpenſo ab officij executione, beneficium conferri non poteſt. numero 1088.

Excommunicatus extra omnem eſt Eccleſiaſticam communionem. n. 1092.

Incapax eſt non ſolum beneficij, ſed cuiuſlibet muneris Eccleſiaſtici. n. 1092.

Beneficium, aut dignitatem in excommunicatione obtentam licitè retinere non poteſt, etiam poſt abſolutionem. n. 1093.

In geſtis ab excommunicato, ſi tamen officium publica authoritate poſſideat, & excommunicatio publicè ignoretur, Eccleſia propter bonum commune ſupplet defectum & validat actus. n. 1094.

Excommunicatus occultus, ſi eligatur, an teneatur ſe prodere, ſi aliter non poſſit ſe excuſare, nec acceptet. n. 1095.

Si eligatur excommunicatus, à quo diſpenſari valeat ſuper retentione dignitatis? numero 1096.

Excommunicatus poteſt validè apprehendere poſſeſſionem dignitatis, & beneficij, ſed non licitè. numero 1098.

Si acceptat beneficium, aut dignitatem, non peccat, nec venaliter, niſi habeat animum exercendi officium ante abſolutionem. n. 1099.

Non eſt ipſo iure priuatus beneficio, & dignitate ante excommunicationem obtentis. numero 1102.

Eligens excommunicatum, etiam toleratum, mortaliter peccat. n. 1103.

Ignorantia.

Inuincibilis ignorantia à culpa excuſat, & aliquando etiam à pœna. n. 1091.

Ignorantia non habilitat ab Eccleſia inhabilitatos, nec actus inualidos reddit validos. n. 1091.

Infamare.

Seipſum infamare nunquam quis tenetur. numero 1095.

Motus proprius.

Plurimùm operatur motus proprius ad tollendam ſubreptionem. n. 1100.

Regula.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit n. 1093.

Suſpenſio.

Suſpenſo ab officio beneficium conferri non poteſt, nec dignitas. n. 1088.

INter defectus animæ, electionem Canonicam in Prælatos impedientes, meritò veniunt adnumerandæ cenſuræ Eccleſiaſticæ, & aliæ pœnæ, de quibus ſpecialem operæpretium duxi ſeriem texere.

In primis enim dicendum eſt, quod excommu- 1087
nicatione maiori innodatus, ineligibilis eſt in dignitatem Eccleſiaſticam, ita vt ſi de facto eligatur, electio ſit ipſo iure irrita, & nulla. Ita Laurentius de Peyrinis *tom. 2. de Prælato, q. 2. cap. 5. numero 2.* cum Ricciullo *de iure perſonarum lib. 4. capite 6. num. 23.* Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, num. 13. de Clerico excommunicato.* Suarez *de cenſuris, diſputatione 13. num. 10.* Garcia *de beneficiis, part. 7. capite 13. num. 14.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputatione 5. quæſtio 21. num. 1.* & penes eum Syluester *in ſumma, verb. Electio 1. numero 15.* Raggius *de regimine Regular. centuria 1. p. 1. dubitat. 22. num. 1.* cum Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19. num. 118.* Miranda *in Manuali, tom. 2. q. 23.*

Et probatur *primò* ex canone *Nos in hominem,* 1088
9. quæſt. 2. & extra *cap. Conſtitutus, de appellationibus, cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante,* & ex *cap. 1. de reſcriptis, lib. 6. Secundò,* quia cùm beneficium ſit propter officium, *cap. Cùm ſecundùm, de præbendis, cap. fin. de reſcriptis, lib. 6.* & excommunicatus ſit ipſo iure ſuſpenſus ab officij executione, *cap. 1. §. finali, cap. Is qui, de ſententia excommun. in 6. cap. 1. de ſententia, & re iudicata, eod. lib.* non poteſt ei dare Eccleſiaſticum beneficium, vti docet Peyrinus *dict. num. 2.* Graffius *in deciſionibus part. 1. lib. 4. cap. 25. num. 7* argumento gloſſæ. *in Clem. Cupientes, de pœnis,* vbi Abbas *numero 4.* diſtinguit, aut eſt ſuſpenſus à iure, vel ab homine: Si primum, ſuſpenſus ab officio, eſt ſuſpenſus à beneficio, *cap. Præter. diſt. 32.* Si ſecundum, & in ſententia non exprimitur, ſi propter crimen, aut aliam grauem cauſam, cenſetur etiam ſuſpenſus à beneficio, *de purgat. canon. Inter:* ſi propter infamiam, ſeu ſcandalum, vel aliam leuem cauſam, tunc ſuſpenſio non extenditur ad beneficium, *arg. 2. q. 5. Presbyter ſi, &c.*

Et notat Peyrinus *num. 3.* quod iura omnia, 1089
quæ

quæ de collatione loquuntur, etiam de electione intelliguntur: quia vtrobique eadem currit ratio. Ita ille cum Riccio *tom. 1. praxis, deciſ. 183. num. 164.* Sigiſmundo à Bononia *de electione, dubio 66. numero 2.* Suarez *tomo 5. in tertia part. de cenſuris, diſputatione 13. ſectione 1. numero 10.* Filliucio *tomo 1. tractatu 10. capite 5. numero 120.* Sayro *in Theſauro de cenſuris, libro 2. capite quinto, numero 35.* Leſſio *libro 2. de iure & iuſt. capite 34. dubitatione 22. numero 116. verſic. Notandum ſecundo,* & Azorio *Inſtitutionum Moralium parte ſecunda, libro 6. capite 7. quæſtione 8.* Quod etiam docet Barboſa *in dict. cap. Poſtulaſtis, numero 13.* cum Couarruuia *in cap. Alma mater, p. 1. §. 7. numero 1.* Bertach. *de Epiſc. parte prima, libro 2. q. 4.* Rebuffo *de Clerico excommunicat. numero 85.* Franciſco Marco *deciſione 934. numero 11. parte prima.* Pariſio *de reſignat. libro 5. q. 6. numero 80.* Garcia *p. 7. capite 13. numero 14.* Mar. Alterio *tomo 1. libro 2. diſputatione 6. capite 4.* Ricciullo *libro 4. capite 6. numero 23.* Campanilo *in Diuerſorio iuris Canonici, rubrica vndecima, capite 15. num. 13.* Lauorio *variarum lucubrat. tom. 1. titul. 4. cap. 16. n. 85.*

1090 Secundò notat cum Suarez *vbi proximè, numero 3.* Couarruuia *in cap. Alma mater, p. 1. §. 7. numero 1. 2. & 3.* Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, libro 4. capite 6. à numero 9.* vbi plures allegat Doctores, Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante, à numero 3.* Vaſquez *tomo 4. in 3. parte, tractat. de excommunicatione, dubio 6. numero 6.* Auila *de cenſuris, parte ſecunda, capite 6. diſputatione 5. dubitatione 2.* cum Reginaldo *libro 32. tractatu 1. numero 44.* & Sigiſmundo *loco citato, num. 3.* concluſionem procedere, ſiue excommunicatio ſit à iure, ſiue ab homine, ſiue per ſententiam generalem, ſiue per ſpecialem; ſiue ſit publica, ſiue occulta; ſiue ſciatur illa ab excommunicato, & ab electoribus, ſiue ignoretur ab vtriſque; ſiue excommunicatus ſit denunciatus, ſiue non. Et ratio eſt, quia iura vniuerſaliter loquuntur, & vniuerſaliter inhabilitant excommunicatum ad dignitates. Ergo vniuerſaliter, & abſque vlla exceptione intelligenda ſunt. Et ea omnia docet Barboſa aliis relatis Doctoribus: & *num. 4* addit, procedere etiam in excommunicatione iniuſta, dummodo ſit ritè lata. Pro quo allegat Rebuffum *de Clerico excommunic. num. 67.* Couarruuiam *dict. §. 7. num. 7. in fine,* Lancellotum *de attentatis p. 3. capite 24. q. 3. numero 8.* Cald. *deciſ. 1. de præbendis,* Sayrum *dict. capite quinto, numero decimo,* Henriquez *libro 13. capite decimoquarto, §. 1. in comment. littera A,* & *cap. 5. §. 2.* & Ricciullum *dict. cap. 6. num. 34.*

1091 Non reticebo Nauarrum *in cap. Fratres, de pœnit. diſt. 5.* Riccium *tom. 1. praxis, deciſ. 184. num. 173.* & *tom. 3. reſolut. 110. num. 2.* & Emmanuelem Sà *verbo Excommunicatio, num. 26* docentes, quod collatio, aut electio facta in perſona excommunicati, talem excommunicationem probabiliter ignorantis, ſit valida, & quod poſt abſolutionem poſſit retinere. Quorum ſententiam probabilem pronunciat Leſſius *loco allegato, n. 117.* Licèt contrariam veriorem appellet. Peyrinus tamen *dict. cap. 5. n. 1.* cum Couar. *vbi proximè, n. 3. verſ. Decimò,* Suarez *loco iam reddito, n. 2.* & Sayro *dict. lib. 2. cap. 5. n. 7.* & Andreas Victorellus *in annotat. ad dict. n. 28.* Emmanuel Sà, cum eodem Sayro *n. 8.* conſtanter tenent, prædictam ſententiam ſuſtineri non poſſe, quibus ſubſcribo; & ratio eſt manifeſta, quia licèt ignorantia inuincibilis à culpa excuſet, & aliquando etiam à pœna; non tamen validare poteſt actum ab Eccleſia irritatum, nec habilitare poteſt ab Eccleſia inhabilitatum. De quo etiam infrà *diſſ. 5. numero 1125.*

Tertiò eſt notandum, quod non ſolùm excommunicatus eſt inhabilis ad dignitates curam animarum habentes, ſed etiam ad illâ carentes. Ita 1092
Peyrinus *loco citato, num. 5.* cum Couarruuia *in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. num. 2. verſ. Nonò idem in penſ.* Reginaldo *in praxi, lib. 32. tractat. 1. num. 45.* Ricciullo *de iure perſonarum lib. 4. cap. 6. num. 29.* Barboſa *in cap. Poſtulaſtis, num. 17.* & cum Filliucio *tom. 1. tractat. 10. cap. 5. num. 117.* Et ratio deſumitur ex dicto *cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante;* quia excommunicatus eſt extra omnem Eccleſiaſticam communionem. Aſſumptio autem ad quamlibet Eccleſiaſticam dignitatem, etiam curâ animarum carentem, eſt magna Eccleſiaſtica communicatio, vt optimè Peyrinus ait cum Henriquez *lib. 13. cap. 13. n. 1.* Ergo excommunicatus illius eſt incapax.

Vnde noſter Nicolaus Tudeſchus Abbas *in* 1093
dict. cap. Poſtulaſtis, num. 1. in fine, el 7. de Clerico, &c. ita ait: Nota primò ex principio litteræ, quod cui denegatur aliquid, denegatur & omne id, per quod peruenitur ad illud. Pro hoc eſt lex *oratio, ff. de ſponſalibus.* Nam quia excommunicato denegatur communio, non poteſt ei conferri beneficium; quia ſine communione non poteſt beneficia adipiſci, nec in eis adminiſtrare. Hæc Panormitanus. Quæ vtique ratio, vti benè Peyrinus aduertit, militat in omni Eccleſiaſtico munere. Quare (addit) excommunicatus erit incapax, non ſolùm Generalatus, Prouincialatus, Correctoriatus, ſed etiam Collegiatus, Definitoriatus, Diſcretatus, &c. Ita ille, ex quibus habes quid ſit dicendum de Abbatiis, Prioratibus, Guardianiis, Commendis, Rectoratibus, &c.

Dictum Abbatis firmatur *ex cap. Si celebrat.* relato hîc *num. 1104. & 1112.* illud approbat Barboſa hîc *num. 1105.* ibi: *Siquidem ad ea ſuſcipienda eligitur, à quorum ſuſceptione priuatus eſt.* Et Naldus *verb. Suſpenſio, n. 14.* ibi: *Cui enim prohibetur conſequens, cenſetur & prohibitum antecedens.* Vgolinus *de cenſuris, tabula 4. cap. 8. §. 6. num. 1. de ſuſpenſione,* & dictus Barboſa *tractat. de Axiomatibus. axiomat. 193. num. 3.* dicens: *Prohibito vno, cenſentur omnia prohibita, per quæ peruenitur ad illud vnum, l. oratio, ff. de ſponſalibus, l. Pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam, ff. de authoritate tutor. l. Eos, in fine, Codic. de naturalibus liberis, l... Cod. de rebus alienis non alienandis, cap. Præterea, de officio delegati, cap. Cùm quid prohibetur, el 39. de regulis iuris, in 6.* Menochius *conſil. 116. numero decimoquinto.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 102.* Vital. de Camban. *tractat. de clauſulis, fol. 293. numero 22.* Surdus *conſil. 301. numero 74.* Franciſc. Gallet. *in margarit. caſuum conſcientiæ, verb. Prohibitione.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiæ, part. 1. cap. 15. n. 20.* Ioan. Anton. Mangil. *tract. de imputat. q. 51. n. 30.*

Quartò eſt notandum, quod non poſſit licitè 1094
quis retinere dignitatem in excommunicatione obtentam, etiam poſt abſolutionem; ſed debet de nouo illa ei dari, vel ſuper ea cum illo legitimè diſpenſari. Docet Peyrinus *prædicto capite quinto, numero 6.* cum Suarez *de cenſuris, diſputatione 13. ſect. 1. num. 2.* Ricciullo *de iure perſonarum lib. 4.*

cap. 6. *nam*... Garcia *de beneficiis part.* 7. *capite* 13. *num.* 8. Gregorio Sayro *in Theſauro, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7 Reginaldo *in praxi, lib.* 32. *tract.* 1. *num* 44. *v. ſ. Quarto vt procedat*, & cum Barboſa in ſæpè citato *cap. Poſtulaſtes. num* 10. Et ratio eſt, quia cùm electio ex eo ſit nulla, quòd electus quando fuit facta, erat incapax, non validatur per ſubſequentem abſolutionem, per regulam iuris traditam ab Innocentio Papa VIII. *in cap.* 18. *de regulis iuris lib* 6. dicente: *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit: ex l. quod ab initio ff. eod. tit.*

Et hæc doctrina procedit etiam in foro conſcientiæ. Expreſsè id docet Abbas *in dict. cap. Poſtulaſtis, num.* 2. dicens: *Nota ſecundò, quod adeptus beneficium in excommunicatione, non poteſt, ſalua conſcientia illud retinere, cùm canonicè non ſit illud adeptus, niſi ſit diſpenſatum cum eo.* Vbi etiam Auguſtinus Barboſa *num.* 5. cum Vgolino *de cenſuris, tab.* 2. *cap.* 13. § 6. *num.* 1. Sayro *dict. cap.* 5. *n.* 21. Reginaldo *vbi proximè, n.* 48. *in fine* Peyrinus *dict. n.* 6.

1094 Vnde licèt certum ſit (inquit idem Peyrinus,) quod acta ab excommunicato non valent, cùm deſit intrinſecum principium illorum; ſi tamen ille defectus publicè ignoretur, & officium publica authoritate poſſideatur, propter bonum commune, authoritate Eccleſiæ talis defectus ſuppletur. Auila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 6. *dubitat.* 7 Sà *verb. Excommunicatio, num.* 30. dicens: Geſta per excommunicatum, vel ſuſpenſum, dum publicè in officio toleratur, valida ſunt, etiamſi ſciatur eſſe excommunicatus: toleratus autem dicitur, cùm errore populi habetur pro legitimo. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 31. Et ego ipſe pluribus cumulatis Doctoribus *in Diſq. Moral. & Canonic. tom.* 2. *diſq.* 11. *dub.* 17. *num.* 13. *&* 138. *pag.* 449.

1095 Quod ſi petas, *An excommunicatus occultus, ſi eligatur, teneatur ſe prodere, ſi non poſſit aliter ſe excuſare, ne acceptet?* Reſpondet Peyrinus *dict. cap.* 5. *num* 6 *in fine*, cum Suarez *vbi proximè, num.* 21. quod ſi excommunicatio talis ſit, vt eius manifeſtatione non creetur ſcandalum, vel infamia, tenetur ſe prodere, ſi aliter ſe excuſare non poteſt. At verò ad ſe infamandum nunquam tenetur: & ideò poteſt tunc acceptare, & quamprimùm diſpenſationem procurare. Et hoc vltimum docuerunt etiam Reginaldus *in praxi fori pœnitentia, lib.* 32. *num.* 49. Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 13. *num.* 71.

1096 Si iterum quæras, *A quonam petenda ſit diſpenſatio, ſi excommunicatus eligatur in Prælatum Regularium?* Reſpondet idem Peyrinus *loco citato, num.* 7. quod nulliter electus propter excommunicationem, ſecuta abſolutione, & conceſſa ab illo, à quo concedi valeat, diſpenſari poſſit ſuper Prælatiæ retentione à proprio Prælato. Et probat ex regula ab Innocentio tradita *in cap. Dilectus, de temporibus ordinationum*; quod ſcilicet omnis diſpenſatio, quæ Papæ non reſeruatur, concedi poteſt ab Epiſcopo. Cùm ergo *in dict. cap. Poſtulaſtis*, diſpenſatio reſeruata non ſit Papæ, ſequitur quod eam dare poſſit proprius Prælatus. Et hanc ſententiam tanquam communem (ait) tradunt Reginaldus *loco citato, num.* 50. Couarruuias *in cap. Alma mater, parte prima*, §. 7. *numero* 8 Ricciullus *de iure perſonarum, libro* 4. *capite duodecimo, numero quinto.* Garcia *de beneficiis, parte ſeptima, capite decimotertio, numero ſeptuageſimoquarto*, & Sayrus *libro* 2. *capite* 5. *num.* 21. *Theſauri.*

Limitant tamen ſententiam, vt videatur non poſſe habere locum in electionibus Regularium, niſi in caſu, quo electio excommunicati nulla, deuolueretur ad ipſum Prælatum Regularem, per ſeipſum ſolùm tunc facienda: verbi gratiâ in noſtra Congregatione, ſi in Abbatem Collegij, aut paruæ domus eligeretur excommunicatus, ad ſummum diſpenſare poſſet cum eo Reuerendiſſimus Generalis, quia ad illum ſolum ſpectat huiuſmodi Abbatiæ prouiſio, vacantis inter medium Capituli, vti ſuprà dictum eſt; ſecus autem, ſi in Abbatem magni Cœnobij, quod non ſit Collegium. Tunc enim ad Generalem, & quatuor alios coelectores ſpectat electio, & ſic in hoc caſu non poterit Reuerendiſſimus Generalis diſpenſare ſuper dicta retentione, ſtante limitatione præfata.

Quinto eſt notandum, quod electio ad ali- 1097
quam dignitatem factâ in perſona illius, qui electionis tempore erat habilis, ſi poſteà electionem acceptet tempore, quo eſt excommunicatus, validè acceptat. Ita Azorius *parte ſecunda, libro ſexto, capite ſeptimo, q.* 9. Vaſquez *tomo quarto, in tertia parte, tractat. de excommunicatione, dubio ſexto, numero* 9. Filliucius *tomo primo, tractatu* 12. *capite* 5. *numero* 122. Garcia *de beneficiis, parte ſeptima, capite* 13. *à numero* 35. Ricciullus *libro* 4. *capite* 10. Suarez *tomo* 5. *in tertia parte de cenſuris, diſputatione* 13. *ſectione* 1. *numero* 15. *& ſequentibus.* Henriquez *libro* 13. *capite decimotertio*, §. 8. Auila *de cenſuris, parte ſecunda, capite* 6. *diſputatione* 5. *dubio* 6. Campanilo *in Diuerſorio Iuris Canonici, rubr.* 11. *capite* 15. *numero* 19. quos recenſet, & ſequitur Peyrinus *eodem tomo ſecundo de Prælate, q.* 2. *capite quinto, numero octauo.* Et ratio eſt, quia id nullo iure prohibitum reperitur, aut vetitum. Vnde cùm ſimus in pœnalibus, non eſt cur iura de collatione, & de electione loquentia, ad acceptationem extendamus.

Sed dices. Acceptatio electionis eſt quod- 1098
dam ius ſpirituale, cuius aſſecutione priuatur excommunicatus. Reſpondet Pater Peyrinus negando dari ius aliquod prohibens excommunicatum poſſe acceptare collatam ſibi dignitatem. Cum quo tamen benè ſtat, quod talis excommunicatus non poſſit adquirere poſſeſſionem dignitatis ſibi collatæ, quin priùs abſoluatur, cùm poſſeſſionem apprehendere non poſſit ſine communicatione, quæ illi prohibita eſt *in canon. Cum excommunicatio*, 11. *quæſtione* 3. niſi neceſſitetur, ne perdat; & per ipſum non ſtet, quin abſoluatur, vt Filliucius ait *tomo* 1. *tractatu* 12. *capite ſexto, numero* 162. Si tamen tempore excommunicationis poſſeſſionem accipiat, validè illam accipit; quia huiuſmodi poſſeſſionis receptio in facto, non in iure conſiſtit. Ita Peyrinus cum Azorio *parte* 2. *libro* 6. *capite ſeptimo, q* 10.

An autem huiuſmodi excommunicatus digni- 1099
tatem acceptans peccet, ſi quæras. Reſpondet Peyrinus cum Henriquez *libro decimotertio, capite decimotertio*, §. *tertio.* Garcia *de beneficiis, parte ſeptima, capite decimotertio, numero quadrageſimoſexto.* Sayro *in Theſauro, libro ſecundo, capite quinto, numero vndecimo, in fine*, & cum Suarez *de cenſuris, diſputatione decimatertia, ſectione* 1. *numero* 22. quod non, nec venialiter

quidem

quidem, cùm non acceptet pro illo ſtatu, in quo eſt excommunicatus, ſed pro illo, quo erit abſolutus. Vnde ſi habeat animum exercendi officium abſque abſolutione, peccabit.

1100 *Sextò* eſt notandum, quod electio ad dignitatem facta in perſona excommunicati, eſt nulla, etiamſi à Papa motu proprio fiat. Quia licèt motus proprius plurimùm operetur ad tollendam ſubreptionem, non tamen inducit diſpenſationem aliquam, nec impedimentum tollit perſonæ. Ita Peyrinus *num.* 9. cum Ricciullo *de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib.* 4. *cap.* 6. *numero* 6. & Auguſtinus Barboſa *in cap. Poſtulaſtis*, *num* 6. *el* 7. *de Clerico excommunicato*, cum Couarruuia *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 1. Rebuffò *in dict. cap. Poſtulaſtis*, *num.* 47. & *in tract. de excommunicat. non vitand. verſic. Aduertendum* Gabriele *commun. tit. de Clauſulis, clauſ.* 2. *num.* 45. Garcia *dicto cap.* 13. *num.* 5. Mario Alterio *tract. de cenſuris, tom.* 1. *libro* 2. *diſp.* 6. *cap.* 2. *verſic. Similiter eadem ratio eſt.*

1101 Notandum eſt *ſeptimò*, quod electio facta de nulliter excommunicato, valet: valet etiam electio validè excommunicati, poſſeſſoris tamen triennalis: & etiam excommunicati poſt interpoſitam validam appellationem. Primam partem tenet Barboſa *in dicto cap. Poſtulaſtis*, *num.* 19. *el* 7. *de Clerico excommunicato*, cum Couarr. *in cap. Alma mater*, *dicto* §. 7. *num.* 5. Nauarro *in cap. Cum contingat, de reſcriptis, remedio* 6. *num.* 9. & 11. Vgolino *de cenſuris, tabula* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 2. Sayro *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 14. §. 1. & *cap.* 15. §. 2. *in commento, litt. A*, Reginaldo *lib.* 32. *num.* 47. & cum Anton. Ricciullo *de iure perſonarum, lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 1. & Peyrinus *vbi proximè*, *num.* 10. cum Suarez *tom.* 5. *in tertiam partem, diſputatione* 13. *ſect.* 1. *num.* 32. & 33. & cum Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 13. *num.* 13.

Secundam partem tenet Barboſa *loco citato, numero* 10. dicens: Limita ſecundò, quando prouiſus eſſet poſſeſſor triennalis, quia tunc non poteſt moleſtari, non obſtante, quod collatio ſibi facta fuerit tempore, quo erat excommunicatus. Allegat Nauarrum *in cap. Si quando, exceptione* 10. *num.* 9. *de reſcriptis.* Nicolaum Garciam *vbi proximè*, *num.* 7. & Ricciullum *loco citato*, *num.* 2. & addit Barboſa: Quidquid in contrarium dicat Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus*, *num.* 255. Tenet etiam Peyrinus *dicto numero decimo*, & allegat Suarez, Sayrum, & Reginaldum *locis citatis*.

Tertiam denique partem tenet Peyrinus cum eiſdem Barboſa *num.* 23. in ſequentia prorumpens: Limita quintò, ſi verſemur in eo, qui fuit excommunicatus poſt interpoſitam appellationem, quia pendente cauſa appellationis, eſt capax collationis, vt per Couarruuiam *dict.* §. 7. *ſub numero* 5. Rebuffum hìc *num.* 71. Marium Alterium *de cenſuris, tom.* 2. *difficult.* 6. *cap.* 6. *verſic. vnde*, poſt Geminianum, & Anton. Ricciullum *dicto cap.* 13. *num.* 4. vbi *num.* 5. hoc intelligit, quando eſt certum appellationem eſſe validam; ſecus ſi eſſet notorium, eam non valere; quia friuola appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis: & *num.* 6. reſoluit, quando appellatio eſſet dubia; tunc validitas, vel inualiditas collationis regulatur à futuro euentu; ita vt ſi conſtabit appellationem fuiſſe legitimam, collatio erit valida; ſin autem contrà, erit nulla. Hactenus Barboſa.

Octauò notandum, quod habens aliquam dignitatem, ad quam eſt legitimè electus, ſi deinde 1102
aliquam incurrat excommunicationem, non per hoc eſt ipſo iure illâ priuatus dignitate; quia nulla priuatio reperitur in iure; immò in eo contrarium ſupponitur. Ita Peyrinus *num.* 11. cum Suarez *vbi ſuprà*, *num.* 1. hoc ad probationem textus producente, & cum Garcia *dicto capite* 13. *num.* 90.

Secundò dicendum eſt, peccare mortaliter eligentem excommunicatione maiori innodatum, 1103
quamvis toleratum, ideſt non denunciatum, nec notorium Clerici percuſſorem. Ita docet Peyrinus *num.* 15. & 19. cum Sayro *dicto cap.* 5. *num.* 33. & cum Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſputatione* 13. *ſect.* 1. *num.* 26. & probatur. Tum quia actionem moralem efficere tali modo, vt irrita ſit, & nulla, ac inanis, illicitum eſt, & in materia graui graue peccatum. Tum etiam, quia eligere perſonam inhabilem, & incapacem, eſt intrinſecè malum.

DIVISIO II.

De minori excommunicationi ſuppoſitis.

BREVIARIVM.

Actus.

Actui qui conſentit, illum agere cenſetur. numero 1107.

Axioma.

Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. num. 1107.

Excommunicati.

Minori excommunicationi addicti, ineligibiles ſunt. num. 1104.

An verò electiones de illis factæ ſint ipſo iure irritæ, vel à iudice irritandæ, ſub opinione eſt. Vtrimque probabiliter opinatur. n. 1105.

Si tamen ignorata excommunicatione electiones fiant, non ſolùm non ſunt irritæ, ſed nec erunt irritandæ. n. 1106.

Si ſe eligi permittunt, peccant mortaliter. numero 1107.

TErtiò eſt dicendum, minori excommunicatione ligatum, non poſſe ad dignitates eligi. 1104
Ita Abbas *in cap. Si celebrat, num.* 1. *el* 10. *de Clerico excommunicat. celebrante.* Barboſa ibi, *numero* 3. Raggius *de regimine Regularium, cent.* 1. *q.* 1. *dub.* 22. *num.* 1. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 21. *num.* 1. cum Sylueſtro *verbo Electio*, 1. *num.* 15. Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. cum Suarez *de cenſuris, diſput.* 24. *ſect.* 2. *num.* 13. Henriquez *libro* 13. *cap.* 3. §. 3. Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.* 65. *num.* 1. Filliucio *tom.* 1. *tract.* 13. *cap.* 2. *num.* 27. Couarruuia *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 8. *num.* 3. Leſſio *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 34. *dubit.* 22. *num.* 116. Azorio *part.* 2. *lib* 6. *cap.* 7. *q.* 7. Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 13. *num.* 27. Riccio *in praxi, part.* 1. *deciſ.* 184. *numero* 169. Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 2. Sayro *in Theſauro, libro* 2. *cap.* 22. *num.* 22. Reginaldo *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 143. Et probatur ex textu *in dicto capite Si celebrat*, ibi: *Si tamen ſcien-*

 ter

ter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda, p o eo quod ad ſuſceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à Sanctis Patribus eſt priuatus.

1105 An autem electio ipſo iure ſit nulla, & irrita, an verò irritanda veniat per iudicis ſententiam, controuerſum eſt inter Doctores. Alij enim hoc vltimoin dicont, & colligunt ex hoc texto, ibi: *Electio eſt irritanda*; quaſi donec per ſententiam irritetur, valeat. Ita apud Barboſam *dicto num.* 3. Felinos *in cap. Dilecta, num.* 4. *in fine, de exceptionibus.* Richardus, & alij, quos recenſet, & ſequitur Suarez *dicta diſputat.* 24. *ſect.* 2. *à num.* 11. & Toletus *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Peyrinos *num.* 22. cum Reginaldo *vbi proximè*, Auila *de cenſuris, p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 12. *dub.* 4. *concluſ.* 2. Filliucio *numero* 31. Vazquez *tom.* 4. *in* 3. *part. tract. de excommunicat. dub.* 6. Leſſio *loco citato*, & Sayro *numero* 23. Barboſa mox citandus. Alij è contra dicunt, quod ipſo iure non valeat electio de excommunicatione minori innodato facta, quam ſententiam tenet Hoſtienſis, Abbas *in dict. cap. Si celebrat, num.* 3. cum Innocentio, dicens: Tertiò nota, voum effectum excommonicationis minoris; nam reddit ipſum excommunicatum inhabilem ad beoeficium conſequendum, adeoque, quod ipſa electio, per quam initiatur matrimoniom ſpiritnale, de eo facta non valet; vnde (vt dicit Innocentius) nec dignitatem, nec aliquem Clericatum excommonicatus minori conſequi poteſt, niſi priùs pœniteat, & abſoluatur. Hæc Abbas. Barboſa *à dicto num.* 3. citat dictum Hoſt. cuios ſententiam (inquit) magis communiter receptam teſtatur, & ſequitor Couarr. *in capit. Alma mater, part.* 1. *§.* 8. *num.* 3. Vgolinus *de cenſuris, tabula* 3. *cap.* 6. *§.* 3. Viualdus *in candelabro aureo, tit. de excommunicatione, numero* 48. qoi mouentur ex ratione, qoam textus addit, quæ videtur concludere, non ſolùm illicitam, & irritandam, ſed pro iure invalidam eſſe electionem huiuſmodi; ſiqoidem ad ea ſuſcipienda eligitur, à quorum ſuſceptione priuatus eſt; ipſe tamen priori ſententiæ adhærendum exiſtimat; & huic fundamento reſpondet, ac pro vtraque multa dilucidat.

1106 Et aduertit Peyrinus *num.* 23. quod talis electio ignoranter facta, ſeu ignorantia ſe teneat ex parte electorum, ſiue ex electi parte, ſiue ex parte vtroruinque, ita valida eſt, vt neque etiam irritari poſſit. Qood clarè conſtat ex textu ipſo *in dicto cap. Si celebrat,* 10. *& finali, de Clerico excommunicato*, ibi: *Si tamen ſcienter.* Idem tenet *ibidem* Barboſa *num.* 3. *verſic. Verùm contraria ſententia*, cum Raymundo, Gloſſatore antiqoo, Syloeſtro *verbo Excommunicatio* 4. *num.* 4. & cum alijs, quos ſequitur Henriquez *lib.* 13. *cap.* 3. *§* 3. *in cuncta litera V, & ſeqq.* Quibus addit Peyrinus Gabrielem *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 1. Hoſtienſem *in ſumma, lib.* 5. *tit. de Clerico excommunicato miniſtrante, §. Qualiter puniatur, ad finem, verſic. Quid ergo ſi ignoranter*, & ibi: *Quid ſi alter ſciat, alter ignoret.* Auilam *de cenſuris part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 12. *dubit.* 4. *concluſ.* 4. Bonacinam *de cenſuris, diſp.* 2. *q* 3. *num.* 7. Sigiſmondum *de electione, dub.* 65. *in fine*, Petrum Soto *lect.* 4. *de excommunicatione, verſic. Reſtat, vt de min.* Toletum *lib.* 1. *cap.* 18. *numero* 2. & Emmanoelem Sà *verbo Excommunicatio, num.* 33.

1107 Quod peccet mortaliter minori excommunicatione innodatus, ſi ſe pemittat eligi, docet Peyrinos *num.* 24. cum Petro Soto *vbi proximè*, Auila *concluſ.* 1. Toleto, & Henriqoez *locis citatis*, cum Filliucio *num.* 35. Suarez *de cenſuris, diſp.* 24. *ſect.* 2. *num.* 31. & triplici hac ratione probat. I. Quia minori excommunicatione innodatos, ooo minùs eſt electione paſſiua priuatus, quàm ſuſceptione Sacramentorum. Sed ita ſoſcipiens, peccat mortaliter. Ergo & patiens eligi peccat etiam mortaliter. II. Quia contrauenire ſacris Canonibus in materia graui, eſt peccatum mortale. Sed hic ſumus in materia graui, ſiqoidem electio do huioſmodi excommonicato ſcienter facta, venit irritanda. Ergo excommonicatus minori, ſcieoter permittens ſe eligi, lethalis culpæ reus ſit. III. Quia faciens actionem moralem, quæ inanis, & irrita iodicanda ſit, peccatum graue admittit. Sed admittens eligi, cùm ſit excommunicatus minori, huiuſmodi actionem facit: qui enim actioni alicui conſentit, illam etiam agere cenſetur, illi impotatur, & non raró eadem pœna ponitur, iuxta axioma illud iuris: *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur*; quod exornat Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom.* 19. *num.* 1. *ex lege Iubemus, §. Oeconomus, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, cap.* 1. *de officio delegati, cap. Qui cum fure, de furtis, cap. Quanta, de ſententia excommunicat. ex lege* 13. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori legum, l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 4. *eiuſdem fori.* Azeuedo *leg.* 4. *tit.* 10. *lib.* 6. & *l.* 2. *n.* 218. *tit.* 13. *lib.* 8. *noua recopilationis.* Thoma de Thomaſſet *reg. vigeſima prima*, & Giurba *conſ. crim.* 7. *numero* 14. Ergo graoe admittit peccatmo, qui excommunicatus minori, eligi ſe permittit.

DIVISIO III.

De ſuſpenſionis cenſuræ addictis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vno prohibito, conſequenter prohibetur & aliud, quod eſt cum illo connexum. n. 1108.

Dignitas.

Datur propter officium dignitas, ſicut beneficium, ideſt propter ſeruitium. n. 1114.

Indefinitum.

Vniuerſali æquiualet indefinitum. n. 1108.

Suſpenſio, Suſpenſi.

Inter alias vna eſt ſuſpenſio ab Ordine, & non à iuriſdictione; alia ſuſpenſio à iuriſdictione, non ab Ordine; & alia ſuſpenſio ab vtroque, numero 1108. *Vbi illarum recenſetur effectus.*

Suſpenſio ab Ordine abſolutè prolata, omni vſu Ordidinum maiorum, & minorum priuat, & omnibus etiam actibus, qui cum Ordinibus connexionem habent, & quinam illi ſint. n. 1108.

Suſpenſio à iuriſdictione abſolutè prolata, vſu omniom actuum iuriſdictionis ſpiritualis priuat, & quinam illi ſint. o. 1109.

Suſpenſio ab Ordine, & à iuriſdictione ſimul, à quibus actibus priuet. ibid.

Suſpenſio alia eſt ſpiritualis, & alia temporalis. numero 1110.

Suſpenſio temporalis, eſt ſuſpenſio à beneficio. numero 1110.

Suſpenſio à beneficio, eſt prohibitio ad percipiendum quodlibet emolumentum temporale ad beneficium pertinens: & quotuplex illud ſit. ibid.

Apud

Apud Regulares hæc ſuſpenſio priuat adminiſtratione bonorum temporalium ad Monaſterium pertinentium, ſeu ad Religionem: ſiue per modum redditus, eleemoſynarum, &c. & etiam proniſionibus. num. 1111.

Suſpenſus, ſiue ab Ordine, ſiue à beneficio, quoad ſpirituale, aut temporale, ſiue ab Ordine, & beneficio ſimul, ineligibilis eſt, & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure nulla, ſiue ſuſpenſio ſit à iure, ſiue ab homine. n. 1113.

Amplio, ſiue ſuſpenſio publica ſit, ſiue occulta. numero 1114.

Idem proportionabiliter dicendum eſt de ſuſpenſo, ac de excommunicato, quoad hæc, & alia. numero 1114.

Qui ſuſpenſus eligi patitur, & qui dignitatem recipit, peccat mortaliter. n. 1114.

1108 PRo plena dicendorum intelligentia præmittere duxi, varias afferre Doctores ſuſpenſionis diuiſiones, quarum quælibet ſuum particularem producit effectum; de quibus vide Suarez *de cenſuris, diſp.* 25. *sect.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Gregorium Sayrum *in Theſauro, lib.* 4. *cap.* 1. *à n.* 4. Sed omiſſis aliis diuiſionibus ſuſpenſionis, pro præſenti inſtituto ſufficiat recenſere quam tradit D. Thomas *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 3. & *in additionibus ad* 3. *partem. q.* 22. *art.* 3. *in corpore*, & ex eo Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato q.* 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 28. Huiuſmodi diuiſio eſt, in ſuſpenſionem ab Ordine tantùm, & non à iuriſdictione, & in ſuſpenſionem à iuriſdictione, & non ab Ordine; & in aliam ab vtroque ſuſpenſionem. Suſpenſio ab Ordine indefinitè prolata, omni vſu Ordinum, tam minorum, quàm ſacrorum priuat, quia æquipollet vniuerſali, ac ſi ſententia diceret: *Suſpendimus te ab omnibus Ordinibus.* Ita Peyrinus cum Filliucio *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 1. *num.* 23. Syluestro *verbo Suſpenſio*, *q.* 5. Suarez *de cenſuris, diſp.* 26. *sect.* 4. *num.* 2. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 32. *num.* 2. Et ſimul priuat iis actibus, qui ſunt neceſſariò connexi cum Ordine, vt abſoluere in foro pœnitentiali, extremam conferre vnctionem, Baptiſmum ſolemniter miniſtrare, ſolemnem aliquam efficere conſecrationem aut benedictionem. Peyrinus cum Henriquez *vbi proximè*, *num.* 4. *verſic. tertiò*, multos allegante Doctores *in commento, litt. F.* Et ratio eſt, quia vno prohibito, conſequenter prohibetur & illud, quod eſt cum illo connexum. Peyrinus cum gloſſa *in cap. Studeat, diſt.* 50. *verbo Vt sale.* Non tamen priuat iis actibus, qui ſunt iuriſdictionis, & non ſunt connexi cum Ordine, vt cenſuras ferre, ab iis abſoluere, beneficia conferre, iudicare, &c. Peyrinus cum Suarez *vbi proximè*, *num.* 8. Nauarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 160.

1109 Suſpenſio autem à iuriſdictione indefinitè prolata, priuat omnium actuum iuriſdictionis ſpiritualis vſu, vt excommunicare, corrigere, confirmare, beneficia conferre, eligere, iudicare, &c. Ita Peyrinus cum Filliucio *num.* 30. Suarez *numero* 16. ſuſpenſio verò ab vtroque, ab Ordine ſcilicet, & à iuriſdictione, omnibus dictis actibus priuat. Quam ſuſpenſionem ait Suarez *diſputatione* 25. *sect.* 2. *num* 14. eſſe idem cum ſuſpenſione ab officio, de qua *in cap. Sanè*, 2. *de Officio delegati*, & *in cap. Quia Pontificali, eod. tit. lib.* 6. atque ſuſpenſionem à beneficio, quæ eſt in iure frequentiſſima, *vt in cap. Nihil, de electione*, & *in Clementina* 2. *de vita & honeſtate Clericorum*, non includi in dicta diuiſione.

Sed ſi ſuſpenſionem ſubdiuidamus in tempo- 1110
ralem, & ſpiritualem, vt ſic poſſe diuidi conſtat *ex cap.* 1. *de ſolutionibus*, & *extrauagante Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis*, vbi dicitur: *A regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, cui præſidet in temporalibus, & ſpiritualibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus*; certum eſt, quod temporalis iuriſdictionis ſuſpenſio nihil eſt aliud, quàm ſuſpenſio à beneficio. Nomine enim ſuſpenſionis à beneficio, intelligit Suarez *loco citato, num.* 11. & *diſput.* 27. *sect.* 1. *num.* 2. prohibitionem ad percipiendum emolumentum temporale, ſeu temporales fructus ad beneficium pertinentes, vt ſunt redditus ipſius beneficij, cuiuſcunque conditionis ſint, ſiue per modum decimarum, aut oblationum, ſiue prouentus ex fundis, &c. De quibus Filliucius *loco citato, num.* 44.

Apud Regulares dicta ſuſpenſio à beneficio (ait 1111
Peyrinus *dicto num.* 18. *paulo ante finem*) priuabit ſuſpenſum adminiſtratione bonorum temporalium pertinentium ad Conuentum, ſeu Prouinciam, ſeu Religionem, in qua talis erit Prælatus, ſiue per modum redditutum perpetuorum, ſiue per modum eleemoſynarum, ſiue per quemcunque alium titulum. Priuabit etiam proniſionibus, quæ debentur ipſis Prælatis aliquo iuſto titulo.

Et non ſolùm iſtis actibus priuat dicta ſuſpenſio, 1112
ſed etiam omnibus aliis cum iſtis connexis, vt ſunt domuum, & prædiorum locationes, fructuum venditiones, debitorum executiones, rerum temporalium permutationes, contractuum formationes, &c. vt Filliucius *loco reddito, num.* 45. & colligitur *ex cap.* 1. §. *vlt. de electione, libro ſexto*, & docet Peyrinus cum Suarez *dicta diſput.* 27. *sect.* 1. *num.* 51. & cum Toleto *lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 9. & ratio deſumitur *ex capite Si celebrat, de Clerico excommunicato celebrante*, vbi illa ponitur generalis Regula. *Cui aliquid vetitum eſt, etiam illa ſunt prohibita, quæ ad illud ordinantur.*

Quibus præmiſſis dicendum eſt, ſuſpenſos, ſiue 1113
ab Ordine ſolùm, ſiue à ſola iuriſdictione, tam temporali, quàm ſpirituali, ſiue ab vtriſque, eſſe inhabiles ad recipiendas Eccleſiaſticas dignitates, & electiones eſſe ipſo iure nullas, ſi illæ per electiones conferantur, ſiue ſuſpenſio lata fuerit à iure, ſiue ab homine. Ita docet Peyrinus *dicto cap.* 5. §. 1. *num.* 29. cum Filliucio *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 2. *num* 16. & *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 15. *tom.* 3. Pariſio *de reſignatione beneficiorum, lib.* 4. *q.* 3. *à numero* 59. & *lib.* 5. *q.* 6. *à num.* 82. Petro Gregorio *de electione, cap* 9. *num.* 20. Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *q.* 9. *art.* 2. & *q.* 2. *art.* 3. & cum plurimis aliis, quos recenſet *num.* 27. Ita & Barboſa *in cap. Cum dilectus, num.* 12. *el* 8. *de conſuetudine*, vbi gloſſa *verbo A ſuſpenſis*: Et *in cap. Cùm bona, verbo Suſpenſi, el* 8. *de ætate, & qualit.* & *in cap. Per inquiſitionem, verbo Se indignum, in fine, el* 26. *de electione.*

Et probatur primò *ex dicto capite Cùm dilectus*, in quo ſic Innocentius Papa III. *Quia nobis conſtitit electionem ipſam à ſuſpenſis, & de ſuſpenſo etiam celebratam, eam iuſtitia caſſauimus exigente.* Vbi gloſſa *verbo Caſſauimus*, dicit, *id eſt caſſam nuntiauimus.* Secundò probatur *ex cap. Cùm bona memoria, el* 8. *de ætate, & qualitate.*

Probatur etiam ratione iſta, quia ſuſpenſus non 1114
poteſt exercere vllam dignitatem, ſeu Prælaturam Regularem, quia hæ requirunt exercitium Ordinum, & iuriſdictionis temporalis, & ſpiritualis. Ergo ad nullam eligi poteſt, cùm dignitates dentur

tur propter ſeruitium, ſeu propter officium. Et notandum eſt, quod de ſuſpenſo proportionaliter loquendum eſt ſicut de excommunicato. Ita Peyrinus *num.* 36. cum Pariſio *de reſignatione, lib.* 4. *q.* 3. *num.* 61. & Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 26. *ſect.* 1. *num.* 8. Ex quo ſequitur I. Quod ſuſpenſus ineligibilis eſt, etiamſi ſit occultus, & non denunciatus. Peyrinus cum Auila *de cenſuris, part.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 5. *verſic. Ex his ſequitur*, & cum Henriquez *libro decimotertio, cap.* 32. II. ſequitur, mortaliter peccare ſuſpenſum, qui patitur eligi, ſeu qui dignitatem recipit. Idem Peyrinus cum Borgaſio *de irregularitate, part.* 6. *tit. de ſententia ſuſpenſionis, num.* 8. & cum Riccio *in praxi, part.* 1. *deciſ.* 183. *num.* 166 ac Nauarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 163. Alia corollaria elici poſſunt ex dictis *ſuprà diuiſione prima.*

Divisio IV.

De ſuppoſitis ſententiæ interdicti.

Breviarium.

Interdicti, Interdictum.

Subiecti interdicto perſonali particulari ineligibiles ſunt, & ſi de facto eligantur, electio eſt ipſo iure nulla. n. 1115.

Qui ſcienter celebrauit in loco interdicto, eſt etiam ineligibilis. n. 1116.

Qui abſolutè non ſeruauerunt interdictum, ſunt ineligibiles. n. 1117.

Impoſtulabilis eſt qui interdictum violauit. numero 1117.

Qui obtinuit beneficium, aut dignitatem ab interdicto expreſſè denunciato, ab eo, vel ea excluditur, & ſuſpenditur ab officio antea obtento. numero 1117.

Electio in loco interdicto facta valida eſt. numero 1118.

Circa perſonas interdictas, & circa loca interdicto ſuppoſita, quoad inhabilitatem ex dicta cenſura reſultantem, ne aliqui in Prælatos Regulares eligi queant, paucis exponam.

1115 Imprimus. Qui ſubeſt interdicto perſonali particulari, non poteſt ad dignitates, & Prælaturas Regularium eligi, & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure irrita, & nulla. Ita docet Peyrinus *tom.* 1. *de Prælato, q.* 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 38. cum Petro Gregorio *de electione, cap.* 9. *num.* 19. Leſſio *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 24. *dub.* 12. *num.* 116. Caſtellino *de electione, cap.* 5. *num.* 55. Azorio *part.* 2. *lib.* . *cap.* 7. *q.* 2. Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 14. *num.* 5. Lambertino *de iurepatronatus, parte* 1. *lib.* 2. *q.* 9. *art.* 3. Filliucio *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 15. Miranda *in Manuali Prælatorum Regularium, tom.* 2. *q.* 23. *art.* 11. *concluſ.* 5. Borgaſio *de irregularitate, part.* 6. *tit. de ſententia ſuſpenſionis, num.* 52. Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.* 68. Flaminio Pariſio *de reſignatione beneficior. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 85. Comitolo *in Reſponſis Moralibus, lib.* 6. *q.* 64. Rebuffo *in praxi, tit. Forma.* Nauarro *in Manuali, cap.* 25. *num.* 134. Henriquez *lib* 13. *cap.* 46. *num.* 3. & cum Piſanella *verbo interdictum*, 5. § in quo conuenit & Samuellius *de elect. tract.* 1. *diſp.* 5. *controu.* 4. *concl.* 1. *pag.* 400.

Secundò, eligi nec poteſt, qui in loco interdicto ſcienter celebrauit. Ita Samuellius *vbi proximè, concluſ.* 2. Peyrinus *num* 40. cum Petro Gregorio *vbi proximè.* Sigiſmundo *dicto dub.* 68. *num.* 1. Syluestro *verbo Electio* 1. *num.* 15. Tabiena *eod. verb.* §. 16. Lambertino *loco citato, num.* 1. Caſtellino *de elect. cap.* 11. *num.* 10. Petro Baiſio *in Directorio electionis, part.* 1. *cap.* 20. quò loci dicit, quod ſola ſama facit in hoc caſu probationem ſufficientem, vt interdictum Superioris ſeruetur. 1116

Tertiò, qui interdictum abſolutè non ſeruauit, inhabilis eſt ad dignitates. Ita gloſſa *in cap. Per inquiſitionem, verbo Se indignum, in fine, el* 26. *de elect.* dicens: *Et nota per hanc Decretalem, quod ſuſpenſus à beneficio eligi non poteſt ad beneficium, vel dignitatem, dum manet in ſuſpenſione, ſicut nec ſuſpenſus ab officio, vt ſuprà de conſuetud. Cùm dilectus. Et qui non ſeruauit interdictum, ſuprà de poſtulatione, Ad hæc, & infrà de exceſſibus Prælatorum, cap. vltimo.* Gloſſa etiam *in cap. Is qui, verbo Ineligibilis, el* 18. *de ſent. excomm. lib.* 6. dicens: *Eſt etiam impoſtulabilis, ſuprà de poſtulat. cap.* 1. *Quia violans interdictum, etiam poſtulari non poteſt.* 1117

Et probatur primò *ex dicto cap. Ad hæc*, § *Nos igitur, el* 1. *de poſtulatione Prælatorum*, vbi Innocentius Papa III. repulit vt indignum Archiepiſcopatu, ad quem fuit poſtulatus, quendam Epiſcopum, qui interdictum non ſeruauerat. Secundò *ex cap. Tanta eſt, el* 17. *& final. de exceſſibus Prælatorum*, vbi Gregorius Papa Nonus ita decernit: *Mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus Epiſcopus* (qui ſcilicet quoddam non ſeruauerat interdictum) *in ſupradicta beneficia, prębendas, & dignitates intruſit, non ſolùm à beneficiis ipſis, præbendis, & dignitatibus, verùm etiam ab aliis beneficiis (ſi qua obtinent) & Eccleſiis prorſus amotis, tam præſumptores eoſdem, quàm omnes qui aliàs prætatum interdictum damnabiliter violarunt, ſuſpendas authoritate Apoſtolica ab officio, & beneficio.* Vbi gloſſa *verbo Beneficio*, ait: *Hæc eſt pœna illorum, qui non ſeruant interdictum.* Si ergo ij, qui ab eo, qui non ſeruauerat interdictum, ob id ſolùm ſuſpenduntur ab officio, & beneficio antea obtento, quòd nouum aliud beneficium, aut dignitatem obtinuerunt; potiori iure erunt inhabiles, & ineligibiles ipſi violatores interdicti. Et nota, quod diſpoſitio dicti capitis *Tanta*, iam non procedit niſi in caſu, quo collator, aut elector, non ſolùm ſit interdictus, ſed etiam ſit denunciatus ſpecialiter, & expreſsè, iuxta extrauag. *Inſuper ad euitandum*, Concilij Conſtantienſis. Et ita Sà *verbo Interdictum, num.* 3. & Peyrin. *num.* 42.

Quod ſi quæras, *Electio facta in loco interdicto, eritne valida?* Reſp. Franciſc. Maria Samuellius *de electione tract.* 1. *diſp.* 2. *controu.* 16. *concluſ.* 6. cum pluribus, quos allegat, validam eſſe. Tum quia locus non eſt de ſubſtantia electionis. Tum etiam, quia electio non eſt ſacramentum, ſed quædam obligatio, ſeu contractus. Sed per interdictum ſolùm ſuſpenduntur diuina, & Eccleſiaſtica Sacramenta, *cap. final. de excommunicat. in* 6. Ergo electio non ſuſpenditur per interdictum locale, ſed tenet, & eſt valida. Nec valet ſi obiiciatur caput *Vbi periculum*, §. *Porrò, de electione. eodem libro*, ex quo licèt electio Papæ à loco interdicto ſit arcenda; tamen ſi ibi fiat, non propterea eſt nulla, ſed valet, cùm non irritetur ab vllo iure. Et quod valeat, docet etiam Raggius *de regimine Regular. tract.* 10. *centur.* 2. *dub.* 190. *num.* 1. cum 1118

Deciano

Deciano *in cap. Ad hac in Beato, de poſtulat.* Biaxio *in Directorio electionis, p. 1. cap. 19.* Perez *leg. 2. verſiculo Quæri etiam poſſet, tit. 6. lib. 1. ordinat.* Azorio *part. 2. libro 6. cap. 14. q. 17.* Lauorio *tit. 4.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 19. num.* 176. Sigiſmundo *de electione, dub. 15.* & cum communi DD.

Divisio V.

De irregularitati ſubiectis.

BREVIARIVM.

Axioma.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, eademque ratio. n. 1132.

Diſpenſare, diſpenſatio.

In irregularitate ex defectu natalium, quoad Ordines diſpenſatur cum Religioſis in ipſo actu profeſſionis. num. 1127.

Quoad Prælatias, & officia diſpenſare poſſunt Prælati noſtræ Congregationis ſemel, in vim Eugeniana, ſuper irregularitatibus, exceptâ Bigamiâ, mutilatione membri, & homicidio voluntario. numero 1127.

Hæc conceſſio, vtpote ex ſimplici ſignatura, reuocata non eſt à Gregorio XV. & ab Vrbano VIII. cum oraculis viuæ vocis. n. 1128.

An in generali facultate diſpenſandi ſuper irregularitatibus, ſi expreſsè non excipiantur bigamia, mutilatio, & homicidium, veniant & iſta conceſſa. num. 1127.

Generalis, Abbates, & Viſitatores Congregationis Montis Oliueti, in ſolidum poſſunt in foro conſcientiæ diſpenſare ſuper omni irregularitate, exceptâ bigamiâ, mutilatione, & homicidio prædictis, ex Pij IV. conceſſione aliàs illimitata, quâ noſtra gaudet Congregatio. n. 1129.

Generalis, Abbates, Priores, & Præſidentes noſtræ Congregationis, poſſunt in omni irregularitate diſpenſare feria 2. poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ, ex Pauli III. facultate: & illam delegare poſſunt. num. 1130.

Prælatos Regulares poſſe diſpenſare, etiam ſuper irregularitatibus bigamiæ, mutilationis, & homicidij, occultis tamen, ait Baſſæus. n. 1131.

An tollatur irregularitas per ſimilem abſolutionem: Abſoluo te à cenſuris, pœnis, & ſententiis, *diſcutitur.* n. 1133. 1134. & 1135.

Papa ſciens aliquem eſſe irregularem, ſi ei beneficium confert, aut dignitatem, cenſetur diſpenſare cum illo ſuper irregularitate. n. 1132.

Diſpenſatio debet fieri condignâ pœnitentiâ impoſitâ. num. 1140. & 1142.

Nec licitè, nec validè impenditur diſpenſatio ſine cauſa legitima, & rationabili, ſaltem exiſtimata. num. 1139.

Quando irregularitates ſunt cognitæ, debent pro obtinenda diſpenſatione ſpecies delictorum, quorum cauſâ fuerunt incurſæ, declarari; non tamen numeri. V. gr. exprimi debet, quod quis ſit irregularis, quia celebrauit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel vtrique cenſuræ ſubiectus; non tamen quod celebrauit ſemel, bis, aut ſexies. num. 1137. & ſeqq.

Forma diſpenſationis ſuper irregularitate, à iure non eſt præſcripta: ſufficere qualibet facta, aut verba prolata à valente, & volente diſpenſare, dicunt graues DD. n. 1136.

Quænam ab aliquibus aſſignetur. n. 1137.

Et quanam vtantur noſtræ Congregationis Prælati. num. 1138.

Poteſt extra Sacramentum Pœnitentiæ diſpenſari. numero 1137.

Poſſunt noſtri Prælati delegare facultatem diſpenſandi. num. 1130.

Electi, Electio.

Electio eſt nulla, ſi electus electionis tempore patiebatur defectum ætatis, ſcientiæ, aut Ordinis. num. 1123.

Electus à maiori, & ſaniori parte, ſi electionis tempore erat indignus, confirmandus non eſt, ſed dignus à minori electus parte. n. 1123.

Irregularitas.

Eſt impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu proueniens, quo quis ad Eccleſiaſticos Ordines promoueri, & iam promotus in eiſdem miniſtrare prohibetur. n. 1119.

Irregularitas duplex, vna ex defectu, vel ex indecentia; altera ex facto, ſeu ex delicto. Prima continet ſex ſpecies ſub ſe; ſecunda verò habet ſub ſe quinque ſpecies, quæ omnes recenſentur. n. 1120.

Nulla irregularitas eſt cenſura Eccleſiaſtica. n. 1121.

Omnes irregularitates quoad caſum electionis eundem effectum producunt. n. 1121.

Ineligibilis eſt ad Eccleſiaſticas dignitates irregularis. n. 1122.

Si de facto eligatur irregularis, ipſo iure irrita eſt electio. n. 1122.

Amplia etiamſi irregularitas ignoretur. n. 1125.

Amplia ſecundò, etiamſi irregularitas ſit occulta. numero 1126.

Collatio Prælaturæ Regularis, irregulari facta, iuxta communem ſententiam, irrita eſt; valida iuxta aliquorum placitum. n. 1122.

Irregularitatem incurrit, qui non habens priuilegium, in loco celebrauit interdicto. n. 1124.

Non poteſt poſtulari irregularis. n. 1124. & 1126.

Nec etiam præſentari poteſt. n. 1133.

Irregularitas, quæ eſt in ſignificationem, tolli non poteſt per abſolutionem, quia nec eſt cenſura, nec pœna. n. 1133.

Irregularitas ex delicto habet pro ſe, & contra ſe opinionem communem. Vna tenet, quod tollatur per abſolutionem à pœnis omnibus; alia verò, quod non. num. 1134. & 1135.

Iuriſdictio.

Qui habet per priuilegium Papæ iuriſdictionem, habet illam ordinariam, & poteſt illam delegare. numero 1130.

Pœna.

Qui culpâ caret, caret & pœnâ. n. 1133.

Prælatura.

Regularis Prælatura, eſto beneficium non ſit propriè, quoad temporale annexum; eſt tamen quoad ſpirituale circa curam animarum. n. 1143.

Regula.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus. numero 1128.

Signatura.

Simplex ſignatura, à viua vocis oraculo diſtinguitur, quo reuocato, illa illæſa, & irreuocata remanet. n. 1128.

& inualidè præſentatur, poſtulatur, & eligitur ante obtentam diſpenſationem ſuper irregularitate.

1127 Super irregularitate ex defectu natalium proueniente, quoad Ordines, diſpenſatur ipſo actu profeſſionis Religionis, non autem quoad Prælaturas, & dignitates, etiam eiuſdem Religionis; ſed diſpenſari debet à Papa, ait Baſſæus *dicto tom. 1. verbo Irregularitas, 11. num. 3. ex authent. de Monachis, in principio, collat. 1. cap. 1. de filiis Presbyterorum.* Nauarro *in Manuali, capite 27. num. 201* Suarez *de cenſuris, diſputat. 41. cap. 17. num. 2.* Vecchis *diſſ. 13. dub. 6.* Sed quod poſſint Prælati Conuentuales noſtræ Congregationis diſpenſare cum illegitimis, vt poſſint eſſe Priores, &c. conceſſit Eugenius Papa IV. per ſimplicem Signaturam, *priuilegio 46. noſtri Bullarij, num. 6. fol. 98.* & per ſimplicem etiam Signaturam, *in præcedente priuilegio 45. num. 2. fol. 93.* prout ſequitur eiſdem Prælatis conceſſit.

Nec non cum ſingulis ex ſupradictis, ſuper quibuſcumque irregularitatibus, & inhabilitatibus quouis modo contractis, in quibuſcumque caſibus, etiam dictæ Sedi ſpecialiter reſeruatis, præterquam in bigamiæ, voluntariæ mutilationis membri, ac voluntarij homicidij propria manu, vel de expreſſo mandato, vel conſilio commiſſi, caſibus, cum profeſſis, aut profiteri volentibus, cùm in ipſo profeſſionis actu fuerint, vt nihilominus non promoti, ad omnes etiam ſacros Ordines promoueri, & in illis miniſtrare, & ad quæcunque dignitates, adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis poſſint præfici, & aſſumi, diſpenſare, ac eos habilitare ſemel dumtaxat. Hactenus Eugenius præfatus.

1128 Aduerte, quod limitatio in iſto appoſita priuilegio, in quolibet alio, quamvis ampliſſimo, cenſeri debet appoſita, quia caſus ſpeciales, ſine ſpecifica expreſſione non reputantur conceſſi. Ita Lezana *in Summa, part. 1. cap. 18. num. 42.* ex Suarez in ſimili, *tomo 4. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 2.* & patet ex regula, *In generali conceſſione non veniunt, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus: la 81 de regulis iuris, in 6.* Probabile tamen eſt, quod ſi conceſſio eſt ampla, & abſoluta, poſſimus illa vti, ſicut docet Portel. *infrà, num* 1130. loquens de noſtra Paulina. Quæ certè conceſſiones reuocatæ non ſunt, nec per Concilium Tridentinum, vt patet ex declaratione S. Congregationis, quam adduxi *tomo 2. diſquiſitionum, diſq. 11. dub. 6. num. 27.* nec per Gregorium XV. aut Vrbanum Octauum. Iſti enim Pontifices viuæ vocis oracula reuocauere; non autem ſimplices ſignaturas, cùm iſtæ diſtinguantur ab illis, vti dixi *ibidem, diſquiſition. 1. dub. 14. num. 8.* Circa hanc diſpenſationem vide quæ *ſuprà, num. 811.* circa præſentem conſtitutionem Alexandri Papæ IV. dixi, & quæ cumulaui *eodem dub. 14. §. 13. per plures numeros contentos in Breuiario, verbo Diſpenſatio. pag. 153.*

1129 Pro Congregatione Montis Oliueti, noſtri Ordinis, Pius IV. expediuit breue die 24. Maij 1560. quod apud Cherubinum *tom. 2. Bullarij*, adeſt, 7. *pag.* 8. cuius etiam meminit Lezana *dicto cap. 18. num. 40.* & quo noſtra gaudet Congregatio, iuxta ſæpe à me dicta. In illo concedit Generali, & aliis Abbatibus, & Viſitatoribus, *vt in foro conſcientiæ tantùm omnes, & ſingulos Congregationis veſtræ Monachos, etiam ante legitimam ætatem ad aliquem ex ſacris Ordinibus promotos, à quacumque irregularitate, per eos quomodolibet pro tempore (præterquam ratione homicidij voluntarij, bigamiæ, aut mutilationis membrorum) contracta, abſoluere, & cum eis, vt illa non obſtante, ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines, aliàs tamen ritè promoueri, & poſtquam in illis promoti fuerint, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac Miſſas, & alia diuina officia celebrare, ac quaſcumque adminiſtrationes, & officia ipſius veſtræ Congregationis, recipere, & exercere liberè, & licitè valeant, diſpenſare, eoſque in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa, quomodolibet erant, aut exiſtere poterant, ſtatum reſtituere, reponere, & plenariè reintegrare liberè, & licitè valeatis. Quodque Confeſſor, quem quilibet veſtrûm, pro tempore duxerit eligendum, vos, & veſtrum quemlibet, ſi forſan, quod abſit, aliquam irregularitatem quomodolibet pro tempore incurratis, abſoluere, & in ſtatum priſtinum reſtituere, ac vt adminiſtrationes, & officia prædicta, vt præfertur, recipere, & retinere, etiam licitè, & liberè valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.* Hactenus Pius IV. qui dictam facultatem Generali, Abbatibus, Viſitatoribus, & cuilibet eorum concedit inſolidum. Ita enim incipit: *Vobis, & cuilibet veſtrûm, vt in foro conſcientiæ, &c.* vt ſuprà.

Paulus III. dictæ noſtræ Congregationi pro 1130
ſecunda feria poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ conceſſit Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus, *vt omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religioſas, ſub cura veſtra exiſtentes intra ſepta Monaſteriorum, ſeu Regularium locorum, ab omnibus, & ſingulis peccatis eorum, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis, per eas pro tempore, quomodolibet incurſis, etiam in caſibus dictæ Sedi quomodolibet reſeruatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, abſoluere, & cum eis ſuper quibuſcis irregularitatibus, per eos pro tempore, quavis occaſione, vel causâ contractis diſpenſare, dicta auctoritate valeatis, plenam, & liberam, eadem auctoritate, tenore præſentium, concedimus facultatem.*

Circa quam conceſſionem docet Portel. *in addit. ad dubia Regul. verbo Diſpenſare, num. 2* poſſe facultatem iſtam à dictis Prælatis confeſſori alicui delegare, quia qui habet per priuilegium Papæ iuriſdictionem, habet illam ordinariam, & proinde poteſt illam delegare.

Et *num* 5. ſentit, quòd cùm ſit tam ampla, & generalis conceſſio, & non excipiat homicidium voluntarium, bigamiam, &c. poſſe Religioſos illa vti, cùm Papa illam potuerit concedere, & à nullo ſucceſſore reperiatur in ſpeciali reuocata: & poſſe quidem illâ vti, abſque vlla limitatione, vt iacet; quia cùm lex, aut Princeps non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.

Eligius Baſſæus *num. 9.* aſſerit Prælatos Regu- 1131
lares virtute priuilegiorum facultatem amplam habere, vt cum ſuis ſubditis in quacunque irregularitate diſpenſare valeant; exceptâ eâ, quæ prouenit ex bigamia, ex mutilatione, & homicidio voluntario. Immò & in mutilatione, & in homicidio voluntario, quando ſunt omnino occulta, poſſe diſpenſare per conceſſionem plurimorum Pontificum, tenet.

Notat Peyrinus *dicto §. 3. num. 46.* quod ir- 1132
regularis eligi non valet, etiamſi præcedat abſolutio à cenſuris per clauſulam, *Teque abſoluentes:* quia debet (inquit) fieri expreſſa mentio de irregularitate, ſecundùm Nauarrum *in Man. cap. 27. n. 234.*

Pariſium *de reſignatione*, *lib.* 4. *q.* 3. *num.* 40. In dicta autem clauſula non fit niſi tacita mentio de irregularitate, per illa verba: *A pœnis.* Sed tu dic, quod præcedat abſolutio, ſiue facta ſit à Papa, ſiue ab alio quocumque habente auctoritatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus, cum clauſula, *A cenſuris*, *& pœnis.* Nam taciti, & expreſſi eadem eſt ratio. Et Nauarrus non loquitur in iſto caſu; immò ait Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 40. *ſect.* 2. *num.* 34. quod Summus Pontifex, ſciens aliquem eſſe irregularem, ſi ei nihilominus dignitatem conferat, cenſetur ipſo facto diſpenſare. Cui conſonat Sà *verbo Diſpenſatio*, *num.* 8. Tamburinus *fol.* 1. *diſputatione quinta*, *quæſtione* 17. *num.* 4.

1133 Hæc omnia P. Peyrinus. Sed in primis eius dictum procedere non poteſt reſpectu irregularitatum, quæ non procedunt, aut naſcuntur ex delicto, ſed tantùm in ſignificationem ſunt, v. gr. *bigamia*, *defectus lenitatis.* Et ratio eſt, quia nec ſunt cenſuræ, nec pœnæ: quod enim culpâ caret, etiam caret & pœna. Plura pro hac propoſitione dilucidanda adduxi poſt quæſtiones Paſtorales, *in Diſquiſitione Paſtorali de iure Prioris annexi*, *num.* 76. Ergo huiuſmodi irregularitates tolli non poſſunt per abſolutionem *à cenſuris*, *& pœnis.*

1134 Nec procedit reſpectu irregularitatum, quæ ex delicto originem trahunt, in communi ſententia aſſerente, nec iſtas tolli per abſolutionem à pœnis omnibus. Illam ſequitur Emmanuel Sà *verbo Irregularitas*, *num.* 2. quò loci addit, falsò dici à quibuſdam DD. per illam tolli; quia in contrarium (inquit) eſt conſuetudo. Illam etiam ſequitur Baſſæus *tom.* 1. *verbo Irregularitas*, *num.* 11. cum Nauarro *in Manuali*, *cap.* 27. *num.* 254. Toleto *in ſumma*, *lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 11. Suarez *libro* 7. *capite* 14. *num.* 1. *&* 2. Filliucio *tract.* 11. *cap.* 1. *q.* 4. Diana *tract. de Bulla Cruciata*, *part.* 1. *reſol.* 27. Dicit enim Eligius, iuxta veriorem, & communiorem ſententiam, & in praxi ſequendam, Nauarri, Toleti, & aliorum, quando per Iubilæum, aut Bullas aliquas conceditur facultas à Papa abſoluendi à quibuſcumque caſibus, cenſuris, pœnis, & ſententiis, quod non intelligitur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitatibus contractis ex delicto; quia iuxta Romanæ Curiæ ſtylum, nunquam cenſetur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitate, niſi fiat illius expreſſa mentio. Stylus autem Curiæ facit legem, *capit. Ex litteris*, *de conſtitutionibus.* Hæc Baſſæus.

1135 Poteſt tamen Peyrini placitum ſuſtineri, ſi vera ſit ſententia communis contraria, quam ſequuntur penes dictum Baſſæum Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1. Medina 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. Corduba *de Indulgentiis*, *q.* 43. *dub.* 4. Salon. 2. 2. *q.* 64. *articulo* 8. *controu.* 4. Bañez ibidem, & penes Dianam Coordinatum *tom* 4. *tract.* 3. *de Bulla Cruciata*, *reſol.* 129. §. 3. Ledeſma *in ſumma*, *tom.* 1. *tract. de cenſuris*, *cap.* 1. *concluſ.* 3. Fernandez *in examine Theologiæ Moralis*, *part.* 3. *cap.* 9. §. 14. *numero* 1. Vega *in Speculo Curatorum*, *tomo* 2. *cap.* 12. *num.* 323. *& in Summa*, *tomo* 2. *cap.* 15. *caſu* 8. Conradus *in reſp. caſuum conſcientiæ*, *part.* 1. *q.* 255. Ludouicus Carbo *de legibus*, *lege* 8. *diſp.* 5. Carrillus *in Itinerario ordinandorum*, *ſect.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. Gutierrez *in quæſtionibus Canonicis*, *lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 6. Salas *de legibus*, *tract.* 15. *ſect.* 1. *concl.* 2. *num.* 16. Nuñus *tom.* 2. *in* 3. *part. tract. de Bulla*, §. *vlt.* Canus, & Orellana. Quam ipſe Diana probabilem iudicat, cum Ioanne de la Cruz *in Directorio conſcientiæ*, *part.* 2. *tract. de Irregularitate*, *dub.* 15. *concluſ.* 2. & cum Roderiquez *in Bullam*, §. 9. *num.* 29. aſſerente, quod ſine ſcrupulo *puede ſer aconſejada*, *y ſeguida*: illam etiam ſequitur Antonius Naldus *in ſumma*, *verbo Irregularis*, *num.* 25. *pag. mihi* 299.

Quod ſi quæras, *quænam ſit forma diſpenſandi ſuper irregularitatibus*? Dico primò in iure nullam eſſe præſcriptam verborum formam pro huiuſmodi diſpenſationibus. Ita Sà *verbo Diſpenſatio*, *num.* 12. cùm dicat: Ad diſpenſandum ſufficiunt quæuis verba cum intentione diſpenſandi. Baſſæus etiam *tom.* 1. *verbo Irregularitas*, *num.* 120. Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſito* 17. *num.* 7. dicens: Immò ſufficiunt quæcumque, ſiue facta, ſiue verba, ex quibus ſufficienter cognoſci poſſit animus diſpenſandi in eo, qui diſpenſare poteſt; ſecundùm Syluium *verbo Irregularitas*, *q.* 28. *verſic.* 3. Suarez *de cenſuris*, *diſp.* 41. *ſect.* 3. & *de Religione tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 13. & *de legibus*, *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 2. Bonacina *de cenſuris*, *diſp.* 7. *q.* 5. *puncto vltimo*, *n.* 7. 1136

Dico ſecundò: Baſſæus *vbi proximè*, hac poſſe vti diſpenſatores aſſerit. *Diſpenſo tecum in irregularitate*, *vel irregularitatibus*, *quas ob talem*, *vel talem cauſam contraxiſti*, *teque habilem efficio ad ſuſceptionem*, *& executionem Ordinum*, *& Officiorum tuorum*, *quantùm poſſum. In nomine Patris*, &c. Et quando dubitatur, an irregularitas contracta ſit: *Diſpenſo tecum in irregularitate*, *ſi fortè incurriſti ob talem*, *vel talem cauſam.* Et addit hanc diſpenſationem dari poſſe extra Sacramentum Pœnitentiæ. Pro quo allegat Henriquez *lib.* 14. *capite* 17. *num.* 4. Reginaldum *lib.* 30. *num.* 1. Sayrum *in Theſauro*, *lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 18. & Filliucium *tract.* 20. *num.* 280. Et idem docet Portell. *in addit. ad dubia Regularium*, *verbo Diſpenſare*, *num.* 6. loquens de diſpenſatione à noſtris impertienda Prælatis die Lunæ poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, in vim Paulinæ conceſſionis, de qua paulò antè egimus. Ait enim, quod ibi non diſtinguit, vt id faciant in foro Sacramentali confeſſionis, vel conſcientiæ: vnde videtur, quod illa die Prælati prædicti poterunt pœnas, & irregularitates diſpenſare extra Sacramentum Pœnitentiæ. 1137

Et quod ſic fieri poſſit, conſtat ex vniformi praxi noſtræ Congregationis, & ex Rituali, & Cœremoniali illius, in quo *part.* 1. *ſect.* 5. *capite* 7. *numero* 10. ſic lego: *Luego ſe lebanta el Abbad*, *y teniendo el Cantor mayor el libro*, *dicho Kyrie eleiſon*, *Chriſte eleiſon*, *Kyrie eleiſon*; *dira el Abbad*, *Pater noſter*: *lo demas ſe dize en ſecreto*: *deſpues el Abbad dize*, 1138

Verſ. *Et ne nos inducas in tentationem.*
Reſp. *Sed libera nos à malo.*
Verſ. *Saluos fac ſeruos tuos.*
Reſp. *Deus meus ſperantes in te.*
Verſ. *Mittat vobis auxilium de ſancto.*
Reſp. *Et de Sion tueatur nos.*
Verſ. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*
Reſp. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*
Verſ. *Sit vobis Dominus turris fortitudinis.*
Reſp. *A facie inimici.*
Verſ. *Domine exaudi orationem meam.*
Reſp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Verſ. *Dominus vobiſcum.*
Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram, vt nos, & famulos tuos, quos delictorum, ſiue excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſp. *Amen.*

Luego dizen la confeſſion, y acabada, les dira el Abbad, que digan el Pater noſter. Entre tanto el Abbad dize.

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam.

Reſp. *Amen.*

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipotens, & miſericors Dominus.

Reſp. *Amen.*

Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per ſuam ſanctam, piiſſimam, & benigniſſimam miſericordiam vos abſoluat: & ego authoritate omnipotentis Dei, & eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Domini noſtri Papæ Pauli Tertij mihi commiſſa, in quantum mihi, & vobis per eam conceditur, vos abſoluo ab omni vinculo, & ſententia excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, & interdicti. Etiam ego vos abſoluo à participatione excommunicatorum, ſchiſmaticorum, Sarracenorum, Iudæorum, & interdictorum. In nomine † Patris, † & Filij, & Spiritus † Sancti.

Reſp. *Amen.*

Item, eadem authoritate, ego vos abſoluo ab omni vinculo, & ſententia excommunicationis, ſi incurriſtis propter tranſgreſſionem ſtatutorum Papalium localium, Synodalium, Prouincialium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Legatorum, Collectorum, Executorum, Officialium, & Iudicum ordinariorum, & aliorum quorumcumque, qualitercumque, & quotieſcunque incurriſtis, quantum mihi permittitur, & vobis conceditur. In nomine † Patris, † & Filij, & Spiritus † Sancti.

Reſp. *Amen.*

Item eadem authoritate ego diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, ſi quam, vel quas incurriſtis: & habilito vos ad omnes gradus, & promotiones Ordinis veſtri. Item habilito vos ad omnem dignitatem Eccleſiaſticam obtinendam, officium, ſiue beneficium. Item habilito vos ad ſanctam offerendam Deo dignè immaculatam Hoſtiam, & quantum mihi permittitur, reſtituo vos ad gradum priſtinum, ſanctiſſimis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium. In nomine † Patris, & † Filij, & Spiritus † Sancti. Reſp. *Amen.*

Item, eadem authoritate ego vos abſoluo à pœna tranſgreſſionis votorum, Sacramentorum, Dei mandatorum, ac etiam præceptorum Dei, & Eccleſiæ, ab omni pœna vobis infligenda pro omni periurio, & mendacio, ac etiam tranſgreſſione Regulæ Ordinis veſtri, conſtitutionum, cæremoniarum, monitionum, ordinationum, & præceptorum maiorum, Abbatum, Priorum, & Superiorum veſtrorum. In nomine † Patris, † & Filij, & Spiritus † Sancti. Reſp. *Amen.*

1039 Et eſt notandum, quando diſpenſatio non impenditur ad cautelam, ſicut videtur impendi in forma prædicta, quâ noſtri Prælati, provt vidimus, in publico vtuntur Capitulo, requiritur, vt exprimatur ſpecies irregularitatis, ſeu delicti, ob quod fuerit illa contracta; alioquin pluribus obſtrictus irregularitatibus, nullius validam obtinebit diſpenſationem: ſi autem petat quis diſpenſationem ab omnibus irregularitatibus, quibus detinetur, tunc per generalem diſpenſationem remanet ab omnibus liber, in ſententia Portellij *in dubiis Regularium, verbo Irregularitas, numero* 35. Baſſæi *loco citato, ſub numero* 12. cum Suarez *de cenſuris, diſp.*41. *ſect.*3. *num.*2. Reginaldo *lib.*30. *num.*32. & Martino Bonacina *de cenſuris, diſp.*7. *quæſt.*5. *punct. vltim. num.*5.

1040 Sed hoc vltimum difficultate magna, me iudice, non caret, ſi diſpenſatus ignarus non ſit irregularitatum, quibus præmitur, & non petat ad cautelam, & illarum ignarus diſpenſationem. Ducor primò, quia iſta impendi non poteſt, nec licitè, nec validè ſine cauſa legitima, & rationabili. Sà *verbo Diſpenſatio, num.*3. Portel. *in dubiis Regularium, verbo eodem, num.*11. Lezana *tomo* 1. *part.*1. *cap.*18. *num.*42. cum Syluestro *verbo Diſpenſatio*, & Nauarro *in Manuali, cap.*35. *num.*74. Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito, q.*1. *cap.*8. §. 5. *verſic. Tertiò*, cum D. Th. 2.2. *q.*88. *art.*12. *ad* 2. Bonacina *vbi proximè, num.*1. Ego ipſe *in diſquiſit. Moralibus, tom.*2. *diſq.*1. *dub.* 13. *num.* 113. Et ratio eſt, quia facultas diſpenſandi data eſt ad ædificationem, & non ad deſtructionem, quæ certè non rarò contingeret, ſi abſque cauſa rationabili, & legitima (ſaltem exiſtimata, vt ait Sà) aut apparente, vt Peyrinus, diſpenſatio impetraretur.

1041 *Secundò*, quia diſpenſans, etiam in irregularitatibus, ſemper (ait Lezana *tomo* 2. *verbo irregularitas, n.*86) debet imponere pœnitentiam condignam, vt patet ex praxi Eccleſiæ, Bullis Pontificiis, Breuibus Sacræ Pœnitentiariæ, ac decretis Rotæ. Sed condignam pœnitentiam imponere non poteſt diſpenſans, ſi diſpenſandus, irregularitatum ſuarum non ignarus, ab omnibus illis, in ſpecie ſaltem non expreſſis, diſpenſationem petat. Ergo non illi videtur ſufficere petere diſpenſationem generalem ab omnibus irregularitatibus.

Conſultò addidi, *in ſpecie ſaltem*; quia pro obtinenda diſpenſatione irregularitatis, non eſt neceſſe exprimere numerum delictorum propter quæ diſpenſationem petens irregularitatem contraxit, modò delicta non ſint diuerſæ rationis. Vnde patet eum, qui irregularitatem contraxit, centies in excommunicatione celebrando, non teneri exprimere ſe centies celebraſſe excommunicatum, ſed ſatisfacit dicendo, ſe excommunicatione innodatum celebraſſe; ſecus tamen eſt dicendum, ſi ſimul erat ſuſpenſioni, aut interdicto, vel vtrique tandem ſuppoſitus; tunc enim ad obtinendam diſpenſationem omnes, quibus innodatus erat, cenſuras exprimere debet; quia delicta non ſunt eiuſdem rationis; & irregularitas contracta eſt ex diuerſis cauſis. Et ita docet Bonacina *loco citato, num.* 4. Baſſæus *tomo* 1. *verbo irregularitas*, 11. *n.* 12. cum Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.*24. *n.*7. Henriquez *lib.*13. *cap.*30. *n.*3. Coninck *de cenſuris, diſp.*18. *dub.*14. *n.*112. & in hoc ſenſu venit intelligendus Emmanuel Sà *verbo irregularitas, n.*7. dum dixit: *Iterare id, quod facit irregularem, non facit nouam irregularitatem.*

1042 Non reticebo tamen Portellium *in dubiis Regularium, verbo irregularitas, n.*35. dicentem: Si ſubditus habeat plures irregularitates, debet de omnibus informare; aliàs ſi multas habet, & diſpenſans dicat: *Diſpenſo tecum in iſta irregularitate*, nihil faciet, quia ſunt multæ, & illa diſpenſatio vnius eſt indeterminata. Secus ſi diceret in plurali: *Diſpenſo tecum in omni irregularitate*; vt Prælati Regulares ſolent facere in capitulis. Tunc enim omnes ſtantes manent diſpenſati in omnibus, in quibus poſſunt Prælati, vt dixi *ſuprà verbo Abortus, n.*11. ex Nauarro.

Et *num.* 38. ait: Dices, quando Prælati Regulares in Capitulis diſpenſant cum ſubditis in generali in irregularitatibus, diſpenſatio valida eſt, *vt ſuprà* diximus; & tamen ibi non imponitur pœnitentia. Reſpondetur *primò*, ibi non eſſe poſſibile imponi pœnitentiam, quia ignoratur reus. *Secundò*, aliquam ibi imponi, cùm Religioſi genuflectunt, culpas agnoſcunt, &c. quæ pro tunc acceptat Eccleſia, vtens quaſi particulari liberalitate, & magnificentia: quod permittunt, immò concedunt Pontifices, vt faciant Prælati Regulares pro bono communi, & quiete Religioſorum. Quod commune bonum, & quies Religioſorum tunc indicant ſufficientem cauſam illius generalis diſpenſationis. Hæc omnia Portellius, quem licèt referat Lezana *vbi proximè*, non tamen impugnat, aut improbat, ſed ſolùm dicit: *Sed id, quod dixi, ad minus eſt ſecurus, propter praxim Eccleſiæ addictam.* Sed pro Portellio etiam adeſt praxis Religionum: in noſtra ſaltem Congregatione illam obſeruare vidi feria ſecunda Quadrageſimæ, ab anno 1621. vſque ad præſens.

1143 Pro coronide huius diuiſionis addere libet quod adnotat Peyrinus *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *capite* 5. §. 3. *num.* 47. & deſeruit non ſolùm pro ab eo illic dictis, & pro hîc à nobis, de irregularibus non eligendis ad Prælaturas Regulares; ſed etiam pro dictis ſuprà.

Videlicet, non eſſe morandum in eo, quod Prælaturæ Regulares non ſint propriè beneficia Eccleſiaſtica, & iura, & Doctores ab eo ibi citati, de dictis beneficiis loquantur. Nam, vt benè Suarez (inquit) *tom.*4. *de Religione, citat. num* 24. (id eſt *tractat.*1. *lib.*2. *cap.*3.) eſto, quod Prælatio Regularis non ſit propriè beneficium, quoad temporale annexum; eſt tamen quoad ius ſpirituale circa curam animarum, & in omni rigore eſt dignitas, vt *in cap.*1. *de filiis Preſbyterorum.*

Alia circa hanc materiam dixi poſt quæſtiones Paſtorales, *in diſq. de iure Prioris annexi*, & *in diſq. moralibus*, *tom.* 1. *&* 2. vide *verb. Diſpenſare*, & *verb. Irregularitas.*

PVNCTVM VIII.

De aliis, defectum patientibus, ob quem ineligibiles ad Prælatias redduntur.

BREVIARIVM.

Argumentum.

A matrimonio carnali ad ſpirituale valet argumentum n.1148.

Eligendi, vel non.

Peccato mortali obſtricti ineligibiles ſunt. numero 1144.

Item, qui litteras Apoſtolicas, etiam in minimo falſificauit, ſi officialis non eſt. n.1145.

Item, qui ſemel reprobatus eſt, ne dignitatem, aut officium Regulare obtineret alicuius criminis cauſâ, nullibi eſt eligibilis. n.1146.

Item tranſiens de Mendicantibus ad non Mendicantes, dignitatem, officiúmve vllum, aut adminiſtrationem, etiam per Vicariatum, vel vocem, obtinere poteſt, nec officium quidem prædicandi. numero 1147.

Si de facto aliquid ex dictis obtineant tranſeuntes, ipſo iure irrita eſt obtentio. numero 1147.

Denunciatus de aliquo crimine, præcedente infamiâ apud bonos viros, pendente inquiſitione ineligibilis eſt ad quamcumque dignitatem, & beneficium, &c. & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure nulla. n.1148.

Et vnicus teſtis idoneus ſufficit ad impediendum. ibidem.

Qui exercuit Chirurgiam, ex qua ſequuta eſt mors, ineligibilis eſt. n.1149.

Item ſimoniacus, ipſo etiam ſimoniam ignorante, ineligibilis eſt n.1150.

Item periurus declaratus ineligibilis eſt. numero 1151.

Notabiliter prodigus, etiam eſt ineligibilis ad dignitatem. n.1152.

Item, qui aliàs per abuſum laicæ poteſtatis fuit electus, & ſcienter, & ſponte conſenſit, ineligibilis eſt ad quamcumque dignitatem. n.1153.

Periurus.

Beneficiis priuatur obtentis, & inhabilis eſt ad obtinenda. n.1151.

Simonia.

In electione, ſeu reſignatione committitur ſimonia per dationem conſanguineorum, electo, vel reſignatario ignorante, qui ipſo iure eſt priuatus beneficio, aut dignitate, & cedere tenetur quamprimùm ſciuerit, & fructus bona fide non conſumptos reddere. n.1150.

Teſtes.

Vnicus teſtis idoneus ſufficit ad impediendum matrimonium, tam carnale, quàm ſpirituale. numero 1148.

INter ineligibiles ad dignitates, & Prælatias, 1144
addendi ſunt in præcedentibus punctis iam adnumeratis nonnulli alij, quos, etſi breuiter, operæpretium duxi recenſere.

Primò inhabilis eſt, & ineligibilis, qui eſt in peccato mortali publico conſtitutus. Ita Tamburinus Abbas *de iure Abbatum*, *tom.*1. *diſput.* 5. *quæſtio* 21. *num.* 3. ex Diuo Thoma *in quodlib.* 8. *quæſt.*4. *art.*2.

Secundò, qui litteras Apoſtolicas falſificauit, vel 1145
in eis etiam in modico manus appoſuit, niſi ſit officialis. Ducor ex traditis à Tamburino *vbi proximè*, *num.*2. huiuſmodi inhabilitatem ad electionem indicente ex Oſtienſi *in ſumma*, *de crimine falſi*, §. *qualiter*, *verſ. Sed hodie*, & ex Felino *in cap. Ex parte*, *in princip. verſic. Stylus Curiæ*, *de reſcriptis*. Ex quo, non ſolùm ad electionem actiuam, ſed etiam ad paſſiuam documentum accipio.

Tertiò, qui ſemel reprobatus fuit, ne dignitatem, 1146
Prælatiam, aut officium Regulare obtineret, cauſâ alicuius criminis, non modò in ſua Religione, ſed nullibi ad Eccleſiaſticam dignitatem aſſumi poteſt. Tamburinus *num.* 4. Samuellius *de electione*, *tractat.*2. *diſput.*7. *controu.* 11. *concluſ.* 3. abſolutè docet, quod ab electione repulſus vitio perſonæ, eſt vbique ineligibilis, ita vt non ſolùm in eadem, ſed in alia qualibet Eccleſia eligi non poſſit. Allegat caput *Super eo*, *de electione in* 6. Ioan. Andr. Baldum, Innocentium, Panormitanum, & Felinum *in cap. Super his*, *col.*4. *de accuſationibus*, Sylueſt. *verbo electio* 1. *q.*14 Angelum *eodem verbo*, *n.*23. Tabien. *n.*17. & alios plures. Barboſa *voto* 35. *n.*22. & *voto* 36. *n.*14. ait infamiam incurrere reprobatum ob vitium perſonæ, & ineligibilem eſſe, nedum ad dignitatem, ſed ad quæcumque ordinis officia: quod

quod etiam docet *voto* 39. *n.*52. ſecus autem ſi ob electionis vitium, *n.*54 ait.

1147. *Quartò*, tranſiens de Mendicantibus ad non Mendicantes, aſſumi nequit in Prælatum, adminiſtratorem, vel Officialem, Vicariúmve, ita expreſsè decernente ſacro Concilio Viennenſi ſub Clemente Papa V. relato *in Clementina Vt profeſſores, la* 1. *de Regularibus*, *ſub hoc tenore : Sacro Concilio approbante, ſtatuimus, Mendicantium quoſlibet, qui ad non Mendicantium Ordines, etiam authoritate Apoſtolica tranſibunt in poſterum, quive hactenus tranſiuerunt, quamvis nunc Prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineant, inibi vocem, aut locum in capitulo non habere, etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur. Ad Prioratus quoque, adminiſtrationes, aut quacumque in antea non aſſumi officia, etiam tanquam Vicarios, ſeu miniſtros, vel locum aliorum tenentes, quodque animarum curam, & regimen, nec pro ſe poſſint, nec pro aliis exercere. Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, ſit irritum ipſo iure, quovis priuilegio non obſtante.* Vbi gloſſa *verb. Officia*, ait : *Ergo non poterunt eſſe Sacriſta, Camerarij, Caſtaldij, Oeconomi, Syndici, vel his ſimiles* : vbi etiam Abbas *num.*4. & 5. in quo addit, quod huiuſmodi non poteſt aſſumi ad officium prædicandi : & pro omnibus Barboſa *num.* 1. & 2. cum Nauarro *in commentario* 4. *de Regularibus*, *num.*24. Azorio *part.*1. *lib.*12. *cap.*14. *q.*12. Sanchez *in Decalogum*, *tom.*2. *lib.*6. *cap.*7. *num.*120. & *ſeqq.* Frater Bartholomæus de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſput.*15. *dub.*5. *à num.*12. & cum Suarez *de Religione*, *tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 3. & Tamburinus *dict. q.*21. *n.*5. ait, ſic tranſeuntem in Abbatem eligi non poſſe.

1148 *Quintò* denunciatus de aliquo crimine (dummodo denunciationem præceſſerit infamia, maximè apud bonos viros) pendente inquiſitione, non poteſt in Prælatum eligi. Ita enim decernit Gregorius Papa *in cap. Omnipotens*, *de accuſationibus*, dicens : *Omnipotens Deus* Et infrà : *Valde graue eſt, vt vir de quo tanta, & talia numiantur (cum antè requiri, & diſcuti debeant) honoretur.* Vbi Abbas *num.*2. dicit : Nota primò ex textu, quod pendente accuſatione, ſeu inquiſitione contra aliquem, non debet iſte promoueri ad aliquod beneficium, vel officium, vt *in cap. finali*, *ſuprà de teſtibus*, vbi omnino vide : & hoc procedit etiam in dignitatibus ſæcularibus, vt eſt textus *in l. Qui de libertate*, *ff. de liberali cauſa*, & *in lege reus*, *ff. de muneribus*, & *honoribus*, vbi clariùs : & *in l. Qui ſtatus*, *de rem.* Tamburinus *loco citato*, *num.* 6. Samuellius *de electione*, *tract.*1. *diſputat* 6. *controu.*1. *concluſ.*1. ait : Querelatus, cuius querela ſaltem per vnicum teſtem idoneum probata, minimè in Prælatum, vel Canonicum eligi valet, aliàs nulla eſt ipſo iure electio ipſa. Allegat Ghiſlerium *de Iudice Regulari*, *cap.*17. *num.* 85. Nauarrum *conſ.* 22. *de hæreticis*, *num.* 6. Mirandam *de ordine iudiciali*, *q.* 17. *art.* 1. *concluſ.* 2. Sanchez *de matrimonio*, *tom.* 1. *lib.* 1. *diſputat.* 71. *per totam*, Bordonum *in conſiliis Regular. reſolut.* 26. *q.* 7. *num.* 22. & 23. & probat. Quia ad impediendum matrimonium carnale, ſufficit dictum vnius teſtis idonei, *cap. Præterea*, 12. *de ſponſalibus* : ergo ſufficit ad impediendum matrimonium ſpirituale, Prælati ſcilicet cum Eccleſia, vel Monaſterio, quod mediante electione celebratur. Conſequentia patet, quia à matrimonio carnali ad ſpirituale valet argumentum, vti latè probat Barboſa *tractatu locorum communium argumentorum iuris*, *loco ſeptuageſimo*.

Sextò, Religioſus, qui exercuit chirurgiam, 1149
ex qua ſequuta eſt mors, ineligibilis eſt ad Prælatiam. Ita Tamburinus *num.* 7. cum Felino *in cap. Tua nos*, *el* 19. *de homicidio*. Et ratio eſt, quia in dicto textu declaratur irregularis Monachus, qui chirurgiam exercuit aperiens apoſtema in gutture mulieris, quæ poſteà mortua eſt.

Septimò, ſimoniacus eligi non poteſt in Præ- 1150
latum. Tamburinus *num.* 8. *ex cap. Si alicuius*, *de electione*, *el* 59. vbi gloſſa in formatione caſus, *verb. Ratum non habente*, & *verbo illa vice* : vbi etiam Abbas *num.* 2. dicens : Nota primò quod electio ſimoniacè facta, etiam ignorante electo, eſt nulla. Barboſa *num.* 2. vbi ait : Notatur ad hoc, quod ſimonia committitur in electione, ſeu reſignatione per dationem conſanguineorum, electo, vel reſignatario ignorante, ita vt ſit priuatus ipſo iure, & teneatur cedere beneficio vbi primùm ſciuerit, fructuſque etiam bona fide non conſumptos reddere. Allegat Sarnenſ. *de triennali*, *q.* 12. *colum.* 4. & *vlt.* Mayolum *de irregularitate*, *lib.* 5. *cap.* 45. *num.*4. Couarruuiam *in regula peccatum*, *part.* 2. § 8 *numero* 6. *verſicul. Sic qui*, Flaminium *de reſignatione*, *lib.* 14. *q.*7. *num.* 37. & Garciam *de beneſic. part.* 8. *cap.* 1. *n.*8. & 9.

Octauò, periurus declaratus, ineligibilis eſt. 1151
Tamburinus *num.* 10 & ita habetur *in cap. Querelam*, *el* 10. *de iureiurando*, in quo ſic Alexander Papa III. ait : *Quoniam igitur non meremur Eccleſias regere, qui ſunt crimine periurij irretiti, mandamus quatenus, ſi vobis conſtiterit memoratum G. contra iuramentum ſuum non neceſſitate, ſed voluntate ab eiuſdem penſionis ſolutione ceſſaſſe, ipſum à præſcripta Eccleſia remouentes, eam præfato R. reſtituere minimè differatis.* Et ratio eſt, quia periuri ſunt infames, vti ait gloſſa *verb. Crimine periurij irretiti.* Et infamibus portæ dignitatis patêre non debent, *Cod. de dignitatibus*, *l.* 2. *lib.* 12. & *Cod. de infamibus*, *l. vnica*, *lib.* 10. & *de exceſſibus Prælatorum*, *cap. Inter dilectos* : & Barboſa *numero* 2. Notatur (inquit) ad hoc, quod periurus priuatur beneficiis Eccleſiaſticis obtentis. Plures allegat Doctores. Et *num.* 3. explicat de quo periuro loquatur, dicens : Intellige de periuro vero, & proprio, verbi gratia in aſſertorio, in quo ſcilicet veritas non interuenit, & in alicuius iniuriam, & præiudicium factum fuit ; non verò in periurio improprio, & ſecundùm quid, in quo iudicium, aut iuſtitia non interuenit.

Nonò, notabiliter prodigus ineligibilis, & in- 1152
habilis ad Prælaturam eſt. Ita Tamburinus *num.*11. cum Baldo *in cap. Cùm in cunctis*, *de electione*, & *cap. Petrus Diaconus*, 39. *diſt.* & Archidiacono *ibi*.

Decimò, qui aliàs per abuſum poteſtatis laicæ ele- 1153
ctus fuit (ſi tamen ſcienter, & ſponte conſenſit) remanſit ineligibilis ad quamcumque dignitatem. Ita Samuellius *de electione*, *tract.* 2. *diſput.* 1. *contr.* 9. *concluſ.*1. Tamburinus ſæpè citatus *n.*12. Panormitanus *in cap. Quiſquis*, *el* 43. *de electione*, *n.*1 Barboſa *n.*1 vbi Innocentius Papa III. in Concilio Generali Lateranenſi, 412. Epiſcoporum, celebrato anno Domini 1215. ſic decreuit : *Quiſquis electioni de ſe factæ per ſæcularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit, contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſque diſpenſatione*

ſatione ad aliquam valeat eligi dignitatem. Vbi gloſſa *verb. Fiat*, ait: Per hoc, quod dicit *fiat* (quod futuri temporis eſt,) videtur, quod non ipſo iure, ſed per ſententiam debeat ſuſpendi. Et facit ad hoc *infrà de iurepatronatus, Præterea.* Videtur tamen, quod ipſo iure, per id quod ſequitur, *nec abſque diſpenſatione, &c.* & eſt verum quod ipſo iure ſit ineligibilis. Hæc gloſſa, & Barboſa *num.* 3. ait: Verba hæc denotant latam ſententiam à iure, vt per Sayrum *in Claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 26.

SECTIO IV.

Miſcellanea.

Reſoluuntur breuiter multa, & varia ad titulum de Electione pertinentia.

BREVIARIVM.

Axioma.

Res de facili redit ad ſuum priſtinum ſtatum. numero 1168.

Confirmatio.

Electionem confirmare poteſt Prælatus Regularis die feſto, quia licèt ſit actus iudicialis, extraiudicialiter fieri poteſt à Regularibus. n. 1158.

Contradictor.

De contradictore electionis, vide verbo Electio.

Electio.

Non vitiatur electio, ſi antequam celebretur, ab eligendo petatur aſſenſus, dummodo iſte non conſentiat. n. 1154.

Aliquando vtile eſt aſſenſum eligendi requirere. ibid.

Electio Cathedralium, & Regularium ad ſuperiorem deuoluitur, ſi intra ſemeſtre non celebretur: & ſi intra aliud ſemeſtre ille non eligat, ad alium ſuperiorem deuoluitur vſque ad Papam. Limita niſi iuſta non eligendi interueniat cauſa. numero 1157.

Electio fieri poteſt die feſto à Regularibus. numero 1158.

Non redditur nulla electio, ſi in fraudem electi omittitur illius publicatio. n. 1159.

Contra electionem fieri poteſt contradictio ante confirmationem. n. 1160.

Si legitimus contradictor ſe opponat electioni factæ de perſona ineligibili, aut de cuius ineligibilitate eſt graue dubium, non tenetur Monaſterium expenſas litis electo miniſtrare. n. 1161.

Quinam ſint legitimi contradictores electionum. numero 1163.

Quomodo libellum appellationis ſuper electione contradictores formare debeant. n. 1163.

Electio celebrata non ſeruatâ formâ iure humano præſcripta, reiterari poteſt ante Iudicis ſententiam, pendente appellatione. n. 1164.

Eligendi.

Si ante electionem eorum aſſenſus petatur, illum præſtare non poſſunt, & quid reſpondere debeant. numero 1155.

Non eis licet electoribus dicere, Non erimus ingrati. n. 1156.

Expenſæ.

Litis expenſæ ſubminiſtrari non debent indigno electo. n. 1161.

Secus eius contradictori, qui contradicit electioni. n. 1162.

Bene tamen debentur dictis in diſcordia eligentium electis. ibid.

Monacho ſuum Abbatem accuſanti, aut denuncianti, Monaſterium alimenta, & expenſas ſubminiſtrare debet ad litem, & ad ſententiæ executionem. numero 1162.

Filio, & vxori litiganti debet pater, & maritus alimenta & expenſas miniſtrare. ibid.

Dictæ expenſæ repeti non poſſunt, etiamſi quibus ſubminiſtratæ ſunt, ſuccumbant. ibid.

Frui.

Bonis rei frui non poteſt, qui illius non habet poſſeſſionem. n. 1161.

Poſſeſſio, Poſſidere.

Qui venit priuandus per ſententiam, poteſtate, beneficio, aut dignitate, iuſtè poſſidet antequam actu per ſententiam priuetur. n. 1164.

Renunciare.

Iuri ſuo priuato quilibet regulariter renunciare poteſt, & voto, quod ratione iuris priuati habet. numero 1165.

Limita primò in caſu, quo fama renunciantis non leuem iacturam patiatur. ibid.

Limita ſecundò, ſi ex renunciatione Religio, aut Monaſterium damnum patiatur. ibid.

Qui votum habet ex officio publico, illi renunciare non poteſt, nec qui illud habet iure ſtatuti ſuæ Religionis, abſque eius venia. n. 1168.

Renunciatio vocis, ſeu voti actiui, vel paſſiui, in ſcriptis fieri debet. n. 1169.

Prælaturæ nemo poteſt renunciare inconſulto eo, qui illam conceſſit. n. 1166.

Voci ſuæ paſſiuæ renunciare an quis poſſit. n. 1167.

Qui voci actiuæ, vel paſſiuæ renunciauit quando à Superiore non acceptatur, poteſt illam reaſſumere, ſecus poſteà. n. 1168.

Quando quis ex certa cauſa, vel ſub conditione voci renunciat, reuertitur ad iura propria: exemplis declaratur. n. 1168.

Renunciatio ſtricti iuris eſt, & intelligi debet ita vt minus quàm poſſibile ſit, renuncianti noceat. numero 1169.

Non inducitur renunciatio per verba vrbanitatis. ibid.

In dubio non præſumitur quis renunciaſſe. ibid.

Reſtituere.

Re ad priſtinum ſtatum reſtituta, priora iura reſtituuntur. n. 1168.

Simonia.

Pecunia data in acquiſitione iuris ſpiritualis, in damnum, & præiudicium alterius, non ei præiudicat. n. 1159.

Vox.

Collata Magiſtris Generalibus, &c. primariò ob bonum commune Religionis, & ſecundariò ob eorum merita fuit conceſſa. n. 1166.

Quando quis voci ſuæ renunciare poſſit, aut non, vide verb. Renunciare.

ACcedimus iam, Deo fauente, ad vltimam partem, ex quatuor, in quas diuiſimus tractatum de Electione canonica, cuius materiam ſummoperè deſiderabam breuiter, ſed in ſubſtantia diffuſè dilucidatam tradere, ita exigente publica

publica Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Religionum, ac priuata etiam electorum, ac eligendorum neceſſitate. In ea breui manu, quæ conceperim, patefaciam, & prodam per aſſertiones ſequentes.

Assertio I.

1154 Si ante electionis celebrationem, eligendi conſenſus exigatur, non per hoc vitiatur electio, dummodo eligendus non conſentiat illi. Ita Franc. Maria Samuellius *tract. de electione, diſp.7. controu.4 concluſ.4. pag. mihi* 208. Allegat Gofredum, Compoſtillatorem, & Panormitanum *in cap. Cùm poſt petitam, el 46. de electione, in 6.* vt ibi dicitur, & Sigiſmundum à Bononia *de electione, dub.* 41. *num.*4. & hanc reddit rationem. Nam eſt quandoque vtile eligendi conſenſum requirere, ne ſi contingeret, electum poſteà renuere, dignitas vilipendatur, aut Eccleſiæ differatur prouiſio.

Assertio II.

1155 Si ante electionem conſenſus eligendi requiratur, conſentire non poteſt, vt ab electoribus eligatur, ne ambitione notetur, & ne peccet; ſed reſpondere debet: *Nolo quod me eligatis, & ſic rogo*; vel, *Non intendo Dei vocationi reſiſtere*, vel ſe dignum fieri optare, cui tantùm honoris conferatur; vel tandem, illis gratias agere, quod talem ſe iudicent, cui dignitas illa conueniat. Samuellius *vbi proximè, concluſ.*5 Allegat Biaxium *in Directorio electionum, part.*3. *cap.*42. *colum. penult. ad fin. num.*3. Cuchum *lib.*4. *inſtitutionum maiorum, titulo de electione, num.*325. & Sigiſmundum à Bononia *de electione, dub.*41. *num.*5.

Assertio III.

1156 Si eligendus dicat electoribus, ſe non fore ingratum, non committit ſimoniam; huiuſmodi tamen verba ſubornationis ſpeciem præ ſe ferunt, & ideo à viro Religioſo omninò vitanda. Ita Samuellius *dicto tract. de elect. tract.* 2. *diſp.*2. *controu.*2. *concl.*2. cum Soto *de iuſtit. & iure, lib.* 9. *q* 8. *art.*5. *concluſ.*3. Sigiſmundo à Bononia *eodem tract. dub.*57. *§. de ſimonia, num.*2. & Rota *in Britonorienſi penſionis, coram Gypſio*, quam allegat, & ſequitur coram Seraphino *deciſ.*1029.*num* 9. Ratio primæ partis eſt, quia verba prædicta generalia ſunt, & nullum arguunt pactum, & obligationem ciuilem, ſed ſolùm antidoralem, quæ non eſt pretio æſtimabilis.

Assertio IV.

1157 Electiones Prælatorum Cathedralium Eccleſiarum, ac Regularium, celebrari debent intra trimeſtre à die vacationis, iure communi attento, aliàs deuoluitur ad ſuperiorem immediatum electorum; & ſi ab illo intra aliud trimeſtre non prouideatur, à ſuperiore illo ad alium deuoluitur; & ſic vſque ad Papam. Ita Innocentius III. in Concilio Generali, relatus *in cap. Ne pro defectu, el* 4. *de electione*; vbi tamen additur clauſula: *Iuſto impedimento ceſſante*. Et gloſſa *verb. Impedimento*, ait: Et ita non currit præſcriptio contra Canonicos, ſi iuſta cauſa interueniente non eligant.

Aſſertionem tenet Laurentius de Peyrinis *tom.*1. *de ſubdito.q.*1.*cap.*31. *verſic. Noto nonò, pag. mihi* 140. Samuellius *de elect. tract.*1.*diſp.*2.*contr.*17.*concl.*1.*&* 10. cum D. Antonino *part.*3. *ſumma, tit.*19. *cap.* 2. Syluestro *verb. Electio*, 1.*q.*6.*n.*7. Piſanella *eod. verb. §. Intra quod tempus*. Tabiena *ibid. n.*1. Roſella *n.*6. Hoſtienſi *in ſummn, lib.*1.*de elect. §. quo tempore. n.*19.

Assertio V.

Electio, & confirmatio fieri poſſunt à Regularibus die feſto. Ita Samuellius *vbi proximè, con* . . 8. *concl.* 10. Prima pars probatur, quia id nullo iure prohibetur, & habetur etiam in Ordine Carthuſianorum, *p.*2 *ſuarum conſtitutionum, cap.*2. *n.*41 *folio* 14. dicitur: *Sciendum eſt autem, quod quamuis electiones diebus feſtis Eccleſiæ, vel Ordinis licitè fieri valeant, &c.*

Secunda pars probatur, quia licèt confirmatio ſit actus iudicialis, regulariter conceditur apud Regulares extraiudicialiter.

Assertio VI.

Omiſſio publicationis electionis, ſi in fraudem electi fiat, non illam vitiat, & annullat. Ita Samuellius *de elect. tract.*1. *diſp.*7. *contr.*3. *concl.*11. cum Hoſtienſe, & Panormitano *in cap. publicato ſcrutinio, el* 56. *de elect.* & cum Sigiſmundo à Bononia *de elect. dub.*40.*n.*7. Et ratio eſt, quia pecunia data in acquiſitione iuris ſpiritualis, in damnum, ac fraudem alterius, non poteſt ei præiudicium inferre: ita decernente Cœleſtino III. *in cap. Nobis fuit, el* 27. *& in c. Sicut tuis, el* 33. *de ſimonia*. Ergo idem dicendum in noſtro caſu. 1158

Assertio VII.

Ante confirmationem Prælatorum Regularium, contra eorundem electiones, & prouiſiones contradictiones, & oppoſitiones fieri poſſunt. Ita Samuellius *de elect. tr.*1. *diſp* 8. *contr.* 4. *concl.* 1. cum Panormitano *in cap. Cùm in tua, el* 6. *& fin. qui matrimonium accuſare poſſunt*, & *in cap. olim, el* 7. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis* Biaxio *in Directorio election. p.*3.*cap.*45. *n.*3. additione ad Panormitanum *in cap. In Geneſi, n.*10.*litt. B.* & additione ad Geminianum *in cap. ex eo quod, de electione, el* 32. *in* 6. *litt. A.* Cucho *lib.*4. *inſtitutionum maiorum, tit. de confirmatore & confirmati poteſtate, n.*43. & Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.*10. *n.*4. & *dub.*48. *n.*1. 1159

Assertio VIII.

Si quis electus eſt in Prælatum Regularem, & ineligibilis erat ob aliquem defectum ex adnumeratis in ſectione tertia, vel aderat graue de huiuſmodi ineligibilitate dubium, ſi adſit legitimus contradictor, qui ſe dictæ opponat electioni, non tenetur Monaſterium ſic electo expenſas miniſtrare pro lite mota ſuper electionis valore, aut nullitate. Ita Laurentius de Peyrinis *tom.*2. *de Prælato. q.*3. *cap.*1. *§.*4. *num.*129. *fol. mihi* 465. & Samuellius *de elect. tract.*1. *diſput.*8. *contr.*6. *concluſ.*1. cum Speculatore *lib.*3. *tit. de Inquiſitione, §. vlt. num* 8. Archidiacono *in can. Paſtores*, 2. *q.*7. *num.*2. & cum aliis apud Sanchez *in Decalog. tom* 2. *lib* 6 *cap.*12. *n.*16. oppoſitum ſentientem: ſed probatur noſtra aſſertio. 1160

I. Quia ſic electus, nondum confirmatus, non habet poſſeſſionem Prælatiæ, vnde non poteſt illius bonis frui.

II. Quia indignitas, & inhabilitas fouenda non eſt, ſed à Prælatia arcenda.

III. Quia multùm intereſt Monaſterio, & Religioni Prælatos habere dignos, & nullo defectu laborantes.

Assertio IX.

Contradictori, qui ſe opponit electioni, de qua in præcedenti aſſertione, expenſas litis huiuſmodi miniſtrare debet Monaſterium. Ita tenent Peyrinus *dicto n.*129. & Samuellius *concl.*2. *dicta* 1161

controuerſia 6. qui illam ſic ampliat, vt procedat, ſiue contradictores *ius ſuum proſequantur, ſiue Eccleſiæ, ſiue obtineant, ſiue non.*

Probatur aſſertio. I. *ex cap. Ex parte tua, el 12. de accuſationibus*, in quo Alexander III. decernit, quod Monachis, qui ſuos Abbates accuſant, *cùm proprium non habeant, de rebus Monaſterij expenſæ debent neceſſariæ, donec cauſa debitum finem accipiat, miniſtrari.* Et ita docet ibi pluribus citatis Barboſa *num. 1. & ſeqq.* & dixi *in diſquiſitionibus Moral. tom. 2. diſq. 1. dub. 6. num. 25.* Ergo à fortiori debent miniſtrari expenſæ litis, Monacho contradicente electionem indigni in Abbatem electi.

Secundò probatur *ex cap. olim, el 26. eiuſdem tit. de Accuſationibus*; in quo Gregorius IX. Monachis denunciatoribus ſui Abbatis miniſtrari litis expenſas de bonis Monaſterij ſtatuit, dicens: *Prædictis autem Monachis expenſas factas propter hoc, & tribus, vel quatuor ex iſtis, vel aliis, quos idoneos ad dictum negotium proſequendum duxeritis aſſumendos, faciatis de bonis eiuſdem Monaſterij: & faciendas expenſas ad proſecutionem ipſius negotij neceſſarias, competentis, ſi quas propter hoc receperunt, de bonis Monaſterij, cùm proprium non habeant, miniſtrari.*

Hæc textus. Barboſa autem *ibi num. 2.* dicit: Notatur ad hoc, quod Monachus accuſans Abbatem, habet de bonis Monaſterij expenſas, non ſolùm ad proſequendam litem, ſed etiam pro illa exequenda, vt per Palatium *in repetitione cap. Per veſtras, de donationibus inter virum, & vxorem, §. 39. num. 2.* vbi dicit, hunc textum intelligendum, quando lis mouetur ad vtilitatem Monaſterij principaliter, & mediatè. Sic etiam vxori, & filio litiganti tenetur maritus, & pater alimenta præſtare, vt docet Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 2. num. 45.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 33. num. 27. cum ſeqq.* & *cap. 236. à num. 34.* & huiuſmodi ſumptus, & expenſæ non poſſunt repeti, etiamſi quis ſuccumbat. Steph. Grat. *locis proximè citatis*, prout etiam de alimentis præſtitis lite pendente, reſoluit Surdus *de alimentis, tit. 6. quæſt. 20. n. 1.*

Tertiò probatur ratione. Quia qui ſe opponit electioni perſonæ indignæ, duci zelo boni Monaſterij, & Religionis, ac communis videtur, ne ſcilicet quis in Prælatum eligatur, non ſolùm contra Religionis ſtatuta certa, vel dubia, ſeu contra morem Religionis, quod ſufficere docent Peyrinus, & Samuellius; ſed etiam contra ius canonicum, & diuinum, iuxta à nobis prolixè in ſuperioribus tradita ſectionibus. Ergo illi expenſæ miniſtrari debent, aliàs cùm proprium non habeant, peribit ius proprium, & Monaſterij.

Quod, ſi petas, *an teneatur Monaſterium miniſtrare expenſas electis in diſcordia, dignis tamen?* Dico, quod ſic, cum Antonio Naldo *in ſumma, verbo Religioſus, num. 2.* vbi in ſequentia prorumpit: Religioſis electis in diſcordia ipſorum eligentium, quamuis prima facie non debeantur eis debitæ impenſæ à Monaſterio, pro iure ſuo proſequendo, verius tamen eſt contrarium, quia aliàs non poſſunt actiones ſuas tueri, ex deciſione Rotæ.

Assertio X.

1163 Legitimi contradictores ſunt, & ſe opponere poſſunt electionibus, & prouiſionibus Prælatorum Regularium, non ſolùm electores, qui electioni illi non conſenſerunt; ſed etiam ſubiecti, & quos Monaſterij illius cura tangit. Ita Samuellius *tract. 1. diſp. 8. controu. 8. concluſ. 1.* allegans Geminianum *in cap. Vt circa, §. 1. de electione, el 4. lib. 6.* Felinum *in cap. ſuper his, num. 14. & 15.* poſt Ananiam *de accuſationibus*, Follerum *in praxi criminali can. p. 2. indic. verſic. Aut criminibus ſpecificatis, num. 6.* Cuchum *Inſtitution. maior. lib. 4. tit. de Confirmatore, num. 33.* & Sigiſmundum à Bononia *de electione dub. 48. numero 6.* Ita etiam gloſſa *in dictum cap. Vt circa, verbo Aliqui*, dicens: Quorum intereſt, vt quia Canonici Parochiani, vel Patroni, *16. q. 7. Filiis.* Dixit Garcia, quod Romana Curia quemlibet Clericum de Diœceſi, vel ciuitate admittit contra electum Epiſcopum, ſiue beneficiatus ſit, ſiue inde oriundus, ſi vult obiicere in perſonam: contra formam autem non niſi Canonicos admittit. Hactenus gloſſa.

Aduertere debent appellantes ab electione, poſtulatione, vel prouiſione Prælati, vel contra perſonas electas, &c. quod tenentur exprimere in inſtrumento, ſiue in litteris ſuper appellatione confectis, omnia, & ſingula, quæ obiiciunt contra formam, vel perſonam; & ſimul iurare, quod credunt ea eſſe vera, & ſe poſſe illa probare. Alioquin opponentes non poterunt, nec tempore appellationis interpoſitæ, vel poſteà obiicere aliqua in huiuſmodi litteris non contenta, niſi forſan eſſent aliqua de nouo emerſa, vel quæ, licèt antiqua, veriſimiliter tamen conſtet, quod tempore appellationis potuerunt ignorari; teneantur autem appellantes hanc ignorantiam per iuramentum probare. Ita ſtatuitur à Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunenſi, ex quo deſumpta eſt dicta Decretalis, *Vt circa*, & docent Peyrinus *tomo 1. de ſubdito, q. 1. cap. 31. §. fin.* Barboſa *in dict. cap. Vt circa, num. 1. & 2.* cum Sigiſmundo *vbi proximè, à num. 11.* & aliis.

Assertio XI.

Electio elaborata non ſeruatâ formâ, ſolùm iure humano præſcripta, reiterari poteſt ante iudicis ſententiam, ab eiſdem electoribus, etiam pendente appellatione interpoſita à minori electorum parte, ad quam deuoluitur eligendi poteſtas. 1164
Hanc aſſertionem tenet noſter Abbas Panormitanus, Nicolaus Tudeſchus, *in cap. Quia propter, § Niſi, num. 5. el 42.* de electione, cum Innocentio, Compoſtellano, & Ioanne Calderino, Samuellius *de elect. tract. 1. diſput. 1. controu. 7. concl. 4.* eiſdem citatis Ancharano *conſ. 145. num. 3.* Romano *conſ. 183. num. 9. verſic. Reſpondeo*, Caſtro *conſ. 347. num. 1. verſic. Poſito.* Angelo *verbo Electio, num. 3.* Syluestro *eod. verb. q. 2.* Tabiena *num. 3.* Menochio *conſil. 67. num. 30.* Tiraquello *in l. Si vnquam, verbo Reuertantur, Codice de reuocandis donationibus.* Tuſcho *litt. E, concl. 76. num. 5.* Sigiſmundo à Bononia *de electione. dub. 3. num. 19.* & aliis.

Et ratio eſt, quia cùm quis venit priuandus poteſtate, aut beneficio per ſententiam, iuſtè poſſidet antequam priuetur, præſertim cùm poſſit ante ſententiam cum eo diſpenſari. Ergo ante priuationem iuſtè poſſidebant Electores præfati ius eligendi, & per conſequens iuſtè iterare poſſunt electionem, nec tenentur ius ſuum omittere, propter appellationem, & contradictionem interpoſitam; quia non tenentur vlli ius omittere ſuum propter ſententiam priuationis, quæ poſſit fieri in futurum. Ius enim, vt inquit Abbas, non ſine myſterio

noluit

noluit iſtos eſſe in continenti priuatos, ſed priuandos. Ergo authoritate iuris poſſunt interim vti poteſtate ſua, quia noluit ius eos ipſo facto priuari.

Assertio XII.

1165 Qui habet vocem ratione iuris priuati, illi renunciare poteſt. Ita docet Iacobus Raggius *de regimine Regularium, tract.9. cent.2. dub.178. concl.1.* Samuellius *de elect. tract.1. diſp.2. controu.16. concl.3.* cum pluribus, quos vterque allegat. Et ratio eſt, quia quilibet renunciare poteſt iuri ſuo, *l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. Tuis, § Niſi, el 39. de Teſtibus; cap. Ad Apoſtolicam, de Regularibus, cap. Si de terra, de priuilegiis.* Tiraquel. *de iure primog. q.24. num.4.* Socinus *regula* 8. Thomas de Thomaſſet *in Floribus legum, reg.* 58. Azorius *Inſtitut. Moral. part. 1. lib.5. cap.22. quaſt.10.* Cardinal. Tuſchus *tom.6. litt. R, concluſ.170.* Suarez *de legibus, lib.8. cap.33.* Ergo qui habet vocem actiuam, & paſſiuam ratione iuris priuati, illi poteſt renunciare.

Duas patitur aſſertio limitationes. *Prima* eſt, quando ex vocis renunciatione non leuem famæ renunciantis iacturam pateretur. Ita Raggius cum Sigiſmundo *de elect. dub.14. num* 4. affirmante, id eſſe apud omnes certum, & Samuellius. *Secunda* eſt, quando ex renuntiatione damnum ſequeretur Religioni, aut Monaſterio, vt ſi elector, obſeruantiæ Regularis cultor, ab eligendo ſe abdicaret, ac poteſtas eligendi penes alios laxioris diſciplinæ amatores, & ſequaces remaneret: vel ſi ex illius vocis defectu electio in indignum eſſet dirigenda, ſeu in minùs dignum quidem, quàm illo ſuffragante eligeretur. In quo quidem caſu loquutus eſt Abbas *in cap. Quia propter, n.4. de electione,* dum dixit: *Illi, qui nolunt intereſſe, non debent compelli, niſi Eccleſia interſit; nam propter intereſſe Eccleſia poterunt compelli.* Sic Panormitanus communiter receptus.

Et venit adnotanda Silueſtri doctrina, quam recenſet Raggius ex illo, *verbo Conſenſus, q. 3. in fine, & verbo Electio, 1. q.5. dicto* 5. ſub hoc tenore: Et ſic malè faciunt, qui permittunt eligi indignos, vel inſufficientes, renunciantes voci ſuæ, ne noteutur, vel alio humano reſpectu: & poſſet facilè hoc eſſe peccatum mortale, grauitas verò, & leuitas huius culpæ, metienda eſt ex leuiori, vel grauiori detrimento prædicto.

Assertio XIII.

1166 Qui habet vocem ex officio publico, vt ſunt Abbates, Priores, Guardiani, Diffinitores, & huiuſmodi (ac in noſtra Congregatione Magiſtri, & Prædicatores Generales, & alij expreſſi in conſtitutione S. Facundi, & in conſtitutione Pauli V. illam confirmante,) non poteſt ei renunciare voci. Ita Raggius *vbi proximè, concluſ.2.* cum Couarru. *in cap. Quamuis pactum, p.2. §.1. num.5. & 6.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio, p.1. cap.1. à n.2. & cap.16. num.50.* Suarez *de legibus, lib. 8. cap.6. à princ.* Nauarro *de fine humanor. actuum, num.29.* Samuellius *loco citato, concl.2.* cum Felino *in cap. ſi diligenti, num.17. de foro competenti,* Rota *deciſ.269. in fine, part.2. recentior. & deciſ.441 num.8.* coram Ludouiſio, poſteà Greg. XV. & Deciano *conſ.19. num. 60.* dicente apud Tuſchum *littera R, concluſ.171. num 11. iure Prælationis non poſſe quempiam renunciare, inconſulto eo, qui Prælationem conceſſit, & dignitatem. Pari modo* (addit Samuellius) *nequit elector ſua renuntiare voci, quam à iure ſanctorum ſua Religionis habuit, ſine eiuſdem venia.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi ius ſuffragandi non eſt illis conceſſum in proprium fauorem, & vtilitatem, ſed in gratiam officij, & boni publici Religionis.

Nec valet ſi dicas, vocem conferri Magiſtris, & Prædicatoribus Generalibus, in præmium laborum ſuorum, & in ſuorum meritorum gratiam. Quia licèt hoc verum ſit, præcipuus finis Religionis in conceſſione ſuffragij, quo huiuſmodi Prædicatores, & Magiſtri gaudent, eſt bonum commune Religionis, quæ illis iniungit tanquam proprium officium, obligationem dandi operam ſtudio ſacrorum Canonum, Conſtitutionum, Priuilegiorum Apoſtolicorum, vt inſtruere, & illuminare valeant noſtram Congregationem in ſuis generalibus comitiis, valeantque Patres ea diſponere, quæ ad bonum regimen Religionis magis expediant; quod difficile foret, & penè impoſſibile, ſi deeſſent præfatis comitiis deſtinatæ perſonæ graues, & doctæ, quæ ſcientiâ prædictorum pollerent: & ni fallor, vox fuit etiam Magiſtris Salmaticenſibus, & Concionatoribus Regiis conceſſa in dicta conſtitutione S. Facundi, & in Pauli V. Breui, pro illius confirmatione, ob eundem finem. Prouidè enim noſtra Religio huiuſmodi viros doctos ſibi aſſeſſores conſtituit, quos conſuleret pro recta reſolutione in ſuis decretis captanda.

Assertio XIV.

Quæ dicta ſunt in duplici aſſertione præcedenti, procedunt etiam de voce paſſiua, ita vt cuilibet liceat, iure priuato attento, illi renunciare; ſecus verò attento iure publico, & communi Religionis, ſeu Monaſterij. Primam huius aſſertionis partem defendit Raggius *dicto dub. 178 concluſ.1* ex iuribus, & Doctoribus ſuprà *num.1165.* recenſitis, & ex Baldo *in cap. Cum omnes, num.14. de conſtitutionibus,* Abbate *in cap. in Geneſi, num.10. de electione,* Angelo *verb. Electio. num* 19. Armilla *verbo eodem, num.* 20. Sigiſmundo à Bononia *de electione, dub.* 13. *num.*4. Miranda *in Manuali Prælator. tom.2. q.23. art.6. concl* 5. Tabiena *verb Electio, num.*12. Et ratio eſt, quia quilibet renuntiare poteſt proprio fauori. Secundam verò partem tenet idem Raggius *dub. eodem. concluſ.2.* cum Emman. Roderiquez *tom.1. qq. Regular. q.13. art. 9.* & Miranda *vbi proximè, q. 22. art 5. concl.2.* Et ratio eſt, quia æquè præiudicat bono publico, voci paſſiuæ renunciare, ac voci actiuæ. Et quia ſi iuri prælationis non poteſt quiſpiam renunciare inconſulto eo, qui prælationem conceſſit, & dignitatem, vti ex Deciano *conſil.19. num.60.* refert Cardinalis Tuſchus *litt. R, concluſ.171. num.11.* apud Samuellium *de electione, tract.1. diſp.2. controu.16. num.7* neque poterit renuntiare quis voci paſſiuæ ſibi in boni communis, & publici fauorem conceſſæ.

Assertio XV.

Voci ſuæ, tam actiuæ, quàm paſſiuæ renunncianti integrum eſt illam reaſſumere, quandiu à ſuperiore non acceptatur; ſecus verò poſt Prælati acceptationem. Ita docet Samuellius *dicta controuerſia 16. concluſ.5.* Raggius *dub.179.* cum Baldo *in cap. licèt, n.8. de electione,* cum Gloſſa, Ioanne Andrea, Archidiacono, Geminiano, Francho, & Ancharano *in cap. licèt is qui. el 7. de procuratoribus, lib.6.* Sanch. *de Matrim. lib.8. diſp.32. n.2.* Moneta *de commutatione* 1168

vltimarum voluntatum, *cap.* 8. *num* 845. Sigiſmundo à Bononia *de electione*, *dub* 15 *num* 8. Ratio primæ partis eſt, quia res reddit de facili ad priſtinum ſtatum, Samuellius, & Raggius *ex l. Filio quem pater*, *ff. de liberis*, *& poſthumis*. Seraphino *de priuilegiis iuramenti*, & Gratiano *diſcept. forenſium cap.* 544. *num.* 31. Auguſtinus Barboſa *tract. de Axiomatibus*, *axiom.* 199. *num.* 13. *ex dicta l. & can. Ab exordio*, *mox citando*, ex Seraph. *loco citato. priuil.* 58. *num* 8. & ex dicto Gratiano, & reſtituta re ad priſtinum ſtatum, priora iura reſtituuntur. Gloſſa *in can. Ab exordio*, *verbo Ad*, 35. *diſtinct.*

Quando quis tamen renuntiat voci ſuæ, ex certa cauſa, vel ſub conditione, cauſa, vel conditione non impleta, reuertitur ad iura propria. Sic docet Raggius *dub.* 179. *allegato*, cum Cranetta *conſil.* 127. *num.* 13.

Ex quo ſequitur I. quod quoties vocalis renunciat iuri ſuffragandi in tali electione particulari determinata, tali die celebranda, ab eodem ſpecificato, ſi eadem electio differatur ad alium diem, poteſt in illo ſuffragari, & debet ad eandem admitti electionem. Ita Raggius *vbi proximè*. Et eſt ratio, quia renunciatio fuit cooditionata, & ad tale tempus ſolùm determinara.

Secundo ſequitur, quod quando quis renunciat iuri ſuffragij in tali electione, non ſimplieiter, ſed cum hac limitatione, *pro hac vice tantùm*, excundo de Capitulo, caſu quo nullus ſit legitimè electus ex vi actus, quem celebrarunt pro illa vice electores, etiamſi eadem die ad electionem procedatur aliam, poteſt in ea ferre ſuffragium, ſi vult, & debet admitti. Ita Raggius. Ratio eſt, quia renunciatio non fuit pura, ſed conditionata, *pro illa vice*: tunc autem renunciatio eſt pura, quando in totum, ſimpliciter, & abſolute fit. Videatur Hoſtienſis *titul. de Renuntiation. cap. Niſi cùm pridem*, *num.* 47. *& ſequent.* textus ciuiles, & Canonicos allegans.

Tertiò ſequitur, quod ſiquis ſic voci ſuæ renunciet, *Renuncio electioni*, *quandiu Eccleſia vel Conuentus hac vice vacauerit ſuo Prælato*; in ſecunda vacantia einſdem Eccleſiæ, vel Conuentus, & in ſubſequentibus etiam ſuffragari poterit, & non poterit ab aliis impediri electoribus. Sic Raggius ex ſæpè reddita ratione, quia renunciatio non fuit pura, ſed conditionata.

Quartò ſequitur, D. Michaëlem de Aualos, qui renunciauit dimidio beneficio, quod poſſidebat per multos ab illine annos in Eccleſia loci de Mendauia, vt per Domnum Abbatem, Hyrachenſis Cœnobij Patronum, Rectorem proprium, & Collatorem ordinarium einſdem Eccleſiæ, ei conferretur, iuxta tunc vigentem praxim, integrum beneficium in eadem Eccleſia vacans per obitum D. Michaëlis de Gunni, liberè poſſe ad priſtinum dimidium beneficium reuerti, & illud reaſſumere, eo quod ex parte Capituli illius Eccleſiæ, & incolarum dicti loci, ſit ei impedimentum appoſitum, ne apprehenderet integri beneficij poſſeſſiooem; & non poſſe ab aliquo impediri ſuper huiuſmodi reaſſumptione.

Hoc corollarium firmatur authoritate omnium doctorum, qui receoſiti manent pro aſſertione. Firmatur & rationibus tactis.

Prima, quia res facilè redit ad ſtatum priſtinum. Iura, & Doctores citat. Et re ad priſtinum ſtatum reſtituta, priora iura reſtituuntur. Gloſſa *in can. Ab exordio*, *citat.*

Secunda, quia quando quis renunciat ex certa cauſa, illâ non impletâ, reuertitur ad propria iura. Raggius, & Craueta *locis citatis.*

Tertia, quia renunciatio D. Michaëlis non fuit abſoluta, ſed conditionalis, ſaltem implicitè, vt ei integrum conferretur beneficium. Sed noo impletâ conditione reuertitur renuncians ad propria iura. Raggius, & Craueta. Ergo D. Michaël de Aualos reuerti poteſt ad ſuum primum beneficium, illudque reaſſumere.

Vlteriùs firmatur ex dictis ſuprà *num.* 775. Quia electus, qui ante confirmationem contulit Beneficia, quæ anteà habebat; ſi non confirmetur, eo quod electio fuerit annullata, ad ſua beneficia redire poteſt. Compoſt. Ioaones Andreas, Anan. Panormitanus, & Barboſa. Ergo à paritate rationis idem erit dicendum in ſimili noſtro caſu.

Assertio XVI.

Voci ſuæ actiuæ, aut paſſiuæ renuncians, id 1109
agere debet in ſcriptis, & expreſsè. Docet Samuellius *de elect. tractat.* 1. *diſput.* 2. *contron.* 16. *concluſ.* 4. cum Decio *conſil.* 308. *num.* 8. & *conſil.* 379. *num.* 4. Socino Senenſi *conſilio* 93. *num.* 10. *lib.* 3. Butrio *conſ.* 397. *num.* 44. Hond. *conſil.* 19. *num.* 93. *& ſeq. lib.* 1. Baldo *in cap. Ad hac*, *numero* 11. *de ſequeſtratione poſſeſſionum*, *& fructuum*: Tiraquello *de retract. lignag.* § 38. *gloſſa* 2. *num.* 59. Sigiſmundo à Bononia *de electione*, *dub.* 15. *num.* 7. & cum Rota *deciſ.* 636. *num* 6. *part.* 5. *recent.* & *deciſ.* 471. *num.* 5. *iuncta deciſ.* 383. *part.* 2. *recent. deciſ.* 669. *in fine*, & *deciſ* 782. *num.* 4. *&* 5. *ead. part.* 2. *recent. deciſ. in Bononienſi hæreditatis de Armis*, 2. *Decembris* 1622. *coram Merlino*, *circa finem*, & *deciſ.* 43 *numero quinto*, *coram Coccino Decano.*

Et ratio aſſertionis eſt, quia renunciatio ſtricti iuris eſt, & intelligi debet ita vt minùs noceat renuncianti, quàm poſſibile ſit, verbis renunciationis attentis: & ad ea non trahitur renunciatio, quæ expreſſa, & ſignificata non ſunt, niſi adſint coniecturæ ita vrgentes, vt aliud credi non poſſit. Vnde in dubio non præſumitur quis iuri ſuo renunciare: & omnis interpretatio admittenda eſt, vt talis excludatur præſumptio: & neque renunciatio per verba ioducitur vrbanitatis.

Explicit paragraphus XSIS. in quo agere promiſimus de electione canonica; tractatu certè noſtræ Congregationi, & omnibus aliis Religioſorum familiis pervtili, & apprimè neceſſario, ac ſcitu, & vt de Prælatorum manibus non cedat, digniſſimo. Quia tamen noſtra Congregatio in aliquibus, ex ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ conceſſionibus, formam electionis in iure communi præſcriptam non obſeruat, infrà, quoad nos, iterum redibit de eadem materia ſermo, ad conſtitutionem Pauli Papæ V. Proſequamur interim Bullæ Alexandri IV. expoſitionem.

§.

BREVIARIVM.

Clauſura.

Sub nomine clauſuræ Regularium immunitate Eccleſiaſtica gaudentis, veniunt non ſolùm Monaſteria, grangiæ, & alia loca; ſed omnia quæ infra ſepta ſunt, etiam horti, viridaria, vineæ, & olineta, quamuis ianuam habeant per quam ad illa intrari poſſit, abſque domus ingreſſu. n. 1575.

Dictio,

Dictio.

Prohibemus, *includit præceptum, & reddit ipſo facto nullos actus contra prohibitionem factos.* numero 1174.

Excommunicatio.

Excommunicatio Papæ reſeruata, per varia priuilegia eſt inflicta præſumentibus perturbare bona, iura, & loca Regularium, res, perſonaſve, in eis capere, aut violentiam inferre, à numero 1171. ad 1173.

Violentia iſta completur, ſi impediantur in eis fabricam facere. num. 1182.

Immunitas.

Quid ſit immunitas, & vnde dicta, declaratur. num. 1177.

Effectus immunitatis Eccleſiaſticæ recenſentur. numero 1178.

Non ſolùm Monaſteria, ſed grangiæ, & alia loca Regularium intra ſepta illorum exiſtentia, immunitate Eccleſiaſtica, & eius effectibus gaudent. à num. 1170. ad 1182.

Qui in illis hominem capit, aut rem, vel facit violentiam, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam. à num. 1171. ad 1182.

Regulares tenentur recipere delinquentes ad ſua loca confugientes; & ſi eos excludunt, contra iuſtitiam peccant. num. 1179.

Limita in caſu, quo immodeſtè ibi ſe gerant, & admoniti non emendentur. n. 1180.

Rei, qui extracti è manibus ſatellitum ad locum ſacrum, & immunitate gaudentem confugiunt, illa gaudent, & qui è carcere fugiunt. n. 1181.

Loca Regularium.

Grangiæ, & omnia alia Regularium loca immunitate gaudent Eccleſiaſtica. Vide verbo Immunitas.

Priuilegia.

Noſtra Congregatio gaudet priuilegiis conceſſis aliis Congregationibus, & Ordinibus. n. 1173.

1170 Pacique, & tranquillitati veſtræ, &c. Simile priuilegium, in quo prohibetur rapina, furtum, ignis appoſitio, ſanguinis effuſio, hominis captio, aut aliqua violentia, conceſſum reperio locis Patrum Eremitarum Sancti Auguſtini, in eorum Mari Magno, §. 27. & ſub eodem tenore verborum, 7. Idus Februarij 1474. per Sixtum Papam IV. compilato anno eius 4. quod habetur apud Emman. Roderiquez inter huius Pontificis conſtitutionem, *la* 34. & expoſitum circa eumdem §. à Magiſtro Ioanne Bapt. Lezana *tom.* 3. *à num.* 84. quem in præſenti ſequi libens elegi; & non eſt diſſimile quod Eugenius III. noſtris Ciſtercienſibus conceſſit anno 1152. *in conſt. Sacroſancta,* in Bullario ſuæ Congregationis, *la* 3. ibi: *De cætero, quia propoſitum firmum habetis habitationis veſtræ loca extra conuerſationem ſæcularium eligendi, grangias veſtras, ſicut & atria Eccleſiarum à prauorum incurſu, & violentia liberas, & quietas fore ſtatuimus, & vt nullus ibi hominem capere, ſpoliare, verberare, aut rapinam exercere præſumat, in virtute Sancti Spiritus inhibentes.* Meminit Diana Coordinatus *tom.* 4 *tract. de Oratoriis, reſ.* 12. *n.* 4. huius conſtitutionis.

1171 Circa hoc igitur priuilegium aduertere duxi, quod licèt in eo non inſtigantur pœnæ illud violantibus, infliguntur tamen in aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis illis in iiſdem materiis aduerſantibus. In primis Eugenius Papa IV. Congregationi Montis Oliueti conceſſit, quod quæcumque *perſona bona mobilia, ſeu immobilia, poſſeſſiones, domos, molendina, aquas, piſcarias, iura, iuriſdictiones, & alia quæcumque ad præfatam Congregationem, & illius Monaſteria pertinentia perturbare, vel fatigare præſumpſerit, niſi infra tres dies poſtquam huius indulti certior facta fuerit, ſe correxerit, aut debitam cautionem de reſtituendo, & ſatisfaciendo præſtiterit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua, niſi à Summo Pontifice, aut in mortis articulo beneficium abſolutionis nequit obtinere.* Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 19. *n.* 51. refert ex compendiis Ciſtercienſium, & Societatis IESV, ex Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 38. *art.* 7. & Laurentius de Portel. *in dubiis Regularium, verbo Bona, num.* 1. *pag. mihi* 80. Idem priuilegium conceſſit Eugenius ipſe Congregationi Sanctæ Iuſtinæ, *in conſtitutione Etſi ex debito, la* 6. *noſtri Bullary authentici* ſub die 7. Kalendas Martij, anno 1434. Peyrinus *de priuilegiis, tom.* 1. *ad conſtitut. Pyrrhi,* § 7. *num.* 33. ait: Aduerte etiam, quod occupantes, infringentes, vel aliquam violentiam facientes prædictis grangiis, vel aliis locis Fratrum, ſunt ipſo facto excommunicati, & abſolutio eſt reſeruata Papæ per priuilegium Leonis X. de quo Rodriguez *loco cit.* (*tom.* 2. *qq. Regular. q.* 75. *art.* 1.) & Iulij II. de quo nos infrà, in Iulio II. *conſtitut. eius* 1. §. 17. & Pauli V. de quo *in compend. Congregat. S. Mariæ Fulienſis, tit. Bona Congregationis,* §. 6. Videatur Concilium Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. *de reformat.* & aduerte, quod ad iſtam excommunicationem incurrendam requiritur, quod occupantes, &c. ſint moniti huius priuilegij. Hactenus Peyrinus.

Idem Lezana *eodem num.* 51. refert Iulium II. 1172
ſimilia concedentem, præcepiſſe omnibus fidelibus, vt nemo ipſorum bona Ordinis Sancti Auguſtini occupare, ſeu damnificare auderet; quod tam de attinentibus ad perſonas Fratrum, quàm de pertinentibus ad loca, ſeu conuentus, & poſſeſſiones eorumdem, intelligi voluit; & quod ſi contrarium facientes admoniti à Fratribus prædicti Ordinis, non reſtituerent omnia integrè, aut vexare deſtiterint infra tridui ſpatium, excommunicationis ſententiam incurrant, à qua non niſi per Summum Pontificem abſolui poſſint. Allegat Caſarrubium *in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo Bona, n.* 10. & Roderiquez *vbi proximè.* Addo Portellium *loco citato, in additionibus, n.* 3. *p.* 83.

Et *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Monaſteria Regularium,* 1173
n. 14 refert ipſe Lezana Clementem IV. apud dictum Caſarrubium, *verbo Monaſteria, n.* 7. conceſſiſſe Minoribus priuilegium, quo inhibuit, vt nullus Eccleſias, aut Monaſteria, ſeu loca Fratrum auſu temerario præſumeret infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere. Ac voluit quod illi, qui ſecus facere præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrerent ipſo facto, à qua non poſſent abſolui, niſi per Sedem Apoſtolicam, aut per Conſeruatores eidem Ordini deputatos. Et addit hoc priuilegio gaudere alios Religioſos, cum ipſis communicationem priuilegiorum habentes; quo certè, ſicut & aliis recenſitis, & ſimilibus, Prædicatoribus conceſſis, apud Confettium *in collect. litterarum Apoſtolicarum,* per Clementem IV. *Bulla* 6 & per Benedictum IX. *Bulla* 1. noſtra gaudet Congregatio, vti dictum relinquimus, & quodlibet illius Cœnobium, & locus. Conſtat ex Conſtitutionibus Eugenij IV. *Etſi ex debito, n.* 21. *la* 7. *Bullary noſtræ Congregationis:* & , *Beatiſſime Pater, n.* 14. *la* 44. ex Alexandri VI. conſtitutione, *Inter cæteros, n.* 3. *la* 21. & ex alia Clem. VIII. *Romanus Pontifex, n.* 2 *la* 123.

Pp 3 *Prohibe*

1174 *Prohibemus.* Iſta dictio præceptum importat. Barboſa *tract. de dictionibus, dict.* 288. *num.*1 ex Butrio *in cap. Nam concupiſcentiam, in fine, de conſtitutionibus*, vbi Abbas *num.*5. Felinus *num.*5. Euerard. de Næuo *num.* 22. Gutierr. *canonic. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 21. Euerardus *loco Ab æquipollente, num.* 11. Saytus *in Claui Regia lib.* 3. *cap.*7. *num.*27. Azorius *Inſtitut. Moral. p.*1. *lib.*5. *cap.*16. *q.*5. Sanchez *in Decalogum, tom.*2. *lib* 6. *cap.*4. *n.* 34. & vim habet reddendi ipſo iure nullos actus contra prohibitionem factos, licèt lex non procedat vlteriùs illos irritando. Barboſa *ibidem*, cum Caldas Pereyra *qq. Forenſium conſ.*19. *num.*52.

1175 *Infra clauſuras locorum.* Notetur ad hoc, quod ſub nomine *clauſura*, omne venit, quod intra ſepta Monaſterij, grangiæ, domus, aut loci ſunt, tam Eccleſia, clauſtra, officinæ, quàm horti, viridaria, Oliueta, vineæ, etiamſi ianuam habeant, per quam ad illa intrari poſſit, abſque ingreſſu Monaſterij, grangiæ, &c. Ita docet Lezana *in ſumma quæſtionum Regular. part.*1. *cap.*10. *num.*11. *tom.*2. *part.* 3. *verbo Immunitas, num.*3. & *tom.*3. *ad Mare magnum Seruitarum, circa* §. 57. *num.* 182. cum Nauarro *lib.*1. *conſiliorum, tit. de Regularibus*, in prima editione *conſil.*16. in ſecunda verò *tit. de verborum ſignificatione, conſil.*5. & cum Thoma Sanchez *vbi proximè, cap.*17. *n.*15. Ita & Peyrinus *de priuilegiis, tom.*1. *ad conſt.* 6. *Iulij II. num.*12. cum dicto Nauarro, Ioannes de la Cruz *lib.*1. *de ſtatu Religion. cap.* 5. *dub.*1. à Sorbo *in compendio, verbo Ingredi, verſiculo Secundò, quia dixi, pag.* 362. Moronus *reſp* 86. *num.* 19. dicens: Ad rem noſtram ſpectat intelligere quid veniat ſub illis verbis: *Septa Monaſterij, ſeu Conuentus.* Septum igitur, dicitur illud, quod ſepit, ſeu circundat Monaſterium, ſeu Conuentum. Dum ergo addit *ſepta*, non ſolùm includit Conuentum, & Monaſterium, ſed extenditur ad omne illud, quod circundatur ſepto, ſeu ſepe circumpoſita. Poteſt autem hoc intelligi, vel de iure, vel de conſuetudine. De iure eſt id, quod ſepto circumuallatur; conſuetudine quidquid à Superioribus præſcribitur, vltra quod ſine eorum licentia non licet progredi. Hæc ille.

Et ratio eſt, quia omnia recenſita verè ſunt partes Monaſterij, grangiæ, aut domus, & communiter ſic habentur in praxi: ſecus autem dicendum erit de hortis, viridariis, vineis, aut aliis prædiis à Monaſteriis, grangiis, ſeu à domibus ſeparatis; omnia enim hæc, aut eorum aliquod, quoad præſens inſtitutum, neutiquam ſub clauſura cadit, nec cadere poteſt, niſi ad illud immediatè pateat aditus per domum. Idem Lezana *dicto cap.*10. *n.*11. cum Emmanuele Roderiquez *in expoſitione motus proprij Pij Papæ V. Regularium perſonarum*, *editi anno* 1570. *num.*1.

1176 Circa id, quod in conſtitutione Alexandri, quam expendimus, & in Eugeniana pro Congregatione Ciſtercienſi, tangitur de captione alicuius in grangiis, & aliis locis, quod pertinet ad immunitatem Eccleſiarum, aduertit bene Lezana *ad Mare Magnum Eremitarum S. Auguſtini*, §. 27. *n.*80. limitanda eſſe iſta priuilegia, & alia ſimilia, iuxta moderationem factam à Gregorio XIV. in conſtitutione *Cùm aliàs*, quam caſeripſi *tom.*1. *Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, tract.*1. *diſq.*7. *pag* 37.

1177 Quod ſi quæras, *quid ſit immunitas Eccleſiaſtica*? Reſpondeo cum Thoma Delbene *de immunitate, part.*1. *cap.*1. *dubit.*1. immunitatem dici, quaſi muneris vacationem, prout munus inter alia ſignificat onus, cuius remiſſio, ſeu liberatio immunitatem præſtat, *l. munus, ff. de verborum ſignificat.* & *leg.*1. *ff. de iure immunitatis.* Quapropter immunitas Eccleſiaſtica definitur. *Eſt ius, quo loca, res, vel perſona Eccleſiaſtica à communi onere, ſeu obligatione libera, & exempta ſunt.* Et ideo alio nomine vocari ſolet *libertas*, ſeu *exemptio Eccleſiaſtica*, argumento capitis *Aduersùs, de immunitate Eccleſiaſt.* & tradunt Syluester *verbo immunitas, in principio*, Couarruu. 2. *reſolut. cap.*20. Ioannes Lupus *de libertate Eccleſiaſtica, part.*2. *q.*11. Suarez *de immunitate Eccleſiaſt. lib.*4. *cap.*1. & *de cenſuris diſp.* 21. *ſect.*2. *num* 89. Azorius *Inſtitut. Moral. part.*2. *lib.*9. *cap.*8. & alij paſſim Doctores.

1178 Quod ſi iterum quæras, *vtinam ſint immunitatis Eccleſiaſticæ effectus*? Reſpondeo cum Lezana *tom.*2. *part.*3. *verbo Immunitas Eccleſiarum, num.* 18. ſex eſſe illius effectus. Primus eſt, ne capi poſſit in loco immunitate gaudente delinquens ad eum confugiens. De quo etiam Bonacina *in Decalogum diſput.* 3. *q.*7. *punct.* 2. *num.*1 Qui expreſsè habetur in præſenti conceſſione Alexandri, ibi: *Hominem temerè capere.* Secundus eſt, ne ipſi prohibeantur, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ſcilicet cibus, potus, veſtitus, &c. *l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt.* Bonac. *num.*4 cum Suarez *de Relig. lib.*3. *c.*13. *num.*2. & 4. Couarruu. Farinac. & aliis. Ratio eſt, quia exiſtenti in loco ſacro nulla vis, aut damnum inferri poteſt. Quod etiam probibet hîc Alexander III. eſt, ne bonis ſuis, quæ ad dictum detulit locum, eaſpolietur, *can. Definiuit*, 27. *q.*4 Bonacina *n.* 5. cum Mario Italia *cap.*6. §.2. Suarez, Couarruu. & aliis. Quem etiam in hac Alexandrina comprehendi, ſub illis verbis: *Rapinam, ſeu furtum facere*; & ibi: *Seu violentiam*, dicere licet. Quartus eſt, ne dum in illo exiſtit loco, damnari queat ad mortem, vel ad pœnam, ſaltem corporalem, vt ſunt triremes, exilium, ſeruitus, &c. *can. Id conſtituimus*, 17. *q.*4. & *cap. Inter alias, de immunitate Eccleſ.* Bonac. *num.*8. Quintus eſt, vt delinquens per vim extractus, aut dolum, reſtituatur loco immunitate gaudenti, *can. Sicut antiquitus*, & *can. Miror, dicta cauſa* 17. & *q.*4. Bonac. *num.* 10. Sextus, quod proceſſus iudicij, & omnia acta contra talem reum, ſunt prorſus irrita, & nulla. Ita etiam Bonacina *num.* 17. cum Abbate *in cap. Inter alia, de immunitate*, Syluestro *verbo Immunitas*, 2. *q.*7. & aliis. Ratio eſt, quia factus eſt à non habente iuriſdictionem. Plura alia circa iſtos effectus docet Bonacina, apud quem videri poſſunt.

1179 Pro praxi Regularium circa reos confugientes ad eorum Eccleſias, & loca immunitate gaudentia, notat Lezana *vbi proximè, num.*85. confugas, qui delicta commiſerunt, propter quæ non priuantur immunitate Eccleſiaſtica, non debere expelli, ſed potiùs recipi in domibus, & locis Regularium. Et probat *ex can. Miror, el* 7. & *can. Reum, el* 8. *can. Id conſtituimus*, 17. *quæſt.* 4. *can. De raptoribus, el* 3. 36. *q.*1. & *cap. Inter alia, el* 6. *de immunitate Eccleſiaſtica*, & *l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſias confugiunt*, quæ canonizata eſt ab Innocentio III. *in dicto cap. Inter alia*, vti apparet in gloſſa, *verbo Legum.* Et rationem hanc potiſſimam reddit, quia eo ipſo, quod leges reis ius ad confugiendum ad Eccleſias concedunt, aut ad loca ſacra, conſequenter prohibent, ne ab ipſis excludantur, ne priuentur iure, quod habent, quod eſt contra iuſtitiam. Paſqualigus *deciſione* 469. Immò addo, id expreſsè prohiberi in dictis canone *Reum*, & canone

Id

Id conſtituimus, & *in dicto capite Inter alia.*

1180 Si tamen rei in dictis locis immodeſtè ſe gerant, aut aliquid agant contra ipſorum reuerentiam, monendi ſunt, vt modeſtè ſe gerant, & religioſè, aliàs ſi inemendabiles videantur, eiici poſſe, docet Lezana *eodem numero* 85. Et ratio eſt, quia ius conſeruandi propriam habitationem, eſt naturale, & proprium perſonarum Regularium, ac per conſequens præponi debet iuri conſeruandi incolumitatem reorum. Præſertim, quia quod ob gratiam alicuius ſit, non debet in alterius detrimentum retorqueri, iuxta regulam iuris, *la 61. in ſexto.* Paſqualigus *deciſione* 470. referens declarationem Sacræ Congregationis, Nauarrum, & Farinacium.

1181 Quod ſi petas, *An hæc gaudeant immunitate rei, qui extracti è manibus ſatellitum, aut è carcere, etiam ibi iuſtè detenti ad dicta confugiunt loca, in caſibus, in quibus immunitate gaudere poſſunt, iuxta moderationem Gregorij XIV. Cùm aliàs?* Reſpondeo gaudere, vti contra Nauarrum, & Paſqualigum *deciſione* 486. defendit Antonius Diana *parte ſexta, tractatu* 8. *& miſcellanea* 3. *reſolutione quinta*, & ipſe Coordinatus *tomo nono, tractatu primo, de Immunitate, reſolutione* 106. qui in fine ait, ſe ſuper hoc conſuluiſſe doctiſſimos viros, Clementem Merlinum, Sacræ Rotæ Decanum, & Franciſcum Albici, Sancti Officij Aſſeſſorem, qui ita ſuæ, & noſtræ ſententiæ mordicus, tantâ pertinaciâ adhæſerunt, vt omnino contrariam reiiciendam eſſe putauerint. Ioannes Sanchez *diſputatione* 44. *numero* 52. vtramque ſententiam probabilem putat, & vtriuſque recenſet propugnatores. Sed Lezana *in Mare Magnum Eremitarum Sancti Auguſtini, dicto* §. *vigeſimoſeptimo, numero* 86. noſtram ſententiam eſſe valde probabilem ait, & vterque Doctor allegat Hiſpaniæ praxim: & ita fuiſſe in ea deciſum addit Diana. *Nam cùm in facti contingentia* (ait) *in Vrbe Ciuitatenſi quidam Monetarius fuiſſet vi, & auxilio Monachorum extractus è manibus Curiæ ſæcularis, & in Eccleſiam viciniorem confugiſſet, tunc per Epiſcopum, conuocatis Theologis, & Canoniſtis, deciſum fuit, prædictum reum Eccleſiæ immunitate non fuiſſe priuandum: & ita teſtatur Gutierrez in qq. practicis, libro tertio, q.* 4. *numero decimo, qui fuit vnus ex vocatis, & conſultis à dicto Epiſcopo.* Addit vlteriùs Diana, Ludouicum Correa *in relectione ad cap. Inter alia, de immunitate Eccleſiaſtica, parte tertia, numero vigeſimoprimo*, dicentem: Licèt delinquens antea eſſet in manibus Curiæ, nihilominus tamen modò exiſtit in Eccleſiæ territorio, cui fit præiudicium in ſuo priuilegio, ſi ab illa extrahatur. Et Trullench. *tomo primo, in Decalogum, libro primo, capite vndecimo*, docentem, quod ſi quis confugeret ad Eccleſiam, & violenter ſecum deferret ſatellites in illam, eius gauderet immunitate. Et ratio dictorum eſt, quia reo competit ius ad libertatem, & vitam ſuam tuendam, in quocumque ſtatu verſetur; cuius ſignum eſt, ait Lezana, quod poteſt ipſe è carceribus, in quibus iuſtè detinetur, fugere ad ſaluandam vitam, & libertatem: & ex alia parte Eccleſia debet ſuum præbere patrocinium reo, ad illam quomodolibet venienti; quia iura generaliter loquuntur. Ergo ei concedi debet in omni recenſito caſu.

Sea violentiam audeat exercere. Notetur ad 1182
hoc, quod violentia prohibita ab Alexandro IV. in præſenti conſtitutione, ſufficienter ſaluatur, & completur, ſi impediantur Religioſi facere, aut proſequi aliquam fabricam in proprio ſolo, inhibendo cæmentariis, ne id faciant, aut alio modo. Et ita docet Lezana *in dictam Mare Magnum Eremitarum Sancti Auguſtini*, §. *vigeſimoſeptimo, numero* 87. eo ductus, quia hoc eſt contra iura Religionis, & contra Eccleſiaſticam immunitatem, *cap. Eos qui, de immunitate Eccleſiaſtica*, Reginaldus *in praxi libro nono, capite vigeſimoquarto, numero* 358. Filliucius *tomo ſecundo, tractatu decimoſexto, capite decimo, numero* 271. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſolutione* 54. & Bonacina *tomo tertio, diſputatione ſecunda, q.* 10. *punct.* 4. *numero ſecundo.* Immò addit, quod ſi hoc fiat per modum ſtatuti, incurrit, qui ſic fecerit, excommunicationem Bullæ Cœnæ, *can.* 15. Vgolinus *ibi*, & Bonacina *eodem tom. diſp.* 1. *q.* 16. *punct.* 1. *n.* 2.

---

§.

BREVIARIVM.

Canonica Epiſcopalis.

Epiſcopalis portio eſt, portio quædam Epiſcopo debita, ratione oneris, quod ſuſtinet. n. 1187.

Debetur etiam Canonicis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem. n. 1188.

Quare eis debeatur. n. 1188. & 1190.

Hæc canonica eſt de iure iuriſdictionis. numero 1188.

Regulares illam non debent exempti. n. 1187.

Nec illam Eccleſiæ debent exemptæ n. 1189.

Eccleſia exempta habens Capellam, aut populum non exemptum, an illam debeat. numero 1193.

Quid dicendum ſi legatum fiat Eccleſiæ tempore mortis, aut tempore teſtamenti. n. 1194.

Clauſula.

Quid importet clauſula, Salua Sedis Apoſtolicæ authoritate. *num.* 1186.

Clauſula, Et à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Domini; *quid importet.* n. 1197.

Clauſula, à communione careant Chriſtiana; *importat excommunicationem latæ ſententiæ, in aliquorum ſententia: in aliorum verò eſt ferenda.* num. 1197.

Data.

Summi Pontifices conſueuerunt ſcribere datas ante conſecrationem, diuerſo modo, ac poſt eam ſcribunt: & in Bullis non apponunt nomina ſua, ſed ſolùm capita Apoſtolorum. Quæ differentia eſt valde notanda pro vera intelligentia datarum litterarum Apoſtolicarum. n. 1198.

Decima.

Quid circa decimas ſtatutum ſit contra Regulares in Concilio Lateranenſi, & Viennenſi, declaratur. n. 1196.

Dictio.

Decernimus, *nouum ius inducit & declarat antiquum.* n. 1184.

Eccle

Eccleſiaſtica bona.

Contra raptores , inuaſores , & vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum multa pœnæ ſtatutæ ſunt. num. 1185.

Epiſcopus.

Quæ gerere non poſſit in locis exemptis , declaratur. num. 1190.

Exempti.

Filiis emancipatis comparantur , & à Diœceſani poteſtate , & ab omni iure , quod in illos prætendere poterat , liberantur. n. 1191.

Diœceſanus exemptorum eſt Papa. n. 1192.

Priuilegia.

Non cenſetur Summus Pontifex tollere ſine cauſa , & magna , priuilegia conceſſa Regularibus. numero 1186.

Tempus.

Conditio , & ſtatus temporis ſæpe attenditur. numero 1194. & 1195.

1183 P*Ræterea omnes libertates , &c.* Hæc confirmatio in forma communi conceditur à noſtro Alexandro IV. Sancti Æmiliani Cœnobio. Confirmatio autem in forma communi nihil aliud eſt , quàm quædam ſimplex approbatio facti præteriti , nec ampliat , nec ſupplet defectus , ſi fortè inueniuntur in priuilegio , quod confirmatur ; nec validum reddit , quod ex qualibet cauſa erat inualidum. Et ita gloſſa *in cap. Quoties , verb. Solidare , el 2. de pactis* , & docent communiter Doctores. Et ratio eſt , quia licèt beneficium Principis latè veniat interpretandum , iuxta id tamen , quod eius verba patiuntur , eſt intelligendum , & non vltra ; & verbum *Confirmamus* , purè prolatum , non eſt verbum donandi , nec faciendi aliquid de nouo ſimpliciter ; ſed tantùm approbandi quod factum eſt , vti declaratur ab Innocentio Papa III. *cap. Inter dilectos , ad finem , el 6. de Fide inſtrumentorum* , ibi : *Cùm eadem legitimè nequiuiſſent confirmari , tanquam tunc tradita , & conceſſa , ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata , ſed confirmata , cùm iuxta legum ſanctiones , quod meum eſt , ex alia cauſa meum fieri non poſſit , niſi deſierit eſſe meum.* Et infrà : *Cùm ergo priuilegium Henrici confirmatorium tantùm extiterit , ſaltem quoad illa , quæ deducta ſunt in iudicium , ſi principale non tenuit , nec acceſſorium , quod ex eo , vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutum.* Quocirca gloſſa *in cap. Nuper , verbo Componendum , el 34. de decimis* , ait : Quæ de iure communi competunt , ſuperfluum eſt precibus impetrare , *Cod. de Theſauris , l. 1. lib.* 10. *ff. ad municipales , lege* 1.

Hactenus Innocentius in Decretali illa , vbi Barboſa *n.* 21. ſuper verba illa , *ex alia cauſa , meum , &c.* ait ſic : Notatur ad hoc , quod dominium acquiſitum ex vno titulo , poteſt amplius ex alio titulo , vel cauſa de nouo acquiri , vt per Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 13. *n.* 70. & hæc certè doctrina verificari videtur in confirmatione ex certa ſcientia facta , in qua de nouo conceditur , quod antea erat conceſſum. Peyrinus *de priuilegiis , tom. 3. ad conſtitutionem* 18. *Vrbani VIII. cap.* 12. *n.* 1. Portel. *in dubiis Regularium , verbo Priuilegij confirmatio , n.* 29 *pag. mihi* 865. cum Suarez *de legibus , lib.* 8. *cap.* 18 *à n.* 12. Laymanus *lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 23. *n.* 16. *q.* 4. ego ipſe *diſq. Moral. tom.* 1. *tr.* 2. *diſq.* 9. *n.* 7. 20. & 23. & ſæpe conceduntur priuilegia ad ea , quæ iam obtinebantur , de quo expreſsè textus eſt *in cap. Quia , el 7. de Procuratoribus* , in quo idem Innocentius III. ſic ait : *Licèt igitur de iure communi hoc facere valeatis , inſtituendi tamen procuratorem ſuper his , authoritate præſentium vobis concedimus facultatem.* Et dixi *vbi proximè , tr.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. *n.* 40. & 50. Et quidem ſi priùs habitum & poſſeſſum , de nouo donari verè non poteſt , vti *in dicto cap. Inter dilectos* , Innocentius Papa ; poteſt tamen oſtendi id iam eſſe conceſſum : & hoc ſaltem operatur ſecunda donatio , vt ipſummet Innocentium interpretatur gloſſa *in dicto cap. Quia , verbo Concedimus* , dicens : *Id eſt , conceſſum eſſe oſtendimus à iure communi.*

Decernimus. Dictio iſta nouum ius inducit. Gloſſa 1184
in cap. Eos qui , verbo Decernimus , el 22 de ſententia excommunicat. lib. 6. Gloſſa etiam *in Clement. Per litteras , verbo Decernimus , el 2. de præbendis , & dignitatibus* , vbi Zabar. in marginali , cum Zenzel. & Barboſa *n.* 6. cum Pariſio *de reſignat. beneficior. lib.* 13. *q.* 2. *n.* 3. & *de confidentia benefic. q.* 58. *num.* 44. Idem Barboſa *tract. de dictionibus , dict.* 79. *num.* 4. vbi addit : *Et declarat antiquum.* Vtrumque docet Lezana *in Mare Magnum Seruitarum* , §. 71. *num.* 220. & primum egomet dixi *in Diſquiſitionib. Moralibus , tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 8. *n.* 14.

Decernimus ergo , vt nulli omnino , &c. Priuile- 1185
gium iſtud , de non inferendo damno , vel præiudicio aliquo Monaſterio Sancti Æmiliani , vel poſſeſſionibus illius , ampliatiuum eſt alterius , de quo in præſenti conſtitutione , ſub *num.* 13. *marginali* , & hîc *n.* 1170. & *ſeqq.* vti Lezana aduertit *tom.* 3. *ad Mare Magnum S. Auguſtini* , in quo eadem priuilegia fuerunt eidem Ordini conceſſa , §. 27. & §. 29. Vtrumque iuri communi eſt conforme. In eo enim contra bonorum Eccleſiaſticorum raptores , inuaſores , aut vſurpatores pœnæ plurimæ ſtatuuntur , *cap. Nulli liceat , in fine* , & *in cap. Prædia , cap. Hac huius , in fine , cap. In legibus* , 12. *q.* 2. & *in cap. Qui oblationes , in fine* , 13. *q.* 2. Decianus *in tract. crimin. lib.* 6. *capite* 30. *in princ.* & *num.* 18. & 20. Petrus Gregorius *ſyntagmat. iuris lib.* 33. *cap.* 18. *num.* 2. Tuſchus *tom.* 7. *litt.* S , *concluſ.* 6. *à num.* 4. Nauarrus *in Manuali , cap.* 27. *num.* 94. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. de cenſuris , diſput.* 22. *à num.* 4. Sayrus *eodem tractatu , lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 14. & Barboſa *de iure Eccleſiaſtico , lib.* 3. *cap.* 29. & *ſeqq.* vbi *num.* 9. hoc extendit ad Prælatos , & Rectores Eccleſiarum , qui propriis Eccleſiis aliqua ſurripiunt , vel auferunt. Et *num.* 10. & *ſeqq.* ad Clericos bona Prælatorum decendentium ſurripientes. Quæ omnia Regularibus quoque applicari debent. Hæc omnia Lezana *circa* §. 29. *n.* 90 *pag.* 127.

Salua Sedis Apoſtolicæ authoritate. In hac clau- 1186
ſula denotatur , Papam poſſe dictis derogare priuilegiis , vti idem Lezana docet *vbi proximè , n.* 91. Notat tamen , quod licèt hoc ita ſit , & talis ſit vis clauſulæ , *Saluo , &c.* quæ tuetur ius illæſum , quod quis habet , provt ſentit Rota *deciſ.* 610. *in fine , in collectione nouiſſima* : nihilominus tamen Summus Pontifex nunquam tollit , aut tollere cenſendus eſt priuilegia Religioſis conceſſa ſine cauſa , *can. Priuilegia , cum ſeqq.* 25. *q.* 2. & *can. Quantò , in fine* , 63. *diſt.* Pontifici enim Summo iure applicatur , quantùm ad conſtantiam in priuilegiis conceſſis , illud , quod debeat eſſe ſicut lapis angularis , aut polus in Cœlo. Baldus *conſilio* 377. *ſub n.* 4. *volumine* 1. & alij apud Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo , lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 115.

Et

1187 *Et Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia.* Notatur ad hoc, quod Canonica Epiſcopalis nihil aliud eſt, quàm certa bonorum portio debita Epiſcopo ratione oneris, quod ſuſtinet in ſui Epiſcopatus adminiſtratione, introducta ex ſimilitudine legitimæ patri, aut patrono debitæ in bonis filij, vel liberti, ad cuius inſtar viſum fuit Epiſcopo, qui pater, & ſpiritualis patronus eſt, ius ad certam in bonis ſuorum portionem competere. Ita Eraſmus Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tomo primo, parte quarta, q. 6. numero primo*, poſt Hoſtienſem *in ſumma, titul. de ſepulturis, argumento l. 1. Cod. de bonis libertorum, Authentic. Licèt, Codic. de naturalibus libertis*, & textus *in canon. Pontifices, 12. quæſtione tertia, & extra, cap. Requiſiſtis, de teſtamentis.* De hac canonica portione nonnihil dixi *tomo primo Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, tractatu nono, ſectione ſecunda, §. 22. numero primo, pag. 176.* vbi *num. 2.* dixi, exemptos eſſe Regulares à ſolutione dictæ Canonicæ Epiſcopalis. Libet hîc reddere quæ Chokier in dicta docet quæſtione.

1188 In primis aſſerit Doctor iſte, quod legato facto Eccleſiæ Collegiatæ, aut non Collegiatæ, non tamen exemptæ, debetur Epiſcopo canonica portio, *cap. Officiis, & cap. Requiſiſtis, de teſtamentis.* Ratio autem eſt, quia eiuſmodi Eccleſia ſubeſt Epiſcopo, tam ratione legis Diœceſanæ, quàm iuriſdictionis, de qua *in cap. Conquerente, de officio Ordinarij, & dicto cap. Officij, de teſtamentis.* Epiſcopi autem nomine intelligi non ſolùm Epiſcopum, ſed quemlibet inferiorem Prælatum habentem in illa Eccleſia iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, eo quod iſta canonica ſit de lege iuriſdictionis, vt tradunt Innocentius *in capite 1. de ſtatu Monachorum*, Petrus de Vbaldis *tractat. de Canonica Epiſcopali, capite primo, numero quarto*, Epiſcopo debita iure Epiſcopali, quod cùm habeant dicti Prælati in Eccleſiis ſibi pleno iure ſubiectis, habere etiam debent illud cum omnibus emolumentis annexis, & connexis. Vbaldus *loco citato, cap. 4. q. 4. principali, n. 1. verſ. Notandum tamen.*

1189 Secundò docet Eraſmus *numero 3.* quod Epiſcopo non competat canonica portio in Eccleſiis exemptis, tam quoad legem diœceſanam, quàm iuriſdictionis, ſeu in Eccleſiis, quæ immediatè ſubſunt Sedi Apoſtolicæ. Ita contra Hoſtienſem *in ſumma, titul. de ſepulturis, §. A quibus*, concludit cum Vbaldo *dict. capite quarto, q. ſexta*, Baldo *in leg. Si quis ad declinandam, columna ſexta, verſicul. Iuxta hoc, Codic. de Epiſcopis, & Clericis*, Abbate *in dict. cap. Officij, de teſtamentis*, Ioanne Andrea *in cap. Certificari, de ſepulturis*, & cum Angelo Theologo *in ſumma, verb. Canonica, num. 7.*

1190 Ratio eſt, quia canonica debetur Epiſcopo, & eſt inducta propter onus, quod ſuſtinet Epiſcopus in celebrando ſolemniter, in Ordines conferendo, in concionando, & in omnia alia ferendo, quæ tam ad forum contentioſum, quàm pœnitentiale ſpectant, & etiam propter connexionem, quæ eſt inter Eccleſiam, & Epiſcopum: & quia ſpiritualia ſua Eccleſiis communicat, quia eſt præordinator in omnibus: ac propter curam, quam præ omnibus gerere debet. Petrus de Vbaldis *dicta q. 6. num. 5. & 6.* Hoſtienſis *titul. de ſepulturis, num. 14.* ſed Epiſcopus non celebrat in locis exemptis, non ordinat exemptos, non prædicat, nec Cathedram in loco collocat exempto, nec ea quæ ad forum contentioſum, aut pœnitentiæ ſpectant, exercet. Vbald. *n. 7.* ergo non debetur Epiſcopo canonica.

Deinde, exempti in iure æquiparantur filio 1191 emancipato, liberto, Prælato in aliam Eccleſiam tranſlato. Eraſmus *lib. 1. q. 1. num. 12.* cum Abbate *in cap. Significaſti, num. 12. verſ. Videmus, & verſ. Item omnes, de foro competente*, Felino *in cap. Cùm ordinem, num. 7. verſ. Modò. & num. 8. in principio, de reſcriptis*, Butrio *in cap. Super litteris, col. 25. verſ. Et per hoc patet, de reſcriptis*, & cum Petro de Vbaldis *dicta q. 6. num. 9.* Cùm enim per exemptionem liberentur à poteſtate Diœceſani; conſequenter liberantur ab omni iure, quod Epiſcopus ab eis prætendere poſſet.

Denique probatur, quia Papa eximendo, aduo- 1192 cat ad ſe omne ius Epiſcopale, adeo quod Papa ſit Diœceſanus exemptorum, *cap. Authoritate, de priuilegiis, in 6.*

Tertiò docet Chokier *dicta q. 6. num. 5.* Eccleſiam 1193 exemptam, habentem Capellas, vel populum non exemptum, teneri Epiſcopo, per caput *Ex ore, de priuil.* Innocentius, & Ioan. Andreas *cap. In noſtro, de ſepulturis, dict. cap. Officij cap. Requiſiſtis, & cap. final. de teſtamentis.* Lapus *tractat. de Canonica Epiſcopali, §. quia, d. num. 6. verſ. Secundò quæritur.* Vbald. *eodem tract. cap. 4. q. 5.* & latè *q. 8. 9. & 10.* ſecus tamen docet, ſi populus pleno iure ſubiectus eſſet Eccleſiæ exemptæ. Vbald. *q. 9. n. 3.*

Quartò docet, quod ſi fiat legatum Eccleſiæ 1194 exemptæ tempore mortis, ſubiectæ verò tempore teſtamenti, diſtinguendi ſunt hi caſus. Primus, ſi vtroque tempore, teſtamenti ſcilicet, & mortis exempta ſit, non debebitur canonica, ob rationes ſupradictas. Secundus, ſi ſubdita ſit tempore teſtamenti, exempta verò tempore mortis, non debebitur quoque canonica. Et ratio eſt, quia inſpicitur conditio, & ſtatus temporis, quo legatum cedit, non quo legatur, *l. poſt diem ff. quando dies, l. ſi vxor Cod. de cond. inſert. l. quæ legata ff. de regulis iuris.* Lapus *tractat. de ſepulturis, §. quia de n. 12.* Tertius, ſi exempta ſit tempore teſtamenti, ſubdita verò tempore mortis, debebitur canonica. Et eſt ratio, quia inſpiciendum eſt tempus mortis, non autem teſtamenti tempus, *l. Si cognatus, ff. de rebus dubiis, l. generaliter, §. ſi homini libero, ff. de fideicommiſſariis libertatibus, l. ſi filius, ff. de verborum obligationibus*: Vbaldus *dict. capite quarto, q. 7.*

Quintò docet Chokier, quod ſi Eccleſiæ exem- 1195 ptæ, ſub conditione relinquatur, v. g. tempore mortis Eccleſia quidem exempta eſt, at verò poſtea ſubiicitur, tandemque extat conditio, videtur canonicam non deberi; nam tempore teſtamenti, & mortis Eccleſia exempta eſt: vnde ſi poſteà mutet ſtatum, ideò fieri non debet præiudicium Eccleſiæ, cui priùs fuit ius quæſitum, *l. Id quod noſtrum, ff. de regulis iuris.* E contra verò videtur inſpiciendum tempus conditionis exiſtentis, quo quidem tempore Eccleſia ſubiecta inuenitur, *l. Si vſusfructus, ff. quando dies vſusfructus legati, leg. quæ legata, ff. de regulis iuris.*

Et in prædictis decimis, moderatione Conci- 1196 *lij Generalis.* Circa iſtam clauſulam notat Pater Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom. 2. circa conſtitutionem vnicam Iulij Papæ III. numero 2.* quod in Concilio Viennenſi, de quo *in Clementina 1. de decimis*, ponuntur quatuor caſus,

in quibus Religioſi grauantes, vel fraudentes Eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, non deſiſtunt intra menſem, vel de vſurpatis, vel retentis intra duos menſes non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis; & talia non habentes ſunt excommunicati. Sed aduerto ego, quod noſter Alexander IV. in dicta clauſula non meminit Concilij Generalis Viennenſis, ſicut meminere potuit Iulius III. in ſimili clauſula, quam ibi exponit Peyrinus, & fortè meminit. Et ratio eſt, quia Alexander iſtam condidit conſtitutionem anno Domini 1259. & Concilium fuit Viennæ celebratum anno 1312. & Iulius III. ſuam edidit Bullam anno 1553. ex quo infero, Concilium Generale, de quo in præſenti Alexandrina, eſſe Concilium Lateranenſe, ſub Alexandro Papa III celebratum anno 1180. cuius moderatio habetur *in cap. Nuper, el 34. de decimis,* huiuſmodi ſub tenore.

1197 *Nuper Abbates Ciſtercienſis Ordinis in Generali Concilio congregati, ad commonitionem noſtram prouidè ſtatuerunt, ne de cætero Fratres ipſius Ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decima debeantur Eccleſiis, niſi pro Monaſteriis nouiter fundandis. Et ſi tales poſſeſſiones eis fuerint pia fidelium deuotione collata, aut empta pro Monaſteriis de nouo fundandis, committantur aliis excolenda, à quibus Eccleſiis decima perſoluantur. Ne occaſione priuilegiorum ſuorum Eccleſia vlterius pragrauentur, decernimus, vt de alienis terris, & à modò acquirendis, etiamſi eas propriis manibus, aut ſumptibus excolant, decimas perſoluant Eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur, niſi cum ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum. Et hoc ipſum ad alios Regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegiis, extendi volumus, & mandamus.*

Et à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti fiat aliena Similem clauſulam appoſuit Innocentius Papa IV. 7. Idus Septembris eiuſdem anni 1254. in quadam Bulla PP. Eremitis Sancti Auguſtini conceſſa, & in eorum Mari Magno inſerta, vt videre licet in iſtius *numero* 30. quam exponit Lezana §. 30. *pag. mihi* 128. *tomi tertij, numero* 93. dicens, per illam pœnam excommunicationis, & quidem latæ ſententiæ, videri infligi contravenientibus conſtitutioni. In ſequentia enim prorumpit.

Circa illa verba: *Et à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat*, ſcilicet perſona contraueniens dictis priuilegiis, dubitari poteſt, an per ea denotetur interdictum partiale, quod ſcilicet priuat ſolùm receptione Venerabilis Sacramenti Euchariſtiæ; an potiùs excommunicatio, quæ à præcipuo ipſius effectu, ſcilicet ſeparatione ab Euchariſtia, talis dicitur? alibi dicetur: obiter tamen nota, pœnam impoſitam illis verbis, *Communione careant Chriſtiana*, provt habetur in aliquibus diſpoſitionibus Pontificiis, præſertim *cap. Si quis Romipetim, vigeſimoquarto, quæſtione tertia*, & *cap. Innouamus, de cenſibus*, cui ſimilis videtur iſta, de qua in præſenti, denotare pœnam excommunicationis. Molina *diſputatione 666. in fine, tractatu ſecundo de iuſtitia*, Alterius *tomo 1. libro 5. diſputatione 6. capite 2.* Cardinalis *in dict. cap. Innouamus, num. 2.* & Theſaurus *in praxi, parte ſecunda, verb. Peregrinus, num. 1.* & *verb. Vectigalia, §. Nota.* Immò & excommunicationem latæ ſententiæ, vt approbat idem Theſaurus *ibidem*, ex Butrio, Tiraquello, Felino, Azorio, & Alterio; licèt Hoſtienſis, Turrecremata, Angelus, Syluester, Armilla, & alij ſolùm credant denotare pœnam excommunicationis ferendæ. De quo etiam aliàs.

Pontificatus noſtri anno ſexto. Notatur ad hoc 1198 ex Ioanne Andrea, ſuper datam libri ſexti Decretalium, *verbo Pontificatus*, quod licèt ex ſola electione, à duabus partibus Cardinalium vocem habentium facta, Romani Pontifices Eccleſiæ Summum Præſulatum aſſumant, de conſuetudine & vſu, ante coronationem & conſecrationem non ſcribunt Pontificatum in data. Pro qua conſuetudine facit *lex vltima, Codic. de quadriennij præſcriptione, in fine*, ibi: *Quia ex quo Imperiales ſuſcepimus inſulas.* Vnde & dies coronationis dicitur ortus imperij; & ſic poteſt intelligi *Codic. de feriis, l. vltima.* Nec dicitur Imperator, niſi coronâ ſuſceptâ, *ff. de militari teſtamento, l. antepenult.* Sicut nec Archiepiſcopus, niſi recepto pallio, *cap. Niſi ad idem*; & tunc ponunt datam, locum, & diem, dicendo: *Data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officij, anno, &c.* Et tunc etiam non ſcribunt ſe ſimpliciter Epiſcopos, ſed ſic ſcribunt: *N. electus Epiſcopus.* Item tunc non bullant Bullas integras, ſed tunc temporis, ſi quas litteras concedunt, ponunt mediam Bullam, id eſt, illam partem, quæ habet capita ſculpta; & ex alio latere, quo ponitur nomen, plana eſt Bulla, ſine nomine. Poſt coronationem autem ſcribunt Pontificatum in data; vnde quod prius ſcribebant: *Data ſuſcepti à nobis, &c.* ſcribunt: *Data Pontificatus noſtri*; & vocant ſe ſimpliciter Epiſcopos, & dant Bullam cum nomine ſuo. Quæ omnia ſunt menti tenenda, vt benè percipiantur datæ Bullarum, & prioritas editionis vnius, alterius reſpectu.

CONSTITVTIO VII. & tertia Alexandri IV.

Pro Abbate, & Conuentu S. Facundi, edita anno 1260.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Confirmatur ſtatutum factum in dicto Monaſterio, de non recipiendo in Monachum, & Fratrem, eum, qui in alio Ordine profeſſionem emiſerit.

ALEXAN

ALEXANDER EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Facundi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVm à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod vos prouidè attendentes, quod ex receptione illorum, qui de aliis Ordinibus ſe ad veſtrum Monaſterium transferebant, Monaſterium ipſum pluries detrimentum ſuſtinuit, ſtatuiſtis, quod nullum, qui in alio Ordine profeſſionem emiſerit, recipietis in Monachum, & in Fratrem. Nos itaque, veſtris ſupplicationibus inclinati, ſtatutum huiuſmodi, provt prouidè factum eſt, ratum, & firmum habentes, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, vobis diſtrictiùs inhibentes, ne tales præſumatis recipere, abſque noſtra licentia ſpeciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, & Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Agnaniæ, Non. Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

COMMENTARIVS.

BREVIARIVM.

Benedictus.

Benedictus XI. aliàs XII. Monachus fuit Benedictinus. n.2.

Clauſula.

Indignationem omnipotentis Dei, & Petri, & Pauli, *præceptum includit obligans ſub mortali.* num.3.

Clauſula, Ex nunc, provt ex tunc, *quid importet.* num.11.

Clauſula, Diſtrictiùs inhibentes, *inducit obligationem ſub culpa mortali.* n.14.

Conſtitutio.

Pontificum conſtitutiones in rebus Fidei, & S. Inquiſitionis ante annum 1631. omnes Regulares obligabant, nullo excepto. n.10.

A dicto anno eoſdem obligant conſtitutiones Papæ in quacumque materia, niſi excipiantur expreſſè. ibid.

Derogatio.

Vt derogetur priuilegio habenti clauſulam, quod derogari non poſſit, niſi de eo in derogatione fiat plena, & expreſſa mentio, aut aliam ſimilem, qua expreſſio requiratur. à n.6. ad 10.

Priuilegia.

Priuilegia habentia clauſulam derogatoriarum derogatoriam, per quam clauſulam poſteriorem reuocentur. à n.6. ad 10.

Punire.

Pœna à lege inflicta aliquod crimen perpetranti, niſi in illa caueatur expreſſè, non eſt applicanda ob voluntatem, & conatum ad illud. n.5.

Tranſitus ad alium Ordinem.

Ad Monachos Nigros, & quoſlibet Ciſtercienſes prohibentur tranſire omnes, & ſinguli Mendicantes, ob turbationes, quæ ſequuntur, &c. ex huiuſmodi tranſitu. n.14.

Prohibentur etiam tranſire ad quemlibet Ordinem non Mendicantem, exceptâ Carthuſiâ, ſub pœnis nullitatis, & excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ, quam incurrunt, tam tranſeuntes, quàm illos recipientes. n.11.

Statutum Sancti Facundi, quod nequeant Monachi quemlibet alterius Ordinis profeſſorem recipere, confirmatur à Sede Apoſtolica, & diſtrictè obſeruari præcipitur. n.2.

Hoc ſtatutum ſuum effecit Sedes Apoſtolica. numero 15.

Peccant mortaliter tranſeuntes, & admittentes. n. 3. & 5.

Recenſentur variæ conſtitutiones Apoſtolicæ tranſitus prohibentes de vna ad aliam Religionem, & ſub variis pœnis. n.11.12. & 13.

CIRCA hanc conſtitutionem adnotare duxi, Benedictum Papam XII. edidiſſe aliam 4. Nonas Iulij, de anno 1335. & ſui Pontificatus primo, incipit, *Regularem vitam*; & habetur apud Angelum Cherubinum in Bullario Magno *tom. 1. pag. mihi* 232. & in Bullario Ciſtercienſium *tom. 1. priuileg.* 59. cuius meminit Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tom. 1. cap. 22. num. 6.* & *tom. 3. in Mare Magnum Carmelitarum, circa* §. 21. *num.* 211. in qua ſic §. 1. ait: *Cùm igitur ex eo, quod Profeſſores Ordinum Mendicantium, ad Monachorum Nigrorum, & Ciſtercienſium Ordines conſueuerunt plerumque tranſire, multas in dictis Ordinibus turbationes, infeſtationes, moleſtias, damna, & ſcandala proueniſſe experientia doceat manifeſtè.* 1

§. 2. *Nos his ex debito Paſtoralis officij, pro tempore occurrere cupientes, de conſilio Fratrum noſtrorum decernimus, ne quis, cuiuſlibet Ordinis Mendicantium profeſſor, ad aliquem dictorum duorum Ordinum quoquo modo tranſire valeat ſine Romani Pontificis licentia ſpeciali, plenam & expreſſam de conſtitutione huiuſmodi mentionem faciente.*

§. 3. *Non obſtantibus priuilegiis Apoſtolicis, &c.*

§. 4. *Nulli ergo omninè hominum liceat hanc paginam, &c.*

2 Ex qua Benedicti noſtri XI. & XII. ſæpè dicti, colligo primò, eandem habuiſſe cauſam condendi illam, ac habuerant Abbas, & Conuentus Sancti Faeundi ad condendum præſens ſtatutum. Detrimentum ſcilicet, quod expertus fuerat pati Monaſteria Benedictinorum, cuius profeſſionis extiterat, in turbationibus, &c. ortis ex receptione alumnorum aliorum Ordinum; quæ dubio procul multa, & grauiſſima fuerant, cum paulò pòſt ſuam coronationem, quæ fuit facta Kalendis Ianuarij 1335. hanc ſuam primam ediderit Conſtitutionem, vt tantis malis conuenienter occurreret.

3 Secundò colligo, peccare mortaliter Religioſos profeſſos cuiuſcumque alterius Ordinis Mendicantes, tranſeuntes ad Congregationes Caſſinenſem, Burſfeldenſem, Caſalenſem, Valliſoletanam, & Luſitanam, ſeu Sancti Martini de Tibes, Monachorum Nigrorum, & ad Ciſtercienſes omnes, & etiam lethaliter peccare illos recipientes. Ducor primò ex clauſula à Benedicto appoſita in fine Conſtitutionis, ibi: *Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum*: quæ inducit præceptum obligans ſub culpa mortali, vti docet Peyrinus *de priuilegiis, tom. 1. ad Conſtitutionem 2. Sixti IV. § 11. num. 9.* Lezana *tom. 2. part. 3. verb. Clauſula, num. 34. & 35.* ac *part. 4. verb. Pœna Eccleſiaſtica, num. 16. & tom. 3. in Mare Magnum Carmelitarum, circa §. 4. num. 13.* Secundò, quia contrauenire Pontificis diſpoſitioni in materia admodum graui, qualis eſt præſens, vti ex §. 1. conſtitutionis apparet, eſt culpa mortalis. Aduerto autem, quod Aſcanius Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſput. 18. q. 6. num. 9.* & Eraſmus Chokier *de iuriſdict. in exemptos, part. 4. q. 62. numero 2.* referant Balbum ſentientem dictam clauſulam importare comminationem priuationis beneficiorum; ipſi verò cum Bellencino *tractat. de ſubſidio charitatiuo, q. 44.* exiſtimant importare pœnam arbitrariam. Ego autem puto partem clauſulæ, *indignationem omnipotentis*, importare præceptum obligans ad mortale; partem verò, *ac Beatorum Petri, &c.* comminationem arbitrariæ pœnæ.

4 Conſultò addidi, *ad Ciſtercienſes omnes*; vt includerem Congregationem Fulienſium, contra Lezanæ placitum in dictum Mare Magnum, *circa §. 21. num. 2. 11.* dicentem, poſſe ad illam tranſire Mendicantes, quantum eſt ex parte prohibitionis Benedicti XII. *Eo quod arctiorem, & ſtrictiorem vitam, magiſque reformatam tenent, quàm ipſi Mendicantes, aut alij communes Ciſtercienſes.* Sed tanti Magiſtri veniâ, hæc ratio nihil probat, quia Benedictus Papa non prohibuit tranſitum Mendicantium ad Monachos Nigros, & Ciſtercienſes, quia illi arctiorem & ſtrictiorem vitam teneant, ſed quia plerumque ex huiuſmodi tranſitu multæ turbationes, infeſtationes, moleſtiæ, damna, & ſcandala prouenìant.

5 Et notanter ſimiliter addidi, *Lethaliter peccare illos recipientes*; quia participes efficiuntur eiuſdem criminis. Non enim tranſirent cum effectu ad nos Mendicantes, niſi illos reciperemus: cùm autem hic Pontifex non prohibeat conatum ad tranſitum, cùm id non exprimat (nulla enim pœna per legem humanam pro aliquo delicto impoſita debet quiſpiam caſtigari, ait Chokier *tom. 2. de iuriſdictione in exemptos, p. 2. q. 98.* ob ſolam voluntatem, etiam actu exteriori, vel aliquo conatu, vel præparatione monſtratam, niſi in caſibus à iure expreſſis, *cap. Cùm in cunctis, §. fin. de electione, cap. Perpetuè, eodem titul. in 6.* latè Nauarrus *cap. Si quis non dicam rapere, de pœnitent. diſtinct. 1. & in Manuali, capite vigeſimoſeptimo, numero quinquageſimoprimo*, Gregorius Sayrus *in Floribus deciſionum, titul. de ſentent. excommunicationis, deciſione 79.*) ſed ipſum tranſitum, qui tam ſe tenet ex parte recipientium, quàm tranſeuntium, & contrauentio, & peccatum ex vtrorumque actione, ingreſſu ſcilicet, & receptione completur.

Circa clauſulam illam, *Plenam, & expreſſam de conſtitutione huiuſmodi mentionem faciente*: & circa alias ſimiles in conſtitutionibus Apoſtolicis apponi ſolitas, dubitari poteſt, & quidem vtiliter, vtrum ad derogationem talium conſtitutionum ipſarum mentio ſit requiſita? 6

Pro cuius dubij reſolutione notare oportet cum Lezana in Mare Magnum Minorum, *numero 43.* huiuſmodi mentionem poſſe eſſe triplicem, genericam ſcilicet, vt ſi dicatur: *Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, etiam petentibus expreſſam mentionem pro ipſarum derogatione*; vel ſi dicatur: *Non obſtante priuilegio ſub quacumque forma conceſſo*; vel: *Quorum tenores*; & indiuidualem, vt ſi dicatur: *Non obſtantibus talibus, vel talibus conſtitutionibus*, eas nominando.

Quo notato, reſpondeo primò, ad derogandum dictis conſtitutionibus, vel priuilegiis, non ſufficere mentionem illorum genericam. Ita Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputatione 16. q. 8. num. 2* Barboſa *tractat. de clauſulis, clauſ. 83. numero 7. in fine.* Bonacina *de legibus diſputatione 1. q. 3. punct. 8. §. 3. num. 11. verſicul. Addo priuilegium.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 22. q. 12.* Lezana *tom. 2. part. 4. verb. Priuilegia Regularium, numero 21. & tom. 3. dict. num. 43.* Et ratio eſt, quia illæ ſuo tempore continent, vt reuocari non poſſint, niſi fiat expreſſa earum mentio. Et licèt per illam clauſulam non auferatur à conſtitutionis conditore, nec ab eius ſucceſſoribus poteſtas illi derogandi; vt tamen illi per quemlibet illorum derogetur, debet ſuam voluntatem ſufficienter exprimere, quam per illam generalem derogationem neutiquam exprimit. Vnde Papa reuocans ſolùm clauſulâ iſtâ generali priuilegia iam conceſſa, non cenſetur reuocare priuilegia talem clauſulam, & qualitatem habentia. Bonacina *tom. 2. tractat. de legibus, diſput. 1. q. 3. punct. 8. §. 3. num. 11. pag. mihi 90* Barboſa *tractat. de clauſulis, clauſ. 83. num. 7. pag. 445.* Lezana *ad dictum Mare Magnum Minorum, num. 43.* cum Sanchez *tom. 2. conſilior. lib. 6. cap. 9. dub. 8. num. 5.* Azor. *Inſtitut. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. q. 12.* dictus Lezana *ad Mare Magnum Seruitorum, §. 70. num. 218. ex cap. Cùm ordinem, de reſcriptis*, vbi Doctores communiter, & cum Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 39. n. 3.* 7

Dico ſecundò ad dubium propoſitum. Indiuidualis mentio dictarum conſtitutionum, aut priuilegiorum, prout in tertia acceptione, non eſt ad illorum derogationem neceſſaria. Ratio eſt primò, quia ita habet Curiæ Romanæ ſtylus, vti docent plures, quos recenſet Conar. *in rubr. de teſtamentis, part 1. num. 20.* quibus ſubſcribit Lezana *tom. 3. ad Mare Magnum Minorum, num. 43.* Secundò, quia ita 8

ſuit

fuit à S. Rota ſæpe indicatum *in vna Barenſi, ſeu nullius Archipresbyteratus, ſeu Prioratus. anno* 1615. *coram Sacrato*, & in aliis apud Gomezium *in compendio regularum Cancellariæ*, q. 6. Tertiò, quia cùm priuilegia conſiſtant in facto, & Summus Pontifex omnium habere memoriam non poſſit, nec ſit ei poſſibile de talibus priuilegiis mentionem facere, nec Papa antecedenter illa concedens, poſſit ad id ipſum obligare, aut eius reſtringere voluntatem, vti Sylueſter *verbo Teſtamentum*, 1 *q.* 12. *in fine*, Sanchez *vbi ſuprà*, quos recenſet, & ſequitur Lezana *eodem num.* 43. Tamburin *tom.* 1. *diſput.* 18. *q.* 8. *num.* 3. per neceſſe confiteri debemus, poſſe conſtitutiones, & priuilegia dictam qualitatem, ſeu clauſulam habentia, abſque illa indiuiduali mentione reuocare.

9 Dico tertiò, ad derogationem talium conſtitutionum, & priuilegiorum ſufficit, quod de illis fiat ſpecifica mentio; illa ſcilicet, per quam aliquo modo ſpecificentur, provt in ſecunda explicauimus acceptione, aut alia illi ſimili. Ita Abbas *in cap. Cùm inſtantia, num.* 5. *el* 17. *de cenſibus.* Ancharanus *ibidem, num.* 7. Tamburinus *tom.* 1. *diſputat.* 16. *q.* 8. *num.* 1. *&* 3. vbi allegat Rotam *deciſ.* 213. *num.* 1. *part.* 1. *deciſ.* 161. *num.* 1. *part.* 2. *deciſ.* 88. *ſub num.* 2. *lib.* 2. *part.* 3. *diuerſorum, deciſ.* 466. *num.* 5 & *deciſ.* 666. *num.* 4. *part.* 1. *recentiorum*, apud Gregor. XV. & *in Cornaiun. & Ferrarienſ. Præpoſituræ, & beneficij*, 15. *Decembris* 1625. *coram Remboldo*, & *in Toletana indulti*, 2. *Maij* 1625. *coram eodem.* Barboſa *dicta clauſula* 83. *num* 7. cum Federico de Senis *conſil.* 43. *numero* 3. Craueta *conſil.* 126. *num.* 2. Gabriele *lib.* 2. *communium, tit. de clauſulis, clauſ.* 5. *num.* 12. Menochio *lib.* 6. *de præſumptionibus, præſumpt.* 41. *num.* 22. Tuſcho *lit. P, concluſ.* 751. Ceuallos *communium contra communes. quæſt.* 611. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 26. Moneta *in commutatione vltimarum voluntatum, cap.* 8. *num.* 539. Martinus Bonacina *tract. de legibus, diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. *§.* 3. *num.* 11. *verſic. Addo* Eraſmus Chokier *de iuriſdictione in exemptos, tom.* 1. *part.* 3. *q.* 9. *verſic. Quarta.* & *tom.* 2. *part.* 1. *§* 19. *num.* 9. *pag* 128. cum Fumo *verbo Exemptio, num.* 11. Grammatico *deciſ.* 20. Nauarro *tit. de priuilegiis, conſil.* 7. *&* 12. & *in cap. Si quando. except.* 1. *per totam, de reſcript.* doctè, & latè, Felino *in cap. Accedentes, num.* 4. *de præſcriptionibus*, & latè *in repertorio, verbo Priuilegium ſecundum an tollat primum habens clauſulam derogatoriam, fol.* 100. *col.* 2. *in fine*, & *col.* 4. *in fine.* Selua *de beneficiis, part.* 3. *q.* 14. Azorius *parte* 1. *lib.* 5 *cap.* 22. *q.* 12. *in fine.* Ioannes Baptiſta Lezana *dicto num.* 43. *in Mare Magnum Minorum*, & *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Priuilegia Regularium, num.* 21. cum Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 38. *num.* 2. Sylueſtro *verbo Priuilegium, num.* 6. vbi opinionem contrariam Decij, quæ communis dicebatur, improbat. Et ratio huius eſt, quia non eſt cogendus Pontifex, vt de verbo ad verbum talia referat priuilegia, quæ fortaſſe ſcire non poteſt; neque eſt priuandus poteſtate illa reuocandi, quando oportuerit. Ergo ſatis eſt, vt per alia verba generalia, quæ priora comprehendunt, ſufficienter mentem explicet ſuam.

10 Hoc dictum iam habet ſpecialem locum reſpectu conſtitutionum, ſeu priuilegiorum Regularibus conceſſorum, & concedendorum à quinta die Nouembris anni 1631. in quo Vrbanus Papa VIII. edidit conſtitutionem, *Cùm ſicut accepimus, la* 220. *apud Angelum Cherubinum, in Bullario Magno, tomo* 4. *fol. mihi* 180. quam ego ipſe exſcripſi *tom.* 2. *Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, diſq.* 11. *dub.* 17. *num.* 180. cuius meminit Lezana *dicto verbo Priuilegia Regularium, numero* 21. in qua ſic §. 2. ſtatuit Vrbanus, poſtquam *in* §. 1. diſpoſuerat, quod conſtitutiones omnes editæ, & edendæ ad fauorem fidei Catholicæ, illiuſque propagationem, & Officij S. Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem, quamvis in corpore iuris ſint clauſa priuilegia, cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam quantumlibet extraordinariis, & cautelis quomodolibet, & ex quacumque cauſa conceſſa, nos Benedictinos, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, & quoſcumque alios Regulares arctarent.

Edendæ verò in poſterum per Nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, tam in fauorem præfatæ Fidei Catholicæ, illiuſque propagationis, & Sancti Officij Inquiſitionis præfati, quàm ſuper quacumque alia re, negotio, ſeu materia, conſtitutiones, diſpoſitiones, & ordinationes huiuſmodi, ſimiliter omninò comprehendant præfatos eorumdem Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum profeſſores; niſi in edendis conſtitutionibus huiuſmodi ſpecialiter, & expreſſè excipiantur, etiamſi ipſi priuilegiati forent magis ſpeciali notâ, & expreſſione digni; eiſque priuilegia, gratiæ, & indulta à Sede Apoſtolica præfata, etiam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis ſimilibus, & conſiſtorialiter, etiam contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ conceſſionis, quàm communicationis, & aliàs quomodolibet conceſſa reſpectiuè ſint, quorum, ſeu quarum vigore, vel prætextu ſint exempti, ſeu ſe minimè comprehendi prætendant in conſtitutionibus generalibus, vel aliis non facientibus plenam, & expreſſam eorum mentionem. Hactenus Vrbanus *dicto* §. 2. in cuius conſtitutionis vim, dicit Lezana *dicto num.* 21. quæ ſequuntur verba: Vnde iam his temporibus ceſſant multa, quæ de priuilegiis Regularium habentibus ſimiles clauſulas ſcribunt Caſarubius, Corduba, Rodriguez, Miranda, Sorbus, Portellius, Ioannes de la Cruz, & alij.

Circa materiam præſentis conſtitutionis Alexandri Papæ IV. aliam edidit Martinus Papa III. 11
aliàs IV. & etiam V. dictus, anno 1418. 4. Kalendas Auguſti, & ſui Pontificatus primo, incipit, *Viam*, quæ habetur inſerta in corpore iuris inter extrauagantes communes, *vnica de Regularibus*, in qua ſic vt ſequitur, ſtatuit, videlicet.

Viam ambitioſæ cupiditatis Religioſis potiſſimè Mendicantibus præcludere cupientes, ad alios Ordines, præſertim Monaſticos (fucatis tamen coloribus aſſerentibus ob frugem melioris vitæ, aut arctioris obſeruantiæ) tam Sancti Benedicti, quàm Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis Vmbroſæ, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, vel aliorum Monaſteriorum Ordinum conuolare nitentibus, licentiam à Sede Apoſtolica, ſeu Legatis, aut Nuntiis eiuſdem Sedis, ad transferendum ſe de Mendicantium Ordinibus ad alios Ordines. præſertim ea ratione (vt veriſimile eſt, provt facti euidentia docet) *vt liberiùs degant, dignitateſque, & beneficia monaſtica conſequi valeant, & ex certis aliis cauſis, honeſtati non conſonis obtinentibus. Ac volentes etiam conſeruationi Ordinum Mendicantium prouidere, authoritate Apoſtolica, ex certa*

 ſcientia

ſcientia, tenore præſentium declaramus, & etiam decernimus, ſtatuentes, quod de cætero nullus Religioſus Ordinum Mendicantium quorumcumque, cuiuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, vel Religionis exiſtat, quantumcumque, & qualitercumque poſſit, & debeat virtute cuiuſcumque licentiæ, etiam indulti Apoſtolici, ſeu Pœnitentiarij noſtri, curam gerentis, vel alia quauis authoritate hactenus etiam per litteras Apoſtolicas facultatum quarumvis, tam Legatorum, vel Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ, quàm alia authoritate, maximè de transferendis Fratribus, aut aliquibus, præſertim Ordinum Mendicantium profeſſoribus, in genere, vel in ſpecie ab Ordinibus huiuſmodi Mendicantium, ſub quacumque verborum forma appareant, admitti, aut recipi, per aliquos etiam Superiores Ordinis, ſeu Monaſterij, aut loci Monaſtici, ſeu aliàs in Monachum, vel in Fratrem alicuius ex Ordinibus Monaſticis ſupradictis, vel aliis expreſſis (Ordine Carthuſienſium dumtaxat excepto) ſub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quàm recepti, ipſo facto incurrant: & quam ex nunc, prout ex tunc, contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſcientia, & authoritate anteſatis, proferimus in his ſcriptis: & à nemine niſi dumtaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) excommunicati huiuſmodi poſſint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus ſecus facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ, vel momenti.

Adnotanda venit clauſula illa, *ex nunc, prout ex tunc*, quæ retrotractiua eſt ad tempus datæ huius conſtitutionis; quinimmò importat effectum, vt conditio retrotrahatur, & vt actus videatur à principio purè factus. Ita Brunorus à Sole *in compendio propoſitionum iuris, verbo Clauſula, la 29. fol. 34.* cum Baldo *in leg. Si ita ſtipulatus fuero, in princip. de verbor. obligat.* Angelo, & Doctorib. *in l. 1. Cod. de codicillis*, Alexandro *conſil. 225. Viſa facti*, aliàs *conſ. 111. Perſpectis litteris, num. 23. vol. 6.* Geminiano *in cap. Dudum, de præbendis in 6.* Curtio Seniore *conſ. 42. num. 25.* Felino *in cap. Licèt cauſam, de probationibus.* Iaſone *conſilio 45. col. 3. libro 2.* Pariſio *conſ. 62. num. 23. volum. 2.* Gigas *conſ. 3. num. 5. infrà verſic. Ex nunc prout ex tunc*, Auguſtinus Barboſa *tract. de clauſulis, clauſ. 61.* latè *pagina 419.* Tamburinus *de iure Abbat. tomo 1. diſputatione 18. q. 6. num. 51.* Lezana *tom. 2. verbo Clauſula, num. 30.*

Huius conſtitutionis meminerunt D. Antoninus *in ſumma, part. 3. tit. 25. cap. 71.* Caietanus *in ſumma, verbo Excommunicatio, cap. 74.* Tabiena *eodem verbo, 7. caſu 11.* Angelus *verbo etiam Excommunicatio, 5. caſu 33.* Syluester *verbo Excom. 7. num. 82. Excommunicatio 45.* Nauarrus *in Manuali, cap. 27. num. 106. §. 22.* Sayrus *in Theſauro, lib. 3. cap. 30. n. 89.* Suarez *tom. 5. in 3. part. diſput. 22. ſect. 4.* Azorius *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 14. q. 12.* & Ioannes Baptiſta Scortia in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, *theoremate 79.* qui illos recenſet. Lezana *ad Mare Magnum Carmelitarum, num. 211.* & *tom. 1. parte 1. capite 19. num. 6.*

12 Quod extendatur dicta conſtitutio Martini ad Ordines Mendicantes, qui exorti fuerunt poſtquam illa fuit condita, vt ad Minimorum, & Societatis Iesv Religiones, docet Scortia *theoremate 80. verſic. Porro*, cum Suarez *vbi proximè, num. 16.* Et circa illam aduertit, nihil in ea ſtatui de tranſeuntibus ab Ordine Mendicante ad Ordinem Mendicantem, nec de tranſeunte ab Ordine non Mendicante ad Mendicantem. Vnde in his, nec tranſeuntes, nec recipientes eos excommunicationem in illa inflictam incurrunt. Poſſunt tamen incurrere alias ex conceſſionibus factis ſingulis Ordinibus, vt quam tulit Clemens Papa de tranſitu, & receptione Dominicanorum inter Minores, relatam ab Armilla, *Excommun. 67.* apud Scortiam: & quam apud eundem tulerunt Paulus III. *Bulla 26. in Bullario veteri*, Iulius III. *in Bulla 10.* & Sixtus V. incipit, *Pro ea, la 22. de tranſitu Minorum de Obſeruantia ad Capucinos*, vbi §. 3. Superiores Capucinorum recipientes, & Fratres de Obſeruantia contrafacientes, excommunicantur, & priuantur quibuſcumque dignitatibus, adminiſtrationibus, & Officiis, & redduntur inhabiles in futurum: immò & ad quoſcumque actus legitimos, ſi abſque Papæ recipiantur venia, & receptio eſt nulla. Et quam tulit Gregorius XIII. & priùs Pius V. contra egredientes à Societate Iesv poſt emiſſa vota, abſque Generalis licentia, & contra eos recipientes, Carthuſianis exceptis. De quibus omnibus Scortia.

Ciſtercienſes etiam ad alium, quàm ad Carthuſienſem Ordinem tranſire prohibentur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam etiam incurrunt Abbates veniam ad tranſitum concedentes, ſtatuente Eugenio Papa IV. *16.* Kalendas Martij 1438. *in conſtitutione Regularem vitam, la 77. Bullarij Ciſtercienſis, tom. 1. fol. mihi 81.* 13
Illius meminit Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 19. n. 6.* Eiſdem prohibuerat tranſitum Nicolaus Papa IV. 5. idus Decembris anno 1291. & ſui Pontificatus 3. Habetur illius conſtitutio *in eodem tomo, la 46. fol 36.* Præfatus Eugenius *in conſtitutione, Pia conſideratione, la 7. tomo 2. dicti Bullarij*, Kalendis Nouembris 1437. *n. 12. & 13.* ſtatuit *fol. 21.* neminem ex Monachis, aut Conuerſis, expreſſè, vel tacitè profeſſis, poſſe ſine licentia Generalis, & ſui Monaſterij petita, & obtenta, ad quemcumque alium Ordinem, aut ad aliud eiuſdem Ordinis Monaſterium ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ tranſire, quam incurrere voluit illum ſuſcipientes, ſi poſt requiſitionem infra trium dierum ſpatium illum non remiſerint ad Monaſterium, de quo exilierat.

Diſtrictius inhibentes. Per iſtam clauſulam iniungit Alexander IV. ſancti Facundi Monachis obligationem non accipiendi Religioſos in aliis Ordinibus profeſſos: & intendit illos ad id ſub culpa mortali arctare. Gloſſa marginalis *in Clem. Vt Clericorum, la 1. de officio Iudicis ordinarij.* Naldus *in ſumma, verbo Clauſula, §. Diſtrictè*, & alij, quos ſuppreſſis nominibus allegat Lezana *tom. 2. eodem verbo, n. 24.* quos ſequitur, data materiæ grauitate, qualem hîc exiſtere demonſtrant verba conſtitutionis, *Monaſterium ipſum pluries detrimentum ſuſtinuit:* ego ipſe *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 1. tract. 7. diſquiſ. 6. num. 8.* 14

Ne tales præſumatis recipere, abſque noſtra licentia ſpeciali. Notetur ad hoc, quod per iſtam clauſulam Alexander Papa ſuum facit ſtatutum ab Abbate, & Conuentu S. Facundi conditum. Si enim illud non faceret ſuum, liberè poſſent Abbas, & Conuentus quoſcumque extraneos recipere Religioſos; quia ſuum bene poſſent reſcindere ſtatutum, cùm per eaſdem cauſas, per quas res naſcitur, per eaſdem diſſoluatur, iuxta caput 1. *de regulis iuris, Omnis res.* De hac materia latè egi ad Conſtitutionem 6. & 2. Alexandri IV. §. 5. *à num. 122.* & ideò in illa ſuperſedeo. 15

CONSTI

CONSTITVTIO VIII. & quarta Alexandri I V.

Pro Abbate, & Conuentu Sancti Facundi, edita anno 1260.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Priores, & Obedientiarij Prioratuum, & membrorum Monaſterio ſubiectorum, & Clerici ibi commorantes, cum Monaſterio, & non cum Clericis Legionenſis Diœceſis contribuant, cùm opus fuerit, &c.

ALEXANDER EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Facundi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEſideriis veſtris in iis affectu beneuolo libenter annuimus, quæ vobis profutura ſperàmus. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod cùm aliqua ſumma pecuniæ Monaſteriis, & Eccleſiis Legionenſis Ciuitatis, & Diœceſis, aut aliis illarum partium, occaſione procurationum Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ, ſeu aliàs imponitur, Priores, & Obedientiarij Prioratuum, & membrorum veſtro Monaſterio ſubiectorum, & Clerici commorantes in eis, vobiſcum, & non cum Clero Ciuitatis, & Diœceſis, ſiue partium earumdem, in huiuſmodi pecunia iuxta facultates proprias contribuere conſueuerunt à tempore, cuius memoria non exiſtit. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, vt Priores, & Obedientiarij, ac Clerici, prædictis præmiſſis veris exiſtentibus, vobiſcum dumtaxat in huiuſmodi pecunia de cætero contribuant, provt hactenus facere conſueuerunt, vobis authoritate præſentium indulgemus, diſtrictiùs inhibentes, ne locorum Diœceſani, aut quicumque alij, Priores, vel Obedientiarios prædictos, ſeu eoſdem Clericos prætextu beneficiorum, quæ in eiſdem Prioratibus, & Obedientiis obtinent, ad contribuendum in huiuſmodi pecunia cum aliis quibuſcumque compellant. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraîre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Agnaniæ, Nonis Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

COMMENTARIVS.

§. I.

De Procuratione.

BREVIARIVM.

Axioma.

Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. numero 4. & 5.

Clauſula.

Diſtrictiùs inhibentes, *inducit obligationem ſub mortali, ſaltem ſi materia grauis ſit.* numero 14.

Procuratio.

Procuratio importat expenſas, quæ in victualibus præſtari debent Viſitantibus Eccleſias. n. 1.

Præſcribi non poſſunt Procurationes. n. 4.

Debentur Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Viſitatoribus. n. 2.

Debentur etiam Legatis, & Nuntiis Apoſtolicis. num. 4. 5. & 6.

Sub nomine victus non venit equorum, aut mularum vectura, tribui tamen illa debet Viſitatoribus Apoſtolicis. num. 3.

Viſitator.

Viſitatores, & ſui, nihil omnino recipere poſſunt præter expenſas moderatas, in victualibus, & ad illum tantùm diem neceſſariis. n. 1.

Pœna à iure inflictæ recipientibus aliquid præter victum, ratione viſitationis, recenſentur. numero 2.

PRo huius conſtitutionis intelligentia noto 1. 1
quod verbum *Procuratio*, in iure Canonico importat expenſas, quæ in victualibus præſtari debent viſitantibus Eccleſias, iuxta textum *in cap. Romano, el 1. de cenſibus, libro 6. §. Procurationes*, vbi ſic Innocentius Papa I V. *Procurationes autem recipiat ſecundùm quod eſt in Canonibus conſtitutum; nullam tamen pecuniam ipſe vel aliquis de ſua familia occaſione alicuius officij, aut conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo earum nomine; ſed in victualibus expenſas tantùm recipiat moderatas. Caueat inſuper, ne ipſe, vel quiſquam ſuorum aliquod munus, quodcumque ſit, & qualitercumque offeratur, præſumat accipere; vt non quæ ſua ſunt, videatur quærere, ſed quæ Ieſu Chriſti.* Vbi Barboſa *num.* 18. ait: Notatur ad hoc, quod viſitatoribus deputatis ad Eccleſiarum viſitationem, alia expenſa ab Eccleſiis non eſt miniſtranda prætet victualia, vt per Surdum *de alimentis, tit 4. q. 22.* Azorium *Inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 41. q. 9.* Zerolam *in praxi Epiſc. part. 2. verbo Viſitatio, §. 6.* Belletum *diſquiſit. Cleric. tit. de Clerico debitore, §. 11.* & *num.* 19. ait Barboſa: Victualium expenſarum appellatione comprehen

comprehenduntur illæ, quæ conſiſtunt in victu, non autem illæ, quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ, vt per Zerolam *a.* §. 6 *dub.* 1. Debent autem eſſe moderatæ ſecundùm facultatem Eccleſiæ, & ad illum tantùm diem, quo viſitat Epiſcopus, pro ipſo, & eius moderato comitatu, vt tradit Piaſce. *in Praxi Epiſcopali, part.* 2. *cap.* 3. *n.* 64. cum quo *num.* 73. & Marco Anton. Genuenſi *in Manual. Paſtorum, cap.* 35. *num.* 7. addit, non poſſe Epiſcopum à viſitatis ratione viſitationis recipere qualiacumque, etiam comeſtibilia.

2 Pœnę graues infliguntur in iure Viſitatoribus aliqoid omnino accipientibus à viſitatis præter dicta victualia. In dicto *cap. Romana*, ſic ait Innocentius: *Quod ſi fuerit contrà præſumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam (niſi duplum reſtituat) liberetur.* Et *in capit. Exigit, el* 2. & immediatè ſequenti, Concil. Lugdunenſ. ſub Gregor. X. prædicta conſtitutio confirmatur, & pro illius executione ſtatuitur, quod *qui illam violare præſumpſerint, duplum eius, quod receperint, Eccleſiæ à qua id receptum fuerit, intra menſem reddere teneantur. Alioqui ex tunc Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, duplum ipſum vltra prædictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum ſibi Eccleſiæ ſentiant interdictum. Inferiores verò ab officio, & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſque de duplo huiuſmodi grauatis Eccleſiis plenariam ſatisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate, ſeu gratiâ valiturâ.* Hactenus Conciliaris Lateranenſis conſtitutio, quæ innouata eſt à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *in decreto de reformatione, cap.* 3. *circa finem.*

3 Aduertit Barboſa *in d. cap. Exigit*, cum Zerola *in praxi, part.* 2. *verbo Viſitatio*, §. 6. *dub.* 3. Piaſec. *in ſimili praxi, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 63. *in fine*, Marco Ant. Genoenſi *in Manuali Paſtorum, cap.* 35. *num.* 9. *in fine*, & *num.* 10. & Belleto *diſquiſition. Cleric. tit. de Clerico debitore*, §. 11. *n.* 4. non venire nomine victualium equorum vecturas, ac proinde ad illas præſtandas non teneri viſitandos: limitat in Viſitatore delegato à Papa, cui merces equorum & viaticum, vt de loco in locum commodè tranſire poſſit, debetur. Allegat Azorium *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 42. *q.* 8.

4 Secundò noto, deberi procurationem Legatis Apoſtolicis ex iuris Canonici diſpoſitione, ab omnibus conſtitutis in Prouinciis, & locis legationis eorum, ſi ſpeciali non ſint priuilegio exemptionis ab illius ſolutione, per Apoſtolicam Sedem conceſſo, muniti. Expreſsè conſtat *ex cap. Accedentes, el* 11. *de præſcriptionibus*, in quo ſic Innocentius Papa III. decernit: *Accedentes ad præſentiam noſtram, Præpoſitus Sancti Nazary, & A. Canonicus S. Stephani, Syndici, & Procuratores, Primicerij, & Clerici Mediolanenſes, de Ordinariis Maioris Eccleſiæ grauiter conqueſti, quod cùm ipſi Legatos, & Nuntios Sedis Apoſtolicæ deuotè recipiant, & procurent, dicti Ordinarij procurare ipſos renuunt, & procurantibus ad expenſas ſubſidium impertiri.* Et infrà: *Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur, mandamus, quatenus, niſi dicti Ordinarij per ſpeciale priuilegium Apoſtolicæ Sedis à præſtandis procurationibus oſtenderint ſe immunes (etiamſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint, cùm in talibus præſcriptio ſibi locum nequeat vendicare) ipſos ad procurationis ſarcinam, ordine debito ſubeundam teneri decernas.*

5 Hæc textus. Bernardus autem poſt caſus formationem, ait: Nota: Quod omnes tangit, ab omnibus approbandum eſt. Item res Eccleſiaſticæ, niſi ſpeciale priuilegium oſtendant. Abbas etiam *numero* 2. Barboſa *numero etiam* 2. & vterque docet Ordinarios, de quibus iſte textus, eſſe Canonicos Mediolanenſes, qui Ordinarij appellantur, ſicut Rauennæ (ait Abbas) dicuntur Cardinales.

In cap. Cùm inſtantia, el 7. *de cenſibus*, idem Innocentius III. eiſdem Primicerio, & Clero Mediolanenſi reſcribens, etiam ait: *Cùm inſtantia veſtra quotidiana.* Et infrà: *Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, quod cùm omnes Eccleſiæ Legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ procurationes impendere teneantur, ab earum præſtatione nullam habere volumus excuſatam, niſi fortè per ſpeciale priuilegium Sedis Apoſtolicæ.* Vbi Bernardus *in formatione caſus.* Abbas *numero* 1. ibi: Barboſa *numero* 1.

Ratio autem quare debeatur procuratio iſta, eſt, quia in legationibus Apoſtolicis vertitur publica omnium Eccleſiarum vtilitas, & agitur de recognitione ſubiectionis, & de compenſatione ſolicitudinis, quam omnes Eccleſiæ debent Apoſtolicæ Sedi, quæ aliunde non poteſt commodè ſuos Legatos ſuſtentare: ac ſubinde, ne legationes impediantur, meritò ab Eccleſiis omnibus procurationes perſolui debent. 6

Iuxta facultates propri s. Notatur ad hoc, quod quoties contributio fit, pro rata facultatum contribuentium fieri debet; aliàs iuſtitia violabitur. 7

---

§. II.

De immemoriali præſcriptione.

BREVIARIVM.

Clauſulæ.

Variæ clauſulæ recenſentur, quæ ſemper ſubintelliguntur in litteris ad partium inſtantiam emanatis; & quid illæ importent. n. 40.

Immemorabilis.

Probari non poteſt niſi per teſtes, habentes ante motam litem 54. *annos completos ætatis.* n. 8. 30.

Niſi deponant, quod ita viderint per quadraginta annos ante motam litem. n. 8. 28.

Quod initij, vel contrarij non ſit memoria. n. 8.

Quod nihil viderint, aut audierint in contrarium. numero 8.

Quod communis eſt, & fuit ſemper opinio, quod ſic fuerit. ibid.

Forma libelli pro immemorabili probanda, prout de iure communi, traditur. n. 10.

Et prout de iure Regni Caſtellæ. n. 11.

An debeat allegari, & probari ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur. n. 22.

In hoc differt lex Caſtellæ à iure communi, quòd illud petit auditum à maioribus; illa etiam petit auditum auditus. n. 12. & 29.

Eliditur probatio immemorabilis, ſi partis aduerſæ teſtes concludenter probent, quod contrarium viderint tali tempore, & quod contrarium audiuerunt à maioribus ſuis. numero 13. & 29.

Per

Per inſtrumentum probari poteſt, actum fuiſſe contrarium, & per illud eliditur immemorabilis. numero 13. & 20. ac 29.

Ad præſcriptionem eorum, quibus ius commune reſiſtit, ſufficit immemorabilis iuris communis præſcriptio. num. 14.

Sublata præſcriptione generalibus, verbis non cenſentur ſublata immemorabilis, & centenaria. numero 15. & 31.

In immemorabili non requiritur titulus. n. 16.

Immemorabilis vim habet tituli, & priuilegij. numero 16. 32. 34. 37.

Non eſt neceſſe allegare titulum, etiamſi agatur de præſcriptione immemorabili contra libertatem Eccleſiaſticam. n. 16.

Ea, quæ niſi per priuilegium acquiri non poſſunt, præſcribi poſſunt tempore immemorabili à perſona quæ capax ſit. n. 17. 34. & 37.

Interruptio immemorabilem non lædit. n. 18.

Corruit immemorabilis, ſi oſtendatur præſcriptionis initium, aut contrarium aliquando fuiſſe. numero 20.

Immemorabilis præſcriptio non requirit ſcientiam, & patientiam illius, contra quem præſcribitur. numero 22.

An probato, quod præſcriptio immemorialis fuerit cum ſcientia, & patientia illius, contra quem fuit præſcriptum, admittatur probatio in contrarium. num. 22.

Si teſtes vtriuſque partis pro immemorabili deponant, quibus illorum ſit ſtandum. n. 23.

Immemorabili probata cenſetur directum dominium probatum. n. 24.

In immemorabili præſumitur bona fides; ſi verò probaretur mala fides, læderetur illa. numero 24. & 36.

Tantùm poteſt immemorabilis, quantùm Imperator. num. 25.

Immemorabilis vim habet ſeruitutis, vim pacti, vim publici inſtrumenti, & vim veritatis. numemero 26.

Contra immemorabilem non datur reſtitutio in integrum ex parte ignorantiæ. n. 27.

Non poteſt probari immemorabilis per ſcripturas. numero 38.

Niſi enunïetur in duabus antiquiſſimis, metam centum annorum excedentibus, quæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis originem habeant. n. 39.

Infinitum.

An detractione finiti finitum fiat. n. 18.

Laïci.

An ſint capaces collationis beneficiorum, vel alterius actus ſpiritualis. n. 17.

Præſcriptio.

Quadragenaria cum titulo, æqualis eſt immemorabili. num. 19.

Præſcriptio centenaria immemorabilis reputatur. numero 31.

Probatio.

Si probatio non eſt veriſimilis, ei ſtandum non eſt. num. 35.

Teſtes.

An deponere quis poſſit de his, quæ in pupillari vidit ætate. n. 21.

Magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus. n. 23.

Limita in criminalibus, & ad reorum defenſionem. num. 35.

Teſtibus non veriſimilia deponentibus, non creditur in aliquo. n. 35.

CVius memoria non extitit. Notatur ad hoc, quod immemorabilis probari non poſſit, niſi teſtes de ea deponentes habeant ante motam litem quinquaginta & quatuor annos completos ad minus ætatis. Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 3. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro Decano*, *numero* 8. cum Pariſio *conſil.* 27. *num.* 97. *lib.* 1. Gabriele *de præſcriptionibus*, *concluſ.* 1. *numero* 83. Caputaq. *deciſ.* 290. *part.* 3. Gregorio XV. *deciſ.* 1298. *num.* 1. & ibi Addent. *num.* 12. cum aliis per Addent. ad Buratum *deciſ.* 673. *num.* 12. Barboſa *in cap.* 1. *de præſcriptionibus*, *in* 6. *numero* 18. 8

Niſi etiam deponant, quod ita viderint per ſpatium quadraginta annorum ante motam litem. Rota *in eadem Pampilonenſi*, 14. *Decembris de anno* 1648. *coram Ottobono*, *n.* 3. Et rurſus *in eadem*, 26. *Maij* 1653. *coram Meltio*, *num.* 3.

Niſi itidem deponant, quod non adſit contrarij, vel initij memoria. Gloſſa *in cap. Epiſcopum*, *verbo Memoria*, communiter recepta, *el* 1. *de præſcriptionibus*, *lib.* 6. Rota *in dicta coram Cerro*, *n.* 6. & *coram Ottobono*, *n.* 3. cum Seraphino *deciſ.* 1102. *num.* 2. Caualerio *deciſ.* 56. *n.* 1. cum Gregorio XV. *deciſ.* 196. *n.* 1. ibique Addent. *deciſ.* 152. *n.* 3. & *deciſ.* 434. *n.* 11. & cum Buratto *deciſ.* 163. *n.* 8. Rota etiam *in dicta coram Meltio*, *n.* 3.

Niſi ſimiliter deponant, quod nihil audierint in contrarium. Rota *in eadem coram Ottobono*, *n.* 4. cum Coccino *in Cordubenſi decimarum*, 1618. *coram Meltio*, poſt dictam gloſſam, Lapum, & Francum *ibi*, *n.* 16. Gabriele cum pluribus, quos recenſet, *lib.* 5. *tit. de præſumptionibus*, *concl.* 1. *n.* 81. Couar. *in regula Poſſeſſor*, *part.* 2. §. 3. *num.* 7. Rebuffo *de decimis*, *q.* 13. *num.* 99. Fontanella *de pactis nuptialibus*, *clauſula* 4. *gloſſ.* 17 *part.* 4. *n.* 51. Rota *in recentioribus*, *deciſ.* 248. *n.* 2. *verſic. Et Domino Epiſcopo*, & *deciſ.* 405. *num.* 1. *part.* 4. *coram Peña*, *deciſ.* 508 *num.* 1. *verſic. Nam primum*: *coram Celſo in Pampilonenſi decimarum de Vſurbil.* 1. *Iulij* 1648. §. 1. *in fine*.

Et niſi deponant, quod communis eſt, & fuit ſemper opinio, quod ſic fuerit. Gloſſa præfata.

Circa hæc requiſita, in probanda immemoriali, remittit Barboſa *in dicto cap. Epiſcopum*, *n.* 17. *el* 1. *de præſcriptionibus in* 6. ad Molinam *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 31. Garciam *de expenſis*, *cap.* 9. *n.* 9. Sanctar. *variar. q.* 15. *n.* 1. Honded. *conſil.* 79. *ex n.* 36. *lib.* 1. Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *ex n.* 156 Valenzuelam *conſil.* 93. *ex n.* 33. Ioannem Andream Georg. *qq. Feudalium cap.* 27. & 28. Caſtillum *tom.* 7. *de Tertiis*, *cap.* 27. *numero quinto*, & *ſequentibus*, vbi latè explicat, quibus modis immemorialis probari debeat. 9

Aliud denique requiſitum habere debet probatio immemorabilis, ex diſpoſitione legis Regiæ Regnorum Caſtellæ. Sed vt clariùs pateat, quid in hac materia tenendum ſit, tam ex dicta diſpoſitione, quàm ex iuris communis præſcripto, operæpretium duxi ad amuſſim reddere tradita per Armendariz in additionibus ad recopilationem legum huius Regni Nauarræ, *ad librum quartum*, *titulo tertio*, *leg.* 1. *de iurepatronatus*, *fol.* 179.

De immemoriali.

10 Ad verba, *à ſu Mageſtad, y à los Señores eſta ſe ha guardado el vſo, y preſcripcion immemorial, &c.* Forma libelli huius præſcriptionis immemorialis eſt talis: *Item quod id ſemper ita factum ſuit à quadragintaquatuor annis, & vltra, & nunquam teſtes viderant, nec audiuerunt contrarium actum fuiſſe, & à ſenioribus, ac maioribus audiuerunt id ita factum fuiſſe, de eoque eſt publica fama, ac opinio apud eos, qui eius rei cognitionem habent, & non extat contrarij, vel initij memoria.* Ita gloſſa *in verbo Memoria, in cap. 1. de præſcriptionibus, in 6.* Innocentius *in cap. Quid per nouale, verbo De nouo, de verborum ſignificatione.* Aretinus *in cap. Licèt ex quadam, columna 1. de teſtibus.* Oldradus *conſil.* 171. *colum.* 4. Molina *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 6. n. 31.* Garſias *de expenſis, capite 9. n. 9.* Couarruuias *in regul. Poſſeſſor. 2. p. §. 3. n. 7.* Gabriel *communium opinionum lib. 5. tit. de præſcriptionibus, concl. 1. n. 74. fol. mihi* 1426. Bene Chaſſaneus *in conſuetudin. Burgundiæ, rubrica 13. §. Quelque, num. 1. verſic. Sed, fol. mihi* 1459. Ferrar. *in praxi, de ſeruit. §. Seruitus, n. 10. fol. mihi* 243.

11 Sed in Regno Caſtellæ concludere debet ſic: *Iten ſi ſaben que las Villas de, &c. y ſus tierras con el vaſſallaje y iuriſdiccion ciuil, y criminal, juizio, rentas, y pechos, derechos, y con todo lo demas al Señorio, y iuriſdicion de ellas, anexo, y pertenceiente, han ſido y, ſon y, ſiempre fueron bienes de Mayorazgo, indiuiſibles, inalienables, e impreſcriptibles, y como en tales bienes de Mayorazgo han ſuccedido ſiempre en ellos ſolos los hijos mayores, andando de mayor en mayor, ſin partirlos, ni diuidirlos, con los otros ſus hermanos, ni darles ninguna equiualencia, por razon de la ſucceſſion de ellos, ſin embargo que los an tenido. Y por eſte titulo de Mayorio, han ſuccedido en ellos el que agora los poſſée, y ſu padre, abuelos, y los otros ſus predeceſſores. Y aſſi lo han viſto los teſtigos ſer, y paſſar de vno, diez, veinte, treinta, quarenta, cien años, y mas tiempo, y de tanto tiempo à eſta parte, que memoria de hombres no ay en contrario; y lo oyeron dezir à ſus mayores, y mas ancianos, los quales dezian, que lo auian viſto, o oydo dezir en ſus tiempos, à los ſuyos. Y que los vnos, ni los otros nunca vieron, ni oyeron dezir lo contrario. Y de ello ha ſido, y es la publica voz, y fama, y comun opinion en las dichas Villas, y en ſu comarca.* Ita Didacus Perez *lib. 3. tit. 3. lib. 6. Ordinament. Regni Caſtellæ, folio mihi* 1245. & Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n. 39. fol. mihi* 230. & *l. 41. Tauri.*

12 Ex quibus vides differentiam inter ius commune, & Regni Caſtellæ, quod de iure communi teſtes non tenentur deponere de auditu auditus, id eſt, quod audierunt dici à maioribus, quod & ij maiores audierunt ab aliis ſuis maioribus; ſecus de iure Regni Caſtellæ.

13 Teſtes verò producti ab aduerſa parte, ſi velint contrarium probare, debent concludere quod viderint tali tempore contrarium, & quod audiuerunt à ſuis maioribus contrarium. Gloſſa *in verbo Memoria, in capite primo, de præſcriptionibus, in ſexto*. Balbus *de præſcriptionibus, 2. part. 3 partis, q. 6. num. 24. verſic. Sed quæro, fol. mihi* 101. Et per inſtrumenta poteſt probari, contrarium actum fuiſſe. Alexander *conſil.* 75. *numero 9. columna* 4 Adde & quod ad præſcriptionem eorum, quibus reſiſtit ius commune, ſufficit talis immemorialis præſcriptio iuris communis, *cap. 1. in fine, de præſcript. in 6.*

Circa dicta ab Armendariz in verſic. præcedente, *Teſtes verò*, adde, quod probatio immemorabilis excluditur, ſi de contrario conſtet. Farinacius ex Rota *deciſ.* 254. *numero* 3. ibi: Et excluditur immemorialis, quia non poteſt dici memoriam non eſſe in contrarium, ex quo de contrario conſtat. Ioann. Andr. *in capite 1. in fine, de præſcriptionibus, in ſexto*, Alexander *conſ. 21. numero* 38. Gamb. *de officio Legati, lib. 3. num.* 317. Puteus *deciſ.* 436. *lib. 2. pag.* 373. qui *lib. 1. deciſ.* 205. *pag.* 73. videndus eſt. Et contraria obſeruantia ex vnico inducitur actu, vt pluries cenſuit Rota, ſignanter coram Buratto *deciſ. 647. n. 11. deciſ. 679. n. 9.* cum cæteris *in deciſ. 316. n. 15. p. 9. recentior. in Cæſaraugustana, coram Albergato, & coram eodem, 23. Martij 1667. in Pampilon. decimarum.*

Et ſublata præſcriptione quibuſcumque verbis generalibus, nunquam cenſetur ſublata hæc immemorialis. Balbus *de præſcriptionibus, 2. part. 3. partis, q. 6. num. 21. fol mihi* 201. nec centenaria præſcriptio. Balbus *ſuprà, 5. part. 5. partis, q. 9. numero 2. fol. mihi* 532. Immemorialis præſupponit meram voluntatem, ſed non metum. Auendaño *de exeq. mand. 2. part. cap. 4. n. 10. fol. mihi* 146. 15

Nec in tali immemoriali requiritur titulus, vt *cap. 1. de præſcriptionib. in 6.* quia ipſa immemorialis habetur loco tituli, *l. hoc iure, §. ductus aquæ*, & ibi gloſſa, *de aqua quotidiana.* Balbus *de præſcriptionibus, 2. part. 3. partis, q. 6. n. 12. fol. mihi* 198. Habet & vim priuilegij, *cap. Super quibuſdam, §. Præterea*, iuncta gloſſa *Non extent, de verborum ſignificatione*: & vicem legis, *l. 1. §. fin.* & *l. in ſumma, in princ. de aqua quotidiana.* Et ſic non eſt neceſſe allegare titulum, nec requiretur, licèt agatur de præſcribendo contra libertatem Eccleſiaſticam. Aymon Crauet. *de antiquitate, 4 part. §. abſolutis. num. 28. fol. mihi* 185. vbi *num.* 46. quod nec requiritur eius allegatio. 16

Hinc eſt, quod ea, quæ non poſſunt niſi per priuilegium alicui competere, poſſunt præſcribi immemoriali tempore; modò tamen præſcribens non ſit incapax, vel inhabilis ad talia; vt Laïcus ad collationem beneficiorum, vel alterius actus ſpiritualis. Balbus *de præſcriptionibus, 2. part. 3. q. 6. num. 13. fol. mihi* 201. Gabriel *commun. opinionum lib. 5. tit. de præſumptionibus, concl. 1. n. 1. vſque ad 43. fol. mihi* 1427. vbi latè de hoc. 17

Hanc immemorialem non elidit interruptio. Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n. 47. fol. mihi* 231. Corneus *conſ. 22. n. 5. vol.* 1. Ratio huius eſt, quia immemorialis comprehendit infinitum: ſed ſic eſt, quod ſi ab infinito demus finitum, id quod remanet, eſt infinitum, teſte Philoſopho: facit, & propoſitio Philoſophica: Omne finitum detractione finiti tandem conſumitur. Ergo per argumentum à contrario ſenſu, infinitum detractione finiti non conſumetur. Adiuuat & propoſitio Philoſophica: De finito ad infinitum nulla datur proportio. 18

Vnum aduerte, quod præſcriptio quadraginta annorum cum titulo, æqualis eſt præſcriptioni immemoriali, & tantùm poteſt quantùm immemorialis, *cap. Cùm perſonæ, §. Quod ſi tales, de priuileg. in 6.* Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n.* 52. 19

Solet dubitari, an immemorialis præſcriptionis authoritas deficiat, ſi probetur memoriam extare, vel ſi oſtendatur eiuſdem præſcriptionis initium, ſaltem ſi vitioſum ſit, ac eius qualitatis, vt omnes poſſeſſores in vitio conſtituat? Et 20

reſpondet

reſpondet, quod deficiet, Couarruu. *in regul. Poſſeſſor*, *2. part.* §. *3. num. 7. in fine*. Quod tamen ſic intellige, vt ſi factum contrarium recens ſit, nec excedit centum annos, elidat immemorialem præſcriptionem, *l. 2.* §. *idem Labeo, de aqua pluuia* Si ergo excedat centum annos, non elidet. Sed meo videri, ſi etiam à centum annis ſupra per teſtes, vel per inſtrumenta poteſt probari contrarium actum fuiſſe, elidetur immemorialis præſcriptio. Ratio huius eſt, quia ad hoc vt ſit valida hæc præſcriptio, non debet extare memoria contrarij, vel initij, vt dixi hìc *num* 69. ergo ſi extat ea memoria, corruet.

Hoc argumentum, meo videri, eſt in *Darij*, & eſt demonſtratio mathematica. Dicant quod velint relati per Molinam *de Hiſpan. primog. lib. 2. capite 6. num.* 61. eodem modo ego dicerem per eandem rationem: quod ſi conſtat de initio huius præſcriptionis immemorialis, idque ſit vitioſum, corruet talis præſcriptio, licèt ſi intra, vel ſupra centum annos. Et ſic tenet Couarruu. *in regul. Poſſeſſor*, *2. part.* §. *3. numero 7. in fine*. Immò & dicerem vltra, quod etiamſi titulus talis non ſit vitioſus, nec tale initium vitioſum; tamen quod corruet talis præſcriptio immemorialis, ob rationem ſuprà in hoc numero dictam. Ex quo ſequitur, quod centenaria præſcriptio non eſt eadem, nec tantæ virtutis, ſicut eſt hæc immemorialis. Bene Sotomayor *quotidianarum controuerſiarum lib. 1. capite 68. numero* 14. Pedrocha *conſil. 36. à numero* 348. Maſcardus *de probationibus*, *tom. 2. in concluſ.* 2372. *num.* 24.

21 Teſtes tamen, qui habent deponere de tali immemoriali, debent eſſe ætatis quinquaginta & quatuor annorum, vel ſaltem eius ætatis, quod tempore, quo deponunt, iam ſint elapſi quadraginta anni, à quo fuerint doli capaces. Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n.* 40. Couarr. *in regul. Poſſeſſor*, *2 part.* §. *3. n. 7. verſic. Teſtes.* Garcia *de expenſis*, *cap. 9. n. 9.* Caſtillo *in l.* 41. *Tauri*, *gloſſa in verbo Quarenta.* Chaſſaneus *in conſuetudin. Burgundiæ, rubrica* 1. § 2 *verſic. Aduerte, n. 8. fol. mihi* 97. Didacus Perez *lib. 2. tit. 13. l. 6. additio in litera B. fol. mihi* 1246. Hinc eſt, quod ſufficiet quod tales teſtes ſint ætatis quinquaginta annorum cum dimidio, quia teſtis, qui iam decem annos cum dimidio attigit, eſt doli capax, §. *In ſumma, gloſſa Proximus, de obligatione, quæ ex delicto, l. 9. tit. 10. part. 7.* Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n.* 40. & poteſt teſtificari teſtis de eo quod vidit in pupillari ætate. Garcia *de expenſis*, *cap. 9. n.* 32 Gregor. Lopez *gloſſa Que ouieſſen ante viſto*, *l. 9. tit. 16. partit. 3.* Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 6. num.* 41.

22 Nec in hac immemoriali præſcriptione etiam Regalium requiretur ſcientia, nec patientia illius contra quem præſcribitur. Didacus Perez *libro 3. tit. 13. lib. 6. col. 4. verſic. Dabuntur, fol.* 1243. Couarruuias *in regul. Poſſeſſor*, *2. part. in initio*, *n. 8. verſic. Tertio*, *fol. mihi* 566. Balbus *de præſcriptionibus*, *2. p. 3. partis*, *q. 6. n. 22. fol.* 201. vtilis tamen erit allegatio dictæ ſcientiæ, & patientiæ, vt Didacus Perez *ſuprà*, ad tollendas opiniones. Idem quod dicti Authores, tenet & Chaſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ*, *rubrica* 11. § 2. *num. 6. fol. mihi* 1577. & probata ea præſcriptione, non admittitur probatio in contrarium. Chaſſaneus *ſuprà*, *numero* 7. & Aymon *de antiquit. 4. part.* §. *Abſolutis*. *num.* 60. *fol. mihi* 187 vbi quod habet præſumptionem iuris, & de iure. Idem Felinus *in cap. Cùm nobis*, *num.* 7. *de præſcriptionibus*, & Garcia *de expenſis*, *cap. 9. n.* 21.

Si verò alij teſtes deponant pro immemoriali, 23
& alterius partis teſtes contra eam, ſtandum erit veriſimilia deponentibus. Gloſſa *in verbo Memoriis*, *in cap. fin.* (dicere debebat *in cap.* 1.) *de præſcriptionibus in 6.* Balbus *de præſumptionibus*, *2. part. tertiæ partis*, *q. 6 n. 27. fol. mihi* 203. & magis credetur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, *l. dum proferre*, §. *Si plures*, *gloſſa Conſenſerunt*, *de receptis arbitr.* Garcia *de expenſis*, *cap. 9. n.* 10.

Sed & probata immemoriali, cenſetur proba- 24
tum dominium. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgundis*, *rubrica 13.* §. *2. n. 4. fol. mihi* 1577. nec in ea curatur de bona, vel de mala fide, quia præſumitur bona fides. Garſias *ſuprà*, *num.* 23. Gregor. Lopez *in leg. 6. tit. 25. partita* 4. & dictum dominium intellige de directo dominio. Gabriel *communium opinion. lib. 5. tit. de præſcriptionibus*, *concluſ. 1. numero 63. fol. mihi* 1425. ſi verò probaretur mala fides, læderet. Gabriel *ſuprà*, *num.* 57. & Molina *de Hiſpan. lib. 2. cap. 6. n.* 67.

Et immemorialis poteſt tantùm, quantùm Im- 25
perator cum cauſa. Iſernia *in cap. 1. verbo Flumina, quæ ſint Regalia.* Garſias *de expenſis cap. 9. num.* 19. Gabriel *commun. opinionum lib. 5. tit. de præſumptionibus*, *concl. 1 n. 67. fol. mihi* 1425.

Hæc præſcriptio habet vim ſeruitutis. Gabriel 26
commun. opinionum lib. 5. tit. de præſumptionibus, *concl. 1. n. 68. fol. mihi* 1425 & etiam vim pacti, *n.* 69. Iaſon *in l. quominus*, *n. 9*[illegible]. *de fluminibus* & vim publici inſtrumenti. Afflictis *deciſ* 239. *n. fin.* Gabriel *ſuprà*, *n. 70. fol. mihi* 1426. & vim conſtituti. Gabriel *ſuprà*, *n. 62. fol mihi* 1425. & veritatis, *n. 66. fol. mihi* 1425.

Contra talem immemorialem non datur reſtitu- 27
tio in integrum ex capite ignorantiæ, Salicetus *in authenticam Quas actiones*, *verſic. Quærit gloſſa*, *Cod. de ſacroſanctis.* Iaſon *in conſil. 109. verſic. Non obſtat etiam*, *vol.* 2. Barbat. *conſil. 41. verſic. Item negatur illud*, *vol.* 1. Boerius *deciſ. 39 n.* 6 Gabriel *comm. opin. lib. 5. tit. de præſumptionibus*, *concluſ. 1. num. 64. fol. mihi* 1425.

Hæc omnia Armendariz, ſed aduertere duo duxi 28
circa ea, quæ ex eo exſcripſi, *n.* 10. Primum, quod ex incuria fortè Typographi appoſitum fuerit quod deponere debeant, quod ita factum fuerit à quadragintaquatuor annis; cùm gloſſa ab eo allegata quadraginta tantùm annos ſcientiæ requirat in teſtibus deponentibus de immemorabili, quam communiter ſequuntur Doctores, & Rota *in Cordubenſi decimarum de Luzena*, 15. *Iunij* 1635. coram Coccino, *la* 34. apud Tambur. *tom. 4. pag.* 49.

Secundum eſt, præfatam gloſſam, *verbo Memo-* 29
ria, non ſolùm non requirere, quod teſtes deponant de auditu auditus, quod non eſſe neceſſarium tenet Rota *in dict. de Luzena*, *n.* 4. cum communi ſententia; ſed nec de auditu à ſuis maioribus, ſed ſolùm exigit depoſitionem auditus primi, in caſu quo pars aduerſa contrarium probare vellet. Ex contextu patet, ibi: *Si autem contra hæc aduerſarius probare vellet, teſtes ſui (ſi de ipſorum eſſet conſcientia) deberent dicere quod viderunt tali tempore contrarium & audierunt à ſuis Superioribus, contrarium eius fuiſſe.* Et quidem de auditu nihil aliud dicta gloſſa fatur, quæ certè illum non applicat ad teſtes de immemoriali deponentes, ſed potiùs ad teſtes contrariæ partis dictam immemorabilem euincentes, ſuperantes; per huiuſmodi enim depoſitiones probatur, quod aliquando contrarium fuerit, & quod etiam fuerit contrarij memoria, quæ directè

immemorabilem deſtruit, ſicut & inſtrumentum in contrarium productum, de quo ibi Ioannes Andreas *in additione. Sed ipſius contrarium* (inquit) *cùm ſit actus affirmatiuus, benè recipit probationem per inſtrumentum, per quod poterit memoria contrarij actus probari.* Et quod gloſſà non requirat expreſsè auditum à maioribus, obſeruat ibi Barboſa *numero 17. in fine*, poſt Couarruuiam *in regulam Poſſeſſor, part. 2. §. 3. ſub num. 7. verſic. Hoc autem*: & quod nec implicitè, aut alio prorſus modo, hanc poſtulet qualitatem gloſſa, colligi videtur ex deciſionibus Sacræ Rotæ, quas *numero* 8. allegaui, in quibus cùm ſeorſim diſcurrit per omnes alias qualitates immemorabilis, maximè coram Meltio, eadem gloſſà citata nullam omnino de vllo auditu mentionem fecit. His tamen non obſtantibus, dico requiri ad probationem immemorabilis ex gloſſa eadem *in caſus formatione, notabili vltimo*, quod teſtes deponant de primo auditu. Sic enim ait: Sed quæritur, qualiter poſſeſſor poterit probare poſſeſſionem de tanto tempore, de quo non extat memoria? Quia teſtis debet deponere de eo, quod percipitur ſenſu corporeo, & tenetur reddere rationem ſui dicti, *ex l. ſolent, Cod. de teſtibus.* Reſpondet gloſſa, *quod teſtes deponent de tempore ſuo, quod tempore ſuo talis poſſidebat talem rem, & ſcimus, quod talis poſſidet, & à ſuis maioribus audierunt quod talis poſſidebat talem rem. Et ſic debet fieri probatio.* Ita ibi, & Rota *in d. Cordub.*

30 Circa id quod *verſic. Teſtes tamen*, dicit Armendariz, ſcilicet teſtem in ætate quinquaginta annorum cum dimidio poſſe, quoad ætatem attinet, deponere de immemorabili, aduerto eſſe contra communiſſimam, & receptiſſimam ſententiam, indiſtinctè aſſerentem, debere huiuſmodi teſtem, vt idoneus ſit, habere quinquaginta & quatuor annos ætatis, quam tenuit Rota in deciſionibus, quas allegaui *numero* 8. *in dicta Cordubenſ. numero ſecundo*, Brunorus à Sole *in compendio reſolutorio propoſitionum vtriuſque iuris, verbo Teſtes, numero 20. fol. mihi 195.* cum Dominico *in cap. 1. verſic. Sed quærit*, Lap. *de præſcriptionibus, in 6.* & Ancharano *ibi, colum. fin. verſ. Quæris etiam circa hoc*, Franc. *colum. etiam fin. verſ. ſed quæris hic Lap.* Miliſ. *in verbo Teſtis ad probandum*, Florian. *in leg. ſeruitutes, la grande, numero 36. de ſeruitutibus.* Balb. *in tract. de præſcriptionibus, 2. part. 3. partis principalis, q. 6. ſub numero 37. verſic. Cuius verò ætatis.* Bertrando *conſilio 167. num. 4. volum. 3. in nouis.* Pariſio *conſilio 27. num. 97.* & *conſil. 104. num. 124. col. 1.* Barboſa *vbi proximè, num. 19.* cum Rebuffo *de decimis, q. 13. num. 99.* Flores de Mena *variarum lib. 1. q. 10. num. 44.* & Rota *in Signina pœnarum, 10 Nouembris 1609. coram Atrebat.* & *in Corduuenſi redecimarum, 18. Maij 1618.*

31 Circa dicta ab Armendariz, *verſic. Et ſublata*, quod ſublata præſcriptione, verbi gratiâ, ſi diceretur in aliqua conſtitutione: *Non obſtante quacumque præſcriptione*; non tollatur præſcriptio immemorabilis, addo idem docere Barboſam *in cap. 1. de præſcriptionibus, in 6. numero 11.* cum Tiraquello *de retract. conuent. §. 1. gloſſa 2. num. 23.* Flores de Mena *lib. 1. variar. q. 10. num. 44.* Cardin. *in praxi iudicum, verbo Clauſula, num. 6.* & Garcia *de beneficiis, part. 3. cap. 2. num. 192.* Et quoad centenariam refert pro eo, quod non tollatur per dictam clauſulam, Molinam *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 61.* & Rotam *deciſ. 583. numero 1.* apud Farinac. *collect. 1. nouiſſimar. aliàs part. 4. diuerſ.* Et ratio, meo videri, eſt, quia præſcriptio centenaria reputatur immemorabilis. Rota *in vna Lucana iuriſpatronatus, 10. Ianuarij 1645. coram Ghiſlerio*, apud Viuianum *de iurepatronatus, la 143.* & apud Dianam *part. 8. la 1. numero 7.* cuius verba recenſui *in qq. Paſtoralibus, parte 4. q. 1. ſect. 4. numero 5.* Rebuffus *in praxi benefic. part. 1. tit. de vnionibus, num. 35.* ego ipſe *vbi proximè.*

Circa verſic. *Nec in tali*, ibi, *Titulum*; addo 32
Barboſam *n. 10.* dicentem, *Præſcriptio immemorialis eſt titulus vndecumque legitimus, ex Ioanne Garcia de expenſis, cap. 9. à n. 17.* Et ibi: *Habet vim priuilegij*; addo eumdem Barboſam *dicto n. 10.* fantem ſic: *Præſcriptio immemorialis habet vim priuilegij*, vt per Gregor. Lopez *l. 10. gloſſa 3. in fine, titulo 26. partita 4.* Auendañum *l. 41. Tauri, gloſſa 1. n. 6.* Couarruu. *in cap. Cùm in officiis, n. 9. verſic. Cæterùm, de teſtamentis*, Molinam *dict. cap. 6. n. 13.* Matienzum *l. 4. gloſſa 5. n. 36. tit. 7. lib. 5. noua recopilat.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. gloſſa 33. n. 4.* Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardin. §. In quibuſcumque, n. 8.* & *de ſacrorum immun. lib. 3. cap. 12. n. 36.* Fratr. Emman. *qq. Regul. tom. 2. q. 44. art. 3. in fine.* Salgado *de protect. Regia part. 1. cap. 1. q. 3. num. 125.* Stephan. Gratian. *diſceptation. Forenſ. cap. 578. n. 11.* Hactenus Barboſa.

Circa verſiculum, *Hinc eſt*, ſic, vt ſequitur, Bar- 33
boſa *n. 16. Notatur ad hoc, quod præſcriptio immemorialis obtinet vim priuilegij, vt per Balbum de præſcriptionibus, in 2. p. 5. p. princip. q. 6. n. 6.* Cephalum *conſ. 468. n. 61.* Menochium *conſ. 90. n. 65.* & *conſil. 66. n. 38.* Decian. *tract. crimin. lib. 1. part. 1. except. 1. n. 30.* cum aliis citatis *ad cap. Super quibuſdam, §. Præterea, de verbor. ſignific. Et ideò quæ priuilegio ſunt acquiſibilia, acquiruntur pariter præſcriptione immemoriali.* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 1. tit. 2. numero 61.* Rodulphin. *de abſoluta Principis poteſt. cap. 2. n. 13.*

Circa ea, quæ Armendariz dicit *verſic. ſi verò*, 34
aduerto, quod non veriſimilia deponenti non creditur in aliquo, Brunorus à Sole *vbi proximè, n. 21. ex cap. Inſpicimus, de regulis iuris, lib. 6.* Corn. *conſil. 55. vol. 3.* Craueta *de antiquitate temporis, part. 56. n. 34. & 40.* Gabriele *concl. 4. de teſtib. n. 28. & 29.* Port. Imol. *concl. lib. 1. cap. 23. & 24.* Innocentio *in cap. Auditis, de præſcriptionib.* Ancharano *conſ. 257. Ex ordine, col. vlt.* Et ratio eſt, quia talis eſt ſuſpectus de falſo. Alexand. *conſ. 438. Circa primum, col. penult.* latè Hippol. *in l. 1. col. 15. de quæſt.* Abbas *in cap. Quia veriſimile, in vlt. notabili, de præſumptionibus*, quem ſequitur. Iaſon *in l. ſi extraneus, col. 2. de condictione cauſa data*, alibi Hippol. *conſil. 31. n. 19. & 27.* quem refert, & ſequitur Roland. *conſ. 7. n. 17. vol. 1.* Quia probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei non ſtandum eſt. Bald. *in l. fin. in fine, Cod. de edendo.* Et quod magis credatur duobus teſtibus affirmantibus, quàm longè pluribus negantibus, docet etiam Barboſa *vbi ſuprà, n. 20.* cum Gabriele *communium opinionum lib. 1. tit. de teſtibus, concl. 4.* & Farinacio *in praxi criminali, parte ſecunda, de teſtibus, quæſtione 65. à numero 200.* Fallere tamen addit in criminalibus, & ad defenſionem reorum, in quibus econtrà, magis creditur negantibus, quàm affirmantibus. Boſſ. *in practica criminali, titulo de defenſione reorum, numero 32.* Maſcardus *de probationibus, concluſione 1091. numero octauo*, Pacianus *in ſimili tract. libro 2. capite 47. numero 172.* Farinacius *dicta q. 6. num. 154.*

num. 154. & 234. & Buccaron *de differentiis inter iudicia ciuilia , & criminalia , differentia* 64.

35 Ad verſiculum, *ſed & probata*, ibi: *Si verò probaretur mala fides, læderet*; adde gloſſam *in cap.* 1. *de præſcriptionibus, lib.*6. *verbo niſi illud*, Barboſam *ibi, num.* 15. cum Maſcardo *de probationibus, concl.* 225. *à num.* 25. & *concluſ.* 1213. *num.* 46. Menochio *de arbitrariis, caſu* 225. *à princ.* Couarruuia *in regul. Poſſeſſor, part.* 2. §.8. *num.*4. Mench. *illuſtr.* q 81. *numero* 10. Pinel. *in Authent. Niſi, num.* 14. *& ſeqq. Cod. de bonis maternis.* Molina *de primogeniis lib.* 2. *cap.*6. *num.*68. Mexia *in tract. taxa panis, concluſ.* 1. *num.* 135. Valaſco *conſil.*8. *num.*25. & *conſ.* 95. *n.*9. & *de iure emphyteutico*, q.8. *n.*25. Caldas Pereyra *in reſponſo pro Monaſterio Oſſera, n.*4.

36 Ad verſiculum, *Hæc præſcriptio*, addo immemorabilem vim habere priuilegij. Barboſa *vbi proximè, num.*16. cum Balbo *de præſcriptionibus, part.* 2. 5. *partis principalis, q.*6. *num.*6. Cephalo *conſil.*468. *num.* 61. Menochio *conſ.* 90. *num.* 65. & *conſ.* 66. *num.*38. Deciano *tract. crimin. tom.* 1. *lib.*4. *cap.*9. *ſub num.*14. Paulo Æmilio *de exceptionibus, lib.* 1. *part.* 1. *except.* 1. *num.* 30. Vnde quæ priuilegio ſunt acquiſibilia, præſcriptione immemorabili pariter acquiruntur: idem Barboſa cum Peregrino *de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.*61. & Rodulphino *de abſoluta Principis poteſtate, cap.* 2. *n.* 13.

37 Concludo materiam iſtam de immemorabili, dicendo quod illa probari nequeat per ſcripturas, ſeu inſtrumenta. Ita docet Ioannes Andreas *in capite* 1. *de præſcriptionibus, lib.*6. *in additione ad gloſſam, verb. Memoria, in fine.* vbi Barboſa *ſub num.* 20. cum Geminiano *num.*16. Francho *num.*15. Balbo *de præſcriptionibus,* 2. *part.* 3. *partis principalis, q.*6. *num.*25. Rebuffo *de decimis*, q 13. *num.* 97. Gabriele *eodem tract. concluſ.* 1. *num.*82. & cum Rota *in Tullenſ. iuriſdictionis,* 22. *Martij* 1596. *coram Pamphilio ſeniore,* & *in Cordubenſi redecimarum,* 18 *Maij* 1618.

38 Fallentiam tamen patitur hoc dictum, quando immemorabilis enunciatur in ſcripturis antiquiſſimis excedentibus metam centum annorum, vt tradit idem Barboſa cum Verallo *deciſ.* 347. *part.* 3. & Rota *in Burgenſi Quindenniorum*, 8. *Martij* 1599. *coram Litta.* Et fallentia procedit quando ad minùs ſunt duæ enuntiatiuæ, quæ originem habeant à diuerſis perſonis non ſuſpectis. Ipſe Barboſa cum Aretino *in cap. Cùm cauſam, num.*2. *de probationibus.* Saliceto *in l. Cum aliquis, num.* 3. *verſ. Si tamen plura*, & Caſtrenſi ibi, *num.*6. *Cod. de iure deliberandi.* Achilles *deciſ.* 6. *de iurepatronatus*, Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib.* 2. *titul.* 6. *num.*21. & cum Rota *in dicta Cordub. redecimarum.*

§. III.

32 P*Remiſſis veris exiſtentibus.* Hæc clauſula eadem eſt cum illa, *ſi preces veritate nitantur:* & vtraque ſemper ſubintelligitur in reſcriptis Apoſtolicis, in litteris ad inſtantiam partium emanatis, etiam quod in eis appoſita non ſit. Abbas *in cap. Ex parte, in principio, el* 2. *de reſcriptis*, & non obſcurè *in cap. Dudum, num.*8. *de decimis*, ibi: *Nam illa verba ſunt narratiua, quæ recipiunt tacitam conditionem, ſi ita eſt, quod hæc bona pertineant ad vos, &c.* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom.* 1. *ad conſtitutionem* 1. *Sixti IV.* §. 2. *num.*3. etiam aſſerit, quod omnes ſequentes clauſulæ: *Si tibi de præmiſſis legitimè conſtiterit: Si ita eſt: Si præmiſſa vera ſunt: Si ita repereris: Si preces veritate nitantur: Cognita veritate: Iuſtitia mediante: Sicut de iure fuerit: Quod canonicum, & iuſtum eſt*; & ſimiles ſemper intelliguntur in reſcriptis datis ad inſtantiam partis, etiamſi non apponantur expreſsè. Et addit: *Quæ clauſula in idem recidunt, & ſignificant, quod Iudex cum vna ex illis datus, debet partes citare, & impetrator tenetur omnia ſupradicta probare: clauſula enim illa ad omnia ſuperiora refertur; & ſenſus illius eſt, quod ſi conſtiterit impetrantem verum dixiſſe inuita parte, vel opponente, Iudex nihilominus procedat, & mentem exequatur Sanctiſſimi.*

CONSTITVTIO IX. & quinta Alexandri IV.

Pro Abbatibus Sancti Facundi, edita anno 1260.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Abbas Sancti Facundi poteſt more Pontificum benedictionem ſolemnem elargiri in Miſſarum ſolemniis, & conſuetis horis, in proprio Monaſterio, & ſuis Eccleſiis, atque etiam vbique de licentia Diœceſanorum aliorum locorum.

ALEXANDER EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Facundi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

INducunt nos tuæ deuotionis merita, vt te proſequamur beneuolentiâ gratioſâ. Sanè petitio tua nobis exhibita continebat, quod tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſtolica eſt conceſſum, vt in Miſſarum ſolemniis, & conſuetis horis poſſitis in Monaſterio veſtro, & Eccleſiis ſubiectis, ſolemnem Benedictionem, more Pontificum elargiri. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere ampliorem, vt tu, & iidem ſucceſſores, vbique de licentia locorum Diœceſanorum in huiuſmodi ſolemniis, & horis poſſitis dare Benedictionem huiuſmodi, tibi, eiſdemque ſucceſſoribus authoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ

noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Anagniæ, Non. Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

COMMENTARIVS.

BREVIARIVM.

Abbas.

Pari greſſu procedit cum Epiſcopis circa vſum Pontificalium. n. 5.

Benedictionem Pontificalem vbique poteſt impertiri de licentia Ordinarij loci. n. 4.

Vbique etiam exercere poteſt Pontificalia de licentia Ordinarij loci. n. 6. & 7.

Poteſt etiam in alieno Monaſterio exempto, tamen de licentia Prælati illius. n. 7.

Benedictio.

Solemnis illa eſt, quæ impertitur canendo: Sit nomen Domini benedictum, &c. *n.* 1.

Huiuſmodi benedictio eſt actus Pontificalis. numero 1.

Non prohibetur à Concilio Tridentino benedictionem non ſolemnem impertiri in aliena Diœceſi. ibid.

Solemnem benedictionem impertiri poteſt, qui vſum habet Pontificalium. n. 2.

An illam impertiri ſolùm queant Abbates, & Prælati inferiores vſum Pontificalium habentes, poſt Miſſarum ſolemnia, veſpertinas, & matutinas Laudes. num. 3.

Pontificalia.

Illa exerceri prohibentur à Concilio Tridentino in aliena Diœceſi, ſub pœna ſuſpenſionis vſus illorum, niſi de licentia Diœceſani. n. 1.

Alia vide verbo Abbas, *& verbo* Benedictio.

1 MVLTA de materia conceſſionis, in præſenti conſtitutione contentæ, hactenus dixi, tam *in Diſquiſit. Moralibus & Canonicis, tom. 1. tract. 1. diſquiſit. 3. dub. 1. 2. & 3.* quàm in præſenti volumine, in quo rurſus redibit ſermo; & quidem non curſim, ſed ex profeſſo: & latè diſſeram de inſigniis Pontificalibus, & de illorum vſu, ad Decretum Sacræ Congregationis Rituum, ſub Alexandro Papa VII. & de eius authoritate editum, & publicatum, quod idcircò pro ipſius conſtitutione aſſignabo. Interim tamen aduertendum cenſui, quod ſolemnis benedictio, quæ more Pontificum datur, eſt illa, quæ elargitur dicendo: *Sit nomen Domini benedictum. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.* Gloſſa *in cap. Abbates, verb. Solemnem, de priuileg. in 6.* Quæ certè vnus eſt ex actibus Pontificalibus, vti docet Pax Iordanus *volum. 1. de re ſacra, lib. 5. titul. 15. num. 17. & 18. fol. mihi* 419. ego ipſe *dict. dub. 2. num. 2.* & probatur à contrario ſenſu, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum, edita 13. die Aprilis, de anno 1631. videlicet: *Benedictionem non ſolemnem minimè includi in cap. 5. ſeſſ. 6. Concilij Tridentini, de reformatione, prohibente exerceri Pontificalia in aliena Diœceſi*; quam ex Aldano *in Compendio canonicarum reſolutionum, lib. 2. tit. 3. num. 32.* refert Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum verb. Benedicere, Benedictio, collectanea 59. num. 17.* & ex eo prædictus Pax Iordanus *dict. tit. num.* 38. ſi enim in conciliari illo decreto, in quo pœna ſuſpenſionis ob vſum Pontificalium ipſo iure infligitur Epiſcopo, illa in aliena Diœceſi exercenti, niſi de expreſſa Ordinarij loci licentia, non includitur non ſolemnis benedictio: ergo includitur ſolemnis: ergo ſolemnis benedictio eſt vnus ex actibus Pontificalibus.

Tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſtolica 2
eſt conceſſum. Ex hac clauſula colligitur, vtentes inſigniis Pontificalibus, ex conceſſione Apoſtolica, ex eadem indulgentia poſſe ſolemnem benedictionem impertire. Colligitur, inquam, quia in ea aſſerit Alexander fuiſſe conceſſam Abbatibus Sancti Facundi facultatem benedicendi in Monaſterio, & in Eccleſiis ei ſubiectis, cùm antea in conſtitutione Apoſtolica, in qua dictis Abbatibus inſignia præfata fuerunt conceſſa, in prima ſcilicet huius operis, nulla prorſus mentio fiat de benedicendi poteſtate.

Vt in Miſſarum ſolemniis, & conſuetis horis. Notat 3
ad hoc Pax Iordanus *dict. tit. 15. num.* 18 *& 19.* Abbates, & Prælatos inferiores, vſum Pontificalium habentes, ſolùm impertiri poſſe benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum ſolemnia, & poſt veſpertinas, & matutinas Laudes. Et quidem ita idem Alexander IV. huius conſtitutionis conditor, intelligi voluit priuilegia Abbatibus conceſſa ſuper exhibitione benedictionis ſuper populum, *in cap. Abbates, el 3. de priuilegiis, lib. 6.* ſed de hoc latiùs *ad Conſtitutionem Alexandri VII.* Interim tamen recenſere duxi Dubalem *en la expoſicion de la Regla. p. 1. cap. 18. num. 45.* dicentem, poſſe Abbates vti Pontificalibus, & ſolemniter benedicere, *ex capite Abbates, citato,* & ex priuilegiis ab eo allegatis. *Y aunque no hazen* (inquit) *mention de las Proceſſiones, ſe colige de la gloſſa, d. cap. Abbates, verbo elargiri: que dize, que la razon de ſeñalar las occaſiones, en que pueden dar la bendicion, que ſon à Miſſa, Viſperas, y Maytines, es porque en eſtas tres occaſiones, las ſuelen dar los Obiſpos: y como tambien las dan los Obiſpos en las Proceſſiones, al fin de ellas, y quando toman poſſeſſion, ò llegan à viſitar, y en otros caſos, lo miſmo podran los Abbades en ſus Ygleſias.* Hæc ille.

Vbique de licentia locorum Diœceſanorum. In hac 4
vnica clauſula ſaluatur tota gratia hîc facta à noſtro Alexandro Papa IV. Abbatibus Sancti Facundi, vt ſcilicet habitâ Diœceſanorum locorum veniâ, poſſint vbique benedictionem Pontificalem ſolemnem impertire. Circa quam conceſſionem dubitari poteſt, an illa indigerent Abbates præfati tempore quo illis facta eſt?

Pro cuius dubij reſolutione ſuppono, quod Ab- 5
bates circa vſum Pontificalium pari greſſu procedant cum Epiſcopis, & cum omnibus, quibus ille permiſſus eſt, vti Aſcanius Tamburinus tradit *tom. 1. de iure Abbatum, in epiſt. ad Lectorem, ex cap. Vt Apoſtolicæ, el 6. de priuilegiis, lib. 6. & l. Illud. ff. ad l. Aquiliam, & l. à Titio, ff. de verb. oblig.* & ex illo ego ipſe *tom. 1. diſq. moral. & canonicar. tract. 1. diſq. 3. dub. 1. §. 2. num.* 37. Quocirca Dubal *p. 1. cap.* 18. ita ait: *Digo lo primero: Los Abbades pueden vſar de inſignias Pontificales, ſegun el Ceremonial de Obiſpos,*

Obiſpos, en la Miſſa, y en la celebracion de los diuinos Officios de Viſperas, Maytines, y Proceſſiones, y al fin bendizir ſolemnemente al pueblo, del miſmo modo, que los Obiſpos, diziendo: Sit nomen Dominì benedictum.

6 Quo ſuppoſito videtur reſpondendum, Abbates Sancti Facundi non indiguiſſe gratiâ ipſis factâ per Alexandrum IV. in præſenti conſtitutione, tempore, quo illam conceſſit. Et ratio eſt, quia vt præmiſi, Abbates quoad vſum Pontificalium pari procedunt greſſu cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cum aliis, quibus talis vſus conceſſus reperitur: ſed vbique poſſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij Superiores Prælati benedictionem ſolemnem impertiri, & omnia alia Pontificalia exercere de licentia Diœceſanorum locorum; quod patet, cùm ex vniuerſali praxi Prælatorum Eccleſiæ: tum etiam ex diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini *ſeſſ.6. cap.5. de reformatione*, dicente: *Nulli Epiſcopi liceat, cuiuſuis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia.* Ex cuius vltima iſta clauſula à contrario ſenſu probatur conceſſum Epiſcopis à Concilio, poſſe vti Pontificalibus in aliena Diœceſi de illius Ordinarij licentia. Ergo cùm pari procedant greſſu Abbates quoad vſum Pontificalium cum Epiſcopis, &c. cum ſola Diœceſanorum licentia poſſent Abbates Sancti Facundi abſque conceſſione præſenti ſolemnem benedictionem more Epiſcoporum vbique impertiri, cum licentia Ordinarij loci.

7 Quocirca aſſerui *vbi proximè, dub. 2. num. 1.* Abbates vſum Pontificalium habentes, benè, & licitè exercere illa poſſe in qualibet Diœceſi, ex Diœceſani licentia, in quolibet Monaſterio exempto ab Ordinario loci, de licentia Prælati eiuſdem Monaſterij, non obſtante decreto S. Concilij Tridentini *loco proximè citato*: vbi pro mea allegaui aſſertione Emmanuelem Roderiquez *tom. 1. qq. Regularium, q.28. art.2.* id aſſerentem de Abbate exercente Pontificalia in aliena Diœceſi, de Diœceſani venia: & noſtrum Tamburinum *tom.1. de iure Abbatum, diſp.21. quæſ. 3. num.5.* dicentem cum Philippo Francho *in dict. cap. Apoſtolicæ, num.5. & 6. de priuilegiis, in 6.* poſſe Abbates in Monaſteriis exemptis Pontificaliter celebrare, ſi ab illorum ad id Superioribus inuitentur. Idem docet *quæſ.4. n.1. & 3.* vbi expreſsè ait, quod Abbas ab alio inuitatus Abbate, vt in ſua Eccleſia minores conferat Ordines, poteſt illos conferre, ſicut poteſt Epiſcopus ab alio inuitatus Epiſcopo, hoc idem facere. Quod rurſus docet *tom. 2. diſp.2. quæſ.14 num.2.* cum gloſſa *in can. Quoniam, 69. diſt. verb. Monaſterio, can. final. 9. q. 2.* Laurent. Hoſtienſi, & Ioanne Andrea, quos recenſet, & ſequitur Dominicus de Sancto Geminiano *in cap. Abbates. verſ. Quid ſi Abbas, de priuilegiis in 6* Maiolo *de irregularitate lib.3. cap.23. num.12.* Iacobo de Graffis *in deciſionibus aureis, part.2. lib.1. cap.10. num. 2.* & Gregorio Sayro *in Theſauro, ſeu de cenſuris, lib.4. cap.13. num. 5.*

8 Nouiſſimè inuenio Dubalem *dict. cap.18. n.58.* diſtinguentem: Aut Abbas eſt inuitatus ab alio Abbate vſum habente Pontificalium, aut à Prælato Mendicante, illum non habente. Si primum, aſſerit, poſſe Pontificalia exercere inuitatum in inuitantis Eccleſiâ, etiamſi alterius Ordinis ſit: & quidem ſine Epiſcopi licentia, & teſtatur de praxi, dicens: *Como lo he viſto praticar entre la de S. Benedito, S. Bernardo, y la nueſtra.* Si ſecundum verò, ſentit, illa exercere non poſſe cum ſola licentia Prælati inuitantis, non obtentâ Epiſcopi veniâ: eo ſolùm ductus, quia *nemo dat, quod non habet.* Cùm autem dictus Prælatus non habeat vſum Pontificalium, nequibit licentiam Abbati concedere, vt illa in ſua exerceat Eccleſia.

Sed hæc ratio mihi non ſatis probatur. Quia vt quis valeat Pontificalibus vti, duobus tantùm indiget. Primum eſt facultas illis vtendi. Secundum eſt iuriſdictio in loco, in quo illa erunt exercenda, de quibus egi *in diſquiſitionibus, tom. 1, tract. 2. diſquiſ.3. dub.1. §.1. num.1. & 34* Primam habet Abbas à Papa, & impræſcindibilem, ſiue ab alio Abbate, ſiue à Priore, Guardiano, &c. ſiue ab Epiſcopo inuitetur; cùm nec Epiſcopus valeat illam concedere, nec ampliare, iuxta decretum S. Congregationis, de quo *infrà ad Conſtitutionem 12. num. 11.* Secundam autem, & quaſi Epiſcopalem quidem, quilibet Prælatus localis exemptus in ſuo habet Monaſterio, ſeu Regulari domo, & illam Abbati inuitato ad dictum delegat effectum.

CONSTITVTIO X.
& vnica, Clementis Papæ IV.

Pro Abbate, & Conuentu Sancti Facundi, edita anno 1266.

CLemens IV. Pontifex 185. Guido Groſſus antea vocatus, Epiſcopus Sabinus. Patre Fulcodio, in Gallia Narbonenſi, vico Sancti Ægidij ortus, ad Rhodani ripam: creatus Peruſij, Nonis Februarij, anno ſalutis 1265. coronatus Viterbij 8. Kalendas Martij. Creauit Cardinalem vnum. Sedit annos tres, menſes nouem, dies vigintiquinque. Obiit Viterbij anno 1288. tertio Kalendas Decembris: & ſepultus eſt in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Gradus. Vacauit Sedes annos duos, menſes nouem, dies tres.

Authores ſũt, Angel. Cher. *tom.1. Bullar. pag.158* Spond. *an.1265 num. 1. & ann. 1268. n.12.* Pax Iord. *tom.1. de re ſacra, in Catal. Romanorum Pontificum.*

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Non teneantur Monachi ad ſolutionem debitorum, Monaſterij nomine contractorum, niſi creditores probauerint legitimè, ea fuiſſe conuerſa in Monaſterij vtilitatem.

CLEMENS

CLEMENS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monaſterij Sancti Facundi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INdemnitati veſtræ, ac Monaſterij veſtri paternâ volentes ſolicitudine prouidere, auctoritate vobis præſentium indulgemus, vt non teneamini ad ſolutionem aliquorum debitorum, ipſius Monaſterij nomine contractorum, niſi ea in vtilitatem ipſius Monaſterij conuerſa fuiſſe legitimè probauerint creditores. Non obſtantibus renunciationibus, confeſſionibus, obligationibus, pœnarum adiectione, iuramentis, inſtrumentis, & literis quibuſcumque contractus tempore interiectis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Viterbij, tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

COMMENTARIVS.

BREVIARIVM.

Axiomata.

Indefinita negatiuè æquiualet vniuerſali indiſtinctè. num. 1.

Quilibet eſt rerum ſuarum arbiter, & moderator, vt poſſit de illis facere quidquid velit. numero 9.

Debita.

Debita quomodolibet contracta nomine Monaſteriorum noſtræ Congregationis, ſolui non debent niſi creditores legitimè probauerint fuiſſe illa in vtilitatem Monaſteriorum conuerſa. n. 1. & 5.

Regulariter debita contracta à Prælato, vel à ſubdito non excedente limites ſuæ adminiſtrationis, etiam tacitè commiſſa, ſolui debent à Monaſterio, eſto in illius vtilitatem non ſint conuerſa; ſecus ſi dictos excedant limites. n. 2.

Ad debita contracta à Religioſo priuato propria ex authoritate, quatenus verſa ſunt in vtilitatem Monaſterij, tenetur hoc pro rata vtilitatis, & in quantum eſt locupletius factum; ſecus ſi in Monaſterij vtilitatem verſa illa non fuerint. n. 3.

Poteſt Papa Monaſteria liberare ab onere ſoluendi debita, ipſorum nomine contracta, non probantibus creditoribus, in illorum vtilitatem illa fuiſſe conuerſa, non obſtante iuramento de illis ſoluendis præſtito. n. 9. 10. 11. & 12.

Dictiones variæ.

Dictio, legitimè, *aliquid fieri iuris ordine ſeruato, importat* n. 4.

Dictio, volumus, & volentes, *ius nouum inducit, & antiquum declarat.* n. 12.

Indefinita.

Æquiualet vniuerſali indefinita, quando eſt negatiuè concepta. n. 1.

Iuramentum.

Qui vſuras ſoluere cum iuramento promiſit, illas ſoluere tenetur; ſolutas tamen repetere poteſt. num. 6.

Qui viarum graſſatori cum iuramento aliquid dare promiſit, tenetur adimplere promiſſum. numero 8.

Ex iuramento duplex oritur obligatio, altera homini facta, altera Deo in teſtem vocato. n. 7.

Prima iſtarum non obligat, ſi turpiter fuit iuramentum extortum; ſecunda vero ſecus, ſi promiſſum licitè fuit. n. 7. & 8.

Iuramenti obligatio tollitur per irritationem illius, cui ſubiecta eſt materia, ſupra quam illud cadit. numero 10.

Vnde irritare illud poteſt, tam Papa, quàm quilibet ſupremus Princeps, Prælatus, Pater, Dominus, & maritus, reſpectiuè quoad perſonas, & materias ſibi ſubiectas. ibid.

Iurare nemo poteſt in alterius præiudicium. numero 10.

An iuramentum ſumat naturas, conditiones, qualitates, & proprietates actus, cui illud acceſſit. numero 11.

Iuramenti obligatio tolli poteſt per legem, tam Eccleſiaſticam, quàm ciuilem, inhabilitantem ad iurandum. n. 12. 13. & 14.

Iuramentum facit, vt cauſa, quæ erat merè ciuilis & profana, fiat mixti fori n. 13.

Iuramenti obligatio eſt de iure diuino, & naturali. num. 14.

Iuramentum promiſſorium non obligat niſi acceptetur promiſſio. ibid.

Iuramenti obligationem remittere poteſt, non ſolum pars, cui promiſſio fuit facta, ſed etiam Princeps. num. 14.

Negatio.

Plus tollit negatio, quam ponit affirmatio. numero 1.

Eſt negatio malignantis natura, & quidquid ſequitur negat. ibid.

Nouitius.

Nouitij obligatio, & renuntiatio, quando teneat. num. 12.

Papa.

Omnium bonorum Eccleſiaſticorum habet Papa dominium, & adminiſtrationem, & ampliſſimam facultatem illa ad libitum ſuæ voluntatis transferendi. n. 9.

Probatio.

Probatio legitima eſt vera probatio; priuilegiata verò non eſt probatio vera. n. 4.

Priuilegiata probatio eſt ſemiplena, ſeu depoſitio vnius teſtis, ſimul cum partis iuramento. numero 4. & 5.

Legitima autem probatio eſt, quæ fit per idoneos, & legitimos teſtes, vel per inſtrumenta, quæ clarè, & concludenter agentis demonſtrent intentionem. num. 5.

Probatio ſimpliciter probata, intelligitur vera, & concludens. n. 5.

Vota,

Vota.

Irritare poſſunt vota Papa, Princeps ſupremus, Prælatus, Pater, Dominus, maritus, reſpectiuè quoad perſonas, & materias ipſis ſubiectas. numero 10.

Nemo vouere poteſt in alterius præiudicium. numero 10.

Vſura.

Prohibita eſt iure Canonico, & diuino. n. 6.

Obligatio illam ſoluendi eſt nulla; ſi tamen adhibitum eſt iuramentum, illud ſeruari debet, poteſt tamen ſolutum repeti. n. 6.

1 BREVISSIMA eſt hæc conſtitutio, quoad materiale illius, quoad clauſulas, & verba, quibus mens Clementis declaratur; latiſſima quoad formale, quoad indulgentiam, & gratiam ab illo Abbati, & Conuentui S. Facundi conceſſam, & factam, & per illam expreſſam: *Quod non teneantur ad ſolutionem debitorum, ipſius Monaſterij nomine contractorum, niſi ea in vtilitatem ipſius Monaſterij conuerſa fuiſſe legitimè probauerint creditores.* Quæ certè diſpoſitio, cùm indefinita ſit, comprehendit omnem debiti contractionem per contractus, aut quaſi contractus, licitè, aut illicitè initos; ſiue contracta fuerint per Abbatem, ſiue per œconomum, vel Procuratorem, aut per particulares, vel priuatos Religioſos, ſiue per Abbatem & Conuentum ſimul. Indefinita enim æquiualet vniuerſali, maximè quando eſt negatiuè concepta, vt in præſenti, *non teneantur*, &c. ad tradita per Barboſam *tract. de Axiomatibus, axiom.* 123. *n.* 5. cum Cum. *conſ.* 38. *Maritus, columna* 2. *verſic. ex aduerſo.* Deciano *conſ.* 13. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. Cardinale Tuſcho *practicar. concluſ. tom.* 4. *litt. I. concluſ.* 86. *num.* 15. *&* 16. vbi *n.* 25. poſt Caſtrenſem *conſ.* 441. *Iſta quæſt. n.* 3. ſubdit, quod indefinita negatiua æquipollet vniuerſali indiſtinctæ. Rimin. Iuniore *conſil.* 150. *n.* 51. *cum ſeqq.* Octau. Glorit. *reſp.* 1. *part.* 3. *num* 153. & procedere addit Barboſa iuxta vulgarem traditionem, quæ docet, quod plus tollit negatio, quàm ponit affirmatio. Negatio enim eſt malignantis naturæ, & quidquid ſequitur, negat. Gloſſa *in capite Cùm dilectus, verbo A ſuſpenſis, de conſuetudine* Gloſſa *in cap.* 1. *de regulis iuris in* 6. *verbo Non poteſt.* Gloſſa 1. *in l. iuriſ gentium, §. Sed ſi fraudandi, ff. de Pactis.* & in hac quidem conſideratione bene verificatur latitudo conceſſionis.

2 Relucet etiam eadem latitudo, ſi attentè conſideretur ſententia aſſerens, obligari Monaſterium ad debitum Prælati, ſeu Procuratoris, quæ contraxerunt contractibus ſuis adminiſtrationibus conſentaneis; quam ſequuntur Cardinalis de Lugo *tom.* 1. *de iuſtitia, & iure, diſput.* 3. *ſect.* 10. *n.* 218. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma quæſtionum Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Eligius Baſſæus *tom.* 1. *verbo Contractus, n.* 26. *verſic. Sed petes*, dicens: At obligatur Monaſterium ex contractu inito à ſuo Prælato, quatenus non excedit limites ſuæ adminiſtrationis. Si tamen Prælatus mutuò accepit pecunias in vſus proprios, vanos ac turpes, aut alios, in quos bona Monaſterij expendenda non erant, non tenebitur Monaſterium, quia tunc excedit ſuæ adminiſtrationis limites. Similiter tenebitur Monaſterium ex contractu Monachi, ratione alicuius adminiſtrationis, etiam tacitè illi commiſſæ, quatenus illius limites non excedit.

Si igitur ſecundùm iſtam ſententiam, quæ veriſſima eſt, tenetur Monaſterium ad ſolutionem debitorum procedentium ex contractu inito à Prælato, vel ſubdito, iuxta ſuarum adminiſtrationum limites, & indiſtinctè quidem, ſiue conuerſa fuerint, ſiue non, in vtilitatem Monaſterij, maxima, & ampliſſima erit conceſſio à Clemente Papa in præſenti conſtitutione facta, in qua reſtringit obligationem ad debita in Monaſterij vtilitatem conuerſa, & legitimè probata, ita vt non ſufficiat, quod nomine ipſius Monaſterij ſint contracta.

3 Ex quo ſequi videtur, quod hanc obligationem ſoluendi à Monaſterio debita, vel non, non eſſe differentiam inter contractum initum à Religioſo priuato, propria ex authoritate, & initum nomine Monaſterij, ſiue à Prælato, ſiue ab alio Officiali, iuxta limites ſuarum adminiſtrationum, ſiue ab Abbate & Conuentu ſimul, attenta iſta Clementina conceſſione. Quia etiam in caſu, quo contractus celebretur à priuato Religioſo, propria ex authoritate, tenetur Monaſterium ex illo contractu ad debita, quæ in vtilitatem ipſius Monaſterij conuerſa ſunt, quatenus inde illud locupletius factum eſt. Baſſæus *vbi proximè, ex l.* 1. *§. ſi cum impubere, ff. de peculio*, Naldus *verbo Religioſus, num.* 31, dicens: Religioſus delinquens, vel contrahens non obligat ſuum Monaſterium, niſi pro quanto ad Monaſterium peruenit, ſeu in eius vtilitatem verſum fuit; vel niſi pro quanto fuit ei commiſſum, Probat Syluester *verbo Religio,* 8. *num.* 3. Lezana *dicto num.* 18. *in principio*, cum Nauarro *commentario* 2. *de Regularibus*, & Molina *de iuſtitia, & iure, tom.* 1. *diſp.* 140.

4 *Legitimè probauerint* Notetur quod dictio *legitimè*, aliquid fieri, iuris ordine ſeruato, importat, vti aduertit Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 188. *num.* 2. & docet poſt Abbatem, & gloſſam *in capite Conſanguinei. de re iudicata*, Bettazolum *de clauſulis inſtrument. clauſul.* 8. *gloſſa* 6 & poſt Cardinalem Seraphinum *deciſ.* 290. *num.* . & *deciſ.* . 3. *num.* 6. & adiuncta probationi, vt in præſenti clauſula, *legitimè probauerint*, quam expendimus, importat plenam & veram probationem, non autem priuilegiatam, vt per iuramentum. Ita Barboſa *dictione eadem, num.* 3. cum Iaſone *in l. ſi quando, colum* 2. *à num.* 9. *Cod. vnde vi*, quem refert Cardinalis Tuſchus *practicarum concluſionum tom.* 3. *litt. D. concluſ.* 305. *num.* 3. vbi *num.* 4. cum Alexandro *conſilio* 119. *numero nono, libro ſecundo*, extendit in tantùm, vt etiamſi concurrat ſemiplena probatio cum iuramento, non erit legitima probatio.

5 Habemus igitur, virtute conceſſionis, in præſenti conſtitutione, à Clemente IV. factæ, poſſe cœnobium Sancti Facundi, & per communicationes in ſuperioribus recenſitas, omnia, & ſingula noſtræ Congregationis Cœnobia, non ſoluere debita nomine illorum quomodocumque contracta, niſi creditores plenariè, & verè probent, iuris ordine ſeruato, illa fuiſſe in Cœnobij vtilitatem conuerſa. Legitima autem probatio fieri debet per idoneos, & legitimos teſtes, vel per inſtrumenta, quæ clarè, & concludenter intentionem demonſtrent agentis. Vnde Pax Iordanus *volumine tertio de re iudiciali, libro decimoquarto. titulo decimoſeptimo, de probationibus, num.* 5. dicit: Probationis ſimpliciter prolatæ nomine intelligitur

vera, & concludens. Bart. *in l. Lucius Titius, num. 1. ff. de conditionibus, & demonſtr.* vbi Add. *in littera F.* latiſſimè: per quam non argumentis, & præſumptionibus, ſed clarè, & concludenter agentis intentio demonſtratur, *cap. Forus, §. cauſa, de verborum ſignificatione.* Felinus *in rubrica, tit. de probationibus.* Et *n.9.* legitima probatio (inquit Pax) de qua ſuprà, *n.5.* dicitur, quæ fit per teſtes, vel inſtrumenta. Grammaticus *deciſ. 67. num 15. & 16.* poſt alios à ſe citatos, inferens, quod quando requiritur legitima probatio, non admittitur probatio priuilegiata, quæ fit per vnicum teſtem, aut per proprium iuramentum... Et verbum, *Legitima*, accipiendum erit, concludens. Hæc Pax Iordanus.

6 *Non obſtantibus.... iuramentis.* Grauis occurrit circa hanc non obſtantiam difficultas; quo ſcilicet pacto, quo iure, aut ratione poſſit Summus Pontifex immunem reddere Conuentum, & Cœnobium S. Facundi, à debitis ſui ipſius nomine contractis cum promiſſione ſolutionis ſub iuramenti vinculo? Ratio dubitandi in promptu eſt, quia iuramentum ſtrictiſſimum iniungit vinculum ad exequendum promiſſum illum contrahenti; ita vt etiamſi ille, cui fuit facta promiſſio, nequeat abſque peccato mortali, & reſtitutionis onere promiſſum recipere, v. gr. vſurarius non poſſit recipere vſuras; qui tamen illas ſoluere promiſit cum iuramento, debet ſub lethali culpa promiſſis ſtare; ſic enim decernit Alexander Papa III. *in cap. Debitores, el 6. de iureiurando*, videlicet: *Debitores ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent; ſi verè de ipſarum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt Domino reddere iuramentum; & cùm vſura ſoluta fuerint, creditores ad eas reſtituendas ſunt Eccleſiaſtica ſeueritate (ſi neceſſe ſit) compellendi* Hæc textus. In cuius autem ſumma ſic habetur: Qui ſe obligauerit ad vſuras ſoluendas, ſoluere non cogitur, niſi iurauerit; quo caſu cogitur, ſed repetit. Et in caſus formatione ita lego. Aliquis promiſit ſoluere vſuras, cùm vſuræ inhibitæ ſint iure canonico, & diuino. Quærebatur, vtrum ille ſit compellendus ad illas ſoluendas? Et reſpondetur, quod non debet compelli ad hoc. Si verò iurauit ſoluere, tunc propter iuramentum debet compelli. Vbi Bernardus notat, quod ſecundum canones obligatio vſurarum non tenet, ſed iuramentum ſuper hoc factum tenet, & debet ſeruari. Et gloſſa *verbo Cogi non debent*, ita fatur: Quia nulla fuit obligatio de iure diuino, ſiue canonico; tamen iuramentum ſuper hoc factum eſt ſeruandum.

7 Idem docet noſter Nicolaus Tudeſchus Abbas Panormitanus *in dict. cap. numero 4.* Ita & Barboſa *numero 4. & 5* quò loci ait: Ergo tota huius iuramenti obligatio Deo acquiritur, non autem vſurario, vt per Garciam *de vltimo fine, illat. 22. princip. numero 465.* Couarruuias *in cap. Quamuis pactum, part. 2. §. 3. numero 2. verſic. Primum ex hoc intellectu*, Suarez *tom. 2. de Religione, tractatu de iuramento, libro ſecundo, capite 27. in fine.* Molina *de iuſtitia & iure, tractatu ſecundo, diſputatione 250. columna ſecunda & tertia.* & *diſputatione 515. columna quarta, verſiculo vtrum autem.* Leſſium *eodem tractatu, libro ſecundo, cap. 17. dubitatione 6. numero 51.* & per Sanchez *in Decalogum, libro tertio, capite vndecimo, à numero ſeptimo.* Nam ex iuramento duplex oritur obligatio, altera expreſſa facta homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligat; homo enim nullum ius per iniuſtitiam acquirit: altera Deo, qui in teſtem inuocatur; atque ita tenetur iurans Deo ſeruare, quod per nomen ſuum promiſit, ſi licitum ſit. Ita Barboſa cum Sanchez *de matrimonio, lib. 1. diſput. 31. num. 1. in fine.*

Quocirca cum communi Doctorum ſententia 8
dixi *in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonicis, tom. 1. tract. 7. diſq. 3. ſub num. 3. verſic. Vnde*, iuramentum promiſſorium, graui extortum metu, etiamſi iniuſtè, dummodo de re licita ſit factum, & animo ſe obligandi, obligare. Et ratio eſt, quia iure naturæ efficere tenemur vt verum ſit, quod iurauimus, ne Deum falſi faciamus teſtem. Vnde ſi cui viarum graſſatores occurrunt, & pro redimenda propria vita certam nummorum quantitatem eis cum iuramento promittit, illam ſoluere ſub periurij crimine tenetur. Ita Eligius Baſſæus *tom. 1. verbo Iuramentum, 12. numero 5.* cum Laymano *lib. 4. tract. 3. cap. 7. numero 2.* Syluio *2. 2. q. 89. art. 7. quæſito 1.* & cum aliis Hermannus Buſembaum *in Medulla Theologia, lib. 3. tractatu 2. cap. 2. verſic. Obligaris probabiliter.* Becanus *latè, & fundamentaliter, de iuſtitia & iure, ſub dicta q. 89. q. 5.* Et expreſſè hanc doctrinam canonizauit Alexander III. *in cap. Si verò, el 8. de iureiurando*, dicens: *Si verò aliquis quemquam grauiſſimo metu ſub religione iuramenti ſuum ius refutare coëgerit, ipſumque ſibi retinuerit, quia nos conſulere voluiſti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat; duximus tibi reſpondendum, quod non eſt tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſeruatum vergat in interitum ſalutis æterna. Nec nos alteri dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium, ne Authores periurij videamur.* Si igitur qui cum cum iuramento promiſit ſoluere aliquam quantitatem vſurario, & viarum graſſatoribus, qui iniuſtè, & cum graui mortali peccato, & reſtitutionis onere illam ſunt recepturi, tenetur adimplere, ſub lethali etiam culpa, promiſſum; quomodo verum erit, quod Cœnobium Sancti Facundi non debeat in vim huius Clementinæ conſtitutionis ſoluere debita ipſius nomine licitè, maximè contracta ſub vinculo iuramenti, non probante legitimè creditore, in vtilitatem Cœnobij ipſius fuiſſe conuerſa?

Qua tamen ratione dubitandi non obſtante, 9
etſi fortiſſima, dico bene potuiſſe Summum Pontificem Cœnobium Sancti Facundi liberare ab onere ſoluendi dicta debita, non probante creditore illa fuiſſe in Cœnobij ipſius vtilitatem conuerſa, & poſſe Cœnobium licitè illa non ſoluere, non obſtante iuramento de ſoluendo illa præſtito. Ducor *primò*, quia Monaſterium, & illius bona, erant Summi Pontificis. Tum ob rationem communem omnibus bonis Eccleſiaſticis; illorum enim omnium habet dominium, & abſolutam diſpenſationem, vti Rota *in Ferrarienſ. ſeu Comaclenſ. bonorum de Naſſellis, 7. Iunij 1627. coram Coccino Decano, num. 11* per hæc verba: *Quæ omnia tamè magis habent locum in noſtro caſu, quia Papa poteſt tollere bona vni Eccleſiæ, & illa aſſignare alteri, argum. Clementina. Si vna, de rebus Eccleſ. non alienand.* & *cap. Conſultationibus*, & *cap. Paſtoralis, de donationib. Dominium enim bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes ipſum Papam, qui ideò eorum Dominus dicitur. Abbas in cap. Conſtitutus. n. 15. de Religioſis Domibus. Æneas de Falconibus, de reſeruat. præl. 2. numero ſecundo, Pariſius de reſignatione, libro ſecundo, quæſtione trigeſimaquarta, numero trigeſimoquarto. Habétque in illas pleniſſimam poteſtatem, & diſpoſitionem, capite ſecundo, in principio, de præbendis,*

bendis, *in* 6. *cap. Propoſuit*, *eodem titul. Clementin.* 1. *in fine*, *vt lite pendente.* Hactenus ibi: Habetur apud Tamburinum *tomo tertio*, *deciſione vigeſima*, *pag. mihi* 318. & *in Toletana Monaſterij*, *Veneris* 24. *Februarij* 1668. *coram Reuerendiſſimo Patre Domino Carpineo*, me, & aliis citatis, *verſicul. Nec obſtitêre plura*, ſub hoc tenore: *Et multò minùs*, *quod has prærogatiuas obtinuiſſet in recompenſam diſmembrationis Sancti Martini*, *quia cùm illa facta ſit per Summum Pontificem*, *ex certa ſcientia*, *& cum ampliſſima*, *quam habet facultate transferendi dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad libitum ſuæ voluntatis*, *capite ſecundo*, *in principio*, *de præbendis in ſexto*, *Clementina prima*, *vt lite pendente*, Abbas *in cap. Conſtitutus*, *numero decimoquinto*, *de Religioſis domibus*, *nullam poterat de iure recompenſationem prætendere.* Rota *deciſione vigeſima*, *numero quarto*, poſt Tamburinum *de iure Abbatum*, *tomo tertio*, & *coram bonæ memoriæ Merlino*, *deciſione* 775. *numero decimonono*, *& ſequentibus*: & *in ſpecie de bonis quæ ſunt ſub proprietate Religioſorum*, Petrus de Murga *diſquiſitionum Moral. diſq.* 6. *dubitatione vigeſimatertia*, *numero quadrageſimonono*, *tomo ſecundo.* Illam habes ad finem huius voluminis. Tum etiam, quia erant Monaſterium Sancti Facundi, & ipſius bona Summi Pontificis, ob immediatam ſubiectionem, & pertinentiam ad Sedem Apoſtolicam, de qua certè pertinentia conſtat ex hac eadem conſtitutione in principio, & ex aliis editis ab aliis Summis Eccleſiæ Præſulibus, quas expoſuimus. Si ergo Monaſterium Sancti Facundi, & bona ipſius Summi Pontificis erant, benè poterat ſua Sanctitas ſtatuere vti ſtatuit, non teneri illa ad debita, quorum creditor non probaret legitimè, fuiſſe illa in vtilitatem ipſius Monaſterij conuerſa; & quidem non ſolùm quà ſupremus Princeps, ſed quà Dominus: quilibet enim rerum ſuarum eſt arbiter, & moderator, vt poſſit facere quicquid velit. Barboſa *tractat. de axiomatibus iuris*, *axiomate* 199. *numero primo*, *ex l. In traditionibus*, *ff. de pactis*, *l. In re mandata*, *Cod. mandati.* Caſtrenſi *conſil.* 260. *verſicul. Compromiſſo*, *columna ſecunda*, *in principio*, *libro* 1. Romano *conſil.* 277. *Non eſt dubium*, *num.* 2. *verſic. Conſequens eſt.* Cephalo *conſilio* 121. *num.* 10. & *conſil.* 429. *num.* 56. *&* 57. Decio *conſil.* 48. *in principio*, *lib.* 2. vbi ampliat etiam in rebus de futuro. Thoma de Thomaſſet *in Floribus legum*, *regula* 98. *&* 247. Menochio *quæſtion. illuſtr.* 28. *numero decimoquinto*, Perez *ad legem* 1. *verſicul. Ex qua infertur*, *titulo ſecundo*, *libro quinto*, *ordination.* Eſcobar *de ratiociniis*, *capite nono*, *numero quinquageſimo.* Menochio *conſilio* 255. *numero decimo*, & *conſ.* 296. Molina *de iuſtitia*, *tract.* 3. *diſput.* 1. *concluſ.* 1. & quampluribus aliis.

10 Ducor *ſecundò*, quia obligatio iuramenti, irritatione facta per Superiores, quibus ſubiecta eſt materia iuramenti, tollitur. Poſſunt enim Superiores irritare iuramenta de re ſibi ſubiecta, ſicut poſſunt irritare vota eiuſdem materiæ, qualem non ſolum habent Papa, & alij ſupremi Principes; ſed etiam pater reſpectu filij; ſuperior reſpectu ſubditi; Dominus reſpectu ſerui; maritus reſpectu vxoris, in his rebus, in quibus tales perſonæ ſunt ſubiectæ. Et ratio eſt, quia nullus iurare poteſt in præiudicium alterius. Bonacina *tomo* 2. *ad* 2. *Decalogi præceptum*, *diſputatione* 4. *q.* 1. *puncto* 17. *& finali*, *numero* 4. cum Sanchez *de Matrimonio libro* 6. *diſputatione* 39. *numero* 10. & *in præcepta Decalogi*, *libro* 3. *capite* 19. *numero ſecundo.* Suarez *libro* 2. *de iuramento*, *capite* 38. Leſſio *de iuſtitia & iure*, *libro* 2. *capite* 42. *dubitatione* 12. *numero* 61. Azorio *parte prima*, *libro* 11. *capite* 10. *in fin.* Reginaldo *libro* 18. *praxis pœnitent. numero* 64. *tractatu.* 3. *capite* 11. *numero* 1. *&* 2. & cum aliis apud Sayrum *in Claui Regia*, *libro* 5. *cap.* 8. *num.* 5. Laurentius de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. cum D. Thoma 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 3. D. Antonino *in ſumma*, *part.* 2. *tit.* 10. *capite* 6. §. 2. Soto *de iuſtitia & iure*, *libro* 8. *q.* 1. *articulo* 9. Iacobo de Graſſis *tomo* 2. *conſiliorum*, *libro* 3. *de voto*, *conſ.* 1. *numero tertio.* Idem Graſſius *in deciſionibus aureis*, *parte* 1. *libro* 2. *capite* 18. *numero* 37. quò loci ita fatur: Igitur vbi agitur de iure Superioris, concludendum eſt, quod iuramentum ſine eius præiudicio intelligitur, *cap. Venientes*, *de iureiurando*, vbi agebatur de appellatione, quæ impedire non poterat, quominus ad pœnam deferretur. Eſt etiam textus *in l. fin. ff. ad municipal. cap. Conſtitutus*, *de reſcriptis*, *cum ſimilibus.* Quæ concluſio ampliatur non ſolùm in Pontifice, ſed etiam in alio Superiore, *dicta l. final.* Hæc ille.

Probo in aliquorum ſententia *tertiò*: quia iuramentum aſſumit naturam actus, cui accedit; & ſic (ſaltem quando licitè vtrumque adimpleri poteſt) conſequitur conditiones, qualitates, & proprietates, quas ille actus à iure Canonico, vel Ciuili ab exordio, & ex ſui proprietate nactus eſt, vti docet Antonius Naldus *in ſumma*, *verb. Iuramentum*, *num.* 11. Illuminatus Moronus *reſponſ.* 46. *num.* 49. *ex leg. final. Cod. de non num. pecun. l. final. ff. Qui ſatiſdare cogantur*, & alij, quos ſuppreſſis nominibus refert Emmanuel Sà *verbo eodem*, *numero decimonono.* Ergo cùm contractus factus nomine Monaſterij, ex canonica diſpoſitione huius conſtitutionis, vt ille arctet, & obliget ad ſoluendum debitum, debeat legitimè probari, fuiſſe conuerſum in ipſius Monaſterij vtilitatem; eandem conditionem, & qualitatem habebit iuramentum factum de ſoluendo debito, ita vt nullatenus confirmet contractum, niſi legitimè probetur præfata conuerſio.

Quartò ducor, quia ex parte legis humanæ, 11
tam Eccleſiaſticæ, quàm ciuilis, tolli poteſt obligatio iuramenti, ſi id declaret. Sed conſtitutio Clementis Papæ IV. quam exponimus, vim Eccleſiaſticæ legis habet, id enim importat dictio illa, *volentes*; inducit enim ius nouum, & declarat antiquũ. Gloſſa *in Clement.* 1. *de rerum permutat.* Abbas *in cap. Sedis Apoſtolicæ*, *de reſcriptis.* Barbat. *in Clement. Litteras*, *col.* 4. *eod. tit.* Flaminius Pariſ. *de reſignatione beneficior. q.* 58. *n.* 4. *in fine.* Lezana *tom.* 3. *in Mare Magn. Minor. circa* §. 71. *n.* 220 Barboſ. *tr. de Dictionib. dict.* 436. *n.* 15. *Volo.* Ego ipſe *in diſq. Moral. & Canonic. tom* 2. *diſq.* 6. *dub.* 8. *num.* 14. ergo tollit obligationem iuramenti ad ſoluendum debita contracta, Monaſterij S. Facundi nomine, non ſeruatâ eiuſdem conſtitutionis formâ, cùm id apertè declaret. Maior quoad primam eius partem demonſtratiuè probatur ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 16. ſic vt ſequitur decernente. *Nulla quoque renunciatio*, *aut obligatio antea facta*, *etiam cum iuramento*, *vel in fauorem cauſæ piæ*, *valeat*, *niſi cum licentia Epiſcopi*, *ſiue eius Vicarij*, *fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem*; *ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri*, *niſi ſecuta profeſſione*; *aliter verò facta*, *etiamſi cum huius fauoris renunciatione*, *etiam iurata*, *ſit irrita*, *& nullius effectus.* Vnde videtur

tur Summus Pontifex (inquit) Fagundez *in 2. præceptum Decalogi, lib. 2. cap. 31. num 15.*) antecedenter inhabilitare omnes, qui de Religionis ingreſſu tractant, ad validè iurandum in hoc caſu.

13 Quoad ſecundam partem, patet ex his, quæ iſte Doctor tradit *numero decimoſexto*, per hæc verba. Ex parte legis ciuilis, poteſt tolli obligatio iuramenti, vt in Regno Luſitaniæ, vbi per leges ciuiles irritantur omnes contractus, promiſſiones, & conuentiones, ſi fuerint iuramento firmatæ, & iuramentum non fuerit de licentia Regis appoſitum, quando rerum cognitio ſuper quas contractus fiunt, ad forum ciuilem, non Eccleſiaſticum ſpectabat. Similiter in Regno Caſtellæ cauetur ſub granibus pœnis, non ſolùm contrahentium, ſed etiam Tabellionum, vt in ſimilibus contractibus non apponatur iuramentum, & ſi appoſitum fuerit, ſit irritum, & nullum. Quod ideo in vtroque regno factum eſt, vt notat Leſſius *de iuſtitia, libro ſecundo, cap... dubitatione duodecima, numero quinquageſimoquinto*, & Molina *tomo primo de iuſtitia. diſputatione* 139. ne lites ratione iuramenti ad forum Eccleſiaſticum trahantur: iuramentum enim facit, vt cauſa, quæ merè eſt ciuilis, fiat mixta, vt conſtat *in cap. fin. de foro competente, in 6.* Hæc Fagundez.

14 Sec occurrit granis difficultas, quomodo lex humana, non ſolùm ciuilis, ſed Eccleſiaſtica, tollere poſſit obligationem iuramenti, cùm illa ſit de iure diuino, & naturali? Ad quam reſpondeo cum dicto Fagundez *loco citato, numero decimooctauo*, dupliciter illam tollere poſſe. *Primò*, ſi leges reddant antecedenter homines inhabiles, tam ad contrahendum, & iurandum, quàm ad acceptandum contractus iuratos: idque ob aliquam rationabilem cauſam. Cùm enim iuramentum promiſſorium non obliget, niſi acceptetur promiſſio ab eo, in cuius fauorem fit (docet etiam Moronus *reſponſo quadrageſimoſexto, numero quadrageſimonono*, cum Archidiacono *in cap. Quacumque, q. 5. in fine*, Paulus, & Antonius *in cap. Sicut, el 13. de iureiurando*:) & alter ſit inhabilis ad acceptandum, alter ad promittendum, nulla naſci poteſt obligatio ex tali promiſſione, & ex tali iuramento, aut contractu. *Secundo*, id poſſe, ſi Principes, etiam ſæculares, per leges ſuas remittant obligationes iuramentorum, quæ à ſuis vaſſallis in prædictis contractibus in fauorem aliorum apponuntur. Sicut enim ille in cuius fauorem iuramentum eſt appoſitum, obligationem illius poteſt remittere; ita Princeps ſæcularis ex iuſta cauſa illam remittere poteſt; hæc enim remiſſio non minùs efficax eſt, quàm remiſſio inferioris, in cuius fauorem iuramentum apponitur, cùm eam virtute contineat, & hoc ſecundo modo ſe habet hîc Clemens.

CONSTITVTIO XI.

& Nicolai Papæ III. Conſtitutio vnica.

Pro Abbate, & Conuentu S. Facundi, edita anno 1278.

NIcolaus III. Pontifex 190. Vrſinus, Romanus, Ioannes Caietanus Vrſinus, familiâ antea dictus: Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, creatus Viterbij 7. Kalendas Decembris, anno Domini 1277. coronatus 7. Kalendas Ianuarij eodem anno, in Baſilica Vaticana. Sedit annos duos, menſes octo, dies vigintinouem. Creauit Cardinales nouem. Obiit in Zuriano Monte, anno 1280. vndecimo Kalendas Septembris. Corpus Romam delatum, in Sacello Sancti Nicolai Ædis Vaticanæ ſepultum eſt. Vacauit Sedes menſes ſex. Fuit Monachus Benedictinus Congregationis Ciſtercienſis, vti teſtatur Alphonſ. à San. Victore *in Sole Occidentis, præludio 9. §. 1. circa finem*, ex Authoribus, quos recenſet Franciſcus Vaquerus *in apologia pro Sancto Benedicto, motiuo 57. §. 5.*

Authores sũt, Angel. Cher. *in Bullar. to. 1. pag. mihi* 180. Spond. *an.* 1277 *&* 1281. *num. 6.* Pax Iord. *tom. 1. de re ſacra, in catalogo Romanorum Pontificum.*

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Poſſunt peti à Monaſterio bona, quæ Religioſi, quocumque titulo, habere poſſent in ſæculo.

NICOLAVS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monaſterij de S. Facundo, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DEuotionis veſtræ precibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, vt poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas

ras perſonas Monachorum, & Conuerſorum veſtrorum, mundi vanitate relicta ad veſtrum Monaſterium conuolantium, & profeſſionem facientium in eodem, iure ſucceſſionis, vel alio iuſto titulo, ſi remanſiſſent in ſæculo, contigiſſent, & ipſi potuiſſent aliis liberè erogare, feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere ſine iuris præiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraîre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, IV. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

COMMENTARIVS.

§. I.

BREVIARIVM.

Axioma.

Exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis. num. 2.

Bona.

Bona propria, etiam ſtabilia, habere poſſunt in communi Religioſi, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia. n. 1 & 2.

Bona ſtabilia quænam dicantur. n. 1.

Cœnobium Sancti Facundi ſuccedit in omnibus bonis eorum, qui in eo profeſſionem emittunt. ibid.

Succedunt Cœnobia Congregationis Sanctæ Iuſtinæ. num. 6.

Succedunt & alia Monaſteria bonorum in communi capacia. n. 3. & 4.

An ſuccedant Nouitiis ab inteſtato decedentibus. num. 4.

Dictio.

Statuimus, *nouum ius inducit: & idem operatur circa ſubiectam materiam, quod ſententia diffinitiua.* num. 7.

An importet præceptum ad culpam obligans. numero 8.

Priuilegia.

Sæpè conceduntur aliquibus, & quidem vtiliter, ad id, quod iam obtinebant vigore iuris communis, aut priuilegij, &c. n. 5.

1 CONCEDIT Nicolaus Papa Abbati, & Conuentui Sancti Facundi, vt petere, recipere, & retinere poſſint poſſeſſiones, & bona mobilia, & immobilia illorum, qui habitum Monachorum, aut Conuerſorum in illo ſuſciperent Cœnobio, & profeſſionem emiſiſſent, ſiue iure ſucceſſionis, ſiue alio titulo illa ad huiuſmodi profitentes pertinerent, & de quibus ipſi, ſi in ſæculo remanſiſſent, poſſent diſponere, illa aliis erogando.

Circa quod duo adnoto. *Primum*, Monaſterium, Abbatem, & Conuentum poſſe in communi habere proprium, tam reſpectu bonorum, & rerum ſtabilium, & immobilium, quàm mobilium. Docet Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſponſ. 46. num. 13.* cum Leonardo Leſſio *de iuſtitia, lib. 2. cap. 4. dubit. 5. num. 19.* & cum communi Doctorum ſententia. Ioannes Baptiſta Lezana, mox citandus. Per bona ſtabilia intelliguntur domus, vineæ, prata, prædia, annui redditus, cenſus, iura, & actiones ad aliquid faciendum, vel recipiendum quæcumque bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia. Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tom. 1. part. 2. cap. 29. n. 3.* ex Abbate *in cap. Nulli, de rebus Eccleſiæ non alienandis, num. 9. & 10.* & ex Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 27. num. 16. & 17.* Vnde addit, per ſtabilia bona non ſolùm intelliguntur ea, quæ fixam habent radicem, vt ſunt fundi, prædia, domus; ſed etiam iura frugifera, vt ſunt cenſus, quibus annui correſpondent redditus, ſeruitutes, & ſimilia bona, quæ incorporalia appellantur. Suarez *de defenſione Fidei, lib. 4. cap. 18. num. 1.*

Et quidem non ſolùm Abbates, Conuentus, 2
& Monaſteria Monachorum poſſunt habere, & habent de facto proprium in communi; ſed etiam illud habent Mendicantes, aut ſaltem habere poſſunt, exceptis Capucinis, & Minoribus de Obſeruantia, ex conceſſione Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 3.* ſub tenore ſequenti: *Concedit S. Synodus omnibus Monaſteriis, & domibus, tam virorum, quàm mulierum, & Mendicantium, exceptis Domibus Fratrum Sancti Franciſci Capuccinorum, & eorum, qui Minores de Obſeruantia vocantur, etiam quibus, aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat.*

Lezana *tom. 2. verb. Hæreditas, num. 8.* interrogatus de quibuſdam bonis relictis à quodam, Religioſo cuiuſdam Religionis capacis bonorum, an ea bona, vel pars aliqua ipſorum pertinerent ad matrem talis Religioſi defuncti, ſic reſpondit, in vim præfatæ Conciliaris conceſſionis: videlicet, quod cùm Religio illa ſit capax habendi bona, etiam ſtabilia in communi, iuxta decretum Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 3.* ideò omnia bona, quæ prædictus Religioſus adquiſiuit poſt profeſſionem, pertinent ad illam Religionem, & non ad ipſius matrem, aut quemlibet alium. Ratio eſt, quia illa omnia cenſentur adquiſita illi Religioſo, vt Monacho, non vt filio talis matris, aut alio reſpectu. Ergo ſolùm ſpectant ad Religionem, non ad alium. Authentica *Si qua mulier*, ibi: *Res eius*; & ibi: *Rebus ſuis*. Nauarrus *commentario 2. de Regularibus, num. 58* Sanchez *lib. 7. in Decalogum, cap. 6. num. 22.* Layman *lib. 3. tract. 5. cap. 5. num. 6.* Et fauent (addit) quæ dixi circa illam regulam. Quidquid Monachus adquirit, Conuentui adquirit, *tom. 1. part. 1. cap. 6. n. 40. & part. 2. cap. 19. n. 31.*

Et loquendo de bonis illis, quæ Religioſus habuit in ſæculo, vel ante profeſſionem, reſpondit *dict. verb. Hæreditas, num. 5.* omnia etiam tranſiiſſe

fuiſſe cum illo ad Religionem, nec quidquam illorum ad matrem ipſius pertinere poſſe. Quia per profeſſionem illius omnia iura, & bona ipſius, de quibus ipſe ante profeſſionem non diſpoſuit, ſiue ab ipſo ante profeſſionem quocumque titulo acquiſita, pertinent ad Religionem. Authentica *de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi qua mulier*, & Authentica *Ingreſſi, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & *cap. Si qua mulier*, & *cap. Quia ingredientibus*, 19. *quaſt.* 3. Idque ratione probat, *primò*: Quia cùm ſe dedicans Monaſterio vitam perpetuò ducturus eſſet in eo, ab eoque alendus, æquum eſt, vt res ipſius Monaſterio cedant.

Secundò, quia ſe Monaſterio dedicans, conſequenter dedicat omnia, quæ habet. Angelus *in ſumma, verb. Religioſus, numero quinquageſimoſecundo*, Syluester *verb. Religio, num.* 24. & *verb. Religio*, 6. *quaſt.* 1. *dict.* 2. Sanchez *in Decalogum, lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 4. & communiter Summiſtæ. Ipſe Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 31. 32. *&* 53. Ad quod facit dicta regula: *Quidquid Monachus adquirit, &c.* & Rota *in Romana ceſſionis bonorum, coram Buratto*, 17. *Maij* 1619. & *in Bononienſi hereditatis, coram Merlino*, 18. *Aprilis* 1622. *num.* 1.

Tertiò dicit Lezana, quæcumque bona Religioſi defuncti pertinere poſt ipſius mortem ad Monaſterium: tum propter ea, quæ ipſemet docet *verb. Spolia Regularium, num.* 1. Tum quia hæres Religioſi eſt Monaſterium, vt tradunt gloſſa *Authent. Si qua mulier, verb. Competere, in fine, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Albericus *Authent. Ingreſſi, n.* 7. *fin. Cod. eodem titulo*, Barbatius *cap.* 12. *In præſentia, num.* 125. *de probationibus*. Angelus *verb. Monaſterium, num.* 4. Sylueſter *verb. Religio* 8. *quaſt.* 2. Tabiena *verb. Monachus, quaſt.* 15. *num.* 16. vel ſaltem, vt alij propriùs loquuntur, eſto Monaſterium propriè hæres non ſit Religioſorum, ſaltem iure cuiuſdam acquiſitionis naturalis, & acceſſoriæ perſonæ, bona Religioſi defuncti pertinent ad Monaſterium, provt ex pluribus Doctoribus probat Sanchez *dict. lib. in Decalogum*, 7. *cap.* 12. *n.* 21. Tum tandem, quia Monaſterium eſt loco filij, vt tenuit Rota *in dict. Bononienſi hareditatis, coram Merlino, num.* 25.

Limitat tamen Lezana dictam doctrinam, vt non procedat in bonis, quæ pro legitima matri debentur, præcipuè quando ſuperuiuit filio Religioſo, iuxta Bartolum *in Authent. Si qua mulier, n.* 18. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & Iaſonem ibi *n.* 36. Abbatem *in cap. In præſentia, num.* 53. *de probationibus*. Rojas *in epitome de ſucceſſ. cap.* 29. *ampliat.* 8. *num.* 40 Et eſſe æquiorem opinionem, probare ait Gratianum *deciſ. Marchia* 7. *num.* 5. 7. *& ſeqq.* & in caſu dubij à Lezana propoſiti, Molinus tenet *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 12. *n.* 9.

Et quod legitima debeatur aſcendentibus, & quod in ea præferri debeant Monaſterio, docet Lezana ex Pat. Molina *de iuſtitia & iure, diſp.* 140. *colum.* 5 §. *hoc tamen*, Leſſio *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 10. *num.* 83. Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regularium, q.* 128. *art.* 2. Lopez *de contractibus cap.* 39. *q* 3. *notab.* 5. Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 19. *&* 21. Vnde non ſuccedere Monaſterium in bona filij profeſſi, quæ ſunt patris legitima, docuit idem Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 37. & *dict. tom.* 2. *verb. Hareditas, num.* 17. cum Layman. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. & horum omnium reddit rationem, quia legitima eſt debita aſcendentibus eodem iure, quo deſcendentibus, ſcilicet naturali, non ciuili, vt probant Authentica *de Hæredibus, & Falcidia, §. Primum itaque*: Peregrinus *tract. de fideicommiſſ. art.* 49. *num.* 49. *in fine*. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1331. *num.* 1. *&* 15. & Merlinus *lib.* 1. *de legitima, tit.* 2. *quaſt.* 12. *n.* 4.

Aduertit tamen Lezana *dict. verb. Hæreditas, n.* 19. legitimam deberi parentibus ex ſolo peculio profectitio filij, non autem ex caſtrenſi, quaſi caſtrenſi, aut aduentitio, vt probat ex pluribus iuribus, & Doctoribus Merlinus *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 12. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. & *tit.* 2. *q.* 27. *num.* 1. *&* 3. Et ratione probatur: quia bona caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, & aduentitia ſub dominio filij ſunt, non autem profectitia, ſaltem omnia, vt propterea in bonorum diuiſione cum aliis fratribus, non debeat filius bona adducere caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, & aduentitia, ſed ſolùm profectitia, vti docent idem Lezana *num.* 21. & Bonacina *tom.* 2. *tract. de contractibus, quaſt.* 6. *diſput.* 3. *punct.* 7. §. *vnico. propoſit* 2. *num.* 3. *pag. mihi* 558. Quænam autem dicantur bona caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aduentitia, & profectia, declaraui *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 1. *n.* 6. *cum tribus ſeqq.* & declarat Lezana *dict. n.* 19.

Sed redeundo ad conceſſionem Concilij, dico illam non excludere omnes Fratres Sancti Franciſci, ſed Capuccini, & Obſeruantes tantùm excipiuntur. Vnde Minores Tertij Ordinis poſſidere poterunt in communi bona immobilia; cùm id doceat Clementina, *Cùm ex eo*, & Doctores ibi, *de ſent. excommunicationis*. Brunorus à Sole *in Compendio reſolutorio propoſitionum vtriuſque iuris, verb. Fratres, num.* 3. *in fine, verb. Hæredis inſtitutio dubia*, vbi ita fatur: Si fuerint inſtituti Fratres Ordinis Sancti Franciſci, vt inſtitutio valeat iuxta legem, *l. Quoties, de rebus dubiis*, videtur teſtator ſenſiſſe de Fratribus Tertij Ordinis, qui ſunt capaces in communi. *Clement. Cùm ex eo, & ibi notat. de ſent. excommunicationis*; non autem de aliis Minoritis, qui ſunt omnino incapaces, iuxta Clementinam *Exiui, de verborum ſignificatione*. Idem Brunorus *verb. Hæreditas patris profeſſi*, ſæpè eandem repetit incapacitatem, etiam *verb. Bona ingredientium*. Tum ex prædicta Tridentina diſpoſitione; exceptio enim firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, *can. Dominus, el* 6. 32. *quaſt.* 7. vbi gloſſa, Marcus Vidal *in Arca Vitali, de caſibus reſeruatis, inquiſit.* 2. *num.* 10. & *de duello, inquiſit.* 6. *num.* 9. Caramuel *in Commentario in Regulam ſancti P. Noſtri Benedicti, num.* 585. *& in aliis multis*, & *in Theologia Fundamentali, num.* 953. ego ipſe *ad calcem qq. Paſtoralium, in diſquiſit. de iure Prioris annexi, n.* 12. & *in Diſquiſit. Moralibus, tom.* 2. *diſq.* 11. *dub.* 7. *num.* 5.

Secundum, quod adnotandum eſt, videri ſuperfluam 3
conceſſionem in hac conſtitutione à Nicolao Papa factam Abbati, & Conuentui Sancti Facundi, ob ea, quæ præfatus tradit Brunorus à Sole *verb. Bona ingredientium*, vbi in ſequentia prorumpit, ſatis opportuna ad rem præſentem, verba: Bona ingredientium Religionem Minorum, licèt non applicentur eorum Monaſteriis, vt infrà *verſ. Fratres Ordinis Minorum ſunt incapaces*, & *verſ. Hæreditas patris profeſſi*; ſecus tamen eſt in aliis Mendicantibus, quorum Ordinem ingredientium bona eorum Monaſteriis applicantur, vt infrà *verſ. Fratres Mendicantes*. Et ita dicit Speculator *in tit. de ſtatu Monachorum, in princ, quaſt.* 3. *&* 4. Archidiaconus *in cap. Quia ingredientibus*, 19. *q.* 3. Abbas *in cap. Cùm in præſentia, num.* 62. *de probationibus.*

nibus. Dominicus *in cap.1. §. Confirmatos*, *col.2. de Religioſis domibus, in 6.* Alexander *conſ.* 88. *num.4. vol. 2.* vbi dicit communem. Imola *in l.1. de teſtamentis. in fine.* Calderinus *conſ.46. tit.de teſtamentis.* Decius *in dict.cap. Præſentia, n.69.* vbi etiam communem dicit. Quod procedit, vt dixi in ſupradicto verſiculo, non de iure, ſed de conſuetudine, vt etiam dicunt Baldus *in Authent. Si qua mulier, col.3. C.de Sacroſanctis Eccleſiis, conſ.56. in fine.* Caſtrenſis *in Authent. Ingreſſi. col.1. & 2. C.de Sacroſanctis Eccleſiis*: vel etiam ex priuilegio. Ex quibus capitibus alij Mendicantes capiunt, vt retineant. Baldus *in Authent. Niſi rogati, col. 1. ad Trebellian.* & *conſ 479. vol.2.* Bartolus loquens de Fratribus Prædicatoribus *in tract. Minorum, col.3.* & *in l.1. § Filio, ad Tertyl.* Pariſius *conſ.22. col.1. vol.2.*

4 Hucuſque Brunorus à Sole. Ex quibus habemus, quod ſiue ex conſuetudine, ſiue ex priuilegio, ſuccedit Monaſterium Mendicantium in bona ſui Religioſi: quod etiam in communi docet Diana *part.6. tract. 7. reſolut.55.* & Coordinatus *tom.7. tract.1. reſolut.170.* cum Caſtro Palao *tom.3. tract.16. punct. 14. num. 3.* & aliis. Docet etiam Eraſmus Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, part. 1. quæſt.19. num.9.* cum Philippo Francho *in ſua diſputatione Petitorij, dub.3. à num. 24.* & cum Selua cenſet, *Nouitio decedente* (quod fortius quidem eſt, & valde notandum,) *non proximiores, ſed ipſum Monaſterium, ab inteſtato, non ſecus, quàm ſi profeſſus eſſet, hæreditario iure debere ſuccedere.* Addit tamen *num. 12.* licèt videatur contradicere Menochius *de præſumptionibus, lib. 4. præſumption. 83. num. 47. & 73. fol.* 808. dicens, quod ante profeſſionem quis animo dicatur ingreſſus Religionem, quâ non factâ, bona (inquit) Monaſterio non acquiruntur. Quod etiam docet Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tomo ſecundo, verb. Hæreditas, num. 1.* cum Sanchez *in Decalogum lib. 7. cap. 3. num. 92.* & Portel. *in reſponſionibus Moralibus, tom. 2. caſu 69. num. 2.* Et licèt neget ſuccedere Nouitio Monaſterium, affirmat profeſſo ſuccedere; quia ſi non facta profeſſione non acquiruntur bona Monaſterio: ergo à contrario ſenſu, acquiruntur facta profeſſione.

5 *Videri ſuperfluam conceſſionem*, dixi; ſed verè ſuperflua non fuit. Vel quia tunc temporis nondum erat conceſſum ſimile priuilegium alicui Monaſterio; vel illo non potiebatur Sancti Facundi Cœnobium; vel non aderat conſuetudo, vi cuius ſuccederet in bona habitum in ipſo ſuſcipientium: & ſi illa extabat, conceſſit Nicolaus Papa præfatam conceſſionem, vt abſque vllo ſcrupulo, licitè, & validè poſſent Abbas, & Conuentus poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia Monachorum, & Conuerſorum petere, recipere, & retinere. Non enim rarò, immò potius frequentiſſimè conſueuerunt Pontifices Summi concedere per nouam conſtitutionem, aut priuilegium, id ipſum, quod iam priuilegiarius poſſidebat, & habebat, in vim alterius priuilegij, aut iuris communis, ſeu alterius diuerſi tituli, vti in ſuperioribus iam me dixiſſe memini.

6 Similem facultatem fecit poſtea Eugenius Papa IV. Congregationi Sanctæ Iuſtinæ, illius Abbatibus, Conuentibus, & Monaſteriis Florentiæ, ſcilicet anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, ſeptimo Kalendas Martij, & ſui Pontificatus anno quarto. Incipit Conſtitutio, *Etſi ex debito*, quæ habetur in Bullario noſtræ Congregationis *la 6. fol.15. & ſeqq.* & apud Aſcanium Tamburinum *tom.1. de iure Abbatum, pag.435.* licèt cum aliquo datæ vitio, incuriâ fortè Typographi. In dicta igitur Conſtitutione ſic, vt ſequitur, concedit Eugenius. *Quodque præfatæ Congregationis Monaſteria, & loca, hæreditates, legata, & fideicommiſſa per mediam perſonam Monachorum, aut aliàs qualitercumque delatas, bona mobilia, & immobilia in quibuſcumque ciuitatibus, & locis, quovis titulo adquirere; ipſique Monachi, & perſonæ petere, & exigere poſſint præfata bona, vndecumque, vel qualitercumque eis debita, & quæ ſi in ſæculo remanſiſſent, ius petendi, & exigendi haberent, ipſis eorum Monaſteriis acquirenda; quibuſcumque ſtatutis, ordinationibus, & decretis cuiuſvis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis perſonæ, Communitatis, Collegij, ſiue Vniuerſitatis, aut alterius cuiuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis, officij, & authoritatis exiſtat, nullatenus obſtantibus, præſentium litterarum ſerie ſtatuimus.*

Hæc Eugenius Papa, in cuius vltima dictione, 7
ſtatuimus, recognoſco, condidiſſe nouum ius in recenſita diſpoſitione, & protuliſſe ſententiam diffinitiuam, ſeu illius firmitatem circa materiam conceſſionis, ſupra quam cadit. Verbum enim, *Statuimus*, inducere nouum ius, probat Barboſa *tract. de dictionibus, dictione 385. num. 1. ex cap. Paſtoralis, de iudiciis, cap. 1. de Officio delegati, in 6. ex Clementina finali*, vbi gloſſa *verbo ſtatuimus, de reſcriptis*, gloſſa *verbo Eodem, in cap. Statuimus, el 13. de officio delegati, lib. 6.* Alexandro *de Næuo in cap. Nam concupiſcentiam, num. 28. de conſtitutionibus*, Rebuffo, *in Concord. rubrica de collation. §. 1. littera A.* Cardinali Seraphino *deciſ. 510. num.4.* Nicolao Garcia *de beneficiis, part. 3. cap. 1. num. 9.* & ex Flaminio Pariſio *de confidentia beneficiorum, quæſt. 58. num. 44.* Probat etiam Nauarrus *lib. 5. conſiliorum, tit. de Purgatione vulgari, conſil. 2. num. 5.* ex dicta gloſſa *in Clementina fin. de reſcriptis*: & ex eo ego ipſe *in diſquiſitionib. Moralib. & Canonic. tomo 2. diſq. 11. dub. 17. n. 5.* Et interdum importare idem verbum, vim, & firmitatem diffinitiuæ ſententiæ, probat idem Barboſa *eadem dictione, num. 2.* ex gloſſa *verbo Statuimus, in cap. Cùm ab vno, de ſententia, & re iudicata, lib. 6.*

An autem dictio, *Statuimus*, importet præceptum, & ad culpam obliget, ſub opinione eſt. Præceptum importare, docent apud Barboſam Felinus *in dict. cap. Cùm concupiſcentiam, numero 8. limitat. 4.* & ibi Decius *in 2. lectura, numero 25. in noua editione* & Imola *numero 8. & 9.* ipſe tamen Barboſa cum Butrio *in idem cap. Concupiſcentiam, in fine*, cum Abbate ibidem, *numero 4.* Gutierrez *Canonicarum lib. 1. cap. 7. n. 25.* Azorio *Inſtitutionum Moral. part. 1. lib. 4. cap. 6. quæſt. 5.* Gregorio Sayro *in Claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 28.* & cum Sanchez *in Præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 46.* negant importare præceptum. Et ipſis conſonat præfatus Alexander de Næuo, quatenus aſſerit, non importare, ſeu non includere obligationem ad culpam.

§. II.

§. II.

BREVIARIVM.

Axioma.

Taciti,& expreſſi idem eſt indicium. n.11.

Bona.

Quenam bona feudalia poſſidere queant Monaſteria,& quenam non. n.9.11.& 12.

Feudum.

Nomen eſt Gothum. Quid importet declaratur. numero 9.

In quo differant emphyteuſis, & feudum,& in quo conueniant n.10.

Bona feudalia an à Monaſteriis poſſideri poſſint. n. 9. 11.& 12.

Monaſteria.

Non ſunt capacia Regni, Ducatus, Marchionatus, nec Comitatus. n.3.

9 F*Eudalibus duntaxat exceptis.* Hanc limitationem ſuæ non addidit conceſſioni Eugenius Papa, quam Nicolaus prædeceſſor ſuæ appoſuit. Circa quam occurrit adnotandum quod docet Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.1. part.2. cap.19. n.4.* videlicet Monaſteria, quæ in communi bona immobilia poſſidere poſſunt, poſſidere etiam poſſe feudum, quando ſeruitium petitum in feudo, tale eſt, quod poſſit à Monaſterio exhiberi; ſecus autem quando eſt tale, quod præſtare illud nequeat, aut exhibere. *Feudum* enim, quod nomen eſt, & vocabulum, teſte Calepino, à Gothis ortum, quo ſignificatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium ea lege alicui datur, vt ipſe,& ipſius poſteri, atque hæredes, beneficij authorem perpetuò agnoſcant, & quaſi pro Patrono colant, eiuſque caput, exiſtimationem, & fortunas tueantur, *Eſt conceſſio rei immobilis, vel æquipollentis, cum tranſlatione vtilis dominij, proprietate retenta, ſub onere fidelitatis, & obſequij perſonalis exhibendi.* Vti docet Eligius Baſſæus *tom.1. verb. Feudum, num.1. ex lib.2. feudorum, tit.23.* Leſſio *de iure & iuſtitia, lib.2. cap.24. dubitat.1. num.5.* Filliucio *tract.36. cap.9. num.159. & 164.* Syluestro *verb. Feudum,* Bonacina *de contractibus, quæſt. 8 punct. 1. numero 3* & Paulo Layman *lib.3. tractatu 4. capite 24. num.1. & 2.*

10 Ex qua certè diffinitione conſtat differentia inter feudum, & emphyteuſim, ait Eligius Baſſæus, quod quamvis in vtroque transferatur dominium vtile in recipiente, remanente dominio directo apud traditorem, differunt tamen ratione penſionis: nam *quatenus penſio eſt perſonalis*, id eſt conſiſtens in obſequio perſonali, dicitur *Feudum*; quatenus verò *penſio eſt realis*, conſiſtens nempè in pecunia, vel frumento, vel alia re ſimili, dicitur *Emphyteuſis.* Vnde concludit Eligius: Duo ad ſubſtantiam *Feudi* pertinent. *Primò*, vt res in feudum data, immobilis ſit, vel vt talis habeatur, vt Regnum, Prouincia, Vrbs, pagus, ager, prædium, &c. *Secundò*, vt is, qui accipit, fidelitatem, & obſequium Domino promittat. Ita Doctores citati communiter. Ita & Baſſæus.

11 Quà certè differentia ſtante, optimè dixit Magiſter Lezana, Monaſteria capacia ad poſſidendum in communi bona immobilia, poſſidere poſſe feudum, quando ſeruitium petitum in feudo, tale eſt, quod poſſit exhiberi à Monaſteriis: ſi enim obſequium conſiſteret in aſſociatione perſonæ Domini, in bello v.g. aut in aliquo alio miniſterio, quod ſtatum Regularem, & Monaſteria dedeceat, certum eſt quod illa non poſſunt ſuccedere in feudis, quibus in ſæculo potiebantur, qui ad illa conuolarunt, & profeſſionem Regularem emiſerunt. Et de his dubio procul feudis intelligenda venit limitatio addita in præſenti conſtitutione à noſtro Nicolao III. & ſubintelligenda in Eugeniana præfata. Rationabilis enim illa eſt, & ſemper militat ratio tacta indecentiæ ſtatus, & impoſſibilitatis moralis Monaſterij exhibendi huiuſmodi perſonalia obſequia. Vnde cùm taciti, & expreſſi idem ſit indicium, iuxta vulgare, & commune axioma, quod probat Barboſa *axiom. 218 n.1. ex l. Cum quid, ff. ſi certum pet. uur, l. ſi filiusfamilias ff. eod. tit. l. vlt ff de legatis 2. l. Item quia, ff de pactis, l. vlt. C. Qui bonis cedere poſſunt*: pluribus adductis Doctoribus, idem erit indicandum fuiſſe limitatum à Nicolao, & ab Eugenio: ab illo quidem expreſsè, ab iſto verò tacitè.

12 Hanc materiam terminare libet reddendo doctrinam Lezanæ, qui in ſequentia prorumpit. Pro quo notandum, Feudum eſſe ius habendi rem aliquam immobilem, quoad dominium vtile, cum onere obſequij, vel ſeruitij exhibendi principali habenti dominium directum talis rei. Quando ergo tale obſequium, vel ſeruitium exhibendum, eſt tale, quod à Monaſterio exhiberi poſſit, tunc capax erit feudi; ſecus verò quando non poteſt ab illo exhiberi. Ratio eſt, quia feudum habet annexum illud onus. Quando Monaſterium capax eſt ſubeundi tale onus, capax etiam erit feudi; quando autem incapax eſt oneris ſubeundi, incapax quoque erit feudi. Molina *tom.1. de iuſtitia & iure, diſp.140 verſ. Regulam.* Leſſius *in eod. tract. lib.2. cap.41. dubi.10 n.84.* Sanchez *lib.7. in Decalog. cap.15. n.36.* Extat inſuper priuilegium Cœleſtini V. ſuæ Congregationi conceſſum, de quo Rodriguez *tom.1. q.38. art.3.* vbi etiam de aliis circa hoc. Tunc autem erit Monaſterium capax talis oneris ſubeundi, cùm ſeruitium præſtandum Patrono directo feudi eſt reale, conſiſtens in pecunia, vel alia re tradenda; vel ſi ſit perſonale, non dedeceat illud ſubire, vel caſu, quo dedeceat, poſſit per ſubſtitutum exhiberi. Sanchez *vt ſuprà.* Vnde feudi petentis ſeruitium incertum ad arbitrium Domini, capacia non ſunt Monaſteria, cùm poſſet tunc à Domino poſtulari ſeruitium, quod non poſſet, vel non deberet à Monaſterio exhiberi. Menochius *conſ.54. n.15.* Sanchez vt ſuprà, *n.44.*

13 Limitatur tamen tradita doctrina de capacitate Monaſteriorum ad poſſidẽdum feudum, ad feudum, quod non habet dignitatem annexam, cuius incapax eſt Monaſterium, vt Regni, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. Cùm enim Monaſteria capacia non ſint huiuſmodi dignitatum, vt dicetur inferiùs, *num.8.* ſic neque feudi, cui annexæ ſunt. Molina *vt ſuprà.* Azorius *tom.1. Inſtit. Moral. lib.12. cap.8. quæſt.5.* Hæc Lezana. Illud autem, quod dicit, quod Monaſterium eſt capax feudi, quando ſeruitium præſtandum Domino reale eſt, conſiſtens in pecunia, vel alia re tradenda, nequaquam conuenit feudo, ſed emphyteuſi, vti ex definitione *num. 9.* tradita apparet.

§. III.

§. III.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Sine præiudicio iuris alieni, *ſemper ſubintelligitur in omnibus conceſſionibus, quando ſtare poteſt cum principali diſpoſitione.* n. 14. & ſeqq.

Limita in præiudicio expreſſo. n. 15.

Requirit dicta clauſula cauſæ cognitionem. numero 16.

Gratia.

In omni Principis gratia ſubintelligitur fieri ſine alterius iniuria. n. 14. & ſeqq.

Monaſteria.

Congregationis noſtræ Monaſteria ſuccedunt in bonis ſuorum Religioſorum. n. 16.

14 S*Ine iuris præiudicio alieni.* Clauſula iſta ſemper ſubintelligitur in omnibus conceſſionibus, quando ſtare poteſt cum principali diſpoſitione. Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſ.* 157. *num.* 1. cum Cardinale Seraphino *deciſ.* 398. *num.* 18. & Menochio *conſil.* 1033. *num.* 25. Et ſic in qualibet Papæ gratia. Barboſa *ibid. num.* 2. cum Sarnenſ. *de iure quæſito non tollendo, quæſt.* 1. *in principio*: & Rota *in Pampilonenſi ſepulturæ*, 10. *Nouembris* 1608. *coram Ludouiſio, Gregorio XV. in Pontificatu vocato, deciſ.* 83. *num.* 2. Et ratio eſt, quia Principis gratia ſemper intelligitur ſine alterius iniuria. Barboſa *num.* 3. *ex l.* 2. §. *Si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. Super eo, de officio delegati.* Decio *conſil.* 15. *n.* 4.

15 Quod tamen intellige, ſine alio præiudicio, quàm expreſſo. Ita explicant Barboſa *vbi proximè, num.* 5. *&* 19 & Lezana *tom.* 3. *in Mare Magnum Carmelitarum, circa* §. 24. *num.* 223. cum Oldrado *conſilio* 330. *in fine.* Flaminio Pariſio *conſilio* 70. *num.* 12. *lib.* 1. Gabriele *conſil.* 151. *num.* 29. *& ſeq. lib.* 1 Theodoſio de Rubeis *clauſula* 754 *num.* 9. Verallo *deciſ.* 7. *in fine, de iurepatronatus.* Honded. *conſil.* 86. *num.* 47. *tom.* 2. Stephano Gratiano *diſceptationum forenſium cap.* 867. *num.* 19. Cæſare Argello *de contradictore legitimo, quæſt.* 12. *num.* 9. Rebuffo *in praxi beneficiorum in forma non prouiſ. in verbis Dummodo, num.* 6. Cenedo *poſt libr. practicarum quæſtionum, ſingul.* 100. *num.* 3. Rota *in Toletana admiſſionis*, 17. *Iunij* 1609. *coram Pamphilio, apud Farinacium la* 192. *num.* 6. *part.* 1. Ac proinde operatur tantùm ſuper non expreſſis in eodem contractu. Iidem Barboſa, & Lezana, cum Rebuffo *in dicta praxi, titul. de erect. in Colleg. ad finem.* Mandoſio *conſilio* 10. *num.* 14. Martha *de Clauſulis, part.* 1. *clauſ.* 157. *num.* 3. *&* 9. *in vltima editione.* Rota *deciſ.* 720. *n.* 8 *part.* 1. in poſthumis Farinacij, aliàs *part.* 3. *recentiorum.*

16 Clauſulam præfatam requirere cauſæ cognitionem, docet Barboſa *num.* 19. cum Verallo *deciſ.* 284. *num.* 4. *part.* 2. Theodoſio de Rubeis *in ſingularibus Rotæ, tom.* 2. *part.* 4. *clauſula* 756. *num.* 5. vbi *numero* 6 ait, quod in omni gratia venit ſemper tacitè intellecta, & appoſita, cùm ſemper cenſeatur aliquid concedi ſine præiudicio iurium alterius. Et *num.* 7. addit, quod ſi exprimatur, intelligitur etiam de modico præiudicio. Plura alia circa dictam clauſulam tradit Barboſa, apud quem, me ad alia intento, videri queunt; pro præſenti dicta ſufficiant.

Vnum tamen pro coronide huius Commentarij aduertere duxi, quod tam præſenti Conſtitutione Nicolai Papæ III. quàm Eugeniana, ſuprà *num.* 6. recenſita, gaudere poſſunt, & gaudent, non ſolùm Abbas, Conuentus, & Monaſterium Sancti Facundi, & Congregatio Sanctæ Iuſtinæ, quibus illæ fuerunt reſpectiuè conceſſæ; ſed etiam noſtra Congregatio Hiſpana, ac omnia, & ſingula illius Monaſteria, & loca, vt oſtendi ad conſtitutionem ſextam, *n.* 1173. & ſæpè alibi. 16

CONSTITVTIO XII. & prima Clementis VII.

Pro Abbate, & Conuentu Cœnobij Sanctæ Mariæ Hyrachenſis, edita anno 1386.

CLemens VII. Antipapa, electus in ſchiſmate contra Vrbanum VI. anno 1378. quam ob cauſam in chronologia Summorum Pontificum numerus ei non adſcribitur. Fuit tamen pro legitimo habitus Papa apud multa Regna, & vt tali fuit ei obedientia præſtita. Sedit annos quindecim, menſes vndecim, dies octo ſupra viginti. Creatus fuit Auenione duodecimo Kalendas Octobris, & coronatus Kalend. Nouembris dicti anni 1378. Obiit Auenione 16. Kal. Octobris 1394. & ſepultus in Eccleſia Cœleſtinorum ad Pontem Gorgiæ. Creauit Pſeudocardinales 37.

Authores ſunt Angel. Chec. *tom.* 1. *Bullar. pag.* 191. Baron. *in Annalibus, an.* 1378. Spond. *eod. ann. n.* 16. *in fine*, & *an.* 1394 *num.* 9. Iord. *in Cathal.*

Et licèt iſte Clemens, legitimus non fuerit Pontifex Summus, eius conſtitutiones à veris, & legitimis Pontificibus fuerunt pro legitimis habitæ, vt alibi dico. Ex data huius ſolùm deprehendi non poteſt, quod eius conditor fuerit, cui illam adſcribimus, eo ſolùm ducti, quia ſub eius tempore in noſtro recenſetur Bullario, cùm annum, aut eram non exprimat; conuincitur tamen illummet, aut Clementem VI. verum, & legitimum Summum Pontificem fuiſſe illius authorem, ex computatione temporis. Quia Hyrachenſi Cœnobio nullus Ioannes præfuit dignitate Abbatiali inſignitus, ab anno Domini 1305. in

Character.

Poteſtas per characterem collata, de ſe ſufficit ad operandum in quocumque loco, & circa quamcunque perſonam; ad rectè tamen operandum iuriſdictio requiritur. n.15.

Clauſula.

In dicto Monaſterio, *appoſita in conceſſione Pontificalium, importat, quod Abbas propria ex authoritate, ſolum illa exercere valeat in Monaſteria, & in eius limitibus, non vero, quod non poſſit in alieno territorio, de licentia Domini illius.* n.13. & 14.

Poteſt enim ibi illa exercere, licentiá huiuſmodi interueniente. n.15.

S. Congregatio.

Refertur decretum S. Congregationis, obreptitiè, & ſubreptitiè obtentum. n.11.

Dictio.

Quid importet dictio, Niſi, *explicatur.* n.11.

Dictio liberè, *expenditur.* n.12. & 13.

Eccleſia Romana.

Omnium Eccleſiarum Magiſtra eſt. n.17.

Epiſcopi.

Extra ſuam Diœceſim ſubditos ordinare non poſſunt. num.7.

Iudex.

Inferior Iudex iuriſdictionem ſuam exercere non poteſt, maiori præſente Iudice n.17.

Libertas.

Facultas eſt de re ſua ad libitum diſponendi. n.12.

Ordo.

Ordinare, eſt præcipuus Pontificalium vſus. numero 7.

An Abbas ab alio inuitatus Abbate, poſſit in inuitantis Monaſterio vtriuſque ordinare ſubditos. n.13. 14. & 15.

Alia vide verbo Abbas, *& verbo* Epiſcopi.

Pleno iure.

Quanam Eccleſia dicantur pleno iure vnita. numero 1.

1 CIRCA iſtam conſtitutionem, quod primò occurrit adnotandum, eſt, vſum Mitræ, Annuli, & aliorum Pontificalium inſigniorum in illa conceſſum, abſolutum eſſe, & nullo modo reſtrictum ad dictum Monaſterium. Vnde illius Abbates prædictis inſigniis liberè vti poterunt, abſque vlla alterius dependentia, & contradictione, & propria ex authoritate, non ſolùm intra ſepta ipſius Monaſterij, ſed etiam in Eccleſiis, & locis ipſi Monaſterio vnitis, & ad ipſum ſpectantibus iure pleno, & vnione totali, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, vel ad menſam. Quod docet gloſſa *in cap. Abbates, in addit. ad ſummam eiuſ. de priuilegiis, lib.6.* ibi: *Si Abbas à Sede Apoſtolica obtinuit priuilegium, vt poſſit impertire ſolemnem benedictionem, iſtud priuilegium reſtringitur quamdiu eſt in Monaſterio, vel in Capellis ſibi pleno iure ſubiectis.* Et ibi: *Nota, quod ſi Papa dedit alicui Abbati priuilegium benedicendi populum benedictione ſolemni, iſtud priuilegium non extenditur extra Monaſterium ipſius Abbatis, & loca ſibi pleno iure ſubiecta.*

Quænam autem ſint huiuſmodi loca pleno iure ſubiecta, explicat Ioannes Andreas *in idem cap. Abbates, in addit. ad verſ. Pleno iure,* per hæc, quæ ſequuntur verba: Dicit hic Archidiaconus, Alanum ſcripſiſſe, quod tunc Eccleſiæ pleno iure pertinent ad Monaſteria, quando in eis Sacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiunt, præter ſtipendia Miniſtrorum, *de præbendis, Auaritiæ, c. De Monachis,* vbi de hoc in antiquis, & 16. *quæſt. 2. in ſumma.* Barboſa *in cap. Abbates, citato n.8.* dicens: Dicuntur igitur Eccleſiæ ad aliquem pleno iure pertinere, quando vtroque iure, id eſt in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiectæ ſunt, vt per Rebuffum *in Concordat. tit. Forma mandati, verb. Pleno.* Azorium *part. 1. lib. 12. cap. 20. quæſt. 7.* Cardinalem Tuſchum *tom. 6. lit. P, concluſ. 364. num. 3.* Sayrum *de cenſuris, lib. 1. cap. 6. num. 12.* Ego ipſe *in qq. Paſtoralibus, part. 2. quæſt. 2 §. 7. de diuiſione vnionis,* plura pro hac cumulaui explicatione.

Noſtram concluſionem tenet ſatis expreſsè Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. in epiſt. ad Lectorem, & diſp. 21. quæſ. 2. n. 3.* vbi ita fatur: Sed cùm Abbas circa vſum Pontificalium procedat à pari cum Epiſcopis, & cum omnibus, quibus talis vſus permiſſus eſt, vt *in cap. Apoſtolicæ, de priuilegiis in 6.* & ſicut Epiſcopis, & Archiepiſcopis de iure conceditur talis vſus, non ſolum in Eccleſia Metropolitana, & Cathedrali, ſed etiam in qualibet Eccleſia ſuæ Prouinciæ, *in dict. cap. Cùm ſis (de authoritate, & vſu pallij;)* ita & Abbati, etiam in aliis Eccleſiis, & beneficiis vnitis, eſt permiſſus talis vſus, cùm etiam in ipſis locis habeat iuriſdictionem. Vnde cùm militet eadem ratio in Abbate, quæ militat in Epiſcopo, idem ius in eodem militare debet, iuxta textum *in l. Illud, ff. ad l. Aquil. & l. à Titio, ff. de verb. obligat.* De qua re dubium non eſt; quia poteſtas exercendi Pontificalia, non ſolum in Eccleſia propria, ſed in aliis ſibi pleno iure ſubiectis, competere noſcitur Abbatibus, per textum *in dict. cap. Vt Apoſtolicæ. & per cap. Abbates, eodem tit. & lib.* ac per ſpecialia priuilegia ſuper hoc eis conceſſa à Sede Apoſtolica, de quibus *in antecedenti diſputatione, quæſ. 1. & in præſenti, q. 7.* Hactenus Tamburinus. 2

In eadem fuit ſententia Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 2. part. 3. verb. Abbas, num.* 14. dicens: Abbati in Eccleſiis, & beneficiis ſuæ Abbatiæ vnitis, permittitur vſus Pontificalium. 3

Eandem ego ipſe, prolixè quidem, & fundamentaliter firmaui *in Diſq. Moral. & Canonicis, tom. 1. tract. 1. diſq. 3. dub. 1.* Vnde ne videar actum agere, in materia maximè cauſæ, quæ fortè cenſebitur propria, vtpotè ſpectans ad Domnum Abbatem, & Conuentum mei Hyrachenſis Cœnobij, ſuperſedeo libens, Lectorem meum, ad dictum locum remittendo; in quo, ni fallor, illam exactè, & ſatis benè dilucidatam, diſcuſſam, & reſolutam inueniet. 4

Et probatur efficaciſſimè, etſi maiore cum breuitate, ex decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, à Clemente Papa VIII. confirmato per ſuum Breue editum die ſecunda Auguſti, de anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto; quod penes me authenticum, & plenam faciens fidem habeo, in Bullario noſtræ Congregationis, in quo ſic decretum refertur. *Sanè dilecti filij Generalis, & Abbates Congregationis Valliſoletanæ, Ordinis S. Benedicti Regnorum Hiſpaniarum nobis nuper exponi fecerunt, quod cùm aliàs per Congregationem S. R. Eccleſiæ Cardinalium, decretorum Concilij Tridentini Interpretum, declaratum fuerit, licere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apoſtolica conceſſum ſit priuilegium, vt poſſint omnia ea facere, quæ poſſunt Abbates Benedicti, Tonſuram, minoreſque Ordines ſuis ſubditis Regularibus tantùm conferre, aliaque Pontificalia huiuſmodi Abbatibus competen-* 5

ſia in ſui Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & limitibus exercere, &c. Ita decretum, quoad præſens inſtitutum; confirmatio autem Clementina huiuſmodi eſt, videlicet:

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, decreta, & ordinationes huiuſmodi, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, eaque per quoſcunque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios inuiolabiliter perpetuò obſeruari debere ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes ſic, & non aliter per eoſdem, & alios quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, quibus omnibus, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

6 Eugenius Papa IV. pridie Kalendas Iulij, de anno 1436. in conſtitutione, *Etſi quælibet, lo 9. Bullarij noſtræ Congregationis*, Sanctæ Iuſtinæ Congregationi conceſſit facultatem in præfato decreto S. Congregationis, & in Clementis Breui confirmatam. Huiuſmodi illa eſt: *Volentes inſuper, quod Prælati Congregationis præfatæ, licet benedictionis munus non acceperint, perinde tamen Monaſteria, & Religioſa loca ipſius Congregationis regere, & adminiſtrare, ac omnes actus in ipſis valeant exercere, & inſignia deferre, omniáque paramenta Eccleſiaſtica benedicere, ac ſi munus huiuſmodi fuiſſent conſequuti.* Hactenus in illa conſtitutione, ſub numero marginali 12. Huius conceſſionis meminit Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 17. num 47.* Et illa gaudent omnes, & ſinguli noſtræ Hiſpanæ Congregationis Abbates, ob Apoſtolicas conſtitutiones in hoc opere allegatas. Dictam, & alias ſimiles conſtitutiones refert Dubal *en la Expoſicion de la Regla, cap. 18. num. 42. pag. 243. col. 2. de la primera parte*; vbi ita fatur: *Y por otros priuilegios pueden los Abbades, no benditos, hazer lo miſmo que los que eſtan benditos; y gozan de las miſmas honras, preheminencias, priuilegios, prerogatiuas, inſignias, y derechos.* Eadem repetit *n. 55.*

7 Expendi debet dictio illa decreti S. Congregationis Concilij, *limitibus*; quæ idem importat, ac omnes Eccleſias, & loca quomodocunque annexa, & ſubiecta Monaſteriis, vti docet Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. diſputat. 2. quæſito 13.* vbi inquiſito de loco, in quo Abbates conferre valeant Ordines minores, & de abſolutione, & diſpenſatione pro illis qui male ordinantur, ſic reſpondet. Quoad primam huius quæſiti partem videtur mihi dicendum, non poſſe Abbates extra ſuum Monaſterium minores Ordines conferre, quod poteſt colligi *ex cap. Quoniam, diſtinct. 69.* in quo habetur: *Quod Abbates poſſint tantummodo in proprio Monaſterio Lectores ordinare.* Et ita communiter interpretantur omnes Doctores.

Præterea probari poteſt exemplo Epiſcoporum, quibus non licet in aliena Diœceſi Ordines conferre, etiamſi ſuos ſubditos ordinare vellent, *argum. can. Epiſcoporum non, & ſequentibus, 9. quæſt. 2. & can. Placuit, 7. q. 1. & Clement. vnic. de foro competente.* Abbatum quaſi Diœceſis non extenditur extra proprium Monaſterium. Ergo non poſſunt extra illud ordinare. Per Monaſterium autem intelliguntur omnes Eccleſiæ Monaſterio annexæ; quia in hac re idem debet fieri iudicium, quoad minores Ordines, de Epiſcopo, & de Abbate. At Epiſcopus poteſt minores Ordines conferre in quacunque Eccleſia ſui Epiſcopatus, vt notant Syluester *verbo Ordo, 2. quæſt. 8.* & Reginaldus *praxis fori pœnitentialis lib. 30. tract. 3. num. 27.* Ergo & Abbas in quacunque Eccleſia ſuæ Abbatiæ. Hucuſque Aſcanius Tamburinus. Si ergo Abbates Ordines conferre poſſunt in quacunque Eccleſia ſuo annexa Monaſterio, poterunt & illa omnia alia exercere Pontificalia: inter hæc enim non infimum locum Ordinum obtinet collatio, ſed ſupremum. Ergo ſi Abbas illos extra Monaſterij clauſuram, in Eccleſia annexa poteſt conferre, poterit in eadem omnia alia exercere Pontificalia. Maius enim cui conceditur, & minus concedi videtur, *l. Si filiusfamilias, §. fin. ff. de donationibus: l. Marcellus, ff. de donationibus causâ mortis: l. Non debet, ff. de regulis iuris: cap. Ex parte, de decimis,* Barboſa *tract. de axiomatibus Iuris, axiom. 140. numer. 5.* Minùs enim (ait) ſemper ineſt in eo, quod plus eſt: *l. In eo, ff. de regulis iuris.* Farinac. *in praxi criminali, part. 4. deciſ. 10. num 6.* Et à Maiori ad minus valet argumentum. Idem Barboſa *tract. de locis argumentorum Iuris, loco 67. num. 1. ex l. In ſuis, in fine ff. de liberis, & poſthumis: l. Nec in eo, ff. de adulteriis. Authent. Multò magis, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis: cap. Si ergo, quæſt. 1. cap. Si Paulus,* & ibi Gloſſa, *32. quæſt. 5. cap. Per venerabilem, qui ſint filij legitimi*: quæ, & alia cumulaui *in diſquiſit. Moral. & Can. tomo ſecundo, diſq. 23. num. 8.*

Difficultas autem magna ex hac oritur conſtitutione, an Abbates Hyrachenſes poſſint in vim illius Pontificalibus vti extra Eccleſias, & loca Cœnobio ipſi vnita, & ab ipſo dependentia, extra limites ſuos, in Eccleſiis, & Monaſteriis alienis, de licentia tamen Prælatorum, quibus ſubiecta illa fuerint, ſiue illi ſint Diœceſani, ſiue alij exempti. Rationem dubitandi ſubminiſtrat conſtitutio in illa clauſula: *Necnon, quod in dicto Monaſterio benedictionem ſolemnem ſuper populum, &c.* in qua videtur limitari, & reſtringi facultas vſus Pontificalium præfatis Abbatibus ad ſuum Monaſterium, & ad ſummum, & ad eius etiam limites, iuxta dicta in ſuperioribus numeris. 8

Independer ab hac conſtitutione excitaui dubium *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tomo 1. ſect. 1. diſq. 3. el 2. in ordine*; vbi in communi quæſiui, *an Abbates vſum Pontificalium habentes, illa exercere valeant extra Eccleſias eis ſubiectas, in Monaſteriis exemptis, & in Diœceſi qualibet, de licentia Diœceſani, & Prælati Monaſterij reſpectiuè?* Et affirmatiuè reſpondi cum Emmanuele Roderiquez *tom. 1. quæſtionum Regular. quæſt. 28. artic. 2.* aſſerente de Abbate Pontificalia exercente in aliena Diœceſi, de Diœceſani conſenſu: & cum Aſcanio Tamburino *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 21. quæſ. 3. numero quinto,* dicente cum Philippo Franco *in cap. Vt Apoſtolica, numer. 5. & 6. de priuilegiis in 6.* poſſe Abbatem in Monaſterio exempto Pontificaliter celebrare, ſi ab illius ad id Superiore inuitetur. Et *quæſito 4. numer. 1. & 3.* vbi diſertis, & expreſſis verbis ait, quod ab alio inuitatus Abbate, vt in Eccleſia Ordines conferat minores, poteſt illos conferre, ſicut poteſt Epiſcopus, ab alio inuitatus Epiſcopo, hoc idem 9

facere.

facere. Quod etiam docet *tomo ſecundo. diſput.2. quæſt. 14* cuius verba mox reddam. Nunc pro eadem addo concluſione Gloſſam *in can. Quoniam videmus, el 2. 69. diſt in § verbo Monaſterio*, dicente: Sed & Monachos alterius Monaſterij poteſt ordinare, ſi inuitatus fuit, *nona, quæſtione, ſecunda, cap. Lugdunenſis.*

10 Addo etiam Lezanam *in ſumma quæſtionum Regularium, tom. 2. parte 3. verbo Abbas, num. 14.* aſſerente poſſe Abbates exercere Pontificalia in Eccleſiis extraneis, de licentia Ordinarij, ex duplici declaratione Sacræ Congregationis Rituum, quas refert Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum* Primam ſcilicet *collect. 1. num. 28* per hæc verba: *Abbas, licèt exemptus, & habens priuilegium vſus Pontificalium, non poteſt illis vti extra Monaſterium, niſi de licentia Ordinarij. Sacra Congregatio Rituum in Cameracenſi, 6. Decembris, 1631. referente Sellio dicto cap. 19.* (ſcilicet *Canonicorum*) *num.* 8 Secundam verò *collectan. 602. num. 13.* ſub hoc tenore: *Priuilegium conceſſum Abbatibus benedictis exercendi Pontificalia, & pontificaliter celebrandi in eorum propriis Eccleſiis, non poteſt ab Epiſcopo extendi ad Abbates non benedictos, & extra proprias Eccleſias. Sacra Congregatio Rituum, in Pampilonenſi, 8. Maij 1617. cuius meminit Bonfadin. in Theſauro Eccleſiaſtico, reſol. 23. num. 4.*

11 Hæc vltima declaratio eſt, quam non ſummariè, vt Barboſa hic; ſed per extenſum exſcripſi *in diſquiſitionibus, tom 1. tract. 1. diſq. 3. dubio 1. n. 40 & à n. 41.* demonſtraui, fuiſſe obreptitiè, & ſubreptitiè obtentam: in qua vtique declaratum fuit, non licere, nec licuiſſe Epiſcopo Pampilonenſi dare, ſeu ampliare propria authoritate gratiam non conceſſam, ſeu limitatam à Sede Apoſtolica, & à Summo Pontifice; ſed eſſe ſeruandam ſtrictè prout ſonat. In quo autem obreptio, & ſubreptio conſtiterit, ibi videre licet. Vnum tamen hic aduerto, noſtrum, & Lezanæ intentum ex hac vltima declaratione non probari, bene tamen ex prima, quæ multò poſterior eſt tempore. Clauſula enim, *niſi de licentia Ordinarij*, apertè declarat, habentem vſum Pontificalium in Monaſterio, illa exercere poſſe extra illud, de licentia Ordinarij. Quia dictio *Niſi*, exceptiua eſt, & præcedentibus aduerſatur. Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tom. 1. part. 1. §. 19. n. 7.* cum Decio *in l. actione, n. 5. Cod. de tranſaction.* & addit: Et exceptionem ponit à regula. Decius *in l. Si quis in aliquo, n. 2. Cod. de edendo.* Albertus de Pergamo *de præpoſitionibus, n. 77. verſic. Niſi.* Denotatque ſenſum contrarium præcedenti. Alciatus *in auct. leg. Actione. verbo Niſi*, & exceptiuam, & præcedentibus aduerſatiuam, ego ipſe dixi *dicto tom. 1. tract. 2. diſquiſit. 2. n. 7.* cum Barboſa *tract. de dictionibus, l. 217. num. 2. ex dicta l. Actione*, & Doctoribus, ibi: & *tom. 2. diſquiſit. 4. dub. 3. num. 13. dubio 3. n. 5. & diſq. 17. n. 4.* & neceſſariò ſignificat oppoſitum antecedentis, cui immediatè aduerſatur. Barboſa *num. 3.* cum Decio *in l. bonorum, in 2. lectione, n. 27. Cod. Qui admitti, in l. ſi quis in aliquo, citata.* Alexandro *conſ. 83. num. 3. volum. 1.* Surdo *de alimentis, tit. 1 quæſt. 104. num. 7.* Octan. Vulpell. *de præpoſitionibus, & aduerbiorum ſignificationibus, ſub dictione Niſi, verſic. Regulariter, pag. 65.* & Cenedo *poſt librum practicarum, & canonicarum quæſtionum, ſingulari 24.*

12 Quod ſi quis nobis obiiciat clauſulam præſentis conſtitutionis: *Necnon quod in dicto Monaſterio benedictionem ſolemnem ſuper populum.... elargiri poſſitis*; in qua limitatur facultas ad Monaſterium. Ordinarius autem ampliare non poteſt gratiam limitatam à Sede Apoſtolica, & multò minùs Prælatus Monaſterij alieni veniam concedendo Abbati hoſpiti, celebrandi, & exercendi Pontificalia, extra proprium Monaſterium Hyrachenſe, contra tenorem dictæ declarationis Sacræ Congregationis, numero præcedente recenſitum.

Dico prædictam clauſulam ita intelligendam eſſe, vt Abbas Hyrachenſis authoritate propria ſolùm poſſit ſolemnem benedictionem impertiri in ſuo Monaſterio, & in limitibus ſuis, iuxta ſupradicta. Et hoc importat dictio *liberè*, immediatè præcedens. Importat enim liberam, & abſolutam poteſtatem. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 190.* cum Vincentio Carocio *deciſione, ſine caſu 80. numero 38.* Socino *conſil. 170. num. 8. lib. 2.* & cum Rolando *conſil 42, num. 17. lib. 1.* Quocirca Brunorus à Sole *in repertorio reſolutorio propoſitionum vtriuſque iuris, verbo Liberè, num. 1.* ait: Liberè qui aliquid poteſt, is abſolutè poteſt. Pariſius *conſil. 26. n. 26. vol. 4.* poſt Socinum *conſ. 170. n. 5. vol 2.* Aretinum *conſ. 76. n. 3.* vbi dicit, quod qui liberè aliquid facere poteſt, is ſua ſponte alio non requiſito poteſt. Sequitur Socinus Senior *conſil. 13. in fine.* Decius *conſilio 355. num. 4.* Menochius *conſil. 192. Hac de dubitatione, num. 9.* Si enim ſecus fieret, non eſſet libertas, quæ eſt facultas de re ſua ad libitum diſponendi, *l. Dudum, Cod. de contrahenda emptione.* Rolandus *conſil. 62. num. 19. part. 1. conſil. 22. num. 11. part. 2. conſil 86. part 4.* vbi dicit, id liberè concedi, quod totaliter conceditur, poſt Crauettam *conſil. 122. num. 5. part. 1.* & Socinum Iuniorem *conſil. 1. num. 13. volumine 4.* Hactenus Brunorus à Sole.

Et *numero* 2. ita ait idem Doctor. *Liberè*, ver- 13
bum, notat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actum, cui additur, *l. Procurator cui de iureiurando: l. iuſiurandum quod ex conuentione, §. fin. eodem: cap. Cùm nobis olim, in fine, de electione: cap. Lator, de homicidio, cap. A multis, in fine, de ætate, & qualitate: cap. Cùm olim, ad finem, de arbitris: cap. Cùm plures, de officio delegati: cap Ordinarij, §. 1. de officio Ordinarij: cap. Si tibi, cap. Si beneficia, cap. Si Apoſtolica, de præbendis in 6. cap. 2. de teſtamentis, in 6. cap. fin. de cenſibus. Clementina Dudum, §. Nos autem, de Sepulturis, cap. illud, in fine, de iurepatronatus.* Hucuſque Brunorus à Sole.

Ex quibus omnibus habemus, Abbatem Cœnobij Hyrachenſis, in vim huius Clementinæ conſtitutionis, & dictionis *Liberè*, conceſſioni additæ, tam propriam, abſolutam, & independentem facultatem, & poteſtatem vtendi Pontificalibus habere, quàm in vim iuris communis habet Dominus Epiſcopus; aliàs nullibi dictus Abbas liberè vteretur illis, nec circa illorum vſum procederet à pari cum Domino Epiſcopo, vnuſquiſque pro ſuo territorio, extra quod neuter illa propriâ ex authoritate exercere poteſt. Et hoc ſolùm reſpectu Abbatis explicare voluit Clemens in clauſula in contrarium obiecta, ibi: *In dicto Monaſterio*; non autem, quod non poſſit illa extra illud exercere, & extra ſuos limites, de licentia Domini ſpiritualis territorij, quoad iuriſdictionem. Poteſt vtique, vti declarauit S. Congregatio, prout *n.* 10. vidimus, & Deo volente videbimus, ad illius decretum ſub Alexandro Papa VII. & docent Lezana *tom. 2. quæſtion. Regular. part. 3. verbo Abbas, num. 14.* & Aſcanius

Tamburinus *tom. 2. de iure Abbatum, diſp. 2. quæſt.* 10 14. vbi propoſito pro parte negatiua canone *Quoniam, 69 diſtinct.* & *cap.* [illegible] *com in at, de ætate, & qualitate*, in quo conceditur, vt poſſint Abbates ſolummodo in proprio Monaſterio Lectores ordinare; & elicita hac conſequentia · Ergo non poterunt in alieno Monaſterio id efficere; ſic pro affirmatiua pro ſe, & nobis ait.

14 Contrarium tamen ſeunt gloſſa *in dict. can. Quoniam. verbo Monaſterio*. vbi aſſerit. Abbates, ſi ab aliis Abbatibus inuitentur in eorum clauſtris, non ſolùm proprios, verùm etiam illorum Abbatum ſubditos ordinare poſſe: quod probat ex *canone vltimo, 9. quæſt. 2.* Eandem gloſſam ſequoti ſunt Laurent. Hoſtienſis, & Ioannes Andreas, quos refert, & ſequitur Dominicus de Sancto Geminiano *in cap. Abbates. verſiculo. Quod ſi Abbas, de priuilegiis in 6.* Maiolus *de irregularitate, lib. 3. cap. 23. numero 12.* Iacobus de Graffis *deciſionum aurearum parte ſecunda, libro primo, capite 10. numero ſecundo*, Sayrus *de cenſuris, libro quarto, cap. 13. num. 5* Hactenus Tamburinus, qui ad argumentum in contrarium ex duplici illo iure confectum, ſic, vt ſequitur, ſatisfacit.

15 Ad argumentum teſpondetur, quod licèt *in dicto canone Quoniam, ac dicto cap. Cùm contingat*, detur Abbatibus poteſtas ſolummodo in proprio Monaſterio Lectores ordinandi; tamen per poſteriora priuilegia, vel ex conſuetudine, ea poteſtas ampliata fuit; & ſic ex vi eorum benedictionis videtur ſe habere ad modum poteſtatis collatæ per characterem, quæ de ſe ſufficit ad operandum in quocunque loco, & circa quamcunque perſonam, licet ad rectè agendum ſit neceſſaria iuriſdictio, atque eam vt talem ſupponunt citatæ Sacræ Congregationis declarationes, per quas reſolutum fuit, poſſe Abbates Tonſuram, & minores Ordines conferre Regularibus ſibi non ſubditis, ac ſæcularibus habentibus ſuorum Prælatorum, & Ordinariorum dimiſſorias ad id ſpeciales, & accedente ſpeciali aſſenſu Epiſcopi, in cuius Diœceſi Monaſterium ſitum eſt, quod per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 10.* eis fuerat prohibitum. Hæc omnia Aſcanius omnino videndus, *eodem tomo 2. diſput. 2. quæſ. 6.* vbi plures recenſet Sacræ Congregationis declarationes. Videndus etiam eſt Dubal *p. 1. cap. 18. n. 54.* vbi propoſito dubio iſto: *Si podra el Abbad ordenar à los Religioſos de la miſma Religion, ſubditos de otros Abbades, con licencia expreſſa ſuya?* Sic illud reſoluit: *Lo que me parece, que ſi ſe atiende ſolamente al tenor de los priuilegios, y al vigor del derecho, y del Concilio, ſe hauia de dezir, que no pueden los Abbades ordenar à los que no ſon ſus ſubditos, aunque ſea con licencia de ſus Prelados. Pero por el vſo, y coſtumbre, que ay, y por la poſſeſſion, en que eſtan, pueden ordenar con licencia de ſus Prelados: eſto parece lo aſſientan por cierto todos los Doctores, pues no he viſto ninguno, que en ello dude.* Hæc Dubal.

16 *Poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia.* Notatur ad hoc, quod ideò Clemens huius conſtitutionis conditor, hanc clauſulam in ea appoſuit, quia tria tempora in illa præſcripta ſunt, in quibus *in cap. Abbates, el 3. de priuilegiis in 6.* ſupponitur ſolere huiuſmodi facultatem Abbatibus à Sede Apoſtolica concedi, dicente ibi Alexandro Papa IV. *Abbates, quos Apoſtolica Sedes in exhibitione Benedictionis ſuper populum ſpeciali priuilegio inſigniuit, in Eccleſiis quæ ad eos pertinent pleno iure, quando in eis diuina Officia celebrant, poſſunt poſt Miſſarum ſolemnia, & Veſpertinas, ac Matutinas laudes benedictionem ſolemnem ſuper populum elargiri.* Qualis autem ſit iſta ſolemnis benedictio, declarat ibi gloſſa *verbo Solemnem*, dicens: *Scilicet, quam faciunt Epiſcopi ſolemniter dicendo: Sit nomen Domini benedictum, &c. quia priuatam benedictionem exhibent etiam Presbyteri ſimplices, 95. diſtinct.*

17 *Dummodo in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, vel Legatus Sedis Apoſtolicæ præſens non fuerit.* Hæc eadem limitatio, quæ communiſſima ſimilibus conceſſionibus, fundatur in canone *Denique 22. diſtinct.* vbi Nicolaus Papa ait: *Denique ſi in epiſtola ad Hebræos legimus, quod minor à maiore benedicitur.* Et infrà: *Hodie quoque in Romana Eccleſia, quæ Magiſtra eſt omnium Eccleſiarum, imprætermiſſa ſeruatur, ita vt nullus Sacerdos maiore ſuo non iubente Conſacerdote, cuiuſlibet rei benedictionem dare nitatur; ſed anterior ſtans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet benedicere.* Et ibi gloſſa *verbo Maiore*, ait: Argumentum, quod minor Iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam, præſente maiore Iudice.

Ex quibus comprobatur, quàm benè à noſtra Congregatione ſit ſtatutum in Rituali, *part. 2. ſect. 1. cap. 1. num. 12.* provt ſequitur: *El Abbad, quando hiziere officio de celebrante ha de capitular en ſu ſella; y no celebrando, le pertenece ſolamente dezir las abſoluciones, y dar las bendiciones, aſſi para las lecciones de Maytines, como para las lecciones breues, y las bendiciones deſpues de Prima, y Completas, y la que pide el Lector en Refectorio, y Capitulo, y dezir,* Requieſcant in pace, *en la commemoracion de los Bienhechores, aunque ſe vaga en el Choro. El ha de dezir (ſignificare) en officio de doze lecciones la duodecima, ſino el celebrante: y quando la dizere pedira la bendicion à Dios, teniendo inclinada la cabeſa, diziendo,* Iube Domine benedicere, *y no* Domne. Et *eadem part. 2. ſect. 2. cap. 12 n. 6.* provt ſequitur, diſponitur: *Al verſo,* Gloria Patri, *todo ſe inclinan profundamente, y quedan inclinados haſta que el lector comiença à pedir la bendicion: y el celebrante en diziendo,* Oremus, *ſe leuantara, y mirando principalmente à la Meſſa mayor, quando dize* Bene † dic Domine nos, *ſe ſigna aſſi miſmo, haziendo la ſenal de la Cruz, de la frente al pecho, con la mano eſtendida, y quando dize,* Et hæc tua dona, *haze la ſeñal de la Cruz en comun ſobre las Meſſas: y ſi eſtuuiere allo el Abbad, le hara inclinacion antes de commençar* Benedic, *como pidiendole licencia.*

18 Hic dubitari poteſt, an pro dictis Eccleſiis deputare poſſint Abbates, & Præſidentes Vicarios, ſeu Capellanos Sæculares, vel Regulares ad nutum ſuum amouibiles? Ad quod reſpondeo, liberè poſſe deputare pro ſeruitio curæ animarum Eccleſiarum ad Menſam, plenariè, ſiue iure plenò, quoad ſpiritualia, & temporalia vnitarum, ſeu annexarum, tam Clericum Sæcularem, quàm Regularem, in vim conſtitutionis *Quoniam in his*, editæ à Iulio Papa II. 13. Kalend. Martij, de anno 1503. ad fauorem noſtræ Congregationis, *la 101. de ſu Bullario*: in vim etiam conſtitutionis, *Vt ea*, à Clemente VIII. ad fauorem eiuſdem Congregationis conditæ, 2. Auguſti 1596. *la vltima dicto Bullarij*: in vim denique duarum conſtitutionum Pij V. quarum altera incipit, *Etſi Mendicantium Ordines*, inſerta in alia, *Cùm intra mentis noſtræ arcana*, pro noſtra Congregatione edita, & in iſta illa, ad noſtros extenſa; altera verò incipit, *Ad exequendum*: vtraque habetur apud Cherubinum *in Bullario Magno*, illa *numero 41.* iſta verò, *numero 47.* Quæ vtique

conſtitutio

Digitized by Google

conſtitutiones canonizatæ ſunt à S. Rota, & à S. Congregatione Concilij, vt videre licet in vna Pampilonenſi Vicariæ S. Ioannis de Stella, 16. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, Decano: in eadem coram eodem, 3. Iunij, 1643. in eadem etiam coram R. P. D. Ottobono, 14. Decembris, 1648. quæ triplex Rotæ deciſio habetur poſt meas quæſtiones Paſtorales, *à deciſ.* 17. Canonizantur etiam ab eadem S. Rota in Burgenſi vnionis, 3. Iunij, 1643. coram R. P. D. Ghiſlerio, quæ pro dicta canonizatione, & pro noſtra reſolutione, in ſequentia prorumpit, videlicet:

19 *Ad comprobandum hanc quaſi poſſeſſionem, plurimùm faciunt indulta Iulij II. & Pij IV. & aliorum Pontificum, conceſſa Monaſterijs Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum, confirmata per Clementem VIII. in quibus datur facultas Abbatibus Monaſteriorum Sancti Benedicti, deputandi Capellanos Sæculares, vel Regulares, ad nutum amouibiles, pro cura Eccleſiarum Monaſterijs vnitarum. Accedit conſtitutio Sanctæ memoriæ Pij V. de Vicarijs, in ordine 47. in qua tribuitur eadem facultas Abbatibus Regularibus deputandi Capellanos amouibiles, ſibi bene viſos, pro exercitio curæ animarum Eccleſiarum vnitarum. Quæ conſtitutiones cùm habeant vim legis, valde adminiculant poſſeſſionem Abbatis.*

Hactenos Rota in cauſa R. P. D. Abbatis Sancti Saluatoris de Onna, contra incolas loci de Aredondo. Et valde notanda venit clauſula illa: *Quæ conſtitutiones, cùm habeant vim legis*; quæ certè eandem qualitatem, *legis*, attribuit noſtris ſpecialibus conſtitutionibus, quam dictæ Pianæ, generali vtique, eadem attribuit S. Rota in Iacenſi Vicariæ, 29. Ianuarij 1616. coram Boratto, *la 2. poſt dictas qq. Paſtorales*, & in Derturſenſi Vicariæ, 22. Aprilis, de anno 1624. coram Merlino, *la 21. vbi proximè.*

20 Poſſunt etiam deputare Vicarium Monachum, in vim conſtitutionis Vrbani VIII. ſub die 6. Septembris, de anno 1638. ad fauorem Congregationis Caſſinenſis editæ, quam per extenſum reddit Peyrinus *de priuilegijs, tom. 3. inter nouiſſimas, la 52. pagina mihi* 549. quia noſtra gaudet Congregatio illius priuilegiis, &c. vt ſæpe vidimus.

21 Probant etiam noſtram reſolutionem Garcia *de beneficijs, parte 11. capite ſecundo, numero decimotertio*, Flores de Mena *variar. quæſt. articulo ſecundo, & §. tertio*, Riccius *in praxi variarum reſolutionum, reſolut.* 293. *concluſione ſexta*, Caſtr. Palaus *parte ſecunda, tractatu decimotertio, diſputatione prima, puncto tertio, §. 5. numero* 14. Leſſius *de iuſtitia, libro 2. capite 41. numero 98. verſic. vbi notandum.* Sanchez *in Decalog. libro ſeptimo, capite vigeſimonono, numero* 66. Angelus *conſilio* 247. Tuſchus *volumine primo, littera B, concluſione 76. numero tertio.* Felinus *cap. In noſtra, corollario quadrageſimo, numero quadrageſimoſecundo, notab. tertio, de reſcriptis.* Selua *de beneficijs, tertia parte, quæſt. decimaprima, numero* 126. Lezana *in Summa quæſtionum Regularium, tomo primo, parte ſecunda, capite decimooctauo, numero vigeſimoquinto*, Barboſa *in Summa deciſion. Apoſtolic. collect.* 255. *numero nono*, quos omnes ſui ſequutus *in qq. Paſtoralibus, parte prima, quæſt. 2. diuiſ. 2. numero 22. & 24. part. 2. q. 2. num. 15. & 15. q. 6. n.* 8. & *part. 2. q. 17. à n.* 9.

22 Secundò dubitari poteſt, à quo ſuppleri poſſit negligentia Abbatum, & eorum loca tenentium, ſi negligentes ſint in deputatione Vicariorum, pro ſeruitio curæ animarum Eccleſiarum vnitarum plenariè, ad menſam, aut iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia? (Omnes enim iſti termini, in materia vnionis idem important.) Et idem poteſt dubitari circa collationem beneficiorum ſimplicium earundem Eccleſiarum.

23 Et ratio dubitandi eſt, quia negligentia inferioris Prælati ſuppleri debet per ſuum immediatum Superiorem, iuxta diſpoſitionem capitis *Quamquam, de electione*, & Doctores ibi. Cùm autem exempti ab Ordinarij iuriſdictione, ſubſint Sedi Apoſtolicæ, à Papa debet ſuppleri illorum negligentia, iure ordinario, & ab Ordinario tanquam à delegato dictæ Sedis. Eraſmus Chokier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part. 4. quæſt. 30. numero octauo, pagina mihi 370. ex cap. Cùm ſingula, de præbendis in ſexto*, & *Clem. vnica, de ſupplend. neglig. Prælatorum.* Barboſa *de poteſtate Epiſc. allegat.* 58.

24 Ratione tamen dubitandi, & pro illa adductis non obſtantibus, reſpondeo, negligentiam Abbatum, & Præſidentium exemptorum, habentium Superiorem, qui in Religione inter ipſos, & Papam mediet, vti nos habemus Reuerendiſſimum Generalem, ab eodem debere ſuppleri, & non ab Ordinario loci, in caſu, quo locus negligentiæ ſit. Ita Lotterius *de re beneficiaria, libro ſecundo, q. 24. numero* 48. Chokier *vbi proximè*, Barboſa *numero decimoquarto, in fine.* Et ante illos Abbas *in cap. Graue, el 19. de Officio Iudicis ordinarij, numero ſexto*, Cardinalis *in Clem. vnica, de ſupplenda neglig. Prælat. q.* 3. Ego ipſe *in qq. Paſtoral. part. 2. q. 2. §. 7. numero 21. q. 2. numero 3. q. 8. ſectione prima, ſub numero quarto.* Conſultò dixi: *In caſu quo locus negligentiæ ſit.* Quia in vnitis menſæ, reſpectu Vicariæ, cùm non vacet cura animarum, non datur deuolutio, *Clem. vnica, de ſupplenda neglig. Prælator.* vbi gloſſa *verbo de Menſa.* Barboſa *loco citato, numero* 15. cum Mena *variar. q. 10. num. 14. libro* 1. Et hæc pro nunc ſatis.

CONSTITVTIO XIII. & ſecunda Clementis VII.

Pro fundatione Cœnobij Sancti Benedicti Valliſoletani, edita anno 1390.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Committit Epiſcopis Ouetenſi, & Segouienſi, vt poſſint concedere licentiam Regi fundandi, & dotandi Monaſterium Sancti Benedicti, cum Eccleſia, Clauſtro, Cœmeterio, &c. ſub perpetua clauſura in aliquo loco Regni ſui congruo, & honeſto, & cum Monachis, formis, & conditionibus à Rege apponendis, licitis tamen, & honeſtis.

CLEMIENS

CLEMENS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Ouetenſi, & Segouienſi Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

GRata deuotionis ſinceritas, quam chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Caſtellæ, & Legionis Rex Illuſtris, ad nos, & Romanam Eccleſiam habere dignoſcitur, dignè nos incitat, & inducit, vt petitiones ſuas, in iis præſertim, per quæ cultus diuinus ampliari, & ſibi ſalutis augmentum prouenire valeant, ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè oblatæ Nobis pro parte ipſius Regis petitionis ſeries continebat, quod ipſe piæ deuotionis, & ſinceritatis feruore ſuccenſus, ac de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena, in cœleſtia; & tranſitoria, in æterna felici commercio commutare, ad laudem Diuini Nominis quoddam Monaſterium, cum Eccleſia, Clauſtro, Cæmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis Monachorum Nigrorum Ordinis Sancti Benedicti, volentium, vltra eiuſdem Sancti Benedicti Regulam, ſe ad perpetuam reclusionem obligare, in aliquo loco Regni ſui fundare, & ædificare, ac de bonis propriis ſufficienter dotare proponit. Quare pro parte dicti Regis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi faciendi præmiſſa licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque ipſius Regis in hac parte pium propoſitum in Domino commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrûm, eidē Regi fundandi,*ditandi, & ædificandi huiuſmodi Monaſterium, cum Eccleſia, Clauſtro, Cæmeterio, domibus, & officinis prædictis, in loco tamen congruo, & honeſto, licentiam concedatis, & poſtquam fundatum, dotatum, ædificatum fuerit, in eo certum numerum Monachorum dicti Ordinis, qui inibi Domino perpetuò ſeruiant in diuinis, cum illis modis, formis, & conditionibus, quos dictus Rex in hoc duxerit apponendos, dum tamen ſint liciti, & honeſti, ſuper quibus omnibus veſtras conſcientias oneramus, vt iuxta dictæ dotis, & oneris exigentiam ſtatuatis, & alia etiam in iis ordinetis, quæ pro ipſius diuini cultus augmento, ac eiuſdem Monaſterij ſtatu, vobis opportuna, & ſalubria videbuntur, iure Parochialis Eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. Datis Auenione, quinto Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

*Dotandi, forſan habetur in originali.

COMMENTARIVS.

BREVIARIVM.

Abundantia.

Vbi abundantia non eſt, obſeruantia non exiſtit Regularis. num. 25.

Auenio.

Urbs Galliæ Narbonenſis, ditionis eſt Pontificiæ Summæ. num. 45.

Quonam tempore in ea Sedes extiterit Apoſtolica. numero 45.

Clauſulæ.

Conſcientiam tuam oneramus, *plura importat* n. 37. & ſeqq.

Sine Parochialis Eccleſiæ præiudicio: *& alia ſimiles clauſulæ, quid impo tent* n. 43.

Diſciplina Regularis.

Ferè omnia, quæ diſciplinam euertunt Regularem, ex maiori numero Religioſorum, quàm commodè, ſine penuria, & abundanter ſuſtentare poteſt Monaſterium ex propriis redditibus, vel ex conſuetis eleemoſynis, proueniunt. n. 36.

Eccleſia.

Nemo poteſt Eccleſiam ædificare, aut Cœmeterium conſtruere, iure communi attento, abſque Diœceſani Epiſcopi venia. n. 2.

Monaſteria.

Ædificari non poſſunt Monaſteria ſine Epiſcopi Diœceſani licentia. n. 1. & ſeqq.

An hodie Papæ etiam venia requiratur. n. 9. & ſeqq.

Vt Epiſcopus licentiam concedere valeat, quæ præcedere debeant. n. 3. & 4.

Ædificari non poſſunt, niſi in eis degere poſſint duodecim Religioſi; aliàs Ordinario ſubdita erunt quoad viſitationem, correctionem, &c. n. 4. & 5.

Derogatur priuilegiis aduerſantibus prædictis n. 6.

Dicta non procedunt quando Monaſterium in aliquo exiſtens oppido, de vno ad alium mutatur locum n. 7.

Quando nouum ædificatur Monaſterium, quantum ab ædificatis diſtare debeat. n. 7.

Licentiam pro nouo ædificando Monaſterio concedere non poteſt Vicarius Capituli, Sede Epiſcopali vacante. num. 7.

Neque Vicarius Generalis Epiſcopi, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum. n. 8.

Monaſterium S. Benedicti Valliſoletani à Ioanne Primo, Caſtellæ, & Legionis Rege, in ſuo Palatio Regio fuit de Papæ licentia, & authoritate fundatum. num. 1.

Quando in materia ædificationis noui Monaſterij contigerit ab Epiſcopi actis appellari, ad Sacram Congregationem priuatiuè eſt deferenda cauſa. n. 7.

Numerus.

Determinatus numerus Religioſorum pro qualibet Regulari Domo aſſignari debet, & competens. n. 13. & ſeqq.

Irritum, & inane decernitur contrarium. n. 16. & 26.

Supra numerum nulla Monialis admitti poteſt, etiam de Superioris licentia. n. 19.

Si tamen recipiatur, debet duplicem afferre eleemoſynam, vulgò dote, *& nunquam valebit ſubrogari in locum demortuæ Monialis.* n. 33.

Ad

Ad numerum præfigendum , quæ debeant præmitti , & quæ attendi. n.22.

Attendi debent inter alia eleemoſynæ particularibus aſſignatæ Religioſis. n.10.

Attendi debet Monaſterij capacitas, & cellarum numerus, ſeu quantitas. n.27.

Detrahi debent ex proprijs redditibus , & ex conſuetis eleemoſynis , ad numerum præfigendum , pluraque recenſentur. n.5.22.28.& ſeqq.

Competens numerus ille eſt, qui commodè, ſine penuria, & abundanter ex bonis proprijs Monaſterij , vel ex conſuetis eleemoſynis degere poſſit, in victu, veſtitu, & medicinalibus, iuxta proprij inſtituti, & regionis mores. n. 24.

Epiſcopus Diœceſanus præfigere poteſt numerum Monaſterijs Monialium exemptarum, cum aſſiſtentia Prælati earum. n.35.

Augeri non poteſt numerus abſque incurſione grauiſſimarum cenſurarum , niſi de licentia S. Congregationis, etiamſi prouentus augeantur. n.34.

Numeri præfixio maximè ad Regularium conducit reformationem. n.36.

Subdelegare.

Cui cauſa , aut negotium aliquod eſt commiſſum , cum clauſula , conſcientiam tuam oneramus , *an illam ſubdelegare poſſit.* n.42.

1 IOANNES Caſtellæ, & Legionis Rex, cuius intuitu, & ad cuius preces fuit Conſtitutio expedita præſens, fuit inter dictorum Regnorum Reges, qui primus præfato vſus eſt nomine, & Henrico II. patri ſuo ſucceſſit in Regnis anno Domini milleſimo trecenteſimo & ſeptuageſimonono , die vigeſimanona menſis Maij , in qua præfatus Henricus diem clauſit extremam in Ciuitate Sancti Dominici Calceatenſis, cùm regnauiſſet per tredecim annorum , & duorum menſium ſpatiũ, vti ait Mariana *en la Hiſtoria General de Eſpaña, lib.*18.*c.*1. Coronatus fuit Ioannes Primus in Ciuitate Burgenſi , apud celeberrimum Monaſterium, *vulgò de las Huelgas.* Regnare cœpit in ætate viginti, & vnius annorum , & trium menſium , eodem Mariana *cap.*3. dicti libri teſtante.

2 *Licentiam concedatis.* Notatur ad hoc , neminem abſque venia , & licentia Epiſcopi , poſſe de iure communi Eccleſiam, & Cœmeterium ædificare, aut Monaſterium. Id enim prohibetur *in Ordine Romano, fol. mihi* 77. & *in canone Nemo, el 9 de conſecratione, diſt.*1. ex Concilio Aurelianenſi deſumpto , ſic ſtatuitur: *Nemo Eccleſiam ædificet antequam Epiſcopus Ciuitatis veniat, & ibidem Crucem figat, publicè atrium deſignet, &c.* Hæc de Eccleſia. De Cœmeterio eadem eſt ratio, cùm illum deſignare ſit acceſſorium Eccleſiæ deſignationi, & pertineat ad poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vti dixi *tom.*1. *diſquiſ. Moralium, & Canonicarum , tract.* 1.*diſq.*3. *num.*15. *& ſeqq.* Quod autem huiuſmodi deſignatio ſpectet ad Epiſcopum Diœceſanum, ex Conſtitutione Leonis X. in Concilio Lateranenſi edita conſtat, ibi: *Nec ab alieno Epiſcopo conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, aut Cœmeterij benedictionem petere, &c.* Et docet Ioann. Baptiſta Lezana *in Summa quæſtionum Regular. tom.* 1. *part.* 3. *verbo Eccleſia, num.* 9.

3 Quoad Monaſteria verò ædificanda, omiſſis antiquis diſpoſitionibus Apoſtolicis , quæ nunc vigent, reddere operæpretium duxi. In primis Concilium Tridentinum *ſeſſ.*25. *de Regularibus , c.* 3. *in fine,* ſic ſtatuit : *Nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi , in cuius Diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta.*

Deinde ex diſpoſitione Clementis Papæ VIII. in conſtitutione 99. apud Angelum Cherubinum in Bullario, *tom.*3. incipit, *Quoniam ad inſtitutam*, edita anno 1603. *Epiſcopus Diœceſanus ad nouos Conuentus cuiuſque Ordinis Mendicantium erigendos licentiam impertiri non poteſt, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa, ſeruatis ſeruandis , cognitâ, conſtiterit, in eiſdem ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos Conuentus, ſine aliorum detrimento , commodè ſuſtentari poſſe.* Quæ certè diſpoſitio, vti ex ipſa apparet, noua Monachalium Cœnobia erigi non prohibet ſine dictis ſolemnitatibus. Prohibet tamen Tridentina præfata, cùm de *omnibus Monaſterijs , & Domibus , tam virorum, quàm mulierum, & Mendicantium,* loquatur.

Poſtea Sacra Congregatio, ſub Gregor. Papa XV. decreuit , ne aliqua Monaſteria de nouo erigantur, *niſi in eis ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi ſeu Religioſi inhabitare, ac ex redditibus , & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, ac Priores, ſeu Procuratores aliorum Monaſteriorum , Conuentuum , ſeu Domorum aliarum Religionum , vel Congregationum, aut Societatum, ſeu inſtitutorum huiuſmodi , non ſolùm in prædictis ſed etiam in alijs per quatuor millia paſſuum circumuicinis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint, vel aliàs Ordinarijs locorum conſtiterit Religioſos Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus Regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ , abſque detrimento Religioſorum in Monaſterijs, ſeu Domibus antea in Ciuitatibus , ſeu locis huiuſmodi erectis degentium , ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri , & ali poſſe. Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiuſmodi inſtituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores (quorum & conſenſum requirant, ac adhibeant) huiuſmodi duodecim Religioſos in Conuentibus , vt præmittitur, inſtituendos, commodè alere, & manutenere valeant.* 4

Pro cuius decreti obſeruantia , *in decretis de celebratione Miſſarum*, à S. editis Congregatione , ſic etiam ſtatutum inuenio : *Deinceps verò Monaſterium, Conuentus Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum , ſeu Regularium , nullibi recipiatur , niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres , aut Monachi , ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis , detractis omnibus , vt ſuprà detrahendis , competenter ſuſtentari valeant , ad præſcriptum felicis recordationis Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſuprà ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.* Hactenus in decretis editis ſub Vrbano Papa VIII. anno Domini 1625. 5

Præfata omnia innouata fuerunt ab eodem Vrbano, die 28. Menſis Auguſti, de anno 1624. in conſtitutione *Romanus Pontifex, la* 27. *apud Angelum Cherubinum, tom.*4. *Bullarij, pag. mihi* 64. cum derogatione quorumcunque priuilegiorum , in ſufficienti forma facta , iuxta à nobis tradita circa conſtitutionem ſeptimam , *à n.*6. *ad* 10. De qua derogatione videatur Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom.*1 *p.*1. *c.*9. *n.* 14 6

Circa quæ aduoto, illa non procedere , quando Monaſterium mutatur in eadem Ciuitate, vel oppido, ab vno loco, ad alium ; quia non acquiritur nouum Monaſterium. Ita Lezana *eodem c.*9. *n.*3. quò loci nonnulla addit decreta S. Congregationis Epiſcoporum , & Regularium. Primum editum an- 7

no 1643. in quo declaratur, quod ſi in hac materia contingat appellari à decretis Ordinarij, appellari debet ad eandem S. Congregationem. Secundum de anno 1645. ſub die 15. Aprilis, in quo decernitur, non poſſe fieri nouum Connentum, niſi concurrentibus requiſitis conſtitutionum Clementis VIII. de quibus *infrà n.* 20. & quod ſit in diſtantia quatuor milliarium, quę debent menſurari per terram, & non per aërem & quod milliare ſit mille paſſuum, & quilibet paſſus, quinque pedum Romanorum, conformiter ad menſuram lapidis exiſtentis in Capitolio. Tertium decretum editum fuit die 17. Ianuarij, de anno 1631. in quo admiſit nouum Conuentum ſine conſenſu aliarum Religionum; fundatum tamen, & dotatum propriis expenſis cuiuſdam fœminæ. Quartum denique de anno 1645. in quo conceſſit Minoribus Conuentualibus Monaſterium in Poſuania, dummodo non quæſtent in illa Ciuitate.

8 Aduertendum eſt, Vicarium Capituli Sede Epiſcopali vacante, non poſſe licentiam concedere ad conſtructionem noui Conuentus, Monaſterij, aut Cœnobij, ita declarante ſacra Congregatione Concilij, ſub die 19. Ianuarij 1633. vti ex Sellio *in ſelectis Canonic. c.* 38 *n.* 12 refert Barboſa *in Summa deciſionum Apoſtolicarum, collectanea* 503. *n.* 15. & Lezana *tom.* 2. *ſumma quæſt. Regular. part.* 4. *verbo Monaſteria, n.* 3. ex Nouario *in lucerna Regularium, verbo eodem, n.* 2. Neque Vicarius quidem Generalis Epiſcopi poteſt illam concedere, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum. Idem Lezana *eodem n.* 3. ex Sellio *cap.* 90. Et ex Nouario *vbi proximè.*

9 Sunt etiam qui dicant, Mendicantes non ſolùm non poſſe noua recipere loca ſine licentia Epiſcopi, ſed ſine Papæ venia. Refert Lezana *loco cit. num.* 4. Campanilum *in diuerſorio Iuris Canonici, rubrica* 12. *c.* 13. *n* 80. Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico, lib.* 2. *c.* 12. & Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſ.* 1. *n.* 3 Qui tamen non tantùm de Mendicantibus, ſed abſolutè, & indiſtinctè id de Regularibus aſſerit. Ducuntur *ex c.* 1. *de exceſſibus Prælatorum, lib.* 6. & *ex cap vnico. de Religioſis domibus.* Et ſentiunt, horum iurium diſpoſitiones deſtructas non fuiſſe per Concilium Tridentinum, ſed vltra illas indixiſſe obligationem veniam ab Ordinario petendi. Lezana tamen ait quoad Capitulum *de Religioſis Domibus*, in illo non fieri mentionem de Prædicatoribus, Minoribus, Eremitis Sancti Auguſtini, & Carmelitis, vti ex illo conſtat; ſed de quibuſdam aliis Mendicantibus poſt Concilium Lateranenſe inſtitutis. Et quoad capitulum *de exceſſibus Prælatorum*, ait illud non decernere de omnibus Religioſis, ſed de Mendicantibus, vt notant Nauarrus *in Manuali, c.* 27. *n.* 144 & Suarez *de cenſuris, diſput.* 23. *ſect.* 5. *n.* 33. Solùm ergo (concludit) Mendicantes, & non alij Religioſi quicunque, prohibentur noua loca recipere ſine Papæ licentia.

10 Et adhuc de Mendicantibus loquendo, ait: Probabiliſſimum eſt, quod ſtando in terminis Concilij Tridentini, non requiratur licentia Papæ pro illis, qui ex priuilegiis ſummorum Pontificum facultatem habuerunt fundandi Monaſteria ſine tali licentia. Et ratio eſt, quia Concilium non derogat talibus priuilegiis, ſed ſolùm præcipit, quod non erigantur Monaſteria ſine Epiſcopi licentia. Et ita ſupponunt Nauarrus, & Suarez *ſuprà*, & tenent Emmanuel Roderiquez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 49. *art.* 3. Thomas à Ieſu *ſuper Regulam Carmelitarum, part.* 3. *cap.* 2. *gloſſa* 2 §. *Pro cuius*, & Sorbus *in annotationibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium*, *circa paragraphum* 10.

Nec obſtat (addit Lezana) declaratio quædam Sa- 11
cræ Congregationis, quam referunt Thomas à Ieſu *ſuprà*, Zerola *in praxi Epiſcoporum, part.* 1. *verbo Monachi n.* 1. & 2. Campanil. *dicto n.* 8. & Barboſa *in declarationibus. & remiſſionibus ad Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *cap* 3. per hæc verba: *Monachi non poſſunt ædificare Monaſteria in Parochia, in qua ea non habent, ſine cognitione, & licentia Papæ.* Quia præterquam quod de hac declaratione non conſtat authenticè, & ea videtur ſolùm fuiſſe pro Monachis, & pro aliqua cauſa particulari; prout patet ex verbis ipſius, vlteriùs dici poteſt cum Thoma à Ieſu, §. *Quæri tamen*, eam ſolùm intelligi attento iure communi, & ſecluſis priuilegiis.

Conſultò dixit, *quod ſtando in terminis Concilij* 12
Tridentini; quia ſtando in terminis Conſtitutionis Vrbani VIII. de anno 1624. *la* 27. *apud Angelum Cherubinum, in Bullario Magno, tomo* 4. ſentit Lezana, oppoſitum eſſe dicendum reſpectu omnium Regularium. Et bene quidem, cùm in dicta Conſtitutione, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, edita 28. Auguſti anni præfati, ſatis amplè reuocet §. 1. ex motu proprio, omnes & quaſcumque licentias, & facultates per nonnullos prædeceſſorum ſuorum fundandi, erigendi, & inſtituendi Monaſteria, Domos, Collegia, Conuentus, & alia loca Regularia diuerſorum Ordinum, etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum inſtitutorum. Et §. 2. imponit præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, & pœnas priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, officiorum quorumcunque, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, & excommunicationis, ipſo facto incurrendas, & ſub illis interdicit omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, ne dictis facultatibus ab eo reuocatis vtantur, *niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruatâ in omnibus & per omnia ſacrorum Canonum & Concilij Tridentini, necnon Conſtitutionis felicis recordationis Clement. VIII. quæ incipit, Quoniam ad inſtitutam, dat. Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die* 23. *Iulij*, 1603. *ac decretorum de mandato eiuſdem Clementis, necnon ſimilis mem. Gregorij XV. Roman. Pontif. prædeceſſorum, de ſuper editorum formâ.* Et *in* §. 5. iterum derogat in ampliſſima forma quæcunque priuilegia. Aduertit Angelus præfatus, Sacros Canones, quos hîc Vrbanus obſeruari præcipit, eſſe caput primum *de ſtatu Regularium in* 6. & caput etiam primum *de exceſſibus Prælatorum, eodem lib.* 6.

Certum numerum Monachorum.... iuxta dicta de- 13
tis, & oneris exigentiam. Clauſulam iſtam appoſuit Clemens VII. in præſenti, quam exponimus Conſtitutione, ea motus ratione, quia in Cœnobiis, & aliis Domibus Regularibus admitti debet certus, & determinatus numerus Religioſorum, qui de illius bonis, aut ex conſuetis eleemoſynis ſine penuria, & commodè ali poſſint. De hac materia, vtpote neceſſariiſſima pro conſeruatione Cœnobiorum, & Monaſteriorum, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, & in Regulari obſeruantia, plura dixi *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.* 2. *diſquiſ.* 6. *dub.* 23. ex illis aliqua hîc operæpretium duxi, pro dicta clauſula dilucidanda, recenſere.

In primis occurrunt Apoſtolicæ, & Concliiares 14
Conſtitutiones, numerum ſtatuentes Religioſorum vtriuſque ſexus, pro qualibet Regulari Domo reſpectiuè: immò & numerum Clericorum, pro qualibet Eccleſia. Gregorius itaque VII. *in cap. Quoniam, el* 9 *de vita, & honeſtate Clericorum*, ſic ſtatuit, & decreuit: *Statuimus, vt facultatibus Eccleſiarum veſtrarum, prouentibus, & expenſis diligenter inſpectis,*

ctis, certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum.

15 Concilium Arelatenſe relatum *in cap. 1. de inſtitutionibus*, de Clericis, Monachis, & Monialibus idem decernit, dicens: *Non amplius ſuſcipiantur in Monaſterio Monachorum, aut Clericorum, ſeu etiam puellarum, quàm quot ſe regere de bonis Eccleſiæ abſque penuria poſſint.*

16 Bonifacius item VIII. *cap. Periculoſo, §. 2. unico de ſtatu Regularium*, ſic ſtatuit: *Sanè, ut hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſeruari, diſtrictiùs inhibemus, ne in Monaſteriis Ordinum non Mendicantium aliquæ recipiantur de cætero Sorores, niſi quot poterunt de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſiue prouentibus, abſque penuria ſuſtentari; ſi ſecus autem fuerit, irritum decernentes.*

17 Concilium etiam Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 3.* ita decreuit: *In prædictis autem Monaſteriis, & Domibus, tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.*

18 Pius etiam V. in conſtitutione, *Circa Paſtoralis officij. la 8.* apud Angelum Cherubinum in Bullario, *tom. 2.* quam etiam tradit Quaranta *in Summa Bullar. verbo Monaſter. in Monialium, in principio*, & cuius meminerunt Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 98. num.* & *in collectan. in Tridentinum, dictâ ſeſſ. 25. cap. 3. num. 18.* Thomas Delbene *de Immunitate Eccleſiaſtica, tom 2. cap. 14. dubitat. 22. n. 14.* Lezana *in ſumma quæſtion. Regular. part. 1. cap. 6. numer. 10.* & Scortia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, theoremate 405.* ſic vt ſequitur §. 7. ſtatuit: *Et ne propter Monialium numerum exceſſiuum clauſuræ obſeruatio violetur, inhærentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictæ conſtitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis diſtrictè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monaſteriis recipiant, & admittant, ſiue recipi, & admitti permittant, quàm ex propriis redditibus ipſorum Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint.* Hæc omnia Pius præfatus.

19 Gregorius XIII. in conſtitutione *Deo ſacris, §. 6. la 8.* apud præfatum Bullarium Cherubini, *tom. 2. pag. mihi 369* quam etiam exſcribit Quaranta *vbi proximè*, & referunt Scortia *theoremate 405. citato*, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, loco modò reddito*, & *in dictum Concilium Tridentin. cap. 3. ſeſſionis 25. de Regularibus, num. 19.* & Delbene *dicto num. 14.* ita provt ſequitur, ſtatuit. *Eleemoſynarum verò prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac ſuos effectus ad plenum ſortiri debere, donec numerus Monialium, etiam Tertiariarum huiuſmodi (quem per ipſos locorum Ordinarios, etiam in Monaſteriis ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarum Superiorum interuentu ſtabiliri & ordinari, neque ſupra illum numerum alias recipi poſſe, etiam de conſenſu Superiorum ſuorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex propriis redditibus Monaſteriorum ipſorum, vel conſuetis eleemoſynis ſe commodè ſuſtentare queant. Super quo eorundem Ordinariorum conſcientiam oneramus.*

20 Item Clemens Papa VIII. in conſtitutione, *Nullus omnino. la 60.* apud Cherubinum, *tom. 3. pag. 97.* apud Quarantam *verbo Monaſteria, & Conuentus, pag. 418.* cuius meminit Barboſa *locis citatis paulò ſuperiùs*, & Lezana *dicto c. 6. n. 10.* inter decreta pro reformatione Regularium, hoc edidit §. 7. *In vnoquoque Conuentu Fratrum is tantùm deinceps conſtituatur, & in poſterum retineatur numerus, qui ex redditibus illis propriis, vel ex communibus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, aliiſve quibuſcunque obuentionibus in commune, vt præfertur, conferendis, commodè poſſit ſuſtentari.* Edita fuit 20. Martij 1601.

Idem Pontifex Clemens aliam condidit conſtitutionem, 23. die Iulij, de anno 1603. quæ habetur apud Cherubinum *la 99. pag. 141.* apud Quarantam *fol. 43.* & apud Aſcanium Tamburin. *tom. 4. de iure Abbatiſſarum, diſp. 33. quæſt. 1.* & *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 5. quæſt. 1. n. 16.* in cuius exordio ſic ait: *Quoniam ad inſtitutam Regularium locorum, & perſonarum reformationem promouendam, & conſeruandam maximè pertinet, vt in quibuſcunque Domibus, & Monaſteriis is tantùm numerus Religioſorum, qui commodè ibidem ali poſſint, contineatur, &c.* 21

Paulus etiam V. in conſtitutione *Sanctiſſimus in Christo Pater, la 9.* apud Cherubinum, *tom. 3.* de certo Religioſorum numero cuicunque Monaſterio, Cõuentui, ac Domui Regulari præfigendo, edita 4. Decembris anni 1605. & ſui Pontificatus primo, quæ etiam habetur apud Quarantam *verbo Monaſteria, & Conuentus*, & refertur à Barboſa *in collectan. ad Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 3. n. 19* & ab Scortia *theorem. 405.* ac à Lezana *in ſumma quæſt. Regular. tom. 1. part. 1. c. 6. n. 10.* ſic § 2 ſtatuit: *Decreuit, & præcepit, ac præſenti decreti virtute præcipit, & mandat omnibus & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcunque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, & Domorum, quouis nomine nuncupentur, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum, tam Monachorum, quàm Mendicantium, & non Mendicantium Regularium quorumcunque, exiſtentium intra fines Italiæ, & inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Monachis, Fratribuſve ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obuentiones, tam communes Monaſteriorum, Conuentuum, & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis Religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum diuerſorum habita ratione, diligenter ac maturè recognoſcant, iis omnibus detractis quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliáve cuiuſvis generis onera conſueuerunt abſorbere, eaque omnia in ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cuius intereſt, in primo Capitulo, ſeu Congregatione Prouinciali, coram tribus Iudicibus, ab ipſomet Capitulo, vel Congregatione deligendis, proponat, qui computatis huiuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus vniuerſis, & oneribus, vt ſuperius detractis, ſedulò examinent, quot Religioſi homines in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo Regulari, iuxta regionis, & proprij inſtituti morem, victum, & veſtitum in communi habentes, conuenienter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redditruum, eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Congregationi, Capitulóve Prouinciali exhibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuicunque familiæ Conuentus, Monaſterij, & Domus Regularis, quouis nomine nuncupatæ in ſingula quaque Prouincia certus earum tantùm perſonarum numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus, vt ſuperiùs, ſufficienter ali poſſint.* Hęc omnia in præfata Paulina Cõſtitutione continẽtur. 22

23 Variæ etiam Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declarationes ad idem intentum referuntur à Doctoribus, quarum aliquas *tomo 1. diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum*, exſcripſi, *diſquiſit. 6. dub 23 à num. 11. vſque ad 16.* & alias breuiter retuli; ibi videri poſſunt, & Authores, à quibus illas omnes accepi. Ibi plura à *num 27.* adnotaui pro praxi, quæ obſeruari debet, in vim tot Conciliarium, & Apoſtolicarum Conſtitutionum, ab omnibus Regularibus vtriuſque ſexus, Monachalium, Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum. Illa, quâ potuero breuitate, recenſere libet.

24 In primis adnoto, quod competens numerus perſonarum, quas habere debet quælibet Regularis Domus, ille eſt, qui commodè, & ſine penuria, ac abundanter ex bonis ipſius Domus, ſiue propriis, ſiue ex conſuetis eleemoſynis, degere poſſit, in victu, veſtitu, & medicinalibus, iuxta proprij inſtituti, & regionis morem. Eſt expreſſum ſuprà *num. 22.* Et iuxta qualitatem quidem perſonarum in Domo illa degentium, addunt, & bene Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tomo 1. ad conſtitutionem Pyrrhi*, *§. 9. numer. 49.* & Caſtrus Palaus *tom. 3. tractatu 16. diſp. 1. punct. 7. §. 6. num 5.*

25 Abundanter, conſultò, & notanter dixi, ob plures doctrinas Sanctorum Patrum, & Doctorum piorum eandem ſententiam menti tenendam continentem. Aliquas recenſebo, quibus illa illuſtretur. Prima ſit noſtri D. Gregorij Magni *in epiſtola ad Gratioſum Subdiaconum, la 17. lib. 2. Regiſtri, indict. 11. Religioſam vitam eligentibus* (ait) *congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſdam neceſſitatis occaſio aut deſides faciat, aut robur, quod abſit, conuerſationis infringat.* Secunda D. etiam noſtri Bernardi ſit, ab Antonio Perez relati *in Sanctam Regulam, cap. 32. num. 7.* à Cardinali Lugo *tom. 1. de iuſtitia, & iure, diſput. 3. ſect. 8. num. 188.* & à Peyrino *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 2. cap. 2. § 2. verſic. In particulari, pag. 170.* vbi ita ait Mellifluus Doctor: *Vbi non eſt abundantia, non eſt obſeruantia.* Item Hugo *de claustro animæ, cap. 2.* ab eodem relatus, in ſequentia prorumpit: *Tenenda eſt primùm circumſpectio in numero Fratrum, vt tot ſimul habitent, qui ordinatè viuere poſſint, ne vel excuſante paupertate, irregulariter viuant, vel præ multitudine cohabitantium neceſſitati eorum illicita quærant.* Huc ſpectat dictum Scortiæ *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, theoremate 227. in fine.* Huiuſmodi illud eſt. Niſi neceſſitati ſubuenias Religioſorum, numquam exactam, perfectamque videbis obſeruantiam votorum in Religionibus, & Monaſteriis.

26 *Secundò* adnoto, ad præfigendum numerum perſonarum, attendendam eſſe ſubſtantiam domus, ſiue redditus, & prouentus, ſiue eleemoſynæ conſuetæ, vti habes ſuprà, *num. 17. 18. & 20.* ita vt ſi vltra ſubſtantiam numerus conſtituatur, argumentum huiuſmodi nullum ſit. Statuitur *num. 16.* Attendique debent eleemoſynæ particularibus Religioſis aſſignatæ, vti *num. 20. & 22.* vidimus. Quæ adeò attendi debent, vt numerus ſemel præfixus ſine illarum computatione, non teneat, & denuò illis attentis fieri, & præfigi debeat. Non enim adimpletur Sedis Apoſtolicæ voluntas, ſi in computatione bonorum Religioſæ Domus, dictæ eleemoſynæ pro particularibus Religioſis non attendantur.

27 *Tertiò* adnoto, numerum præfigi debere iuxta domus capacitatem, & cellarum quantitatem. Ita Sacræ Congregationis ſententiâ auditâ, per Breue ſuum Paulus Papa V. ſub die 6. Iunij 1615. *Collectori Luſitaniæ iniungi mandauit, vt iuxta normam à Concilio Tridentino preſcriptam, in omnibus, & ſingulis Monaſteriis Monialium iſtius Regni, eum tantum numerum ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis denuò præfigi, ac in poſterum conſeruari curet, qui ex redditibus propriis eorumdem Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis congruè poſſit ſuſtentari, & iuxta Dictorum Monaſteriorum capacitatem, necnon cellarum quantitatem,* commodè ibi commorari valeant, &c. Ita refert Tamburinus *tomo 4. de iure Abbatiſſarum. diſput. 5. quæſtio 1.*

28 *Quarto* adnoto, ad præfigendum numerum, detrahi debere omnes reparationes, præſtationes, contributiones, grandines, ſterilitates, & alia cuiuſvis generis onera conſueta, vti decernitur ſuprà *num.* 22. à Paulo V. & ab Vrbano VIII. in decretis *de celebratione Miſſarum*, contentis in conſtitutione, *Cùm ſæpe contingat, la 45.* apud Cherubinum *tom 4. Bullary, §. Poſtremò, in fine.* quem ſcripſi *in diſquiſitionibus Moralib. & Canonic. diſq. 6. dub. 23. num. 16. & §. deinceps verò, ibidem, num. 10.* Pro quo eſt textus expreſſus *in Clementina Statutum, la 7. de electione* ibi: *Ita tamen, quod in iſtis, & ſimilibus rationabiles deducantur expenſæ.* Vbi gloſſa *verbo Expenſæ.* & *in cap. Quoniam, verbo Expenſis, el 9. de vita, & honeſtate Clericorum*, vbi ita fatur: Iſtud notabile eſt, quod in facultatibus æſtimandis habenda eſt ratio expenſarum, quæ fiunt in hoſpitalitate, ad quam tenentur Eccleſiæ. Item in Epiſcopalibus perſoluendis, infrà *de Præbendis, de Monachis*: & recipere Nuntios, & Legatos Apoſtolicæ Sedis, infrà *de cenſibus, Cùm inſtantia* Et argumento ad hoc *12. quæſt. 2. Nobilis.* Illi enim fructus æſtimandi ſunt, qui ſuperſunt deductis expenſis, *Cod. de fructibus, & litis expenſis, l. 1.* Et ita tot ſunt ponendi in Eccleſiis, quot ex fructibus illis poſſint honeſtè ſuſtentari, vt hic euidenter patet, & infrà, *de inſtitutionibus, cap. 1. & cap. Auctoritate*: & infrà *de conceſſione præbendæ, Ex parte, in fine*, & ſuprà *de conſtitutionibus, Cùm M. Ferrarienſis*, & infrà *de verborum ſignificatione, cap. Vltra.* Et hæc exceptio legitima eſt, cùm facultates non ſufficiunt, ſiue ſint diſtinctæ præbendæ in Eccleſia, ſiue non. Hucuſque gloſſa præfata.

29 Et ita tenuit Rota *in vna Conchenſi decimarum, 12. May 1623. coram Boratto, la 96.* apud Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 3. pag. 406.* in qua ſic *num. 7.* Et nihilominus, ſi deducerentur expenſæ neceſſariæ pro ſeruitio, & reparatione Eccleſiæ, & conſeruatione redditnum, & aliæ, quæ ſunt extra victum, & veſtitum Monialium, quæ ſunt deducendæ, vt per Seraphinum *deciſione 955. num. 2.* vtique apparebit redditum etiam eſſe minorem, quàm teſtes depoſuerint. Hæc ſacra Rota.

30 Noſtram adnotationem fulcit Scortia *ad ſelectas Summorum Pontificum Conſtitutiones, theoremate 405. in fine*, ex gloſſa *in l. Diuerſas, Cod. de mandato, §. Quam alius cauſis* Bart. *in l. Fructus, ff. ſoluto matrimonio, quomodo dos petatur*, & ex communi Theologorum ſententia. Laurentius etiam de Peyrinis *de priuilegiis, tom. 1. ad conſtitutionem Pyrrhi, § 9. num. 49.* ibi: Habita etiam conſideratione aliorum onerum, ad quæ tenetur Monaſterium, vt inſtaurationis ipſius, reparationis Eccleſiæ, hoſpitalitatis, ratarum Superioribus debitarum, &c. Itaque Monaſterium, quod non poteſt prædicta omnia facere,

facere, non poteſt commodè ſuſtentare ſuos Fratres. Ita Peyrinus.

31 Ex quibus colligo *primò*, ad numerum Religioſorum præfigendum pro Monaſterio, Conuentu, aut Domo, quæ fructus, & prouentus ex adminiſtratione recipit, v. gr. ex vineis, vel hæreditatibus, quas ſuis ſumptibus excolit, ex gregibus, & huiuſmodi, detrahi debere omnes expenſas, ita vt in conſideratione ſolùm haberi debeat, quod deductis omnibus, & ſingulis expenſis, ex fructibus adminiſtrationis ſuperat. Vnde ſi Cœnobium ex fructibus omnium, ex. gr. mille aureos pro vnoquoque percipit anno, & quingentos in illarum inſumit adminiſtratione, in paſtorum ſcilicet ſalario, & in eorum ſuſtentatione, ac in paſcuis, ſeu in herbis, ſolùm quingenti aurei erunt computandi pro numeri præfixione.

32 *Secundò* colligo, etiam detrahi debere omnes ſumptus vtiles, & neceſſarios fabricarum, litium, eleemoſynarum, ſubſidiorum, contributionum, & omnes denique illos, quos in noſtra Congregatione, *partidas ponderoſas* vulgò vocamus, ſeu appellamus, & qui ad immediatam Religioſorum ſuſtentationem non ſpectant. De quorum numero ſunt ſumptus, qui fiunt cum Medico, Chirurgo, cum officialibus, ſeruitoribus, & famulis non Religioſis, ſed ſæcularibus; Conuerſi autem, ſeu Fratres laici, adnumerandi veniunt cum Monachis, & Fratribus Clericis, ſeu ad Chorum deputatis, ex decreto Sacræ Congregationis *de celebratione Miſſarum*, ſub Vrbano Papa VIII. *in dicta conſtitutione, Cùm ſæpe contingat, la 45. apud tomum 4. Bullarij Cherubini.*

33 *Quintò* adnoto, ſupra numerum ſemel præfixum, non poſſe aliquam recipi perſonam in domo aliqua Regulari, etiam de Superioris venia, ex conſtitutione Gregorij XIII. *num.* 19. reddita. Si tamen ſupra numerum aliqua Monialis recipiatur, duplicem eleemoſynam, ſeu dotem afferre debet: & nunquam valebit ſubrogari in locum Monialis demortuæ, ita decernente Sacra Congregatione Regularium die 6. Septembris, de anno 1604. quod exſcripſit Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi, alleg.* 98. *num.* 4. & ego ipſe *in diſquiſitionibus Moralib. & Canon. tom. 2. diſq. 6. dubio* 2?. *n.* 12.

34 *Sextò* adnoto, numerum ſemel præfixum nunquam augeri poſſe, etiamſi prouentus, aut redditus augeantur, niſi præuia eiuſdem Sacræ Congregationis licentia, ſub pœna priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis Superiores habebunt, qui numerum augere præſumpſerint, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis perpetuæ ad omnia Religionis ſuæ officia, & gradus. Ita in prædicta conſtitutione *Cùm ſæpe contingat.*

35 *Septimò* adnoto, poſſe Ordinarios locorum numerum præfigere Monialium, etiam pro Monaſteriis exemptis; cum aſſiſtentia tamen Prælatorum Regularium eorundem Monaſteriorum, iuxta diſpoſitionem Gregorij XIII. vbi ſuprà, *num.* 19. Et ita docent Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, tomo 4 diſputat. 5. quæſ. 1. num.* 4. & Barboſa *in Summa deciſion. Apoſtolicar. verbo Numerus*

36 *Octauò*, & vltimò adnoto, ad reformationem Regularium promouendam, & conſeruandam, maximè conducere numerum præfigere; cùm ferè omnia, quæ diſciplinam euertunt Regularem, ex maiori Religioſorum numero, quàm redditus, vel eleemoſynæ ferant, proueniant. Ita Clemens VIII. ſuprà, *num.* 21. Vrbanus etiam VIII. *in ſæpè citata conſtitutione Cùm ſæpe.* Scortia *theorem.* 227. *ſuprà, num.* 25.

Veſtras conſcientias oneramus. Circa iſtam clauſulam nota, multa illam importare. *Primum* eſt, 37
quod, vbicumque ſuper aliquo actu oneratur per Superiorem conſcientia Commiſſarij, non poteſt ſibi de iuſtitia, aut iniuſtitia actus referri quæſtio; etſi appellaretur, non teneretur ille appellationi deferre. Ita gloſſa *in cap. Statuum, § Acceſſorem, verbo Relinquatur, el* 11. *de reſcriptis*, & *in Clementinam Vt conſtitutio, verbo Oneramus, la* 1. *de iurepat.* vbi etiam Abbas *num.* 6 Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tom.* 1. *ad conſtitutionem* 19. *Leonis X. §.* 2. *num.* 2. *pag. mihi* 183. Ioann. Bapt. Lexana *in Summa qq. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Clauſula, num.* 17. Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſ.* 24. *num.* 7. cum Sigiſmundo Scaccia *de appellationibus, quæſt.* 16. *concluſ.* 16. *num.* 3. Vnum tamen addunt dicta gloſſa *de Iurepatronatus*, Panormitanus, Peyrinus, & Lexana, quod licèt in hoc caſu appellatio non deferat, ſeu deuoluat cauſam ad Superiorem, nec ſuſpendat poteſtatem Commiſſarij, ex quo ſuæ conſcientiæ relictum eſt, Superior tamen ad quem eſt appellatum emendabit quod malè factum eſt, argumento capitis *Paſtoralis, de electione.* Et conſonant Barboſa, & Scaccia *num.* 5. quatenus dicunt, tunc poſſe ad Superiorem recurri per viam ſupplicationis. Concludit Abbas dicendo: Et appellatio non eſt omnino fruſtratoria hoc caſu; & habes modum ſingularem impugnandi proceſſum iniuſtum illius, cuius conſcientiæ negotium commiſſum fuit: & neſcio alibi iſtam gloſſam.

Secundum, quod importat præfata clauſula eſt, 38
quod negotium arbitrio boni viri remiſſum cenſeatur. Barboſa *dicta clauſula* 24. *num.* 1. *ex capite Non ſolùm, de Regular. lib.* 6. ibi: *Vt conſcientia pariter.* Marcheſ *de commiſſ. part.* 1. *cap. de commiſſ. appellat. extra Romanam Curiam, num.* 85. *pag.* 256. *in vltima impreſſione.* Peregrino *conſil.* 72. *num.* 9 *volum.* 1. Non tamen debet Commiſſarius Iudex ſimpliciter conſcientiam ſuam ſequi, ſed iuſtitiam communi, & publica lege munitam; debet enim ſecundùm allegata, & probata, non verò ſecundùm ſuam conſcientiam iudicare. Quod non obſcurè indicat Clemens VII. in præſenti conſtitutione, ibi: *Iure Parochialis Eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius ſemper ſaluo.* Et apertè docet Barboſa *num.* 5. *&* 6. *ex l. Illicitas, § veritas, ff. de officio Præſidis*, & ex pluribus Doctoribus, quos allegat, ex quibus recenſere libet Maſcardum *de probationibus, concluſ.* 948. Farinacium *in praxi crimin. parte* 1. *quæſt.* 21. *à num.* 163. Menochium *de arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 8 *num.* 40. *& ſeqq.* & *conſil.* 92. *num.* 80. *cum ſeqq.* & *conſil.* 786. *in vlt.* Marcheſanum *dicto cap.* 6. *num.* 87. *&* 88. Ludouicum Mirandam *de ordine iudiciali, quæſt.* 28. *art.* 3. Gregorium Sayrum *in Claui Regia, lib.* 12. *cap.* 8. *à num.* 6. & Leonardum Leſſium *de iuſtitia & iure, lib.* 2. *cap.* 29. *à* 10. *&* 84

Tertium, quod dicta importat clauſula, eſt 39
monitio, & excitatio quædam, vt attentiùs procedat delegatus, & Deum & legum præcepta piæ oculis habeat. Antonius Naldus *in ſumma, verbo Clauſula, num.* 3. Barboſa *dicta clauſ.* 24. *numer.* 2. cum Nauarro *conſilio* 6. *de officio Delegati.* Flores de Mena *variarum quæſtionum lib.* .. *quæſt.* 4. *à numer.* 67. Nicolao Garcia *de beneficiis, parte* 6. *cap.* 2. *num.* 100. Solorzano *tom.* 2 *de iure Indiarum, lib.* 2 *cap.* 7, *num.* 11. & cum aliis penes ipſum Solorzanum.

40 Immò importare, & continere præceptum dictam clauſulam, quod obliget ad culpam lethalem, docet idem Barboſa *de officio, & poteſt. ne Epiſcopi, parte 3. allegat. 98. num. 3.* vbi ita ait: Ex quibus verbis colligit Nauarrus *in cap. Si quando, num. 57. verſic. Tertio nota, 19. quæſt. 3.* & me citato in hoc loco Homobonus *de examine Eccleſiaſtico, tract. 12. cap. 3. quæſt. 15. reſolut. 3. pag. 455.* vbi citat Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 7. capite 23. numer. 3.* Ordinarios locorum ſub pœna peccati mortalis ad id faciendum obligari: fulcitur verbis in dicta conſtitutione appoſitis, ibi: *Super quo Ordinariorum conſcientiam oneramus.*

41 Per dictam clauſulam (ait ſuper illam præfatus Barboſa, *num. 3.*) in reſcripto Papæ appoſitam, videtur remiſſus rigor iuris ciuilis, ſicut per clauſulam *Arbitrio Rotæ.* Ita Seraphinus *deciſ. 447. numer. 1.* me citato in hoc loco, Ioannes Eſcobar *in tract. de vtroque foro, in initio, num. 73.* Non tamen operatur, vt omittatur ordo iuris in iudicando, vti Lezana *dicto num. 17.* ex Naldo.

42 An autem delegatus, cui in reſcripto fuit appoſita dicta clauſula, ſubdelegare poſſit cauſam, necne, controuerſum inuenio. Quidam enim tenent partem negatiuam, de quorum numero ſunt Barboſa *eadem in clauſula, num. 8. iuncto ſummario, ex l. Nulli,* ibi: *Pro ſua conſcientia,* vbi Baldus *num. 4.* Iaſon *num. 12. verſic. 5. limita. Cod. de Epiſcopis, & Clericis.* Menochius *num. 12.* Franciſcus de Leo *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, part. 1. capite 15. num. 49.* & *part. 2. cap 2. num. 16.* Thomas Sanchez *de Matrimonio lib. 8. diſputat. 27. num. 43.* & Sigiſmundus à Bononia *de electione, dub. 14.* Affirmatiuam autem, quod ſubdelegare poſſit, tenent apud eundem Barboſam Angelus Aretinus *in Authentic. Ad hæc, num. 2. Cod. de iudiciis,* Rota *deciſ. 18. de conceſſione præbendæ, in nouis.* Emmanuel Roderiquez *tom 2. quæſtion. Regular. quæſt. 119. artic. fin. verſic. vlt.* & Nauarrus *conſil. 2. in antiquis, aliàs 6. in nouis, de officio delegati,* quem etiam recenſet, & ſequitur Anton. Naldus *dicto num 3.* Vtramque opinionem concordare nititur Marcheſanus *dicto cap. 6. num. 9.* ait Barboſa, ad quem remittit lectorem.

43 *Iure Parochialis Eccleſiæ ſaluo.* Clauſula iſta, quæ eadem eſt ac, *ſine Parochiæ præiudicio*, aut, *ſaluo iure Parochiali*; declarata eſt à Sixto Papa IV. nimirum, quod præiudicium, quod Eccleſiæ Parochiali in illa vitari cauetur, ſit ſolùm circa decimas, & primitias Clericis exhiberi ſolitas: quaſi dicat Papa, Dummodo in Eccleſia Parochiali non ſequatur præiudicium, quoad exactionem decimarum, & primitiarum, prædicta ſtatuatis, & ordinetis. Ita Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom. 1. ad conſtitutionem Pyrrhi, §. 7. num. 32.* ex Roderiquez *tom. 1. quæſtion. Regular. quæſt 43. artic. 1.* & ex Ioanne à Cruce *de ſtatu Religionis, lib. 2. cap. 5. dub. 7 concluſ. 2.* Ita & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 18. quæſ. 6. clauſula 8. numero 18.* Lezana *tomo 2. ſumma quæſtion. Regul. part. 3. verbo Clauſula, num. 63.* cum Stratio *in inſtructionibus pro Carmelitis, cap. 6. numero 8.* & Auguſtinus Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſ. 157.* plura recenſet importata per clauſulam, *ſine præiudicio.*

44 *Et cuiuſlibet alterius, &c.* Clauſula iſta, etiamſi non exprimatur, ſemper ſubintelligitur in omnibus conceſſionibus, vti dictum relinquo *ad Conſtitutionem 11. num. 14.*

Datis Aueniome. Auenio, vulgò *Auignon*, oppidum eſt Galliæ Narbonenſis, ad Rhodanum. Hodie ditionis eſt Pontificiæ. Vrbem enim iſtam cum agro vicino, Ioanna Siciliæ Regina Clementi Papæ VI. teſte Volaterrano, apud Paſſeratium *verbo Auenio*, vendidit. Clemens V. illius prædeceſſor, natione Vaſco, Burdigali natus, & Lugduni Summus Pontifex creatus anno 1305. Sedem tranſtulerat Auenionem, vbi ſederunt ipſe, Ioannes XXII. Benedictus XI. dictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. & Vrbanus V. illius ſucceſſores, & Gregorius XI. vſque ad annum 1376. in quo illam Vrbi Romæ reſtituit. Antipapæ Nicolaus V. Clemens VII. & Benedictus XIII. Auenione ſederunt. 45

CONSTITVTIO XIV. & tertia Clementis VII.

Pro priore, & Conuentu Sancti Benedicti Vallisoletani, edita anno 1392.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

Concedit facultatem conſtruendi Cœmeterium in loco congruo, & honeſto; in quo qui voluerint, eligere poſſint ſepulturam, Parochialis Eccleſiæ, & cuiuſvis alterius iure ſaluo.

CLEMENS EPISCOPVS, Seruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conuentui Monaſterij Sancti Benedicti Vallisoleti, per Priorem ſoliti gubernari, Ordinis eiuſdem Sancti, Palentinæ Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

RELigionis, in qua relictis ſæculi vanitatibus, Domino deſeruiitis, fauor expoſcit, & deuotionis veſtræ merita Nos inducunt, vt votis veſtris, in iis, quæ piè depoſcitis, quantùm cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis conſtituendi, & habendi Cæmeterium in loco ad hoc congruo, & honeſto, in quo vos, & illi, qui penes vos elegerint ſepulturam, ſepeliri liberè valeatis, iure Parochialis Eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo; conſtitutionibus, priuilegiis, & indulgentiis Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, plenam, & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis

infringe

infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Auenione quarto Nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

COMMENTARIVS.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Saluo iure Eccleſiæ Parochialis, *importat præſeruationem quartæ funeralis Eccleſiæ Parochiali debitæ.* num. 8.

Cæmeterium.

Idem importat Cæmeterium, quod dormitorium mortuorum. n. 2.

Cæmeterium eſt locus ſepulturæ mortuorum deſtinatus, & benedictus ab Epiſcopo, vel ab alio ad id poteſtatem habente. n. 3.

Non ſufficit pro Cæmeterio aſſignatio, ſi deſit benedictio. num. 4.

Priori, & Conuentui S. Benedicti Valliſoleti conceſſit Clemens VII. facultatem conſtituendi Cæmeterium. num. 4.

Et quidem vtiliter. n. 6.

Omnes Religiones ab antiquis temporibus ius habent ſepeliendi ſuos Religioſos. n. 5.

Eccleſia.

Regularium Eccleſia eſt pro illis Parochialis. numero 5.

Parochus.

Quilibet Parochus ſuam propriam habet parochialem Eccleſiam n. 5.

Ius habet ſepeliendi in Eccleſia ſua omnes Parochianos, qui nec elegerint in aliena ſepeliri, nec habeant ſepulturam maiorum ſuorum. n. 5. & 6.

Parochus Regularium eſt proprius eorum Prælatus immediatus, & localis n. 5.

Præcedentia.

Cœnobia, & eorum Prælati præcedunt in noſtra Congregatione, non ſecundùm eorum qualitates, aut ſecundùm antiquitatem fundationum, ſeu ſecundùm antiquitatem vnionis in Congregatione. n. 1.

Prælati.

Tota iuriſdictio pro vtroque foro prouenit Prælatis Regularibus exemptis ex ipſa exemptione. n. 6.

Prælatus S. Benedicti Valliſoletani, Prior fuit perpetuus vſque ad annum 1466. & triennalis ab illo anno, vſque ad tempus Alexandri VI. in quo Abbas appellari cœpit. n. 1.

Quarta Funeralis.

Quarta iſta, aliàs Canonica Parochialis, eſt quarta pars eorum, quæ cum funere deferuntur, v. gr. cera, panis, & huiuſmodi. n. 8. & 9.

Soluere illam non tenentur Regulares recenſiti. n. 10.

Sepultura.

Illam habent liberam Congregationes S. Iuſtinæ, & Valliſoletana. n. 7.

Alia vide verbo Cæmeterium.

1 PRIORI, &c. Notetur ad hoc, quod Prælatus perilluſtris, & tota Hiſpania celeberrimi Cœnobij Sancti Benedicti Valliſoletani, in primis ſuæ erectionis annis non fuit infulis Abbatialis dignitatis inſignitus, ſed Prioris tantùm Conuentualis condecoratus nomine, & authoritate, quibus vſus fuit vſque ad tempus Alexandri Papæ VI. vti apparet ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ habentur in Bullario authentico noſtræ Congregationis. Prior appellatur anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, *in Bulla 58. eiuſdem Pontificis, folio 17. in Bulla 59. Pauli II. de anno 1466. folio 119. in Bulla 60. Sixti IV. de anno 1479. folio 126. & in Bulla 65. Innocentij VIII. de anno 1479. fol. 126. & in Bulla 66 eiuſdem Innocentij, de anno 1495. folio 130.* Prima verò, in qua appellatur Abbas, ex collectis in dicto Bullario, edita eſt ab Alexandro VI. anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimoſeptimo, *la 69. fol. 134.* & in ſubſequentibus omnibus eodem condecoratur Abbatis nomine. Quando autem illud obtinuerit Prælatus Cœnobij præfati Sancti Benedicti, per erectionem ſuæ dignitatis in Abbatialem, quæ dubio procul debuit fieri expreſsè per authoritatem Apoſtolicam, aſſerere non valeo. Scio tamen, & aſſero, præfuiſſe Priorem noſtræ Congregationi per multa annorum curricula, tanquam illius Generalem; perpetuum quidem vſque ad annum Domini milleſimum quadringenteſimum ſexageſimumſextum, in quo Paulus Papa II. confirmauit ſtatutum factum ſuper eo, quod dictus Prior per triennium tantùm duraret; & vſque ad hodiernam diem præceſſiſſe, & præcedere, ſine iuriſdictione tamen in illos, aut in eorum ſubditos, poſt Pauli V. conſtitutionem de anno Domini 1609. quæ habetur in volumine conſtitutionum Sancti Facundi, in principio, omnes Congregationis Abbates, eo quod fuerit Prælatus dicti Cœnobij, Congregationis reformator; at in præcedentia in Comitiis noſtris Generalibus, aut in aliis concurſibus, non attenditur grauitas, nec antiquitas fundationum Cœnobiorum, ſed antiquitas vnionis per reformationem dicto Valliſoletano Cœnobio.

Vobis conſtituendi, & habendi Cæmeterium. Notatur ad hoc, quod *Cæmeterium.* nomen idem importat, quod *Recubitorium*, vel *Dormitorium mortuorum*, qui & ideò ab Eccleſia dormientes dicuntur, quia ſurrecturi non dubitantur. Ita illud exponit noſter Vvalafridus, Abbas Augiæ Diuitis, *in libro de exordiis, & incrementis rerum Eccleſiaſticarum, capitulo ſexto.* Quam expoſitionem ſequitur noſter etiam Amalarius Fortunatus, Treuerenſis Epiſcopus, & Cardinalis, *lib. 3. de Eccleſiaſticis officiis, cap. 35.* dicens: Vnde & locus ſepulchrorum, Græcè vocatur *Cæmeterium*, ideſt, *dormitorium.* Vnde & D. Paulus ad Corinthios (1.) inquit: *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt.* Ambroſius etiam Calepinus *in dictionario.* Ioannes Azorius *Inſtitutionum Moralium parte 2. lib. 9. cap 6. verſic. Cæmeterium.* Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma quæſt. Regular. tom. 2. part. 3. verbo Cæmeterium, n. 1.* Pax Iordanus *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 11. de Cæmeterij benedictione, n. 2. & 4.* Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. c. 9. n. 3. & c. 10. n. 1.* Franciſcus Maria Samuellius *in Praxi de Sepulturis tract. 1. diſp. 1. controuerſ. 1. concluſ. 8.* & Eligius Baſſæus *in Floribus Theologiæ practicæ, tom. 1. verbo ſepultura, n. 1.* 2

Alij aliter dictum exponunt nomen, quos, & horum varios exponendi illud modos, recenſui *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tomo 1. tract. 1. diſquiſit. 1. à numero 6. ad 10.* Sed quidquid ſit de nomine, res per illud ſignificata certum eſt, quod ſit locus mortuorum ſepulturæ deſtinatus, authoritate Epiſcopi, aut alterius ad id poteſtatem habentis 3

bentis benedictus : ſiue poteſtas ab Epiſcopo dimanet, ſiue à Papa, vti diximus *dicta diſquiſitione*, *num.* 11. *&* 12. & *diſquiſit.* 2. *numero* 1. 4. *&* 11. vbi ad id probandum plures cumulaui Doctores.

4 Per clauſulam : *Vobis conſtituendi*, *&c.* in qua tota conceſſio facta à Clemente VII. in hac conſtitutione ſaluatur, Priori Sancti Benedicti conceditur facultas deſtinandi locum pro ſepulturis, & illum benedicendi independenter ab Epiſcopo, Ordinario, & Diœceſano loci, ad quem de iure id pertinebat, & propria ex authoritate. Conſtitutio enim Cæmeterij non fit ſolùm aſſignatione loci, ſed benedictione præciſè indiget. Cardinalis *in Clementinam* 1. *quæſt.* 4. *de ſepulturis*, Syluester *in ſumma*, *verbo ſepultura*; *quæſt.* 1. §.1. Thomas Sanchez *tomo* 3. *de Matrimonio*, *lib.* 9. *diſputat.* 15. *num.* 24. cum Soto *in* 4. *diſtinct.* 3. *q. vnica*, *articulo* 3. *concluſ.* 3. & cum Nauarro *in Manuali*, *cap.* 16. *num.* 3. Samuellius *vbi proximè*, *controuerſia* 3. *concluſ.* 2. Ægidius Coninch *de Sacramentis*, *quæſt.* 83. *artic.* 3. *dubio* 1. *numero* 236. Auguſtinus Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico*, *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. & Pax Iordanus *dicto tit.* 11. *num.* 22.

5 *In quo vos ſepeliri valeatis.* Sed ad quid hæc conceſſio? cùm vti bene Bordonus *tomo* 3. *reſol.* 51. *de ſepulturis*, *numero tertio*, ſine dubio omnes Religiones habeant ius, & antiquiſſimum quidem, ſepeliendi in propriis Eccleſiis ſuos Religioſos. Quod probatur *can.* 1. 16. *quæſt.* 1. ibi : *Niſi Monachum in Monaſterio ſecum morantem*, *vel ſi fortuitò quemquam aduenientium Fratrum ibi mori contigerit.* Et ratio eſt, quia vnuſquiſque Parochus ius habet ſepeliendi in propria Eccleſia ſuos Parochianos, niſi alibi eligant ſepulturam, vel habeant alibi ſepulturam maiorum ſuorum. Latè id probaui *in quæſtionibus Paſtoralibus*, *parte* 3. *quæſtione ſeptima*, & *in diſquiſitionibus Moralibus*, *&* *Canonicis*, *tomo* 1. *tract. ſeptimo*, *diſquiſit.* 12. *ſect.* 4. *num.* 4. *tractatu* 8. *diſquiſit.* 2. *num.* 14. *& ſequentibus*, *& alibi ſæpe*, docetque dictus Bordonus *loco citato*, *ex cap. In noſtra*, *de ſepulturis*, *iuncta gloſſa finali*, & *can.* 1. 13. *quæſt.* 2. Sed Superior immediatus, ſeu localis loci Regularis, eſt proprius Parochus ſuorum Religioſorum. Idem Bordonus, & ego ipſe latè probaui poſt dictas quæſtiones Paſtorales, *in diſquiſitione Paſtorali de iure Prioris annexi*, *à num.* 128. & Eccleſiæ Regulares ſunt Parochiales quoad ipſos Regulares. Bordonus argumento eorum, quæ docet Genuenſis *in ſua Praxi Neapolitana*, *cap.* 92. *in fine.* Et patet ex eo, quod Parochus, & Eccleſia Parochialis correlatiuè ſe habent, ita vt quilibet Parochus ſuam propriam habeat Parochialem Eccleſiam, dicente Dionyſio Papa Seuero Epiſcopo *epiſtola ſecunda*, relata *in Canone Eccleſias*, *el* 1. 13. *quæſt.* 1. *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus : Parochias*, *Cæmeteria eis diuiſimus*, *& vnicuique ius proprium habere ſtatuimus : ita videlicet*, *vt nullus alterius Parochiæ terminos*, *aut ius inuadat*, *ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus.* Ergo dictus Superior immediatus, & localis Religioſorum, de iure communi poteſt ſepelire ſuos Religioſos in propria Eccleſia. Superflua ergo videtur præſens conceſſio facta Priori Sancti Benedicti Valliſoletani ſepeliendi ſuos Religioſos in proprio Cæmeterio.

6 Et quidem ita videtur; ſed reuera ſuperflua illa non fuit; quia cùm Parochus intra cuius territorium fuit Cœnobium illud ædificatum, de iure habebat fundatam intentionem ſuæ iuriſdictionis ſuper totum territorium ſuæ Parochiæ, prætendere poterat ius ſepeliendi Monachos Cœnobij Sancti Benedicti in illo exiſtentis, eo maximè, quia per præcedentem conſtitutionum, in qua fuit facta facultas concedendi licentiam ædificandi, & dotandi Eccleſiam & Monaſterium, nulla facta mentione de illorum exemptione, quæ nec alibi inueniebatur conceſſa. Ex qua vtique exemptione prouenit iuriſdictio, quam pro vtroque foro habent Regulares Prælati in ſuos ſubditos, vt inſinuat Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium*, *tomo* 1. *parte* 1. *cap.* 18. *num.* 25. *pag. mihi* 132. *tomo* 2. *parte* 4. *verbo Prælati Regulares*, *num.* 10. & *tom.* 3. *in Mare Magnum Carmelitarum*, *num.* 399. qui *in dicto num.* 25. ita ait : Prælati Religioſi habent ordinariam iuriſdictionem ad abſoluendos ſibi ſubditos à peccatis; quia ſunt Paſtores ordinarij illorum, & in eos tranſlata eſt cura, quam Epiſcopi, & Parochi habent circa ſæculares. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 15. Et expreſsè docet Tamburinus, & alij, quos allego *in dicta diſq. de iure Prioris annexi*, *num* 114. Ex quo enim Religioſi exempti ſunt ab Epiſcopi iuriſdictione, fuerunt exempti à poteſtate Parochi. Epiſcopus enim in linea curæ animarum ſuperior eſt, & vincit Parochum. Ergo ſi per exemptionem Prælatus Regularis vincit Epiſcopum quoad curam ſuorum Religioſorum, vincit & Parochum. Patet conſequentia ex axiomate illo iuris: *Vincens vincentem te*, *multò magis vincit te* : quod probat Barboſa *tract. de axiomatibus*, *axiom.* 226. *ex l. de acceſſionibus*, *ff. de diuerſis*, *& temporalibus præſcriptionibus* : *l. Æquiſſimum*, *ff. ad Tertyllianum.* Gloſſa *verbo Proximis*, *in Authent. defuncto*, *Cod. ad Orfic.* & pluribus ex Doctoribus, quos pro more ſuo recenſet.

Et illi, *qui penes vos elegerint ſepulturam.* Per 7
iſtam clauſulam facit Clemens liberam ſepulturam Sancti Benedicti, vt liberum ſit omnibus, ſi velint, illam eligere. Similiter priuilegium conceſſit Eugenius IV. Congregationi S. Iuſtinæ, 7. kalendas Martij, 1434. in Conſtitutione *Etſi ex debito*, *num.* 18. *la* 7. *Bullarij noſtræ Congregationis*: & pridie kalendas Iulij, de anno 1436. in conſtitutione *Etſi quaſlibet*, *num.* 15. *la* 9. Alexander III. meo Hyrachenſi Cœnobio, 8. kalendas Iulij 1072. in conſtitutione quam poſt quæſtiones Paſtorales exſcripſi, *folio* 207. & alij etiam Pontifices diuerſis Religionibus ſimilia priuilegia conceſſerunt.

Saluo iure Parochialis Eccleſiæ. Per iſtam clau- 8
ſulam importatur obligatio Monaſterij ad ſoluendum Eccleſiæ Parochiali, à qua mortui corpus aſſumitur, quartam funeralem, iuxta deciſionem S. Rotæ *in Valliſoletana Funeralis*, 19. *Aprilis* 1606. *coram Iuſto*, *la* 82. *apud Tamburinum*, *de iure Abbatum*, *tom.* 3. & docet Bordonus *tomo* 3. *reſolut.* 51. *num.* 10. Ius illud ſolet etiam vocari iuſtitia Parochialis, ſeu Eccleſiæ Parochialis, & etiam dicitur Canonica portio Parochialis; & eſt pars, ſiue media, ſiue tertia, aut quarta eorum, quæ adueniunt Eccleſiæ, in qua quis ſepelitur, & cum funere deferuntur : v. gr. cera, panis, & huiuſmodi. Ita Pellizzarius *in Manuali Regularium*, *tomo ſecundo*, *tract.* 8. *capite quinto*, *numero* 160. Portell. *in dubiis Regular. verbo Canonica Portio*, *numero quinto*, Lezana *tomo ſecundo*, *verbo Quarta Funeralis*, *numero ſeptimo*, Rota *in Elnenſi*, *coram Queypo*, 6. *Iunij*, 1631. *la* 4. *poſt tomum* 1. *meorum diſquiſitionum Moral. & Canonicar. pag.* 381.

apud

apud Tamburinum *tom. 3. deciſ.* 85. & apud Dianam *tom.* 7. Et ita declarat Pius V. in constitutione *Etſi Mendicantium Ordines*, & illa inſerta in constitutione *Cùm intra mentis noſtræ arcana* edita 8. Kalendas Septembris 1567. ad noſtræ Congregationis fauorem.

9 Quæ certè pars communiter quarta funeralis dicitur. Quarta quidem, quia licèt olim fuerit tertia pars funeralium Eccleſiæ Parochiali adiudicata, *in cap. Nos inſtituta*, & *in cap. Certificari, de ſepulturis*, vbi approbatæ etiam fuerunt medietas, & quarta pro locorum, & conſuetudinum diuerſitate, & medietas fuit etiam aſſignata *in cap. Inter cunctas, de priuilegiis*. quarta tamen fuit taxata *in cap. Super Cathedram, de ſepulturis*, & *in Clement. Dudum, eodem titulo*, in Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. capite* 13. ac in præfatis Pianis conſtitutionibus. Funeralis autem appellatur dicta portio, quia eſt funeralium pars.

10 Et licèt Cœnobium Sancti Benedicti Vallisoletani, attenta conſtitutione, quam expendimus, ad ſolutionem quartæ prædictæ eſſet adſtrictum; iam tamen per varias Summorum Pontificum diſpoſitiones, ab illo manet onere abſolutum, ſicut reliqua Congregationis noſtræ Cœnobia. Gaudet enim, & gaudent priuilegio Patribus Carmelitis conceſſo, cum derogatione Clementinæ *Dudum*, per Nicolaum Papam V. de quo Lezana *verb. Quarta funeralis, num.* 3. priuilegio etiam Minimis conceſſo per Iulium II. & 1. penes Peyrinum *tom.* 1. *de priuilegiis*: cui quidem non derogauit Tridentinum Concilium *vbi proximè*, ita declarante ſacra eiuſdem Concilij Congregatione. Item potiuntur priuilegio conceſſo Congregationi Sanctæ Iuſtinæ per Eugenium IV. *el* 12. *jud Roderiquez, in Bullario.* Et tandem gaudent priuilegiis conceſſis Congregationi Cœleſtinorum, & aliis diuerſis Ordinibus, & Congregationibus: quibus omnibus potitur, & gaudet noſtra Congregatio, & quodlibet illius Cœnobium, vt non ſemel diximus. Alia de hac materia videri poſſunt *tom.* 1. *Diſquiſitionum Moral. & Canonicar. tract.* 9. § 12. cui adiunxi deciſiones, & ſententiam quandam Rotæ.

11 *Iure... cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo.* Quamvis clauſula iſta non fuiſſet à Clemente in hac conſtitutione appoſita, veniret ſubintelligenda, ob dicta ſuprà *ad conſtitutionem vndecimam, num.* 14.

Datis Auenione 4. Nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo. Ex data huius conſtitutionis apparet quanta cum breuitate, & celeritate fuerit Cœnobium Sancti Benedicti ædificatum, & à Priore, & Conuentu inhabitatum, cùm duo tantùm anni fuerint elapſi poſt expeditionem commiſſionis factæ Epiſcopis Ouetenſi, & Segouienſi, vt concedere poſſent licentiam ad illud ædificandum. Sed hoc mirabile non videbitur ſcienti, Ioannem Primum Regem, illud in proprio Palatio Regio ædificauiſſe.

CONSTITVTIO XV.
& vnica Pauli Papæ V.

Pro electione Reuerendiſſimi Generalis, Abbatum, Abbatiſſarum, ac Diffinitorum Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniæ, anni 1611.

FVit Pius, Camillus Burgheſius antea vocatus, natus Romæ anno 1552. ſed Senis oriundus ex patre Marco Antonio Patricio Senenſi, ex Presbytero Cardinali tituli Sancti Chryſogoni, creatus fuit Summus Pontifex die 15. coronatus die 28. Maij, anno 1605. Obiit die 28. Ianuarij, anno 1621. Sedit annos 15. menſes octo, dies tredecim. Creauit Cardinales ſex. Sepultus in Baſilica Principis Apoſtolorum, deinde tranſlatus fuit ad S. Mariam Majorem, in Sacello à ſe magnificentiſſimè extructo. Vacauit ſedes dies vndecim. Authores ſunt Angel. Chr. in Bullario, tom. 3. pag. 171.

SVMMA CONSTITVTIONIS.

1. *Quod eligantur ex corpore totius Congregationis nouem Diffinitores, quorum tres primi in eorum nominatione, qui plura ſuffragia habuerunt, ſint Iudices grauaminum; & habitare debent in diſtrictu de Campos, & Legionenſi. Et ex reliquis, tres in diſtrictu Rioxa, & alij tres in diſtrictu Galiciæ.*
2. *Quod omnes Diffinitores immediatè, & ſtatim poſt ſuam nominationem, ante electionem noui Generalis, & abſque vlla communicatione cum aliquo, ſub grauibus pœnis, & cenſuris, ipſi ſoli, abſque Generali etiam præterito, intrent in conclaue, à quo nulla occaſione interueniente exire poſſint, vſque dum electiones omnium Abbatiarum non ſint factæ; & quod poſtquam factæ fuerint, ſuo ordine, ab omnibus Diffinitoribus ſubſcribantur, & in ſecreto ſeruentur, vſque ad vltimam ſeſſionem Capituli.*
3. *Quod facta electione Generalis quando, & quomodo Conſtitutio diſponit, fiat alia, vel aliæ electiones ad effectum vacantiæ, ordine qui præſcribitur.*

4. *Quod non accedant ad Capitulum Generale Conuentuum Procuratores.*

Quod Monachi dirigere poſſint ſuas petitiones ad Capitulum, per eos, & eo modo, quo diſponitur in conſtitutione, & ſecundùm materiæ qualitatem conſignabuntur deputati gratiæ, ſiue iuſtitiæ, vt proponant Capitulo, quæ poſtulata fuerint, & illis detur ſatisfactio.

5. *Quod non ſint plures Capitulares, quàm Generalis, qui in illo Capitulo Officium terminat; Generales, qui extiterunt; actuales Abbates, ſeu Præſidentes Monaſteriorum; Diffinitores quadriennij immediatè præcedentis; Magiſtri, & Prædicatores Generales; Concionator Regius, ſi quis fuerit; in Salmantica, de licentia Capituli Generalis, & eius ſumptibus Laureati, & qui in ea fuerint Cathedratici; Socius, & Secretarius Generalis; Procurator Curiæ Romanæ, & Regiæ etiam, à Congregatione tamen electus; Abbas denique ſuſpenſus, & non Præſidens, qui eius loco fuerit nominatus.*

6. *Quod Generalatus, & Abbatiarum duratio ſit de Capitulo ad Capitulum, ad quatuor annos; & quod terminentur in Capitulo, etiamſi parum temporis illas habuerint.*

7. *Quod non ſint Viſitatores, nec ſuppletores eorum, ſed quod bis Generalis viſitet in quadriennio Congregationem per ſe, vel per ſuos Commiſſarios.*

8. *Quod non celebretur Capitulum intermedium.*

9. *Quod electiones Abbatiarum inter medium quadriennij vacantium faciat Generalis cum tribus Diffinitoribus illius diſtrictus, in quo Generalis habuerit nuntium, & certificationem vacantiæ, & inſimul Abbas vicinior illi loco, in quo Generalis dictum habuerit nuntium, illis omnibus ſeruatis, quæ circa hoc ſunt per Conſtitutionem S. Facundi diſpoſita.*

10. *Quod nullæ aliæ leges, vel conſtitutiones obſeruandæ ſint, præter illas, quæ apud Sanctum Facundum fuerunt Ordinatæ, vel de nouo confirmatæ; & nulla illarum obliget in conſcientia, niſi illæ, quæ mandantur ſub præcepto, & cenſura, vel ex ſua materia ſapiant peccatum mortale. Et leges, quæ in futurum in Capitulis Generalibus ordinabuntur, ſint pro illo quadriennio diffinitiones, & ſimiliter pro ſecundo quadriennio, ſi de nouo cum illo factis conſcribantur, ſed ſi in tertio quadriennio confirmatæ fuerint, vim habeant conſtitutionum.*

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX iniuncto nobis deſuper Apoſtolici muneris debito, Religioſorum omnium reformationem, & proſperum ſtatum ſyncero deſiderantes affectu, ad ea, quæ pro huiuſmodi reformatione, & diſciplinæ regularis obſeruantia, & conſeruatione, & recto Regularium gubernio à Superioribus, & aliis Religioſis ad id ab ipſis Superioribus, & Capitulis Generalibus deputatis prouidè facta fuiſſe dicuntur, vt perpetua firmitate ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore communimus. Cùm itaque, ſicut pro parte dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Hiſpaniarum, nobis nuper expoſitum fuit, dictus Abbas, & alij Monachi in Capitulo Generali Congregationis huiuſmodi nouiſſimè celebrato deputati, ac in Monaſterio S. Facundi eorundem Ordinis, & Congregationis, nullius Diœceſis, Prouinciæ Compoſtellanæ, de anno M.DC.X. propterea congregati, infraſcriptas conſtitutiones ediderint, tenoris ſubſequentis, videlicet. *Primò*, quod eligantur nouem Diffinitores ex corpore totius Congregationis, quorum tres primi in eorum nominatione, illi ſcilicet, qui plura ſuffragia habuerint, ſint iudices grauaminum, cum plenaria poteſtate, etiam ſuper Generali, in materia grauaminum, quæ fecerit, vt ea reuocent, modo, forma, & tempore in Conſtitutione ſtatutis, & ordinatis, & non expectetur, vt hactenus, ad Capitulum priuatum pro dictorum grauaminum remedio. Et dicti tres Iudices illorum habitare debent in diſtrictu de Campos, & Legionenſi: ex reliquis autem ſex Diffinitoribus, tres habitent in Prouincia vel diſtrictu Rioxæ; & tres alij in Prouincia, vel diſtrictu Galiciæ, modo, & forma, quibus diſpoſitum eſt in conſtitutione S. Facundi. *Secundò*, quod omnes Diffinitores immediatè, & ſtatim poſt ſuam nominationem ante electionem noui Generalis, abſque vlla communicatione cum aliquo, ſub grauibus pœnis, & cenſuris, vt in Conſtitutione continetur, ipſi ſoli, abſque Generali etiam præterito, qui interuenire non debet in electionibus Capituli, intrent in conclaue, à quo nulla omnino interueniente occaſione exire poſſint, vſque dum electiones omnium Abbatiarum, tam Monachorum, quàm Monialium, exceptis filiatio

Num. 1. Diffinitores nouem eligantur. Tres priores ſint Iudices grauaminum.

Diſtrictus habitationum Diffinitorum.

Num. 2. Conclaue pro Abbatũ electionibus.

filiationum Abbatis non ſint factæ, & poſtquam ſuo ordine factæ fuerint, ab omnibus Diffinitoribus ſubſcribantur, in ſecreto tamen obſeruentur vſque ad vltimam ſeſſionem Capituli, in qua debet fieri earum nominatio, ſeu publicatio; ſeruatis etiam in reliquis modo, & forma ad hoc diſpoſitis in Conſtitutione Sancti Facundi.

Num. 3. Electio Generalis.

Tertiò, quod facta electione Generalis, quando, & quomodò Conſtitutio diſponit, fiat eodem modo alia, ſeu aliæ electiones ad euentum vacantiæ dicti officij, ſiue per mortem, ſiue per promotionem contingat, ad hoc vt non ſit opus ſic magnis ſumptibus, & grauibus inconuenientibus iterum, atque iterum Congregationem conuenire: pro hac tamen electione, ſiue electionibus ſecundis, non debent ſuffragia dari, niſi ſemel, & legi, aut regulari non debent, nec ſcrutinium fieri ſuper illis, ſed ſolùm numerari, vt videatur ſi ſint æqualia ſuffragantibus, necne; etiam obſeruentur ſecreta in arca trium clauium, & ipſa cuſtodiatur intra arcam depoſiti Monaſterij illius, in quo habitauerit primus Diffinitor, qui vnam ex dictis clauibus retinebit, aliam Secretarius Generalis, aliam autem Abbas vicinior dicto Diffinitori: & quando nominatio debeat fieri, omnes illi, qui in Conſtitutione de hoc agente nominantur, concurrant ad aperiendam arcam, & ſcrutinium faciendum, & qui plura habere vota repertus fuerit, in Generalem vſque ad proximum futurum Capitulum pronuntietur, etiamſi electio Canonica non ſit: & in caſu æqualitatis duorum in ſuffragiis, antiquior habitu pronuntietur; ex reſiduis autem votis alia, & aliæ fiant nominationes pro ipſo etiam euentu vacantiæ, ſiue vacantiarum, ponendo in primo loco qui plura vota habuerit, & qui plura pòſt, in ſecundo, & ſic ſucceſſiuè. Iſtæ autem nominationes ſubſcribi debent ab omnibus illis, qui concurrerint, & ſigillari, & claudi iterum in ipſa arca trium clauium, & iſta intra aliam ſimiliter, vt de primo reponi, obſeruando in ſecreto, quæ perſonæ habuerint vota pro vacantiis, ſub præceptis, cenſuris, & pœnis ad hoc impoſitis, & in reliquis, quantum ad hæc, obſeruetur modus, forma, & ſtylus diſpoſita per Conſtitutionem Sancti Facundi.

Num. 4. Procuratores Conuẽtuum.

Quartò, quod non eligantur, nec ſint ad Capitula Generalia Procuratores Conuentuum, vt ablatis omnino inquietudinum occaſionibus, quæ communiter ex electionibus oriuntur, feruentiùs Deo ſeruiatur, & maiori cum charitate ſibi inuicem Monachi correſpondeant, & quietiùs viuant; ſuas tamen petitiones dirigere poterunt ad Capitulum per illos, & eo modo, quo diſponitur in conſtitutione, & ſecundùm materiæ qualitatem conſignabuntur, ſiue deputati gratiæ, ſiue iuſtitiæ, vt ipſi proponant in Capitulo, quæ poſtulata fuerint, & iuxta ius, & rationem illis detur ſatisfactio.

Num. 5. Capitulares qui ſint.

Quintò, quod non ſint plures Capitulares, quàm Generalis, qui in illo Capitulo terminat ſuum officium, vſque dum etiam illo ſua Præſidentia terminetur, illi etiam, qui Generales extiterunt, qui actualiter fuerint Abbates, ſiue Præſidentes Monaſteriorum, Diffinitores item ſolummodo immediatè præcedentis quadriennij, quod terminatur in illo Capitulo: Magiſtri, & Prædicatores Generales, & ſi aliquis fuerit Concionator Regius, & per Vniuerſitatem Salmanticenſem de licentia Congregationis, & eius ſumptibus Laureati, & qui in illa fuerint, vt Conſtitutio diſponit, Cathedratici: Socius, ſiue comes Generalis; eius etiam Secretarius, Procuratores ſimiliter Generales Romanæ Curiæ; ſed in illo ſolùm Capitulo, quod fuerit immediatum ſuo ad Hiſpaniam acceſſui. Item Procurator Generalis Curiæ Regiæ, eiectus tamen à Congregatione. Abbas denique ſuſpenſus debet ad Capitulum adire, & non Præſidens, qui eius loco fuerit nominatus.

Num. 6. Duratio Generalatus, & Abbatiarum.

Sextò, quod Generalatus, & Abbatiarum duratio poſt Capitulum Generale proximè futurum, quod celebrabitur in menſe Maij, de anno M. D C. X I I I. in quo Generalis, & omnes Abbates debent terminare ſuas Prælatias, etiamſi parum temporis illas habuerint, ſit ad quatuor annos de Capitulo in Capitulum, vt ordinatum eſt in Conſtitutione nuper facta apud Monaſterium Sancti Facundi.

Num. 7. Viſitatores non ſint.

Septimò, quod non ſint Viſitatores, nec ſuppletores eorum; ſed quod Generalis bis viſitet Congregationem in quadriennio per ſe ipſum, ſi potuerit, ſiue per ſuos Commiſſarios; ſed ſi poſſibile fuerit, non omittat per ſe ipſum ſemel ſaltem viſitare omnia Monaſteria Congregationis.

Num. 8. Capitulum intermedium non ſit.

Octauò, quod non ſit, nec celebretur Capitulum priuatum, ſiue intermedium, cùm illud paruæ ſit vtilitatis, breuiuſque, ac efficaciùs, quàm in illo, reuocari poſſint in tribunali trium Iudicum grauamina, quæ

quæ fecerit Generalis, tam in viſitationibus, quàm extra. *Nonò*, quod electiones Abbatiarum, quæ faciendæ ſunt propter vacantias inter medium quadriennij, faciat Generalis cum tribus Diffinitoribus illius diſtrictus, ſeu Prouinciæ, in qua Generalis habuerit nuntium, & certificationem vacantiæ, & inſimul Abbas vicinior illi loco, in quo dictum nuntium habuerit Generalis, ſeruatis etiam illis omnibus, quæ ſunt diſpoſita circa hoc per nouam conſtitutionem. *Decimò*, quod nullæ aliæ leges, vel Conſtitutiones obſeruandæ ſint præter illas, quæ in hac Congregatione Sancti Facundi fuerunt ordinatæ, vel confirmatæ de nouo; & nulla illarum obliget in conſcientia, niſi illæ, quæ mandantur ſub præcepto, & cenſura, vel ex ſua materia ſapiat peccatum mortale. Leges autem illæ, quæ deinceps ordinabuntur in Capitulis Generalibus, ſint pro illo quadriennio diffinitiones, & ſimiliter pro ſecundo quadriennio, ſi de nouo cum in illo factis conſcribantur; ſed ſi in tertio quadriennio confirmatæ fuerint, vim habeant conſtitutionum. Nos qui ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum Pompei S.Balbinæ; Arigoni, & Ioannis Garciæ, titulorum Sanctorum quatuor Coronatorum, Millini Presbyterorum Cardinalium reſpectiuè nuncupatorum, quibus dictarum conſtitutionum recognitio per nos commiſſa fuit, accepimus, eaſdem conſtitutiones diuini cultus augmento, ac proſpero Congregationis huiuſmodi regimini vtiles exiſtere, dictorum Abbatis, & Monachorum ſupplicationibus deſuper nobis humiliter porrectis inclinati, ac Abbatem, & ſingulares dictæ Congregationis perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, omnes, & ſingulas conſtitutiones prædictas Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus; ipſaſque conſtitutiones in eadem Congregatione perpetuò obſeruari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam in corpore iuris clauſis, necnon Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenorebus formis, & ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die IX. Decembris M. DC. XI. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

S. COBELLVTIVS.

Num. 9. Abbatiarum electiones per vacantias.

Nu. 10 Nulla lex, aut conſtitutio obſeruanda, præter ea, quæ in Monaſterio S. Facūdi ordinatæ, aut confirmatæ ſunt. Diffinitiones, &c.

Quæ conſtitutiones obligent in conſcientia. Confirmatio conſtitutionū aliquarum S. Facundi poſt illarum recognitionē, ex Papæ auctoritate.

Supplētur defectus.

Perpetuò illæ obſeruari debent. Decretum irritans.

Hæc omnia Paulus V. in ſua conſtitutione. Et eſt notandum, fuiſſe editam ex certa ſcientia confirmationem conſtitutionum in ea contentam. Raggius *de regimine Regular. centur. 2. tracta. 8. dub. 101. n. 1* Petr. de Angelis *in Speculo priuil. diſput. 7. sect. 4. n. 3* & plures, quos recenſui *in diſq. tom. 1. diſq. 11. dub. 17. n. 169.* & nemo, quem viderim, id negare poteſt, ex quo inſeritur conſtitutionū, quæ confirmantur, tenor, & ex quo plenè fuit informatus dictus Pontifex per Cardinales, quibus recognitionem illarum commiſerat ipſe. Et concludenter probatur ex textu *in cap. Vene abilis, 8. de confirmat. vtili, vel inutili* vbi gloſſ. *verb. Inſertum.* Abbas *n. 2.* & Barboſa *n.* etiam 2. pluribus citatis, quibus addo Peyrinum *de priuil. tom. 1. ad conſtit. 2. Sixti IV. n. 2* Delbenè *de immunitate, tom. 1. cap. 8. dub. 46. n. 13.* & Nald. *verb. Priuilegium, n. 15.* Confirmatio autem ex certa ſcientia importat conceſſionem ex motu proprio, ad tradita per Barboſ. *tract. de Clauſulis, clauſ. 59. n. 4.* cum Gabriele *tit. de Clauſulis, concl. 1. n. 27.* Pariſio *conſ. 3. n. 57. vol. 4* Moneta *de commutat. vltimar. volunt. cap. 5. n. 104* Glorit. *reſp. 1. p. 1. n. 32.* Importat etiam conceſſionem de plenitudine poteſtatis. Barboſa cum pluribus, quos allegat *dict. clauſ. 59. n. 2.* Et pro eo, quod Paulina prodierit ex certa ſcientia, facit Rota in cauſa noſtræ Congregationis, infrà in appendice, *deciſ. 20. n. 4.* ibi: *Et cum præcedenti deciſione.*

COMMEN

COMMENTARIVS.

§. I.

Adnotantur aliqua pro intelligentia Paulinæ Conſtitutionis.

BREVIARIVM.

Actus.

Per omiſſionem ſolemnitatis inducta in diſpoſitione per verbum futuri temporis, ipſo iure redditur nullus. num. 5.

Argumentum.

A contrario ſenſu validum eſt argumentum. numero 6.

Axioma.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, idemque iudicium. num. 6.

Clauſula.

Clauſula, perpetuò obſeruari decernimus, *à Principe prolata, denotat ius condi perpetuum.* numero 2.

Clauſula annullatiua inducit formam. n. 7.

Conſtitutio.

Illicita eſt, & nulla conſtitutio cuiuſlibet inferioris poteſtatis, Apoſtolicæ diſpoſitioni contraria. numero 9. 10. 12. & 14.

Conſtitutiones factæ in Capitulis Generalibus, iuri communi, aut alteri diſpoſitioni Apoſtolicæ contrariæ, licet poſſint eſſe inculpabiliter conditæ, propter errorem circa intellectum talis iuris, aut diſpoſitionis, nullæ tamen erunt. n. 15.

Declaratio.

Authentica, diffinitiua, & iudicialis declaratio legis, aut diſpoſitionis, ad illum ſpectat, qui illam condidit. n. 12.

Decretum irritans.

Nulla conſuetudo contra decretum irritans induci poteſt. n. 2.

Quoad actuum nullitatem omnes, etiam ignorantes ligat. ibid.

Inficit titulum, & poſſeſſionem, & quidquid contra illud fit. ibid.

Dictio.

Decernimus, *à Principe prolata nouum ius inducit.* num. 2.

Electio.

Congregatio noſtra habet formam electionis Canonicæ, in parte diuerſam à præſcripta in iure Canonico. num. 1.

Dicta forma eſt pro noſtris electionibus ſubſtantialis. num. 3.

Si in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum extra noſtram Congregationem, non ſeruatur forma in iure præſcripta, ſunt ipſo iure nullæ. numero 4.

Etiam ſunt in noſtra Congregatione nullæ, ſi non fuerit in eis obſeruata forma à Paulo V. præſcripta. ibid.

Amplia etiamſi vnum tantum ad formam ſpectans omittatur. n. 5.

Formam pro noſtris electionibus ſubrogauit Paulus V. in locum formæ à iure præſcriptæ. numero 1. & 4.

Si ea, quæ pro forma electionis præſcribuntur, eo ordine, quo ordinata ſunt, non exequantur, eo ipſo eſt electio nulla. n. 5. & 6.

Electio Prælatorum, & Miniſtrorum Eccleſiæ, ad ſolum Papam ſpectat, per ſeipſum, vel per alios, quos voluerit celebranda. n. 7.

Pro electionibus ab aliis celebrandis, præſcribit Papa conditiones ſibi bene viſas, quibus non adimpletis, electiones nulliter celebrantur. n. 7.

Congregatio noſtra nullam conſtitutionem, aut diffinitionem contrariam in toto, aut in parte conſtitutionibus S. Facundi à Paulo V. confirmatis condere poteſt, abſque ſpeciali priuilegio expreſsè ad id facultatem concedente. n. 8.

Neque illicitas poteſt Conſtitutiones ampliare, vulgò hazer en ſanches ſobre ellas; *neque illas authenticè, diffinitiuè, & iudicialiter declarare.* num. 8. 11. & 13.

Forma.

Indiuiſibilis eſt forma. n. 5. & 6.

Forma dat eſſe rei. n. 7.

Papa.

Soli Summo Pontifici eſt Eccleſia in D. Petro commiſſa. n. 7.

Conſtitutiones, & ſtatuta confirmat, quatenus ſunt honeſta, & non ſunt contra diſpoſitiones Apoſtolicas, niſi aliud exprimat. Et idem eſt quando concedit facultatem illa condendi. n. 14.

Regula.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet verisimiliter in ſpecie conceſſurus. numero 13.

Subrogatum.

Eiuſdem naturæ eſt ſubrogatum, ac illud, in cuius locum eſt ſubrogatum. n. 4.

CIRCA Paulinam conſtitutionem multa occurrunt adnotanda, apprimè vtilia, & neceſſaria pro validitate, & ſubſiſtentia electionum Canonicarum, quæ in noſtra Hiſpana Benedictina Congregatione debent pro Reuerendiſſimi P. N. Generalis, Abbatum, Abbatiſſarum, ac Diffinitorum aſſumptione celebrari. *Primum* eſt, quod in dictis electionibus, quoad ea, quæ in præſenti conſtitutione ſunt præſcripta, obſeruari non debeat forma electionis canonicæ per ſcrutinium à iure ſtatuta, de qua egimus ſuprà, *ad* conſtitutionem ſextam, & ſecundam Alexandri Papæ IV. § 13. *ſect.* 2. *à num.* 570. & *ſubſect.* 2. *à num.* 678. *ad num.* 706 & quod forma hîc à Paulo V. quoad expreſſa in eius conſtitutione, ſit ſubrogata, & & inſtituta in locum formæ à iure præſcriptæ, fit ex ipſa Piana clarum. Cùm ex clauſula, *omnes, & ſingulas approbamus ... ipſaſque conſtitutiones... perpetuò obſeruari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.* Tum etiam ex clauſula: *Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam in corpore iuris clauſis, necnon Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, &c.* 1

In quibus veniunt ponderanda verba illa, *perpetuò obſeruari debere* & illa, *ac irritum, & inane*: ac illud *decernimus.* In hôc enim oſtenditur Paulum V. nouum inducere ius circa electiones noſtræ Congregationis, iuxta ſupradicta, & tradita 2

 ad

ad conſtitutionem primam Cœleſtini III. *numero* 61. & *tomo* 2. *diſquiſitionum Moralium & Canonicarum*, *diſquiſ.* 6. *dub.* 8 *num.* 14. In primis autem, *perpetuò*, *&c.* demonſtratur ius condere perpetuum. Et in mediis tandem, *ac irritum*, *& inane*, diffinire, nullius momenti fore quidquid in contrarium vllo vnquam tempore factum fuerit à Congregatione, aut ab alio quidem. Pro infecto enim habetur quidquid fit contra clauſulam diſpoſitionis habentem decretum irritans, vti *tomo* 1. *dictarum diſquiſitionum*, *tract.* 9. §. 6 *n.* 5. dixi cum Auguſtino Barboſa *tract. de dictionibus*, *dict.* 240. *numero* 15. cum aliis. Et tanta eſt huiuſmodi decreti efficacia, vt nulla conſuetudo introduci poſſit, & valeat contra diſpoſitionem illud habentem. Moronus *reſp.* 72. *num.* 20. pluribus citatis: & in terminis capitis *Quia propter*, *de electione*, allegat Boerium *deciſ.* 1. *num.* 49. *&* 50. Inficit enim, non ſolùm titulum, ſed poſſeſſionem quamcumque. Plura ad id probandum vbi proximè, *num.* 6. cumulaui, & poſt meas quæſtiones Paſtorales reddidi deciſiones non paucas Sacræ Rotæ Romanæ, videlicet *la* 9. *num* 6. *la* 17. *num.* 7. *la* 18. *num.* 2. *la* 21. *num.* 2. Et quoad actuum nullitatem, omnes ligat, etiam ignorantes. Gloſſa *in Clementinam Nolentes*, *verbo Ex tunc*, *de Hæreticis*. Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis*, *tom* 3. *cap.* 9. *num.* 23. & Sigiſmundus à Bononia *de electione*, *dubio* 3. *num.* 7. & in terminis electionis Rota coram Coccino, 5. Iulij 1621. omninò videnda infrà *in Appendice deciſ.* 26. *numero tertio*, 4. *&* 22.

3 *Secundò* eſt adnotandum, formam electionum à Paulo V. in præſenti conſtitutione præſcriptam, tam ſubſtantialem eſſe pro electionibus noſtræ Congregationis, quàm eſt pro electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Sæcularium, & Regularium, forma à iure præſcripta *in cap. Quia propter*, §. *Electiones*, *de electione*, vti ex mox dicendis conſtabit. Quocirca Barboſa *in votis deciſiuis*, *voto* 39. *num.* 15. ait: Nullitas electionis inſurgit ex violata, & non ſeruata forma conſtitutionum. Et *voto* 47. *numero* 152. dicit, quod forma dicti capitis, *Quia propter*, procedit in electionibus Regularium: quod etiam docet Dubal *p.* 2. *q.* 20. *numero vndecimo*, cum Pellizzario *tomo ſecundo*, *tractatu nono*, *capite ſecundo*, *numero ſecundo*, Miranda *tomo ſecundo*, *quæſtione vigeſimatertia*, *articulo tertio*, & cum eodem Barboſa *de iure Eccleſiaſtico*, *libro primo*, *capite decimonono*, *à num.* 153.

4 *Tertiò* eſt notandum, quod ſicut ipſo iure nulla eſt, & irrita electio Epiſcopi, & alterius Prælati, in qua obſeruata non fuerint, & eo ordine omnia, & ſingula à iure præſcripta, & ſupra ad conſtitutionem 6. Alexandri IV. locis hic *num.* 1. citatis, recenſita; ita pariter ipſó iure irrita erit, & nulla electio Generalis, Abbatum, Abbatiſſarum, & Diffinitorum noſtræ Congregationis, in qua obſeruata non fuerint omnia, & ſingula, & eo quidem ordine, quo in Paulina conſtitutione ſtatuuntur, iuxta doctrinam Samuellij *de electione canonica*, *tractatu ſecundo*, *diſputatione ſeptima*. *controuerſ.* 11. *concluſione prima*, dicentis, electionem caſſari ex defectu formæ, quando in ea non fuit ſeruata forma capitis, *Quia propter*, *de electione*; & quando celebrata eſt contra priuilegia Eccleſiæ. Et iuxta Raggium *de regimine Regularium*, *centuria prima*, *parte prima*, *dub.* 24. *concluſ.* 2. ibi: Nam ordo rerum agendarum ibi præſcriptus, tanquam ſubſtantialis electionibus adſcribitur. Loquitur iſte Author de dicto capite *Quia propter*.

Et probatur. *Primò* ex clauſulis, & decreto præfatæ conſtitutionis, numero primo redditis. *Secundo*, quia forma à Paolo V. præſcripta, in locum formæ à iure communi inductæ eſt ab ipſo Paulo ſubrogata. Subrogatum autem eiuſdem eſt naturæ, ac eſt illud, in cuius locum eſt ſubrogatum, *l. Imperator*, §. *fin ff. de legibus*, *cap. Eccleſia Sancta Mariæ*, *el* 1. *&* 2. *tit. Vt lite pendente*. Crauet. *conſil* 76. *n* 13 Tiraq. *de iure primogenii*. *quæſt.* 4. *n.* 43 Barboſa *tract de Axiomatibus*, *axiom.* 213. *n.* 1. Antonius Naldus *in ſumma*, *verbo Subrogatum*, *n.* 2. Ego ipſe *dicto tomo* 1. *diſquiſitionum Moral. & Canonic. tract.* 7. *diſq.* 13. *num.* 4. vnde Lezana *tom.* 2 *part.* 4. *verbo Electio*, *n.* 114 ita ait: Generaliter loquendo ſubrogans, & ſubrogatus debent eſſe eiuſdem qualitatis, iuxta doctrinam Bartoli *in l.* 1. *Cod. de Principibus agentibus in rebus*, *lib.* 12.

5 *Tertiò*, quia actus per omiſſionem ſolemnitatis formalis inductæ in diſpoſitione per verbum futuri temporis, ipſo iure redditur nullus. Barboſa *in cap. Cum dilecta*, *n* 9. *el* 22. *de reſcriptis*, per Tiraq. *in l. ſi vnquam*, *verbo Reuertatur*, *n.* 48. *&* 67. *Cod. de reuocandis donationib.* & dictum eſt ad dictam conſtitutionem 6. *n.* 709 Sed diſpoſitio Pauli V. in præſenti conſtitutione, quam expendimus, facta eſt per verba futuri temporis, in qualibet illius parte, ibi: *Quod eligantur nouem Diffinitores... intrent in conclaue... ab omnibus Diffinitoribus ſubſcribantur*; *in ſecreto tamen obſeruentur*. Et ibi etiam: *Facta electione Generalis quando*, *& quomodo conſtitutio diſponit*, *fiat eodem modo alia*, *ſeu aliæ electiones*, *&c.* Et quoad Procuratores Conuentuum dicens: *Non eligantur*. Quoad numerum vocalium, ibi: *Quod non ſint plures Capitulares* Quoad durationem, ibi: *Quod Generalatus*, *& Abbatiarum duratio... ſit ad quatuor annos*. Quoad Viſitatores, ibi: *Quod non ſint Viſitatores*, *nec ſuppleto es*. Quoad Capitulum priuatum, ibi: *Quod non ſit nec celebretur Capitulum priuatum*. Quoad Abbatias intermedias, ibi: *Quod electiones Abbatiarum*, *quæ facienda ſunt propter vacantias... faciat Generalis*, *&c.* Et quoad vltimam partem, ibi: *Quod nullæ aliæ leges vel conſtitutiones obſeruandæ ſint*. Ergo ipſo iure erit irrita, & nulla quælibet electio per omiſſionem formæ à Paulo V. præſcriptæ, etiamſi vnum tantum ad illam ſpectans non fuerit obſeruatum, vti docet Raggius *de regimine Regularium*, *centuria* 1. *part.* 1. *dub.* 14. *n.* 2. cum Vincentio, & Bellam. *in cap. Quia propter*, §. *Niſi fortè*, *verſic. Tertiò quæro*, *de electione*, & cum Sigiſmundo à Bononia *de electione*, *dub* 3. *cap.* 1. *p.* 1. *n.* 8. & reddit rationem: Quia in parte relinquitur forma, quæ eſt indiuiſibilis. Garcia *de beneficiis*. *parte* 5. *cap.* 4. *num* 184. Surdus *conſil.* 282. *n.* 29. Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium tom* 3. *cap.* 853. *n.* 28. Quod forma, etiam in minimo debeat obſeruari, cùm ſit de genere indiuiſibilium, notatur *in l. ſi veritas*, *Cod. de fideicommiſſis*. Tiraquellus *de iure mariti*, *gloſſa* 6. *num.* 4. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 17. Barboſa *tract. de Axiomatibus*, *axiom.* 100. *numero decimoquarto*, *pagina mihi* 67. pluribus aliis allegatis; aliàs corruit actus, vt docet idem Raggius *centur. ſecunda*, *tractatu ſexto*, *dubio* 141. *pagina* 488. & *tractatu duodecimo*, *dubio* 196. *ante concluſionem primam*, poſt Barboſam *axiom. duodecimo*, ex pluribus vtriuſque iuris textibus, & Doctoribus, quod actus corruat omiſsâ formâ legis, docentem. Samuellius *de electione*, *tractatu*

primo,

primo, *diſp.* 1. *controuerſ.* 7. *concl.* 1. vti videbimus.

Et ea quidem ordine, addidi: quia vti ad dictam conſtitutionem 6. *numero* 700. dixi, de ſubſtantia electionis eſt, vt omnia ſubſtantialia, per ordinem, quo adnumerantur in iuris diſpoſitione, executioni demandentur. Ergo idem dicendum in noſtro caſu; quia in illius locum ſubrogauit Paulus V. formam à ſe præſcriptam; quia eadem eſt ratio; & quia iſta fuit Congregationis noſtræ intentio, in ſupplicatione confirmationis, recenſenda *numero decimo*, ibi: *Como van ordenadas, y diſtinguidas.*

6 Ex quo ſequi videtur, eſſe etiam nullam electionem, ſi aliquid ad formam ſpectans addatur, præter ea, quæ in iure, aut in Paulina conſtitutione ſtatuuntur. Et ratio eſt modò tacta; quia ſcilicet forma eſt indiuiſibilis: & ſi minui non poteſt, nec ei addi. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, idemque iudicium. Brunorus à Sole, Barboſa, & alij, ex iuribus, quæ recenſui ad præcitatam conſtitutionem 6. *numero* 786 & argumentum à contrario ſenſu validum eſt in iure, *lege* 1. §. *Huius rei*, *ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio*: *l. qui teſtamento*, § *Mulier*, vbi gloſſa, *ff. de teſtamentis*, *l. ſi Procuratorem*, §. *Si ignorantes*, *ff. mandati*: *l. ſi quis locuples.* 57. *ff. de manumiſſis teſtamento*: *l. Conuenticula*, & ibi Cynus, *princ. Codicis de Epiſcopis, & Clericis*: *l. apud antiquos*, 21. *Codice de furtis*, *can. Qualis*, 25. *diſt. cap. Cùm Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli*: *cap. Quamquam*, vbi Doctores, *de cenſibus in ſexto*, Barboſa *tract. locorum communium argumentorum iuris*, *loco* 27 *numero* 1. ex quo ego ipſe *tomo* 1. *diſquiſitionum Moralium & Canonicarum*, *tract.* 4. *diſq.* 22. *n.* 5.

7 *Quartò* eſt adnotandum, vti bene Dubal *en la expoſicion de la Regla*, *p.* 2. *q.* 20. *numero primo*, quod electio Miniſtrorum Eccleſiæ, & Prælatorum eius ad ſolum Summum Pontificem ſpectat, vt ipſe eligat, vel facultatem eligendi aliis concedat, & modum, ac formam eligendi eis præſcribat, ex quo ipſi ſolùm in D. Petro, cuius ſucceſſor eſt, commiſſa fuit Eccleſia à Chriſto Domino, *Ioannis cap. vltimo.* Quo certè modo, & forma non obſeruata in electione, irrita illa, & nulla erit, cùm facultatem abſolutam non concedat, ſed reſtrictam, & limitatam cum conditionibus ſibi bene viſis, vti apparet in iure communi, *in cap. Quia propter*, *de electione*. & in conſtitutione Paulina, quam exponimus, & vtrobique declaratur, quod conditionibus non adimpletis, ipſo iure nulla ſit electio. Ibi quidem per illa verba: *Qui vero contra præſcriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur.* Hîc autem, per iſta: *Omnes, & ſingulas conſtitutiones prædictas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ipſaſque conſtitutiones in eadem Congregatione perpetuà obſeruari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus*: *&c.*

Actus igitur ſemper corruit dum omittitur forma legis, vti bene Raggius *de regimine Regularium*, *tract.* 10. *centur.* 2. *caſu* 190. *numero tertio*, *ex lege Cùm hi*, §. *Si Prætor*, *de tranſactionibus*: *cap. Cùm dilecta*, *de reſcriptis*, *cap. Quia propter*, *de electione.* Rebuffo *tract. de pacifica poſſeſſione*, *num.* 155. Tiraquello *tract. de retract. & conuent.* §. 4. *gloſſa* 6. *n.* 31. Nam forma ſubſtantialis dat eſſe rei: *l. Diuus*, *ff. de in integrum reſtitutionibus Clementina* 1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis* Decius *conſilio* 419 *n.* 5. & *conſ.* 434. *n.* 2 Cardinalis Tuſch. *tom.* 3. *lit. E*, *concluſ.* 413. Idem Iacobus Raggius *tract.* 7. *dub.* 154. *num.* 1. vbi ita ait: Pro intelligentia quæſiti, præmittenda eſt quædam diſtinctio Nonnullæ electiones ſunt in quibus nulla extat obligatio ſeruandi formam capitis *Quia propter*, *de electione*; nonnullæ aliæ ſunt in quibus omnino eſt ſeruanda forma prædicti capitis, in quo præcipiuntur aliquæ conditiones, atque ſolemnitates pro electionis validitate, quæ omnia ſunt ſeruanda, aliter electio facta non valet: ſic loquitur textus. Quæ verba ſunt tanti roboris, vt licèt in foro conſcientiæ electio eſſet valida; nihilominus ſi electores non obſeruant ea, quæ ibi deſcribuntur, inualident actus celebratos: Summus Pontifex enim conſenſum non ſolemniter datum inualidare poteſt, vt habetur *in cap. Vnico*, *de poſtulat. Prælatorum* (ſcilicet *in* 6.)

Franciſcus Maria Samuellius *de electione canonica*, *tract.* 1. *diſput.* 1. *controuerſ.* 7. *num.* 1. etiam ait, Summum Pontificem electorum conſenſum non ſolemniter poſitum inualidare poſſe, ex Rota *in Treuer. Abbatiæ Sancti Maximi*, 20. *Nouembris*, 1624 coram Coccino Decano, §. *Neque obſtat ſi dicat.* Et *n.* 3. ait: Actus omnis, qui eſt contra iuris diſpoſitionem, quæ continet decretum irritans, eſt ipſo iure nullus. Probatur, nam eſt certum, decretum irritans, ſiue, quod idem eſt, clauſulam annullatiuam inducere formam. Sed ceſſante forma ceſſat formatum, *cap. Cùm ceſſante*, *de appellationibus*, *l.* 1. §. *Si quæſita*, *de ve borum obli gationibus*, & *l.* 1. *de liberis. & poſthumis* quoniam non ſeruatâ formâ permiſſiuâ, immediatè ſuccedit forma deſtructiua, & conſequenter actus eſt ipſo iure nullus. Ergo vera concluſio. Hactenus Samuellius, *qui numero tertio* ait, concluſionem cum ſua probatione eſſe Marthæ *de clauſulis* *pa* . 1. *clauſula* 191. *numero* 6. cum multis Doctoribus, quos allegat. Baldi etiam, & aliorum *in dicta legem primam*, *de liberis. & poſthumis*, Socini Iunioris *conſilio* 71. *numero vigeſimotertio*, *libro primo* pluribus Doctoribus, & Rotæ deciſionibus allegatis: Garciæ *de beneficiis*. *part.* 9. *cap.* 1. *num.* 230 Iaſonis *in l. Prætor ait*, § *ſine autem*, *num.* 2. *in fine*, *de noui operis nunciatione*: Rotæ *deciſ.* 286. *num.* 1. *& ſeqq* coram Cardinali Mantica, & aliorum. Vide ſuprà *ad conſtit.* 6. *n.* 709. *&* 1046. & priùs *num.* 6. 8. & infrà *n.* 24.

Ex quibus vlteriùs notatur *quintò*, Congregationem noſtram condere non poſſe conſtitutionem, vel diffinitionem aliquam, quæ in toto, aut in parte contrarietur alicui ex conſtitutionibus S. Facundi, per iſtam Pauli V. expreſsè confirmatis, & in ea recenſitis; neque illas quidem declarare abſque expreſſa noua Sedis Apoſtolicæ conceſſione, mentionem faciente expreſſam conſtitutionis, aut conſtitutionum derogandarum, aut explicandarum, ſeu declarandarum, ita vt non illi ſufficiat facultas generalis reuocandi leges, & conſtitutiones conditas, & alias de nouo condendi. Plura hæc adnotatio implicat, quæ ſigillatim explicari debent, vt illa, vti fas eſt, dilucidetur, & clarior euadat. 8

Primum eſt, condere non poſſe conſtitutionem, aut diffinitionem contrariam. Hoc inconcuſſum eſſe debet, non ſolùm attenta Paulina conſtitutione, in ſuprà redditis verbis, ibi: *Ipſas conſtitutiones, in eadem Congregatione perpetuò obſeruari debere: ac* 9

irritum

irritum, & inane, ſi ſecus quovis auctoritate... contigerit attentari, *decernimus*: ſed etiam iure communi inſpecto. Nulla enim eſt, inualida, & illicita quælibet diſpoſitio inferioris cuiuſlibet poteſtatis, iuri communi, canoni, aut legi Pontificiæ contraria, *cap. Quod ſuper his, et 9. de maioritate, & obedientia.* Et in terminis noſtris de conſtitutionibus Religionum, docet Auguſtinus Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, parte 3. allegat. 93. num.* 30. cum Miranda *in Manuali Prælatorum, tomo primo, quæſt.* 19. *artic.., verſic. Secundò præmitto.* Suarez *de legibus*, *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 7. Duardo *in Bullam Cœnæ*, *lib.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 7. & cum Rota *coram Gregorio XV. deciſ.* 267. *num.* 7. & 8. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſtiunc.* 12. *num.* 6. & *tomo* 3. *diſputat.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 2. Antoninus Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 87. Pellizzarius *in Manuali Regularium*, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 8. *num.* 65. Ioannes Bapt. Lezana *in Summa quæſtionum Regularium*, *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. cum Nauarro *tomo primo conſiliorum*, *tit. de Conſtitutionibus*, *conſil* 9. *num.* 14. Suarez *dicto tract. de legibus, lib.* 4. *cap.* 19. & cum Caſtellino *de electione canonica Prælatorum*, *cap.* 1. *num.* 3. Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tom.* 1. *ad conſtitutionem Pyrrhi*, *num.* 6. Emmanuel Roderiquez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſtio* 10. *art.* 3. & *tom.* 3. *quæſt.* 17. *art.* 20. *& fin.* Ego ipſe ad calcem quæſtionum Paſtoralium, *in diſquiſitione de iure Prioris annexi*, *num.* 83. *& ſeqq.* vbi recenſui ex Pellizzario *loco citato*, Sacram Congregationem Viſitationis Apoſtolicæ, declarantem anno 1627. facto verbo cum Sanctiſſimo Vrbano VIII. non licere Fratribus Auguſtinianis Diſcalceatis Italiæ, neque in Capitulis Generalibus, facere contrarias, aut contraria conſtitutionibus Apoſtolica authoritate firmatis. Quæ vtique declaratio eſt in terminis, quam in præſenti intendo adnotatione legentibus ſuadere. Pro me facit Rota coram Carpineo anno 1668. in deciſione in Appendice apponenda 20. vide *ibi num.* 9. & *in addit. & annotat. n.* 6.

10 Quam certè doctrinam veram agnoſcens noſtra Congregatio, ſic in conſtitutionibus Sancti Facundi ſtatuit, quarum aliquas Paulus V. in præſenti, quam expendimus, confirmauit. *Y porque en ellas hemos eſtatuido, acordado, y decretado algunas coſas, que ſegun la diſpoſicion de los tiempos preſentes nos parecieron conuenir à la buena gouernacion eſpiritual, y temporal de toda la Congregacion, y de los Monaſterios, y Religioſos, y Religioſas de ella, las quales parece ſon fuera de la forma del Derecho comun: ſupplicamos humilmente à ſu Santidad, ſe ſirua de aprobar, y confirmar las dichas conſtituciones, como van ordenadas, y diffinidas... Y mandamos, que haſta que ſu Santidad confirme las dichas conſtituciones, no ſe guarden, ni ſe publiquen.* Aduerto circa verba illa, *fuera de la forma del Derecho comun*; quod tunc ſtatutum dicitur contra ius canonicum, quando aliquid contra aliquem canonem, vel legem Pontificiam diſponit, vt cenſuit Rota *deciſione* 297. *num.* 1. *part.* 1. *recentiorum*, & docet Barboſa *dicta allegatione* 93. *num.* 30. Breue autem, & conſtitutio Pauli V. de quo agimus, lex Pontificia eſt, & nouum ius in ea condit per verba numero præcedenti reddita.

11 *Secundum*, quod implicat adnotatio, eſt, nec poſſe noſtram Congregationem, Conſtitutionem aliquam ex confirmatis à Paulo V. declarare, iudiciali ſcilicet declaratione, & diffinitione, quæ vim aliquam authenticam habeat. Quod etiam veriſſimum, & certiſſimum eſt, ac probant noſter Nicolaus Tudeſchus, Abbas Panormitanus, *in cap. Cùm veniſſent, de iudiciis*, & Emmanuel Roderiquez *tomo* 1. *qq. Regularium, quæſt.* 11. *art.* 1. *ex cap.* 1. *de Tranſlatione Prælati, can. Cuncta per mundum*, 9. *quæſt.* 3. & *can. Decimas*, §. *Quod autem*, 16. *q.* 6.

Nec valet dicere: Illius eſt declarare conſtitutionem, & legem iudicialiter, & authenticè, qui illam condidit. Sed Congregatio noſtra omnes Conſtitutiones condidit, quas Paulus V. confirmauit. Ergo illas omnes eadem poterit Congregatio iudicialiter, & authentica diffinitione declarare. 12

Non, inquam, valet, quia conſtitutiones præfatæ, quà tales, ſubſiſtentiam vllam non habuerunt ante illius Summi Pontificis confirmationem: tum quia contra diſpoſitionem iuris communis excogitatæ: tum etiam, quia ſic declarauit, & confeſſa eſt Congregatio ipſa in conſtitutione hîc *num.* 10. recenſita. Ergo cùm præfatæ conſtitutiones eſſe debeant, quà tales, à ſola Sede Apoſtolica confirmante, approbante, & perpetuæ firmitatis robur adiiciente, ab illa ſolùm dimanare debet iudicialis, authentica, & diffinitiua declaratio, eo maximè, quia, vt præmiſi, ſubrogatæ illæ fuerunt in locum iuris communis, formam electionis communis canonicæ inducentis.

Tertium, quod includit adnotatio, eſt, ad condendam conſtitutionem, ſeu diffinitionem contrariam conſtitutionibus per Paulum V. confirmatis, aut ad illas iudicialiter, authenticè, & diffinitiuè declarandas, ſpecialem requiri facultatem Apoſtolicam, & non ſufficere generalem, qua Congregationi concedatur authoritas ſuas conſtitutiones reuocandi, & alias de nouo condendi, qualem conceſſerunt Eugenius IV. Congregationi Caſſinenſi, nono Kalendas Decembris de anno 1432. & Alexander VI. noſtræ Congregationi, nonis Martij, 1506 apud Bullarium eiuſdem Congregationis, *fol.* 4. *y* 71. Quod probo *ex cap.* 81. *de regulis iuris, lib.* 6. vbi ita Bonifacius Papa VIII. *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.* Sed non eſt veriſimile, quod Papa in generali conceſſione facta ad condendas conſtitutiones, quamvis ampliſſima illa ſit, velit concedere facultatem ad aliquid, quod ſit in iure expreſſum, aut in locum illius ſubrogatum, quales ſunt conſtitutiones à Paulo V. confirmatæ, niſi ſpecialem, & expreſſam illam concedat. Ergo quamvis noſtra Congregatio obtineat ampliſſimam, & generalem conceſſionem ad reuocandas ſuas conſtitutiones, & ad alias de nouo condendas, nullam condere quibit, per quam derogetur per Paulum V. confirmatis, aut per quam iudicialiter, authenticè, & diffinitiuè aliqua illarum declaretur. 13

Minor probatur authoritate Emanuelis Roderiquez *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 17. *artic.* 20. *verſic. Nec contra*, vbi loquendo de quadam conſtitutione Minimorum facta in ſuo Capitulo Generali, ita fatur: Nec obſtat præfatum ſtatutum eſſe authoritate Papæ factum, dante Papa facultatem Prælatis, vt faciant ſtatuta, quatenus ſunt licita, & honeſta, & non ſunt contra Sacros Canones; & ſic ad nulla Capitula Generalia, etiam authoritate Papæ facta, pertinet poteſtas irritandi profeſſionem alicuius aliàs habilis ſecundùm ius 14

ad

ad profitendum, prout doctiſſimè concludit Nauarrus *lib. 3. conſiliorum, titul. de Regularibus, conſilio 5. num.* 8. Hæc Emanuel. Et notanda venit clauſula illa: *Et non ſunt contra ſacros Canones*; talis enim eſſet conſtitutio à noſtris facta, contra confirmatas à Paulo V. iuxta ſuprà *numero* 10. tradita.

Eandem, quam Roderiquez ſententiam hîc, & *quæſt.* 11. *art.* 1. tenuit, tenent Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſputatione* 5. *quæſtio* 1. *num.* 5. & *tom.* 3. *diſputatione* 3. *quæſ.* 2. *num.* 2. *verſ. Et notandum*, & *num.* 3. cum Rota coram Gregorio XV. *deciſione* 267. *num.* 7. & 8. aitque non ſufficere allegare priuilegia communia, & incerta, ex Abbate, & Decio *in cap. Si duobus, de appellationibus.* Nauarro *lib.* 1. *conſiliorum, conſ.* 3. *num.* 1. *titul....* Duardo *in Bullam Cœnæ, libro* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 2. Suarez *de legibus, libro* 6. *cap.* 26. *num.* 7. ex Rota coram eodem Gregorio *in præfata deciſione*, & aliis penes ipſam, & *ex deciſione* 103. *num.* 7. *parte* 2. *diuerſorum.* Iacobus etiam Raggius *de regimine Regularium, centur.* 2. *dubitat.* 159. *verſicul. Aduertendum*, ex dicto Nauarro *lib.* 4. *conſiliorum, titul. de Regularibus, conſil.* 3. ait: Quando Summus Pontifex dat licentiam generalem condendi ſtatuta aliqua in communi, ac denique in generali confirmat, intelligitur, dummodo ſint licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non aduerſentur. Emmanuel tandem Sà *verb. Lex, num.* 31. dicens: Papa confirmans ſtatuta, intelligit, modò ſint conformia iuri communi, aut ab eo non valde aliena. Hæc dicti Authores, quos ad idem probandum adduxi *dicta diſquiſitione de iure Prioris annexi, num.* 86.

15 *Sextò* eſt adnotandum, poſſe contingere, quod in Capitulis Generalibus Religionum fiant conſtitutiones contra ſacros Canones, ſeu contra diſpoſitiones Sedis Apoſtolicæ, etſi nulliter, inculpabiliter tamen, & abſque peccato, quamuis in dictis Capitulis interſint viri doctiſſimi, & grauiſſimi. Poſſunt enim illi, vel maior eorum pars errare circa intellectum propriæ Regulæ, Conſtitutionum Ordinis, & cuiuſvis iuris humani; qui certè error non ſemper culpabilis eſt, vti docet Emmanuel Roderiquez *in dicta quæſt.* 17. *art.* 20. *verſ. Nec obſtat quod*, per gloſſam ab omnibus communiter receptam *in cap.* 1. *verb. De cætero, de poſtulatione Prælati.*

Ex prædictis multa ſequuntur pro praxi menti tenenda. Pro quibus ſit.

§. II.

Corollaria aliqua ex doctrina in annotationibus præiacta redduntur.

BREVIARIVM.

Abbatiæ.

Electiones Abbatiarum Monachorum & Monialium, ſi eſſent ante annum 1628. *celebratæ in noſtris Capitulis Generalibus ab aliis, quàm à ſolis nouem Diffinitoribus, nullæ fuiſſent ipſo iure.* numero 19.

Validæ tamen hodie ſunt. n. 21.

Idem eſt dicendum de electionibus non acceptatis ante abſolutionem Diffinitorij fiendis. n. 26.

Electiones Abbatiarum, inuerſo ordine antiquitatis Monaſteriorum celebratæ, niſi ad hoc adſit ſpecialis Sedis Apoſtolicæ facultas, nullæ ſunt, & irritæ ipſo iure. n. 22. & 23.

Periurij crimen admittunt Diffinitores, ſi dictum inuertunt ordinem. n. 23.

Abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate poſt editionem Conſtitutionis Pauli V. non potuerunt validè Conuentus noſtræ Congregationis Abbates, aut Abbatias eligere inter medium quadriennij vacantes. num. 27.

Abſque dicta Apoſtolica facultate, nunquam validè potuit ſuffragari in prædictis electionibus intermediis alius, quam Reuerendiſſimus Generalis, tres Diffinitores diſtrictus, & Abbas vicinior loco in quo dictus Reuerendiſſimus nuntium acceperit vacantiæ. num. 28.

Poterit tamen poſt editionem Breuis Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis IX. vera exiſtente illius narratiua. n. 31.

Abbatias Collegiorum, & Monaſteriorum, tres Monachos Conuentuales non habentium, prouidere poteſt in ſolidum Reuerendiſſimus Pater noſter Generalis ab anno 1634. *ex Vrbani VIII. conceſſione.* n. 30.

Poteſt etiam ſi tres habeat Conuentuales, in vim Breuis Clementis IX. n. 31.

Abbatias vacantes inter medium quadriennij eligere poteſt idem Reuerendiſſimus P. N. Generalis cum quatuor Abbatibus, vel Capitularibus vicinioribus, ſi tres Diffinitores, qui eligere debebant, in maiori viuant diſtantia ex S.D.N. Clementis IX. conceſſione, de anno 1667. ibid.

Capitulum Generale.

In noſtro Capitulo Generali, niſi de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ conceſſione nemo votum habere poteſt, qui non ſit de expreſſis à Paulo V. in ſua præſenti conſtitutione. n. 24.

Congregatio noſtra abſque dicta ſpeciali conceſſione nemini vocem concedere poteſt. n. 25.

Clauſula.

Clauſula appoſita in qualibet parte diſpoſitionis, ad omnia refertur in ea contenta, ſi eadem omnium ratio ſit, etſi diuiſa non ſit per paragraphos. numero 20.

Conſtitutio.

Ex quo aliqua conſtitutio confirmata fuit à Sede Apoſtolica, iam conſtitutio confirmatoris, non autem conditoris cenſetur. n. 23.

Decretum irritans.

Inficit quidquid contra, & præter diſpoſitionem fit. num. 19.

Dictio.

Dictio, etiam, implicatiua eſt, & ampliatiua diſpoſitionis. n. 21.

Electio.

Forma electionis pro noſtra Congregatione præſcripta, ſubrogata fuit à Paulo V. in locum formæ à iure præſcriptæ. n. 16.

Electiones factæ in noſtra Congregatione, ſuffragante ſine conceſſione ſpeciali Papæ aliquo, qui non ſit de adnumeratis à Paulo V. nullæ ſunt. num. 24.

Alia vide *verbo Abbatia, Capitulum, Generalis, Libertas.*

Generalis.

Electio Reuerendiſſimi Generalis celebrata abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate, ante electionem Diffinitorum, Abbatum, &c. irrita eſt ipſo iure, & nulla. n. 16. & 17.

Inuoluntarium.

Preces importunæ, maximè Superioris promiſſiones, & ſimilia, inuoluntarium cauſant. n. 18.

Libertas.

De ſubſtantia electionis eſt libertas, de iure naturali, & canonico. n. 17.

Aufertur libertas per metum rationabilem cadentem in virum conſtantem. n. 18.

Aufertur etiam libertas per preces importunas, maximè Superioris, per verba aſpera, per promiſſiones, & ſimilia. ibid.

Secretum.

Noſtra non poteſt Congregatio diſpenſare abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate, ſuper ſecreto Diffinitoribus iniuncto, neque ſuper pœnis inflictis ad dicti ſecreti fractionem n. 29.

16 PRimò ſequitur, quod electio Reuerendiſſimi Generalis irrita ſit, & nulla ipſo iure, ſi abſque ſpeciali, & expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione fiat ante electiones Diffinitorum, Abbatum, Abbatiſſarum, & Secretarij. Conſtat cùm ex conſtitutione Sancti Facundi, *cap.* 11. *fol.* 36. vbi *num.* 1. dicitur: *En la primera ſeſſion, deſpues de hechas las elecciones de las Abbadias, ſe ha de eligir Secretario del Capitulo General.* Et ex *cap.* 12. *fol.* 38. cui titulus, & lemma eſt: *Eleccion de General, confirmada por ſu Santidad.* In quo ſic decernitur, *num.* 1. *En haziendoſe la eleccion de Secretario de Capitulo, ſe procede luego à la eleccion de General. Para loqual el Reuerendiſſimo General, que acaua ſu efficio, haga la venia, &c.* Tum quia ea, quæ de ſubſtantia electionis ſunt, vt valida ſit, exequi debent, non præpoſterè, ſed eo ordine, quo in diſpoſitione Apoſtolica, ſiue in iure communi, ſiue extra in conſtitutione aliqua extrauaganti fuerit ſtatutum, per ea, quæ *num.* 5. & 6. diximus. Tum tandem, quia Paulus Papa V. in conſtitutione præſenti præſcribens formam pro electionibus noſtræ Congregationis, & illam ſubrogans in locum formæ à iure præſcriptæ, cui derogauit, ſaltem quoad à ſe expreſſa, in clauſula: *Non obſtantibus*, ibi: *Etiam in corpore iuris clauſis*; loquens de electione Generalis, ita ait: *Tertiò, quod facta electione Generalis, quando, & quomodo conſtitutio diſponit, fiat eodem modo alia, &c.* Et infrà: *Omnes, & ſingulas conſtitutiones prædictas Apoſtolica authoritate, tenore præſentium confirmamus.... ipſaſque conſtitutiones in eadem Congregatione perpetuò obſeruari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.*

17 Nec valet dicere, non pertinere ad electionis ſubſtantiam, quod eodem ordine, quo in conſtitutionibus præſcribitur, quælibet celebretur electio, Diffinitorum ſcilicet, Abbatum, & Abbatiſſarum, Secretarij, & Reuerendiſſimi Generalis; ſed quod in vnaquaque illarum alia, quæ ibi ſtatuuntur, obſeruentur.

Non, inquam, valet. Tùm quia hoc voluntariè diceretur, cùm idem poſſet dici de iis, quæ à iure communi præſcribuntur *in cap. Quia propter, de electione*, & de illorum ordine, contra id, quod Doctores ſentiunt, & diximus ad conſtitutionem ſextam, *num.* 700. Tum etiam, quia non eſt veroſimile, quod caſu ſtatutum fuerit, ſed magno ex conſilio, quod electio Generalis vltimo loco celebretur in Capitulo Generali, poſt omnes alias, vt vocalibus omnino libera ſit facultas ſuffragandi ſecundùm Deum, & propriarum conſcientiarum dictamen, quod de iure naturæ eſt de ſubſtantia electionum; & vti latè probaui *vbi proximè*, *num.* 701. de iure Canonico etiam ſubſtantialis eſt libertas. Quæ certè non parum læderetur, ſi Generalis eligeretur priuſquam Abbatum verbi gratia celebraretur electio (quamvis non pronunciaretur iuridicè electio Generalis vſque ad vltimam Capituli ſeſſionem,) maximè, ſi vt contingere poſſet, eadem perſona electa fuiſſet in Diffinitorem ſimul, & in Generalem. Quamvis enim caueatur, quod electus Generalis in ſecreto obſeruetur vſque ad dictam vltimam ſeſſionem, extraiudicialiter ſciretur, quiſnam eſſet, ſicuti ſciuntur Abbates, non obſtante quod ſimilis reſpectu ipſorum habeatur cautio, non in conſtitutione tantùm Sancti Facundi, *cap.* 10. *num.* 22 ſed etiam in Pauli V. conſtitutione. Cognito ergo, quod nouus Generalis adſit, quà Diffinitor, electionibus Abbatum, maximam aliis Diffinitoribus vim inferre poſſet, quæ illorum læderet libertatem, illamque auferret, & nullas, & irritas Abbatiarum electiones illi celebrarent. Et ad hoc quidem, vt electio nulla reddatur, ſufficit reuerentialis metus. Barboſa *in votis deciſiuis, tomo primo, libro ſecundo, voto* 33. *num.* 24.

Libertas enim aufertur per metum rationabilem cadentem in virum conſtantem, vti docent Peyrinus *tomo primo de ſubdito, quæſtione prima, capite trigeſimoprimo, §. octauo, dicto, ſeu concluſione octaua*, Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tomo primo, diſputatione quinta, quæſito vigeſimoſecundo, numero octauo*, & Marcus Vidal *in Arca Vitali, titul. de electione, numero quarto*, vbi allegat textum *in cap. Cùm locum, de ſponſalibus*, gloſſam *in cap. Bonæ memoriæ, verb. Metuebant, el* 1. *de electione.* Sanchez *de Matrimonio, libro quarto, diſputatione prima, numero decimooctauo*, Abbatem, Innocentium, Nauarrum, Caſtell. & alios, quos recenſet, & ſequitur *vbi proximè* Tamburinus. Barboſa *voto* 35. *numero quadrageſimoſeptimo*, docet quemlibet ſufficere metum, etiam leuem, vt electio nulliter celebretur. 18

Per preces etiam importunas, promiſſiones, & verba aſpera Præſidentis, ſeu potentis ad hoc vt quis eligatur, prolata, libertas tollitur, & nulla redditur electio. Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium tomo primo, parte ſecunda, capite duodecimo, numero trigeſimoquinto.* Et ratio eſt, quia preces importunæ, maximè Superioris, promiſſiones, & ſimilia, cauſant inuoluntariam electionem. Idem Lezana cum Sanchez *eod. lib.* 4. *diſp.* 7. *à n.* 5. *diſp.* 10. *n.* 2. & cum Portello *in reſponſ. Moral. part.* 2. *caſu* 16. Et quod dicta fuerit Pauli V. mens, & voluntas, ex eo patet, quia etiam Generalem quadriennij præcedentis ab electionibus excluſit Abbatiarum, vti numero ſequenti videbimus.

Secundo ſequitur, electiones Abbatum, & Abbatiſſarum, ab aliis, quàm à ſolis nouem Diffinitoribus in Capitulo Generali, quæ fortè fuerunt celebratæ ante diem 23. menſis Augusti, de anno Domini 1628. in quo editum fuit Breue Vrbani VIII. 19

ſub

*ſub num.*21. ſequenti reddendum, nullas, & irritas fuiſſe ipſo iure. Et ratio eſt, quia licèt regulariter electores poſſint vnanimi, & concordi aſſenſu ad electiones extraneos admittere vt ſuffragia ſua præſtarent, in ſententia Peyrini *tom.*1. *de ſubdito, quæſt.*1. *cap.*31. *verſ. Dico nonò*, & Nauarri *lib.*5. *conſiliorum, titul. de ſimonia, conſil.* 9. quem recenſet Lezana *eodem tom.*1. *part.* 1. *cap.* 15. *numero* 20. ipſe tamen, & Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.*13. *diſputat.*2. *punct.*11. §.1. *num.*4. negant id fieri poſſe, vti vidimus ad conſtitutionem 6. *numero* 482. Et quidquid de vtraque ſit ſententia, veritas illationis noſtræ ex inſpectione prædictæ Pianæ conſtitutionis pluſquam manifeſta ſit; in illa enim pro forma præſcribitur ſubſtantiali, quod Diffinitores *ipſi ſoli, abſque Generali etiam prætterito, qui interuenire non debet in electionibus Capituli... intrent in conclaue, &c.* Et ad finem diſpoſitionis addit decretum irritans, quod inficit, & annullat quemlibet actum, non ſolùm illi contrarium, vti diximus *num.* 2. ſed celebratum præter modum in illa præſcriptum. Hoc enim importare non dubito clauſulam, *ſi ſecus*; immediatè ſubſecutam: *Ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam... contigerit attentari decernimus.*

20 Et venit adnotanda clauſula, *ſuper his*; quæ omnia contenta in Piana conſtitutione comprehendit. Clauſula enim poſita in vna parte diſpoſitionis, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, ad omnia in illa contenta refertur, quando omnium eadem eſt ratio, vti dixi *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.*1. *tractatu* 7. *diſquiſit.*6. *num.* 10. & *tom.* 2. *diſquiſ.* 1. *dub.* 14. *numero* 95. poſt Lezanam, Pellizzarium, Raggium, Trullench, Moronum, Thomam Sanchez, Nauarrum, Bartolum, Iaſonem, Romanum, Alexandrum, Socinum, Capicium, Alciatum, Bolognetum, & Menochium. Et licèt regula iſta locum non habeat quando diſpoſitio diuiſa eſt per paragraphos, aut verſiculos, vti docent Lezana *tom.* 2. *part.*3. *verb. Clauſula, num.* 5. Moronus *reſponſo* 99. *num.* 6. *pag.* 543. & alij, in præſenti conſtitutione locum habere non poteſt iſta limitatio, & fallentia, cùm in illa diuiſio vlla non habeatur.

21 Venit etiam adnotanda dictio illa, *etiam*, ibi appoſita; *abſque Generali etiam prætterito*: quæ implicatiua eſt, inuolutiua, & ampliatiua diſpoſitionis, ita vt exprimat caſum minùs dubitabilem, & implicet, ac includat magis dubitabilem. Vnum exprimit, & alium includit. Lezana vbi proximè, *verb. Dictio, num.*20. Peyrinus *de priuilegiis, tom.*1. *ad conſtitutionem* 14. *Leonis X. num.*4. *ex l. Etiam, ff. de minoribus. Clementina Religioſus*, 3. *de Procuratoribus, Clementina* 1. *de teſtamentis*, & vtrobique Cardinalis *num.* 1. & *ex Clementina* 1. §. *In quibus, de ſupplenda negligentia Prælatorum*, & ibi etiam Cardinalis. Ego ipſe *dict. tom.* 1. *diſquiſitionum, tract.* 1. *diſquiſit.* 5. *num.* 7. Exprimit igitur in caſu noſtro Generalem magis dubitabilem, ob ſuam maiorem authoritatem, & potentiam; & implicat quoſlibet alios Electores minùs dubitabiles, ob minorem potentiam, & authoritatem, ad vim Diffinitoribus inferendam.

Conſultò addidi, *quæ fortè fuerunt celebratæ ante diem* 23. *menſis Auguſti, de anno* 1628. quia poſt illum diem licitè, & validè celebrantur electiones Abbatum, & Abbatiſſarum in Capitulis Generalibus à nouem Diffinitoribus, ſimul cum ſex aliis electoribus aſſumptis ex corpore Congregationis, in vim conceſſionis Apoſtolicæ, expreſsè ad id factæ per Vrbanum Papam VIII. in Breui ab eo expedito die, menſe, & anno ſupradictis, cuius tranſumptum authenticum penes me habeo, tenoris ſequentis, videlicet.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

INiuncti nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt in his, per quæ Religioſi viri Domino famulantes ſub regularibus eorum inſtitutis proſperè dirigi, ac felicioribus in dies proficere valeant incrementis, ſolicitis ſtudiis intendamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè dilectus filius Gregorius Parcerus, Abbas Generalis Congregationis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, Nobis nuper exponi fecit, quod licèt per plures annos in ipſa Congregatione ſecundum antiquas illius conſtitutiones Abbatum, & Abbatiſſarum electiones (filiationibus tamen exceptis) per nouem Diffinitores in Capitulo Generali factæ, iſque modus electionis etiam de nouo ordinatus fuerit reſpectiuè in conſtitutionibus dictæ Congregationis in Monaſterio Sancti Facundi eiuſdem Congregationis, de anno M. DC. XI. editis, & per felicis recordationis Paulum Papam V. prædeceſſorem noſtrum confirmatis, quibus etiam cauebatur, vt electiones pro vacantiis intermediis per Abbatem Generalem, ac tres Diffinitores, & vnum Abbatem ipſius Congregationis fierent: nec Procuratores Conuentuum ad Capitulum Generale mittendi, nec Viſitatores, nec ſuppletores eorum præfatæ Congregationis Monaſteria poſt dictum Abbatem Generalem viſitare ſoliti, eligerentur, ſed quod idem Abbas Generalis bis totam Congregationem per ſemel, & iterum per ſe, vel per ſuos Commiſſarios viſitaret, nec fieret Capitulum intermedium, ſeu priuatum, ſed illius authoritas in tres primos Diffinitores, qui Iudices appellantur, refunderetur: derogando quibuſcumque aliis Conſtitutionibus. Ac demùm, quod quæcumque ordinationes in poſterum in Capitulis Generalibus fierent, vim legis non haberent, ſed tantùm Diffinitionis, niſi per tria Capitula conſequenter eſſent approbatæ, & conſtitutiones prædictæ ab eo tempore citra ſemper in vſu etiam fuiſſent, additis tamen per Diffinitionem factam in Capitulo Generali de anno M. DC. XIII. celebrato, ad numerum nouem Diffinitorum ſex aliis Electoribus ex his qui plura ſuffragia habuerant in electione Diffinitorum poſt primos nouem Diffinitores electos, & conſtitutos. Nihilominus in Capitulo Generali de anno M. DC. XXI. celebrato facta fuit diffinitio de transferendo iſto iure electionis Abbatum, & Abbatiſſarum ad ipſos Conuentuales Monachos, & Moniales ſingulorum Monaſteriorum (aliquibus exceptis) & pro renouatione electionis Procuratorum Conuentuum, & Viſitatorum, eorumque ſuppletorum, nec non Capituli intermedij, ſeu priuati: & inſuper, quod Abbas Generalis, tanquam particularis, Monaſterio Sancti Claudij Legionenſis ibi reſidendo præeſſet. Cui quidem diffinitioni cùm Abbas Generalis tunc temporis electus adhæreret, illo tamen poſtea ad Eccleſiam Gadicenſem, certo tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtitutam,

Apoſtolica authoritate promoto, duo alij Abbates Generales dictæ Congregationis, qui illi immediatè ſucceſſerunt, conſtitutionibus præfatis ab eodem Paulo prædeceſſore, vt ſupra confirmatis, omnino inſiſtendum eſſe cenſuerunt: eoque non obſtante, inſtantibus aliquibus dictæ Congregationis Monachis, nouitatum cupidis, habito ad Nos ſuper præmiſſis per tunc exiſtentem dictæ Congregationis Procuratorem Generalem recurſu. Nos illius ſupplicationibus tunc inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, facultatem eligendi Abbates, & Procuratores ad Capitulum Generale tranſmittendos Monaſteriis huiuſmodi, vt petitur, ablatam eiſdem Monaſteriis (exceptis tamen tribus tunc expreſſis) nec non Capitulum priuatum nuncupatum haberi, ſolitum, ſimiliter ſublatum, ac Viſitatores, qui tunc vltimis duobus annis poſt factam viſitationem à dicto Abbate Generali viſitare ſolebant, etiam remotos reſtituimus; quodque dictus Abbas Generalis Monaſterium Sancti Claudij prædictum pro ſua reſidentia haberet, eiuſdemque Monaſterij Abbas eſſet, voluimus; aliaque ſub certis modo, & forma tunc expreſſis fecimus, & decreuimus, prout in noſtris deſuper ſub die tertia Decembris M. DC. XXIV. exceptis litteris, quarum tenorem præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ex eo, quod litteræ noſtræ prædictæ, in quibus vnua de conſtitutionibus prædictis à dicto Paulo prædeceſſore, vt ſuprà, confirmatis, mentio facta fuit, non ſolùm Abbate Generali, qui tunc præfuit, & ſaniori ipſius Congregationis parte inſciis, ſed etiam contra eorum mentem emanaſſent, per vltimum Capitulum Generale congregatum (quinque ex eis tantùm exceptis) declaratum fuit, quod eadem litteræ, quæ vt dictus Gregorius aſſerit, nunquam publicatæ fuerunt, tanquam ſubreptitiè obtentæ haberentur, proindeque in regimine dictæ Congregationis nihil innouaretur, ſed conſtitutiones à dicto Paulo prædeceſſore, vt ſuprà confirmatæ, in ſuo robore remanerent, & in Capitulo Generali iuxta veterem morem procederetur: ſicque omnes electiones, tam in Capitulo Generali, quàm in caſibus vacationum iuxta antiquam conſuetudinem huiuſmodi factæ fuerint. Quare ad obuiandum controuerſiis, quas nonnulli Monachi dictæ Congregationis ad illius pacem, & quietem perturbandam præcipuè in proximo futuro Capitulo Generali ſuſcitare parati videntur, dictus Gregorius Nobis humiliter ſupplicari fecit quatenus ſuper præmiſſis, vt infra, opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pacem, & quietem dictæ Congregationis in præmiſſis, quantùm cum Domino poſſumus confouere, dictumque Gregorium ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, electiones omnes, tam in Capitulo Generali de anno M. DC. XXV. celebrato, quàm temporibus intermediis, iuxta dictas conſtitutiones ab ipſo Paulo prædeceſſore confirmatas, vt petitur, factas, cum omnibus inde ſecutis, & etiam additione ſex electorum, vt ſuprà, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus: ac huiuſmodi, & quoſcumque alios, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus. Ac inſuper, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, modus antiquus in dictis conſtitutionibus, vt ſuprà confirmatis, præſcriptus eligendi, nimirum Abbates, & Abbatiſſas, tam in Capitulo Generali, quàm pro vacantiis intermediis, cum dicta additione ſex electorum huiuſmodi, qui ſint ſex illi, qui plura habuerint ſuffragia in electione Diffinitorum, poſt illos nouem, qui fuerint electi & Diffinitores declarati; ita tamen, quod neque ex Diffinitoribus, neque ex electoribus duo eiuſdem Domus profeſſi eſſe poſſint in dicta Congregatione, vnà cum aliis conſtitutionibus, vt præfertur, confirmatis ſeruetur, & ſeruari omnino debeat. Irritumque, & inane exiſtat quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, authoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, decernimus, & declaramus. Et nihilominus pro potiori cautela, Congregationem prædictam in priſtinum, & eum in quo ante dictas noſtras litteras circa præmiſſa quomodolibet erat ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus. Non obſtantibus litteris noſtris prædictis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti, milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octaui anni, Pontificatus noſtri anno octauo.

Nota, quod hæc cōceſſio ſeu reſtitutio nulla fuit, & irrita, vti ſubreptitiè obtenta, & publicata non fuit vt paulò inferiùs conſtat.

Diſpoſitio Vrbani Papæ VIII.

Defectū cōmiſſum in electionibus, cum additione ſex electorum, ſupplet Papa.

Confirmat modum electionum per Paulum V. confirmatū.

Confirmat additionē ſex electorum.

Decretum irritans.

Nonobſtantias addit.

MARCVS ANTONIVS MIRALDVS.

Loco † Annuli Piſcatoris.

In hoc Breui venit adnotandum, pro noſtro corollario fundando, quod Vrbanus Papa ſupplet defectum electionum factarum anno 1625. cum additione ſex Electorum, ibi: *Ac huiuſmodi, & quoſcumque alios, tam iuris, quàm facti defectus.* Ergo illæ electiones irritæ fuerant, & nullæ, ratione dictæ additionis. Secundò venit adnotandum, ab anno 1628. in quo editum eſt præfatum Breue, licitè, & validè celebrari electiones Abbatiarum in Capitulis Generalibus, non ſolùm per nouem Diffinitores, ſed etiam per ſex Electores ſuperadditos in diffinitione edita anno 1613. cùm expreſsè Vrbanus additionem huiuſmodi confirmet, & illam omnino ſeruari debere decernat, addito decreto irritante.

Tertiò ſequitùr, electiones Abbatiarum nullas fore,

fore, ſi celebrentur inuerſo ordine antiquitatis ipſarum, ab antiquiore incipiendo, & vſque ad vltimam per ſuos gradus proſequendo, prout in conſtitutione Sancti Facundi, *cap. 4. num. 5. folio 17. & 18* niſi obtenta ad id ſpeciali, & expreſſa Apoſtolica facultate. Et ratio eſt, quia dictus ordo pro forma electionum Abbatiſſarum à Paulo Papa V. fuit præſcriptus, ibi: *Intrent in conclaue, à quo nulla omnino interueniente occaſione exire poſſint, vſque dum electiones omnium Abbatiarum, tam Monachorum, quàm Monialium, exceptis filiationum Abbatiis, non ſint factæ, & poſtquam ſuo ordine factæ fuerint, ab omnibus Diſſinitoribus ſubſcribantur.* Expende bene clauſulam: *Et poſtquam ſuo ordine facta fuerint.* Quæ non fuit quidem caſu à Paulo V. in ſua appoſita conſtitutione, ſed cum magno conſilio, & aduertentia. Quod vtique demonſtrat conſtitutio Sancti Facundi, *capite decimo, numero decimo*, quam confirmat. Sic enim illa ſe habet.

Por euitar occaſiones de tractos, que pueden parecer ſoſpechoſas, mandamos à los Padres Diffinidores, Electores, que hagan todas las elecciones de las caſas, por ſu Orden, començando por la primera en orden, ſin poder alterarle, haſta acabarlas todas, ſo pena, de que ſean viſtos ir contra el iuramento hecho de legalidad, y como tales ſean caſtigados. Quæ certè conſtitutio, ex quo approbata, & confirmata fuit à Sede Apoſtolica, & ab ea perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur recepit, & illam perpetuò obſeruari debere decreuit Paulus V. adiiciens decretum irritans contra quemcunque, quavis authoritate, ſi ſecus attentari contigerit, iam non Congregationis conſtitutio eſt, ſed Apoſtolica, à cuius ſola Sede dependet illius authentica, & diffinitiua declaratio, & ſine cuius ſpeciali facultate, à nemine infringi, aut alterari validè quibit, & licitè. Vnde Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tomo primo, ad conſtitutionem Pyrrhi, numero octano, pagina quarta*, in ſequentia prorumpit.

Nota tertiò, quod iſta priuilegia Pyrrhi fuerunt confirmata à Sixto IV. Iulio II. & aliis Summis Pontificibus, ex certa ſcientia, & extenſa ad omnes Diœceſes. Quare iam non ſunt facta propria Summi Pontificis; vnde non poterant poſt prædictam confirmationem ampliùs à dicto Pyrrho, vel eius ſucceſſoribus reuocari, vt benè Syluester *verbo Priuilegium, quaſt.* 10. & Suarez *octauo de legibus, cap. 37. numero* 13. Ideo explicanda, vt Summi Pontificis propria. Hactenus Peyrinus illi conſonat Barboſa *in votis deciſiuis, tom. 1. libro 2. voto 52. numero* 12. vbi docet cum Roderiquez *tom. 3. qq. Regularium, q. 11. articulo* 1. Tamburino *tom. 1. diſput. 5. q. 1. numero* 3. & Rota *deciſ.* 204. *numero 2. parte 2. recentior.* & coram Gregorio XV. *deciſ. 267. numero 6. & 13.* quod diffinitio à Sede Apoſtolica confirmata, conſtitutio Papalis dicitur. Vide ſuprà *ad conſtitut. 2. numero 38. & ad conſtit. 6. numero 9.*

23 *Quartò* ſequitur, abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa facultate, neminem validè in Capitulo Generali ſuffragium habere poſſe, qui non ſit ex adnumeratis per Paulum V. in præſenti conſtitutione, ſuprà numero quinto ſummarij conſtitutionis recenſitis. Ratio eſt, quia præfatus Pontifex omnes alios à Capitulo excluſit, dicens: *Quintò, quod non ſint plures Capitulares, &c.* Et concluſit ſuper hoc ſicut ſuper aliis in ſua conſtitutione contentis, ius condendo perpetuum, decretumque irritans addendo.

Ex quo vlteriùs fit, nullas omnino, & irritas fore electiones diffinitorum, &c. celebratas, in quibus ſuffragarentur, qui non ſunt à Paulo V. inter Capitulares recenſiti. Poſſet enim contingere, quod quis electus remaneret, ob exceſſum votorum, reſultantem ex huiuſmodi à ſuffragio excluſis. Et ſi electio hoc vitiaretur capite, vitiarentur etiam electiones ex illa dependenter ſubſecutæ. Et etiam forent irritæ, & nullæ ob non ſeruatam formam à dicto Pontifice præſcriptam. Vnde Barboſa *voto* 39. *numero* 8. ait, quod electio ex defectu formæ, eſt ipſo iure nulla. Idem *voto* 47. *numero* 200. ſatis opportunè pro noſtro caſu hanc proponit & reſoluit difficultatem, videlicet: Electio ſi fiat per habiles, & inhabiles ſimul, vtrum vitietur? Dic, quod ſi exponit pro forma, quod habiles tantùm interueniant, non autem inhabiles, tunc actus in totum vitiatur, quia forma data facit illum indiuiduum, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur. Alciatus *in l. 1. §. ſi mihi Pamphilum, à numero 4. & 7.* & meliùs *numero 8. verſic. & ex primo, ff. de verborum obligat.* per textum, quem ſic exprimunt *in cap. Meſſana, & in cap. Quia propter, eodem titulo*, per Innocentium *in cap. Quod ſicut, numero 8. eodem titulo*, & ita tenent Cardinalis & Imola *in d. cap. Meſſana*, quos ſequitur Alciatus *numero* 8. Hæc Barboſa, ex Cabedo Luſitano *deciſ. 84. numero 15. p. 2. & numero* 201. & Maſtril. *de Magiſtr. libro 1. cap. 23. numero* 53. ſequentia refert

Sed quid ſi electio facta per vniuerſitatem reperiatur facta per habiles, & inhabiles, an in totum vitietur? Diſtingue, quod aut ſtatutum ponit pro forma, quod habiles tantùm interueniant, non autem inhabiles. Et tunc actus in totum vitiatur: quia forma data facit illum indiuiduum: & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, ad textum *in cap. Meſſana, & in cap Quia propter, de electione*, vbi Cardinalis, & Imola. Hæc omnia Barboſa, ex Cabedo, & Maſtril.

Quinto ſequitur, Congregationem noſtram, 24
nemini poſſe, abſque dicta ſpeciali, & expreſſa facultate, ſibi ab Apoſtolica Sede facta, vocem in Capitulo Generali concedere, qui non ſit de expreſsè contentis in Paulina, quam expendimus Conſtitutione, vocem ſcilicet, quam vulgò *de iuſticia, ò de gracia* dicimus. Quod certè corollarium pro maiori præcedentis deſeruit declaratione, & idem pro ſe habet fundamentum.

Sexto ſequitur, Abbatias non acceptatas ab 25
electis, diffinitorio non abſoluto, à ſolis nouem Diffinitoribus, & à ſex Electoribus, extante Breui Vrbani Papæ VIII. ſuprà *ſub numero vigeſimoprimo*, reddito, de anno M. DC. XXVIII. eligi poſſe, & ſi quis alius ſimul cum eis eligat, electiones ipſo iure irritas eſſe, & nullas. Et ratio eſt, quia Paulus V. præſcripſit, quoad Abbatum electiones, duas tantùm formas, vnam pro Capitulo Generali, ad quam dubio procul ſpectat quælibet celebrata à Diffinitorio, antequam illud diſſoluatur: cum quia ante illius terminationem non ſunt functi officio ſuo; & Capitulares cenſentur adhuc in vnum congregari, vſque ad vltimam Diffinitorij functionem: tum etiam, quia prouiſio beneficij, & dignitatis, & illorum collatio, legitimè, & debito tempore facta, ad prouiſorem, ſeu collatorem deuoluitur, ſi beneficium, aut dignitas non acceptetur.

Quocirca Barboſa *in votis deciſiuis*, *tom.* 1. *lib.* 1. *voto* 4. *dub.* 5. *num.* 110. ait: Electio deuoluitur ad Electores, quando effectum ſortiri non potuit. Et Dubal *en la expoſicion de la Regla*, *p.* 2. *q.* 20. *numero* 158. ita ait: *Mas quando el electo renuncia en manos de qualquiera Prelado, la eleccion ſe deuuelue a los primeros Electores, ſegun derecho, ex cap. Si electio, de electione, in 6. y lo tiene Barboſa de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 245. *con Sigiſmundo de Electione, dub.* 12. *num.* 1. & 5. Et infrà: *Lo miſmo ſe ha de dezir, quando muere el electo antes de la confirmacion, o de la poſſeſſion, y todas las vezes, que ſe da por nulla la eleccion, ſin culpa de los Electores; de modo que a ellos ſe deuuelue la eleccion, como ſi de nueuo vacara la Prelacia. Aſſi lo tiene con otros Barboſa num.* 238. Hactenus Dubal. Sed circa illud; *Mas quando el electo renuncia en manos de qualquiera Prelado*; vide quod dico *ad conſt.* 6. *num.* 740. & *ſeqq.* Alteram pro vacantiis inter medium quadriennij. In prima decernit Abbatias eligi debere à ſolis nouem Diffinitoribus abſque Generali; & in dicto Breui adduntur ſex Electores. In ſecunda ſtatuit Paulus V. celebrari debere Abbatiarum electiones à Generali, à tribus Diffinitoribus diſtrictûs, ſeu Prouinciæ, in qua Generalis habuerit nuntium, & certificationem vacantiæ, & inſimul ab Abbate viciniori illi loco, in quo dictum nuntium habuerit Generalis. Ergo à ſolis nouem Diffinitoribus, & à ſex Electoribus eligi debent Abbatiæ non acceptatæ, durante Diffinitorio, vt validæ electiones ſint, cùm nullæ, & irritæ reddantur, formâ ſubſtantiali non obſeruatâ.

27 *Septimò* ſequitur, poſt conſtitutionis Pauli V. editionem, Abbatias, quomodocumque inter medium quadriennij vacantes, abſque ſpeciali, & expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione, non potuiſſe, aut poſſe validè à Conuentibus eligi. Hæc illatio efficaciter ex dictis numero præcedenti probatur.

28 *Octauò* ſequitur, non potuiſſe abſque ſpeciali conceſſione præfata, pro electionibus Abbatiarum vacantium inter medium quadriennij, Abbates, aut alios in locum trium Diffinitorum diſtrictus, ſeu Prouinciæ illius loci, in quo Reuerendiſſimus Generalis habuerit nuntium, & certificationem vacantiæ, ſubrogari; & ſi aliter quàm per Reuerendiſſimum Generalem, dictos Diffinitores, & Abbatem proximiorem dicto loco electiones fuiſſent celebratæ, ipſo iure nullæ, & irritæ fuiſſent. Et ratio eſt ſæpe repetita; quia Paulus V. pro forma ſubſtantiali huiuſmodi electionum præſcripſit, quod celebrari debeant à Generali, à dictis tribus Diffinitoribus, & ab Abbate viciniori. Et addit decretum irritans, ſi ſecus à quoquam quauis authoritate contigerit attentari. Vnde eſt, non poſſe fieri electiones per Diffinitores alterius diſtrictus. *Non potuiſſe*, conſultò dixi; hodie tamen aliter fieri poteſt in vim Breuis infra reddendi, ſi vera ſit eius narratiua.

29 *Nonò* ſequitur, non poſſe Congregationem noſtram diſpenſare cum Diffinitoribus ſuper ſecreto illis iniuncto in conſtitutione Sancti Facundi, *cap.* 10 *num.* 22. *folio* 35. neque ſub præcepto formali, & excommunicatione ibi latis huiuſmodi ſub tenore: *Acabadas las elecciones, ſe quemaran todos los memoriales, que dieron el Reuerendiſſimo General, y los Abbades, y todas las liſtas malas, que ſe hizieron. Y por lo que conuiene al bien de la paz, mandamos en virtud de ſanta obediencia, y ſo pena de excommunion mayor lata ſententia, y de incurrir en crimen de perjurio, à todos, y à cada vno de los Padres Diffinidores Electores, que ninguno, ni todos juntos declare por ſi, ni por tercera perſona, por palabra, ni por eſcrito, ni por ſeñas, ni a deman alguno, directè, ni indirectè, quitada toda cautela, que perſonas eſtuuieron eſcritas en ninguno de los dichos memoriales, ni quales no eſtauan eſcritas en ellos, o en alguno de ellos en ningun tiempo jamas. Y aſſi miſmo, que ninguno de a entender por ningun modo, que perſonas ayan ſido electas para Abbades, ni para Abbadeſas, ni todas, ni alguna de ellas, haſta que ſe pronuncien publicamente en preſencia de la Congregacion.* Ducor, quia Paulus V. pro forma etiam ſubſtantiali præſcripſit, quod electiones Abbatiarum, *poſtquam ſuo ordine factæ fuerint, ab omnibus Diffinitoribus ſubſcribantur, in ſecreto tamen obſeruentur vſque ad vltimam ſeſſionem Capituli, in qua debet fieri earum nominatio, ſeu publicatio, ſeruatis etiam in reliquis modo, & forma ad hoc diſpoſito in conſtitutione Sancti Facundi.* Et vltimò, vt ſæpe vidimus, addit diſpoſitioni decretum irritans, cuius vim, & efficaciam *num.* 2. retulimus.

Ex quibus omnibus manifeſtum fit, omnia per Paulum V. diſpoſita, pro forma electionis fuiſſe præſcripta; & ita quidem eſſet iudicandum, etiamſi illius diſpoſitio, tam clara, & manifeſta non eſſet, iuxta doctrinam Barboſæ *voto* 47. dicentis *num.* 160. quod Rubrica, *de modo procedendi, &c.* denotat ſub illa diſpoſitum formam continere ſubſtantialem. Et *num* 161. quod omnis forma, in dubio, ſubſtantialis cenſetur.

Et quod de Diffinitoribus in hoc aſſero corollario, aſſero etiam de Electoribus ſex additis pro electionibus Abbatiarum, per Diffinitionem de anno 1613. per Breue Vrbani VIII. confirmatam, ſuprà *ſub num.* 21. anno Domini 1628. à quo illa ſubſiſtere cœpit. Et ratio eſt, quia conſtitutio Sancti Facundi ſecretum iniungit Diffinitoribus, quà Electoribus: ex contextu illius patet, ibi: *Y à cada vno de los Padres Diffinidores Electores.* Ergo illius diſpoſitio æquè afficit ſex Electores, poſt conſtitutionis editionem Diffinitoribus additos, ac afficit eoſdem Diffinitores.

Deinde probatur. Quia vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatiſſarum*, *tom.* 4. *diſputat.* 17. *quæſtio* 2. *ex l. à Titio, de verborum obligatione.* Franciſcus Pellizzarius *in Manuali Regularium*, *tomo* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 174. *pag.* 523. Lezana *tomo* 4. *conſultorum*, *conſulto* 21. *num.* 16. & *in Turri Dauidica*, *cap.* 3. *num.* 50. *pag.* 526. *eiuſdem tomi*, *ex l. illud*, *ff.* ad *legem Aquiliam*: *l. Si poſtulauerit*, §. 2. *ad legem Iuliam de adulteriis*: *l. Quidam nummularios*, *ff. de edendo*, & Doctoribus ibi. Nauarrus *tom.* 1. *conſiliorum*, *lib.* 1. *tit. de conſtitutionibus*, *conſil.* 1. *num.* 88. dicens: Secundò, quod Epiſcopus poteſt abſoluere per ſe, vel per alium, quia omnis, qui habet poteſtatem ordinariam abſoluendi aliquem ex officio, poteſt abſolutionem delegare, per caput finale, *de officio Ordinarij.* Quod licèt ſpecialiter diſponat de abſolutione ab excommunicatione Canonis *Si quis ſuadente*; ratio tamen huius habet locum in aliis, vt declarat Panormitanus. Et conſequenter idem ius eſſe debet de illis, *cap. Cùm dilecto*, *de confirmatione vtili*, & *l. illud*, *ff. ad legem Aquiliam.* Hæc Nauarrus. Idem axioma illuſtrat Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris*, *axiom.* 197. *num.* 3. ex iuribus præfatis, & *ex lege Nauta*, §. *fin. ff. nautæ*, *caupones*: *l. à Titio*, *ff. de*

ff. de furtis : l. illud, *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, *§. ſi igitur*, *inſtituta Quod cum eo.* Gloſſa *verbo Italia*, *in cap.* 1. *de temporibus ordinationum*, *libro ſexto*, Abbate *in cap. Nihil*, *num.* 5. *de electione.* Decio *conſil.* 15. *num.* 2. & *conſil.* 301. *num.* 6. *&* 8. Calderino *conſil.* 147. *aliàs vnico*, *vt lite pendente*, & *conſil.* 337. *verſic. Sed poſita*, aliàs *conſil.* 8. *de teſtamentis.* Baldo *conſil.* 324. *in fine*, *lib.* 5. & Alexandro *conſil.* 75. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 5. & *conſil.* 36. *num.* 11. *in fine*, *cum ſequentibus*, *lib.*6. Ego ipſe *in diſquiſitionibus Moralibus*, *& Canonicis*, *tomo primo*, *tract.* 4. *diſquiſit.* 10. *ſub num.* 1. *verſic. Quod ſaltem*, *tract.* 7. *diſquiſit.* 8. §. 7. *num.* 4. *pagina* 294. & *tom.* 2. *diſquiſit.* 6. *dub.* 3. *num.* 29. *& diſquiſit.* 11. *dub.* 17. *num.* 20. Sed eadem eſt ratio prohibendi electoribus reuelationem prohibitam Diffinitoribus. Ergo huiuſmodi prohibitio æquè afficit electores, ac afficit Diffinitores. Minor patet, quia non minùs obſtare poteſt paci, ſed æquè bene, reuelatio facta per electores, aut per eorum quemlibet, ac per Diffinitores. Ergo eadem eſt ratio prohibendi electoribus, ac Diffinitoribus dictam reuelationem.

Denique probatur. Quia ſi dicta prohibitio non afficeret Electores, ſicut afficit Diffinitores, inutilis, & eluſoria illa, reſpectu iſtorum, redderetur. Facit caput *Si ciuilitas*, *el* 17. *de ſent. excom. in ſexto*, & dicta à me poſt quæſtiones Paſtorales, *in diſq. de iure Prioris*, *n.* 48.

30 Omnia in his corollariis aſſerta, comprobantur. *Primo* ex Diffinitione edita in Capitolo Generali celebrato Valliſoleti anno Domini 1633. in qua fuit ſtatutum, vt Reuerendiſſimus Generalis per ſeipſum ſolum prouidere poſſet Abbatias Collegiorum, & Monaſteriorum non habentium numerum trium Monachorum Conuentualium, inter vnum, & aliud Capitulum Generale vacantes: & pro huiuſmodi Diffinitionis validitate, & ſubſiſtentia obtinuit à Sede Apoſtolica illius confirmationem, quam Vrbanus Papa VIII. conceſſit 18. die menſis Iulij, de anno 1634. immediatè ſequenti, per ſuum Breue, quod aſſeruatur apud Cœnobium Sancti Zoili Carrionenſis, in Scrinio, *num.* 1.

Ex quibus Diffinitione, & Breui fit, non potuiſſe Reuerendiſſimum Generalem ſine noua conceſſione Apoſtolica prouidere inſolidum Abbatias Monaſteriorum habentium tres Monachos Conuentuales vocem habentes, ſed ad illas eligere debere cum tribus Diffinitoribus, & Abbate viciniori, iuxta Pauli V. præſcriptum. Hodie tamen obſeruari debet Breue Sanctiſſimi Domini noſtri D. Clementis Papæ IX. editum anno 1667. mox reddendum, data veritate narratiuæ illius.

31 Comprobatur *ſecundò* ex Diffinitione ſecunda, edita in Capitulo Generali celebrato anno 1661. in qua ſtatutum fuit Abbatias vacantes inter vnum, & aliud Capitulum, eligi debere à Reuerendiſſimo Generali, cum tribus Diffinitoribus, & Abbate viciniori loco in quo dictus Reuerendiſſimus receperit nuntium, vel certificationem vacantiæ, iuxta conſtitutionis formam. Cui additum fuit, eundem Reuerendiſſimum Generalem in ſolidum eligere valere Abbates Collegiorum, & Monaſteriorum habentium tantùm tres Monachos vocem habentes. Diffinitio illa ſic ſe habet.

Inſuper S. Congregatio decreuit electiones intermedias inter Capitulum Generale, fieri à Reuerendiſſimo P. N. Generali, iuxta priorem, & diſpoſitiam conſtitutionis ordinationem, quam à Summo Pontifice Paulo V. confirmatam, tanquam ius regulare commune veneratur, & ſeruat, contrariaſque huic conſtitutioni Diffinitiones, authoritate ordinaria, & Apoſtolica Vrbani VIII. qua in hac parte fungi decreuit, irritas, & inanes effecit. Itemque rediuiuam legem electionis diſpoſuit taliter, vt electio vacantis Abbatia fiat à Reuerendiſſimo P. Generali, ſimul cum Abbate viciniori loco, vbi notitia vacantia peruenerit, cum tribus etiam Diffinitoribus vicinioribus Monaſterio prædicti Abbatis, qui cum ipſis vocem activam in ſupradicta obtinent electione, ſeruata in omnibus, & per omnia formâ eligendi præſcriptâ in noſtra conſtitutione priori.

Hac autem diffinitio non mutat, neque tollit electiones intermedias Collegiorum, vel Conuentuum minorum, in quibus ſaltem tres vocales concurrunt. Nam prædicta vacantia ad Reuerendiſſimum P. N. Generalem vnicè, & in ſolidum electio, ſicut antea pertinuit, & pertinet, ſine concurſu Abbatis, & Diffinitorum.

Inſuper ad tollendas conſtitutionis dubietates circa Diffinitorum reſidentias, & conuentualitatis Regiones, ſeu Prouincias; explicuit S. Congregatio, quod tres primi Diffinitores, & Iudices, ad Prouinciam vulgo de Campos, pertineant; tres autem immediatè ſubſequentes, ad Prouinciam, vulgò Rioja; & tres vltimi, ad Prouinciam, vulgò Gallicia. Electio verò Abbatia vacantis fiat à Reuerendiſſimo P. N. Generali, cum Abbate, & Diffinitoribus ſibi vicinioribus, cuiuſcumque Prouincia exiſtant, ſiue Conuentuales, ſiue hoſpites ſint: nam intentio conſtitutionis, maiorem in eligendo Abbatem, breuitatem deſiderat. Hactenus Diffinitio, de anno 1661. Comprobatur etiam ex diffinitione 13. Capituli Generalis, de anno 1665. quæ huius tenoris eſt:

Tten ſe diffinio, que porque en caſo de vacante de Abbadias intermedias ſuccede, y las mas vezes es neceſſario ſe dilate la eleccion por la mucha diſtancia en que eſtan los Padres Diffinidores, ſe determino, que para la eleccion de dichas Abbadias, tengan voto los quatro Padres Abbades mas cercanos à la Caſa donde el Reuerendiſſimo General recibiere el auiſo de la vacante, con aduertencia, que en ygual diſtancia ſean preferidos los Padres Diffinidores à los Padres Abbades.

Y ſe declara eſtar en ygual diſtancia el Diffinidor, que no eſtuviere ochò leguas mas diſtante, que el Abbad: y en auſencia de ſus Caſas de los Padres Abbades, tengan el miſmo voto para la eleccion de dichas vacantes los Padres Capitulares de las dichas Caſas mas cercanas, hauiendoſe en la antelacion conforme à ſus gradas. Y el gaſto, que hizieren los Padres Diffinidores deſde la Caſa de donde fueren Conuentuales, à la Caſa donde ſe hiziere la eleccion, ha de ſer por quenta de la Congregacion, y el que hiziere la Caſa donde ſe ha de hazer la dicha eleccion, por quenta de la Caſa de donde ſe ha de eligir el nueuo Abbad. Y determino la Santa Congregacion, que para eſte punto, ſe ſacque Breue de ſu Santidad, y que en el interin ſe guarde lo diſpueſto por la Diffinicion del Capitulo paſſado de ſeſenta y vno.

Hactenus Diffinitiones, pro quarum confirmatione, & ſubſiſtentia edidit Breue Sanctiſſimus Dominus noſter D. Clemens Papa IX. tenoris ſequentis.

CLEMENS

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

NVper pro parte dilectorum Filiorum Monachorum Congregationis Hiſpaniæ, Ordinis Sancti Benedicti, Nobis expoſitum fuit, quod in Capitulo Generali dictæ Congregationis anno 1661. celebrato facta fuit **Narratiua.** definitio tenoris, &c. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, obſeruatio definitionis huiuſmodi dictæ Congregationi perutilis futura ſit, cupiantque propterea dicti exponentes prædictam definitionem, cum clauſulis, & declarationibus in ſecundodicta contentis, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, & ne eadem definitiones vnquam, & vigore priuilegiorum eidem Congregationi à Sede Apo- **Nota** ſtolica, vt aſſeritur, conceſſorum, quibus caueri dicitur, vt ipſi Congregationi liceat propria ſtatuta, etiam per Sedem Apoſtolicam prædictam confirmata mutare, & alterare, ſine expreſſa, & ſpeciali eiuſdem Sedis facultate, ac præſentium litterarum derogatione, mutari, vel alterari valeant, à Nobis ordinari. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regula- **Nota** rium præpoſitorum conſilio, attentis narratis, viſiſque, & diligenter per eoſdem Cardinales conſideratis definitionibus factis in Capitulis Generalibus Congregationis huiuſmodi, de annis 1661. & 1665. reſpectiuè tenoris præinſerti, eaſdem definitiones authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari, & nullatenus mutari, ſeu alterari abſque dictæ Sedis Apoſtolicæ ſpeciali facultate, cum præſentium expreſſa derogatione, mandamus, ſalua tamen ſemper in præmiſſis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, Congregationis, & Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum, tenore præſentium pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Decembris, 1667. Pontificatus noſtri anno primo.

I. G. Husius.

30 Circa clauſulam, vt aſſeritur, in hoc Breui Sanctiſſimi Domini noſtri appoſitam, occurrit difficultas non paruipendenda, an Congregatio noſtra debuerit, aut debeat verificare narratiuam, vt gaudere valeat facultate ſibi in eo conceſſa? Facit pro ratione dubitandi, quod clauſula præfata videatur æquiualere clauſulæ, vt aſſeris, vel clauſulæ, vt aſſerit; iſtæ autem clauſulæ, partis narratiuam inducunt; ſeu illis prolatis, partis narratiua præſumitur, quia apertè referuntur ad impetrantis aſſertionem; ac proinde ipſemet impetrans ad illius tenetur verificationem, & iuſtificationem. Barboſa verb. de clauſulis, clauſula 188. & finali, num. 7. cum Rota deciſ. 60. de reſcriptis, in antiquis, num. 2. Caſſadoro deciſ. 7. num. 2. de iurepatronatus Nauarro in cap. Si quando, de reſcriptis, except. 3. num. 2. Mandoſio ad regulam 34. Cancellariæ, quæſt. 47. num. 2. Maſcardo de probationibus, concluſ. 888. num. 4. cum ſeqq. Marcheſ. de commiſſionib. part. 1. pag. 305 num. 215. & pag. 585. num. 36. in vltima impreſ. Sanchez de Matrimonio, lib. 8. diſp. 35. num. 15. ad fin. Moneta de commutationib. vltim. volunat. cap. 7. numero 127. Quæ clauſula, vt aſſeris appoſita in litteris Apoſtolicis, & gratia facit vt eadem gratia non ſit exequenda, niſi fuerit iuſtificata. Barboſa dicto num... cum Rota deciſ. 521. num. 3. part. 2. in poſthumis Farinacij, aliàs parte 4. recentiorum. Et poſita in narratiua Principis, demonſtrat, quod ſit narratiua partis. Barboſa ibidem, cum Rota coram Paulo de Rubeis, deciſ. 186. n. 2. tom. 2. diuerſor. aliàs part. 6. Recentiorum. Ergo dicendum etiam eſt, quod noſtra Congregatio debeat verificare narratiuam Breuis Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis IX. vt potiri, & gaudere valeat facultate ſibi in eo conceſſa.

31 His tamen non obſtantibus, dicendum cenſeo, clauſulam, vt aſſeritur, in Breui Clementino appoſitam, non dici narratiuam partis, nec partem Congregationis impetrantem videri quicquam affirmare, ac per conſequens, illam non teneri ad iuſtificationem. Et ita docet Barboſa dict. clauſ. 188. num. 1. ex dicta deciſ. 6. de reſcriptis, in antiq. Caſſadoro deciſ. 7. cit. num. 8. verſ. Secundò vero caſu, deciſ. 447. num. 1. part. 1. diuerſor. Gonzalez ad regul. 8. Cancel. gloſ. 32. num. 12. & 13. Moneta loco citato. Rota in Tudertina Monaſterij, 17. Maij 1615. coram Patriarcha Manzanedo, apud Farinacium part. 2. recentiorum la 691. num. 2. & in Melitenſi Prioratus, 22. Maij 1615. coram eodem, la 699. num. 4. apud eundem Farinacium ead. part. 2. recent. & ex Theod. de Rubeis in ſing. Rota, tom. 2. part. 4. el 859. num. 1. Et quidem dicta clauſula dici non poteſt locutio affirmatiua. Et ſic ille, qui ea vtitur, non dicitur ſuum affirmare dictum, Idem Barboſa dicta clauſula, num. 2. cum Caſſadoro deciſ. 4. num. 7. de probationibus, & Rota in Calagurritana confidentia, 14. Decembris 1592. coram Peña.

32 Et liberat narrantem à verificatione narratorum, & vitium excludit ſubreptionis. Barboſa num. 3. cum Rota deciſ. 80. num. 1. & deciſ. 77. de reſcriptis, in antiquis. Caſſador. in deciſ. 4. citata, de probationibus, num. 9. & deciſ. 7. de iurepatrona

patronatus, *num.* 8. Carolo de Graſſis *deciſ.* 2. *n.* 4. *de probationibus*: Rota *deciſ.* 412. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſorum*, &c, *in Iacenſi Vicaria*, 28. *Iunij* 1592. *coram Peña*.

33 Immò per hæc verba imperſonalia nihil concluditur, & facit, vt perinde conſideretur talis narratiua, ac ſi facta non fuiſſet. Præfatus Barboſa *num.* 4. *dicta clauſula* 188. *ex Authent. Si quando, Cod. de conſtit. pecunn.* Rota *in Romana apertionis oris*, 8. *Martij*, 1613. *coram Cardin. Sacrato*, apud Farinac. *deciſ.* 461. *n.* 9. *part.* 1. *recentiorum*.

34 Non reticebo tamen Romanum *conſ.* 63. *num.* 2. Iaſonem *in l. iuris gentium*, §. *Quod fere*, *num.* 4. *verſic. limita*, *ff. de pactis*, & Aymon *conſ.* 29. *numero* 2. ſentientes apud ſæpe citatum Barboſam *numero* 5. *dictæ clauſulæ*, dictam aſſertionem, etiam per imperſonalia verba factam, & per enunciatiua, probare in enunciantis præiudicium, & ad tertij fauorem.

Vbi autem huiuſmodi electiones intermediæ celebrari debeant, non dicitur in dictis Diffinitionibus. Credo ego celebrandas eſſe, vel in Monaſterio viciniori loco, in quo Reuerendiſſimus Generalis certior fuit vacantiæ factus, vel in aliquo ex his, quorum Abbates, Diffinitores, aut Capitulares vocem in illis ſunt habituri, ad tradita per Barboſam *in votis deciſiuis lib.* 1. *vot.* 4. *dub.* 5. *n.* 112. vbi *ex cap. Cùm terra*, & *cap. In Geneſi*, ait, electionem faciendam eſſe intra Prouinciam.

---

§. III.

Conſtitutio Vrbani VIII. ad fauorem noſtræ Congregationis edita dilucidatur.

BREVIARIUM.

Conſtitutio.

Quam conſtitutionem ab Apoſtolica Sede confirmatam poſſit noſtra Congregatio commutare. n. 39.

An poſſit commutare conſtitutionem S. Facundi, agentem de electionibus, à Paulo V. confirmatam. numero 43. & ſeq.

Conſtitutio, aut lex noua indiſtinctè loquens, limitanda eſt per priorem ſpecialem, & iuxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illi contradicat. numero 40.

Conſtitutio, aut lex antiqua non derogatur per nouam, ſi conciliari poſſunt per aliquam diſtinctionem, &c. num. 40.

Correctio conſtitutionum, iurium, & legum vitanda eſt. n. 40.

Decima.

An in communicatione generali omnium priuilegiorum comprehendantur priuilegia eximentia à decimarum ſolutione. n. 44.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio referens reſtringitur per relatam, ſi iſta appareat, n. 41.

Priuilegia.

Priuilegium referens certitudinaliter aliud priuilegium, aut diſpoſitionem, an illius requirat apparentiam. Et an ſi appareat, per illud, aut per illam regulandum veniat. numero 42.

In communicatione priuilegiorum non veniunt quæ concedi non ſolent, vel magna cum difficultate conceduntur. n. 44.

Priuilegiorum communicatio regulariter tribuit omnia priuilegia, quæ communicantur, perinde, ac ſi ſpecificè concederentur. ibid.

QVod poſſit noſtra Congregatio aliter procedere in electionibus, quàm diſpoſitum eſt in conſtitutione S. Facundi per Paulum V. confirmata, dicet fortaſſe aliquis, ex conſtitutione Vrbani Papæ VIII. incipit, *In Sacra Beati Petri Sede*; edita tertio Nonas Iulij, de anno 1624. & ſui Pontificatus primo, eodem anno, typis mandata in Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, inſtante Alphonſo Truxillo, eiuſdem Congregationis in Romana Curia Generali Procuratore, in qua ſic habetur. 35

Recolendæ memoriæ Gregorius Papa XIII. etiam prædeceſſor noſter, nonnulla ſtatuta, per tunc exiſtentes Abbatem Generalem, ac nonnullos alios Religioſos Congregationis Regularis obſeruantiæ Sancti Benedicti, Regnorum Hiſpaniarum, in vim facultatum eis ab eadem Sede conceſſarum condita, ad petitionem, & inſtantiam, etiam tunc exiſtentium Generalis, & aliorum Abbatum, ac Diffinitorum, necnon totius Congregationis huiuſmodi, ſub datum videlicet Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoprimo, quarto Idus Februarij, Pontificatus ſui anno primo, limitando, & moderando, quod Congregatio, ſeu illius Generalis, & alij Abbates, ac Diffinitores huiuſmodi, de totius Congregationis prædictæ conſenſu, in eorum Capitulo Generali prædicta ſtatuta, ſic per ipſum Gregorium prædeceſſorem limitata, & moderata, necnon etiam alias Congregationis conſtitutiones, non obſtante, quod huiuſmodi conſtitutiones per Sedem prædictam confirmatæ eſſent, quoties videretur dictæ Congregationi conuenientius, commutare valerent, ſtatuit, & ordinauit, ſeu eiſdem Generali, & Abbatibus, ac Diffinitoribus licentiam, & facultatem deſuper conceſſit. Vrbanæ Conſtitutionis tenor. Narratiua illius.

Hæc in narratiua conſtitutionis Vrbanæ. In diſpoſitiua autem, quæ ſequuntur: *Nos igitur*, &c. Et infrà: *Motu noſtro proprio, non ad alicuius Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra voluntate, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis huiuſmodi plenitudine.... ſingulorum eorumdem prædeceſſorum noſtrorum litterarum, proceſſuſque, necnon ſententiæ huiuſmodi tenores, ac datas, etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes, ex voto Venerabilium Fratrum noſtrorum eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum, eadem ſtatuta, ſeu conceſſiones, ordinationes, mandata, declarationes, & decreta per Gregorium, & Clementem, ac Paulum V. prædeceſſores præfatos, vt præfertur, in fauorem dictæ Congregationis facta, necnon ſententiam, ac poſſeſſionem illius, decretorumque prædictorum vigore adeptam huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & decretis in motu proprio, tam Clementis, quàm Pauli V. prædeceſſorum eorumdem contentis, & comprehenſis, cum omnibus, & ſingulis inde legitimè ſequutis, & ſequendis quibuſcunque, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illaque perpetuæ, inuiolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti, ac ſolemnitatum, etiam quantumuis ſubſtantialium, in eis* 36 Diſpoſitiua.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

NVper pro parte dilectorum Filiorum Monachorum Congregationis Hiſpaniæ, Ordinis Sancti Benedicti, Nobis expoſitum fuit, quod in Capitulo Generali dictæ Congregationis anno 1661. celebrato facta fuit Narratiua. *definitio tenoris, &c. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, obſeruatio definitionis huiuſmodi dictæ Congregationi pervtilis futura ſit, cupiantque propterea dicti exponentes primodictam definitionem, cum clauſulis, & declarationibus in ſecundodicta contentis, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, & ne eadem definitiones vnquam, & vigore priuilegiorum eidem Congregationi à Sede Apo-* Nota *ſtolica, vt aſſeritur, conceſſorum, quibus caueri dicitur, vt ipſi Congregationi liceat propria ſtatuta, etiam per Sedem Apoſtolicam prædictam confirmata mutare, & alterare, ſine expreſſa, & ſpeciali eiuſdem Sedis facultate, ac præſentium litterarum derogatione, mutari, vel alterari valeant, à Nobis ordinari. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regula-* Nota *rium præpoſitorum conſilio, attentis narratis, viſiſque, & diligenter per eoſdem Cardinales conſideratis definitionibus factis in Capitulis Generalibus Congregationis huiuſmodi, de annis 1661. & 1665. reſpectiuè tenoris præinſerti, eaſdem definitiones authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari, & nullatenus mutari, ſeu alterari abſque dictæ Sedis Apoſtolicæ ſpeciali facultate, cum præſentium expreſſa derogatione, mandamus, ſalua tamen ſemper in præmiſſis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, Congregationis, & Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum, tenore præſentium pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Decembris, 1667. Pontificatus noſtri anno primo.*

I. G. HVSIVS.

Circa clauſulam, *vt aſſeritur*, in hoc Breui Sanctiſſimi Domini noſtri appoſitam, occurrit difficultas non paruipendenda, an Congregatio noſtra debuerit, aut debeat verificare narratiuam, vt gaudere valeat facultate ſibi in eo conceſſa? Facit pro ratione dubitandi, quod clauſula præfata videatur æquiualere clauſulæ, *vt aſſeris*, vel clauſulæ, *vt aſſerit*; iſtæ autem clauſulæ, partis narratiuam inducunt; ſeu illis prolatis, partis narratiua præſumitur, quia apertè referuntur ad impetrantis aſſertionem; ac proinde ipſemet impetrans ad illius tenetur verificationem, & iuſtificationem. Barboſa *tract. de clauſulis, clauſula 188. & finali, num. 7.* cum Rota *deciſ. 60. de reſcriptis, in antiquis, num. 2.* Caſſadoro *deciſ. 7. num. 2. de iurepatronatus* Nauarro *in cap. Si quando, de reſcriptis, except. 3. num. 2.* Mandoſio *ad regulam 34. Cancellariæ, quæſt. 47. num. 2.* Maſcardo *de probationibus, concluſ. 888. num. 4. cum ſeqq.* Marcheſ. *de commiſſionib. part. 1. pag 305 num. 215. & pag. 585. num. 36. in vltima impreſ.* Sanchez *de Matrimonio, lib. 8. diſp. 35. num. 15. ad fin.* Moneta *de commutationib. vltim. voluntat. cap. 7. numero 127.* Quæ clauſula, *vt aſſeris*, appoſita in litteris Apoſtolicis, & gratia facit vt eadem gratia non ſit exequenda, niſi fuerit iuſtificata. Barboſa *dicto num.* cum Rota *deciſ. 511. num. 3. part. 2. in poſthumis Farinacij, aliàs parte 4. recentiorum.* Et poſita in narratiua Principis, demonſtrat, quod ſit narratiua partis. Barboſa *ibidem*, cum Rota *coram Paulo de Rubeis, deciſ. 186. n. 2. tom. 2. diuerſor.* aliàs *part. 6. Recentiorum.* Ergo dicendum etiam eſt, quod noſtra Congregatio debeat verificare narratiuam Breuis Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis IX. vt potiri, & gaudere valeat facultate ſibi in eo conceſſa. 30

His tamen non obſtantibus, dicendum cenſeo, clauſulam, *vt aſſeritur*, in Breui Clementino appoſitam, non dici narratiuam partis, nec partem Congregationis impetrantem videri quicquam affirmare, ac per conſequens, illam non teneri ad iuſtificationem. Et ita docet Barboſa *dict. clauſ. 188. num. 1. ex dicta deciſ. 6. de reſcriptis, in antiq.* Caſſadoro *deciſ. 7. cit. num. 8. verſ. Secundò verò caſu, deciſ. 447. num. 1. part. 1. diuerſor.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſ. 32. num. 12. & 13.* Moneta *loco citato.* Rota *in Tudertina Monaſterij, 17. Maij 1615. coram Patriarcha Manzanedo*, apud Farinacium *part. 2. recentiorum la 691. num. 2.* & *in Melitenſi Prioratus. 22. Maij 1615. coram eodem, la 699. num. 4.* apud eundem Farinacium *ead. part. 2. recent.* & ex Theod. de Rubeis *in ſing. Rotæ, tom. 2. part. 4. el 839. num. 1.* Et quidem dicta clauſula dici non poteſt locutio affirmatiua. Et ſic ille, qui ea vtitur, non dicitur ſuum affirmare dictum. Idem Barboſa *dicta clauſula, num. 2.* cum Caſſadoro *deciſ. 4. num. 7. de probationibus*, & Rota *in Calagurritana confidentiæ, 14. Decembris 1592. coram Peña.* 31

Et liberat narrantem à verificatione narratorum, & vitium excludit ſubreptionis. Barboſa *num. 3.* cum Rota *deciſ. 80. num. 1. & deciſ. 77. de reſcriptis, in antiquis.* Caſſador. *in deciſ. 4. citata, de probationibus, num. 9. & deciſ. 7. de iurepatrona* 32

patronatus, *num.* 8. Carolo de Graſſis *deciſ.* 2. *n.* 4. *de probationibus.* Rota *deciſ.* 412. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſorum*, &c. *in Iacenſi Vicaria*, 28. *Iunij* 1592. *coram Peña.*

33 Immò per hæc verba imperſonalia nihil concluditur, & facit, vt perinde conſideretur talis narratiua, ac ſi facta non fuiſſet. Præfatus Barboſa *num.* 4. *dicta clauſula* 188. *ex Authem. Si quando, Cod. de conſtit. pecunia.* Rota *in Romana apertionis oris*, 8. *Martij*, 1613. *coram Cardin. Sacrato*, apud Farinac. *deciſ.* 461. *n.* 9. *part.* 1. *recentiorum.*

34 Non reticebo tamen Romanum *conſ.* 63. *num.* 2. Iaſonem *in l. iuris gentium*, §. *Quod ſore*, *num.* 4. *verſic. limita*, *ff. de pactis*, & Aymon *conſ.* 29. *numero* 2. ſentientes apud ſæpe citatum Barboſam *numero* 5. *dicta clauſula*, dictam aſſertionem, etiam per imperſonalia verba factam, & per enunciatiua, probare in enunciantis præiudicium, & ad tertij fauorem.

Vbi autem huiuſmodi electiones intermediæ celebrari debeant, non dicitur in dictis Diffinitionibus. Credo ego celebrandas eſſe, vel in Monaſterio viciniori loco, in quo Reuerendiſſimus Generalis certior fuit vacantiæ factus, vel in aliquo ex his, quorum Abbates, Diffinitores, aut Capitulares vocem in illis ſunt habituri, ad tradita per Barboſam *in votis deciſiuis lib.* 1. *vol.* 4. *dub.* 5. *n.* 112. vbi *ex cap. Cùm terra*. & *cap. In Geneſi*, ait, electionem faciendam eſſe intra Prouinciam.

---

§. III.

Conſtitutio Vrbani VIII. ad fauorem noſtræ Congregationis edita dilucidatur.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Quam conſtitutionem ab Apoſtolica Sede confirmatam poſſit noſtra Congregatio commutare. n. 39.

An poſſit commutare conſtitutionem S. Facundi, agentem de electionibus, à Paulo V. confirmatam. numero 43. & ſeq.

Conſtitutio, aut lex noua indiſtinctè loquens, limitanda eſt per priorem ſpecialem, & iuxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illi contradicat. numero 40.

Conſtitutio, aut lex antiqua non derogatur per nouam, ſi conciliari poſſunt per aliquam diſtinctionem, &c. num. 40.

Correctio conſtitutionum, iurium, & legum vitanda eſt. n. 40.

Decima.

An in communicatione generali omnium priuilegiorum comprehendantur priuilegia eximentia à decimarum ſolutione. n. 44.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio referens reſtringitur per relatam, ſi iſta appareat, n. 41.

Priuilegia.

Priuilegium referens certitudinaliter aliud priuilegium, aut diſpoſitionem, an illius requirat apparentiam. Et an ſi appareat, per illud, aut per illam regulandum veniat. numero 42.

In communicatione priuilegiorum non veniunt quæ concedi non ſolent, vel magna cum difficultate conceduntur. n. 44.

Priuilegiorum communicatio regulariter tribuit omnia priuilegia, quæ communicantur, perinde, ac ſi ſpecificè concederentur. ibid.

QVod poſſit noſtra Congregatio aliter procedere in electionibus, quàm diſpoſitum eſt in conſtitutione S. Facundi per Paulum V. confirmata dicet fortaſſe aliquis, ex conſtitutione Vrbani Papę VIII. incipit, *In Sacra Beati Petri Sede*; edita tertio Nonas Iulij, de anno 1624. & ſui Pontificatus primo, eodem anno typis mandata in Typographia Reuerendæ Cameręe Apoſtolicæ, inſtante Alphonſo Truxillo, eiuſdem Congregationis in Romana Curia Generali Procuratore, in qua ſic habetur. 35

Vrbanę Conſtitutionis tenor. Narratiua illius.

Recolendæ memoriæ Gregorius Papa XIII etiam prædeceſſor noſter, nonnulla ſtatuta, per tunc exiſtentes Abbatem Generalem, ac nonnullos alios Religioſos Congregationis Regularis obſeruantiæ Sancti Benedicti, Regnorum Hiſpaniarum, in vim facultatum eis ab eadem Sede conceſſarum condita, ad petitionem, & inſtantiam, etiam tunc exiſtentium Generalis, & aliorum Abbatum, ac Diffinitorum, necnon totius Congregationis huiuſmodi, ſub datum videlicet Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoprimo, quarto Idus Februarij, Pontificatus ſui anno primo, limitando, & moderando, quod Congregatio, ſeu illius Generalis, & alij Abbates, ac Diffinitores huiuſmodi, de totius Congregationis prædictæ conſenſu, in eorum Capitulo Generali prædicta ſtatuta, ſic per ipſum Gregorium prædeceſſorem limitata, & moderata, necnon etiam alias Congregationis conſtitutiones, non obſtante, quod huiuſmodi conſtitutiones per Sedem prædictam confirmatæ eſſent, quoties videretur dictæ Congregationi conuenientius, commutare valerent, ſtatuit, & ordinauit, ſeu eiſdem Generali, & Abbatibus, ac Diffinitoribus licentiam, & facultatem deſuper conceſſit.

Hæc in narratiua conſtitutionis Vrbanæ. In diſpoſitiua autem, quæ ſequuntur: *Nos qui pacem.* Et infrà: *Motu noſtro proprio, non ad alicuius Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra voluntate, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis huiuſmodi plenitudine.... ſingulorum eorumdem prædeceſſorum noſtrorum litterarum, proceſſuſque, necnon ſententiæ huiuſmodi tenores, ac datas, etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes, ex voto Venerabilium Fratrum noſtrorum eiuſdem Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum, eadem ſtatuta, ſeu conceſſiones, ordinationes, mandata, declarationes, & decreta per Gregorium, & Clementem, ac Paulum V. prædeceſſores præfatos, vt præfertur, in fauorem dictæ Congregationis facta, necnon ſententiam, ac poſſeſſionem illius, decretorumque prædictorum vigore adeptam huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & decretis in motu proprio, tam Clementis, quàm Pauli V. prædeceſſorum eorumdem contentis, & comprehenſis, cum omnibus, & ſingulis inde legitimè ſequutis, & ſequendis quibuſcunque, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illaque perpetua, inuiolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti, ac ſolemnitatum, etiam quantumuis ſubſtantialium, in eis* 36 Diſpoſitiua.

 forſan

forſan requiſitarum, & omiſſarum defectus, ſi qui deſuper principaliter, vel acceſſoriè, aut aliis quomodolibet interuenerint, ſupplemus, illaque etiam innouamus, & quatenus opus ſit, de nouo concedimus.

37 Sed dico ego, quod licèt inſpecta narratiua Vrbano Papæ facta, quoad verborum tenorem falſa ſit, cùm Gregorius X I I I. creatus fuerit Pontifex tertio Idus Maij, de anno milleſimo ſeptuageſimoſecundo, vti docent Angelus Cherubinus *tomo ſecundo Bullary Magni, pag. mihi* 361. Laurentius de Peyrinis *tom. etiam ſecundo de priuilegiis, ad conſtitutionem primam eiuſdem Gregorij*, Spondanus *in continuatione Annalium Eccleſiaſticorum, eodem anno* 1572. *n.*7. Pax Iordanus *tomo* 1. *de re ſacra, in principio, in catalogo Summorum Pontificum*, Platina *in eius vita*, & Mariana *en la Hiſtoria general de España, tom* 2. ait, quod Pius V. obiit Kalendis Maij 1572. *pero luego que le fueron hechas las honrras à diez de Mayo, fue pueſto en ſu lugar el Cardenal Hugo Boncampeño, natural de Boloña, con nombre de Gregorio decimotercio* Cùm tamen mens conditoris canonis, conſtitutionis, & legis magis attendi debeat quàm verba, & habeamus conſtitutionem præfati Gregorij, ſub datis Romæ, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimoſeptimo, tertiadecima Decembris die, anno ſui Pontificatus ſeptimo, in qua de materia ab Vrbano V I I I. narrata agitur, vera cenſenda eſt *quoad ea, quæ in ipſa continentur Gregoriana*, maximè cùm ipſe Vrbanus hanc apponat in ſua clauſulam: *Ac ſingulorum eorumdem prædeceſſorum noſtrorum litterarum.... tenores, ac datas, etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes:* & illâ verâ ſuppoſitâ quoad ea, quæ in Gregoriana habentur, dicendum cenſeo, non poſſe Congregationem noſtram (ſaluis his, quæ expreſsè in aliis litteris Apoſtolicis conceduntur) in vim huius Vrbanæ conſtitutionis aliter in electionibus procedere, quàm diſpoſitum fuit in conſtitutione S. Facundi, per Paulum V. confirmata. Sed vt mea ſententia firmetur, & vt Vrbani mens bene percipi valeat, operæpretium duxi Gregorij recenſere conſtitutionem, quæ habetur *la* 96. *Bullary noſtræ Congregationis, fol.* 195. incipit, *In euidenti* cuius narratiua, & diſpoſitio huiuſmodi ſunt, videlicet.

38 Conſtitutione Gregorij XIII narratiua.

Sane, pro parte dilectorum Generalis, & Abbatum, ac Diffinitorum, necnon Congregationis Ordinis S. Benedicti Regnorum Hiſpaniarum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum felicis recordationis Pius Papa IV. prædeceſſor noſter, tunc exiſtentibus eorumdem Regnorum Abbati Generali, Diffinitoribus, & aliis duodecim, aut pluribus ipſius Congregationis Abbatibus, ſeu Deputatis, omnia, & ſingula, quæ ad eiuſdem Congregationis ſalubrem directionem, proſperumque ſtatum, ac regimen, pacem, & quietem, iuxta dictæ Congregationis, & illius Ordinis Regularia inſtituta, ac antiquas ſanctiones, & conſtitutiones, tam circa diuini Officij celebrationem, quàm circa morum Monachorum reformationem ſtatuenda, ordinanda, & reformanda viderentur, ſtatuere, ordinare, ſancire, & reformare, illaque omni appellatione remotâ, ſub cenſuris, & pœnis, de quibus eis, & ſeu pro tempore exiſtentibus eiuſdem Congregationis Abbati Generali, & Viſitatoribus viſum foret exequi, itavt illa, per tunc immediatè ſequens, & alia Capitula Generalia, quouis modo corrigi, & retractari, ſeu illis derogari, aut alias contra ea ordinari, vel diſponi non poſſit, neque deberet, & quidquid ſecus ſuper iis à quoquam, etiam per Capitulum Generale fieri, & attentari contingeret, irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtere, ac in contradictores, & rebelles, ad cenſuras, & pœnas, & priuationes vocis actiuæ, & paſſiuæ procedere poſſent, facultatem, & licentiam conceſſit. Et deinde præfati tunc exiſtentes Abbas Generalis, & Diffinitores, earumdem litterarum vigore, plures conſuetudines, ordinationes, & ſtatuta ediderunt, ac inter alia, quod de cætero electiones Monachorum ad regimen Monaſteriorum eiuſdem Ordinis, per eoſdem Superiores faciendas, per ſex annos durare deberent, ſtatuerunt, & ordinarunt; ac poſtquam ſtatutum, & ordinatio electionis Abbatum ad ſex annos concernentia, in vſum recepta fuerunt, multa damna, & incommoda eidem Ordini, illiuſque Monachis, prout iam eorum comprobauit vſus, attulerunt. Quapropter Generalis & Abbates, ac Diffinitores, necnon Congregatio prædicti, in eorum Capitulo Generali, vt moris eſt, congregati, cupientes damnis, & incommodis, quæ ex dictis electionibus prodire conſpiciebantur proſpicere, ac vt in eadem Congregatione regularis diſciplina, iuxta eiuſdem Ordinis Regularia Inſtituta, cum quiete, & tranquillitate iugiter obſeruetur, ſtatuto, & ordinationi præfatis priùs per eos diligenter perſpectis, & maturè conſideratis, ſtatutum, & ordinationes, electiones Abbatum concernentia prædicta, ſub noſtro, & Apoſtolicæ Sedis beneplacito, moderanda & reformanda fore duxerunt, prout in litteris Apoſtolicis, & veſtris publicis deſuper confectis pleniùs dicitur contineri. Cùm autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi ſtatutum, & ordinatio prædicta moderarentur, & reformarentur, ita quod de cætero electiones Monachorum ad regimina Monaſteriorum Ordinis huiuſmodi fienda, ad triennium reducerentur, prout antea erant, profectò prædictis damnis, & incommodis, ac multis aliis inconuenientibus, quæ ex eiſdem ſtatuto, & ordinatione prouenire poſſent, obuiaretur, ac paci, & tranquillitati eorundem Abbatis, & Monachorum, non modicùm conſuleretur. Quare, pro parte modernorum Generalis, & Abbatum, ac Diffinitorum, necnon Congregationis prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Statutum, & ordinationem præfata moderare, & reformare, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui mutuum Religioſorum omnium, præſertim ſub eiſdem habitu, Regulaque virtutum Domino famulantium inter ſe dilectionem vbique vigere ſincero deſideramus affectu, dictos Generalem, & Abbates, & Diffinitores, necnon Congregationis prædictæ ſingulares perſonas, & eorum quamlibet, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon dictarum litterarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statutum, & ordinationem prædictam, ita quod Monaſteria, & electiones Monachorum, ad eorum regimina pro tempore fienda, de cætero ad triennalem, prout antea erant, reducta intelligantur, authoritate Apoſtolica tenore præſentium moderamus, & reformamus: necnon Generalem, & Abbates, ac Diffinitores, ac Congregationem prædictos, ad obſeruationem Statuti, & ordinationis primò dictorum minimè teneri, nec eos propterea aliquas cenſuras, & pœnas incurrere poſſe, ac quicquid ſecus ſuper iis à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcumque Apoſtolicis, &c.

Vel Conſtitutiones pœnus.

Supplica.

Diſpoſitiua.

Nota.

Hæc ad amuſſim Gregorius, in prædicta conſtitutione,

tutione, cuius tenore attento, & quod Vrbanus VIII. ad illam ſe remittit, ibi: *Singulorum eorumdem prædeceſſorum noſtrorum literarum.... tenores, ac datas, etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes*; mea ſententia probatur, quod ſcilicet Vrbanus ſolùm voluerit confirmare, & de nouo concedere reformationem conſtitutionis, qua cauebatur electionem Abbatum fieri debere in ſexennium duraturam, illam ad triennium reducendo; non autem amplam, & generalem facultatem concedere commutandi alias conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas, quoties Congregationi conuenientius videretur: tùm ex clauſula modò recenſita, iuncta ſequente: *Eadem ſtatuta, ſeu conceſſiones, ordinationes, mandata, declarationes, & decreta per Gregorium, & Clementem, ac Paulum Quintum prædeceſſores præfatos, vt præfertur, in fauorem dictæ Congregationis facta*; in qua, quoad Clementem, & Paulum varia continentur, quoad liberam facultatem electionis Generalis, de corpore Congregationis.

40 Tum quia noua conſtitutio, & noua lex indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem priorem, & antiquiorem, & iuxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illi contrâdicat. Ita Sanchez *de Matrimonio, tom. 1. lib. 2. diſp 24. n. 6. quæſt. 2. ex l. Sed & poſteriores, ff. de legibus*, ibi: *Poſteriores leges, ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint.* Vnde gloſſa *in l. Sciendum, verbo Non compelli, ff. qui ſatisdare cogantur*, vbi Bart. *in princ. num.* Iaſ. *num.* ipſe Bart. *in l. Omnes populi, quæſt. 3. ff. de iuſtitia, & iure* Bald. *Authent. Offeratur, num. 12. in princ. Cod. de litis conteſtat.* Abbas *tom. 2. conſilior. conſ. 24. num. 1. verſic. Secundo principaliter.* Decius *ff. de regulis iuris, regula 80. n. 11. & reg. 90. num. 12.* Nauarrus *in can. Placuit. de pœnit. diſt. 6. n. 148. & in Manuali, cap. 17. num. 260.* huic innitentes doctrinæ, aſſerunt, dictam Authenticam *Offeratur*, poſteriorem, reſtringi per prædictam legem *Sciendum*, antiquiorem; quia, quoad fieri poteſt, correctio legis vitanda eſt. Aug. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom. 60. num. 5. & in proœmio Decretalium, num. 45. & 46.* ac Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſput. 5. punct. 3. §. 2. n. 1.* & vterque aſſerit Doctor, hanc doctrinam adeò eſſe veram, vt etiamſi lex poſterior, & contraria quidem, clauſulam iſtam habeat, *Non obſtante*, &c. ex illa prior non cenſeatur derogata, ſi fieri poſſit conciliatio per aliquam limitationem, vel diſtinctionem. Et ita etiam docent Th. Sanchez *loco citato. ex Authent. de ſucceſſione ab inteſtato, in princ.* cum gloſſa ibi, *verbo vacantibus.* Bart. *ſuper Extrau. Ad reprimendum, §. Non obſtantibus, num. 6. & in dict. l. Sciendum, n. 2. ff. Qui ſatisdare cogantur*, vbi Iaſ. *num. 4. & in l. prima, ff. ſoluto matrimonio.* Laurentius *de Peyrinis de priuilegiis, tom. 3. cap. 1. num. 8. in fine.* Et ego ipſe *in diſquiſit. Moralibus, & Canonicis, tomo 1. tract. 7. diſq. 12. ſub num. 9. verſic. Abbas, & tom 2. diſq. 1. dub. 14. n. 148.* Cùm ergo Vrbanus Papa VIII. præfatam ediderit conſtitutionem, non prout contrariam Gregorij XIII. conſtitutioni, ſed prout illius confirmatoriam, potiori iure illi conformari, & iuxta illam intelligendam, & ad aliud non extendendam, in ipſamet Vrbana conſtitutione non expreſsè conceſſum, dicendum eſt.

41 Tum tertiò probatur, quia diſpoſitio referens reſtringitur, & limitatur ſecundùm antiquam, ad quam fit relatio. Aſcanius Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſp. 17. q. 7. n. 2.* cum Rota *deciſ. 401. n. 6. p. 5. diuerſorum.* Ideò nihil mirum (proſequitur dictus *R. P. de Murga Comment. in Conſt. Apoſt.* Doctor,) ſi referens non probat, niſi conſtet de relato, vt concludit Surdus *conſilio 5. n. 57.* quem refert D. Barboſa *in reſponſo pro priuilegio à S. D. N. Vrbano VIII. ſibi concesſo, in verſiculo, Sed cum diſpoſitio.* Sed diſpoſitio Vrbani in conſtitutione, de qua agimus, eſt referens conſtitutionem Gregorij XIII. Ergo per illam reſtringenda, & limitanda eſt, ita vt per iſtam nihil probetur conceſſum ab Vrbano, quod non ſit in Gregoriana conceſſum; non enim conſtat de relato.

Quartò, quia licèt verum ſit quod priuilegium referens certitudinaliter aliam diſpoſitionem, non 42
requirat illius apparentiam, vti docet Eraſmus Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tomo primo. part. 4. quæſt. 70. n. 3.* cum Felino *in cap. Ex parte, n. 10. de reſcriptis*, allegante Baldum, Bartolum, & exempla textus *in cap. Abbate, § contra, de verborum ſignificatione.* quem ſequuntur Tamburinus *loco cit. n. 6.* & Barboſa *tract. de clauſulis, clauſ. 5. n. 7.* Si tamen prius appareat priuilegium, vt contingit in præſenti caſu, ſecundum illud poſterius eſt intelligendum. Ita idem Barboſa, ſic in ſequentia prorumpens. Aut in communicatione priuilegij exprimitur, quod primum continebat; quo caſu licèt primum priuilegium non appareat, eo tamen gaudere ſecundum, cui communicatum eſt, ex Felino, & Mandoſio *dicto tract. de priuilegiis ad inſtar, quæſt. 5* obſeruat benè explicans Suarez *dicto cap 15.* (ſcilicet *lib. 8. de legibus,*) *n. 6. & 7.* aduertens ex Baldo, hoc poſteriori caſu magis abſolutum eſſe priuilegium, & pinguiùs prouidere communicationem, quàm ſi priuilegium appareret, *quia ſi appareat, ſecundùm illud debet communicatio reſtringi*, ex infrà dicendis; quando verò non extat pro ſe abſolutè, intelligeae ſi fieret ſpecifica, & certa mentio eius, ad quod fit relatio ab habente poteſtatem de nouo concedendi, vt aduertit Eraſmus Chokier *dicta quæſt. 70. n. 6.* Hactenus Barboſa.

Et addo, quod dato, & non conceſſo, quòd ſiue 43
Gregorius, ſiue Vrbanus, ſiue vterque conceſſiſſet Cógregationi noſtrę facultatem commutandi, quoties illi conuenientius videretur ſuas conſtitutiones per Sedem etiam Apoſtolicam confirmatas, adhuc non cenſeretur comprehenſa in dicta facultate, poteſtas commutandi conſtitutionem per Paulum V. confirmatam, de qua in præſentiarum. Et ratio eſt, quia dicta conſtitutio, & illius confirmatio continent formam ſubſtantialem electionis canonicæ, ad quam, quoad noſtram Congregationem, reducta eſt forma in iure communi præſcripta; materia quidem grauiſſima, & ſpecialiſſimâ notâ digna, quæ niſi ſpeciali, vel indiuiduali Sedis Apoſtolicæ authoritate interueniente, reduci non poſſet, vti eadem Congregatio in eadem conſtitutione fatetur, ſub tenore ſuprà *n. 10.* reddito. Res autem adeò grauis, & ſpeciali notâ digna, non cenſetur comprehenſa in generali conceſſione; quia in generali conceſſione non veniunt, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus. Regula iuris eſt, *l. 81. in 6* vbi gloſſa *verbo Veriſimiliter, & verb. In generali.* Barboſa *ibi, & in tract. de Axiom. axiom. 106. n 14.* vbi ſic vt ſequitur, fatur. Generalis diſpoſitio non comprehendit ea, quæ non eſſet quis in ſpecie comprehenſurus, *l. in obligatione generali, ff. de pignor. l. 3. ff de euiction. l. qui peculij, ff. de peculio: cap. Quintauallis, de iureiurando, cap. final. de officio Vicarij, lib. 6.* Corn. *conſ. 89. n. 12. lib. 3. & conſ. 83 n. 2. lib. 4.* Surdus *conſil. 73. n. 17.* Card. Tuſchus *litt. G. concl. 31. n. 2.* Item Surdus *conſ. 123. n. 63. & de alimentis tit. 8. priuilegio 7. num. 3.* Carolus de Graſſis *de exceptionibus, except. 32. n. 20.*

Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſium tomo 5. cap.982. num.20.* Hæc Aug. Barboſa.

44 Et confirmatur doctrinâ Aſcanij Tamburini *de iure Abbatum tom.1. diſput.15. quæſito 17. n 34.* dicentis, in caſu communicationis priuilegiorum: Vnde priuilegia eximentia à ſolutione decimarum non comprehenduntur in communicatione generali omnium priuilegiorum, niſi expreſſa de hac re mentio fiat. Quia licèt huiuſmodi communicatio illi, ad cuius fauorem emanauit, regulariter tribuat omnia priuilegia, quæ communicantur, perinde ac ſi ſpecificè conceſſa fuiſſet, Oldradus *conſil.30.* & alij, nihilominus *non extenditur ad ea, quæ vel concedi non ſolent, vel magna cum difficultate conceduntur.* Ita Aſcanius. Et Rota in *Bononienſi exemptionis,25. May 1618. coram Veroſpio, num.7. infrà la 21.* ait: *Ibi de exemptione tractabatur à ſolutione decimarum, quæ tanquam exorbitans à iure communi, ſub generalitate verborum comprehendi non valet.*

45 Nec valet, ſi quis nobis obiiciat, tam Barboſam, quàm Tamburinum, in prædictis locis loqui de communicatione priuilegiorum; in præſentiarum autem nos, non de communicatione priuilegij, ſed de illius confirmatione. Ergo non bene applicatur præfatorum Authorum doctrina pro noſtræ comprobatione. A diuerſis enim non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus, cap. Ad audientiam, el 12. de decimis.* Franciſc. Maria Samuellius *de electione canonica, tract. 1. diſput. 8. controuerſia 2. concluſ. 14.* ipſe Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.114.* quem, & alios plures fui ſequutus in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, *tomo 1. tractatu 7. diſq.6. num 11. & tom.2. diſq.11. dub.17. num.95.*

46 Non, inquam, valet, quia non eſt quid abſolutè diuerſum communicare priuilegia, & illa confirmare. Vtrumque enim implicat, & includit conceſſionem priuilegiorum, maximè ſi confirmatio ex motu proprio fiat. Vnde axioma nobis oblatum, *A diuerſis, &c.* non procedit in noſtro caſu; & benè poſſumus inferre, quam intendimus concluſionem, ex doctrina communicationis, à Barboſa, & Tamburino tradita. Et quamuis communicatio, & confirmatio priuilegiorum non includerent illorum conceſſionem, & ex hoc capite non ſolùm non eſſet vnum ab alio diuerſum, ſed potiùs idem; negari non poteſt, quod inter vnum, & aliud adſit ſimilitudo, & maxima quidem: de ſimilibus autem idem eſt iudicium faciendum. Peyrinus citatus ſuprà *ad Conſt.6. numero 655.* Nec negari poteſt, quod argumentum à ſimili efficax ſit in iure. Aug. Barboſa *tract. locorum communium argumentorum iuris, loco 101. num.1.* cum pluribus, quos recenſet, & ego ipſe *in diſquiſitionibus, tom. 1. tract. 2. diſq. 2. dub.11. num.2. & tract.4. diſq.10. num.1.*

47 Finem imponendo, tam Paulinæ, quàm Vrbanæ conſtitutionis expoſitioni, dico, quod ſi per iſtam illi, aut conſtitutioni Sancti Facundi derogatur, ex quo Vrbanus ſuam condidit, reducta fuit Congregatio noſtra ad formam electionis canonicæ iuris communis, ſtatutam *in cap. Quia propter, de electione*, quâ in quolibet, quamuis minimo, non ſeruatâ, ſaluis iis, ad quæ habet ſpeciales conceſſiones, de quorum aliquibus extant eiuſdem Vrbani, & Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis IX. Breuia ſuprà reddita, illa irrita erit, & nulla ipſo iure, vt latè, prolixéque probaui ad conſtitutionem ſextam. Ducor, quia ablatâ formâ electionis per conſtitutionem Sancti Facundi ſtatutâ, & per Paulum V. confirmatâ, remanſit noſtra Congregatio ſine ſpeciali forma electionis, authoritate Apoſtolicâ præſcripta. Ergo ex quo per Vrbanum VIII. derogata fuit conſtitutio Sancti Facundi, reducta fuit Congregatio noſtra ad obligationem obſeruandi formam electionis præſcriptam per ius commune in præfata Decretali, *Quia propter.*

48 Immò, ſi eadem Congregatio, poſt Vrbanam conſtitutionem, de anno 1624. non habet ſpecialem conceſſionem, vt eligere poſſit Abbates in quadriennium duraturos, attentis illius, & Gregorianæ conſtitutionis tenoribus, electio in triennium tantummodo fieri debet; quia id expreſsè in prima diſponitur, & in ſecunda confirmatur prioris diſpoſitio.

49 Poſt hæc ſcripta, peruenit ad me tranſumptum quoddam ſimplex litterarum Apoſtolicarum à Gregorio XIII. provt in illis refertur, editarum quarto idus Februarij, de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoſecundo, & ſui Pontificatus primo, in quibus expreſsè concedere videtur Congregationi noſtræ ampliſſimam facultatem commutandi quaſlibet conſtitutiones proprias à Sede Apoſtolica confirmatas, ſub hoc tenore: *Et quia experientia multoties docet, quod ex eorum obſeruantia inconuenientia multa oriantur, Congregationi huiuſmodi, vt de totius Congregationis conſenſu, in Capitulo Generali, tam præmiſſa, quàm alias conſtitutiones, in melius, & conuenientius ipſi Congregationi commutare valeant, non obſtante, quod prædicta conſtitutiones per Sedem Apoſtolicam ſint confirmata... Apoſtolica authoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.*

50 Circa quas litteras in primis aduerto, illarum datam veram non eſſe, cùm præfatus Pontifex creatus nondum fuerit die, & menſe in illis expreſſis, vti *num.37.* dixi.

51 Secundò aduerto, quod eſto adſit authenticum dictarum litterarum bullatum diploma, cùm vera data, non poterit Congregatio noſtra in vim illius, neq; vigore Vrbanæ conſtitutionis de anno 1624. illius, vti ex contextu apparere videtur, confirmatoriæ, conſtitutiones Ordinis circa electiones canonicas in Cœnobio S. Facundi editas, & per Paulum V. confirmatas, in aliquo alterare, illaſve commutare.

52 Ducor primò, quia vt ſuprà *num.43.* dictum relinquo, dictæ conſtitutiones Sancti Facundi continent formam ſubſtantialem electionis canonicæ, ad quam reducta eſt forma electionis à iure communi præſcripta *in cap. Quia propter, el 42. de electione*: res quidem grauiſſima, & ſpecialiſſimâ notâ digna, atque adeò in generali conceſſione, qualis vtraque relata eſt, Gregoriana ſcilicet, & Vrbana, non venit; cùm iuxta caput 81. *de regulis iuris, lib. 6.* in generali conceſſione non veniant, quæ quis veriſimiliter non eſſet in ſpecie conceſſurus. Huiuſmodi autem eſſe conſtitutiones noſtras, electionis formam præſcribentes, manifeſtè colligitur ex eo, quod generalis diſpoſitio non extenditur ad non veriſimilia, non cognita, non cogitata, neque ad ea, quæ ſpecialiter quis non expreſſiſſet. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom. 106. num. 4.* cum Federico de Senis *conſ. 125. num.1.* & Curtio Iuniore *conſil.167. num.3.* Non eſt autem veriſimile, quod Gregorius XIII. nec Vrbanus VIII. voluerit concedere Religioni facultatem liberam commutandi formam electionis canonicæ à Paulo V. præſcriptam, & ſubrogatam

in

in locum præſcriptæ per Concilium Generale Lateranenſe celebratum à 412. Epiſcopis, ſub Innocentio III. anno 1215. relatum *in dict. cap. Quia propter*: nec eſt credendum, præfatos Pontifices Gregorium, & Vrbanum cognouiſſe, aut cogitaſſe huiuſmodi commutationem tempore editionis ſuarum litterarum; & ſi cognouiſſent, aut cogitaſſent, & vellent illam concedere, illam expreſſiſſent: ſi enim aliud voluiſſent, quàm verba ſonant expreſsè, maximè in re tanti ponderis, & difficilis conceſſionis, expreſſiſſent, ad tradita per me ipſum *in Diſq. Moral. & Canonic. tom. 2. diſquiſit. 1. dub. 14. num. 3. diſquiſition. 3. dub. 1. num. 8. diſq. 6. dub. 3. num. 31. & diſq. 12. dub. 4. n. 10*

53 Et quidem argumentum à veroſimili mente ſtatuentis validum eſt in iure. Barboſa *tract. de locis argumentorum iuris, loco 121. n. 1. ex l. Non eſt veroſimile, ff. de eo, quod metus cauſâ: l. Cùm auus, ff. de conditionibus & demonſtr. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. l. Titius, §. Lucius Titius*, & Bartolo *ibi. ff. de liberis, & poſthumis, ex l. Generaliter, §. Cùm autem, C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus: l. Cùm acutiſſimi, C. de fideicommiſſis: l. fin. C. de poſthumis heredibus inſtituendis: cap. Quia veriſimile, de præſumptionibus: cap. Requiſiſti, de teſtamentis.* Ancharano *conſ.* 219. Alexand. *conſ. 24. 46. & 130. lib. 2.* & ex aliis: & nouiſſimè Petrus ab Angelis *in ſpeculo priuilegiorum, diſputat. 1. ſect. 3. num. 5.* in ſequentia prorumpens: Quintò, ſi adhuc poſt dicta mens Pontificis ignoratur, à veroſimili indaganda eſt: *l. Non eſt veroſimile, ff. de eo, quod metus cauſâ: l. Cùm in teſtamento, ff. de rebus dubiis.* Qui enim arguit à veroſimili, arguit à ratione naturali; quia veriſimilitudo eſt germana naturæ. Baldus *conſ. 180. n. 3. vol. 3.* & qui pro ſe habet veroſimile, habet pro ſe cauſam legis. Craueta *conſ. 292. n. 6.* Sed hoc non valet in pœnalibus, vt notant dicti Authores. Hactenus Petrus ab Angelis.

54 Cuius limitatio in vltima clauſula appoſita, nobis non obeſt. Tum quia argumentum à veriſimili optimum eſt in iure, & receptum in qualibet materia. Barboſa *dict. n. 1.* cum Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. tom. 1. lib. 3. tit. 1. num 16.* Menochio *conſ. 120. num. 54. conſ. 296. num. 31. conſ. 306. num. 26. conſ. 374. num. 21. conſ. 434. num. 43. conſ. 607. num. 20.* & *conſ. 624. n. 6.* Fachinæo *conſ. 87. num. 13. vol. 2.* Surdo *de alimentis, tit. 9. q. 12. n. 25.* Pariſio *de confident. q. 29. n. 24.* & *q. 32. n. 31.* Theſauro *qq. Forenſium lib... q. 84. n. 4.* Farinacio *in praxi crimin. p. 4. deciſ. 47. n. 2. in fine*, Anton. Monach. Bononienſ. *deciſ. 10. n. 16.* Cardinali Tuſcho *practicarum concl. tom. 1. lit. A, concl. 494. n. 1.* Nonio *conſ. 55. num. 5.* Cancerio *variar. reſol. part. 1. cap. 1. n. 66.* Valenzuela *conſ. 102. n. 28.* & Melchiore Phœbo Luſitano *conſ. 142. n. 17. tom. 2* Tum quia omnis diſpoſitio interpretatur, provt veriſimile eſt, diſponentem reſponſurum, ſi interrogatus fuiſſet. Barboſa *n. 4.* cum Anton. Gabriel. *communium. lib. 6 tit. de regulis iuris, concl. 10.* Et procedit hæc ampliatio (verba reddo Barboſæ) & valet huiuſmodi argumentum, etiam *in ſtatuto pœnali*, iuxta ea, quæ tradunt Alexander *conſ. 24. Animaduerſis, n. 34. verſ. Inſuper reſpondeo, lib. 2.* vbi Apoſtil. *in verb. Statuiſſent.* Romanus *conſ. 105. Viſo themate col. 2. verſ. Secundò*, vbi loquitur de ſtatuto pœnali contra facientem delictum, vt extendatur ad mandantem, & ratum habentem; quia ſic ſtatuentes veriſimiliter dixiſſent interrogati. Hæc Barboſa. Ergo in ſententia illius, & tot Doctorum ab eo allegatorum, dictum argumentum valet, etiam in pœnalibus. Nec tandem obeſt Petri ab Angelis limitatio; quia argumentum à veroſimili procedit in priuilegio (qui eſt noſter caſus;) vti docet Barboſa *loco citato, num. 5.* poſt Alexandrum *conſ. 110. Adeò grauis, n. 11. verſ. Et confirmari poteſt, lib. 6.* & Card. Tuſchum *dict. concl. 494. n. 19.*

55 Et pro dicto argumento, & pro nobis etiam eſt Emmanuel Roderiquez *qq. Regul. tom 1. q. 20. art. 9.* vbi quæ ſequuntur, fatur. Vnde qui à veriſimili arguit, argumentum à ratione naturali proponit. Veriſimilitudo enim quid connaturale eſt naturæ diſcurſiuæ, vt ait Baldus *conſil. 180. num. 3. volum. 1.* & habetur pro lege, vt dicit Oldradus *conſil. 13.* quos ſequitur Craueta *conſil. 182. numero 6.* Qui ex hoc infert, quod ille, qui habet veriſimilitudinem pro ſe, habet deciſionem legis etiam pro ſe, provt latè tradunt Euerardus *in locis leg. cap. 5* Tiraquellus *in leg. Si vnquam, num. 27.*

56 Secundò ducor, quia generi per ſpeciem derogatur, *cap. 34. de regulis iuris, lib. 6. l. In toto iure, la 91. ff. eodem titul. l. Sanctio, la 41. ff. de pœnis, cap. 1. cap. Paſtoralis, §. quoniam, de reſcriptis.* Barboſa *axiomate 107. num. 1.* cum Fulgoſ. *conſ. 215. in princip.* Augelo *conſ. 355.* Baldo *conſil. 292. numero 3. lib. 2.* Menochio *conſ. 141. num. 26. cum ſeqq.* & *num. 37.* & cum aliis pluribus: & *num 3.* ampliat axioma vt procedat in omni materia, quod ſpecialis diſpoſitio deroget generali, ſi ſunt incompatibiles. Allegat Caſtrenſem *conſ. 476. in princ. lib. 2.* Tuſchum *tom. 4. littera G, concluſ. 36. num 5.* Beroi. *conſ. 57. num. 10. volum. 3. & num. 5.* ampliat vlteriùs, vt procedat, ſiue præcedat, ſiue ſequatur genus. Et addit ex Ioanne Imola *conſil. 140. num. 3. in fine*, quod generalis diſpoſitio ſequens non præiudicat ſpeciali ſpecificæ, etiamſi generalis habeat verba habilia comprehendere ſpecialem: quod nota pro conſtitutione Vrbana reſpectu Paulinæ.

57 Quod ſi quis obiiciat nobis Barboſam *numero 27.* & alios penes ipſum dicentes, per ſpeciale priuilegium non derogari generali: Ergo per Paulinum non derogatur Gregoriano, neque Vrbano.

Reſpondeo cum eodem Barboſa *num. 28. ex cap. Dudum, §. Nos igitur, cap. Quamvis tibi, de præbendis, in 6.* Sylueſtro *verb. Priuilegium, q. 10.* Ruin. *conſil. 98. num. 4. volum. 4.* Menochio *de præſumptionibus, lib. 6. præſumpt. 40. num. 21.* Mario Giurba *conſ. crimin. 65. num. 41.* Moneta *de commutatione vltimarum voluntatum, cap. 8. numero 529.* Suarez *de legibus, libro 8. capite 39. numero 7.* Bonacina *eodem tractatu, diſputatione 1. q. 3. punct. 8. §. 3. n. 17. verſicul. Ex dictis*, per priuilegium ſpeciale generali non derogari in totum, benè tamen in illa ſpeciali parte. Quæ certè doctrina vera ſaltem eſt in ea parte priuilegiorum Gregorij XIII. & Vrbani VIII. quæ reſpicere poſſent diſpoſitionem ſpecialem Pauli V. circa electiones, vti ſpecialiſſimâ notâ dignam.

CONSTITVTIO XVI. & vnica Alexandri VII.

Pro illuſtrandis varijs Summorum Pontificum conſtitutionibus, concedentium Abbatibus vſum Pontificalium, benedictionem Paramentorum Eccleſiaſticorum, ac Sacerdotalium indumentorum, conſecrationem etiam Altarium, Calicum, Campanarum, &c. & Ordinum collationem.

Quia horum nonnulla recenſuimus noſtris Abbatibus conceſſa, & in præſenti opere pro viribus expoſuimus, operæpretium duxi adamuſſim referre decretum Sacræ Congregationis Rituum, à Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro Papa VII. approbatum, & obſeruari mandatum, (vnde nomen Conſtitutionis Sanctitatis ſuæ, illi meritò aſcribo;) quod valde huiuſmodi conceſſionibus aduerſari videtur, & illud, quâ potuero diligentiâ, & ſtudio interpretari curabo, vt minùs, quàm fieri poſſit, eidem decreto, ac conſtitutionibus præfatis, & earum cuilibet detrahatur, vel præiudicium inferatur. Iura enim iuribus concordari debent, vt vitetur iuris correctio.

DECRETVM

Circa vſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum, à Sacra Rituum Congregatione ordinariè habita coram Sanctiſſimo Domino noſtro Alexandro Papa VII. emanatum die xxvij. Septembris M. DC. LIX. Romæ in Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1660.

Exordium. SAcrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos ritus, qui irrepſerunt, abuſibus, ſeduló intenta, poſt Epiſcoporum Cæremoniale euulgatum (quo quidquid ad ipſos in ſacris cæremoniis pertinet, abundè præſcripſit,) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium vſu fruuntur, præſtandum curare neceſſarium exiſtimauit, vt exceſſus aboleantur, vniformiſque inducatur ſacrorum ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo priuilegia ipſi perperam interpretantes, obtendenteſque, parum obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in remet euulgatis, aut ipſa ignorare prætexunt. Quamobrem omnia ſimul, vt vnico conſpiciantur obtutu, cogere, pérque capita digerere conſtituit, quò faciliùs obſeruentur.

Super Altari, in quo ſacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant candelabrum. Cap. 1.

Cathedram, ſeu ſedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſiis ne detineant, ſed ipſis tribus diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificaliter celebrare eſt iis permiſſum, mobili ſede, ſeu cathedra vtantur, quam nihilominus ſimplici ſericio panno coloris feſtiuitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, ſiue baſilico opere exornato. Cap. 2.

Baldachinum adhibere ſupra ſedem poterunt, non pretioſum, aut aureum; ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuperimponitur, materia, & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantum gradus in Presbyterij ſuperficie ſtratos aſcendatur. Cap. 3.

Non abbacum alium, præter paruam menſam, & in córnu Epiſtolæ, parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Nauicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Propè verò menſam eandem parieti hærens Baculus Paſtoralis aptetur. Cap. 4.

Dies verò, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtiui, vel alij, in quibus ipſis Pontificaliter celebrare feſtiuitatis ratio exigat; nempè Patroni loci, Fundatoris Ordinis, tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab huiuſmodi Pontificalium vſu in Officiis, & Miſſis Defunctorum, quocumque die, etiam feſtiuo, & de præcepto. Cap. 5.

Ad Eccleſiam accedentes, licèt Pontificaliter diuina peracturi, iiſdemque abſolutis, ab Altari receſſuri, à ſuis Canonicis, vel Monachis (vt mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant. Cap. 6.

Præter duos ſacrificij Miniſtros, Diaconum nempè Euangelij, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo tantùm Diaconi alij cum Dalmaticis, & vnicus Presbyter cum Pluuiali eis aſſiſtant. Duo inſuper Capellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris inſeruiant. Præterea ſex Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet Pluuialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti, diuinis huiuſmodi intereſſe valeant; qui tamen non in ſedibus, ſeu ſtallis choralibus; ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus, panno viridi laneo coopertis, ſitu congruo accommodatis, Cap. 7.

mox

moxque illinc remouendis, conſideant.

Cap. 8. Mitram pretioſam, niſi illis expreſsè à ſancta Sede indultam, non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantùm coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant: ab iiſque, & aliis Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia extra Eccleſias ſibi ſubiectas, prorſus obtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſigniis prædictis vtantur, vel penes ſe perferri faciant.

Cap. 9. Regulares Rochetum non deferant, niſi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum huiuſmodi competat.

Cap. 10. Inuitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus vti valeant, nec ij, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Eccleſiis vti poſſint priuilegio perpetuis Abbatibus, vel aliàs benedictis indulto.

Cap. 11. Sacras veſtes ex Altari non ſumant, niſi Pontificaliter diuinis vacaturi.

Cap. 12. Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant abſque expreſſo ſanctæ Sedis indulto.

Cap. 13. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione, in Miſſis tantùm Pontificalibus, nec non Veſperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis, licere tantùm ſibi meminerint. Priuatim verò populis, quamvis pleno iure ſubiectis, niſi expreſsè ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti, per Eccleſiam incedentes, benedicere non præſumant.

Cap. 14. Præſente Epiſcopo, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu, etiam Pontificaliter celebrantes à benedictionibus ceſſent.

Cap. 15. Si Epiſcopus aderit, ipſius ſedes in cornu Euangelij, vno ſaltem gradu eminentior Abbatiali, eſt erigenda; hæcque altero gradu humilior, vt dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi, Canonici Cathedralis; propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monaſterij, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum celebrante Epiſcopus faciat, iſque thus thuribulo imponat, Euangeliorum textum oſculetur, & populo ſolemniter (quamvis Abbas ipſe Pontificaliter celebret) benedicat. Epiſcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici; moxque Abbas (niſi celebret) pariter duplici, ac ſubinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ vnico tantùm ductu thurificentur.

Cap. 16. Abſtineant tamen Epiſcopi, vbi conſuetudo contraria non viget, à frequenti huiuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, vt liberiùs Abbates valeant ſuis vti priuilegiis.

Cap. 17. In ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, necnon in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis earundem, etiam pleno ſibi iure ſubiectarum; in benedictionibus ſacræ ſupellectilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemniis ter tantùm in anno, vt præfertur, exceptis) nec in Eccleſiis, Oratoriis, aliiſque locis, tam publicis, quàm priuatis, quantumvis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno iure ſubiectis, Mitram, Baculum, & quævis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione adhibeant.

Cap. 18. Eccleſiaſticam ſuppellectilem pro ſeruitio dumtaxat ſuarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum benedicant.

Cap. 19. Reliqua Pontificalia extra loca ipſis Abbatibus ſubiecta, vel pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, putà Campanarum benedictiones, Calicum, & ſimilium, in quibus ſacra adhibetur vnctio; nec non Minorum Ordinum collationes.

Cap. 20. Concionatoribus, qui eorum ſubditis verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant, ſed Epiſcopis, quibus ius huiuſmodi priuatiuè competit, omninò dimittant.

Cap. 21. In Miſſis priuatis, quoad indumenta, Cæremonias, Miniſtros, Altaris ornamentum, & benedictionis largitionem, à ſimplici Sacerdote non diſcrepent: ac proinde ſacras veſtes induant in Sacriſtia, neque vtantur Cruce Pectorali: vnico ſint contenti Miniſtro; aquam cum pelui, & vrceolo argenteis ſibi miniſtrari non ſinant, duaſque tantùm candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem Sanctiſſimo relatis, & in Congregatione ſacrorum Rituum ordinaria, habita coram Sanctitate ſua per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Brancaccium, accuratè perlectis, & maturè diſcuſſis, Sanctitas ſua ea approbauit, & pro omnimoda eorundem obſeruatione mandauit typis imprimi,

primi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapſo termino ſex menſium à die publicationis earundem, omnes, & ſingulos vſu Pontificalium gaudentes, tum Sæculares, tum Regulares, quantumvis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes afficiant, & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exibita, vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeu notificata fuiſſent. Induſitque præterea locorum Ordinariis, vt authoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, immò debeant præfatos etiam per cenſuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint territorium, iuraque Epiſcopalia, nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant, eo caſu à Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis, in quorum Prouinciis, vel ab Epiſcopis Romano tantùm Pontifici ſubiectis, infra, vel propè quorum Diœceſis limites eorum Eccleſiæ, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam à Sede delegatis ad huiuſmodi Decretorum obſeruationem, prædicti omnino cogantur. Die 27. Septembris 1659.

I. Episcopvs Sabinens.
Card. Sacchetvs.

Loco † ſigilli.

Franc. Maria Phoebevs,
S.Rit.Congreg.Secret.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Iesv-Christi *1660. indictione 13. die verò 3. Februarij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Alexandri, Diuina Prouidentia Papæ VII. anno eius quinto, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Andream Caſtruccium, Apoſtol. Curſor.*

Lavrentivs Barbignionvs,
Curſorum Magiſter.

Hactenus Sacra Rituum Congregatio, in præfato ſuo Decreto. Pro cuius intelligentia, ſaluâ ſemper, & in omnibus eiuſdem S.Congregationis, ac doctiorum cenſurâ, nonnulla ſcitu digna operæpretium adnotare duxi; quæ omnia, vt meliùs ab vnoquoque legentium percipiantur, libuit per diſtinctos paragraphos reddere.

§. I.

Circa epigraphe Decreti Alexandri VII.

BREVIARIVM.

Abbas.

Non eſt Epiſcopo inferior, ſed in eadem dignitatis linea eſt. n.1.& ſeqq.

Eſt in primo dignitatis gradu. n.2.

Poſt adeptam poſſeſſionem Abbatiæ, reſignare non poteſt beneficia, quæ antea poſſidebat, quia ſtatim vacant adepta Abbatia poſſeſſione. numero 2.

Abbatia eſt de maioribus Eccleſiæ dignitatibus, & ſpeciali notâ digna. n.2.& 3.

Epiſcopatui æquiparatur Abbatia. ibid.

Abbas, qui non ſit dignitas in Eccleſia Cathedrali, non comprehenditur in Decreto Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.20. n.4. & 8.

Abbas S. Ioannis Burgenſis iuriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem. n.5.6.& 7.

Abbatum, & Epiſcoporum inſignia, & ritus eorum pro Miſſarum celebratione recenſentur. numero 11.

Eadem Abbatibus, ac Epiſcopis Apoſtolicis diſpoſitionibus contrauenientibus, ſæpè infligitur pœna, diſtincta à reliquis inflicta inferioribus. numero 12.

Dignitas Abbatialis, intra eandem lineam, & ſpeciem dignitatis, recognoſcit præminere Epiſcopalem. num.13.

Æquiparata.

In æquiparatis, in vno diſpoſitum, in altero diſpoſitum cenſetur. n.12.

Æquiparatorum idem eſt iudicium, & regulariter fit de vno, ad aliud extenſio. ibid.

Ab æquiparatis valet argumentum. ibid.

Alienare.

Epiſcopi, & Abbates bona alienantes Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum piorum contra extrauagantem Ambitioſæ, *ſubiacent interdicto ingreſſus Eccleſiæ, & poſt ſex menſes, à regimine ſpirituali, & temporali ſuſpenduntur; inferiores autem priuantur.* num. 10.

Axioma.

Vide verbo Æquiparata.

Dictio.

Dictio, vel, *licèt ponatur inter diuerſa, ponitur inter eadem importantia, ſeu parum diſtantia.* num.1.

Ponitur inter ſimilia. ibid.

Dictio, Autem, *eſt diuerſificatiua, & aduerſatiua, & denotat diuerſitatem inter antecedentia, & ſubſequentia.* ibid.

Præeminentia.

In eo, quod quis priùs alio nominetur, aut ſcribatur, illius cognoſcitur præeminentia. n.13.

IN primis occurrit adnotandum circa 1
inſcriptionem, titulum, & epigraphe dicti decreti, non videri procedere, nec locum habere reſpectu Abbatum, niſi in iis, quæ de ipſis expreſsè decernit. Ratio eſt, quia loquitur cum Prælatis Epiſcopo inferioribus. Abbates autem

Prælati

Prælati Epiſcopo inferiores non ſunt. Ergo Abbatum reſpectu videtur non procedere decretum in iis, quæ de ipſis non decernuntur. Maior ex inſcriptione patet. Minor autem probatur, Primò auctoritate Ioannis Baptiſtæ Lezanæ *in ſumma quæſt. Regular. tom. 2. part. 3. verbo Autas, num. 11.* ibi: Eſto autem Epiſcopi, Abbates, & alij Prælati, etiam Epiſcopo inferiores. Vbi dictionem, *etiam*, appoſuit, non inter Epiſcopos, & Abbates, inter quos nullam interpoſuit litteram, æqualitatem circa illorum dignitates recognoſcens; ſed poſt Abbates. Et *verbo Alienatio, num 2* dicit: Deinde Epiſcopi, vel Abbates, tales alienationes facientes, incidunt in cenſuram, &c. *Et num. 22.* ſic inquit: Tertiò, alij Prælati inferiores prædictas alienationes facientes, &c. In quibus manifeſtè demonſtrat, Abbates eſſe in eadem linea dignitatis, in qua Epiſcopi ſunt. Illi conſonat Eligius Baſſæus *tom. 1. verbo Alienatio, num. 10.* dicens: Epiſcopi, vel Abbates alienantes bona Eccleſiæ.... incurrunt interdictum, &c. inferiores autem Epiſcopis, vel Abbatibus, priuantur, &c. In quibus apertè conſtat ponere in eadem linea Epiſcopos, & Abbates; reliquos verò in infeferiori. Dictio enim, *vel*, licèt ponatur inter diuerſa, ponitur tamen inter idem importantia, ſeu parum diſtantia. Auguſt. Barboſa *tractatu de Dictionibus, dictione 415. n. 1.* cum Gratiano *conſil. 43. num. 17. conſ. 104. num. 8.* & *conſil. 111. num. 3. volum. 1.* Romano *conſilio 83. num. 2.* Chaſſaneo *in conſuetud. Burgundiæ, rubrica 4. §. 23. in verſ. Ou promis, num. 1. pag. 781.* & *conſil. 39. num. 101.* Mandoſio *in regul. 1. Cancellariæ, quæſt. 10. num. 18.* (vbi ſubdit iſtam dictionem quandoque poni inter ſimilia, & inter eadem importantia:) & cum Rota apud Paulum de Rubeis *deciſ. 219. num. 25. tomo 3. diuerſorum.* Et dictio *autem*, eſt diuerſificatiua, & aduerſatiua, & denotat diuerſitatem inter antecedentia, & ſubſequentia, vti idem probat Barboſa *eodem tract. dict. 47. n. 1. & 7.*

2 Probatur etiam authoritate Aſcanij Tamburini *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 1. quæſito 2. num. 7.* ſic loquente: Et quod Abbas dicatur conſtitutus in primo gradu dignitatis, nec ſit de dignitatibus Epiſcopo inferioribus, Lapus *allegat. 84. num. 11.* Francus *in cap. 2. n. 5. de præbendis in 6.* & ibi Prob. *ad Monach. num. 48.* Sarnenſ. *in regulam de Annali, quæſt. 11. num. 4.* Rota *in Burgenſi iuriſdictionis, coram Orano*, quæ eſt deciſio 100. poſt primum volumen conſiliorum Farinacij, *n. 2. & 4.* & in fine operis, eſt deciſio 41. *num. 2.* Hæc ibi Tamburinus, qui *diſp. 13. n. 18.* aſſerit cum Hojeda *de incompatibilit. benefic. p. 1. c. 5. num. 6.* & aliis, non poſſe ad Abbatiam promotum, beneficia, quæ antea habebat, in alterius fauorem renunciare. Quia vacant ipſo iure ſtatim poſt adeptam poſſeſſionem pacificam Abbatiæ. Et eorum (addit) ratio eſt, quia Abbatia, & Epiſcopatus æquiparantur, vt ex pluribus iuribus allegatis per Hojedam *d. p. 1. c. 6. num. 5.* nam Abbatiæ ſunt de maioribus dignitatibus, & ſpeciali notâ dignæ. Hactenus ibi, qui rurſus *diſp. 21. quæſito 2. num. 3.* ait: Sed cùm Abbas circa vſum Pontificalium procedat à pari cum Epiſcopis, &c. Illum ſequor *tom. 2. diſp. 6. dub. 25. num. 22.* Et quod Abbatia, & Epiſcopatus æquiparentur, docet Barboſa *in repertorio locorum communium, verbo Abbas*, cum Flam. Pariſ. *de reſign. lib. 8. q. 11. n. 28* & *q. 15. n. 6.*

3 Tamburinum, & alios recenſet, & ſequitur Doctores, & pro nobis eſt præfatus Barboſa *tract. de Appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione, appellat. 3.* in ſequentia prorumpens: Abbatiæ, ſeu Monaſterij appellatione non venit Prioratus, vt fuit tentum in Rota, teſte Caputaquenſ. *deciſ. 225 part. 2.* quem refert Flaminius Pariſius *de reſignatione lib. 2. quæſt. 1. n. 67.* Ratio eſt, quia Abbatia eſt de maioribus dignitatibus, quæ ſunt in Eccleſia, & ob id ſpeciali notâ digna. Lapus *allegat. 84. n. 11.* Ludouicus Gomez, Epiſcopus Sarnenſ. *de infirmis reſignantibus, quæſt. 8* & *ac valor quæſt. 3.* æquiparatur enim Epiſcopatibus, ex Rebuffo *ſuper concordant. tit. 7. de mandat. Apoſtol § Statuimus, verbo Monaſteria.* Mandoſius *in regul. de benefic. vacant. per promotionem, quæſt. 3. num. 8.* Menoch. *conſil. 52. num. 133.* Flaminius Pariſius *dicta quæſt. 1. num. 66.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, cæterorumque Prælatorum, tam Regularium, quàm Sæcularium, Epiſcopis inferiorum, tom. 1. diſp. 13. quæſ. 1. num. 18.* Hucvſque Barboſa. Lælius Zecchius *in Republica Eccleſiaſtica, cap 25 num. 1* ait: *Abbatia eſt de maioribus dignitatibus, vnde ſpeciali eſt notâ digna, nec venit ſimplici appellatione dignitatum. Lapus allegat. 84. n. 12. & æquiparatur Epiſcopatibus. Mandoſius in regulam de beneficiis vacantibus per promotionem, quæſt. 3. num. 8.*

Probatur etiam minor propoſitio noſtra ex Sacra Rota *in Burgenſi iuriſdictionis, Veneris 16 Decembris, 1594. coram Orano*, apud Tamburinum *tom. 3. la 41.* vbi poſtquam dixerat, Abbatem proprium habentem territorium, & iura Epiſcopalia, qui non ſit dignitas in Eccleſia Cathedrali, non comprehendi in decreto Concilij Tridentini, *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformatione, quod loquitur* (ait) *de Decanis, Archidiaconis, & aliis Prælatis ſæcularibus*, immediatè *n 2* addit: *Neque enim poteſt dari inter eos* (Abbatem ſcilicet, & Decanos, Archidiaconos, &c.) *aliqua ſimilitudo. Non quidem reſpectu dignitatis, cùm Abbas non dicatur eſſe de inferioribus, vt eſt textus in cap. Si quis deinceps, 16. quæſt. 7. Lapus allegat. 84. num. 11. Franc. in cap. 2. ſub num. 5. de præbendis, lib. 6. & ibi Prob. ad Monachum, n. 48. Sarnenſ. ad regulam de annali quæſt. 11. num. 4.* Hæc S. Rota Verba Gregorij VIII. in Conc. Generali, ex quo deſumptum eſt dictum caput *Si quis deinceps*, quæ ſequuntur, ſunt: *Si quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel Abbates habeatur.... Similiter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus.*

Nec valet dicere, dictum Rotæ ſolùm procedere reſpectu Abbatum iura habentium Epiſcopalia, & proprium territorium, qualis eſt Abbas Sancti Ioannis extra muros Ciuitatis Burgenſis, de quo in illa agebatur cauſa, & deciſione; non autem procedere reſpectu aliorum Abbatum, territorium extra Monaſteria non habentium, in quo iura exerceant Epiſcopalia in Parochos, & Parochianos. Vnde licèt Abbates huiuſmodi iura, & territorium habentes, non ſint de Prælatis Epiſcopo inferioribus; erunt tamen illa non habentes. 5

Non, inquam, valet; quia S. Rota ſatis clarè, & bene diſtinguit in præfato Abbate Burgenſi Ordinis, & Congregationis noſtræ, dignitatem Abbatialem, in qua abſque aliqua omnino differentia cum omni alio eiuſdem Congregationis conuenit Abbate, magni, parui, aut mediocris Cœnobij Præſule; à iuriſdictione, & poteſtate, quâ pollet ordinaria in Parochos, & Parochianos, in qua cum non paucis ex noſtris 6

conuenit Abbatibus, & ab aliis diſconuenire non ignoro. Dignitatem quidem *in num.* 2. dictæ deciſionis, modò recenſito; poteſtatem autem, & iuriſdictionem Epiſcopalem, *in num.* 3. mox ad vnguem exſcribendo. Et in vtraque conſideratione decidit, Abbatem non eſſe Epiſcopo, ſeù Archiepiſcopo inferiorem Prælatum. Quoad dignitatem certè, euidenter patet ex *num.*2. iam reddito; quoad iuriſdictionem verò, non minori demonſtrat certitudine in dicto *n.* 3. Talis ille eſt.

7 Nec enim reſpectu facultatis (dari ſcilicet poteſt inter Abbatem, Decanum, Archidiaconum, & alium Prælatum ſæcularem aliqua ſimilitudo;) quia Abbas in locis pleno iure ſibi ſubiectis habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, *cap. In ſingulis, de ſtatu Monachorum, cap. Abbates, ante finem, de priuileg. lib.* 6. Gloſſa *in Clement.* 1. *verbo Propriis, de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Antonius de Butrio *cap. Cùm & plantare, §. in Eccleſiis, de priuilegiis* Aretinus *conſil.* 63. *num.* 4. Decius *in cap. Cùm te,* 1. *not. verſic. Et concludo, de reſcriptis* Locaque ſibi ſubiecta, dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum. Geminianus *in cap. Cùm Epiſcopus, num.* 4. *eod. lib.* 6. & *in cap.* 2. *num.* 19. *de conſtitutionibus, eodem libro* Hæc Rota ibi, ex qua ſatis eliditur obiectio nobis facta.

8 Et non ſolùm pro nobis eſt S. Rota in dicta deciſione, ſed etiam in alia eiuſdem cauſæ coram eodem Orano, 6. Nouembris, de anno 1596. *la* 53 apud eundem Aſcanium Tamburinum, ſub *nume* o 5. ibi: Verùm, quia emanauerat declaratio S. Congregationis Concilij, in qua dictum fuit, indifferenter Abbates Regulares habentes, vel non habentes territorium, *dicto §. Ad hæc, capite* 20 *ſeſſ.* 24. non comprehendi, viſum fuit Dominis expediens, veritatem illius examinare, in cuius diſcuſſione, licèt non leuis inter Dominos ſuborta fuerit controuerſia; tamen tres ipſorum, vti veram, & iuri conſonam ſuſtinuerunt, reliquis quidem duobus contradicentibus. Illorum potiſſimæ fuerunt rationes, quòd cùm in Decreto Concilij exprimantur Decanus, Archidiaconus; & poſtea ſubiiciatur, *aut aliorum inferiorum iudicio*, hoc intelligendum non ſit de aliis dignitatibus Regularibus non ſubordinatis Epiſcopo: quia non eadem ratione ſunt inferiores Epiſcopo, ſicut Decanus, & Archidiaconus, cùm habeant primam dignitatem poſt Pontificalem, & dicantur in primo gradu dignitatis conſtitui, *cap. Deinceps,* 16. *quæſt.* 7.

Nec etiam ratione facultatis dignitatis, aut Ordinis poſſunt dici de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo. Lapus *allegat.* 84. *n.* 11. Baldus *in cap. Paſtoralis,* in gloſſa, *in verbo Superiores,* & ibi Felinus *col.* 4. *de officio delegati* Francus *in cap.* 2. *num.* 5. *de præbendis, lib.* 6 Hæc Rota *dicto num.* 5. quæ *num.* 10. repetit, Abbatem nullam habere ſimilitudinem cum Decano, & Archidiacono; ſed abſque dubio (addit) illis eſt maior.

9 Deinde probatur minor propoſitio noſtra *ex canone Si quis, el* 12. 16. *quæſt.* 7. vbi ſic Gregorius Papa VIII. in Concilio Generali decreuit: *Si quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel Abbates habeatur: nec vlla ei, vt Epiſcopo, ſeu Abbati, audientia concedatur.* Hæc in canone illo, ex quo probat Rota in recenſita deciſione de anno 1594. Abbatem non eſſe de dignitatibus Epiſcopo inferioribus.

10 Confirmatur ex ſimili modo loquendi Pauli Papæ II. in extrauagante *Ambitioſæ cupiditatis, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* ibi: *Alienantibus bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut extra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus Eccleſiæ, vt penitus interdictus; & ſi per ſex menſes immediatè ſequentes, ſub interdicto huiuſmodi animo, quod abſit, perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem, à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterij, cui præſidet, in ſpiritualibus, & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò Prælati, Commendatarij, & alij Eccleſiarum Rectores, beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, præpoſituris, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, Canonicatibus, præbendis, aliiſque Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine, ſæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt dumtaxat, ipſo facto priuati exiſtant.*

Fulcitur denique ex rubricis, & ritibus Miſſalis Monaſtici, authoritate editi Pauli Papæ V. 11
pro omnibus ſub Regula Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti Patris noſtri militantibus. In rubrica 19. *num.* 2. ſic habetur: *Si autem ſit Epiſcopus, ſiue Abbas habens vſum Mitræ, & Baculi, ac cæterorum Pontificalium, & ſolemniter celebret, ſuper Dalmatica, & Tunicella* (adde ex *numero* 1.) *vtitur Planeta.* In ritu verò primo, *num.* 4. præſcribitur: *Si celebrans ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ſupra, non ducit Stolam ante pectus in modum Crucis, ſed ſinit hinc inde vtraſque extremitates pendere: & antequam accipiat Stolam, accipit paruam Crucem pectoralem, quam oſculatur, & collo impoſitam, ſinit ante pectus cordulis pendere. Manipulum quoque non accipit ante Stolam, niſi in Miſſis Defunctorum, ſed accipit ad Altare, cùm in Confeſſione dicit, Indulgentiam, & illum priùs oſculatur.* Et numero quinto ſequenti: *Si ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ſuprà, habens vſum Pontificalium, & ſolemniter celebret, accipit paramenta, & alia, vt in Pontificali.* In ritu ſecundo, *numero* 6. ita diſponitur: *In Miſſa Pontificali omnia ſeruentur vt in Pontificali, & Cæremoniali Romano ordinatur; cuius Pontificalis ordinem Epiſcopus, ſiue Abbas, vt ſuprà, nunquam prætermittat, quandocumque cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.* In ritu quinto, de Oratione, *numero* 1. ſic lego: *Dicto hymno Gloria in excelſis.... dicit voce prædicta, Dominus vobiſcum: vel ſi ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ſuprà, Pax vobis* In ritu denique 12. de Benedictione in fine Miſſæ, *num.* 8. provt ſequitur, decretum inuenio: *Epiſcopus autem, & Abbas habens facultatem dandi ſolemnem benedictionem ex indulto S. Sedis Apoſtolicæ, ter benedicit populo, etiam in Miſſis priuatis, vt in Pontificali, & Cæremoniali habetur,* Hæc omnia ad amuſſim, provt recenſita ſunt, in Miſſali præſcribuntur Monaſtico, Pauli Papæ V. auctoritate recognito, operâ Eminentiſſimi Cardinalis Roberti Bellarmini, cuius etiam operâ recognitum fuerat Miſſale Romanũ Pij Papæ V. iuſſu Clementis VIII.

Ex quibus quidem doctrinis, iuribus, & Miſ- 12
ſalis rubricis, ac ritibus, ſatis bene probatur, Abbates non eſſe de Prælatis Epiſcopo inferioribus, ſed eiuſdem lineæ dignitatis. Et quod parum diſtet dignitas Abbatialis à dignitate Epiſcopali, non ſolùm ex ſupradictis, & allegatis patet, ſed etiam ex eo, quod eadem ſæpe pœna Epiſcopis, ac Abbatibus Apoſtolicas conſtitutiones violantibus infligatur,

omnino

omnino diſtincta, & mitior (ob reuerentiam, dubio procul , dignitatum eorumdem) ab inflicta omnibus aliis Prælatis, & perſonis inferioribus, pro ſimili, ſeu eadem illarum contrauentione conſtitutionum. Et optimo certè iure, quia in æquiparatis, quales Epiſcopi ſunt, & Abbates, vti ex iam dictis conoicitur, in vno diſpoſitum, in altero etiam diſpoſitum eſſe cenſetur. Auguſt. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiomate* 14. *numero* 1. *& axiom.* 73. *num.* 25. *ex l.* 1. *ff. de legatis* 1. Gloſſa *in l. ſi quis ſeruo, Cod. de furtis*, & *in cap. Si poſtquam*, §. *fin. de electione, in* 6. Ioanne de Anania *conſil.* 27. *Viſo caſu, num.* 3. Alexandro *conſil.* 17. *Viſis, num.* 3. *lib.* 3. Romano *conſil.* 129. *Licèt magna*, & ex Reinojo *in obſeruationibus practicis, obſeruat.* 44. *num.* 3. & *obſeruat* 70. *num.* 51. & *num.* 2. *eiuſdem axiomatis*, ait ipſe Barboſa: Æquiparatorum, quia idem eſt iudicium, ideo fit extenſio regulariter de vno æquiparato ad aliud, vt per Bart. & alios *in l.* 1. *de legatis* 1. Curtium Iuniorem *conſil.* 124. *num.* 7. Gabrielem *conſil.* 21. *num.* 37. *& ſequentibus, lib.* 1. Cephalum *conſil.* 257. *num.* 17. *& ſeq.* Euerardum *in loco à ratione legis, numero* 52. & *in loco à ſimili, n.* 7. *verſ. Et generaliter.* Rolandum *conſil.* 27. *n.* 2. *&* 13. *lib.* 1. Oſaſch. Pedem. *deciſ.* 67. *n.* 9. *verſic. Pro hac opinione*, Villagut. *in tract. de extenſion. legum, rubrica de extenſione legum correct. & pœnalium ſimul, n.* 64. Octan. Glorit. *reſp.* 6. *num.* 58. Nouiſſimè Didacus de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requiſita, annotat.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 4. Hæc ibi Barboſa, qui *in tract. locorum communium argumentorum iuris, loco* 6. ait: Ab æquiparatis valet argumentum, *l. Stichus, ff. de manumiſſis teſtamento*, Cephalus *conſil.* 66. *num.* 6. & *conſil.* 136. *num.* 6. Socinus Iunior *conſil.* 71. *n.* 2. & *conſil.* 122. *n.* 18. *vol.* 3. Franc. Becc. *conſil.* 8. *num.* 9. *vol.* 1. Franc. Viuian. *deciſ.* 255. *num.* 19. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 32. *n.* 77. Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, lib.* 2. *quæſt.* 61. *n.* 11. *&* 12. & *lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 8. Surdus *de alimentis, conſ.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 9. & *conſil.* 393. *num.* 36. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 46. *n.* 24. Steph. Grat. *diſceptation. forenſ. cap.* 298. *n.* 70. Narbona *lib.* 20. *gloſſa* 22. *n.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.* Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſula* 4. *gloſſa* 7. *part.* 2. *n.* 61.

13 Per ea tamen, quæ dixi, non intendo omnino adæquare dignitatem Abbatialem Epiſcopali dignitati. Certum eſt enim, iſtam intra eamdem lineam, ſeu ſpeciem dignitatis, in eminentiori exiſtere gradu, provt demonſtrant, non ſolum præinſerti decreti capitula, ſed etiam varia iura, & Sedis Apoſtolicæ diplomata, & S. Rota *in deciſione, num.* 8. recenſita, ibi: *Cùm habeam primam dignitatem poſt Epiſcopalem.* Nequeunt enim regulariter Abbates, præſentibus Epiſcopis, vel aliis maioribus Eccleſiæ Prælatis, benedictionem elargiri ſolemnem, vti bene docent Tamburinus, Gauantus, & alij, quos *ad cap.* 14. referam, vbi plura cumulabo priuilegia Pontificum, cum hac limitatione facultatem ſolemniter benedicendi Abbatibus concedentium. Et in hoc quidem præeminentia Epiſcopi commendatur; ſicut in hoc, quod priùs nominetur, & ſcribatur, quàm Abbas. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 25. *quæſ.* 2. *n.* 22. & *quæſ.* 3. *n.* 2. ex gloſſa *in canone Bene quidem, verbo Mediolan.* 96. *diſt.* & *in cap. Quorumdam, de electione, in* 6. Tiraquello *de iure primog. quæſt.* 19. *n.* 2. & aliis. Aug. Barboſa *tract. locorum communium argumentorum iuris, loco* 80. *Ab ordine, ex cap. Veritatis, de dolo, & contumacia*, & Doctoribus ibi, *ex cap. Cùm dilectus, de fide inſtrumentorum.* **Et allegat quamplures Authores, provt de more facit.**

De priuilegiorum ſubſiſtentia, poſt decreti S. Congregationis publicationem.

§. II.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbates poſſunt in terris Monaſteriorum ſuorum Eccleſias conſtruere, Cruce ſignare, & alia Pontificalia exercere, quibuſdam exceptis. n. 18.

In Miſſarum ſolemniis vti poſſunt Mitra, Annulo, Sandaliis, Tunica, Dalmatica, & benedictionem ſolemnem ſuper populum impartiri, & Ordines minores ſuis Monachis conferre. n. 19.

Alexander VII.

Decretum Alexandri circa Pontificalia editum, non derogat priuilegiis circa eadem Abbatibus conceſſis. num. 14. & 16.

Pontificalia.

Vide verbo Abbas, *& verbo* Alexander VII.

Priuilegia.

Noſtra Congregatio priuilegiis Caſſinenſi conceſſis gaudet. n. 14.

An non derogetur priuilegiis vtriuſque Congregationis, niſi ſeruatà formà ab Eugenio IV præſcriptà. numero 15. & 16. *Et à Paulo III.* n. 23. *dicto Paulo fuerunt confirmata, & de nouo conceſſa.* n. 21. & 22.

Quotannis confirmantur ex contractu onereſo ſolutionis annui cenſus. n. 16.

Priuilegia vnius Monaſterij toti communicantur Congregationi. n. 20.

SEcundum, quod venit adnotandum in hoc decreto eſt, illud non derogare priuilegiis à Sede Apoſtolica Abbatibus, & Prælatis inferioribus conceſſis. Nullum enim verbum in eo lego de priuilegiorum reuocatione vllam faciens mentionem, præter hoc, quod Abbates non benedicti priuilegio benedictis conceſſo vti non poſſint. Quod tamen pro reuocatione non ſufficit priuilegiorum, maximè Congregationi S. Iuſtinæ, ſeu Caſſinenſi conceſſorum, quibus noſtra Hiſpana Congregatio gaudet per communicationem illi factam per Iulium Papam II. 18. Kalend. Iulij 1505. anno eius ſecundo; & per Leonem X. 6. Nonas Octobris, anno eius 9. qui morte præuentus, litteras ſuę conceſſionis expedire nequiuit; illas tamen eius ſucceſſor Clemens VII. confecit die 26. Nouembris, 1523. anno eius primo. Inter alia igitur priuilegia, circa præſentem materiam Caſſinenſibus conceſſa, vnum eſt Eugenij Papæ IV. quod præfatus innouauit Leo X. 4. Nonas Aprilis, 1519. & quidem illud fuit ab Eugenio IV. ſemel conceſſum in conſtitutione *Ex iniuncto debito*, 7. Kalendas Martij 1434. & iterum pridie Kalendas Iulij, 1436. in conſtitutione, *Regularem vitam*, & vtrobique ſub tenore ſequenti. 14

Auctoritate præſentium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod quæcumque littera Apoſtolica, etiam proprio motu confecta, aut in futurum conficienda, etiamſi in eiſdem clauſula, Priuilegiis, & indultis dictæ Congregationi conceſſis non obſtantibus, & de quibus expreſſa mentio fieri debeat, expreſsè contineatur, quæ obuient, & contrafaciant huic præſenti priuilegio, aut cuilibet eius 15

Nota, quod circa n. 13 aduertitur.

particula, niſi appareat euidentiſſimè, & apertiſſimè, quod Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit, huic indulto, vel alicui eius parti vellet per litteras Apoſtolicas derogare, facientes ſpecialem mentionem de verbo ad verbum, & ex certa ſcientia de huiuſmodi priuilegio, ac ipſa Congregatione, diuerſis nominibus eam nominando, per hæc prætenſa vocabula, Congregationem Vnitatis, aliàs de Obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ nuncupatam; cauſaſque legitimas allegauerit, cur hic obuiare intendat decretis, vt nullius ſint roboris, vel momenti. Hæc in duplici Eugeniana præfata, cuius meminit Zachar. Paſqualigos *de ſacrificio nouæ legis, tom. 1. q. 803. num. 13.* vbi loquens de declarationibus S. Congregationis, prohibentibus Abbatibus benedictionem, in quibus vnctio requiritur, & benedictionem pro aliis Eccleſiis, ſic ait:

16 Rurſus ſupradicta priuilegia non poſſunt eſſe reuocata per dictas declarationes; quia Caſſinenſes, & communicantes in priuilegiis, habent ſpeciale priuilegium Eugenij IV. vt in conſtitut. 61. Bullarij Caſſinenſis, per quam conceditur, quod non poſſint eius priuilegia reuocari, niſi adhibeatur ſpecialis forma in eadem conſtitutione præſcripta, quæ nec fuit adhibita, nec dictæ formæ adhibendæ derogatum. Rurſus Monachi Caſſinenſes ſoluunt Cameræ Apoſtolicæ annuum cenſum pro manutentione ſuorum priuilegiorum, vt conſtat ex inſtrumento allato in Bullario Caſſinenſi, poſt conſtitutionem 58. atque adeò tanquam quotannis confirmata ex contractu oneroſo, manent in ſuo vigore, & conſequenter etiam pro aliis Religionibus participantibus. Hactenus P. Paſqual.

17 Aliud conceſſit Caſſinenſibus eiſdem Paulus III. priuilegium, die 5. Nouembris 1537. quod habetur in Bullario Magno Angeli Cherubini, *tom. 1. el 15. in ordine, pag. mihi 521.* incipit, *Benignitas Sedis Apoſtolicæ*, cuius meminit Diana *parte 12. tract. de collocatione, &c. verſic. Innouatio, pag. 182.* in quo poſtquam §. 1. mentionem fecerat in genere priuilegiorum eidem Congregationi conceſſorum per Vrbanum II. Eugenium IV. Alexandrum V. Martinum V. Nicolaum V. Calliſtum III. Pium II. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. ac alios Summos Pontifices, per Imperatores, Reges, & alios ſæculares Principes, aliqua illorum in ſequentibus in ſpecie recenſet, quorum aliqua, quia ad præſentem attinent circa vſum Pontificalium materiam, libuit ad amuſſim recenſere: & vltimò, poſt illorum confirmationem, innouationem, ac nouam conceſſionem, addam Paulinum decretum, in quo præſcribitur forma omninò ſeruanda in reuocatione, non ſolùm illius priuilegij, ſed cuiuſvis alterius eidem Congregationi, aut cuilibet Monaſterio particulari conceſſi. In quo certè Paulus III. maiori vſus eſt erga Caſſinenſes liberalitate, quàm vſus fuerat Eugenius IV. ſiquidem formam ab ipſo præſcriptam ad illa ſua arctauit priuilegia, ibi: *Et contrafaciant huic præſenti priuilegio, aut cuilibet eius particulæ.* Paulus autem ſuam ad omnia extendit priuilegia, vti videbimus.

18 §. 2. Et inter alia Vrbanus, *tunc & pro tempore exiſtenti Abbati, ac dilectis filiis Conuentus Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis, Caſinenſis Ordinis, & Congregationis eorumdem, vt tunc pro tempore exiſtens Abbas per terras ſui Monaſterij, habitas, & habendas, Eccleſias conſtruere, & eum Cruce ſignare, ac alia Pontificalia, & ſpiritualia (ſacrorum Ordinum collatione. Baſilicarum, & Altarium, ac Chriſmatis conſecratione duntaxat exceptis) exercere poſſet.*

§. 5. Necnon Eugenius Abbati *pro tempore exiſtenti Monaſterij Sancti Pauli extra muros Vrbis, eorumdem Ordinis, & Congregationis, vt cum Mitra, & Annulo, Sandaliis, Tunica, Dalmatica Miſſarum ſolemnia celebrare, & adſtanti Clero, & Populo benedicere.... Ipſeque Abbas, dummodo Presbyter eſſet, Minores Ordines huiuſmodi Monachis ſuis, ex Apoſtolica indulgentia, cùm neceſſe foret, exhibere poſſet. Necnon eidem Abbati, etiam indumenta, quæ ad vſum Altaris, & in eodem Monaſterio forent neceſſaria, benedicendi facultatem conceſſit.* 19

Et §. 8. Hanc Alexandri VI. conceſſionem recenſet, videlicet: *Necnon cuiuſvis Monaſterij particularis ipſius Congregationis priuilegia, toti Congregationi prædictæ, & illius particularibus Monaſteriis communia eſſe, & ad illa extenſa, ac extendi debere decreuit, prout etiam extendit.* Similem conceſſionem fecerat eidem Congregationi Eugenius IV. in conſtitutionibus, de quibus ſuprà, & noſtræ etiam Hiſpanæ Valliſoletanæ, per ſimplicem ſignaturam, vti apparet ex priuilegio 46. Bullarij eiuſdem Congregationis, *pag. 99. num. 14.* 20

§. 10. *Nos igitur attendentes vberes fructus, quos dictæ Congregationis Monachi, qui tanquam mortui mundo, ſoli Chriſto, qui eſt vita, viuentes, pro vniuerſali Eccleſia ad Deum preces in Militanti Eccleſia in dies producunt.... omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, gratias, conceſſiones, indulgentias, indulta ſpiritualia, & temporalia, Congregationi, & illius Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Nouitiis, Conuerſis, perſonis, Capellanis familiaribus, ſeruitoribus, & locis etiam vnitis, necnon Eccleſiis, Capellis, membris, & bonis pro tempore exiſtentibus, in genere, & in ſpecie, tam per prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem prædictam, quàm per Imperatores, Reges, & Principes, etiam particularibus Monaſteriis, etiam ampliatiuè, vel extenſiuè, aut aliàs ſub quacumque forma, & verborum expreſſione communiter, vel diuiſim conceſſa, & approbata, ac cum omnibus, & ſingulis decretis, & clauſulis in eis contentis deſuper confectas litteras, & in eis contenta, & inde ſecuta quæcumque, quorum omnium tenores, formas, datas, & effectus, ac decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, ex certa noſtra ſcientia. authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ roboris firmitate ſubſiſtere, & firmiter obſeruari, necnon Congregationi huiuſmodi, & illius perſonis ſuffragari debere decreuimus. Supplentes omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan in Imperatorum, Regum, & Principum conceſſionibus huiuſmodi interuenerint.* 21

§. 11. *Et nihilominus pro potiori cautela, ea omnia, & ſingula, prout per prædictos prædeceſſores, ac Imperatores, Reges, & Principes, etiam vt præfertur, conceſſa fuerunt, de nouo, in omnibus, & per omnia, ita quod Congregatio, ac Præſidentes, Definitores, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachi, & alij ſupradicti, ac Monaſteria, & loca prædicta, vt omnibus illis, tam in genere, quàm in ſpecie conceſſis, vti potiri, & gaudere poſſint, & debeant.... authoritate, & tenore prædictis, de nouo concedimus, & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus.* 22

§. 13. *Necnon decernentes, eiſdem priuilegiis, indultis, ac præſentibus litteris, & in eis contentis, clauſulis quibuſcumque, etiam per quaſcumque litteras Apoſtolicas, etiam quaſvis, generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaces, & inſolitas clauſulas, ac irritantia decreta, ſub quacumque verborum conceptione* 23

in

Digitized by Google

Nota pro legitima illius conceſſionis intelligentia, quod illa, & ſimilibus nonobſtantibus, cenſeri debeant reuocatæ, ſi in derogatione ſucceſſores Pontifices, per verba, & clauſulas prægnantes ſatis benè manifeſtè, velle illis derogare, quamvis pro illarum derogatione ſpecialis forma, ab illas concedentibus fuerit præſcripta.

in ſe continentia, nullatenus derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi de illarum, ac præſentium litterarum totis tenoribus de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ſpecifica, ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit, ac huiuſmodi derogationes, per tres diſtinctas litteras, eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus pro tempore exiſtentibus Præſidenti, Definitoribus, & Viſitatoribus præfatis legitimè intimatæ, & inſinuatæ fuerint, ac ipſorum Præſidentis, Definitorum, & Viſitatorum ad id expreſſus accedat aſſenſus, & aliter factæ derogationes nemini ſuffragari. Et ſic in præmiſſis omnibus per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

24 *§.14. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ per ſingulos prædeceſſores prædictos in ſingulis litteris prædictis conceſſum fuit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

Circa I. II. III. IV. Capitula Decreti.

§. III.

BREVIARIVM.

Pontificalia.

Recenſentur regulæ pro vſu Pontificalium præſcripta à S. Congregatione Priori Firmano. n.26.

Extenſa fuerunt ad omnes Abbates, &c. n.32.

Ad fauorem Caſſinenſium, quorum priuilegiis gaudemus, & gratiis, aliqua ex iſtis regulis reformantur. n.33. & ſeqq.

Reformantur etiam ad fauorem Congregationum Lateranenſis, Vallis Vmbroſæ, Cæleſtinorum, & Montis Oliueti n.36.

Datis his reformationibus, adhuc eſt omnibus prohibitum, I. *celebrare Pontificaliter, niſi tribus diebus in anno, feſtiuis, & non pro defunctis.* n.38.

II. *Habere ſeptimum in Altari candelabrum.* n.37.

III. *Habere ſedem fixam iuxta Altare, ſed apponi debet dictis tribus diebus, obducta ſimplici panno ſericio.* ibid.

IV. *Baldachinum non poſſunt ſupra ſedem habere precioſum, aut aureum, ſed ſimplex: & ad ſedem per duos gradus tantum in Presbyterij ſuperficie ſtratos aſcendatur.* n.39.

V. *Prohibetur vti abbaco, vulgò* Aparador, *ſed parua menſa, in qua tantum apponantur duo candelabra cum candelis, Mitra, Calix, Miſſale, Turibulum, Nauicula, & reliqua pro celebratione neceſſaria, & propè eandem menſam parieti hærens Baculus.* n.40.

25 PRimum capitulum decreti S. Congregationis inuenio ab eadem aliàs editum in altero decreto emanato ſub die 28. Ianuarij, de anno 1606. cuius meminerunt Aſcanius Tambur. *de iure Abbatum tom.1 diſp.21. quæſ.10. n.10.* Pax Iord. *tom.1. de re ſacra, lib.5. tit.3. n.39.* & Auguſt. Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. collect.1. n.25.* ex Aldano *in compendio canonicæ reſol. lib.3. tit.2. n.26.* in quo, inſtante Archiepiſcopo Firmano, certas præſcripſit regulas, ſecundùm quas Prior Monaſterij S. Catharinæ, Ordinis Canonicorum Regularium Lateranenſium Firmani vſum Pontificalium habentis, celebrare deberet.

Prima eſt, quod quando ſolemniter celebraret, contentus eſſet ſua ſede, quæ locari debeat in cornu Euangelij in plano Presbyterij, cum duobus tantùm gradibus paruis, & ſine vllo ſuppedaneo ſuggeſto, lapideo, vel ligneo, & ſine Baldachino deſuper, ſed cum poſtergali tantùm ex aliquo panno, vel ſericio leui, ſine auro, coloris conuenientis ſolemnitati, quæ celebratur. Partim cum capite 1. conuenit & 3. 26

Secunda eſt, vt non habeat duos Diaconos aſſiſtentes quando celebrat, ſed Diaconum, & Subdiaconum, qui cantaturi erunt Epiſtolam, & Euangelium; & vnum Capellanum cum Pluuiali, qui ad librum aſſiſtat. 27

Tertia eſt, quod non habeat alios Miniſtros præter prædictos, niſi aliquos Clericos, & Miniſtros cum Cottis, qui ſibi de Mitra, & Baculo, & aliis neceſſariis miniſtrent, & Altari inſeruiant. 28

Quarta regula eſt, quæ coincidit cum primo capitulo noſtri decreti, quod in Altari ſex tantùm, & non ſeptem candelabra exiſtant, cum totidem candelis, & ſua Cruce. 29

Quinta eſt, vt nullum alium Abbacum habeant, vulgò *Aparador*, præter paruam menſam in cornu Epiſtolæ, ſuper qua duo candelabra locari poſſint, Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum cum Nauicula, & alia neceſſaria pro celebrationis actu. Hæc innouatur regula per quartum capitulum decreti, quod expendimus, de anno 1659. 30

Sexta denique regula eſt, quod ſub Mitra bireto paruo nigro, & non alterius coloris, omnino vti debeat. Hæc etiam regula innouatur in capitulo octauo præfati decreti. 31

Et licèt regulæ, & ordinationes præfatæ fuerint in ſpecie, vt præmittitur, cõtra Priorem Firmanum, cùm poſtea ſuper iiſdem negotiis orta fuiſſet diſcordia inter Archiepiſcopum Neapolitanum, & Abbatem S. Seuerini eiuſdem Ciuitatis, Congregationis Caſſinenſis, dicta S. Rituum Congregatio decretum ſupradictum, & illius ordinationes extendit die 18. Martij 1617. ad omnes Abbates, Priores, ac Præpoſitos Ordinum quorumcumque, Mitræ vſum habentes. Poſteà tamen, cùm Procurator Generalis dictæ Caſſinenſis Congregationis apud S. Congregationem indoluiſſet, quòd occaſione dicti decreti priuilegia Caſſinenſium læderentur, re diligentiùs, & maturiùs diſcuſſa, die 12. Martij 1618. ſequens fecit decretum pro Abbatibus Caſſinenſibus, ac per conſequens pro Abbatibus noſtræ Hiſpanæ Congregationis, aliàs Valliſoletanæ, eiſdem priuilegiis gratiis, & fauoribus vtentibus, quibus Caſſinenſes vtuntur. 32

Decretum S. Congregationis Rituum, pro Abbatibus Caſſinenſibus.

CVm aliàs de anno 1606. ſub die 28. Ianuarij, S. Rituum Congregatio, inſtante Epiſcopo Firmano, iniunxerit Priori S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium, in eorum Eccleſia vſum aliquarum cæremoniarum; & de anno 1617. ſub die 18 Martij, illud decretum ad inſtantiam bonæ memoriæ Cardinalis Caraffæ, Archiepiſcopi Neapolitani, extenderit ad omnes Priores, & Abbates cuiuſcumque Ordinis, etiam Caſſinenſis, ab hoc decreto reclamauit Procurator Gene- 33

ralis Caſſinenſis, & ad S.Congregationem recurſum habuit, aſſerens ſuam Congregationem indefenſam fuiſſe. Et re maturè ac diligenter diſcuſsâ, referente bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto, S. Congregatio de anno 1618. ſub die 12. Martij cenſuit, quoad vſum Baldachini, & quorundam Miniſtrorum, in aliis decretis prohibitorum, recedendum eſſe à prædictis decretis de annis 1606. & 1617. emanatis, & licere iiſdem Abbatibus, quando ſolemniter celebrant, vti Baldachino, & apparatu, iuxta eorum antiquiſſimam conſuetudinem; ita tamen, vt modeſtè, cum debita conuenientia, ſine pompa, & auro, atque ad ſummum in tribus Feſtiuitatibus quolibet anno vtantur, provt in dictis decretis latiùs continetur.

34. Nunc demùm Archiepiſcopus Florentinus ad S. Congregationem accedens, inſtitit prohiberi Abbati S. Mariæ eiuſdem Ciuitatis Florentiæ, Ordinis Caſſinenſium, vſum Baldachini, & dictorum Miniſtrorum, & aliarum multarum cæremoniarum, in dedecus, & præiudicium ſuæ Archiepiſcopalis dignitatis vergentium; & citato, ac interueniente P.D.Dominico Pinello, eiuſdem Caſſinenſium Congregationis Procuratore Generali, & partibus ſæpè, ac ſæpiùs auditis, ac negotio diligenter diſcuſſo, referente Illuſtriſſimo, ac Reuerend. Cardinali Pio.

Eadem S.Rituum Congregatio, inhærendo dicto vltimo decreto facto de anno 1618. cenſuit, & declarauit licere Abbatibus Caſſinenſibus, quando ſolemniter celebrant (quod in tribus ad ſummum Feſtiuitatibus facere eis permittitur) vti Baldachino, ſine auro tamen, & pompa; & aliquibus etiam Miniſtris paratis ſacris indumentis. Quia verò numerus horum Miniſtrorum in aliquibus eorum Monaſteriis erat valde exceſſiuus, vetuit, ac prohibuit ne iidem Abbates ſolemniter, vt ſuprà, celebrantes, alios poſſint habere Miniſtros ſacris indumentis paratos, quàm duos Diaconos, & Presbyterum aſſiſtentes, Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Euangelio, & Epiſtola, ac ſex ad ſummum alios, duos cum Pluuialibus, duos cum Planetis, & duos cum Tunicellis coloris tempori conuenientis. Quoad reliqua verò in dictis decretis de anno 1606. & 1617. emanatis contenta, S.Congregatio eadem decreta confirmauit, & quatenus opus ſit, innouauit, inhibens omnibus Abbatibus Caſſinenſibus, ac ſeriò præcipiens, vt in reliquis omnibus ea ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruent: eorumque diſpoſitioni addidit, vt ſupradicti Abbates nullo modo debeant, nec poſſint habere, & tenere ſedem ſuam Abbatialem fixam, & permanentem propè Altare, vt ſedes Epiſcopalis retineri conſueuit; minuſque liceat ſupradictis ſex Monachis paratis, vt ſuprà, ſedere in ſedibus Choralibus, vt Canonicorum ſæcularium eſt mos; ſed ſedes pro Abbate ſolemniter celebrante, retineatur in Eccleſia his tantùm tribus diebus, quibus ipſe Abbas ſolemniter celebrat, dictique ſex Monachi parati ſedere debeant loco congruo iuxta Eccleſiarum conuenientem ſitum, ſuper ſcabellis ad hunc effectum tunc appoſitis, panno laneo coopertis. Die 29. Ianuarij 1628.

Ioannes Baptista Card. Detvs.

Loco † ſigilli.

Franc. Fvlvivs Benignvs, Secretarius.

Pro huius decreti confirmatione, de quo Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib.1. cap.17. num. 59. part.1.* Nouarius *in Lucerna Regularium, verb. Baldachinum, n.3.* & alij, edidit Vrbanus Papa VIII. conſtitutionem ſub die 11. Iulij 1629. incipit: *Exponi nobis, la 101. apud Angelum Cherubinum, tom. 4. Bullarij, pag. mihi* 160. in qua ſic habetur: *Præinſertum decretum huiuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus; ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti, & quoſvis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, aut interueniſſe dici, vel cenſeri poſſent, ſupplemus. Decretumque huiuſmodi, necnon præſentes litteras, cum omnibus in eis contentis, ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi, illiuſque Abbatibus, ac Monachis, & perſonis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, neque illos à quoquam quavis auctoritate ſuper præmiſſis quovis modo impediri, moleſtari, inquietari, vel perturbari vnquam poſſe, nec debere. Et ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Quocirca dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, ac cauſarum Cur. Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, & Monachorum dictæ Congregationis requiſiti fuerint; ſeu aliquis eorum requiſitus fuerit, ſolemniter publicari, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Abbates, & Monachos prædictos præmiſſorum.* Vrbani VIII. confirmatio.

miſſorum omnium, & ſingulorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, vel inquietari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtante, &c.

36 Simile decretum obtinuit à S. Rituum Congregatione, die 31. Maij eiuſdem anni 1629. Congregatio Vallis Vmbroſæ, & Congregatio Cœleſtinorum, 30. Iunij: & Congregatio Montis Oliueti, die 17. Martij: & illo inſerto, obtinuit Breue Vrbani, die 5. Aprilis eiuſdem anni, ſub eodem tenore ac expediuit præcedens pro Caſſinenſibus. Illud tranſcribit Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 21. quæſ. 10.* quò loci etiam ad vnguem recenſet decretum editum pro Congregatione Camaldulenſium, 21. Auguſti 1632. inſertum in ſimili Breui eiuſdem Vrbani Papæ, pro illius confirmatione, ſub die 15. Septembris eiuſdem anni edito. Et denique exſcribit ſimile decretum S. Congregationis, ad fauorem Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis, ſub die 15. Ianuarij 1633. editum. Præter Aſcanium Tamburinum, meminit iſtorum decretorum Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regul. tom. 2. part. 3. verb. Baldachinum, n. 5.* & aliquorum illorum Peyrinus *de priuilegiis, tom. 3. cap. 12.*

37 Ex dictis ſequitur *primò*, capitulum primum decreti Sacræ Congregationis de anno 1659. ſeu quod in eo ſtatuitur, de non apponendo ſeptimo candelabro in Altari, in quo ſacra faciunt Prælati, obſeruari debere etiam ab Abbatibus cuiuſvis Ordinis, & Congregationis, vti docent Pax Iordanus *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 3. n. 45.* Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verb. Abbas, n. 11.* Lezana *dicta part. 3. verb. eod. n. 15.* Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. verb. Altare, num. 9.* cum Ioanne Maria Nonario *in Lucerna Regularium, eodem verb. num. 1.* Et ratio eſt, quia dictum ſeptimum candelabrum fuit prohibitum anno 1606. Priori Firmano, per decretum S. Congregationis. Quæ certè prohibitio extenſa fuit per nouum decretum de anno 1617. ad Abbates, omneſque alios Prælatos cuiuſvis Ordinis, vſum Pontificalium habentes. Et licèt illa duo decreta in aliis moderata fuerint per ſubſequuta alia decreta, non verò quoad candelabrorum & candelarum numerum.

38 *Secundò* ſequitur, omnes, & ſingulos Abbates, Priores, & alios vſum habentes Pontificalium, obſeruare debere ſecundum dicti decreti Sacræ Congregationis capitulum, ſeu potiùs, quod in eo decernitur de Sede, ſeu Cathedra mobili, ornata tantùm prout in illo præſcribitur, & apponenda in celebrationis diuinorum loco tribus ſolùm diebus in quolibet anno. Quia ſic decernitur in omnibus recenſitis, & præcedentibus decretis, ac in Breuibus pro illorum obſeruantia, debitaque executione à Sede Apoſtolica, prout vidimus, emanatis. Et ita docent Pax Iordanus *vbi proximè, num. 48.* Gauantus *verbo Abbas, num. 4. & 11.*

39 *Tertiò* ſequitur, diſpoſitum per capitulum tertium decreti, omnes comprehendere Abbates Caſſinenſes, Valliſoletanos, Vallis Vmbroſæ, Cœleſtinos, Oliuetanos, Camaldulenſes, & Lateranenſes; & conſequenter omnes Prælatos inferiores, vſum Pontificalium, & Baldachini habentes. Ex omnibus præcedentibus Decretis, & Breuibus Apoſtolicis, pro illorum perpetua obſeruantia editis, id demonſtratur, & docent Tamburinus *tom. 1. diſp. 21. q. 10. num. 10.* Lezana verbo *Baldachinum, num. 5.* Barboſa *in ſum. deciſ. Apoſtolicar. collect. 3. num. 3. 10. 13. & 22.* Pax Iordanus *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 3. num. 43.* Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Abbas, n. 9. & verb. Baldachinum, n. 2. 14. & 15.*

Quartò ſequitur, id quod ſtatuitur per quartum 40 decreti capitulum, ab omnibus etiam Abbatibus, & Prælatis inferioribus obſeruari debere, vti docent Barboſa *collectanea 22. verbo Altare, num. 9.* Lezana *verbo eodem, num 15.* Tamburinus *vbi proximè*, Gauantus *verbo Abbas, num. 11.* Et conſtat, quia in decreto S. Congregationis de anno 1606. in 5. regula, & ordinatione, de qua *ſuprà num. 30.* idem fuit ſtatutum pro Priore Firmano, & poſteà innouatum pro Abbatibus multarum Congregationum Ordinis noſtri Benedictini, Oliuetanis ſcilicet, Vallis Vmbroſanis, Cœleſtinis, Caſſinenſibus, ac Camaldulenſibus, & pro Prælatis Canonicorum Regularium Lateranenſium, per varia eiuſdem ſacræ Congregationis Rituum decreta, edita anno 1628. 1629. 1632. & 1633. & per Apoſtolica Breuia confirmata. Debent itaque omnes Pontificaliter celebrantes, qui Epiſcopi ſaltem non ſint, ab abbaco abſtinere, *no vſar de Aparador*, ſed parua tantùm menſa in cornu Epiſtolæ parata, in qua ſolùm ad celebrationem neceſſaria collocentur, prout in præfato præſcribitur capitulo.

CIRCA CAPITVLVM V.

§. IV.

BREVIARIVM.

Pontificalia.

Miſſas, aut officia defunctorum Pontificaliter celebrare, omnibus qui verè Epiſcopi non ſunt, prohibetur. num. 41.

Item prohibetur illis celebrare Pontificaliter, niſi in triplici anni feſtiuitate, in decreto adnumerata. ibid.

Papa ter in anno tantùm Pontificaliter celebrare conſueuit. ibid.

Circa ea, quæ capitulo quinto ſacra Rituum 41 Congregatio ſtatuit in præfato decreto, nihil legi antea ſtatutum, niſi tantùm, quod Abbates illis non vtantur ſolemniter celebrantes, niſi in tribus ad ſummum feſtiuitatibus. Ita in Decreto S. Congregationis pro Cœleſtinis, die 30. Iunij 1629. per Vrbanum VIII. approbato 26. Septembris eiuſdem anni, in ſuo Breui Apoſtolico, incipit *Exponi*, 104. apud Angelum Cherubinum, *tom. 4. Bullarij, pag. mihi* 163. Ita in decreto pro Oliuetanis, 17. Martij eiuſdem anni, ab eodem Papa Vrbano approbato 5. die Aprilis immediatè ſequentis, in Breui ſimiliter incipiente, *Exponi*, 97. dicti tomi 4. Ita etiam in decretis pro Caſſinenſibus, pro Camaldulenſibus, & pro Lateranenſibus, ſimiliter confirmatis & approbatis per prædictum Vrbanum. Vnde dictum capitulum quintum Sacra edidit Congregatio pro explicatione ſolùm prædictorum omnium præcedentium decretorum. Et ſicut illa omnes Abbates, & Prælatos inferiores arctant ad non celebrandum

brandum Pontificaliter, niſi tribus diebus feſtiuis ad ſummum, in quolibet ſcilicet anno; ita nouiſſimum decretum de anno 1659. *in dict. cap. 5.* omnes illos arctare cenſeo, ad non celebrandum ſolemniter, vt præfertur, officia, & Miſſas defunctorum, neque feſtiuitatum quidem, quæ Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, aut Eccleſiæ Dedicationis non ſit. In quarum feſtiuitatum numero comprehendi credo feſtum tranſitus Sancti, cuius corpus, aut illius principalis pars, v.g. caput, vel brachium, aut crus in Eccleſia illa requieſcit, in qua ſolemniter celebrari conſueuit. Et ita ex ipſo colligo S. Congregationis decreto, ibi: *Vel alij in quibus ipſis Pontificaliter celebrare Feſtiuitatis ratio exigat.* Sæpè enim contingit, vt celebrior ſit in Monaſteriis, & aliis in locis Feſtiuitas Sancti, cuius Reliquias poſſident, quàm ſint Feſtiuitates Patronorum, aut Fundatorum, &c. aut propter illius miracula, aut ob beneficia à Deo obtenta illius meritis, & interceſſione. Quod ſi petas, quænam fuerit cauſa propter quam reſtricta fuerit Abbatibus facultas celebrandi Pontificaliter ad ter tantùm in anno? Dico illam meo videri fuiſſe, quia totidem tantùm in anno celebrare conſueuerunt Summi Pontifices ritu Pontificali, vt docet Pax Iordan. *tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 449.* videlicet in diebus Natalis Domini, Paſchatis, & SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli; aut propter populi concurſum, & deuotionem.

CIRCA CAPITVLVM VI.

§. V.

BREVIARIVM.

Pontificalia.

Prohibetur aſſociari Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis ad Eccleſiam accedentibus, diuina Pontificaliter celebraturis, iiſdemque abſolutis, ab Altari recedentibus. n. 42.

42 QVod Sacra decreuit Congregatio in hoc capitulo, de non aſſociando Abbate, & alio inferiore Prælato ad Eccleſiam accedente, licèt diuina ſolemniter, & pontificaliter peracturo, iiſdemque abſolutis, ab Altari recedente, priùs ſtatuit in Hiſpana S. Ioannis de Peña eadem Congregatio, ſub die 11. Decembris, de anno 1613. cuius meminerunt Pax Iordan. *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 3. n. 47.* Ioan. Bapt. Lezana *in ſum. qq. Regul. tom. 1. part. 2. cap. 2. de obligationibus & priuil. Monachor. n. 38. pag. mihi* 370 Aſcan. Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 21. quæſ. 8. in fine* cum Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 17. n. 111.* ipſe Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. verb. Abbas, collect. 1. n. 22.* & *verb. Monachus, n. 3. collect. 482.* & penes eum Aldanus *in compend. Canonicar. reſol lib. 3. tit. 2. n. 4.* & Ioan. Maria Nouarius *in Lucerna Regul. verb. Monachus, n. 4* Et quod in huiuſmodi priori decreto ſtatuit in ſpecie de Abbate, & Monachis antiquiſſimi, & perilluſtris admodum Cœnobij S. Ioannis præfati, in poſteriori decernit in genere de omnibus Abbatibus, ac Prælatis inferioribus Pontificalium vſum habentibus, & de illorum Monachis ac Canonicis reſpectiuè. Vnde omnes illos afficit, omnes arctat, qui ſpeciali muniti non fuerint priuilegio.

CIRCA CAPITVLVM VII.

§. VI.

BREVIARIVM.

Apoſtoli.

Omnes Apoſtoli Religioſi fuerunt. n. 44.

Eccleſia.

A Religioſis fuit Eccleſia Dei fundata, & diu ſanctè gubernata. n. 44.

Ex ſolis Benedictinis centum, & triginta tres Eccleſiæ præfuerunt per ſexcentos annos, & quatuor ex illis in vita Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti. n. 44.

Papa.

Vide verbo Eccleſia.

Pontificalia.

Multi Abbates Regulares illa maiori celebrant ſolemnitate, quàm inſignium Eccleſiarum Epiſcopi. num. 44.

QVod S. Congregatio decreuit in capitulo ſeptimo decreti de anno 1659. ſtatuerat in decretis de annis 1618. 1629. 1632. & 1633. per Apoſtolica Breuia approbatis, & ſuprà recenſitis; licèt illud aliquos addat Miniſtros, duos ſcilicet Capellanos pro Mitra, & Baculo deſeruiendis; & duos Acolythos pro candelabris deferendis. Et ne alicui iſte Miniſtrorum numerus pro Prælatis Regularibus, cum Pontificalibus celebrantibus, deſeruiendis ſuperfluus videatur, libuit Pacis Iordani placitum circa quantitatem, & qualitatem Miniſtrorum, quibus multi Abbates Regulares vtuntur pontificaliter celebrantes, recenſere. Poſtquam enim magnus iſte Doctor *tom. 1. de re ſacra, lib. 3. tit. 5. num. 44.* retulit decreta S. Congregationis de annis 1606. & 1628. de quibus non ſemel ſuprà egimus, in ſequentia prorumpit. 43

Sed his non obſtantibus, multi Abbates Regulares Pontificalia ſolemnitate maiori, quàm faciant 44 etiam inſignium Eccleſiarum Epiſcopi, cùm in quantitate, tum in qualitate Miniſtrorum, ac pretioſitate paramentorum celebrant: aliqui enim illorum pluſquam triginta Miniſtros, & omnes ferè nobiles (quod nulli forſan accidit Epiſcopo) pretioſis indutos veſtibus, habet inſeruientes, Eccleſiaſticam dignitatem præſeferentes, quod ſine liuore mirandum eſt; cùm enim Dei Eccleſia à Regularibus ſit fundata (Apoſtolos omnes enim fuiſſe Religioſos, oſtendunt Patres apud Baſilium Pontium *de Matrimonio, lib. 7. cap. 2.* & eſt opinio communis Doctorum) & tanto tempore tam ſanctè gubernata, decet eos vti Maieſtate Eccleſiaſtica. Hactenus adamuſſim Epiſcopus Traguerienſis de Religioſis in communi: & poterat de Benedictinis dicere cum Conſtantino Caietano *in vita Gelaſij Papæ fol. 73.* quod ſanctè Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam gubernauerint per ſexcentos annos, à quingenteſimo ſcilicet Chriſti Domini, ad centeſimum ſupra milleſimum, qui omnes de Nigrorum fuerunt Familia, & non pauci illorum in vita ſanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, Petri Cathedram poſſederunt. Ioannes ſcilicet I. Agapetus I. Sylurius I. & Vigilius I. A quingenteſimo Chriſti Domini anno ad centeſimum ſupra milleſimum (inquit Conſtantinus) magnus idem Patriarcha (Benedictus ſcilicet) per ſeipſum, & per diſcipulos, atque alumnos ſuos in Romanis Eccleſiis,

Eccleſiis, & Monaſteriis enutritos, vt præter ſcriptores alios antiquos, ab Anaſtaſio Bibliothecario in vitis Romanorum Pontificum haberi poteſt) Principem Vrbis, & Orbis Eccleſiam, Sedemque Apoſtolicam perſanctè gubernauerit. Hæc Caietanus. Vnde Antonius Yepes *tom. 6. anno Chriſti 1031. fol. 2.* ſatis limitatè faſſus eſt, dum dixit: *Bien ſe, que en mas de trecientos, y cinquenta años, Monges de eſte ſanto abito, en vezes han gouernado la Ygleſia, y ſe han ſentado en aquel trono.* Centum triginta tres Romani Pontifices in Regula Sancti Benedicti enutriti (inquit Conſtantinus præfatus, & ex illo Dominus Alphonſus à Sancto Victore *in Sole Occidentis, tom. 1. prælud. 9. cap. 1. num. 3.*) Gregorius etiam XV. *conſt. 6.* § 1. apud Cherubinum *tom. 3. pag. 385.* ex eodem refert Conſtant. Caietano, *ex Ordine S. Benedicti, tot ad Summi Apoſtolatus apicem euectos fuiſſe conſtat, vt longâ, & continuatâ multorum ſæculorum ſerie Eccleſia ipſa nullos alios, quàm familia Benedictina alumnos, Summos Pontifices habuerit.* Hæc Gregorius Papa.

Circa Capitvlvm VIII.

§. VII.

BREVIARIVM.

Baculus.

Nullus Abbas Baculo Paſtorali vti poteſt, qui velo albo appenſo ornatus non ſit, niſi fortè inobſeruantia illum excuſet. n. 49.

Baculo non vtitur Epiſcopus in officiis, aut Miſſis Defunctorum. n. 57.

Baculus eſt maius ſignum dignitatis, & poteſtatis Paſtoralis. n. 58.

Biretum.

Nullus Abbas, aut inferior Prælatus ſub Mitra vti poteſt bireto, aut pileo paruo, quod nigrum non ſit. num. 48.

Lex.

Noua lex interpretari debet ſecundum antiquam, quamuis iſta ſit abrogata. n. 53.

Ab antiqua lege recedendum non eſt, niſi expreſsè in recentiori caueatur. ibid.

Lex poſterior ad ſenſum antiquioris trahenda, cùm de eadem re diſponit, & antiquiori non derogat. ibid.

Poſterior lex indiſtinctè loquens, limitanda eſt per priorem ſpecialem, & iuxta illam intelligenda, ſi expreſsè illi non contradicit verbis. ibid.

Hoc etiam verum eſt, ſi in poſteriori lege appoſita ſit clauſula, Non obſtante; *quia debet intelligi, quando prior cum noua ſuſtineri non poteſt per aliquam diſtinctionem, vel limitationem.* ibid.

Mitra.

Tres ſunt Mitræ ſpecies, Pretioſa, Auriphrygiata, & ſimplices n. 43. & 46.

Abbates, & Prælati inferiores vſum habentes Mitræ, pretioſâ vti non poſſunt, niſi Apoſtolico priuilegio fuerint muniti. n. 45.

In Conciliis Prouincialibus, & Synodalibus Abbates exempti auriphrygiatâ vti poſſunt Mitrâ: non exempti autem ſimplici vti debent. num. 45. & 46.

In Conciliis generalibus, nec Epiſcopi vti poſſunt aliâ, quàm ſimplici Mitrâ. n. 47.

Aliis in locis vtuntur Abbates, quâ illis à Sede Apoſtolica fuerit conceſſa. n. 46.

Inter Pontificalia inſignia Mitra eſt maius ſignum honoris, & ornamenti. n. 58.

Pontificalia.

Abbates extra ſuas Eccleſias, in Epiſcopo ſubiectis poſſunt de eius licentia Pontificalibus vti, ſi iſta ſint illis abſolutè, & abſque loci determinatione conceſſa, ſecus ſi cum loci determinatione. n. 50. & ſeqq.

Prælati Canonicorum Regularium Lateranenſium, & illorum priuilegiis vtentes, poſſunt in proceſſionibus ſuarum Eccleſiarum extra eas Baculo vti Paſtorali. n. 56.

Vti poſſunt & Mitrâ. n. 57.

Baculus, & Mitra correlatiua ſunt; & cui vnum conceditur, aliud conceſſum eſſe cenſetur. numero 57.

Cui Baculus, aut Mitra conceditur, reliqua conceduntur Pontificalia. n. 58.

Regula.

Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. num. 58.

Retractatio.

Non eſt veroſimile, quod quis ſuam diſpoſitionem voluerit illico reuocare, aut corrigere. n. 52.

P*Rimum*, quod occurrit adnotandum circa dictum Capitulum, eſt, quod triplex eſt Mitræ 45
ſpecies: vna, quæ pretioſa dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretioſis, vel laminibus aureis, vel argenteis eſſe ſolet contexta; altera auriphrygiata, ſine gemmis, & ſine laminibus aureis, vel argenteis; ſed vel aliquibus paruis margaritis compoſita, vel ex ſerico albo auro intermiſto, vel ex tela aurea ſimplici, ſine laminibus, & margaritis; tertia, quæ ſimplex vocatur, ſine auro, ex ſimplici ſerico Damaſceno, vel alio, aut etiam linea, & tela alba confecta, ſubeis lacineis, ſeu frangiis, & vittis pendentibus. Sic vnaquæque Mitræ ſpecies deſcribitur in Cæremoniali Epiſcoporum, iuſſu Clementis Papæ VIII. reformato, *lib. 1. cap. 17. de Mitra & Baculo Paſtorali, pag. 86.* de quo etiam eiſdem verbis, eodem Cæremoniali allegato, Auguſtinus Barboſa *de iure Eccleſiaſtico tom. 1. lib. 1. capite 17. num. 54.* & penes eum Caſtald. *in praxi Cæremon. Epiſcoporum, lib. 1. ſect. 5. pag. 4. num. 5.* Gauantus *in Manuali Epiſcoporum verb. Abbas, num. 43. 44. & 45.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 24. quæſ. 6. num. 1. & 2.* Pax Iordanus *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 3. num. 1.* Ex quibus Mitrarum ſpeciebus illa vti poterunt Abbates, & Prælati Epiſcopo inferiores, vſum Pontificalium habentes, quæ illis à Sede Apoſtolica fuerit conceſſa: quod non obſcurè declarat Sacra Congregatio in præſenti capitulo, dicens: *Mitram pretioſam, niſi illis expreſsè à S. Sede indultam, non adhibeant.* In Conciliis autem Prouincialibus, & Synodalibus poterunt Abbates exempti ſecundâ ſpecie Mitræ vti; tertiâ verò non exempti. Ita Barboſa, Pax Iordanus, Gauantus, & Tamburinus *locis prææallegatis*, Ioannes Andreas, Francus, & alij *in cap. Vt Apoſtolicæ, de priuilegiis, lib. 6.* Speculator *lib. 4. part. 4. rubrica de priuilegiis, & exceſſibus priuilegiatorum, num. 9.* & Nicolaus Bohær. *de auctoritate Magni Concilij, part. 1. num. 15.* ab eodem recenſiti Tamburino. Et quidem ita expreſsè decernitur *in dict. cap. Vt Apoſtolicæ*, à Clemen

Clemente Papa IV. per hæc verba, quæ ſequuntur, quæ etiam demonſtrant præfatas tres Mitrarum ſpecies.

46 *De fratrum noſtrorum conſilio, præſenti decreto ſtatuimus, vt Abbates, & alij, quibus Mitræ vſus eſt ab eadem Sede conceſſus, exempti quidem in Prouincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus Synodis (quibus nonnulli eorum intereſſe tenerentur,) Mitris tantummodo auriphrygiatis (non tamen aureas, vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus) vti poſſint. Non exempti verò ſimplicibus, & albis, ac planis vtantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis Mitris liceat illis vti, prout conceſſa eis ab eadem Sede indulta permittunt.* Hæc omnia in Decretali, & Clementina illa; in quibus non ſolùm diſtinguuntur tres præfatæ Mitrarum ſpecies, ſed ſtatuitur quanam illarum vti debeant Abbates, & alij Prælati inferiores, vſum Pontificalium habentes, in Prouincialibus Conciliis, & in Synodis Epiſcopalibus: & quod aliis in locis poſſint vti illa Mitræ ſpecie, quæ eis conceſſa ab Apoſtolica Sede fuerit. Cui certè valde conſonat diſpoſitioni præſens S. Congregationis decretum, in prima capituli eius parte.

47 Conſultò dictum eſt, *in Conciliis Prouincialibus.* Quia in Generalibus Conciliis, nec Epiſcopi Mitris ſecundæ ſpeciei, auriphrygiatis vti poſſunt, ſed tantùm planis, & albis, vti docet Tamburinus *loco citato, num.3.* cum Cardinale Iacobat. *de Concil. lib.1. rubrica de loco ſedendi in Concil. verſic. poſt præmiſſos ſedebunt Abbates.*

48 *Secundum*, quod in dicto Capitulo octauo Sacra decernit Congregatio, eſt, quod ſub Mitra vti poſſint Abbates, & alij Prælati inferiores pileolo, ſeu bireto paruo nigri, non verò alterius coloris. Quod etiam fuit ab eadem ſtatutum Congregatione anno 1606. vti vidimus *num.* 31. anno 1617. 1628. 1629. 1632. & 1633. in decretis, & Breuibus poſt citatum numerum recenſitis, ex quibus bene comprobatur, omnes afficere Abbates, ac inferiores Prælatos, quoad dictum biretum, præſens decreti capitulum. De quo pileolo, Barboſa *verb. Abbas, n.26.* Pax *n.39.* Tamburinus *tom.1. diſq.20. q.2. num.13.*

49 Quod Baculus Abbatis ornandus ſit ſudario, ſeu velo albo appenſo, decernit prætereà S. Congregatio in hoc eodem capitulo, vt denotetur differentia illius à Baculo Paſtorali Epiſcopi, vti ex actis Eccleſiæ Mediolanenſis, *de ſupellect. Eccleſ. lib.2.* aduertit Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Abbas, n.8.* Tamburinus *tom.1. diſp.20 quæſito 1. n.4.* Pax Iordanus *tom.1. de re ſacra, lib.9. tit.3. num.42.* quò loci aduertit ſic: Sed acta Eccleſiæ Mediolanenſis non obligant vbique. Quod autem præſens decreti diſpoſitio omnes Abbates, & Prælatos obliget inferiores vbique, quoad dicti veli, ſeu ſudarij appenſionem, ſi illius non obſeruantia eos non excuſat, pro certo ego credo, quia priuilegium nullum, aut Doctorem quidem vidi, hac in parte facultatem prædictis concedentem.

50 An autem abſtinere omnes illi teneantur à Mitra, Baculo, ac ab aliis Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra Eccleſias ipſi ſubiectas, difficultate non caret; & magna quidem, orta ex diuerſitate conceſſionum per Apoſtolica diplomata factarum, quibus, vt præmiſi *n.14.* ſacra Rituum Congregatio per huius decreti tenorem derogare neutiquam intendit. Vnde in praxi, pro vera caſuum occurrentium, legitimaque reſolutione, inſpiciendus eſt vniuſcuiuſque priuilegij Pontificalia concedentis tenor, vti bene conſulit Iacobus de Graſſis *in deciſionibus aureis part.1. lib.3. cap.5. num* 157. vbi ita fatur: Si habens vſum Mitræ, Annulorum, & Baculi ex priuilegio, vſus fuerit illis extra Monaſterium; nam tunc tenor priuilegij eſt inſpiciendus, *cap. vt Apoſtolica, de priuilegiis, lib.6.* Quod ſi ex priuilegio ſolùm competat infra ſepta Monaſterij, non poteſt extra vti, Ioannes Andreas *in cap. Cum contingat, de ætate, & qualit.* Et ſi habet ius Pontificalium in ſuo Monaſterio, inuitatus ad aliud Monaſterium exemptum, poteſt illis vti, aliàs ſecus. Hactenus Graſſius, & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tom.1. diſp.21. quæſito 3.* cum eodem Ioanne Andrea *in dicto cap. Cùm contingat, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum*, & *in cap. Abbates, de priuilegiis in 6.* dicente, quod ſi Abbatibus conceſſus eſt inſignium Pontificalium vſus in ſuis Eccleſiis, tunc non poſſe eis vti in alienis Epiſcopo ſubiectis; quia tenor priuilegij extra extendi non debet. Si verò Pontificalium vſus in priuilegio ſimpliciter abſque loci determinatione conceſſus eſt, ait poſſe Abbates illa geſtare extra proprias Eccleſias, & in locis non exemptis. Nec integrum eſſe Epiſcopo id eis prohibere; ex quo tenor priuilegij, vel ius non reſtringit eos ad certum locum. Et hanc diſtinctionem probant penes eundem Tamburinum Lapus de Caſtellionio *allegatione 19. An Abbas* Philippus Francus *in cap. vt Apoſtolica, num.5. & 6. de priuilegiis in 6.* vbi Geminianus *num.8.* Pacianus *de probationibus lib.2. cap 28. num.41.* apud Barboſam *de iure Eccleſiaſtico, lib.1. cap 17. num.58.*

51 Ex qua diſtinctione, & doctrina ſequitur, ſacræ Congregationis decretum diſponens in præſenti capitulo, Pontificalium vſum habentes, illis vti non poſſe extra Eccleſias ipſis ſubiectas, etiam de Ordinariorum licentia, intelligi debere de habentibus priuilegium determinatè concedens Pontificalia in ſuis Eccleſiis. Et ſic etiam venit intelligenda eadem S. Congregatio *in Tornacenſ.2. Auguſti* 1631. penes Barboſam *in ſumma deciſion. Apoſtolicarum, collect.1. verbo Abbates, num. 30. & de iure Eccleſiaſt. tom.1. lib.1. cap.17. num.50.* vbi declarauit, non licere Abbati habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Mitræ vſu, & Baculi, Mitram extra propriam Eccleſiam deferre per Diœceſes Ordinariorum, abſque ſpeciali indulgentia Sedis Apoſtolicæ, nec ſine, nec cum licentia Ordinariorum. Et meritò quidem ſic vtrobique debet S. intelligi Congregatio. Quia vti eadem dixit 8. Maij 1617. in altero, licèt ſubreptitiè, & obreptitiè obtento decreto à Vicario, Beneficiariis, & Parochianis Eccleſiæ S. Ioannis de Stella, de quo latè ego ipſe *in diſquiſitionibus Moralib. & Canonic. tom. 1. tract.1. diſq.3. dub. 1. num. 41.* non licet Epiſcopo dare, ſeu ampliare, propria ex authoritate, gratiam limitatè à Sede Apoſtolica conceſſam; ſed debet illa ſtrictè, prout ſonat, ſeruari.

52 Non autem debet intelligi dictum decretum de habentibus priuilegium vſus Pontificalium abſolutè, ſimpliciter, & abſque loci determinatione; ex quo tenor priuilegij, vel ius non reſtringit ad certum & determinatum locum. Vnde in hoc caſu conceſſionis vſus Pontificalium, abſque loci determinatione, aliud eiuſdem Sacræ Congregationis procedit decretum in Cameracenſ. 6. Decembris prædicti anni 1631. quod ex Sellio *in Canonicis ſelectis, cap. 19. num. 8.* refert Barboſa vbi proximè, *num. 28. dicta collect.* & *de iure Eccleſ. num.59. citato*, vbi habetur, quod Abbas, licèt

licèt exemptus, & habens priuilegium vſus Pontificalium, non poteſt illis vti extra Monaſterium, niſi de licentia Ordinarij. Et non eſt eredendum S.Congregationem ſibi fuiſſe contrariam in recenſitis decretis, maximè de anno 1631. quia non eſt veroſimile, quod quis ſoam diſpoſitionem voluerit illicò corrigere. Barboſa *tract. de Axiomat. iuris, axiom.60. n.1.* cum Geminiano *conſ.88 in fin. verſ. Item cum Papa* & Romano *conſ.104.col.2.princ.* ſed vnum decreuiſſe in vno caſu, & alterum in alio, provt expendimus ex doctrina Ioanois Andreæ, & aliorum Doctorum, quos præallegaui, & ſie etiam decernere in præſenti de anno 1659. in caſu, quo Abbates, & alij Prælati inferiores ſolùm habeant Pontificalia pro ſuis tantùm Eccleſiis concesſa.

53 Et hæc certè Decreti interpretatio legitima eſt, & iuridica; quia lex noua ſecundùm antiquam interpretari debet, vti docet Sanchez *lib.6.de Matrimon.diſp.24.n.6.* cum Nauat. *in cap.Placuit,de pœnitent.diſt.6.n.148.* & *in Manual.cap.27.n.160.* Bart. *in l.Sciendum,mox citand.n.1.* Iaſone *n.4.* Bart. *in l.Omnes populi,q.3 ff.de iuſtit.& iure,* Decio *ff.de regul iur. reg.30. n.11.* & *reg.90.n.12.* Abbas *conſ.24.n.1.pag. mihi* 114.& dixi *in diſquiſ.Paſtoral.de iure Prioris annexi,n.51.* cum Caſtro Palao *part.1. tract.3. diſp 5. punct.3. §.3. n.14. ex l.Non eſt nouum,* & *l.Sed & poſteriores. ff.de legibus,l.1. §.lex Falcidia,ff.ad l.Falcidiam.* Alexandro ibi, *num.7.* gloſſa *in l.Sciendum, in gloſſ.1.ff.Qui ſatiſdare cogantur,* & Menochio *centuria 6.caſu 502. n.67. verſ. Et quidem hac opinio.* Quæ doctrina vera eſt, quamvis lex antiqua reuocata ſit, & abrogata, vti idem Sanchez *ibid.* & Palaus *dict.n.14.* tenent cum Bart.& Ludouico Gomez *regula de Triennali,quæſt.61. verſ. Tertius intellectus,* & Burgos de Paz *ad leg.1.Tauri,n.570.* vnde per legem nouam noo eſt ab antiqua, ſeu à priori recedendum, niſi expreſsè id caueatur in recentiori. Emmanuel Sà *in aphoriſm. verb. Lex, n.6.* Thomas Delbene *de immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dubit. 4.ſect.3.n.30.* Ego ipſe *vbi proximè*: & leges omnes moderniores, ad ſenſum antiquiorum trahendæ ſunt, cùm de eadem re diſponunt, & noo derogant antiquioribus. Dixi *ibid.* cum Franc. Pellizzario *in Manuali Regular. tom 1.tract.5.cap... n.37.* Quocirca Thomas Sanchez in loco allegato dicit, quod lex poſterior generaliter, & indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem antiquiorem, & ioxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illis contradicat, *l. Sed & poſteriores,* citata, ibi: *Poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint.* Et addit Sanchez, quod hæc doctrina ſit adeò vera, vt procedat, licèt in lege noua ſit clauſula, *Non obſtante*: debet enim intelligi *de lege contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri per aliquam limitationem, vel diſtinctionem, vt Authent. de ſucceſſ. ab inteſtato, circa principium,* & docet ibi gloſſa *verb. Vacantibus,* Bart. *ſuper extrauag. ad reprimendum, §. Non obſtantibus, n.6. dict. l. Sciendum, n.2.* vbi Iaſon *n.4.* & *in l.1. 9. numero, ff. ſoluto matrimonio.* De quo ego etiam dixi *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom.2. diſquiſit.1. dub 14. n. 142. & 148.* & *diſput.6. dub.3. num.29.* & Barboſa *dict. axiomate 60. num.5.* cum Romano *conſil. 322. In caſu, n.2.* qoia adhuc correctio non ſumitur, inquit, ſi poteſt fieri cooiciliatio. Et extendit etiam quando adeſſet dictio taxatiua: & præter Romanum, allegat Barboſa Richardum *in princip. Inſtitut. de l. Falcid. num. 34.* Cephalum *conſ. 323. à num. 18. volum. 3.* Menochium *remed. 4. adipiſcend. num. 21.* Franc. Becc. *conſil.1. num.13.* Monetam *de diſtributionibus quotidianis, part. 2. quæſt.11. n.29.* Armendariz *in prœmio additionum ad legum Nauarræ recopilationem, num.51.* Cardinalem Tuſchum *tom.2. Practicarum concluſionum, litera C, concluſ. 1036. à num. 4.* & Mal. Anton. *variarum reſolution. lib.1. reſol.18.n.12.*

Noſtræ conſonat interpretationi Tamburinus *tom.1. diſp.21. quæſ.3.* dicens, quod Abbas habens ius vtendi Pontificalibus in ſuo Monaſterio, deferre poterit inſignia Pontificalia in Eccleſia exempta extra Monaſterium, quando vſus eorum Pontificalium fuit ſimpliciter conceſſus, licèt priuilegium dicat, vt illa deferat in ſuo Monaſterio. Sic ille *num. 9* Barboſa ab illo citatus, ſic ait *de iure Eccleſiaſt. part.1. lib.1. cap.17.num.58.* Illud autem aduertere oportet, quod Abbas inſignia Pontificalia deferendi ius habens, præcedit non habentem, vt reſoluit Paciao. *de probat. lib 2. cap.18. num.6.* vbi *n.40.* ait, quod poterit deferre inſignia Pontificalia in Eccleſia exempta, licèt priuilegium dicat, vt deferat in ſuo Monaſterio. Et *num.41.* quod poterit deferre inſignia Pontificalia extra Monaſterium in Eccleſia exempta, quando vſus eorum fuit ſimpliciter conceſſus. Hæc Barboſa. 54

Io quo dobio procul ſenſu procedit præfati Aſcanij doctrina, dum *in quæſ.4.* eiuſdem diſputationis aſſerit, licere Abbatibus Pontificalia exercere in locis exemptis ab Ordinariorum iuriſdictione, ſi inuitati ab extraneis Prælatis exemptis ad illa exercenda fuerint. Et à fortiori procedet reſpectu Abbatis S. Facundi, habentis ſpeciale priuilegium, §. 9. *num 61* exſcribendum, per quod illi conceditur facultas vbique de Diœceſani licentia exercendi Pontificalia. Et etiam procedet reſpectu Abbatis S. Stephani de Cadomo, vigore priuilegij Clementis Papæ VI. qood in appendice adeſt. Et iuxta præcedentem diſtinctionem intelligenda eſt doctrina Dubalis *en la expoſicion de la Regla, p.1. cap.18. n.52* dicentis: *Con licencia, ò conſentimiento expreſſo del Obiſpo, pueden los Abbades exercer actos Pontificales, bendezir, conſagrar, y ordenar en qualquier lugar. Aſſi lo he viſto practicar en eſta Ciudad de Valladolid, donde he aſſiſtido à quatro Miſſas de Pontifical, y à conſagracion de Campanas, celebradas en differentes partes por los Abbades de eſte Conuento, y otras Miſſas de Pontifical, celebradas por los Abbades de S. Benito, y S. Baſilio, con licencia del Illuſtriſſimo Señor Don Fray Ioan Merinero, Obiſpo de eſta Ciudad. Y en otras partes he tenido noticia, ſe ha hecho lo miſmo. Y en eſto no puede hauer duda, pues claramente lo concede el dicho priuilegio de Clemente VIII. concedido al Abbad de la Vid, de nueſtra Religion, de que gozan los demas Conuentos.* Hactenus Dubal. 55

Circa vltimam partem dicti capituli octaui decreti S.Congregationis, aduertere oportet, illius diſpoſitionem locum non habere reſpectu Canonicorum Regularium Lateranenſium, vſum Pontificalium habentium, nec aliorum quidem Abbatum, & Prælatorum, prædictorum Canonicorum priuilegiis gaudentium, ad tradita per Tamburinum *quæſ.3. præallegato, num. 10.* Et ratio eſt, qoia Vrbanus Papa III. conceſſit Præpoſito Sanctæ Agathæ Cremonæ, Coogregationis Canonicorum præfatorum, vt in proceſſionibus Eccleſiæ ſuæ, diebus ſolemnibus, Baculum Paſtoralem extra dictam Eccleſiam deferre poſſet, vti conſtat ex diplomate, quod recenſent Auguſtinus Bar- 56

boſa *dicto lib. 1. de iure Eccleſiaſtico, cap.17. numero* 52. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verb. Abbas, num.* 9. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumm. qq. Regul. tom.2. part.3. verb. Baculus. n.4* ex Nouario *in Lucerna Regularium, verb. eod.* & Aſcanius Tamburinus *in citato quæſ.*3. illud exſcribit, provt habetur *in lib. priuilegiorum dictæ Congregationis, fol.*214. ſub tenore ſequenti, videlicet.

Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Lanfranco Præpoſito S. Agathæ Cremonæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm felicis memoriæ Alexander, & Lucius prædeceſſores noſtri, ſicut ex eorum litteris manifeſtè Nobis innotuit, prædeceſſori tuo... quam tibi de benignitate Apoſtolicæ Sedis indulſimus, vt in Proceſſionibus Eccleſiæ veſtræ diebus ſolemnibus deferatis baculum Paſtoralem. Nos eiſdem prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, eundem baculum diebus ipſis in Proceſſionibus deferendi, liberam tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Veronæ 4. Kalendas Iulij.

57 Cuius priuilegij vigore, omnes illo gaudentes vti poſſunt & Mitra extra proprias Eccleſias ſuas, & extra loca ipſis ſubiecta, in Proceſſionibus ſuarum Eccleſiarum, diebus ſolemnibus, vti docere videntur Lezana *in ſumma qq. Regularium, tom. 2. part.3. verb. Baculus, n.2.* & Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, tom.1. lib.3. cap.2. n.27.* & *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. dict. verb. Baculus, n.1.* cum Ioanne Maria Nouario *in Lucerna Regularium, verb. eod.* Dicunt enim, quod baculus, & Mitra, & illorum vſus ſunt correlatiua, & cui vnum conceditur, alterum credatur conceſſum. Duas allegant Sacræ Congregationis Rituum declarationes. Alteram *in Treuerenſi, 8. Ianuarij* 1605. & alteram *in Argemina, 7. Octobris* 1606. Illis conſonat Pax Iordanus *tom.1. de re ſacra, lib.5. tit.3. num.*38. in quantum à contrario ſenſu dicit: Quæ verò dicuntur de Mitra non adhibenda extra proprias Eccleſias, extenduntur ad cætera Pontificalia, vt ſæpiùs fuit reſolutum. Et quod ſint correlatiua, & quod vti debeat Epiſcopus Baculo, quoties paratus eſt Pluuiali, & Mitra, exceptis tantùm ab hac regula Officiis, & Miſſa pro defunctis, in quibus vſus Baculi ceſſat, ex Cæremoniali Epiſcoporum *lib.1. cap.17. in fine*, conſtat.

58 Dato autem, quod Baculus, & Mitra correlatiua ſint, vno eorum alicui conceſſo, aliud etiam ei conceſſum eſſe intelligitur, ob ea, quæ *num.*12. §.1. diximus: & quolibet iſtorum conceſſo, reliqua inſignia Pontificalia cēſentur pariter conceſſa. Quia *cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus, cap.*23. *de regul. iuris, lib.6.* & *l.*188. *ff. eod. tit. Non debet cui plus licet, quod minus eſt non licere.* Mitra autem inter Pontificalia inſignia maius ſignum eſt honoris, & ornamenti: & Baculus eſt maius ſignum dignitatis, & poteſtatis Paſtoralis.

Circa Capitvlvm IX. Decreti.

§. VIII.

Breviarivm.

Rochetum.

Prælatis Regularibus, etiam Epiſcopis, vſus Rocheti prohibetur, niſi talis Ordinis ſint, cui tale competat indumentum. n.59. & 60.

Prælati ſæculares habentes vſum Pontificalium, vtuntur Rocheto, ſiue Epiſcopi ſint, ſiue Abbates, &c. num.60.

In nono capitulo huius decreti abſolutè prohibet S. Congregatio Prælatis Regularibus, quibus Pontificalium vſus fuerit conceſſus, ne Rocheto vtantur, niſi ex tali ſint Ordine, cui huiuſmodi competat indumentum. Quæ vtique prohibitio iam illis erat iniuncta in Rubrica Miſſalis, *de præparatione Sacerdotis celebraturi, n.2* ibi: *Quibus ita diſpoſitis, accedit ad paramenta, quæ non debent eſſe lacera, aut ſciſſa, ſed integra, & decenter munda, ac pulchra, & ab Epiſcopo item, vel ab alio facultatem habente benedicta; calceatus pedibus, & indutus veſtibus ſibi conuenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat, induit ſe, ſi ſit Prælatus ſæcularis, ſupra Rochetum; ſi ſit Prælatus Regularis, vel alius Sacerdos ſæcularis, ſupra Superpelliceum, ſi commodè haberi poſſit, alioquin ſine eo ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas orationes inferius poſitas.* Immò & Epiſcopis Regularibus prohibetur Rocheti vſus, cum limitatione huius decreti, à Clemente VIII. *in Pontificali reformato, tit. de conſecratione Epiſcopi, verſ. Adſint duo, in rubro, pag.*45. & à Paulo V. *in Rituali Romano, in ritu ſeruando dum Epiſcopus baptizat.* 59

Et venit notandum, quod vniuerſaliter aſſignatur in rubrica pro indumento Prælatorum ſæcularium *Rochetum*, ſiue Epiſcopi illi ſint, ſiue Abbates, Decani, Priores, &c. & *ſuperpelliceum*, quod & *Cotta* dicitur à Gauanto *in Theſauro, part.2. tit.1. n.2. pag.*89. à *Cottis*, quod caput ſignificat, eo quod in eam primò caput inferatur, mox reliquo corpore velato, ſolum ferè caput ex ea conſpiciatur exertum. Et *Camiſia* etiam dicitur à Codino *de officiis Conſtantinopolitanis*, apud Buleng. *lib.2. cap.*39. eo quod ſuperpelliceum Clericale extendebatur vltra medias tibias. Concil. Baſileenſ. *ſeſſ.*21. pro Prælatorum Regularium, tam Epiſcoporum, quàm Abbatum, &c. indumento. Vnde S. Congregatio Rituum *in Turitana, 23. Ianuarij* 1621. Rochetum Abbati conceſſit ſæculari, in caſu, quo Abbas Regularis ſuperpelliceo vtebatur. Refert Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. collect.*654. *n.*3. & Sellio *in ſelect. canonic. cap.7. n.*18. Quocirca Tamburinus *tom.1. de iure Abbatum, diſp.*21. *quæſ.*10. *n.*7. ait: Surgens Abbas lauat manus, & ſacris ſe veſtibus induit ſuper Rochetο, ſi eo vti poteſt; at ſi ſit Regularis, ſupra *ſuperpelliceum*; & Acolythis ſingillatim veſtimenta portantibus, à Miniſtris, & aſſiſtentibus paratur vti Epiſcopus. Hæc ille. Azorius *p.1. lib.12. c.7. q.4.* & *part.2. lib.3. cap.22. q.8.* ſic ait: Geſtare debet Epiſcopus lineum amictum aliis communibus indumentis compoſitum, niſi Religioſus fuerit, *cap. Clerici officia, de vita, & honeſtate Clericorum.* 60

Circa

Circa Capitvlvm X.

Decreti, in eius parte prima.

§. IX.

BREVIARIVM.

Abbas.

Recenſetur Decretum prohibens Abbatibus, ne vtantur, ſi perpetui, & benedicti non ſint, etiam in ſuis Eccleſiis, priuilegio benedictis, & perpetuis conceſſo. n.61.

Poſſunt hodie Abbates, illo non obſtante, vti Pontificalibus in Eccleſiis ſuis Cœnobiis pleno iure ſubiectis, ſeu vnitis. n.62.

Poſſunt Abbates Vallis-Vmbroſani, & alij illorum priuilegiis vtentes, Pontificalibus vti, in Eccleſiis non ſibi pleno iure vnitis, ſed ad illos communiter, vel diuiſim pertinentibus. numero 63. & 64.

Abbates noſtræ Congregationis omnibus vti poſſunt Pontificalibus, in Prioratibus, grangiis, & Eccleſiis ſuis Cœnobiis vnitis pleno iure, quamuis per Clericos deſeruitis. n.65.

Abbates, quibus vſus Pontificalium eſt abſolutè conceſſus, poſſunt hodie ad Eccleſias omnino alienas inuitati, illis vti in dictis Eccleſiis, de licentia Diœceſani. n.67.

Abbates vtentes Pontificalibus, & Miſſali Monaſtico Pauli V. vbique poſſunt & tenentur in Miſſis vti Cruce pectorali, & aliis in dicto Miſſali præſcriptis pro dictis Abbatibus. numero 70. & ſequentibus.

Axioma.

Omnia ad vnum neceſſaria conceduntur, cui conceditur illud vnum. n.68. & 69.

Pontificalia.

Referuntur decreta prohibentia Prælatis ad Eccleſiam exemptam inuitatis, vti Pontificalibus. n.61.

Alia vide verbo Abbas.

Sacerdos.

Per Græciam tranſiens Latinus, Græcè celebrare poteſt; ſed præſtat Latino celebrare ritu; & è contra Græcus tranſiens per Eccleſiam Latinam. n. 70. & ſeqq.

Tranſeuntes.

Se accommodare poſſunt conſuetudini loci, per quem tranſeunt; ſed non tenentur. n. 70.

61 DVo iſtud continet Capitulum. *Primum*, quod Prælati vſum habentes Pontificalium, ad Eccleſiam inuitati exemptam, non valeant in illa dictis vti Pontificalibus. *Secundum*, quod non valeant, qui non fuerint Abbates perpetui, & benedicti, in propriis Eccleſiis priuilegio Abbatibus perpetuis, & benedictis conceſſo vti. Primæ conſonat parti aliud eiuſdem S. Congregationis decretum *in Eugubina*, 17. *Iuly*, *de anno* 1604. quod referunt Bartholomæus Gauantus *in Manuali Epiſcoporum*, *verbo Abbas*, *num.* 9. Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum*, *Collectanea* 1. *numero* 31. ex Sellio *in ſelect. Canonic. cap.* 19. *num.*24. Pax Iordanus *tom.* 1. *de re ſacra*, *lib.* 5. *tit.* 3. *numero* 37. per quod prohibetur, ne Abbates extra ſuas Eccleſias, & Conuentus, Mitrâ, & Baculo vti poſſint, nec ante ſe deferri faciant. Et quæ dicuntur de Mitra, & Baculo, extra proprias Eccleſias non adhibendis, ad cætera extendi Pontificalia, ſæpiùs fuiſſe reſolutum, aſſerit præfatus Iordanus *n.*38.

Per hæc tamen decreta non prohibentur Abbates Pontificalibus vti in Eccleſiis ſuæ iuriſdictionis, ſuis Cœnobiis, ſeu Conuentibus vnitis, vti bene docent Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regularium*, *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 2. *num* 36. *ante finem*, & *tom.* 2. *part.* 3. *verbo Abbas*, *num.* 14. Gauantus *verbo eodem*, *num* 10. & Pax Iordanus *vbi proximè*, *num.*36. poſt Aſcanium Tamburinum *de iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſp.* 21. *quæſ.* 2. *num.*3.4. & 5. dicentem ſic: Sed cùm Abbas circa vſum Pontificalium procedat à pari cum Epiſcopis, & cum omnibus, quibus talis vſus permiſſus eſt, vt *in cap. Vt Apoſtolica*, *de priuilegiis in ſexto*. & ſicut Epiſcopis, & Archiepiſcopis de iure conceditur talis vſus, non ſolùm in Eccleſia Metropolitana, & Cathedrali, ſed etiam in qualibet Eccleſia ſuæ Prouinciæ, vt *in dicto cap. Cùm ſis* (*de authoritate*, *ſcilicet*, *& vſu Pallij*;) ita & Abbati etiam in aliis Eccleſiis, & beneficiis vnitis eſt permiſſus talis vſus, cum etiam in ipſis locis habeat iuriſdictionem. Vnde cùm militet eadem ratio in Abbate, quæ militat in Epiſcopo, idem ius in eo militare debet, iuxta textum *in l. illud*, *ff. ad legem Aquiliam*, & *l. à Titio*, *ff. de verborum obligatione.* De qua re dubium non eſt, quia poteſtas exercendi Pontificalia, non ſolùm in Eccleſia propria, ſed etiam in aliis ſibi pleno iure ſubiectis, competere noſcitur Abbatibus, per textum *in dicto cap. Vt Apoſtolica*, & per caput *Abbates*, *eodem titulo*, *& libro*, ac per ſpecialia priuilegia ſuper hoc eis conceſſa à Sede Apoſtolica, de quibus *in antecedenti diſputatione*, *quæſito* 1. & *in præſenti diſputatione*, *quæſito* 7.

Difficultas autem eſt (proſequitur idem Doctor) *vtrum poſſint hoc facere in aliis Eccleſiis*, *quæ illis pleno iure non ſubſint.* Et credo affirmatiuè reſpondendum, ſi id ex priuilegio illis competat. vt conſtat ex quodam priuilegio Martini V. ſub data Florentiæ, anno 1420. Pontificatus ſui anno tertio, conceſſo Abbati Sancti Pancratij de Florentia, noſtræ Congregationis Vallis-Vmbroſanæ, & ſucceſſoribus: in quo non ſolùm concedit vſum Mitræ, Annuli, & Baculi Paſtoralis, & aliorum Pontificalium, ſed etiam facultatem elargiendi populo benedictionem ſolemnem in Eccleſiis omnibus, quomodolibet ſibi ſubiectis, etiamſi pleno iure ad ipſum non ſpectent, cuius priuilegij tenor eſt. 62 63

Nos veſtris, in hac parte, ſupplicationibus inclinati, vt tu Abbas, & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterij, qui pro tempore fuerint, Mitra, Annulo, Baculo Paſtorali, & aliis Pontificalibus inſigniis liberè poſſitis vti; necnon, quod in dicto Monaſterio & Prioratibus eidẽ Monaſterio ſubiectis, & Parochialibus, & aliis Eccleſiis ad vos communiter, vel diuiſim pertinentibus, quamvis vobis pleno iure non ſubſint, benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum & Matutinorum ſolemnia (dummodo in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit) elargiri poſſitis, felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Abbates, *& aliis quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus authoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore præſentium indulgemus.* Hactenus do- 64

ctus Aſcanius Tamburinus, qui aliud ſimile priuilegium Boniſacij Papæ IX. datum Romæ anno duodecimo, qui fuit Domini noſtri IESV CHRISTI 1400. recenſet *in dicta diſputat. 21. quæſ. 8. n. 9.*

65 Et quod Abbates noſtræ Hiſpanæ Congregationis liberè poſſint omnibus Pontificalibus vti in Prioratibus, grangiis, Capellis, ſeu Eccleſiis ſuis Cœnobiis vnitis, etiam per Clericos ſæculares deſeruitis, latè oſtendi *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 1. tract. 1. diſq. 3. num. 12. & 14. & dub. 1. §. 2. à num. 37. pag. 11. & 25.* & ſubſcripſerunt viri doctiſſimi, qui operi approbationes iuridicas dederunt, & alij quamplurimi, qui priuatè illis accinerunt.

66 Immò nec prohibentur Pontificalia Abbatibus, ad Eccleſias omninò alienas inuitatis, ſi eis illorum vſus fuerit abſolutè à Sede Apoſtolica conceſſus, in ſententia Iacobi de Graſſis, & præfati Aſcanij Tamburini, poſt Ioannem Andream, Lapum, Francum, & alios, quos recenſui ſuprà, §. 7. *num. 50. & ſequentibus.* Sed quidquid de illa ſit ſententia, omnino verum puto, huiuſmodi prohibitionem non afficere Abbates noſtræ Hiſpanæ, ſeu Valliſoletanæ Congregationis Benedictinæ, in vim conſtitutionis Clementis Papæ VIII. ſub die 30. Septembris, 1592. editæ, incipit: *Romanus Pontifex, la 123. Bullary authentici einſdem Congregationis* Conceſſit enim omnibus, & ſingulis Monaſteriis, & Domibus Congregationis, omnia, & ſingula priuilegia illorum cuilibet conceſſa, de quorum numero adeſt 106. *dicti Bullary,* Abbati Sancti Facundi per Alexandrum Papam IV. conceſſum anno Dominicæ Incarnationis 1260. ſub tenore ſequenti.

Alexander Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſtery Sancti Facundi, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inducunt nos tua deuotionis merita, vt te proſequamur beneuolentia gratioſa. Sanè petitio tua nobis exhibita continebat: quod tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſtolica eſt conceſſum, vt in Miſſarum ſolemniis, & conſuetis horis poſſitis in Monaſterio veſtro, & Eccleſiis ei ſubiectis ſolemnem benedictionem, more Pontificum elargiri. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere ampliorem, vt tu, & iidem ſucceſſores, vbique de licentia locorum Diœceſanorum, in huiuſmodi ſolemniis, & horis poſſitis dare benedictionem huiuſmodi, tibi, eiſdemque ſucceſſoribus, authoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino, &c.

67 Ita Alexander IV. anno ſui Pontificatus ſexto, conceſſit. Cùm autem ſolemnis benedictio more Pontificum elargiri nequeat abſque Pontificalium vſu, & facultas illam elargiendi vbique, de licentia ſaltem Diœceſanorum, Abbati Sancti Facundi, per huius priuilegij tenorem concedatur, per neceſſe illi vſus Pontificalium pro vbique de dicta licentia conceditur. Neceſſaria enim omnia ad vnum illi conceduntur, cui conceditur illud vnum. Axioma iuris eſt, de quo Auguſt. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom. 156. num. 3. ex lege 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum: l. ad rem mobilem, §. qui Procuratorem, ff. de Procuratoribus: l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfructus petatur: l. 3. §. Qui habet, ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum: l. 3. ff. pro ſocio: l. 1. §. final. ff. de Officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio: l. Auibus,* & ibi gloſſa 2. *ff. de legatis 3. §. Minorem, Inſtit. de actionibus, cap. Præterea, de officio delegati.* Nauarro *in principio de pœnitentia, diſtinct. 5. num. 24.* Surdo *conſil. 347. num. 20.* Gam. Luſitano *deciſ. 206. num. 9.* Thoma de Thomaſſet *in Floribus legum, regula 29.* vbi intelligit procedere in materia fauorabili, vel indifferenti, vel in coniunctis (vti in noſtro caſu, more Pontificum Benedictionis elargiendæ, & vſus Pontificalium;) & vbi militat eadem ratio. Et ex Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo Concedere.* Vbi etiam intelligit, quando illud conceſſum non poteſt ſine illis ſtare.

Et ratio eſt, quia in vnius actus conceſſione illa omnia veniunt, quæ faciliorem, & commodiorem executionem actui præſtant. Idem Barboſa ibi, ex Baldo *in l. 2. verſic. Tu dic plenius, ante num. 1. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,* vbi Curtius Iunior *à num. 2.* Alciatus *num. 2.* Decius *num. 6.* Ioannes Bologn. *à num. 18.* ex Menochio *conſil. 14. num. 8.* & ex dicto Baldo *in cap. finali, num. 4. de dolo, & contumacia.* 68

Hîc opportunè occurrit examinanda quæſtio, *An Abbates noſtræ Congregationis, & omnes alij Mitra Baculo, & Miſſali Monaſtico Pauli Papæ V. pro omnibus militantibus ſub Regula Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, liberè, & abſque vlla Diœceſani loci, aut alterius licentia poſſint vbique celebrare Miſſas non Pontificales, cum Cruce pectorali, Stola hinc inde demiſſa, Manipulo poſt confeſſionem ad acceſſum Altaris accepto; cum* Pax vobis, *in principio, & trina benedictione in fine?* 69

Illam breuiter abſoluam, quia de illa latè egi *tom. 1. diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum, tract. 1. diſq. 3. dub. 3.* Reſpondeo igitur, ſicut ibi reſpondi, poſſe, & debere. Quod poſſint, docet Ioannes Ægidius Coninck *de Sacramentis quæſt. 74. art 4. concluſ. 3. & 4.* ibi enim *num.* 117. ſic ait: Sacerdos Latinus tranſiens per Græciam poteſt celebrare vel ritu Græcorum, vel ritu Latinorum: & ſimiliter Græcus tranſiens per loca Latinorum. Patet ex dictis; quia vterque poteſt ſe accommodare conſuetudini loci, per quem tranſit, etſi ad hoc non teneatur. Hæc ibi. *Num.* autem 118. in ſequentia prorumpit. 70

Etſi communiter expediat peregrinum obſeruare conſuetudines particulares loci per quem tranſit.... tamen Sacerdotem Latinum tranſeuntem per Græciam præſtat celebrare ritu Latino, quàm Græco. Idemque eſt de Græco tranſeunte per loca Latinorum. Colligitur apertè ex epiſtola Leonis IX. ad Michaelem Conſtantinopolitanum, *cap. 29.* vbi apertè hoc ſuadet. Et ratio eſt, quia hæc non tam ſunt conſuetudines diuerſorum locorum particularium, quàm generales vtriuſque Eccleſiæ: præſtat autem vnumquemque ſeruare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ, quamdiu eſt pars eius, quàm imitari alienam. Hæc omnia Coninck *loco citato, dubio 3.* qui *quæſt. 83. art. 5. num.* 268. quæ ſequuntur, fatur. 71

Nota quintò, Sacerdotem, qui eſt membrum certæ Eccleſiæ, qui habet particulare officium, *ſiue Ritum Miſſæ*, teneri quidem in ſua Eccleſia celebrare ritu ibidem recepto; quando tamen eſt in locis vbi ſeruantur rubricæ Romanæ, *poteſt vel ritu Eccleſiæ ſuæ, vel Romano celebrare.* 72

Ex quibus omnibus habemus præfatum Doctorem ſenſiſſe, Abbates habentes ritus Miſſalis Monaſtici, extra Eccleſias ſuas, vbique poſſe illis vti, & præſtare ſeruare illos, quàm Romanos imitari. 73

Quod autem teneantur Monaſticis vti, patet tùm ex 74

ex Decreto S. Congregationis Rituum *in vna Burgenſi, ſub die 5. Ianuarij, de anno 1626.* quam loco recenſui præallegato, ex Auguſt. Barboſa, & Aldano. Tum etiam ex Breui Vrbani Papæ VIII. ſub grauibus pœnis dictos ritus ſeruari præcipiente, prout ex illo conſtabit § 13. Alia pro firmanda reſponſione *in prædicto dub.* 3. meæ recenſitæ diſquiſitionis meus Lector inueniet.

Circa ſecundam partem Decreti in capite decimo.

§. X.

BREVIARIVM.

Abbas.

Decretum prohibens, ne Abbates non perpetui, nec benedicti, priuilegio vtantur perpetuis, & benedictis conceſſo, locum non habet eorum reſpectu, qui priuilegium habent ad iiſdem gaudendum. quibus perpetui, & benedicti gaudent. à numero 75. ad 94.

Hoc habent priuilegium Caſſinenſes. numero 79. & 86.

Noſtræ etiam Congregationis Abbates. numero 80. & 94.

Habent & Abbates Congregationis Vallis Vmbroſæ. num. 80.

Item habent Abbates Congregationis Montis Oliueti. num. 80. & 91.

Abbates Ciſtercienſes Congregationis Regnorum Caſtellæ, & Legionis idem habent priuilegium. numero 89. & 90.

Habent etiam hoc priuilegium Abbates Camaldulenſes. n. 91.

Abbates S. Saluatoris Onienſis ſpeciale illud habent. num. 92.

Abbates noſtræ Congregationis poſſunt benedicere, & conſecrare primum lapidem, Cœmeteria, Calices, Campanas, &c. Ordines conferre minores, &c. num. 94.

Dictio.

Volumus, *nouum ius inducit, & declarat antiquum.* num. 86.

Perinde omnem importat ſimilitudinem. numero 87.

Importat & omnimodam æqualitatem. numero 88.

Refertur ad omnes qualitates ibid.

Priuilegia.

Congregationis Caſſinenſis, & Ciſtercienſis priuilegia noſtræ Congregationi communicantur. n. 80. & 89.

75 QVoad ſecundam partem capituli decimi decreti Sacræ Congregationis, dicendum cenſeo, nec illud vllo modo procedere reſpectu Abbatum noſtræ Congregationis, nec aliorum reſpectu, qui priuilegium habent Pontificalia exercendi, ac ſi eſſent benedicti. Ita docere videntur Antonius Naldus *in ſumma, verbo Abbas, num.* 2. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, dicto verbo Abbas, num* 3. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſ.* 13. Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicarum, verbo Abbas, collectan.* 1. *n.* 6. & Pax Iordanus *tom.* 1. *de re Sacra, lib.* 5. *tit.* 3. *numero* 29. qui vnus poſt alium, quæ ſequuntur, dicunt.

In primis enim Naldus ita fatur: Abbas dicitur talis, etiam ante benedictionem, & poterit vti Pontificalibus ornamentis, ſi habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem: cùm tamen in Epiſcopis aliter dicendum ante conſecrationem: *deciſione* 1084. *part.* 1. *Franciſci Marci.* 76

Gauantus: Abbas Monachorum non benedictus, habet inſignia, & priuilegia, quæ benedictus. 77

Aſcanius Tamburinus, *quæſito dicto* 13. *num.* 1. in ſequentia prorumpit: Abbates Regulares, licèt eis benedictionis munus non impendatur, illis tamen Monaſteriis, ad quæ electi, vel nominati fuerint, præeſſe poſſunt; ac illa in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, necnon omnia, & ſingula, quæ per Abbates aliorum Monaſteriorum, & locorum ſuæ Congregationis, iuxta illius conſtitutiones, & ſtatuta huiuſmodi fieri poterunt, *ac ſi eſſent benedictionis munus conſequuti,* facere, & exercere liberè, & licitè valent. 78

Ita Aſcanius, pro cuius probatione duo *n.* 2. recenſet Apoſtolica diplomata, per Eugenium Papam IV. Congregationi Caſſinenſi, aliàs Sanctæ Iuſtinæ conceſſa. Primum Florentiæ, 3. Idus Ianuarij, 1434. ſecundum Bononiæ, pridie Kalendas Iulij, 1436. vtrumque authenticum habeo in duplici Bullario, in forma *Vidimus*, expedito: vnum per Ordinarium Valliſoletanum, die 20. Aprilis, 1595. & alterum per Salmanticenſem, ſub die 29. Octobris, 1605. Illud pro mea Valliſoletana Benedictina Congregatione; iſtud pro omnibus Regularibus, Mendicantibus, & non Mendicantibus, ab Emmanuele Rodriguez computatum. Primum dictorum priuilegiorum adeſt in Bullario Benedictino, 5. in ordine; in communi Emmanuelis, eſt 6. Secundum verò in Emmanuelis Bullario, 11. reperitur; in Benedictino autem eſt 9. Cuius conceſſionis verba, quia propiùs ad noſtrum accedunt dictum, mox fideliter referam, ſupponendo illorum primum expreſsè concedere, quæ ad vnguem Tamburini recenſitæ doctrinæ continent verba. 79

Vnum hîc non omittere operæpretium duxi, quod dicta Eugeniana diplomata communicata ſunt dictæ noſtræ Congregationi Valliſoletanæ, ſicut & reliqua omnia Caſſinenſia, per Iulium Papam II. 18. Kalendas Iulij 1505. anno eius ſecundo, in conſtitutione 1. dicti noſtri Bullarij, & per Leonem X. & Clementem VII. in conſtitutione 83. ſub die 26. Nouembris, 1523. Et quod per eumdem Iulium ſint etiam extenſa ad Congregationem Vallis Vmbroſæ, Idibus Iulij, 1507. & ad Congregationem Oliuetanam, pridie Kalendas Iunij, anni octaui eiuſdem Iulij, factam fuiſſe conceſſionem ſimilem ſecundæ Eugenianæ recenſitæ, refert Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſ.* 2. *num.* 4. 80

Auguſtinus Barboſa *dicto n.* 6 ſic ait: Abbas qui eſt benedictus, vel qui ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ habet, vt Pontificalia exercere poſſit, ac ſi eſſet benedictus, poteſt omnia ſacra benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requiritur. Sacra Congregatio Concilij Tridentini, referentibus P. Franciſco Suarez *de Religione tom* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 2. & Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. & *tom.* 3. *verbo Calix, num.* 3. 81

Pax

82 Pax denique Iordanus, poſtquam *numero* 24. dixerat, quod effectus benedictionis Abbatis eſt, vt tribuat Abbati facultatem exercendi ea, quæ ſunt Ordinis ſui, quia tribuit plenitudinem Officij: & quod præſtat Epiſcopo conſecratio, præſtatur in benedictione Abbati, iuxta Abbatem, & Butrium *in cap. 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Azorium *Inſtitutionum Moralium part. 1. lib. 12. cap. 20. quæſt. 6.* & alios concordantes *num. 29.* in ſequentia prorumpit.

83 Sublimita ſecundò in eo, qui priuilegium Apoſtolicæ Sedis haberet exercendi Pontificalia, ac ſi eſſet benedictus. Sacra Congregatio Concilij, de qua Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 30. num. 2.* & Barboſa, qui illum citat *in ſumma Bullar. verbo Abbas, num. 3.* Hæc præfatus Pax Iordanus.

84 Dictis conſonat Riccius *in collectaneis deciſionum, part. 6. deciſion.* 2414. ex Franciſco Marc. *in deciſ.* 1084. dicens, Abbatem differre ab Epiſcopo in hoc, quod Abbas ante benedictionem Pontificalibus vtitur ornamentis, ſecus Epiſcopus.

85 Suppoſito autem ex dictis ſuprà §. 2. priuilegia neutiquam reuocari per iſtud Sacræ Congregationis decretum, facilè probatur dictum noſtrum, aliqua illorum recenſendo, per quorum tenores expreſsè conceditur Abbatibus non benedictis facultas Pontificalia exercendi, ac ſi eſſent benedicti. In primis occurrit referendum diploma Eugenij Papæ I V. de anno 1436. ſub pridie Kalendas Iulij, paulò ſuperiùs memoratum, in quo præter multa alia, hoc Congregationi Sanctæ Iuſtinæ conceſſit, huiuſmodi ſub tenore, videlicet.

86 *Volentes inſuper, quod Prælati Congregationis præfatæ, licèt benedictionis munus non acceperint, perinde tamen Monaſteria, & Religioſa loca ipſius Congregationis regere, & adminiſtrare, ac omnes actus in ipſis valeant exercere, & inſignia deferre, omniaque paramenta Eccleſiaſtica benedicere, ac ſi munus huiuſmodi fuiſſent conſequuti.* Ita Eugenius conceſſit: immò & pro nouo induxit iure. Dictio enim, *Volumus*, ius nouum inducit, & declarat antiquum. Auguſt. Barboſa *tract. de dictionibus vſufrequentioribus, diction.* 436. *num.* 15. poſt gloſſam *in Clementinam 1. de rerum permutatione*, Abbatem *in cap. Sedis Apoſtolicæ, de reſcriptis*, Barbat. *in Clementinam litteras, columna* 4. *eodem titulo*, & poſt Flaminium Pariſium *de confidentia benefic. quæſ.* 58. *num.* 44. *in fine.* Huius priuilegij meminerunt dictus Auguſt. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico vniuerſo, tom. 1. lib. 1. cap. 17. num. 47.* & Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum tomo primo, diſput. 2. quæſt. 13.*

87 Notari debet dictio, *perinde*, ab Eugenio poſita in præfata conſtitutione. Plura enim denotat pro dicto noſtro plauſibilia. In primis enim importat omnimodam ſimilitudinem inter Abbatem benedictum, & non benedictum, in gubernio, ac adminiſtratione, in omnium actuum exercitio, in inſignium delatione, & in Eccleſiaſticorum paramentorum benedictione, iuxta tradita per Barboſam *vbi proximè, diction.* 252. *num.* 2. *pag.* 740. & per Lezanam *ad Mare Magnum Minorum*, §. 51. *num.* 156. *ex l. Cùm hæres, in principio, ff. de acquirenda hæreditate, l. Qui à patre*, vbi Bartolus, *ff. de confirmando tutore*, & *in §. Item nobis, in fine, Inſtit. Per quas perſonas nobis acquiratur.* Idem Bart. *in extrauagantem, Ad reprimend. verſic. Perinde.* Roland. *conſil.* 47. *num.* 3. *tom.* 4. Grat. *conſil.* 137. *numero* 10. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 53. *num.* 3. *volumine* 1. & *conſ.* 169 *num.* 2. *vol.* 4. & ex pluribus aliis Doctoribus. Et concludit Barboſa ex Bart. *in dictam extrauagantem*, dictionem *Perinde*, & alias ſimiles, ſimilitudinem importantes, debere importare omnem ſimilitudinem, & ſic per omnia, niſi induceretur contrarietas, quia tunc ad euitandam contrarietatem ſimilitudo non fit quoad omnia.

Secundò importat omnimodam æqualitatem. Idem 88
Barboſa *num.* 3. ex Bonau. *communium opinionum verbo Dictio, pag.* 52. *Tertiò* præfata dictio, *Perinde*, ad omnes qualitates refertur, & vnam alteri æquiparat. Ipſe Barboſa *num. 4. ex l. Filio, §. penult. ff. de alimentis, & cibariis legatis*, Menochio *conſil.* 20. *num.* 19. & Caldas Pereyra *quæſtionum forenſium conſil. 4. num.* 35.

Secundò occurrit aliud eiuſdem Eugenij I V. 89
priuilegium, pro Abbatibus Ciſtercienſis Congregationis Regnorum Caſtellæ & Legionis, Bononiæ expeditum ſeptimo Kalendas Octobris, de anno 1437. incipit: *Etſi pro cunctorum. ex 6. tomi ſecundi priuilegiorum dictæ Congregationis*: quibus omnibus gaudet noſtra Benedictina Hiſpana, aliàs Valliſoletana, in vim conſtitutionis Clementis Papæ V I I I. *Romanus Pontifex*, ſub datum Tuſculi, 20. Septembris 1592. *la* 123. *Bullarij authentici dictæ noſtræ Congregationis.* In illo ſic Eugenius, *num.* 14. ſtatuit *Volentes, & etiam decernentes, quod Generalis dictæ Obſeruantiæ Reformator, & etiam quicumque principales Conuentuales Prælati præfatorum reformatorum, ac reformandorum Monaſteriorum, de cætero vocentur, & ſint Abbates, ac dicti Conuentuales Abbates triennales exiſtant, & per triennium dumtaxat Monaſteriis, quibus præficiuntur, præſint, nec munus benedictionis eis impendatur; & aliàs ipſi, ac dictus Reformator omnibus, & ſingulis honoribus, præeminentiis, priuilegiis, prærogatiuis, iuribus, & inſigniis Abbatialibus fungi poſſint.*

Quæ Eugeniana conceſſio explicata, & innoua- 90
ta fuit ad fauorem dictorum Generalis, & Abbatum Ciſtercienſis Congregationis, per Iulium Papam I I. quarto Nonas Iulij, de anno 1506. in Bulla *Sacræ Religionis, la* 19. *dicti tomi* 2. in qua à *num.* 7. ita lego: *Et inſuper, cùm ſicut dictus modernus Abbas Reformator aſſerit, liceat reformatori, & aliis Abbatibus triennalibus Ordinis, & obſeruantiæ prædictorum, ex priuilegio Apoſtolico vti Abbatialibus inſigniis, quibus perpetui Abbates vtebantur, potiebantur & gaudebant, aut vti, potiri & gaudere poſſent quomodolibet in futurum; præfato, & pro tempore exiſtenti Reformatori, & cuilibet ex aliis Abbatibus triennalibus Monaſteriorum eorumdem, quod veſtes, tunicas, & alia ornamenta pro celebratione Miſſarum, & aliorum diuinorum Officiorum in Eccleſiis Monaſteriorum prædictorum dumtaxat neceſſarias pro tempore benedicendi, necnon Nouitios, & alios quoſcumque dicti Monaſterij ſubditos, prout poterant præfati perpetui Abbates, Clericali charactere inſigniendi, &c.*

Deinde occurrit priuilegium conceſſum Abba- 91
tibus Montis Oliueti Ordinis noſtri, per præfatum Iulium I I. ſub datum Romæ, pridie Kalendas Iunij 1507. quod habetur *in libro priuilegiorum dictæ Congregationis, pag.* 76. vti teſtatur Aſcanius Tamburinus *dicto tom. 1. diſp. 11. quæſ.* 13. cuius tenorem ſic recenſet: *Præfatique ſic electi, ſeu nominati, abſque alicuius dictæ Sedis, vel alterius prouiſionis, vel diſpoſitionis adminiculo, etiam præter hoc, quod eis munus benedictionis impendatur, ipſis Monaſteriis, & Prioratibus, ad quæ ſi electi,*

vel

vel nominati fuerint præeſſe, ac illa in ſpiritualibus, & temporalibus regere, ac omnes actus ibidem exercere, & inſignia deferre, ac ſi munus huiuſmodi ſuſcepiſſent. Sic tranſcribit Aſcanius clauſulam conceſſionis Iulianæ pro Oliuetanis, & refert aliud eiuſdem tenoris priuilegium conceſſiſſe Leonem X. Abbatibus Congregationis Camaldulenſis, vti apparet in Compendio ſuorum priuilegium, *fol.* 34. Recenſet & aliud pro Abbatibus Congregationis Lateranenſis, ex libro priuilegiorum dictæ Religionis, *pag.* 542. à Pio V. conceſſum, 17. Kalendas Februarij, anno 1566. & ſui Pontificatus 1.

92 Vlteriùs occurrit Bulla Alexandri VI. Abbati triennali Cœnobij Onnienſis conceſſa, per quam ei & eius ſucceſſoribus omnia inſignia Pontificalia conceſſit, & eorum vſum, provt illis vſi fuerant dicti Cœnobij Abbates, quando perpetui erant, & benedicti. Quam Bullam infrà §. 17. exſcribam, & illa potiri omnes Abbates noſtræ Congregationis dicam.

93 Vltimò occurrit decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium, Interpretum decretorum Sacri, & Generalis Concilij Tridentini; per Clementem Papam VIII. canonizatum, & confirmatum die 2. Auguſti, de anno 1596. pro Generali, & Abbatibus noſtræ Congregationis Valliſoletanæ, Ordinis S. P. N. Benedicti Hiſpaniarum, in conſtitutione, *Vt ea, quæ pro Eccleſiarum* quæ authentica habetur in Bullario eiuſdem Congregationis, *la* 125. *& ſin.* in qua ita legitur: *Sanè dilecti filij Generalis, & Abbates Congregationis Valliſoletanæ, Ordinis Sancti Benedicti Regnorum Hiſpaniarum, Nobis nuper exponi fecerunt, quod aliàs per Congregationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, decretorum Concilij Tridentini Interpretum declaratum fuerit, licere Abbatibus benedictis, vel quibus à Sede Apoſtolica conceſſum ſit priuilegium, vt poſſint ea omnia facere, quæ poſſunt Abbates Benedicti, Tonſuram, minoreſque Ordines ſuis ſubditis Regularibus tantùm conferre, aliaque Pontificalia huiuſmodi Abbatibus competentia in ſui Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & limitibus exercere. Taliterque ordinatos, ſi quid aliud non obſtiterit, legitimè poſſe à quibuſvis Ordinariis ad vlteriores Ordines promoueri. Necnon Monachos à Diœceſanorum ſuperioritate, & iuriſdictione exemptos, abſque illorum litteris dimiſſoriis quibuſvis locorum Ordinariis, cum teſtimonialibus litteris ſuorum Superiorum tantùm, ad omnes Ordines admitti debere.* Et infrà: *Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, decreta, & ordinationes huiuſmodi Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, eaque per quoſcumque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & aliorum locorum Ordinarios inuiolabiliter perpetuò obſeruari debere ſtatuimus & ordinamus. Decernentes ſic, & non aliter per eoſdem, & alios quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatij Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis conſtitutionibus, & ordinationibus: quibus omnibus, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, &c.*

Ex præcedentibus fit, bene haberi *in Ceremoniali Monaſtico Ordinis noſtri, part.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *Tienen los Abbades de nueſtra Congregacion la miſma dignidad, que los Abbades bendiitos: pueden vſar de todas las inſignias Pontificales, y dar la benedicion ſolemne deſpues de Viſperas, Laudes, y Miſſa, e otros actos, como los Obiſpos; ordenar de Corona, y Grados; bendezir la primera piedra del edificio; conſagrar Altares, y Aras; bendezir Cementerios; conſagrar Calices, y Patenas, y otros vaſos para el culto diuino; bendezir qualeſquiera ornamentos Eccleſiaſticos, Cruces, Imagenes, y conſagrar Campanas, aſsi por nueſtros priuilegios, como por communicacion de la Congregacion Caſſinenſe (dicha de S. Iuſtina) Cluniacenſe, y Ciſtercienſe.* 94

Circa Capitulum XI.

§. XI.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbates, & alij Prælati ſacras veſtes ex Altari ſumere prohibentur, niſi Pontificaliter celebraturi. numero 95.

Quod omnes Abbates, & Prælati inferiores, vſum Pontificalium habentes, teneantur abſtinere à ſumptione ſacrarum veſtium ex Altari, niſi Pontificaliter diuinis vacaturi, vti in hoc Capitulo decreti ſacræ Congregationis præſcribitur, certum mihi eſt, & abſque vlla controuerſia, aut dubitatione. Nullibi enim eis conceſſum vidi, quod eas ex Altari, extra vſum Pontificalium aſſumere valeant. Obediendum ergo eſt ſacræ Congregationis diſpoſitioni, cuius eſt ſacros præſcribere ritus. 95

Circa Capitulum XII.

§. XII.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbas Montis Virginis omnibus vtitur Pontificalibus: Ordines confert Minores: Indulgencias concedit: benedicit populum, Calices, &c. & cognoſcit de matrimonio inter vaſſallos. n. 113.

Archiepiſcopus.

In Prouincia ſua non habet iuriſdictionem, niſi in certis caſibus, habet tamen voluntariam. n. 103.

Chriſtus.

Modica gutta ſanguinis Chriſti ſufficiebat propter vnionem ad Verbum, pro humani generis redemptione. num. 98.

Clemens VI.

Monachus Benedictinus annum Iubilæi ad quinquageſimum reduxit. n. 98.

Concilium.

Generale Concilium Lateranenſe 412. *Epiſcoporum, ſub Innocentio III. præſcripſit Epiſcopis indulgentias, quas concedere poſſent.* n. 101.

Confraternitas.

Generales, & Prouinciales Ordinum, poſſunt communicare benefactoribus ſuorum Ordinum reſpectiuè Indulgentias, ſuffragia, orationes, & alia bona ſpiritualia. n.109.

Indulgentias communicare illis poſſunt, applicando illis Indulgentiarum fructum, ſicut defunctis applicatur; & concedendo, vt eas poſſint benefactores lucrari, ea faciendo, quæ ad conſequutionem requiruntur. n.109.

Indulgentia.

Eſt relaxatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus iam dimiſſis, conceſſa homini exiſtenti in gratia à Prælato, per applicationem theſauri Eccleſiaſtici. n.99.

Poteſtas concedendi Indulgentias ad iuriſdictionis pertinet poteſtatem, non Ordinis. n.96.

Ad iuriſdictionem voluntariam, non ad contentioſam. num.104.

Ad ſolum Papam pertinet de iure diuino illas concedere. n.98.& 99.

Illas poteſt antequam conſecretur, concedere. numero 96.

Poſſunt Epiſcopi ex Papæ priuilegio, in iure inſerto communi, illas concedere, cum limitatione. n.100. 101. 102. & 103.

Poſſunt etiam Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ. num.102.

Poſſunt omnes præfati ante conſecrationem. numero 96.

Poſſunt extra proprium territorium. numero 104. & 105.

Prohibet S. Congregatio ne quis, qui Epiſcopus non ſit, illas concedat. n.96.

Non afficit dictum decretum priuilegio Apoſtolico munitos n...

Prædicatores Regulares, finita concione poſſunt nomine ſuæ Sanctitatis ſuis auditoribus certas concedere Indulgentias. n.106.

Viſitatores Regularium, poſſunt eis, abſoluta viſitatione, Indulgentiam plenariam concedere, quia facultas reuocata non eſt per Paulum V. num.107. & 109.

Generalis Minorum Indulgentiam plenariam concedere poteſt omnibus Fratribus, Sororibus Tertiariis, Fundatoribus, Conſeruatoribus, & Procuratoribus ſingularum domorum ſui Ordinis. numero 108.

Abbates Regulares poſſunt in Officiis, & Miſſis Pontificalibus quadraginta dierum, Indulgentiam concedere. à n. 110. ad 116.

Forma publicandi hanc Indulgentiam traditur. numero 117.

Facultas concedendi Indulgentias fauorabilis eſt, & amplianda n.116.

Vide verbo Confraternitas.

Iuriſdictio voluntaria.

Validè, & licitè exercetur iuriſdictio voluntaria extra territorium proprium. numero 104. & 105.

Poteſt exerceri etiam in non ſubditum, conſentientem. num.104.

Debet in alieno territorio priuatim, & non publicè exerceri, vt confuſio vitetur, & ſcandalum. num.105.

Fallit doctrina prædicta, in aliquorum ſententia, quando voluntaria iuriſdictio competit iure ſpeciali, vel priuilegio. n.105.

Iuriſdictio voluntaria abſque ſtrepitu iudiciali exercetur, ſine citatione, coactione, ſententia, & ſine ſeſſione Iudicis pro tribunali. numero 104. & 105.

Ad hanc iuriſdictionem pertinent diſpenſatio in votis, & iuramentis, aſſiſtentia matrimonij, abſolutio à cenſuris, & peccatis, Indulgentiarum conceſſio. n.101. & 105.

Priuilegia.

Congregationi Ciſtercienſi Regnorum Hiſpaniæ communicantur omnia priuilegia, &c. quibuſvis Ordinibus, & Congregationibus conceſſa. n.114.

Noſtræ Congregationi ſunt communicata omnia; quibus gaudet dicta Ciſtercienſis. numero 114. & 115.

Theſaurus Eccleſiæ.

Eccleſiæ Militanti acquiſiuit Chriſtus theſaurum, in quo theſaurizauit ſuperabundantiâ ſui ſanguinis merita, ad cuius cumulum Deiparæ, & omnium electorum à primo iuſto vſque ad vltimum, merita adminiculum præſtant. n.98.

IN hoc capitulo S.Congregationis decreti ſtatuitur, ne Prælati Eccleſiaſtici, qui Epiſcopi ſaltem 96
non ſint, indulgentias audeant impertiri, vel publicare abſque expreſſo Sedis Apoſtolicæ indulto. Pro illius intelligentia, & eorum, quæ dicenda ſunt, operæpretium duxi ſupponere. *Primò* quod poteſtas concedendi Indulgentias, non ad poteſtatem Ordinis, ſed iuriſdictionis potiùs pertinet. Conſtat *ex cap. Quod autem, el 4. de pœnit. & remiſſionibus*, ibi: *Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod cum à non ſuo iudice ligari nullus valeat, vel abſolui, remiſſiones prædictas prodeſſe illis tantummodo arbitramur, quibus proprij Iudices ſpecialiter indulſerunt.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.2. diſp.9. quæſt.1. n.3.* Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.3. allegat.88. n.6.* Eligius Baſſæus *tom.1. verb. Indulgentia 1. n.3.* Emmanuel Sà *verb. Indulgentia, n.16.* quò loci docet ex D.Thoma *in 4. diſt.20. quæſt.1. art.4. ad 2.* & ex Cardinali Bellarmino *lib.1. de Indulgentiis, cap.11.* iuriſdictionem ſufficere in Epiſcopo ad Indulgentias concedendas. Vnde Summus Pontifex, & Epiſcopus ſimiliter, ante conſecrationem Indulgentias elargiri poteſt. Baſſæus ex Valer. Reginaldo *lib.7. praxis ſuæ, num.123.* Iacobo de Graffis *in Appendice, lib.2. cap.2. n.24.* & Syluio *in ſupplemento, quæſt.26. art.2.* Vidal *de Indulgentiis, in quæſ.1. n.6.*

Secundò ſuppono, facultatem impertiendi In- 97
dulgentias, ſolùm ad Summum Pontificem primariò pertinere, tanquam ad ſupremum Principem, & vniuerſalem Eccleſiæ Rectorem; ad cæteros verò eadem facultate fungentes, quatenus ab ipſo conceditur Pontifice. Ita Aſcanius Tamburinus ex D.Thoma *in additionibus ad 3. part. q. 26. art.3.* Bellarmino *dict. lib.1. cap.55.* Suarez *tom.4. in 3 part. diſputat.49. ſect.1. num.13.* & aliis. Pax Iordanus *tom.1. de re ſacra, lib.5. tit.16. num.18.* Baſſæus *num.2.* Barboſa *d. allegat.88. num.5.* & quamplurimi alij ab ipſis recenſiti Doctores. Marcus Vidal *in Arca Vitali, loco proximè citato*, cum aliis non paucis.

Et probatur *ex extrauag. Vnigenitus Dei filius,* 98
la 2. de pœnitentiis, & remiſſionibus, inter communes, in qua Clemens Papa VI. 6. Kalendas Februarij, de anno 1342. primo ſui Pontificatus, annum Iubilei, ſeu Indulgentiam plenariam, olim concedi conſuetam quolibet centeſimo anno, omnibus verè pœnitẽtibus, & confeſſis, viſitãtibus

Baſilicas

Baſilicas SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ad annum quinquageſimum reduxit. In illa ſic ait ſanctæ memoriæ Pontifex, ex Benedictina Cuculla ad Tiaram Petri, hominum Piſcatoris, aſſumptus: *Vbi enim venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ſub lege, natum ex muliere, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, & adoptionem reciperet filiorum; Ipſe namque factus nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, non per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Non enim corruptibilibus auro, & argento, ſed ſui ipſius Agni incontaminati, & immaculati pretioſo ſanguine nos redemit: quem in ara Crucis innocens immolatus, non guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis ſuffeciſſet; ſed copioſè, velut quoddam profluuium noſcitur effudiſſe, ita vt à planta pedis vſque ad verticem capitis nulla ſanitas inueniretur in ipſo. Quantùm ergo exinde, vt nec ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum Militanti Eccleſiæ acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filiis pius pater? vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum, non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per Beatum Petrum Cœli Clauigerum, eiuſque ſucceſſores, ſuos in terris Vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & propriis, & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis, pro peccatis debitæ, tum generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) verè pœnitentibus, & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidem theſauri cumulum Beatæ Dei Genitricis, omnium electorum à primo iuſto vſque ad vltimum merita adminiculum præſtare noſcuntur.* Et infrà: *Quorum vni, ſcilicet Apoſtolorum Principi, ſicut bono diſpenſatori, claues Regni Cœlorum commiſit.*

99 Hæc omnia noſter Clemens: ex quibus ſuppoſito noſtro efficaciſſima probatio reſultat. Si enim Chriſtus Dominus Apoſtolo Petro, & ſucceſſoribus ſuis, ipſiuſmet Chriſti Vicariis commiſit theſauri Eccleſiæ diſpenſationem; conſtantis quidem non argento, aut auro, ſed ſuperabundanti ſatisfactione, & redemptione humani generis, per ſanguinis eiuſdem Chriſti copioſam effuſionem; & meritis Deiparæ, & omnium iuſtorum; & non illam commiſit vlli alteri, certum omninò redditur ex hac Clementina, ſolùm ad Summum Pontificem pertinere primariò Indulgentias impartiendi facultatem; & nulli alteri, niſi ab illo, & prout ab illo fuerit conceſſum. Indulgentias enim elargiri, nihil aliud eſt, quàm theſaurum Eccleſiæ diſpenſare. Ita docent communiſſimè Doctores; diffiniunt enim Indulgentiam, per hoc quod ſit *Relaxatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus iam dimiſſis, conceſſa homini exiſtenti in gratia, à Prælato per applicationem theſauri Eccleſiaſtici.* Baſſæus *num.* 1. ex D. Thom. *in ſupplemento ad* 3. *part. quæſt.* 25. Sylnio *ibidem, art.* 1. Gregorio Valentia *tom.* 4. *diſputat.* 7. *quæſt.* 10. *punct.* 1. Suarez *tom.* 4. *diſput.* 49. & 50. Nauarro *de Indulgentiis, notab.* 10. & *ſeq.* Iacobo de Graſſis *in appendice, lib.* 2. *cap.* 1. Fillincio *tract.* 8. *cap.* 3. *quæſt.* 1. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 1. Valerio Reginaldo *lib.* 7. *num.* 99. & Corduba *lib.* 5. *quæſt.* 4. 5. & 6. Pax Iordanus *tom.* 1 *de re ſacra, lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 8. Auguſtinus Barboſa *dicta alleg.* 88. *num.* 1. *pag.* 287. & alij penes ipſos. Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.* 1. *cap.* 22. *n.* 2. & 6. Nec diſſonat diffinitio Indulgentiæ, quam Marcus Vidal *dicta inquiſitione.* 1. *num.* 2. tradit, dicens: Indulgentiam rectè diffiniri, quod ſit *Remiſſio, ſeu relaxatio pœnæ temporalis debitæ Deo pro peccatis actualibus iam dimiſſis, conceſſa homini extra Sacramentum, exiſtenti in gratia per applicationem ſatiſfactionum Chriſti, & Sanctorum.*

100 Suppono *tertiò*, Epiſcopis fuiſſe à Summo Pontifice in corpore iuris conceſſam facultatem impertiendi Indulgentias; cum hac tamen limitatione, vt ſolùm queant vnum annum indulgentiæ concedere in Eccleſiæ alicuius Dedicatione; in alia verò quacumque occaſione, ſolùm quadraginta dies. Ita docent Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 1. *part.* 3. *verb. Indulgentia quoad Regulares, n.* 4. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 88. *n.* 14. & *in cap. Cùm ex eo, n.* 5. *el* 14. *de pœnitent. & remiſſionibus.* Baſſæus *tom.* 1. *verb. Indulgentia* 1. *n.* 2. cum Soto *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 2. *art.* 1. Corduba *de Indulgentiis, q.* 14. Triumpho *q.* 29. *art.* 6. Suarez *tom.* 4. *diſputat.* 55. *ſect.* 3. *n.* 5. Bonacina *de Sacramentis, diſput.* 6. *q.* 1. *punct.* 2. *n.* 2. *ad finem.* Azorio *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 54. *q.* 6. Franciſco Leone *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 1. *cap.* 7. *n.* 18. Vgolino *de poteſt. Epiſcopi, cap.* 41. §. 1. *in princ.* Paulo Laymano *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 4. *n.* 2. *in princ.* Sanctarello *tract. de Iubileo, cap.* 2. *dub.* 2. *lit.* C, & Iulio Lauorio *de Iubileo, & Indulgentiis, part.* 2. *cap.* 11. *n.* 18. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verb. Indulgentia, n.* 10 & 11. Dubal *loco citato, n.* 7. & alij paſſim Doctores. Et probatur *ex dict. cap. Cùm ex eo*, in quo ſic Innocentius Papa III. in Concilio Generali Lateranenſi, 412. Epiſcoporum, decernit in fine illius capitis.

101 *Adhæc, quia per indiſcretas, & ſuperfluas Indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Prælati facere non verentur, & Claues Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur; decernimus, vt cùm dedicatur Baſilica, non extendatur Indulgentia extra annum, ſiue ab vno, ſiue à pluribus Epiſcopis dedicetur; ac deinde in anniuerſario Dedicationis tempore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat.* Hæc Innocentius in conciliari decreto. Et quia aliqui Epiſcopi in Indulgentiarum elargitione excedebant taxam ab eo præſcriptam, Bonifacius Papa VIII. ſequentem condidit Decretalem, *c.* 4. & *fin. de pœnitent. & remiſſionib. in* 6. videlicet: *Indulgentiæ, quæ ab vno, vel pluribus Epiſcopis in Eccleſiarum Dedicationibus, vel aliis quibuſcumque caſibus conceduntur, vires non obtinent ſi ſtatutum exceſſerint Concilij Generalis.*

102 Quod de Epiſcopis diximus, de reliquis omnibus Superioribus, qui Epiſcoporum nomine continentur, de Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis ſcilicet (omnes enim iſti Epiſcopis ſunt quoad ordinem pares, licèt non quoad iuriſdictionem, Pax Iordanus *de re ſacra, in præludio* 1. *num.* 44.) intelligi debet. Omnes enim illi elargiri valent, non ſolùm in ſuis Diœceſibus, ſed in Prouinciis propriis, Indulgentias præfatas, prout Epiſcopis eſt conceſſum. Dubal *dict. num.* 7. & Pax Iordanus *num.* 24. cum Bellarmino *de Indulgentiis, lib.* 1. *cap.* 11. Toleto *lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 2. Bonacina *de Sacramentis, diſput.* 6. *q.* 1. *punct.* 5. *propoſit.* 2. Theſauro fori Eccleſiaſtici *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 18. Et præterquam quod id ratio ipſa ſuadet, cùm omnes illi Superiores Prælati, Epiſcopi etiam ſint, & non peioris conditionis, ſed melioris potiùs, quàm ſunt Epiſcopi ipſi, non eſt deneganda illis, quæ iſtis conceditur facultas: expreſsè illis in iure

reperitur, & cum eiſdem limitationibus indulta. In *cap.* enim 15. *de pœnit. & remiſſionibus*, ſic Honorius Papa III. decernit, videlicet.

103 *Noſtro poſtulaſti certificari reſponſo, vtrum per tuam Prouinciam poſſis concedere remiſſionis litteras generales. Nos igitur fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod per Prouinciam tuam liberè potes concedere huiuſmodi litteras; ita tamen, quod ſtatum Generalis Concilij non excedas.* Hæc decretalis illa. Gloſſa verò, *verbo Prouinciam*, ita ait: Nota, quod Archiepiſcopus per totam Prouinciam ſuam poteſt facere remiſſiones, prout hic colligitur; & Epiſcopus in ſua Diœceſi, licèt Archiepiſcopus non ſit index ordinarius omnium de Prouincia ſua, *ſuprà de offic. Ordinarij Paſtoralis*: & iuriſdictionem contentioſam non habeat in ſua Prouincia, niſi in certis caſibus, vt dicitur *in Decretali Paſtoralis*; ſed voluntariam. Sic gloſſa. Adeſt etiam alia Innocentij Papæ IV. Decretalis, in Concilio Lugdunenſi, anno 1223. celebrato facta, quæ in ſexto libro Decretalium primum ſibi vindicat locum, in qua, quæ incipit, *Romana Eccleſia*, ita lego: *In concedendis quoque Indulgentiis non excedat Remenſis Archiepiſcopus ſtatutum Concilij Generalis.* Vbi gloſſa *verbo Remenſis*, addit: vel alius quilibet.

104 Ex dictis fit, habentem facultatem impertiendi Indulgentias, poſſe illas concedere extra proprium territorium. Quia iuriſdictio voluntaria extra illud validè, & licitè exerceri poteſt, cùm fiat abſque ſtrepitu iudiciali, ſine citatione, coactione, & ſententia. Pax Iordanus *tom. 1. de re beneficiaria, lib. 8. tit. 2. in fine, pag. mihi 145. col. 2. tom. 2. de re iudiciali, lib. 13. tit. num. 17. & ſeqq.* Thomas Sanchez *tom. 1. de matrimonio, lib. 3. diſp. 9. n. 7. & 8.* Barboſa *in cap. Nouit, num. 6. & 7. de officio Legati.* cum pluribus, quos recenſet. Abbas Panormitanus *in cap. Sicut te, num. 13. & 14. & 8. Ne Clerici, vel Monachi.* Ibi enim dicit, iuriſdictionem voluntariam exerceri poſſe, etiam in non ſubditum conſentientem; hic verò, Notarium, etiam per loci ſtatutum conſtitutum, poſſe in alieno territorio inter ſubditos inſtrumenta de partium conſenſu conficere. Thomas Delbene *de immunitate Eccleſiaſtica tom. 1. cap. 12. dubit. 7. ſect. 1.* vbi quæſito, *An Epiſcopus in ſuos extra proprium territorium exiſtens poſſit ſaltem aliquid quoad ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis?* in ſequentem reſolutionem prorumpit.

105 Reſpondetur, quod licèt Iudex in ſuos extra territorium exiſtentes, non poſſit exercere iuriſdictionem contentioſam, ſine expreſſo, vel tacito conſenſu iudicis proprij ipſarum partium litigantium, cùm extra territorium ius dicenti impunè non pareatur, *cap. 2. de conſtitutionibus in 6* & diffusè dicebam *ſuprà*; poſſit tamen validè, & plerumque etiam licitè exercere iuriſdictionem voluntariam, diſpenſando v. gr. cum ſubditis in eorum votis, & iuramentis; aſſiſtendo eorum matrimoniis, abſoluendo à cenſuris, & peccatis: quia cùm voluntaria iuriſdictio nullum ordinarium iuris proceſſum, neque Iudicem pro tribunali ſedentem petat, nulla iniuria infertur Iudici, in cuius Diœceſi ſine ipſius licentia tales actus exercentur. Doctores communiter *in l. 2. ff. de officio Proconſulis. & in cap. Nouit, de officio Legati* Syluester *verb. Confeſſor, 1. quæſt. 14.* Couarruuias *3. reſolutionum, cap. 20. num. 8.* Suarez *3. part. tom. 4. diſp. 25. ſectione 1.* & Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſput. 9. num. 7.* Quamvis ad vitandum ſcandalum, & confuſionem non debeat quis voluntariæ iuriſdictionis actus exercere publicè, quaſi alienam iuriſdictionem exercendo; ſed formè tantùm priuatim, ſicuti notauit Sanchez *loco ſuprà citato.* Hactenus P. Thomas Delbene. Dictam tamen doctrinam non poſſe procedere reſpectu voluntariæ iuriſdictionis, quæ competat iuri ſpeciali, vel priuilegio, adnotat Auguſt. Barboſa *in cap. Statutum, num. 8. el 3. de Præbendis, & dignitatibus, lib. 6.* ex Couarruuia *dicto lib. 3. variarum reſolutionum, cap. 10 n. 9. verſic. Cæterùm.*

106 *Quartò* ſuppono, quod licèt Regulares nequeant in vim iuris Diuini, nec Eccleſiaſtici quidem indulgentias impartiri, ſicut Papa, & Epiſcopi, ac alij Superiores Prælati valent illas reſpectiuè concedere; poſſunt tamen eorum aliqui, priuilegiorum vigore à Sede Apoſtolica conceſſorum, illas elargiri. In primis enim non ſolùm ipſi Prælati, ſed etiam priuati Religioſi Concionatores, finita concione varias poſſunt concedere adſtanti populo Indulgentias, iuxta varia Summorum Pontificum indulta. Poſſunt concedere indulgentiam dierum 140. in vim priuilegij, de quo *in compendio priuilegiorum D. Hieronymi, verbo Prædicator, §. 1. & 2.* Ita Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom. 2. cap. 10. num. 57. ad conſtitutionem Pauli V.* Quò loci recenſet Caſarrubium *verbo Indulgentia, quoad ſæculares, 5.* ſummantem has Indulgentias, & dicentem, quod Fratres Mendicantes quandocumque prædicant in ſuis Domibus, quocumque die, poſſunt concedere ſuis auditoribus 18. annos, & dies 322. indulgentiarum. Quando autem alibi prædicant, poſſunt concedere 18. annos, & dies 222. Quando verò prædicant tempore Quadrageſimæ in ſuis Domibus, feria 2. 4. & 6. poſſunt concedere ſuis auditoribus vltra prædictas, 138. annos, & dies 202. Hæc ibi Peyrinus, qui addit, has indulgentias non fuiſſe reuocatas per Paulum V. in conſtitutione *Romanus Pontifex*, ſub datum 23. Maij 1606. quia non ſunt conceſſæ Religioſis, ſed Sæcularibus. Ita ille cum Portel. *in dubiis Regularium, verbo Prædicatores, num. 9.* Ita & Lezana *verb. Indulgentia, num. 12.* Diana *part. 4 tract. 4. reſol. 22.* ex Hieronymo Roderiq. *in comp. qq. Regul. reſol. 77. num. 59.* & *reſol. 112. num. 20.* Miranda *in Manual. tom. 1. q. 50. art. 10.* Portel. *num. 15. & aliis*, conſonat quoad Indulgentias 18. annorum, & dierum 322. quando in Eccleſiis propriis prædicant Minores, & Dominicani, & communicantes in eorum priuilegiis: & quoad 18. annorum, & 222. dierum, quando extra illas, & quoad 2. 4. & 6. ferias Quadrageſimæ in ſuis Eccleſiis concionantes, ait poſſe illos concedere 156. annos, & 24. dies, ex variis Pontificum priuilegiis. Quas tamen Indulgentias, addit ex dictis DD. debere dicti Concionatores expreſsè concedere nomine ſuæ Sanctitatis, aliàs auditores illas non lucraturos: quod etiam aduertit Lezana *dicto n. 13.* poſt præfatos, & Nouarium *in lucerna Regularium, verbo Indulgentia, num. 5.* In omnibus conſonat Baſſæus *tom. 1. verbo Indulgentia 1. num. 5. verſic Negandum.*

107 Idem Peytinus *tom. 1. de priuilegiis, ad conſtitutionem 14. Leonis X. num. 12. & fin.* aduertit, quod Viſitatores Regularium in ſingulis Domibus Religionum ſuarum, poſſunt, viſitatione abſoluta, Religioſis illius Conuentus benedictionem, & Indulgentiam plenariam concedere, per conceſſionem Minoribus factam ab eodem Leone, de qua

Peregrinus

Peregrinus *in prima parte ſui compendij priuilegiorum, verbo Viſitatores.* Ex quo addit, quod hæc facultas non videatur reuocata per Paulum V. in præcitata conſtitutione, *Romanus Pontifex*: quia concedendi indulgentias facultas, indulgentia nequiquam eſt, & à diuerſis non fit illatio: *cap. Ad audientiam, de decimis.* Subſcribit Lezana *tom. 2. verbo Indulgentia, n. 15.*

108 *In eodem tom. 2.* exſcribit Peyrinus, pro conſtitutione 9. Clementis Papæ VIII. litteras Laurentij Cardinalis, tit. SS. quatuor Coronatorum, maioris Pœnitentiarij, & Ordinis Minimorum Protectoris, cuius primus paragraphus ſequentis exiſtit tenoris. *Vniuerſis, & ſingulis præſentes litteras noſtras patentes inſpecturis, fidem facimus, & atteſtamur, quatenus Summus in Chriſto Pater, & D. N. D. Clemens diuinâ prouidentiâ Papa VII. moderno, & pro tempore exiſtenti Generali Ordinis Fratrum Minimorum, vt ſingulis, & omnibus Fratribus, & Sororibus Tertiariis, necnon ſingulis Fundatoribus, Conſeruatoribus, & Procuratoribus ſingularum Domorum dicti Ordinis, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, ſemel dumtaxat ſingulo quoque triennio elargiri, & concedere poſſit indulſit.*

109 De hac etiam conceſſione agit Tamburinus *tom 2. de iure Abbat. diſp. 9. q. 1. num 6.* Baſſæus *loco citato*, & ipſe Peyrinus *tom. 2. de Prælato, quæſt 4. cap 6. num. 16. & ſin.* vbi refert, non illam ſolùm, ſed præcedentem Leonis Papæ X. dicens: Poſſunt tamen dicti Prælati (Regulares ſcilicet, de quibus agebat) ex priuilegio Papæ indulgentias concedere, vt conſtat apud omnes. Et de facto Prælati Regulares concedunt Indulgentiam plenariam, peractis viſitationibus ſuis, Fratribus, per conceſſionem Leonis X. de qua *tom 1. noſtrorum priuilegiorum, in conſtit. 14. Leonis X num. 12.* Et Gregorius XIII. (addit) hoc priuilegium etiam conceſſit Viſitatoribus Societatis IESV, vt refert Rodriguez *tom. 1. qq. Regular. q. 88. art. 2.* & Alexander IV. conceſſit, vt Fratres Minores prædicantes in aliquo loco, poſſint concedere ſuis auditoribus Indulgentiam 40. dierum, vt refert idem Rodriguez. Hactenus Peyrinus, qui *in eodem cap. num. 8.* recenſet quoddam priuilegium Vrbani Papæ V. quod & refert Caſarrubius *in compendio, verbo Indulgentiæ quoad ſeculares. 4. num. 6.* vbi concedit, quod Generales, & Prouinciales poſſint communicare ſuffragia, & indulgentias, orationes, & alia bona ſpiritualia benefactoribus Ordinis. Et *num. 6.* de eadem conceſſione loquens, ſic ait: Cùm ergo in dicto priuilegio concedat Pontifex, quod præfati Prælati poſſint indulgentias communicare, certum eſt, quod Superiores nominati in præfato priuilegio, poſſint omnes indulgentias conceſſas Regularibus, dictis benefactoribus applicare, etiamſi in illis nihil tale dicatur, quod abſque hoc priuilegio fieri non poterat. Atque ita Suarez *tom. 4. in 3. part. diſp. 15. ſect 5. numero 13.* Duobus autem modis intelligo poſſe fieri hanc applicationem. I. Applicando fructum dictarum Indulgentiarum eo modo, quo applicantur defunctis. II. Concedendo, vt dicti benefactores poſſint per ſeipſos dictas Indulgentias lucrari, *faciendo ea, quæ ad id requiruntur.* Huc uſque Author præfatus. In quibus vltimis verbis, & ſecundo modo applicandi Indulgentias, ſatis bene explicat, dictos Prælatos benefactoribus illas concedere; quid enim eſt aliud concedere, vt quis lucrari Indulgentias poſſit, *opus iniunctum faciendo*, quàm ei Indulgentias concedere? Nihil omnino. Vnde ni fallor, minùs bene allegatur Peyrinus hîc à Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, tom. 2. p. 3. verbo Indulgentia quoad Regulares, num. 15. in fine*, pro hoc, quod in hoc caſu Prælati non dicantur indulgentias concedere.

Circa clauſulam illam, *faciendo ea, quæ ad id requiruntur*; & illam, *opus iniunctum faciendo*; quæ eadem, quoad caſum eſt, dubitari poteſt: *An ad lucrandas indulgentias neceſſarium omnino ſit opus iniunctum, formaliter pro vt iniunctum eſt, exequi; an verò ſufficiat, quod virtualiter exequatur.* Exemplum deſumo ex §. 6. Bullæ plumbeæ Cruciatæ, in quo ſic lego: *Item, qui dicto anno durante in ſingulis diebus ſtationum almæ Vrbis, quinque Eccleſias, ſeu Altaria, ſeu in illorum defectum quinquies vnum Altare deuotè viſitauerint, preceſque ad Deum pro vnione, & victoria prædictis fuderint, omnes & ſingulas indulgentias ſtationum intra, & extra muros prædictæ Vrbis, tam per ſe, quàm per modum ſuffragij pro defunctis, pro quibus viſitauerint, conſequantur.* Quod inquirimus in præſenti eſt, *An lucretur Bullæ iſtius indulgentias, qui in Eccleſiarum, Altarium, vel Altaris viſitationibus preces fuderit, pro intentione Summi Pontificis illas concedentis, aut ex intentione illas lucrandi; an verò debeat expreſsè preces fundere pro vnione Principum Chriſtianorum, & pro victoria contra Infideles obtinenda?*

Pro reſolutione huius difficultatis ſuppono cum communi Doctorum, quod quoties indulgentia conceditur ſub tali forma, vt opus aliquod vel aliqua requirat, neminem lucrari talem indulgentiam, niſi huiuſmodi opus, ſeu opera exequatur, quamvis per impotentiam naturalem, obliuionem, vel aliam cauſam, quantumvis inuoluntariam omittantur, niſi in ipſa conceſſione talis exceptio declaretur, & in aliud opus impeditis commutentur. Ratio eſt, quia Superior concedit indulgentiam ſub conditione talis, vel talium operum. Si ergo opus, aut opera præſcripta non adimplentur, non obtinetur indulgentia, cùm diſpoſitio non ſubſiſtat, non adimpleta conditione ſub qua fuit facta. Et quia indulgentia tantùm valet, quantùm ſonat, & ſolùm operatur effectum iuxta voluntatem expreſſam concedentis. Cùm igitur iſta ſit conditionata, non ſeruata conditione non lucrabitur quis indulgentiam.

Et ita docent Sotus *in 4. diſt. 21. q. 2. art. 3. concluſ. 2. & in ſolut. ad argumentum contra eam factum, pag. mihi 922.* Illuminatus Moronus *in centum Reſponſis, reſp. 98. num. 55.* Binsfeldius *in Enchirid. Theol. Moralis, part. 1. cap. 14 § Deinde, & concluſ. 5.* Sà *verbo Indulgentia, num. 2. verſ. eſſe in gratia.* Becanus *de Sacramentis, cap. 28. q. 6. n. 1.* Choninck *de Sacramentis, diſp. 12. de indulgentiis, dub. 7. num. 38.* Bonacina *tom. 1. diſp. 6. q. 1. punct. 5. propoſit. 3. num. 14.* cum D. Thom. *in addit. ad 3. part. q. 27. art. 3.* Nuño *ibidem.* Nauarro *de indulg. notabili 19. num. 1.* Henriquez *eod. tract. cap. 10. num. 3.* Graffis *eod. cap. 5. num. 32.* Corduba *lib. 5. q. 23.* Valentia *tom. 4. diſp. 7 q 20. punct. 5. ſub finem.* Viualdo *de Indulgentiis, tit. 9. num. 23.* Toleto *lib. 6. cap 22. num 2* Fillineio *capite 6. q. 9 & 10* & cum Paludano, & D. Antonino, apud Reginaldum *lib. 7. num. 176 & 177* Eligius Baſſæus *tomo primo, verbo Indulgentia 2. numero quinto*, Ægid. Trullenck *in Bullam Cruciat. libro primo, §. 1. dub. 15. numero 2.* qui addit quæ ſequuntur.

Quare ſi indulgentia requirit multa opera, v. gr. tres dies ieiunij, ſi quis omittit vnum, non conſequetur indulgentiam totam, nec aliquam eius partem, quia opera omnia habent ſe tanquam vnica indiuiſibilis conditio conceſſionis. At ſi operis iniuncti minima pars tantùm omittatur, vt ſi opus iniunctum ſit vna Miſſa, & minima eius pars omittatur, veriſimile eſt lucrari indulgentiam, quia moraliter loquendo, totum opus fieri cenſetur, eo quod in moralibus parum pro nihilo reputatur: quod ſi pars in ſe eſt leuis, reputatur tamen grauis reſpectu operis iniuncti, non lucratur, eâ omiſsâ, indulgentiam: vt ſi concedatur recitanti quinquies Orationem Dominicam, omittens vnam, non conſequitur eam, quia reſpectu totius operis, eſt pars grauis. Ita Suarez ſuprà, *n. 4.* (hoc eſt *tom. 4 in tertiam partem diſp. 52. ſect. 5.*) quem *num* 1 & communem Doctorum *in 4 diſt. 1* & D. Thom. *quodlib. 2. art. 16.* Ludouicum à Cruce *in expoſit. B. lla, diſſ. 1. cap. 8. dub. 12. num. 4.* ac alios penes ipſum allegat pro doctrina communi, quam ex eo, & aliis recenſitis ſuppono.

Conſonat Trulleneko Coninck *loco citato*, in ſequentia prorumpens: Quartò, inquit (ſupple requiritur ad lucrandam indulgentiam) vt integrè faciat opus à concedente indulgentias præſcriptum. Aliqui tamen putant facientem mediam partem operis, lucrari mediam partem indulgentiæ. Sed hoc eſt improbabile, niſi idem in Bulla exprimatur, quia indulgentiæ intelligendæ ſunt vt ſonant. Henriq. *lib. 7. cap.* 10. *num.* 3. Palud. *in 4. diſt.* 20. *q. 4. art. 1. §. Quantum ad tertium.* Durandus ibidem, *q. 4.* Sà *verbo Indulgentia, in fine.* Hæc Coninck.

Conſonat & Sà *vbi proximè*, dicens: Omnia iniuncta non perficiens, etiamſi ſit morbo, aut inopiâ impeditus, non lucratur indulgentias. Bellarmin. *loco citat*, *cap.* 13 (ſcilicet *libri 1. de indulgentiis.*) D. Thom. & Durand. 4. *q.* 10 Expende bene clauſulam: *Omnia iniuncta non perficiens*; quæ dubio procul importat nihil ex iniunctis eſſe omittendum; & quodlibet illorum cum perfectione, prout iniunctum eſt, exequendum.

Conſonat prædictis Binsfeldius *dicta concl. 5.* quæ huius tenoris eſt: Adimplens partem eius, quod pro indulgentia quærenda imponitur, & faciendum eſt; & non totum, neque totam, neque partem indulgentiæ quærit, ſecundùm S. Antonin. 1. *p. tit.* 10. *cap.* 3. §. 4. & Nauar. *notab. d. num.* 2. Quia neque relictum, neque para relicti ſub conditione quæritur, niſi totâ impletâ, etiamſi pars impleatur, *l. cui fundus, ff. de condit. & demonſtrat.*

Moronus etiam *dicto reſp.* 98 *n* 55. ſic ait: Iſte autem effectus, aliquando totus comparatur, aliquando tantùm pars, vt dictum eſt. Nunquam tamen neque totus, neque pars acquiritur, niſi omnia præſcripta præſtentur; maiorem autem, vel minorem partem quis acquiret iuxta modum, quo opus exequitur, & finem attingit à Summo Pontifice, vel alio concedente intentum.

Becanus *vbi ſuprà*, dicit: Duo requiruntur in ſuſcipiente. *Primò*, vt ſit in ſtatu gratiæ... *Secundò*, vt perficiat id, quod pro indulgentia fuit iniunctum. Expende verbum *Perficiat*, vt ſuprà, ad Emmanuelis Sà doctrinam.

Quo, & doctrinis præiactis ſuppoſitis, reſpondeo, ad lucrandas indulgentias neceſſariò requiri, vt opera iniuncta, formaliter prout iniuncta ſunt, exequantur, & non ſufficere, quod virtualiter executioni demandentur. Ratio eſt, quia Superior concedit indulgentias ſub conditione, vt opera iniuncta, prout formaliter iniuncta ſunt, exequantur. Sed diſpoſitio non ſubſiſtit non adimpleta conditione ſub qua fuit facta. Ergo non lucrantur indulgentiæ, niſi opera prout formaliter iniuncta ſunt, exequantur.

Deinde. Indulgentiæ tantùm valent, quantùm ſonant, & non ampliùs: quia cùm dependeant à voluntate illas concedentis, & voluntas expreſsè declaretur per opus iniunctum, per hoc formaliter ſumptum erit regulanda indulgentiarum conſecutio. Ergo vt illas quis lucretur, opus formaliter ſumptum, & non virtualiter exequi debet.

Vnde non mihi probatur ſententia Baſſæi *tom. 1. verbo Indulgentia, 2. num. 5.* & aliorum dicentium, illum, qui prætermitteret leuem partem operis iniuncti, non priuari fructu indulgentiæ. Eo ducti, quia parum pro nihilo reputatur: & quia paruitas materiæ non ſolum conſideratur ſecundum ſe, & abſolutè, ſed etiam reſpectiuè ad opus iniunctum. Sed ad hoc ſit ſatis ex dictis.

110 Et quod poſſint Abbates Regulares inter ſolemnia Miſſarum Pontificalium Indulgentiam quadraginta dierum populo adſtante elargiri, docet Aſcanius Tamburinus *tom. 2. de iure Abbatum, diſputatione 9. quæſito* 2. Cuius certè doctrina veriſſima eſt, & Sacræ Congregationis diſpoſitioni, *in dicto capitulo* 10. *decreti*, valde conſona Innititur enim triplici expreſſæ Apoſtolicæ Sedis conceſſioni; vnum, & alterum recenſet indultum. *Primum* eſt conceſſum ab Vrbano Papa IV. Abbati Congregationis Montis Virginis, Ordinis noſtri Benedictini, 2. Idus Septembris, anno 1263. quod habetur apud Angelum Cherubinum *in Bullario magno, tomo 1.* præfati Pontificis, *pagina mihi* 152. & clauſulam conceſſionis exſcribit Stephanus Quaranta *in ſumma Bullary, verbo Abbas, verſic. Nos itaque*, & idem Tamburinus, licèt non integrè, cùm omiſerit exſcribere numerum dierum Indulgentiæ, aut fortè fuit incuriâ Typographi omiſſus. De quo priuilegio ait Quaranta, illud exiſtere in libro priuilegiorum dicti Ordinis Neapoli impreſſo. *Secundum* indultum fuit conceſſum à Gregorio Papa IX. 8. Idus Aprilis, anno ſui Pontificatus vndecimo, & Chriſti Domini 1237. Priori ſancti Frigdiani ciuitatis Lucenſis. *Tertium* conceſſum eſt à Pio Papa V. Abbatibus Canonicorum Regularium Lateranenſium, 16. Kalendas Februarij 1566. de quo teſtatur Tamburinus, haberi in libro priuilegiorum eiuſdem Congregationis Lateranenſis, *fol.* 542. & illo vſum fuiſſe Romæ, die 2. Iulij, 1614. coram duodecim Illuſtriſſimis Cardinalibus, in ſuo Templo Pacis, Reuerendiſſimum D. Ioannem Chryſoſtomum Neapolitanum, eiuſdem loci Abbatem, vt refert D. Gabriel Pennot *in ſua tripartita hiſtoria, lib. 3. pagina* 33. *num.* 4. Clauſula priuilegij Gregorij, quod incipit *Sacra Religionis*, & exiſtit in libro priuilegiorum dictæ Congregationis Lateranenſis, *pagina* 274. vti refert Aſcanius, huius tenoris eſt:

111 *Nos cupientes reddere Domino populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Priori præfatæ Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, dum Miſſam, & alia officia diuina in Pontificalibus celebrabit, in fine dictorum Miſſæ, & Officiorum, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus prædictis adſtantibus, relaxandi quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis, de Apoſtolica plenitudine poteſtatis, facultatem plenariam tenore præſentium*

tium elargimur, tibique poteſtatem populo prædicto adſtanti concedimus nunciari faciendi.

112 Ita recenſet Tamburinus conceſſionem Priori S. Frigdiani, Canonicorum Regularium Lateranenſium factam. Ex qua colligit, dictum Priorem, omneſque Abbates Congregationis illius, necnon omnes Abbates alios cum illis in priuilegiis communicantes, nedum in fine Miſſæ ſolemnis, verùm etiam poſt alia diuina officia, quando eos Pontificaliter celebrare contigerit, prædictas poſſe Indulgentias elargiri. Bulla autem Vrbani IV. pro Abbate Montis Virginis, quâ gaudent omnes Congregationes, quæ communicatione priuilegiorum illius fruuntur, vt aſſerit idem Aſcanius, ſic exſcribitur à Cherubino.

VRBANVS EPISCOPVS, &c.

113 *ECcleſia Romana velut circumſpecta mater, & prouida, nonnullas Eccleſias tanquam filias prædilectas maioribus effert honoribus, munere præuenit gratia potiori, & gratioribus inſignit titulis dignitatum, vt ſicut venuſtatis, & ſapientiæ filiæ, in matris obedientiam, & reuerentiam ſemper promptæ habeantur, feruentes, & ſtudioſæ ad ipſius ſeruitia, beneplacita, & mandata.*

§. 1. Cùm igitur Monaſterium veſtrum, vtpote, ſicut à fide dignis accepimus, pia religione conſpicuum, & à fidelibus populis illarum partium venerabiliter frequentatum, ac perſpectum ipſius, ex prærogatiua ſpecialis dilectionis, & gratiæ, ſinceritatis brachiis amplexamur; veſtris propter hoc honoribus, & vtilitatibus libenter intendimus, ſperantes vos haberi deinceps in Apoſtolicæ Sedis obſequiis, ex impenſis vobis acceptionibus ab ea beneficiis, honoris, & gratiæ promptiores.

§. 2. Nos itaque ob deuotionem B. Mariæ Virginis glorioſæ, in cuius honore dictum Monaſterium eſt fundatum, veſtris ſupplicationibus inclinati, vſum Mitræ, Baculi, Annuli, Sandalium, Chirothecarum, Tunicæ, Dalmaticæ, Benedictione ſolemni ad populum, Ordinatione minorum Ordinum, Indulgentia quadraginta dierum, benedicere etiam Calices, & omnia alia ornamenta Eccleſiaſtica, & cognoſcere de matrimonio inter vaſſallos, in quibus habetis ſpiritualia, tibi fili Abbas, & ſucceſſoribus tuis in perpetuum (quos potiùs inſignioribus intendere cupimus, dummodo tibi, & eiſdem ſucceſſoribus ſit, more, ac modo debito, munus benedictionis impenſum, & te, ac eos conſtet exiſtere Sacerdotes) authoritate præſentium concedimus de gratia ſpeciali.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum apud Vrbem veterem, 2. Id. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Conceſſionem Pij V. Abbatibus Canonicorum Regularium Lateranenſium factam, ad litteram reddere omitto, quia nec illam Tamburinus recenſet, neque in Bullariis adeſt Cherubini, aut Emmanuelis Roderiquez, nec alibi quidem inuenire potui. Pro nunc ſcire ſufficiat, quod ſimilis illa ſit [illegible]cedenti Vrbanæ, vti præfatus aſſerit Aſcan[illegible]

114 Vnum hîc aduertere libuit, prædictis conceſſionibus noſtræ Hiſpanæ Congregationis Benedictinæ Abbates frui, in vim duplicis conſtitutionis Apoſtolicæ. Vnam edidit Gregorius Papa XIV. die 20. Iunij, 1591. ad fauorem Congregationis Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, & eſt 3. apud Emmanuelem Roderiquez *in Bullario*, incipit *Romanus Pontifex*, per quam dictæ Congregationi conceſſit *omnia, & ſingula priuilegia, prærogatiuas, conceſſiones, amelationes, fauores, facultates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, ſtationes, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemptiones, libertates, præeminentias, & indulta cuiuſvis generis exiſtentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, tam eidem Ciſtercienſi, quàm Sancti Benedicti, ac quibuſvis aliis Ordinibus, & Religionibus, ſub quibuſvis Regulis, conſtitutionibus, aut ordinationibus degentibus, ſeu militantibus, & quibuſlibet illarum reſpectiuè Congregationibus, &c. conceſſa.* Alteram condidit Clemens Papa VIII. ſub die 30. Septembris, de anno 1592. & habetur in Bullario dictæ noſtræ Congregationis, 123. per cuius tenorem Monaſterio S. Benedicti Valliſoletani, & aliis Congregationis ipſius, provt ſequitur, conceſſit.

Et inſuper ob ſingularem reformationem, & obſer- 115
uantiam in dicto Monaſterio, & aliis prædictis, & de eius obſeruantia inſtitutam, & conſeruatam, eoſdem amplioribus fauoribus condecorare volentes, omnia & ſingula priuilegia, conceſſiones, & indulta, gratiaſque ſpirituales, tam Monaſterio B. Mariæ de Monteſerrato, quàm Congregationi Regularis obſeruantiæ Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, ac eorum Monaſteriis, Domibus, Conuentibus, Eccleſiis, Collegiis, & piis locis conceſſa, ac quibus vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, quorum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, etiamſi talia ſint, vel forent, quæ ſpecialem, & indiuiduam requirerent mentionem, & ſeu particularem inſertionem, prædictis Monaſterio Sancti Benedicti, & aliis, ac ſingulis de eius Obſeruantia Monaſteriis virorum, & mulierum, vt eis vti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus; dummodo non ſint reuocata, & non aduerſentur decretis Concilij Tridentini, & quatenus etiam ſint in vſu; illaque omnia, & ſingula eis, & eorum cuilibet eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò extendimus, eiſque communicamus.

Hactenus ille Summus Pontifex in Clementi- 116
na allegata, quæ ſimiliter incipit, *Romanus Pontifex*. Ex qua, & ex præcedentibus, iunctâ maximè Tamburini doctrinâ, paulò ſuperiùs tradita, bene infertur, Abbates noſtræ Congregationis, & Ciſtercienſis Hiſpanæ, validè, & licitè poſſe Indulgentiam quadraginta dierum populo adſtanti concedere, quoties Miſſam, aut alia diuina Officia pontificaliter celebrant. Obtinent enim conceſſionem, & communicationem ampliſſimam priuilegiorum, &c. quibuſvis aliis Ordinibus, & quibuſlibet Congregationibus conceſſorum. Et facultas indulgentias concedendi fauorabilis cenſetur, ac vti Principis beneficium, latè interpretanda, provt tenet Pax Iordanus *tom. 1. de re ſacra, lib. 5. tit. 16. de indulgentiis, num. 74.* & pro ſimili, adducit facultatem diſpenſandi, & pro ea Sanchez *de Matrimonio, tom. 3. lib. 8. diſp. 1. num. 1.* Bonacinam *de Sacramentis, diſp. 6. quæſt. 1. puncto 7. num. 3.* Vnde bene Cæremoniale dictæ noſtræ Congregationis, *part. 2. ſect. 1. cap. 1. num. 23. de Abbatibus* ait: *Y pueden conceder quarenta dias de Indulgencia, por la extenſiua, que nueſtra Congregacion tiene, no*

ſolo

ſolo de los priuilegios de los Ciſtercienſes de Eſpaña, ſino de los demas , que communican. Bene etiam Dubal *en la expoſicion de la Regla , p.* 1. *cap.* 22. *numero* 16. ibi : *Pueden los Abbades todas las vezes que celebran de Pontifical , conceder quarenta dias de Indulgencia , al modo , que manda el Ceremonial de los Obiſpos , que los concedan los Obiſpos , celebrando de Pontifical.* Et addit : *Pueden en ſus Conuentos , aſſiſtiendo à la Miſſa Mayor , ò al Sermon , en qualeſquiera dias , conceder à todos los preſentes cinquenta dias, no eſtando preſente Legado Apoſtolico, ò Obiſpo.*

117 Quod ſi petas, quænam ſit forma ſeruanda, quando Abbates voluerint Indulgentias , poſt Miſſæ, aut aliorum diuinorum Officiorum celebrationem elargiri. Dico illam ſic præſcribere Aſcanium Tamburinum *tom.* 1. *pagina* 518. *in Formulario Abbatum , & aliorum Prælatorum , formula* 152.

Reuerendiſſimus Dominus N. Abbas dat , & concedit omnibus hic præſentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta. Rogate Deum pro felici ſtatu Sanctiſſimi Domini noſtri N. diuinâ prouidentia Papæ.... Dominationis ſuæ Reuerendiſſimæ, & Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Circa Capitvlvm XIII.

§. XIII.

BREVIARIVM.

Abbas.

Noſtræ Congregationis Abbates , qui non ſeruant ritus præſcriptos in Miſſali Monaſtico Pauli V. pro celebratione Miſſarum , & peccant mortaliter , & incurrunt pœnas priuationis, & inhabilitatis. n. 147.

Renuntiare non poſſunt etiam in Miſſis priuatis inſignijs Crucis pectoralis, Annuli, &c. n. 148. & 150.

Nullus Iudex illos impedire poteſt , ne illis vtantur. num. 149.

Axioma.

Lex ſi aliud voluiſſet , expreſſiſſet. n. 121.

Quod Lex non dicit , non eſt ab homine præſumendum. n. 121.

Lex non extenditur ad præterita , ſed trahitur ad futura. n. 122.

Interpretatio diſpoſitionis ſic ſemper fieri debet , vt ſequentia non corrigant præcedentia. ibid.

Lex non trahitur ad præterita iam deciſa. ibid.

Facere non dicitur , qui cauſam ad finem non perducit. num. 147.

Cui licet plus , licet quod eſt minus. n. 152.

Benedicere.

Benedicere cum trina Crucis productione , aliis quàm Epiſcopis prohibet S. Congregatio , niſi in Miſſis , Veſperis , & Matutinis Pontificaliter celebratis. num. 118.

Hoc decretum non procedit reſpectu Abbatum noſtræ Congregationis , neque aliorum vtentium Miſſali Monaſtico Pauli V. n. 119. & ſeqq.

Prohibet etiam , ne Pontificaliter induti incedentes per Eccleſiam, priuatim benedicant populum. n. 118.

Nec procedit reſpectu Abbatum Congregationis Caſſinenſis , & Valliſoletanæ , nec aliorum eorum gaudentium priuilegiis. à n. 151. ad 154.

Abbates ſæculares exempti, poſſunt etiam benedicere per Eccleſias incedentes , non per vias, nec coram Epiſcopo , aut Legato, niſi habeant priuilegium. n. 155.

Breuiarium.

Breuiarium , & Miſſale Monaſticum Pauli V. adſtringimur inuiolabiliter obſeruare, in vim Breuis Vrbani VIII. n. 120.

Breue hoc non continet priuilegium , ſed ſtatutum , & legem perpetuam. n. 121. & 122.

Plura circa dictum Breue adnotantur. n. 121. & ſeqq.

Clauſula.

Clauſula , In omnibus , & per omnia , *plura , quæ recenſentur , importat , & operatur.* n. 123.

Clauſula , Irritum & inane, *decretum continet irritans.* n. 137.

Clauſula , Scienter , vel ignoranter , *ſolùm ponitur ad omnem dubitationem tollendam* ibid.

Clauſula, Aliter non valeant , & obſeruentur , *continent decretum irritans.* n. 139.

Idem continent decretum clauſula , Nullius roboris ſit ; *&* roboris non obtineat firmitatem. *n.* 140.

Idem importat clauſula , Nullatenus , *&c.* n. 141.

Clauſula , Nullo modo , *dictam continet decretum.* num. 144.

Decretum irritans.

Effectus decreti irritantis recenſentur , à num. 124. ad 136.

Alia vide verbo Clauſula , *& verbo* Dictio , *& verbo* Lex.

Dictio.

Dictio , omnino, *vim habet decreti irritantis.* n. 142.

Dictio , Alioquin , *etiam implicat decretum irritans.* num. 143.

Lex.

Quando aliquid ſimpliciter prohibet lex , tacitè intelligitur ponere decretum irritans. n. 145.

Lex poſterior primam tollit. n. 152.

Niſi tamen diſtinctione concordari poſſint , & niſi prior contineat clauſulam derogatoriam ad ſequentem, vel quando aliqua eſt facta in priuilegium alicuius. ibid.

Alia vide verbo Axioma.

IN hoc capitulo duo decernit Sacra Rituum Con- 118
gregatio circa Benedictionem. *Primum eſt* , Pontificales Benedictiones cum trina Crucis productione , non licere Prælatis Epiſcopo inferioribus, nec fortè etiam Abbatibus , niſi in Miſſis Pontificalibus tantùm , & in Veſperis , & Matutinis Pontificaliter celebratis. *Secundum* eſt , non licere eiſdem, etiam Pontificaliter indutis per Eccleſiam incedentibus populis , quamvis eis pleno iure ſubiectis , priuatim benedicere , niſi expreſsè ſit ipſis à Apoſtolica Sede permiſſum.

Circa primum adnoto , decretum ſacræ Con- 119
gregationis non procedere reſpectu Abbatum noſtræ Hiſpanæ Congregationis , quia Abbati S. Facundi abſolutè eſt à Sede Apoſtolica conceſſum, vt tanquam Epiſcopus ſolemniter benedicat. Conſtat ex Bulla ei conceſſa per Gregorium Papam IX. anno eius 10. qui fuit Chriſti Domini 1237. & habetur in authentico Bullario dictæ noſtræ Congregationis , *el* 104. *fol.* 216. Epiſcopus autem Benedictiones elargitur in aliis etiam occaſionibus. Ergo id etiam poterunt Abbates noſtri. Nec vlteriùs procedere reſpectu Abbatum ſub Regula Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Benedicti militantium , vſum Pontificalium habentium , & vtentium Miſſali Monaſtico , auctoritate Pauli Papæ V. reſormato. Ratio efficaciſſima huius veritatis de[illegible] ex eodem Miſſali *in ritu* 12. *de Benedictione in fine Miſſæ , num.* 8. in quo ſic habetur : *Epiſcopus autem , & Abbas habens facultatem dandi ſolemnem*

Benedictio

Benedictionem, ex indulto Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ter benedicit populo, etiam in Miſſis priuatis, vt in Pontificali, & Cæremoniali habetur. Hæc ibi, cum quibus neutiquam ſtare quit, quod Sacra Congregatio in prima parte huius Capituli decernit reſpectu Abbatum Benedictinorum habentium facultatem ex Apoſtolico indulto ſolemnem impartiendi Benedictionem, & præfato vtentium Miſſali. Ritui enim Miſſaiis, per Bullam Pauli V. approbati, & noſtris Abbatibus conceſſi, & per Breue Vrbani Papæ mox exſcribendum, in omnibus, & per omnia obſeruari præcepti ab omnibus noſtræ Congregationis Hiſpanæ Prælatis, & ſubditis, derogare non valet illud generale decretum. Vnde doctrina Dubalis *en la expoſicion de la Regla, part. 1. cap. 18. num. 51.* dicentis: *Ni tam poco los Abbades fuera de ſus Yglesias pueden dezir Miſſa rezada con las ceremonias de que vſan los Obiſpos, ni dar la bendicion, con Sit nomen Domini benedictum*; procedere non poteſt, nec intelligi vera reſpectu noſtrorum Abbatum, & aliorum quidem Miſſali vtentium Pauli V. Breue Vrbani Papæ huius tenoris eſt.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Cathedra Principis Apoſtolorum, nullis licèt noſtris ſuffraganiibus meritis, diuinâ prouidentiâ conſtituti, Religioſorum Ordinum quorumcunque in Eccleſia Dei, præſertim ſub glorioſi Monachorum Principis Sancti Benedicti illuſtri vexillo militantium proſperum ſtatum, felicemque directionem ſinceris deſiderantes affectibus; in his, per quæ Religioſi ipſi debitas laudes Altiſſimo cum conſenſu, & vniformi ritu perſoluere valeant, ſedulò intendimus, ac deſuper Paſtoralis officij noſtri partes interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque, ſicut accepimus, editis aliàs Breuiario, & Miſſali Monaſticis de mandato felicis recordationis Pauli Papæ V. prædeceſſoris noſtri, reformatis pro omnibus Monachis ſub Regula Sancti Benedicti militantibus, præſidente ad hoc opus bonæ memoriæ Roberto, S. R. E. Cardinali Bellarmino nuncupato, cum aſſiſtentia etiam dilectorum filiorum Procuratorum Generalium totius Ordinis Sancti Benedicti huiuſmodi; eiſque per Monachos, & Capitulum Generale dicti Ordinis Congregationis Hiſpaniarum, non ſolùm receptis, ſed etiam vltra annum in multis Monaſteriis in vſu habitis: ſuccedente poſteà nouo Abbate Generali, qui nouum Miſſale huiuſmodi dimitti, & vetus continuari ſub præcepto, & cenſuris ordinauerat, res in Capitulo Generali dicti Ordinis de nouo propoſita fuerit: & licèt nouus Abbas huiuſmodi pro ſua opinione à maiori parte Capituli obtinuerit, nihilominus ab eiuſdem Capituli decreto aliqui appellauerint; habitoque ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſitos recurſu, ac multa deducendo pro huiuſce rei definitione inſtiterint. Nos pro noſtri Paſtoralis officij debito omnem in præmiſſis diſcordiarum materiam è medio ſubmouere, pacique, & quieti Monachorum prædictorum, quantùm cum Domino poſſumus, conſulere volentes: de eorumdem Cardinalium conſilio, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris. Breuiarium, & Miſſale prædicta de mandato Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, vt præfertur edita, ex quo ſemel ab initio accepta ſunt, de cætero perpetuis futuris temporibus omnino continuari, atque ab omnibus, & ſingulis Monachis prædictis inuiolabiliter obſeruari, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apoſtolica authoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon officiorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, aliiſque arbitrij noſtri pœnis, dilectis filiis Generali, ac aliis Abbatibus, Præſidentibus, Prioribus, cæteriſque Ordinis, & Congregationis huiuſmodi Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, quatenus in omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Monaſteriis, Conuentibus, Domibus, Prioratibus, Hoſpitiis, Eccleſiis, Hoſpitalibus, grangiis, cæteriſque locis regularibus eorumdem Ordinis, & Congregationis, quamtumvis exemptis, & priuilegiatis, Breuiarium, ac Miſſale ſic, vt præfertur, edita, veteribus, quibus antea vtebantur, omnino poſtpoſitis, recipiant, ac recipi, & admitti, eiſque deinceps ad publicè, priuatimque in Choro, & extra precandum, pſallendum, ac Miſſas, Horaſque Canonicas celebrandas, & recitandas, in omnibus, & per omnia vti cum effectu curent, & faciant: contradictores quoſlibet, ac in præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus decreto Capituli Generalis prædicto, & aliis præmiſſis, ac quibuſvis conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordini, & Congregationi, illorumque Abbatibus, Præſidentibus, Prioribus, Superioribus, & Monachis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die VII. Maij, M. DC. XXVI. Pontificatus noſtri anno tertio.

V. THEATIM.

Circa quas litteras, quarum tranſumptum authenticum penes me habeo, aliqua notâ digna adnotare operæpretium duxi. *Primum* eſt, illas non continere priuilegium, ad noſtrorum Religionis,

Congregationis, & Abbatum fauorem editum, ſed ſtatutum, ſeu legem perpetuam illos arctans, & compellens ex officio, & proprio motu Summi Pontificis Vrbani, & non ad alicuius inſtantiam, ad obſeruantiam Breuiarij, & Miſſalis Monaſtici præfati; ac per conſequens ſtrictè, prout ſonant, debere interpretari, & minimè ampliari. Lex enim ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet. Aug. Barboſa *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.* 136. *n.* 5. *ex l. vnica*, §. *Sin autem ad deficientis, Cod. de caducitate tollenda. l. Si ſeruus*, §. *Prætor ait, verſu: Non dixit, ff. de acquirenda hæreditate: cap. Ad audientiam, 2. de decimis, c.* 2. *de Tranſl. Prælat.* Tiraq. *in L. ſi vnquam, verbo libertis, n.* 3. *Cod de reuocandis donationibus.* Menochio *conſ.* 1. *n.* 278. & *conſ.* 140. *n.* 4. Surdo *deciſ.* 88. *n* 4. & *deciſ.* 322. *n.* 22. & *conſ.* 245. *n.* 45. Gutier. *Practicar lib.* 3. *q.* 22. *n.* 7. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. 1. §. *n.* 33. & *gloſſ.* 42. *n.* 11. Cardoſ. *in praxi Iudicum & Aduocatorum, verbo Lex, n.* 28. Cardinali Tuſcho, *tom* 8. *Practicarum concluſionum, litt. V. concl.* 89. *n.* 5. & Mar. Anton *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *n.* 10. Quod enim lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum. Idem Barboſa *n.* 7. *ex L. Diſſentientis. Cod de repudiis: c. Iua, Ne ſede vacante*, & Surdo *conſ.* 219. *n.* 21.

122 *Secundum* eſt, dictam conſtitutionem editam fuiſſe de conſilio Sacræ Congregationis Rituum, per modum legis ſpecialis, vt præmiſſum eſt, contra noſtram Hiſpanam Benedictinam Congregationem, dimittentem nouum Miſſale Monaſticum Pij V. auctoritate reformatum Vnde decretum eiuſdem S Congregationis, de anno 1659. de quo agimus, cùm generale illud ſit, & poſterius, ac Conſtitutioni præfatæ contrarium appareat, per illam debet limitari. Decretum enim huiuſmodi non magis extenditur ad præterita, quàm lex. Lex autem ad præterita non extenditur, ſed trahitur ad futura. Barboſa *axiom.* 136. *n.* 22. *ex l. leges, Cod. de leg. Auth. de Nuptiis, in princ.* §. *Duo igitur, circa fin. coll* 4. & *in* § *fin. in Auth. de hæredib. ab inteſtato, coll.* 9. *c. Cognoſcentes*, & *ex cap. finalè, de conſtitutionibus.* Nauar. *in c. Cùm contingat, de reſcriptis, excep.* 14. Emmanuele Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 6. *art.* 17. Azorio *Inſtitut. Moral p.* 2. *lib.* 5. *c.* 16. *q.* 13. Suarez *de leg lib.* 3. *c.* 14 & quamplurimis aliis, quos pro more ſuo recenſet, & ſequitur Et quod ſemper interpretatio ſtatuti, & alterius diſpoſitionis ſic fiat, vt ſequentia non corrigant præcedentia, docat ipſe Barboſa *axiom.* 60. *n.* 2. poſt Romanum *conſ.* 392. *circa primum, n.* 23 quem refert Tuſchus *tom.* 4. *lit. I. concluſ.* 330. *n.* 24. Et denique quia lex non trahitur ad præterita iam deciſa, puta per ſententiam, rem iudicatam, tranſactionem, præſcriptionem, & ſimilia, etiamſi in eadem lege (quod fortius quidem eſt) nominatim, & expreſsè fiat de præteritis mentio. Barboſa *eod. axiom.* 136. *n.* 23. *ex l. Cauſas, Cod de Tranſactionibus.* Bart. *in l. Omnes populi, n.* 41. *verſu Diſtingue*, vbi Crot. *n.* 137. *ff. de Iuſtitia, & Iure* Felino, *in c. fin. n.* 3. *de conſtitutionibus, verſic. Hanc fallentiam*, Capra *regula* 6 *n.* 3. Alexandro, *conſ.* 199. *n.* 4. *verſic. Secundo reſpondeo, lib.* 6. Tuſcho *tom.* 5. *litt. L. concl.* 264. *à num.* 63. & *concl.* 265. *à num.* 33 Alderan. Maſcard *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.* 13. *n.* 16. & *ſeqq.* Farinacio, *Fragment crimin. part.* 2. *litt. L. à num* 44. Quæ doctrina vera mihi ſaltem probatur, ſi adhibeatur diſtinctio à noſtro Panormitano tradita *in cap. Quoniam ſub num.* 9 *et* 11. & *vltimo de conſtitutionibus citat*, vbi ita ait: Diſtingue quod aut in conſtitutione dicitur, vt extendatur ad præterita, aut dicitur vt extendatur ad futura, aut ſimpliciter diſponit non faciendo mentionem de præteritis, vel futuris. Primo caſu, aut præterita ſunt deciſa aliquo remedio deciſiuo, puta tranſactione, ſolutione, ſententiâ, vel iuramento; & tunc conſtitutio non extenditur ad præterita, licèt dicatur vt extendatur ad præterita; quia debet intelligi de præteritis non deciſis, vt eſt pulcher textus *in l. Cauſas, cod. de Tranſactionibus.* Ratio poteſt eſſe, quia per verba generalia Princeps non videtur habuiſſe mentem inſtaurandi, & reuocandi quæſtiones deciſas, ad hoc textus cum Gloſſa *in cap. ex multiplici, de decimis.* Hactenus Abbas. Ergo cùm decretum S. Congregationis ſit poſterius, & non dicatur in eo, vt extendatur ad præterita, & multò minus, vt extendatur ad præterita iam deciſa, maximè per conſtitutionem coactiuam, & obligantem noſtram Congregationem ad executionem eorum, quæ in dicto Miſſali præſcribuntur, & quidem de eiuſdem S. Congregationis conſilio editam, dici debet illud neutiquam impedire vſum præfati Miſſalis in aliquo, quod in illo reperiatur præſcriptum.

Tertio venit adnotanda clauſula illa, *In omnibus, & per omnia*; quæ habetur appoſita in Vrbana præfata. Plura enim importat & operatur. In primis enim inducit relationem abſque aliqua differentia. Rota *in Cluſin. porta Puteoli*, 23. *Ianuarij* 1613. *coram Pirouano, apud Farinacium deciſ.* 429. *n.* 2. & 3. *part.* 2. *recentior.* Barboſa *tract. de clauſulis, clauſul* 67. *num.* 2. vbi addit, ex Rota *deciſ.* 398. *n.* 6. *part.* 2. *in poſthumis eiuſdem Farinacij*, *aliàs part.* 4. *recentior.* omnimodam importare adæquationem. Et ob eius diuerſitatem facit, vt comprehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderentur. Barboſa *n.* 3. *ex l. Ballista*, cum ibi notatis, *ff. ad Trebellianum, l. Cùm ſummus, Cod. de Agricolis, & cenſitis, lib.* 1. Ruin. *conſil* 32. *num.* 5. *lib.* 2. & *conſil.* 171. *num.* 12 *lib.* 3. Rolando *conſil.* 60. *n.* 21. *cum ſeqq. lib.* 1. Martha *part.* 1. *clauſula* 62. *n.* 1 Canalean. *de vſufructu mulieri relicto, n.* 55. & Menochio *conſil.* 210. *n.* 22. Habetque vim ſpecialis ſpecificationis. Barboſa *num.* 7. Lezana *tom.* 2. *verbo clauſula, n.* 37. Laurentius Peyrinus *ad conſtitut.* 4. *Iulij II. n.* 4. *tom.* 1. *priuileg. pag. mihi* 105. Aſcanius Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 18. *quæſt.* 6. *clauſula* 9. *n.* 19. cum Martha *n.* 4. Tuſcho *litt. C. concluſ.* 354. *n.* 1. Et ideò (addit Aſcanius) ob hanc magnam efficaciam operatur, vt exæquata vnam & eandem naturam habeant, & nulla ſit penitus differentia, §. 1. *verſic. Per omnia ferè inſtituta, de donationibus.* Bertazol. *de clauſulis inſtrumentorum, clauſ.* 21. *n.* 1 vbi ſubdit, importare perfectionem & integritatem diſpoſitionis. Cardin. Tuſchus *dicta concluſ.* 354. *n.* 6. Hucvſque Tamburinus. Idem docet Barboſa *num.* 10. qui addit Iaſonem *num.* 20. & Ripam *n.* 1. & 2. *ad dict. inſtit.* quoad primum de eo, quod exæquata vnam & eandem habeant naturam, & nulla ſit penitus differentia, & quoad ſecundum de perfectione, & integritate diſpoſitionis, *n.* 11. *ex* §. *Pari ratione, verſic. Per omnia Inſtit. Quibus modis ius patria poteſtatis ſoluitur.* Bertaxol. *clauſ.* 28. *n.* 1. & Hunded. *conſil.* 79. *n.* 99. *tom* 2. 123

Quartum, quod adnotandum venit in dicta Vrbani VIII. conſtitutione, eſt, continere *Decretum irritans* in illa clauſula: *Irritum & inane, &c.* cuius effectus multi admodum ſunt. In primis enim irritat, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt. Expreſsè decernitur à Bonifacio VIII. *in cap. Se eo tempore*, 124

tempore, *el* 45. *de electione*, *in* 6. per hæc, quæ ſequuntur verba. *Si eo tempore, quo prouiſionem alicuius Eccleſiæ Cathedralis, ex quavis cauſa diſpoſitioni, ſeu ordinationi Sedis Apoſtolicæ reſeruamus, inhibentes, ne ad electionem, vel prouiſionem faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes, ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter, vel ignoranter attentatum extiterit, irritum, & inane, etſi iam ad electionem forſitan ſit proceſſum in ipſa. Præſenti conſtitutione ſancimus, quod licet reſeruatio, inhibitio, & decretum huiuſmodi non afficiant electionem, vel alia, quæ præcedunt; efficiunt tamen, vt effectu careant ea quæ poſtmodùm ſubſequuntur.*

125 Ex capite *Quia cunctis*, §. *ſimiliter*, *el* 1. *de conceſſione præbendæ*, *eodem libro* 6. idem probatur. Ibi enim Innocentius Papa IV. ſic ait: *Et in ſupradictis litteris irritum decernimus, & inane quidquid ſuper huiuſmodi præbenda, vel dignitate contra noſtrum contigerit attentari mandatum: collatio, quam idem Epiſcopus poſt tale noſtrum decretum (ſiue illud ignorauerit, ſiue non,) de præfata Præpoſitura per ſe, vel per alium fecerat, non valebat.*

126 Exornant Ioannes Andreas *in epigraphe dicti capitis Si eo tempore*, Auguſtinus Barboſa *tract. de clauſ. clauſ.* 40 *n.* 2. Aſcanius *tom.* 1. *de iure Abbatum, diſp.* 18. *quæſito* 6. *clauſ.* 15. Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis tom.* 1. *ad conſtitutionem* 23. *Leonis Papæ X* §. 4. *n.* 5. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.* 2. *part.* 5. *verbo Clauſula*, *n.* 19. Anton. Naldus *in ſumma verbo eodem*, *n.* 6. & alij quamplurimi Doctores, quos præfati recenſent. Et inter alias ampliationes, quas illi adducunt, non pauci illorum hanc tradunt.

127 *Scilicet*, vt actus contra decretum irritum factus, ſit ipſo iure nullus, etiam parte non opponente. Barboſa *n.* 3. Tamburinus *dicta clauſula*, *n.* 47. & Lezana *n.* 19. & alij penes ipſos. Et ratio eſt, quia dicta clauſula, & decretum irritans, ipſo iure inficit omnia contra aliquem attentata, ad notata per Caldam Pereyram *quæſt. forenſium lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 29. ita vt omnia facta contra decretum, habeantur pro infectis. Barboſa *ibid.* cum Gabriele *communium lib.* 6. *titulo de clauſulis*, *concl.* 3. *n.* 56. Tuſcho *practicarum concluſ. tom.* 2. *litt. D*, *concl.* 115. & Theodoſ. de Rubeis *ſing. Rota tom.* 2. *part.* 4. *clauſula* 258. *n.* 59 Et operatur nullitatem actus ab illius initio, cùm dicatur oculos habere retro. Barboſa *n.* 4. ex Sarnenſi *ſuper regulam de annali, quæſt.* 5. *in fine*. Caſſad. *ſuper regul. deciſ.* 11. *n.* 4. & 5. Rota *in Ipporigienſi Canonicatus*, 17. *Iunij*, 1605. *coram Manzanedo*, apud Farinacium *deciſ.* 142. *n.* 4. *part.* 2. *recentiorum*. Et retrò geſta inficit, quandocunque de eo opponatur. Ipſe Barboſa *n.* 5. cum Geminiano *in cap. Statutum*, *ſub n.* 12. *prope finem*, *de priuilegiis*, *lib.* 6. Ant. Gabr. *ead. concl.* 5. *n.* 52. *in effectu* 9. & Rota *in Metenſi Monaſterij*, 5. *Iulij*, 1612. coram Coccino. Quod verum eſſe addit Barboſa *eod. n.* 5. & *n.* 33. etiamſi partes millies conſentiant, ex Menochio *conſil.* 348. *num.* 48 & Martha *de iuriſdictione*, *part.* 4. *centuria* 1 *caſu* 49. *num.* 10. & faciunt (inquit) multa, quæ congerit Farinacius *Fragment. crimin. parte ſecunda*, *littera L*, *à numero* 182. Conſonat Peyrinus *num.* 5. cum Mandoſio *tract. de monit. n.* 46. *verſ. Exemptus à iuriſdictione.*

128 *Secundus effectus* dictæ clauſulæ eſt, vt etiam ignorantes liget, non ſolùm ſi adſint verba, *vel ignoranter contigerit attentari*; vt in ſuprà reddito *capite Si eo tempore*, adſunt; verùm etiamſi deſint. Expreſsè habetur deciſum à Bonifacio VIII. *in capite Dudum*, *decimoquarto*, *de præbendis*, & docet Barboſa *numero ſeptimo*, Laurentius de Peyrinis *dicto numero quinto*, Aſcanius *numero quadrageſimoſeptimo*, & alij penes ipſos. Qui, ſicut & Naldus *dictione ſexta*, aduertunt, decretum irritans ignorantes ligare ſolùm quoad actus nullitatem, non verò quoad pœnas ſubeundas, quæ in lege decretum huiuſmodi habente infliguntur; quod etiam deciſum inuenio ab eodem Bonifacio VIII. *in cap. Si beneficia*, *el* 20. *de præbendis*, *libro ſexto*. Quod autem huiuſmodi decretum præfatum effectum, ſiue litteræ in quibus fuit oppoſitum, emanauerint motu proprio, ſiue ad partis inſtantiam, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, atque etiam ſiue cauſâ non cognitâ, docet Barboſa *numero duodecimo*, cum Anton. Gabriele *concluſione tertia*, *citata*, *numero ſeptimo*, & cum Moneta *de commutatione vltimarum voluntatum*, *cap.* 7. *num.* 23; ac cum aliis penes ipſos Laurent. de Peyrinis *dicto num* 5

Effectus tertius decreti irritantis eſt inducere formam. Tamburinus *n.* 49. Aug. Barboſa *n.* 32. cum Felino *in cap. Cùm acceſſiſſent*, *ſub n.* 8. *verſic. & vbi apponitur clauſula*. Decio *ibi*, *verſic. & ad hoc etiam facit*, *de conſtitution* & cum pluribus aliis Doctoribus, & Rotæ deciſionibus. Et formâ illa non ſeruatâ actus ipſo iure corruit. Tamburinus, & Barboſa cum Baldo *conſil.* 551. *n.* 9. *lib.* 5. Decio *conſ.* 532. *n.* 4. & Rota *in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1643. *coram Pamphilio*. 129

Quartus effectus eſt, ſecundùm gloſſam *verbo Proceſſus*, *in cap. Diſpendia*, *de reſcriptis*, *lib.* 6. & ibi Archidiacon. Ioan. Andr. ac Geminian. Iaſon. *in l. non dubium*, *Cod. de legibus*. Alderan. Maſcard. *concl.* 9. *n.* 15. & *ſeqq.* præcipuè *n.* 29. Virgil. Boccac. *in conſtit. gloſſa* 6. *n.* 139. & *ſeqq.* & ſecundùm plures alios, quos penes Barboſam *n.* 33. refert Gabr. *dicta concluſ.* 3. *n.* 18. & 19. & 21. vt diſpoſitioni, cui adiectum eſt decretum irritans, licèt ſit ad fauorem partis facta, non poſſit renunciare expreſsè ipſa pars; nec tacitè quidem non vtendo, ſecundùm alios, quos idem recenſet Gabr. *n.* 20. & 22. Vtrique conſonat Barboſa in caſu, quo quis incepit diſpoſitione vti; diſſonat verò in caſu, quo diſpoſitione vti non inceperit. Et ſic conciliat prædictorum opinionem cum opinione dicti Gabr. *n.* 25. & *ſeqq.* Marthæ *de iuriſdict. part.* 4. *centuria* 1. *caſu* 49. *n.* 5 Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 67. *n.* 52. Cald. Pereyræ *qq. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 32. & Rotæ apud Cencium *de cenſib. dec.* 19. *n.* 15 & *deciſ.* 421. *n* 8. *part.* 5. *recentior* ſentientium abſolutè apud Barboſam, poſſe partem renunciare diſpoſitioni habenti decretum irritans in fauorem partium. 130

Quintus effectus eſt, vt tollat conſuetudinem in præteritum, & in futurum. Barboſa *n.* 55. cum Ant. Gabr. *ead. concl.* 3. *n.* 40. Gonzalez *dicta gloſſa* 67. *n.* 10. Farinac. *tr. de Immunit. Eccleſ. n* 15. Martha *vbi proximè*, *n.* 9 & communi. Tamburin. *n.* 49 Excipit tamen Barboſa ex dicto Gabr. & Ruin. *conſ.* 13 *n.* 30. *vol* 2. immemorabilem conſuetudinem. Plura de hoc effectu Moron. *in* 100 *reſponſis*, *reſponſ* 72. *n.* 10 131

Sextus effectus eſt vt tollat vires ſententiæ, & eius impediat exequutionem. Barboſa *n* 36 cum Caſſad. *dec.* 12. *n.* 5. 6. & 7. *de reg. Cancel.* Sarnenſ. *in regul. de de Annali quæſt.* 5. Ant. Gabr. *dicta concl.* 3. *n.* 51. Gonzalez *gloſſa* 67. *n.* 50. & Rota *dec* 24. *n* 5. & *deciſ.* 149. *n.* 2. *part.* 2. *diuerſorum*. Laurent. de Peyrinis *dicto n.* 5. 132

Septimus effectus eſt, quod licèt ſuſpendatur petitorium, vel agatur de poſſeſſorio, tamen ſtante hoc decreto irritante poteſt in petitorio, dimiſſo poſſeſſorio, pronunciari. Barboſa *n.* 38. ex Gonzalez *dicta gloſſa* 67. *num.* 64. teſtante ita fuiſſe reſolutum 133

in vna Syracuſana quarta, 24...1585.coram Blanchetto, & *in eadem 20. Iunij, 1586. coram Robuſterio.*

134 *Octauus effectus* eſt, vt decretum irritans appoſitum in gratia, operetur etiam ante litterarum præſentationem, & reuocet Iudicis proceſſum ante præſentatas litteras reuocatorias. Barboſa *n.* 37. cum Gonzalez *n.* 50. Gabr. *concl.* 3. *n.* 52. *&* 53. & Moneta *de commut. vltimar. volunt. cap.* 7. *n.* 249.

135 *Nonus effectus* eſt, vt tollat præſcriptionem. Barboſa *n.* 34. ex Rebuffo *ad leges Galliæ, tit. de fir. & irreu. concord. ſtabilit. verſ. Plus dicit.* Gabr. *concl.* 3. *n.* 44. Gonzalez *gloſſ.* 67. *n.* 50. & Moneta *dicto cap.* 7. *n.* 244. vbi *n.* 248. id intelligit de præſcriptione futura, & non de præterita, per quam acquiſitum eſt ius tertio, cui non cenſetur Princeps velle præiudicare, niſi exprimat. De eo, quod præſcriptionem tollat, etiam conſonat Tamburinus *n.* 49.

136 *Decimus effectus* decreti irritantis eſt, vt inficiat titulum, & poſſeſſionem, quando conſtitutio, cui adhæret, intrat tanquam acceſſorium. Barboſa cum pluribus Doctoribus *à n.* 18. *vſque ad* 26. vbi plures adducit ampliationes, & ad ſuæ probationem doctrinæ, non paucas S. Rotæ deciſiones. Illum ſequitur Tamburinus *n.* 48.

137 Circa decretum irritans adnotant Doctores, illum interuenire, quoties integra, & extenſa reperitur iſta clauſula: *Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*; qualis, vti vidimus, adeſt in Vrbana conſtitutione præfata; ſed etiam quando dicitur, *irritum, & inane, &c.* prout in fine 8. hodie 9. regulæ Cancellariæ. Barboſa *n.* 39. cum Gonzalez *dicta gloſſa* 67. *n.* 2. *& ſeqq.* & Moneta *dicto cap.* 7. *n.* 252. Tamburinus *n.* 50. Peyrinus *n.* 5. quò loci ait, ex Anton. Gabriele *lib.* 6. *concluſionum, tit. de clauſulis, cap.* 3. *n.* 2. quod aduerbia, *Scienter, vel ignoranter*, ſolùm ponuntur ad omnem dubitationem tollendam; & ideò, quod clauſula iſta, *Irritum, & inane, &c.* ex natura ſua obligaret ignorantes, etiamſi illa non apponeretur.

138 *Secundò* adnotant, clauſulas: *Aliter non valeant*; & *obſeruentur*, decreto irritanti æquiualere, & æquiparari. Barboſa *eadem clauſula* 40. *n.* 40 cum Caſtrenſi *conſil.* 82. *n.* 21. *vol.* 1. & Martha *de iuriſdictione part.* 4. *centuria* 1. *caſu* 49. *n.* 7.

139 *Tertiò* idem importare clauſulam: *Nullius ſit momenti.* Barboſa *n.* 41. & *tract. de Dictionibus, dict.* 227. *ex l. ſi quis Sempronium, ff. de hæredibus inſtituendis*, & *l. de pupillo, §. ſi quis fortè*, vbi Iaſon *n.* 3. *&* 4. *ff. de noui operis nunciatione*: & *in l. non dubium, Cod. de legibus*, & *in Authent. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditionem*, & *in cap. Ordinarij, in fine, de officio Ordinarij.* Tiraquello *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocandis donationib. verbo Reuertatur, n.* 97. *&* 101. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 57. *n.* 7. Farinacio *in praxi crimin. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 33. *n.* 4. Eſcobar *tract. de vtroque foro, art.* 5. *n.* 316. *pagina* 210. & Moneta *de commutat. vltimar. volunt. cap.* 7. *n.* 253. *in principio.*

140 *Quartò* docent idem importare clauſulas, *Nullius roboris ſit*; & *Roboris non obtineat firmitatem.* Barboſa *clauſula* 40. *n.* 42. cum Gonzalez *gloſſa* 57. *n.* 8. & Moneta *n.* 253.

141 *Quintò*, aſſerunt decretum irritans importare clauſulam, *Nullatenus*; ex gloſſa *verbo Nullatenus.* & ibi Imola *n.* 20. *Clem. de ſequeſtrat. poſſeſ.* ex gloſſa *eodem verbo. Authent. ſi qua mulier, Cod. Ad Senatuſconſultum Velleianum*; & ex quamplurimis Doctoribus Th. Sanch. *tom.* 1. *de matr. lib.* 6. *diſp.* 32. *n.* 7. Ant. Naldus *in ſumma, verbo Clauſula, n.* 6. & Barb. *n.* 43.

Sextò, dictionem *Omninò*, vim habere decreti irritantis, tenent Naldus *eod. n.* 6. (vbi refert ex Tiraquello, quem recenſet, & ſequitur Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ. fin. n.* 65. ſeptuagintaſex modos dari decreti irritantis.) Barboſa *clauſula* 40. *n.* 44. & *tract. de dictionib. dict.* 240. *n.* 15. cum Gonzalez *n.* 66. Matienzo *l.* 1. *gloſſa* 4. *n.* 18. *ad finem, tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopilationis*, Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 30. *n.* 19. Oſaſc. Pedem. *dec.* 165. *n.* 14. & Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 11. 142

Dictio *Alioquin*, etiam implicat decretum irritans, Barboſa *clauſula* 40. *n.* 44. & *tract. de Dictionibus, dict.* 17. *n.* 5. ex Gonzalez *dicto n.* 66. Creſcent. *dec.* 18. *n.* 3. *de præbendis*: & ex Andrea *in Elborenſ. fructuum*, 20. *Martij*, 1615. impreſſa per Farinac. *dec.* 665. *n.* 2. 143

Item dictio *Nullomodo*, idem importat. Barboſa *clauſula* 40. *n.* 45. & *tract. de Dictionibus, dict.* 228. *n.* 2. cum Stephano Gratiano *Marchiæ dec.* 51. *n.* 18. 144

Denique quando lex aliquid prohibet ſimpliciter, intelligitur tacitè apponere decretum irritans, ſeu clauſulam annullatiuam, ſi contra fiat. (In hoc enim ſenſu procedunt quæ in octo iſtis verſiculis dicta ſunt.) Barboſa *dicta clauſula* 40. *n.* 46. ex Doctoribus, per textum *in l. non dubium, Cod. de legibus*: & *in cap. Dilecta, de reſcriptis.* Coſino *in pragmat. ſanct. tit. de electione, cap. Sicut, §. Reuertatur, à n.* 58. *Cod. de reuocandis donationibus.* Chaſſaneo *in conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 4. *§.* 7. *in principio, n.* 1. Suarez *de legibus, lib.* 5. *cap.* 27. *à n.* 4. & fuſiſſimè Farinac. *in fragment. crim. part.* 2. *litt. L, à n.* 169. 145

Alia ſcitu digniſſima circa decretum irritans docet Aug. Barboſa *in præfata clauſula* 40. *à n.* 47. quæ recenſere omitto, ne nimis digrediar. Illum videat meus Lector. Ex dictis tamen ſuprà nonnulla operæpretium duxi corollaria deducere. 146

Primum ſit, non poſſe Abbates noſtros, Mitræ, & Baculi vſum habentes, ritus in Miſſali Monaſtico Pauli V. authoritate recognito, pro Abbatibus huiuſmodi inſigniis gaudentibus præſcriptos, de quibus ſuprà *n.* 11. egimus, in Miſſarum omittere celebratione, abſque culpa mortali inobedientiæ, & incurſione pœnæ priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac dignitatis Abbatialis, & inhabilitatis etiam ad aliam, & ad officia in poſterum obtinenda. Patet ex Vrbana conſtitutione, ſub formali præcepto obedientiæ, ac recenſitis pœnis eiſdem Abbatibus mandante, vt cum effectu curent, & faciant Miſſas celebrari, *in omnibus, & per omnia*, iuxta dicti Miſſalis præſcriptum. Si autem ipſi non celebrent Miſſas dictos ritus exequentes, non curabunt, nec facient illas celebrari, vti celebrari præſcribitur, *in omnibus & per omnia*: facere enim non dicitur, qui cauſam ad finem non perducit. Barboſa *tr. de Axiom. iuris, axiom.* 92. *n.* 3. *ex l. qui cùm natu maior, §. accuſaſſe, ff. de bonis libertorum.* Mexia *in tract. Taxæ panis, concl.* 4. *n.* 61. & Farinacio *in praxi crimin. part.* 4. *concl.* 75. *n.* 83. Ergo peccabunt mortaliter contra obedientiam Abbates noſtræ Congregationis, & recenſitas incurrent pœnas, ſi in celebratione Miſſarum præfatos omittant ritus. 147

Secundum eſt, dictos Abbates renunciare non poſſe in Miſſæ, quamvis priuatæ, celebratione, Annulo, Cruci Pectorali, & aliis faciendis, & dicendis iuxta prædictos Ritus. Non ſolùm, quia illos, vti modò diximus, & obſeruare, & exequi ſub culpa, & grauibus tenentur pœnis (teneri enim quem ad aliquid, & poſſe illi renunciare, non ſibi bene cohærent;) ſed quia diſpoſitioni, cui adhæret decretum irritans, renunciare nemo poteſt, non ſolùm quando illa per modum ſtatuti, aut conſtitutionis 148

tutionis adſtringentis, & compellentis, quales ſunt Miſſalis ritus, provt ſubſunt Vrbanæ præfatæ; ſed neque quando facta ad partis fauorem fuerit, maximè quando illa vti incepit, provt vidimus in quarto effectu decreti irritantis, *num.*130.

149 *Tertium* eſt, neque locorum Ordinarios, Archiepiſcopos, aut alios quoſcunque iudices, etiam delegatos Sedis Apoſtolicæ, poſſe in vim decreti S. Congregationis Rituum, de anno 1659. compellere, aut condemnare dictæ noſtræ Congregationis Hiſpanæ Abbates ad non obſeruandum aliquem ex ritibus Miſſalis Monaſtici Romani præfati, authoritate Pauli Papæ V. reformati, de quibus ſuprà *num.*11. Ratio eſt clariſſima, quia Vrbanus Papa VIII. in conſtitutione ſuprà ſcripta, ſtrictiſſimè ſtatuit, Miſſale Monaſticum ab omnibus Monachis noſtræ Congregationis inuiolabiliter, in omnibus, & per omnia obſeruari, ſicque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere. Et addit decretum irritans, cuius effectus, vti vidimus, ſunt nullitas omnium, quæ contra illud fiunt à quoquam, quauis authoritate fulto; inductio formæ, & ablatio virium ſententiæ, ac impeditio exequutionis illius.

150 *Quartum* eſt, bene diſpoſuiſſe Congregationem noſtram in Cœremoniali Monaſtico, per Capitulum Generale ordinato, anno 1633. *part.*2. *ſect.*1. *cap.*1. dum *num.*16. dicitur: *Para quando baxe à dezir Miſſa el Abbad, tenga el Sacriſtan prevenido todo recado a parte, con Pectoral, Anillo, &c.* Et infrà: *Ha ſe de poner Pectoral antes de la Eſtola, la qual no ha de cruzar: y vltimamente ſe pone el Anillo en el dedo annlar de la mano derecha... Ha de dezir las oraciones del Pectoral, y Anillo, aſſi como las de los demas ornamentos.* Et *num.* 17. *Y en tanto que el Abbad dize, Indulgentiam, &c. el que aſſiſte el lado del Euangelio; ſe levantare, y le pondra el Manipulo al Abbad en el brazo izquierdo.* Numero item 18. *En las Miſſas, que trageren Gloria, dira el Abbad deſpues de ella ſolamente, Pax vobis; y en las demas, Dominus vobiſcum.* Et denique *num.*20. diſponitur: *Dicho, Placeat, el Abbad bajara el Altar, y ſi la Miſſa no fuere de Requiem, dara la bendicion diziendo, Sit nomen Domini Benedictum.... Adiutorium noſtrum in nomine, &c.... Benedicat vos omnipotens Deus.... ✠ Pater, & ✠ Filius, & Spiritus ✠ Sanctus.* Dictis conſonat Dubal *en la expoſicion de la Regla, p.*1. *cap.*18. *num.*76. poſt præſens decretum edita anno 1663. vbi ita fatur: *De todos eſtos Ornamentos* (Pontificalibus ſcilicet, & Sacerdotalibus) *vſan los Obiſpos, y los Abbades en las Miſſas ſolemnes: pero en las Miſſas rezadas, ſolo vſan del Pectoral, y Anillo: y al principio de la Miſſa, dizen:* Pax vobis; *en lugar del.* Dominus vobiſcum: *quando ſe ha dicho Gloria in excelſis Deo; y al fin hechan la bendicion, diziendo*: Sit nomen Domini, &c. *como conſta del Ceremonial Romano.* Hæc dictus Author, qui idem dixerat *num.*45.

151 Circa ſecundum, quod Sacra Congregatio in præfato diſponit decreto, videlicet, non licere Prælatis Epiſcopo inferioribus, etiam Pontificalibus indutis, per Eccleſiam incedentibus, populis, quamuis eis pleno iure ſubiectis, priuatim benedicere, niſi expreſsè ſit ab Apoſtolica Sede permiſſum, inuenio Dubalem *num* 55. Ganantum *verbo Abbas, num* 15. & Aſcanium Tamburinum ſic, vt ſequitur, ſentientem, *tom* 1. *diſp* 21. *quæſ* 8. *num.*5. Dico etiam, quod ipſimet Abbates, tam accedendo ad Altare ad Pontificalem Miſſam celebrandam habitu domeſtico, quàm ab eo recedendo poſt eiuſdem Miſſæ Pontificalis celebrationem, vel tranſeuntes per Eccleſiam, poſſunt benedictionem populo præſenti elargiri; quia cùm poſſint maius, quod eſt benedicere populum ſolemniter in Miſſa, poterunt etiam minus, quod eſt tranſeundo per Eccleſiam tradere huiuſmodi benedictionem, maximè cùm hæc benedictio non ſit ſolemnis, ſicut ea, quæ datur in Miſſa Pontificali.

Hactenus Aſcanius. Ego tamen ob ſolam rationem hîc ab eo adductam non auderem illum ſequi, contra tam claram S. Congregationis diſpoſitionem, ſi iſta afficit Abbates, vt credo. Quia licèt de iure communi, cui licet plus, licet quod eſt minus, *l. Non debet, ff. de regulis iuris*, & *cap. Cui licet, el* 53. *eodem tit. lib.* 6. *Authent. Multò magis, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Aug. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.* 140. *n.* 5. cum Farinaco *conſil.* 60. *n.* 109. *lib.* 1. Thoma de Thomaſſet *reg.* 85. Surdo *conſil.* 288. *n.* 14. Ioanne Maria Nouario *quæſtionum Forenſium lib.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 6. Ego ipſe *in diſquiſitione Paſtorali de iure Paſtoris annexi, impreſſa in volumine quæſtionum Paſtoralium, n.* 65. Summus Pontifex, qui approbauit dictum decretum, & tanquam ſtatutum, ſeu conſtitutionem generalem publicari mandauit, dictis iuribus in hac parte, & caſu derogauit, quamvis de illis nullam fecerit mentionem. Lex enim vltima primam contrariam tollit, licèt de ipſa contraria mentionem non faciat. Ita enim Bonifacius Papa VIII. ait *in cap.* 1. *de conſtitutionibus, lib.* 6. *Licet Romanus Pontifex (qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere) conſtitutionem condendo poſteriorem, priorem (quamvis de ipſa mentionem non faciat) renocare noſcatur. Quia tamen locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularium conſuetudines, & ſtatuta (cùm ſint facti, & in facto conſiſtant) poteſt probabiliter ignorare; ipſis (dum tamen ſint rationabilia) per conſtitutionem à ſe noviter editam (niſi expreſſè caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare.* Ita Textus. Gloſſa autem *verbo Renocare*, ait, *de conſecrat. diſt.* 1. *Vaſa, de cognitione ſpirituali, cap.* 1. *ff. de legibus, Non eſt nouum*: In legibus ergo contrariis ſtamus vltimæ. Hæc Gloſſa. Aug. Barboſa idem docet *ad proœmium Decretalium, n.* 46. & *in dictum cap.* 1. *de conſtitut. in* 6. *n.* 4. qui allegat legem *Pacta nouiſſima. Cod. de Pactis*, Rebuffum *ad leges Galliæ, tom.* 1. *in proœmio, quæſt.* 5. *n.* 130. Henriquez *conſil.* 27. *n.* 7. Spinum *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.* 30. *princ. n.* 8. & Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 9. §. 1. *num.* 51. Addit tamen Barboſa duas limitationes. *Prima* eſt, dictum procedere, niſi diſtinctione concordari iura poſſint. Pro qua citat Rebuffum *eodem n.* 130. *Secunda* eſt, quando in antiqua lege adeſt clauſula derogatoria ad ſequentem, vel quando aliqua eſt facta in alicuius priuilegium, quia tunc vltima non tollit antiquam contrariam Caſtr. *in l fin. n.* 4 *Cod. Si contra ius.* Hæc Aug Barboſa. Addo S. Congregationem Rituum, 25 Maij 1624. apud Gauantum, *in Manual. verbo Benedictio, n.* 22. & Iordanum *tom.* 1. *de re ſacra, lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 41 declarauiſſe, quod habens vſum Mitræ, & Inſignium Pontificalium, & nullius Diœceſis exiſtens, immò habens iuriſdictionem, & cognitionem omnium cauſarum, & ius viſitandi priuatiuè ad quemcumque Ordinarium, & qui in Miſſis, etiam priuatis benedicit cum verſu *ſit nomen Domini*, &c adinſtar Epiſcoporum, non poteſt tamen benedicere populo extra actum celebrationis. Sic refertur à Gauanto. 152

Ob ea tamen, quæ immediatè ſubdit Aſcanius præfatus, credo, poſſe Abbates per Eccleſias ſuas incedentes, priuatam ſuis ſubditis impertiri benedictionem, in vim priuilegij, quod recenſet. Verba iſtius Doctoris reddo.

153 Si dicas, priuilegia hoc eis non concedunt. Reſpondeo eadem priuilegia concedere eis celebriorem, quæ eſt illa ſolemnis in Miſſa: ergo videntur etiam concedere eis minorem; nec inde alicui vllum præiudicium infertur.

154 Præterea: Omnia prædicta expreſſiùs probari videntur ex priuilegio Vrbani II. &c. quod hodie ferè omnibus Abbatibus per communicationem eſt commune, in quo Abbati Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis de Caua conceſſit, vt poſſit omnia in ſuos ſubditos, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuos, quibuſdam exceptis, in quibus non includitur facultas populum benedicendi: ergo ſicut Epiſcopi poſſunt huiuſmodi benedictionem populo elargiri, ita etiam poterunt Abbates. Hactenus Tamburinus. Priuilegium Vrbani II. quod allegat, ni fallor, eſt quod ſuprà *n.*17. inſeritur in Bulla Pauli Papæ III. & ab eo confirmatur *n.*21. & de nouo conceditur *n.*22. Congregationi Caſſinenſi, & illius Abbatibus. Et *n.*23 decernitur, illud nullatenus derogari poſſe, nec derogatum cenſeri per quaſcumque litteras Apoſtolicas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaces, & inſolitas clauſulas, ac decreta irritantia in ſe continentes, ſub quacumque verborum conceptione, niſi de illo, ac de ipſa Paulina, de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ſpecifica, ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit, &c. Quibus, ſicut & omnibus, & ſingulis aliis priuilegiis præfatæ Congregationis Caſſinenſis, noſtra gaudet, & fruitur Hiſpana Congregatio, vti vidimus. Cùm igitur Vrbani priuilegio non deroget S. Congregationis Decretum, ſed potiùs illud confirmet, ibi: *Niſi expreſſè ipſis permiſſum fuerit*; benè poterunt Abbates Caſſinenſes, Valliſoletani, & alij illorum priuilegiis gaudentes, priuatim ſuos ſubditos benedicere, per ſuas Eccleſias incedentes.

Vide circa derogatoriā derogatoriarum, quod adnotaui ſuprà *ad n.*23.

155 Quoad Abbates ſæculares exemptos, docet Pax Iordanus *tom.*1. *de re ſacra, lib.*5. *tit.*3. *n.*52. illis permitti populo, tam ſolemniter in Miſſa, Matutinis, & Veſperis, quàm priuatim per ſuas Eccleſias benedicere; non tamen per vias, neque coram Epiſcopis locorum, neque coram Papæ Legatis, ad textum *in can. Denique, diſt.*21. Refert S. Rituum Congregationem, 1604. relatam per Tamburinum *tom.*1. *diſp.*23. *quæſ.*1. *n.*1. & 24. Auguſti 1609. ab eodem relatam *quæſ.* 8. *n.*1. gloſſam *in cap. Abbates*, & ibi Ioan. Andr. *de priuilegiis*, *in* 6. Angelum *in ſumma, verb. Abbas*, §. 9 Gauantum *in Manuali, verb. eod. n.*15. *& ſeqq.* ac Barboſam *in ſumma Bullar. eod. el* 1. *circa medium.* Idem Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. verb. Benedicere, collect.*59. *n.*5. & *de iure Eccleſiaſtico, tom.*1. *lib.*1. *cap.*17. *n.*51. ex Riccio *in praxi rerum Eccleſ. part.*1. *reſol.*461. & Vrſill. *in examine concluſionum legalium, concl.*1. *n.*123. Quod tamen intelligi debet, niſi aliquis Abbas ex priuilegio ſpeciali hanc poteſtatem benedicendi per vias, Ciuitates, & Caſtra, coram Epiſcopis, aut Legatis ſit conſequutus. Quàm certè limitationem accepi ab eiſdem Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.*2. *allegat.*27. *n.*67. & Tamburino *dict. quæſ.*1. *n.*1. *verſ. Benedictio*, vbi addit: Vnde priuilegium conceſſum ſimpliciter Abbatibus ſolemniter benedicendi, debet reſtringi ad proprias Eccleſias ſibi ſubditas, *ex cap. De Monachis, de exceſſibus Prælatorum, n.*6.

Circa Capitvlvm XIV.

§. XIV.

Breviarivm.

Benedicere.

Benedicere præſente Epiſcopo prohibet S. Congregatio Prælatis, etiam Pontificaliter celebrantibus. num. 156.

De iure communi eſt idem prohibitum. n. 160.

Maior à minori benedici non debet. ibid.

Priuilegia ad benedictionem impertiendam in plurimum conceduntur cum limitatione, vt non impertiatur præſente Epiſcopo, aut Legato Apoſtolico. numero 157.

Coram eis, & maioribus Prælatis benedicere poſſunt Abbates Cadomenſis, Beccenſis, & S. Mariæ Pacis. n. 160. & ſeqq.

Poſſunt etiam benedicere Abbates Congregationis Ciſtercienſis Regnorum Caſtellæ, & noſtræ Valliſoletanæ. n. 162.

Clauſula.

Quæ de ſtylo Curiæ in gratiis apponi ſolet, ſubintelligitur etiamſi non apponatur. n. 159.

Sacra Rituum Congregatio *in cap.* 14. præfati decreti de anno 1659. ceſſare præcipit Prælatis, etiam Pontificaliter celebrantibus, à benedictionibus, præſente Epiſcopo, niſi habeant ſpeciale Sedis Apoſtolicæ permiſſum. Quocirca eadem S. Congregatio, die 17. Iulij 1604. in vna Eugubina, ad inſtantiam Epiſcopi Eugubini, declarauit, poſſe Abbatem Monaſterij S. Petri de Eugubio ſolemniter celebrare, & in Pontificalibus populo benedicere; ſed non in præſentia Epiſcopi. 156

Et quidem in plurimum huiuſmodi limitatio in priuilegiis apponitur Apoſtolicis, in quibus facultas ſit Benedictionem ſolemnem impartiendi. Clemens VII. illam appoſuit in Bulla conceſſa Abbati, & Conuentui Cœnobij mei Hyrachenſis, anno 1386. de qua ſuprà *conſtit.*1. *n.*27. in conceſſa Abbati S. Saluatoris de Onna, per Alexandrum VI. 3. Idus Septembris de anno 1492. in conceſſa per Innocentium VIII. Abbati Nagarenſi, an. 1495. & Abbati Æmilianenſi, per Iulium II. 20. Iulij, anno 1505. cuius meminit Zacharias Paſqualigus *de ſacrificio nouæ Legis, tom.*2. *quæſt.*777. *n.*5. Tamburinus *tom.*1. *diſp.*21. *q.*9. *n.*3. his ſimilia recenſet conceſſa per Bonifacium IX. Abbati S. Mercurialis, Congreg. Vallis Vmbroſæ, anno eius 12. per Martinum V. anno eius 3. Abbati S. Pancratij, eiuſdem Congregationis: & eodem anno, qui fuit Chriſti 1420. Abbati Sanctiſſimæ Trinitatis Florentiæ, eiuſdem Congregationis, quæ in eius Bullario authentico haberi teſtatur. Adeſt tamen Bulla per Alexandrum IV. Abbati S. Facundi, abſque expreſſione dictæ limitationis, 106. Bullarij authentici noſtræ Hiſpanæ Congregationis, conceſſa, de qua dubitari poteſt, *An cenſenda ſit eandem continere limitationem?* 157

Et videtur reſponderi poſſe, quod non. Quia illa Bulla gratiam continet Principis, & fauorem. Ergo ampliari debet. Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, axiom.*96. *n.*4. *ex l. Cùm quidam, ff. de liberis & poſthumis, cap. Odia, de regulis iuris, in* 6. Thoma de Thomaſſet *reg.*209. & Ioanne Maria Nouario *in praxi elect.* 158

elect.& variat.fori,quaſt.5.n.5.& 6.ſect.2.pag.142.& qq.forenſ.lib.1.quaſt.23.n.15.

159 In contrarium eſt tamen, quod clauſula, quæ de ſtylo in gratiis ſolet apponi, illa ſubintelligitur, etiamſi non apponatur. Barboſa *tract. de clauſulis, in princ. de clauſulis in genere, n.1.* cum Felino, & cum Mandoſio *in reg.17.cancell.quaſt.1.n.6.* & Rebuffo *in repetitione cap. Nulla, col.30.in fine, verſ. Tertia eſt mihi, de conceſſione prabenda.* Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. diſp.12. quaſ.2. n.5* ex textu *in cap. Accepimus.* & ibi Antonio de Butrio *de ætate & qualitate*: & ex textu *in l. Magiſtratus*, & ibi Bart. *ff. ad municipalem*: & ante illos Thomas Sanchez *de Matrimonio, tom.3. lib.8. diſp.25. n.19.* poſt Panormitanum *in cap. Quod tranſlationem, de officio Legati, n.3.* & Sylueſtrum *verb. Reſcriptum, quaſt.5.* Et quamvis de clauſulis apponi ſolitis dicant apud dictum Auguſtinum Barboſam aliqui, de quorum numero ſunt Decius *conſ.394.col.penult.* & *conſ.521. n.15.* Neuizan. *conſ.28.n.8.* Socinus Iunior *conſ.158. n.18.lib.2* & Valenzuela *conſ.19.n.47* potiùs appoſitas cenſeri ex ſtylo Notariorum, quàm ex mente contrahentium, & ideò in dubio nihil operari; contrarium tamen exiſtimat verius ipſe Barboſa, ex Tiraquello *de conſtitutionibus, part.3. limitat.31. n.13.* Antonio Gabriele *communium, tit. de conſuetudin. concl.3.n.1* & ex Hieronymo Gabriele, quod ea, quæ apponuntur ex proprio vnius Notarij ſtylo, non attenduntur. Ita dictus Hieronymus *conſil.58. n.51. lib.1.*

160 Vnde non ſolùm de iure communi nequeunt Abbates, præſentibus Epiſcopis, vel aliis maioribus Eccleſiæ Prælatis, benedictionem ſolemnem populo elargiri, vt benè docet Aſcanius Tamburinus *tom 1. diſp 21. quaſ.9 n.1. ex can. Miniſtrare, 16. quaſt.6. can. Cùm ad celebrandas*, iuncta gloſſa, *de conſecrat. diſt 1.* & Ioanne Andrea *in additione ad gloſſam, cap. Abbates, verb. Solemnitatem, de priuilegiis, lib.6.* quia minor non debet benedicere maiorem, *can. Denique. diſt 21* vbi hoc probatur exemplo Melchiſedech, qui benedixit minori, Patriarchæ ſcilicet Abrahæ, de quo *Geneſis cap 14. verſ.18.* & *ad Hebraos cap.7. verſ.1* neque poſſunt in vim diſpoſitionum S. Congregationis Rituum, vti vidimus; poſſunt tamen Abbates ſolemniter populo benedicere adſtantibus Epiſcopis, in vim priuilegij Clementis VI. Abbatibus Monaſterij Cadomenſis, Baiocenſis Diœceſis, Ordinis noſtri, ſub data 10. Kalend. Iulij, anno eius quinto conceſſi apud villam nouam Aueniouenſem, quod habetur *in notis ad vitam S. Lanfranci, in principio operum eius, pag.29.* & in vim priuilegij Clementis VII. Gaufrido Hatene, Abbati Beccenſi, & ſucceſſoribus eius conceſſi, quod adeſt in chronico Beccenſi, anno 1399. quorum priuilegiorum tranſumpta in appendice inuenies. Immò & poſſunt ſolemniter benedicere populo adſtantibus quibuſcumque aliis Eccleſiæ Prælatis, & Sedis Apoſtolicæ Legatis, ex priuilegio Apoſtolico. Aſcanius Tamburinus *vbi proxime num* 4. & exſcribit clauſulam conceſſionis factæ per Sixtum Papam IV. ſub datum Romæ anno Domini 1483. 17. Kalendas Octobris, & ſui Pontificatus 13. Præpoſito, ſiue Abbati Sanctæ Mariæ Pacis Romæ, Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium, ſub tenore ſequenti.

161 *Ipſeque Prapoſitus dicta Prapoſitura, qui pro tempore fuerit, Mitra, Annulo, Baculo, & aliis Pontificalibus inſigniis, etiam vti, necnon in dicto Pacis Templo, ac intra ſepta dicti Monaſtery benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia, etiamſi in benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, Cardinalis, vel Sedis Apoſtolica Legatus praſens fuerit, elargiri liberè, ac licitè poſſit, & valeat, felicis recordationis Alexandri Papa IV. pradeceſſoris noſtri, qua incipit, Abbates, & aliis conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis pradictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, motu, ſcientia, & auctoritate pradictis concedimus pariter, & indulgemus.*

162 Ita haberi hoc priuilegium *in libro priuilegiorum dicta Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium, fol. 369.* teſtatur Tamburinus. Et addit ex Gabriele Pennot. *in ſua tripartita hiſtoria, lib.3. cap. 33. n.4* praxi fuiſſe illud demandatum coram duodecim Illuſtriſſimis Cardinalibus, die 2. Iulij, de anno 1614. poſt Capellam ſolemniter habitam in Sacello B. Mariæ Pacis Romæ, per Reuerendiſſimum Dominum Ioannem Chryſoſtomum, Neapolitanum, illius Abbatem, poſt Miſſam ſolemniter cum inſigniis Pontificalibus decantatam, iuxta formam priuilegij modò redditi. Quo, ni fallor, vti poſſunt Abbates Congregationis Ciſtercienſis Regnorum Caſtellæ, in vim conſtitutionis à Gregorio Papa XIV. editæ, 20. Iunij, de anno 1591. & Abbates noſtræ Congregationis, in vim eiuſdem Conſtitutionis, & alterius Clementis Papæ VIII. de anno ſequenti 1592. dictæ noſtræ conceſſæ, de quibus egimus § 12 *circa finem, n.114.* Conceſſit enim Gregorius indulta cuiuſvis generis exiſtentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, quibuſvis Ordinibus, Religionibus, & Congregationibus conceſſa dictæ Ciſtercienſi Congregationi, & Valliſoletanæ Benedictinæ. Conceſſit Clemens omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, & indulta, gratiaſque ſpirituales dictæ Ciſtercienſi Congregationi, ac eorum Monaſteriis, &c conceſſa, & quibus vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt.

Circa Capitvlvm XV.

§. XV.

BREVIARIVM.

Concurſus Abbatis cum Epiſcopo.

Ritus obſeruandi quando concurrit Epiſcopus Diœceſis cum Abbate exempto, in iſtius Eccleſia, praſcribuntur. n.163. ad 171.

163 Plura continet hoc capitulum decreti Sacræ Congregationis Rituum. Circa primum quod diſponit, quod in caſu, quo adſit Epiſcopus, ipſius ſedes in cornu Euangelij, vno ſaltem gradu eminentior Abbatiali ſit erigenda, & hæc in gradu altero humilior in cornu Epiſtolæ collocetur, & circa reliqua etiam omnia iam antea eadem S. Congregatio ferè idem decreuerat, quod in præſenti decreto, vti videre licet apud Aſcanium Tamburinum *tom.1. de iure Abbatum. diſp 21 quaſ.8. ſub n 5. verſ. Non tamen*, & *diſp.25. quaſ 9.* Ganantum *in Manual. Epiſcoporum, verb. Abbas n.5. & 15* Aug Barboſam *in ſumma deciſ. Apoſtolicar. eod. verb. collect. 1. n.33.* & Pacem Iordanum *tom.1. de re ſacra, lib.5. tit.3. n.49. 50. & 51.* recenſentes vnam, & alteram illius declarationem.

Decreuerat

Decreuerat, inquam, quoad Abbates Sæculares, & illorum Canonicos; non verò quoad Abbates Regulares, & ipſorum Monachos. Præſens autem Decretum omnes comprehendit Abbates, Sæculares, & Regulares, Canonicos, & Monachos.

164 Prima declaratio refertur à Tamburino *dict. quaeſ. 9.* pro ſolutione difficultatis ibi ſub his terminis propoſitæ: *Abbas ſæcularis exemptus, obtinens vſum Mitræ, & Baculi, quam aſſiſtentiam habeat, ſi Epiſcopus loci Ordinarius ad ſuam Eccleſiam exemptam veniat?* Quam ſic reſoluit.

165 Hanc quæſtionem iam pridem decidit S. Congregatio Rituum *in vna Alexandrina S. Petri de Broglio, die 7. Februarij 1604.* Nam cùm interrogaretur *primò* an Abbas Sæcularis Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri in Broglio Alexandrino exemptus, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus, habens vſum Mitræ, & Baculi, & ſolitus ſtatutis diebus ſedere more Epiſcopi cum ſuis Canonicis aſſiſtentibus, in quos habet iuriſdictionem Epiſcopalem, poſſit habere dictam aſſiſtentiam quando Epiſcopus loci ordinarius in dicta Eccleſia exempta Miſſis, aut Veſperis ſolemniter intereſt.

166 *Secundò*, an cum eo Epiſcopus aſſumere debeat Canonicos ſuæ Cathedralis aſſiſtentes, & eorundem circulos habere ad *Gloria in excelſis*, & ad *Credo*.

167 *Tertiò* quid ſit agendum iuxta Sedem Epiſcopi, & Abbatis exempti, & Canonicorum vtriuſque Capituli, quando contingit Epiſcopum cum ſuo Capitulo proceſſionaliter accedere ad dictam Eccleſiam exemptam, & quo ordine ſint thurificandi, quid de confeſſione facienda ab Epiſcopo cum Sacerdote, de incenſo imponendo, & benedicendo, & de benedictione ſolemni in fine Miſſæ, ſeu Veſperarum ab altero ipſorum danda.

168 Reſpondit *ad primum* negatiuè; *ad ſecundum*, affirmatiuè. Quo verò *ad tertium*, Epiſcopum in Sede Pontificia ornata in cornu Euangelij ſedere debere, & Canonicos Cathedralis vnus poſt alium ab illa parte, vſq; ad finem. In oppoſita parte quatuor, vel quinque brachiis inferiori, ſedere Abbatem in ſimplici ſede abſque ornamentis, & deinde Canonicos Collegiatæ, vſque in finem ab illa parte. In reliquis Epiſcopum debere facere ſuas functiones, & Abbatem ceſſare. Deinde tres thurificationes dari Epiſcopo, duas Canonicis Cathedralis, vſque in finem; deinde duas Abbati, & vnam ſuis Canonicis.

169 Hucvſque S. Congregatio, provt recenſetur à Tamburino. Gauantus, & Pax *in ſumma* idem ferè dicunt de illius declaratione, de anno 1604. Secunda verò *in Aquilina, 18. Martij 1617.* continet, quod præſente Epiſcopo Diœceſano, Abbas in Eccleſia ſuæ iuriſdictioni ſubiecta ſedere debet, vel apud Epiſcopum in ſede inferiore Epiſcopi, & ſine ornatu, aut à ſiniſtris apud Epiſcopum, vel è conſpectu Epiſcopi, in loco tamen inferiore reſpectu ſedis Epiſcopi. Sic refertur à Barboſa *dict. n. 33.* ex Aldano *in compendio canonicarum reſolutionum, lib. 3. tit. 2. n. 29.* & ex eodem Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 17. num. 111.* Tamburinus *dict. diſp. 21. quaeſ. 8* A Gauanto verò *dict. n. 5. Cum vno paruo gradu non excedente dimidium palmi.* Ita concludit declarationem.

170 Conſultò dixi, *ferè idem decreuerat*; quia non omnino idem, cùm in priori declaratione de anno 1604. declarauerit, Sedem Abbatis exiſtere debere in loco ita inferiori, vt diſtet quatuor, vel quinque brachiis ab Epiſcopi ſede; in nouiſſimo autem decreto non ſtatuitur maior diſtantia inter vnam, & alteram ſedem, quàm vnius gradus, & vltra illum non præfigitur alter, anno 1617.

Quæ de confeſſione, thuris impoſitione, de 171
Euangelij deoſculatione, & de ſolemni populi benedictione implicitè fuit dictum in declaratione de anno 1604. ibi: *In reliquis, Epiſcopum debere facere ſuas functiones, & Abbatem ceſſare*; & expreſsè de ductibus thuribuli, pro Epiſcopi, Abbatis, & Canonicorum thurificatione: & quod expreſsè circa præfata S. Rituum Congregatio in nouiſſimo ſtatuit decreto; diſpoſitum etiam fuerat reſpectiuè in Pontificali, & in Cæremoniali Epiſcoporum authoritate Clementis Papæ VIII. editis, & nonnihil in Miſſali, *in ritu 3. de principio Miſſæ, & confeſſione facienda, n. 2. 3. & 8. ac ritu 6. n. 5. in fine*: Et vtrobique venit videndus Barth. Gauantus *in Theſauro Sacrorum Rituum, tom. 1. part. 2. tit. 3.*

CIRCA CAPITVLVM XVI.

§. XVI.

BREVIARIVM.

Epiſcopi.

Abſtinere debent à frequenti acceſſu ad Eccleſias exemptas. n. 172.

172 QVod in præſenti capitulo S. Congregatio Rituum diſponit, dicens: *Abſtineant tamen Epiſcopi, vbi conſuetudo contraria non viget, à frequenti huiuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas, in ſimilibus actibus, vt liberiùs Abbates valeant vti ſuis priuilegiis*; diſpoſitum fuerat à iure *in cap. Vt Apoſtolica, el 6. de priuilegiis, lib. 6.* in quo ſic decreuit Clemens Papa IV. *Vt Apoſtolicæ Sedis benignitas (quæ nonnullis Abbatibus, aliiſque Prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, conceſſit in Eccleſiarum ſuarum gloriam, & honorem quod Mitra, & aliis Pontificalibus vti poſſint) prouideat ne inde ſcandala oriantur, ſic tamen, quod ipſi priuilegiati ſuorum priuilegiorum non fruſtrentur effectu, & ex maioritate, & decore maiori ornatum, maioritas appareat dignitatum. De Fratrum noſtrorum conſilio, præſenti decreto ſtatuimus, vt Abbates, & alij quibus Mitra vſus eſt ab eadem Sede conceſſus, exempti quidem in Prouincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus Synodis (quibus nonnulli eorum intereſſe tenentur) Mitris tantummodò auriphrygiatis (non tamen aureas, vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus) vti poſſint: non exempti verò ſimplicibus, & albis, ac planis vtantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis, Mitris liceat illis vti, pro vt conceſſa eis ab eadem ſede indulta permittunt.* Hactenus Clemens. Notentur verba illa, *ſic tamen, quod ipſi priuilegiati ſuorum priuilegiorum non fruſtrentur effectu*: in quibus, ni fallor, idem quod in S. Congregationis decreto cauetur, ſicut & *in cap. 1.* dicti tituli, & libri, ibi: *Volentes libertatem.... ſic integram obſeruari, vt illam alij non infringant, & ipſi eius limites non excedant.*

CIRCA

Circa Capitulum XVII.

§. XVII.

BREVIARIVM.

Abbas.

*Abbati Onnienſi conceduntur Pontiſialia.*n.174.

Illis vſus fuit à tempore immemorabili. num. 174. & 175.

Abbates, quem locum habeant in Synodis, & Concilijs; & quibus vtantur habitu, & inſignijs. n.182. & 183.

Argumenta.

*Argumentum à ſimili validum eſt.*n.181.

Benedicere.

*Pallas, ornamenta, & veſtimenta poſſunt benedicere Abbas Onnienſis, & alij eius priuilegiis gaudentes, tam pro ſuis, quàm pro alienis Eccleſiis.*n.181.

Conſuetudo.

*Immemorabilis conſuetudo non reuocatur, niſi de illa fiat in reuocatione mentio expreſſa.*n.176.& 177.

*Limita niſi in illa eadem militet ratio, ac in ſimplici militat conſuetudine.*n.179.

*Limita etiam quando conſuetudo damnatur tanquam iniqua, & irrationabilis; tunc etiam immemorabilis damnatur.*ibid.

Immemorabilis vim habet priuilegij à Principe conceſſi. num.178.

*Cùm illa adeſt, non eſt neceſſe titulum allegare.*ibid.

*Cùm adeſt, titulus præſumitur.*n.180.

*Vim melioris tituli de mundo habet.*n.178.

Pontificalia.

*Vſus Pontificalium prohibet S.Congreg.extra Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia.*n.173.

*Non afficit noſtræ Congregationis Abbates hæc prohibitio.*n.173.& ſeqq.

*Acquiri poſſunt per inferiores Epiſcopo, immemorabili poſſeſſione.*n.180.

*S. Congregatio Abbatibus non prohibet Mitræ vſum in Synodis.*n.182.

Nec in Conciliis. ibid.

Poſſeſſio.

*In incorporalibus haberi non poteſt ſine illius licentia, qui illa poſſidet.*n.179.

Præſcribere.

Iura Principum poſſeſſione præſcribuntur immemorabili. num.180.

Totum ius Epiſcopale, quod in iuriſdictione conſiſtit, præſcribi poteſt per inferiorem, ſi habeat titulum, aut immemorabilem poſſeſſionem. n.180.

173 PRohibitio, quam decretum S. Congregationis in præſenti continet capitulo, circa non vſum Mitræ, Baculi, & aliorum quorumcumque Pontificalium inſigniorum, niſi in Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemniis, Abbates non afficit noſtræ Hiſpanæ, ſeu Valliſoletanæ Congregationis, nec alios quidem priuilegiis eiuſdem Congregationis gaudentes. Ratio efficax huius deſumitur ex ipſomet decreto, excipiente ab illa generali prohibitione Abbates expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione gaudentes. Eſſe autem huiuſmodi Abbates præfatæ noſtræ Congregationis, manifeſtè conuincitur ex conſtitutione 114. Bullarij authentici eiuſdem Congregationis, ab Alexandro Papa VI. edita 3.Idus Sept. de anno 1492. ad fauorem Abbatis, & Conuentus Onnienſis Cœnobij, totâ Hiſpaniâ celeberrimi. Qua certè potiri, & gaudere omnes, & ſingulos alios noſtros Abbates, & Conuentus, demonſtratur ex priuilegiis communicationis, & extenſionis, quæ ſuprà §.2. *n.*20. recenſui. Et in praxi quidem illud paſſim obſeruare vidi à Reuerendiſſimis Generalibus, quoties ad Cœnobia viſitanda accedunt, & à quamplurimis diuerſorum Cœnobiorum Abbatibus, cùm poſſeſſionem Abbatiarum apprehendunt, quando Nouicios ad profeſſionem admittunt, quando Religioſos pro Clericatu obtinendo tondent, quando illos ad Ordines promouent, quando Calices, & Patenas conſecrant, ac ſacras ſupellectiles benedicunt, &c. Tenor Alexandrinæ conceſſionis huiuſmodi eſt.

174 *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monaſterij Onnienſis, Ordinis S. Benedicti, Burgenſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Expoſcit veſtræ deuotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, vt tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quàm Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Cùm itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, licèt felicis recordationis Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter, tunc Abbati Monaſterij veſtri Onnienſis, Annuli, ac in diuinis Officiis, & competentibus locis, Mitræ, Chirothecarum, Sandalium, Tunicæ, ac Dalmaticæ vſum per ſuas litteras conceſſerit, prout in illis dicitur pleniùs contineri, & aliàs Abbates dicti Monaſterij, qui fuerunt pro tempore, & qui perpetui erant, & benedicti, à tanto tempore citra cuius initij memoria hominum non exiſtebat, in diuinis Officiis, & aliis congruentibus locis, inſigniis Pontificalibus vſi fuerint, ac veſtimenta Eccleſiaſtica, ad vſum diuini cultus neceſſaria benedicere conſueuerint; tamen quia poſtmodùm à quadraginta annis citra, Monaſterium prædictum ad regularem obſeruantiam, & perpetuam clauſuram reductum, & aliquamdiu per Abbatem biennalem gubernatum extitit, nunc verò per Abbatem triennalem dumtaxat regitur; à tempore reductionis dicti Monaſterij ad perpetuam clauſuram Abbates prædicti inſigniis Pontificalibus huiuſmodi vti non curarunt, ſeu neglexerunt, & veſtimenta prædicta non benedixerunt, credentes forſan eis non licere. Nos igitur Monaſterium prædictum, & te fili Abbas, & tuos ſucceſſores dicti Monaſterij Abbates pro tempore, ſolitis, & antiquis priuilegiis decorare volentes, voſque, & etiam Conuentus huiuſmodi ſingulares perſonas à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, veſtris in hac parte orationibus inclinati, vt tu Abbas, & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterij, qui pro tempore fuerint, in diuinis Officiis, & competentibus locis, Baculo, Annulo, Mitra, & aliis inſigniis Pontificalibus, prout Abbates dicti Monaſterij, quando perpetui erant, & antequam ipſum Monaſterium ad regularem obſeruantiam, & perpetuam clauſuram reduceretur, vſi fuerunt, & vti poterãt, vti, ac poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia, Benedictionem ſolemnem, dummodo aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit, elargiri; necnon Pallas, Veſtes, & alia ornamenta ad diuinum cultum neceſſaria benedicere, quamdiu ſub obſeruantia regulari, & perpetua clauſura huiuſmodi vixeritis liberè, & licitè valeatis: præmiſſis, ac piæ memoriæ Alexandri Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Abbates, la 3. de priuilegiis, in 6. & aliis quibuſcumque Apoſtolicis conſtitutionibus in contra-*

rium editis, nequaquam obſtantibus, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus, authoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratiâ, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimoſecundo, tertio Idus Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.

175 Ex qua certè Alexandrina conſtitutione habemus aliqua notâ digna. *Primum* eſt, idem priuilegium olim Abbatem Onnienſem obtinuiſſe ab Innocentio Papa IV. qui fuit ad Summum aſſumptus Pontificatum anno Domini 1198. & obiit anno 1216. *Secundum* eſt, Abbates dicti Cœnobij ab immemorabili vſos fuiſſe inſigniis Pontificalibus, non in diuinis tantùm Officiis, ſed etiam in aliis congruentibus locis; & veſtimenta item Eccleſiaſtica ad vſum diuini cultus neceſſaria benedicere conſueuiſſe.

176 Quo ſtante immemorabili vſu, & conſuetudine, quamvis Innocentij, & Alexandri priuilegia non adeſſent, benè poſſent Cœnobij Onnienſis Abbates, etiam poſt publicationem decreti S. Congregationis, quod exponimus, omnibus præfatis Pontificalibus inſigniis, non ſolùm in Veſperarum, Matutinorum, & Miſſarum ſolemniis, ſed etiam in quibuſlibet congruentibus locis vti. Tum quia præfatum decretum immemorabili non derogat conſuetudini, aut vſui, pro cuius quidem derogatione expreſſa illius deſideratur mentio. Sacra Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 3. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. Cerro*, *la* 18. *ad calcem mearum qq. Paſtoralium*, in qua *n*.4. ait, per conſtitutionem quanquam Pij V. immemorabili non derogari. Verba illius reddo, quia eâ probatâ, ceſſabit conſtitutio Pij V. per quam non poteſt cenſeri ſublata immemorabilis, cùm de ea non fiat mentio in dicta conſtitutione, provt eſt opus ad effectum vt immemorabili cenſeatur derogatum. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.*2. *reſolut*. 101. *n*.4. *& ſeqq*. Gratianus *diſceptationum forenſ. cap*.492. *n*.5. *& cap*.578. *n*.10. *& ſeqq*. Gonzalez *ſuper Regulam* 8. *gloſſ*.33. *n*.6. Rota *in recentioribus, deciſ*.614. *n*.1. *part*.2 & in his terminis Sanchez *ſuper Decalogum, lib*.7. *cap*.29. *n*.191. *verſ. Tertiò fallit*, & alij, quos allegant ipſe, & Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part*.3. *allegat*.71. *n*.109. Hactenus Rota coram præfato Domino Cerro. Tenet etiam Moronus *reſp*.3. *n*.95. Lezana *ad finem tom*.2. *in relectione ſuper validitate cuiuſdam Capituli Generalis, dub*.8. *n*.77. cum Conar. *lib*.3. *variar. reſol. cap*.13. *n*.5 Naldus *in ſumma, verb. Conſuetudo, n*.22. *pag*.198. Delbene *de immunitate, tom*.1. *cap*.1. *dubit*.15. *ſect*.3. *n*.8. *&* 9. Barboſa *tract. de Clauſ. clauſ*.87. *n*.8. Peyrinus *de priuilegiis, tom*.1. *ad conſtit*.19. *Leonis X. n*.3. vbi refert S. Congregationem Concilij declarauiſſe, Tridentinum *ſeſſ*.24. *de reformation. cap*.20. per hanc clauſulam, *Non obſtantibus... & quibuſcumque conſuetudinibus*; immemorabili non derogare conſuetudini. Declarationes refert de annis 1575. & 1580. Petr. Marzilla *ad decreta Concilij, lib*.4. *tit*.5. *de iudiciis, cap*.6. §. *ſunt tractandæ*, recenſet declarationem 212. S. Congregationis, hac de re editam.

177 Et facit Sacra Concilij Congregatio, quæ pluries declarauit Tridentinum *ſeſſ*.24. *cap*.4. *de reform.* derogans priuilegiis, & conſuetudinibus contrariis iis, quæ ibi ſtatuuntur circa prædicationem Verbi diuini, minimè conſuetudini derogare immemorabili. Vnde Pax Iordanus *tom*.1. *lib*.6. *tit*.1. *n*.64 quem ſequutus fui *in dictis qq. part*. 3. *q*.14. in ſequentia prorumpit: Sublimita hanc amplitudinem, quando adeſſet conſuetudo contraria immemorabilis eligendi concionatorem per alium; quia Concilium *dict. cap*.4 illam minimè excluſit, ac propterea S. eiuſdem Concilij Congregatio pluries interrogata, ita reſpondit, ſignanter *in Neapolitana, & Sipontina*. de quibus Campanil. *dict. rubr*.12. *cap*.13. *n*.14. & Theſaurus *eod. cap*.8. *n*.4. & *in Hiſpalenſi* ſic reſcripſit: *Conſuetudo immemorabilis, quod Capitulum inuitet in feſtis ſolemnibus vnum ex Prædicatoribus approbatis ab Ordinario in Eccleſia Cathedrali, non eſt ſublata à Concilio.*

Tum etiam poſſent præfati Abbates Onnienſis Cœnobij Pontificalibus vti inſigniis in congruentibus locis quibuſlibet, deficientibus præfatis priuilegiis, & adſtantibus S. Rituum Congregationis decretis, quia immemorabilis vſus, ſeu conſuetudo, vim habet priuilegij à Principe conceſſi. Abbas *in cap. Cùm nobis, n*.4. *el* 14. *de præſcriptionibus*. Moronus *reſp*. 3. *n*. 112. cum Maſcardo *de probationibus, concluſ*.419. *à n*.3. *ex l. Hoc iure*, §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æſtiua*, & *cap. Super quibuſdam*, §. *Præterea, de verborum ſignificatione*. Tamburinus *de iure Abbatum, tom*.1. *diſp*.15. *quæſ*.9. *n*.11. Naldus *dict. n*.22. Gloſſa *in dict. cap. Super quibuſdam, verb. Non exſtat*, ſic ait: Nota diligenter, quod illa conſuetudo, cuius non extat memoria, ius, ſiue priuilegium inducit. Et præter dictam legem *Hoc iure*, allegat legem 1. §. *vlt*. & canonem *Hoc quippe*, 3. *quæſt*.6. canonem *Conqueſtus*, 9. *quæſt*.3 & canonem *Mos antiquus*, 63. *diſtinct* ac legem *Teſtamenta*, *C. de teſtamentis*. Et addit: Et per hoc videtur, quod cùm talis conſuetudo ius induсat, non ſit neceſſe titulum allegare. Quod fortè dixit, quia immemorabilis conſuetudo vim habet melioris tituli de mundo, vti docent Tamburinus, & Naldus *locis proximè citatis, ex cap. Super quibuſdam*, §. *Præterea*, & ibi gloſſa, *verb. Non extat memoria, de verbor. ſignific.* Allegando enim meliorem titulum de mundo, ſuperfluè quis alium allegaret. 178

Dicta tamen limita in caſu, quo conſuetudo, tanquam iniqua, & irrationabilis, damnata non ſit; nam damnatâ tanquam irrationabili, & iniquâ conſuetudine, ob eandem rationem cenſetur damnata immemorabilis conſuetudo. Ita limitat poſt Felinum, & alios Couarruuias *lib*. 3. *variarum cap*. 13. *num*.5. & Dueñas *regul*. 144. *ampliat*. 3. quos recenſet, & ſequitur Naldus, Barboſa *dicta clauſula* 87. *num*. 9. cum Moneta *de diſtributionibus quotidianis, parte tertia, quæſt... num*. 22. & Rota *in Burgenſi emolumentorum ſigilli*, 28. *Ianuarij* 1591. *coram Peña*, & *in Cracouienſ. iuris legendi*, 21. *Maij* 1627. *coram Coccino Decano*. Quaranta etiam *in ſumma Bullarij, verb. Alienatio rerum Eccleſiæ, in addition. limitat*. 2. cum Gonzalez *ad regul*.8. *gloſſ*.33. 179

Limitat ſecundò Barboſa *num*.10. cum Couarruuia, & Gonzalez *num*. 2. & Nicolao Garcia *de beneficiis, parte tertia, cap*. 2. *num*. 190. *in fine*, quando eadem ratio militat in immemorabili, ac militat in conſuetudine. Limitabis fortè tertiò, quando in iis, & ſimilibus ſcientia adeſt Papæ, aliàs ſecus. Et ratio eſt, quia in incorporalibus non poteſt haberi poſſeſſio ſine licentia illius, qui ea poſſidet, vt *l*. 2. *Cod. de ſeruitutibus, & aqua*, notatque Innocentius *in cap. Bonæ memoriæ, el* 2. *&* 4. *de poſtulatione Prælatorum*, & *in cap. Conquerente, de officio Ordinarij*, & Bartol.

in

in l.1. ff.de aqua pluuia arcenda, & *in l.Si publicanus*,
§. *In vectigalibus, ff de Publiciana in rem actione*. Et
ita docet Abbas Panormitanus *in dict.cap.Cùm no-
bis,n.4.de præſcriptionibus*. In caſu autem noſtro ſcien-
tiam habuit Papa de eo,quod Onnienſis Abbas ab
immemorabili tempore inſigniis vſus fuerit Pon-
tificalibus, & veſtes ſacras, &c. benedixerit. Ergo
etiamſi prædicta nonhaberet Apoſtolica priuilegia,
liberè vti poſſet omnibus Pontificalibus inſigniis,
& veſtes benedicere ſacras.
180 Pro nobis eſt præfatus Panormitanus *in cap. A
memoria, n.10. et 1. vt lite pendente*, vbi inquiſito :
*An inſignia Pontificalia poſſint conſuetudine, vel præ-
ſcriptione per inferiorem Epiſcopo acquiri?* & recenſita
ſententia Hoſtienſis *in cap. Cùm contingat de ætate
& qualitate*, dicentis, quod ſic ; ex propria ita quæ-
ſitum reſoluit : Ego dicerem, quod per tantum
tempus, de cuius initio non eſt memoria hominum
poſſunt quæri, per præallegatum caput *Super qui-
buſdam*, vbi patet, quod etiam iura Principum ac-
quiruntur per tantum tempus. Item in curſu tempo-
ris præſumitur titulus, vt *in dict.cap. 1 de præſcriptio-
nibus,lib.6.* Item video, quod totum ius Epiſcopale,
in iuriſdictione conſiſtens, poteſt præſcribi per in-
feriorem, ſi habet titulum, vel tantum tempus, de
cuius initio non eſt memoria, vt *in dict.cap. Auditis*,
& *in cap. Cùm olim, de præſcriptionibus*, etiam cum
territorio certæ partis Diœceſis, vt *in dict. cap. Au-
ditis* & notat Ioannes Andreas *in cap.Si Epiſcopus,
de officio Ordinarij, lib 6.* Dixi *in cap.Cùm contingat,
de foro competente*, fortiùs poſſe præſcribi hic in-
ſignia. Iſta enim non ſunt ordinis Epiſcopalis, ſed
ſunt quædam inſignia, quæ ſolent inferioribus con-
cedi ad honorem Eccleſiarum ſuarum, vt *in dict.cap.
Abbates*, & *cap Vt Apoſtolica* Non ergo apparet
ratio, quare nomine Eccleſiarum per inferiorem
quæri non poſſint. Et aliquid facit ad hoc iſte textus
cum prædictis. Hucvſque noſter Nicolaus Tu-
deſchus.
181 *Tertium*. quod habemus ex prædicta Alexandri
conſtitutione, eſt, conceſſiſſe Summum illum Pon-
tificem Abbatibus Onnienſis Cœnobij, & conſe-
quenter aliis eorum priuilegiis gaudentibus, libe-
ram facultatem Pallas, Veſtes, & alia ornamenta ad
diuinum cultum neceſſaria benedicendi, non ſolùm
pro ſuarum Eccleſiarum, ſed etiam pro quarum-
cumque alienarum vſu. Quod colligo ex doctrina
Ioannis Andreæ, Lapi, Franci, Geminiani, & Aſca-
nij Tamburini ſuprà, § 7. *n.*50. recenſita. Priuile-
gium enim eis ſimpliciter conceſſit prædicta bene-
dicendi, abſque determinatione Eccleſiæ, aut loci,
cui illa deſeruire debeant : ex quo igitur tenor pri-
uilegij non réſtringit eos ad præfata benedicenda
pro certo loco, non adeſt ratio vlla, vt facultas illa
cenſeatur limitatè conceſſa : ſicut nec adeſt ad li-
mitandum Pontificalium vſum ad proprias Eccle-
ſias (ita vt inſignia Pontificalia extra illas, & in
locis non exemptis geſtari nequeant) quando illo-
rum vſus ſimpliciter fuit conceſſus ; quod allegati
Doctores tenent. Et ſi in hoc caſu vera eſt illorum
ſententia, vt credo, vera erit in noſtro illo, à ſimili.
A ſimili enim ad ſimile valet argumentum. Aug.
Barboſa *tract. locorum communium argumentorum iu-
ris, loco 101. n.1.* cum Euerardo *in topicis legalibus,
loco* 10. Petr. Andr. Gammar. *in Dialect. Legali.lib.2.
in loco A ſimili.* Petr. Henriquez *conſ.14.n.6.* Deciano
conſ.31.n.47.vol . Fulu. Pacian. *de probationibus,
lib.2. cap.13. n.10* Maſcardo *in ſimili tract.conſ.1151.
n.4* & cum pluribus aliis Doctoribus. Et ratio eſt,
quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Idem Barboſa

R.P de Murga Comment in Conſt. Apoſt.

n.2.ex l.Non poſſunt, & *l.ſeq.ff.de legibus, §.rectè.In-
ſtit.mandati.* Albertino *tract de hæreticis, quæſt.24.n.9.*
& Farinacio *fragment. criminali, part. 1. lit. E,
num.*188.
Dictis addo, S. Congregationem Rituum in di- 182
cto decreto, & præſenti capitulo minimè prohibere
Abbatibus vſum Pontificalium inſignium, quem
habent in Synodis Diœceſanis, imò in Prouincia-
libus, & Generalibus Conciliis, de quibus diſſe-
runt Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1 diſp.24.
quæſ 6 pag.35* . Gauantus *in Manuali Epiſcopor. verb.
Abbas, n.43.* Pax Iordanus *tom.1. de re ſacra, lib.5.
tit.3. de benedictione Abbatum, n.41. pag.363.* & alij
apud ipſos, qui omnes reſoluunt, vti poſſe Abbates
Mitra in Synodis, & Conciliis præfatis ; cum hac
tamen limitatione, quod in Conciliis Generalibus
vti non poſſint, ſicut nec Epiſcopi, Mitra auriphry-
giata, ſed plana tantùm, & alba. Tamburinus *n.3.*
cum Cardinali Iacobat. *de Conciliis, lib.1. rubrica de
loco ſedendi in Concilio, verſ. Poſt præmiſſos ſedebunt
Abbates* Gauantus *num.43* Pax Iordanus *num.41.* In
Conciliis autem Prouincialibus, & in Synodis
Diœceſanis, ſi Abbates ſunt exempti, benè valent
vti Mitra auriphrygiata ; ſi autem non exempti, Mi-
tra tantum plana, & ſimplici vti queunt, & alba.
Tamburinus *n.2.* cum Ioanne Andrea, Franco, &
aliis *in cap. Vt Apoſtolicæ, el 6. de priuilegiis, lib.6.*
(vbi id expreſsè decernitur, vti in ipſo textu ſuprà
§.16. reddito, apparet.) cum Speculatore *lib.4 part.
4. rubr. de priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum, n.9.*
cum Nicolao Boër. *de authoritate magni Concilij,
part.1. n.15.* Pax *n 41. citato*, & Gauantus *num. 44.*
& allegant Cæremoniale Epiſcoporum *lib. 1. cap.
vltim.*
Et adnotat Tamburinus *n.4.* ex Andrea Piſcara 183
in praxi Cæremoniarum, lib.1, ſect 9. cap 8 quod cùm
Abbates habeant de iure in Synodis, & in Conci-
liis Generalibus votum cõſultiuum, & deciſiuum,
oportet, quod non ſolùm ad Concilia accedant, ſed
in publica ſeſſione Pluuiali rubro induti, cum Mi-
tra ſimplici ſedeant : quod etiam (ait) habetur *in
Cæremoniali Romano. lib.1. ſect 12. cap.5.* Ex eodem
etiam Piſcara *ibid.* adnotat Aſcanius *num.5.* quod
locus Abbatum, tam in Conciliis Generalibus,
quàm Prouincialibus, eſt immediatus poſt Epiſco-
pos : quod & habetur in Cæremoniali Epiſcopo-
rum, *lib. 2. cap. 31.* In Synodo verò Diœceſana,
ſi cum Epiſcopo capitulariter conueniant Cano-
nici, habent cum illo immediatè ſedere à latere
dextro, quia cum Epiſcopo vnum efficiunt cor-
pus ; Abbates verò à latere ſiniſtro, ante omnes
alios. Et dicta procul dubio de cauſa præfatum Sa-
cræ Congregationis decretum *in cap. 17* quod ex-
ponimus, ſtatuit, quod Canonici Cathedralis Ec-
cleſiæ à latere Epiſcopi ; propè Abbatem Canoni-
ci, vel Monachi Monaſterij, vel Abbatialis Eccle-
ſiæ conſideant.
Et licèt præfati Doctores poſt dicti decreti pu- 184
blicationem non ſcripſerint, illorum tamen, & no-
ſtra ſententia veriſſima eſt, quia illud non derogat
conſtitutioni præfatæ, *Vt Apoſtolicæ* pro cuius de-
rogatione, vtpotè iuri communi inſertæ, expreſſa il-
lius mentio habenda eſſet, aut fieri deberet nouum
ius directè priori contrarium.

Circa Capitvlvm XVIII.

§. XVIII.

BREVIARIVM.

Abbas.

Noſtra Congregationis Abbates eandem habent dignitatem, quam benedicti habent; & benedicere poſſunt, & conſecrare pro ſuis, & pro alienis Eccleſiis, etiam in iſtis, de Ordinarij licentia n. 195.

Benedicere.

Paramenta Eccleſiaſtica pro alienis Eccleſiis benedicere prohibet S. Congregatio. n. 185.

Non afficit hac prohibitio Pralatos Congregationis Caſſinenſis, & noſtra, nec earum gaudentes priuilegiis. à num. 185.

Benedicere illa debent in locis, & Domibus Ordinis. num. 192.

Poſſunt etiam extra loca, & domus, de Ordinarij licentia. n. 195.

Poſſunt benedicere illa Praſidentes, etiamſi Praſidentia ad ſeniorem ſit deuoluta. n. 194. & 195.

Poſſunt iidem benedicere, & reconciliare Oratoria, & Cameteria ſuarum Eccleſiarum. ibid.

Conſecrare.

Calices, & campanas, &c. conſecrare poſſunt Abbates noſtra Congregationis, etiam pro alienis Eccleſiis; in ſuis tamen domibus, & locis. à n. 192. & ſeqq.

Poſſunt & extra illa de Ordinarij licentia. n. 195.

Priuilegia.

Conceſſa, & concedenda cuilibet Monaſterio Congregationis Caſſinenſis, omnibus, & ſingulis aliis eiuſdem Congregationis communicantur. n. 187. & 190.

Similis communicatio facta eſt noſtra Congregationi. num. 189.

185 IN hoc capitulo limitat facultatem Abbatibus conceſſam, ad benedicenda paramenta ſacra, & Eccleſiaſticam ſupellectilem, vt illa dumtaxat proſit pro eorum benedictione, quæ ſeruitio Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum ſuorum applicanda erunt. Quam certè limitationem S. Congregatio, vt opinor, non appoſuit animo arctandi Prælatos Congregationum noſtrarum Caſſinenſis, ac Hiſpanæ, & alios earundem priuilegiis, aut ſimilibus quidem gaudentes, ad non benedicendum ſupellectilem Eccleſiaſticam, niſi pro ſeruitio dumtaxat ſuorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum. Ducor non ſolùm ob ea, quæ §. 17. præcedenti dixi *n.* 181. *verſ. Tertium*, quæ verè ſufficerent; ſed ob duplex Apoſtolicum priuilegium.

186 *Primum* recenſet Paſqualigus *tom. 2. de ſacrificio noua Legis, quæſt.* 803. *n. 2. pag. mihi* 36. cuius verba adamuſſim operæpretium reddere duxi, quia multa continent ſpeciali notâ digna; & quia Author grauis eſt, cuius opus fuit poſt decretum S. Congregationis, duobus elapſis annis à Doctore Pariſienſi approbatum, & tertio ſequenti Lugduni typis, ac publicæ luci donatum. Huiuſmodi illa ſunt.

187 Præterea, Sixtus IV. conceſſit, ſeu potiùs confirmauit conſuetudinem benedicendi corporalia, linteamina Altaris, veſtes Sacerdotales, & alias diuino cultui dicatas, etiam pro alienis Eccleſiis, in fauorem Abbatis Congregationis S. Iuſtinæ Florentiæ, vt habetur *in conſtit.* 96. *Bullarij Caſſinenſ.* extracta ex archiuio eiuſdem Abbatiæ Florent. Ita enim habet narratiua illius conſtitutionis: *Aliàs cùm expoſuiſſes nobis, ex conſuetudine antiqua Abbates prædeceſſores in iſta Abbatia tua Corporalia, Altaris linteamina, necnon Sacerdotales, & alias diuino cultui dicatas veſtes, tam ad Abbatiam ipſius pertinentia, quàm vndecumque tranſmiſſa benedicere conſueuiſſe.* Accepta autem hac narratione, Pontifex Sixtus IV. conceſſit facultatem benedicendi pertinentia ad Monaſterium Abbatis. Rurſus, cùm fuiſſet de nouo ſupplicatum pro conceſſione iuxta conſuetudinem, Pontifex diſpoſuit, vt *Monaſterium ipſum tuum Abbatia Florentia, tuque, & qui pro tempore fuerint Abbates, in eo ſtatu, & conditione ſitis, quoad prædicta, in quo tu, & Monaſterium ipſum eratis ante primam conceſſionem, ſeu declarationem huiuſmodi per ſignaturam manu noſtra factam, tenore præſentium annuimus, & concedimus.* Hoc autem priuilegium factum eſt commune toti Religioni, atque adeò etiam exteris Religionibus participantibus per priuilegium Alexandri VI. ſub die 1. Aprilis 1511. in quo priuilegia cuiuſcumque Monaſterij particularis ſingulis Monaſteriis Congregationis communicat: & de conceſſis, & concedendis particularibus Monaſteriis eandem extenſionem fecit Eugenius IV. vt in conſtitutione 58. *n.* 10. Bullarij Caſſinenſis. Hæc omnia Zacharias Paſqualigus.

Circa quæ aduertendum venit, datam priuilegij 188
Alexandri VI. incuriâ fortè Typographi mendoſè fuiſſe editam; obiit enim ille Pontifex anno 1503. vera tamen illius data fuit 1. *Aprilis de anno* 1501. vti apparet in ipſamet Alexandri Bulla, quæ authentica adeſt in Bullario noſtræ Hiſpanæ Congregationis, *la* 21. *fol.* 56. Vnde cùm Typographus apponere debuiſſet 1501. appoſuit 1511.

Secundò aduerto, ſimilem extenſionem conceſſiſ- 189
ſe Clementem Papam VIII. noſtræ Hiſpanæ Congregationi, ſub die 30. Septembris 1592. in conſtitutione *Romanus Pontifex, la* 123. *dicti noſtri Bullarij authentici, fol.* 241. vbi *n.* 2. poſtquam ampliſſimè ex certa ſcientia confirmauerat omnia noſtra priuilegia, facultates, & gratias ſpirituales, etiam per modum communicationis, & extenſionis Monaſterio S. Benedicti Valliſoletani, & aliis Monaſteriis, Domibus, Conuentibus, Eccleſiis, Collegiis, & piis locis per ipſummet, & quoſcumque Romanos Pontifices, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam ad quorumvis inſtantiam quomodolibet conceſſa, & conceſſas, ſeu communicata, & communicatas, extenſa, & extenſas, quatenus ſint in vſu, & decretis Concilij Tridentini non aduerſentur, & non ſint reuocata; addit, *pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula in eiſdem contenta, & comprehenſa eidem Monaſterio S. Benedicti, ac ſingulis de Obſeruantia Monaſteriis, Domibus, & locis concedimus, & de vno eorum Monaſterio ad aliud concedendo ſine vlla differentia extendimus.*

Conſtitutio autem Eugenij IV. à Paſqualigo 190
allegata, adeſt in Bullario noſtræ Congregationis authentico, *la* 7. *fol.* 23. in qua ſic *num.* 21. diſpoſitum inuenio: *Quodque omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, & indultis quæ cuilibet dicta Congregationis Monaſterio, ſeu loco ex præſentibus, & futuris conceſſa fuerint hactenus, & concedentur in futurum ipſius Congregationis alia Monaſteria, & loca præſentia, & futura, quibus huiuſmodi priuilegia conceſſa non fuerint, in quantum eis expediat, inuicem vti valeant, & gaudere, ac ſi nominatim ſingulis ipſis Monaſteriis priùs forent huiuſmodi priuilegia conceſſa, authoritate præfata concedimus, & indulgemus.*

Secundum

191 *Secundum* priuilegium, cui innitor, refertur etiam ab eodem Paſqualigo *in dict. tom. 2. quæſt. 77. n. 4.* & *quæſt. 803. præallegata, n. 3.* ab Emmanuele Roderiquez *tom. 1. qq. Regular. quæſt. 28. art. 2.* à Hieronymo Roderiq. *in compend. dictarum qq. reſol. 1. n. 7.* & *reſol. 13. n. 3.* à Tamburino *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 23. quæſt. 13.* Barboſa *de officio. & poteſt. Epiſcopi, allegat. 27. n. 36.* Ioan. Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 10. n. 58.* & ab aliis communiter. Illud fuit conceſſum ab Innocentio Papa VIII. Ioanni Abbati Ciſtercij, & aliis quatuor Coabbatibus, & eorum Succeſſoribus, 5. *Idus Aprilis, de anno* 1489. & ſui Pontificatus anno 5. incipit: *Expoſcit tuæ deuotionis ſinceritas*; & habetur in Bullario Congreg. Ciſtercienſis, *part. 1. el 18. fol. mihi 150.* & in Bullario præfati Emmanuelis Roderici authentico, 5. inter priuilegia huius Pontificis, *pag.* 528. illius verba ad vnguem, vt aiunt, recenſeo.

192 *Et ab aliquibus haſitetur, an iu, & dicti Abbates Pallas, & alia ornamenta huiuſmodi extra ipſius Ordinis Monaſteria, & etiam illa, quæ ad Monaſteria, & loca dicti Ordinis non ſpectarent; & an poſſint in quibuſlibet aliis Monaſteriis, & locis dicti Ordinis vtriuſque ſexus benedicere, licèt Abbates prædeceſſores à tanto tempore citra, cuius contrarij hominum memoria non exiſtit, præmiſſa omnia, ſeu maiorem partem facere conſueuerint. Nos, qui Ordinem ipſum præ cæteris in viſceribus gerimus charitatis, & illum intendimus non minoribus gratiis, & priuilegiis, quàm prædeceſſores noſtri fecerint, decorare; tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, & ſucceſſoribus tuis, ac dictis Abbatibus aliorum quatuor Monaſteriorum prædictorum nunc, & pro tempore exiſtentibus, vt de cætero, perpetuis futuris temporibus, prædicta, & quæcumque alia veſtimenta, ac ornamenta Eccleſiaſtica, Corporalibus, vaſculiſque ad reponendum ſacram Eucharistiam, ac Imaginibus quibuſlibet comprehenſis, in locis, & domibus dicti Ordinis benedicere, & Calices conſecrare, tam de dicto Ordine, quàm ſi ad vos aliunde nonnunquam deferantur; ac Altaria de nouo conſtructa, ſeu tranſlata, reſtaurata, ac mutata, in quibuſlibet locis dicti Ordinis, Chriſmate ſacro priùs ab aliquo Catholico Antiſtite recepto, conſecrare; & etiam benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinorum ſolemnia, in quibuſlibet Monaſteriis, domibus, atque locis dicti Ordinis vtriuſque ſexus, ſeruatis gradibus ſuperioritatis inter vos elargiri.* Et infrà: *Authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c.* Quocirca Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 1. cap. 18. n. 50.* ait: *No pueden los Abbades vſar de inſignias Pontificales, bendezir, conſagrar, y ordenar fuera de ſus Yglesias: porque en los priuilegios ſiempre dizen, dentro de ſus Yglesias, y Conuentos. Eſto ſe entiende de las Yglesias, que les eſtan ſujetas pleno iure: eſto es que no eſtan ſujetas al Ordinario, como ſe determina cap. Abbates de priuilegiis in 6.* Quæ certè doctrina intelligi debet de Eccleſiis pleno iure Abbatibus ſubiectis, quamuis Parochiani Ordinario ſubſint, iuxta ſuprà dicta, ad *conſtitut. 12. à n. 1.*

193 Hæc omnia Innocentius in dicto priuilegio, quod participant omnes Abbates vſum Pontificalium habentes, vti notat Paſqualigus *dicta quæſt. 777. n. 4.* quod ſanè (addit) magnum eſt, quia extenditur etiam ad conſecrationem eorum, quæ ab exteris deferuntur. Et *quæſt. 780. & n. 5. citatis*, ait: Ex quibus patet, quod huiuſmodi priuilegium ſe extendit ad benedicendum etiam pro Eccleſiis, quæ ad ipſos non ſpectant, vt clarè indicant illa verba: *Si ad vos aliunde deferantur.* Et quamuis hoc priuilegium non ſit conceſſum toti Ordini, fuit tamen poſtea extenſum in virtute priuilegij, quod particularia priuilegia ſint communia toti Religioni. Et quod ſpectat ad communicationem, non eſſet neceſſarium, quod eſſet extenſum toti Ordini, quia communicatio facta pluribus Religionibus, & præſertim nobis Clericis Regularibus, complectitur etiam ea, quæ conceſſa ſunt peculiaribus perſonis, aut locis. Et *n. 4.* ſequenti immediatè proſequitur.

194 Eſt etiam aduertendum, quod dictum priuilegium benedicendi Sacras Veſtes, & Ornamenta, non ſolùm conuenit Prælatis localibus, ſed etiam, in ipſorum abſentia, eorumdem Vicariis, & cuilibet alteri, cui incumbat principale regimen Monaſterij. Ita conceſſit Innocentius VIII. anno 1487. Congregationi S. Iuſtinæ, Monachorum Benedictinorum, vt refertur *in compendio priuileg. Mendicantium, verbo Benedicere in adnot. Capucin. verſ. Et Congregat. S. Iuſtinæ.* Vnde ſi in abſentia Superiorum regimen Monaſterij deuoluatur ad ſeniorem, quamuis aliàs non habeat titulum Superioris, poterit benedicere, quia priuilegium non requirit titulum ſuperioritatis, ſed ſolùm exercitium regiminis Monaſterij.

195 Hæc Paſqualigus, quod priùs docuerat Aſcan. Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 22. quæſ. 1. n. 7.* quem ego ipſe recenſui, & fui ſequutus *in diſq. Paſtorali de iure Prioris annexi, n. 109.* vbi plura cumulaui, & non pauca priuilegia Apoſtolica retuli pro firmanda facultate præfata: & non ſolùm pro benedictione Corporalium, Veſtimentorum Sacrorum, cæterorumque Ornamentorum Eccleſiaſticorum ad cultum diuinum pertinentium, tam ſuorum Monaſteriorum, quàm etiam vndecumque ſint, in vim dicti priuilegij ab Innocentio Papa VIII. anno 1487. Congregationi S. Iuſtinæ præfatæ conceſſi, quod refertur à Tamburino *ex libro priuilegiorum dictæ Congregationis, fol. 132.* præter Paſqualigum, Compendium Mendicantium, & Marcum Vidalem *in Arca Vitali, tit. de iuriſdictione, inquiſit. 4. n. 25.* qui, ſicut etiam Paſqualigus *n. 8. & ſeqq.* conſtanter tenent, dictum Innocentij priuilegium hodie permanere in ſuo vigore, non obſtantibus declarationibus S. Congregationis, per Gauantum, Nouarium, & Lezanam adductis, de annis 1609. 24. Auguſti, 1628. 30. Septembris, 1629. 18. Auguſti, & 1613. die 13. Martij; ſed etiam pro benedictione Oratoriorum, Cæmeteriorum & Eccleſiarum ſuarum, & pro illorum reconciliatione. De quo idem Tamburin. *diſp. 23. quæſ. 9. n. 3.* Franc. Pellizzarius *in Manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. n. 67.* & *ſect. 3. n. 101.* & Lezana *in ſumma qq. Regul. tom. 2. part. 3. verbo Eccleſia, n. 7.* Dubal *en la expoſicion de la Regla, p. 1. cap. 18. n. 46.* etiam ad rem ait: *Digo lo ſegundo: los Abbades no pueden conſagrar las Yglesias de ſus Conuentos: porque haſta aora no ay priuilegios, que ſe lo conceda. Pero pueden los Abbades bendezir ſolemnemente las Yglesias, Capillas, Cemeterios, y Oratorios de ſus Religiones, como dize en la Summa, cap. 4. diſp. 3. dub. 9. n. 332. con Tamburino, aunque Pellizzario tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 68. dize que no eſta en vſo: que ſi ſe haze, ha de ſer de ſecreto; pero yo lo he viſto vſar.* Hæc Dubal, qui *n. 49.* hanc ſtatuit concluſionem: *Digo lo quinto. Pueden los Abbades bendezir ſolemnemente la primera piedra para edificar Yglesias, Capillas, Hoſpitales: y bendezir ſolemnemente Abbades, y Abbadeſas. Eſto conſta del dicho priuile-*

gio de Inocencio octauo. Y en quanto à bendezir Abbadeſas, lo podrian hazer ſegun derecho comun, cap. Statuimus, de ſupplenda negligent. Prælator. ſi el Obiſpo tres vezes requerido no las quiſiere bendezir. Dictum allegaui, & recenſui textum *ad conſtit.6. n 641.*

196 Ex dictis colligo, bene in Cæremoniali Monaſtico, per Capitulum Generale noſtræ Congregationis diſpoſito Valliſoleti, anno 1633. *part.2. ſect.1. cap.1. n.23.* fuiſſe dictum: *Tienen los Abbades de nueſtra Congregacion la miſma dignidad, que los Abbades benditos: pueden.... bendezir qualeſquiera ornamentos Eccleſiaſticos, Cruces, Imagines, y conſagrar Campanas, aſſi por nueſtros priuilegios, como por communicacion de la Congregacion Caſſinenſe (dicha de S.Iuſtina) Cluniacenſe, y Ciſtercienſe. Y no ſolo pueden hazer las dichas conſagraciones, y bendiciones para ſus Yglesias, ſino para las demas no ſujetas: y pueden hazerlas en las Yglesias no ſujetas, con licencia del Ordinario, no obſtantes qualeſquiera declaraciones en contrario; por hauer eſpeciales priuilegios de la Silla Apoſtolica.* Hæc ibi, vbi allegatur conſtitutio Clementis Papæ VIII. *Romanus Pontifex* de anno 1592. ſub hac forma: Bullarium, *fol.* 241 Roderiq. *tom.1. qq. Regularium, quæſt.28. art.1.* Antonin. Diana *part.3. tract.2. reſol.15.* quibus addo Hieronym. Roderiq. *in compendio dictarum qq. reſol.1. n.7.* cum Miranda *in Manuali Prælator. tom.2. quæſt.40. art.1.2. & 4.* & cum Portel. *in dubiis Regularium, verbo Altare, n.2. & verbo Benedicere, n.1.* Laurentium de Peyrinis *tom.1. de priuilegiis, ad conſtit.1. Iulij II §.19. n.44.* Tamburinum, Paſqualigum, & Vidalem *locis ſuprà allegatis*; quorum vltimus pro ſe, & nobis recenſet Capuccinum *in ſuis adnotationibus, dicto verbo Benedicere*: Collectorem priuilegiorum Ordinis S. Hieronymi, *fol.37. §.1.* Confettium *in collectionibus priuilegiorum, de Eccleſiarum Regularium benedictione, cap.4.*

Plura de hoc eodem argumento ſcribam, fauente Deo, ad conſtitutionem, *Etſi quaſlibet*, ab Eugenio Papa editam pro Congregatione S. Iuſtinæ, pridie Kalendas Iulij, de anno 1436. *In 9. Bullary authentici noſtræ Hiſpanæ Congregationis.*

Vide denique quæ ſuprà dixi, *n.94.* ex Cæremoniali Monaſtico prædicto.

Circa Capitvlvm XIX.

§. XIX.

Breviarivm.

Abbas.

Quinam Abbates noſtræ Congregationis habeant iuriſdictionem ordinariam in Populos, recenſentur. n.204.

Axioma.

Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. n. 207.

Fallit in pœnalibus, & correctoriis. n.207.

Concilia.

Concilium Generale Lateranenſe I. Epiſcoporum 917. celebratum fuit ſub Calixto II. anno 1123. numero 203.

Secunda Synodus Nicæna, 350. Epiſcoporum, celebrata fuit anno 789 n.203.

Conſecrare.

Calices, & Campanas pro alienis Eccleſiis conſecrare non poſſunt Abbates ſpeciale non habentes priuilegium. n.197. & ſeqq.

Illud habent Caſſinenſes à S. Congreg. Concilij canonizatum, ad conſecrandum in ſuis locis. n.206.

Illud etiam habent Ciſtercienſes. n.201.

Illo gaudent Abbates noſtræ, & aliarum Congregationum. n.201.

Decretum S. Congregationis contrarium diſponens, prædictos non comprehendit Abbates. n.202.

Ordo.

Poteſtas conferendi Ordines, quando fuerit Abbatibus denegata, & quando conceſſa, oſtenditur. num.203.

Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſuis ſubditis ſæcularibus Ordines conferre potuerunt. num.204. & 208.

Omnes quatuor minores Ordines, & Tonſuram conferre poſſunt Abbates. n.205. & ſeqq.

Abbates Ciſtertij, & quatuor Coabbates potuerunt etiam conferre ſuis Monachis Subdiaconatum, & Diaconatum n.208.

Concilium Tridentinum derogauit priuilegiis, & conſuetudinibus immemorabilibus, quibus Abbates muniti potuerint Ordines aliis, quàm ſuis ſubditis Regularibus conferre. n. 209.

Refertur ſententia aſſerens poſſe Abbates Ordines conferre ſæcularibus habentibus litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum, & ſpecialem aſſenſum Epiſcopi loci. Et etiam Regularibus cum eodem aſſenſu, & dimiſſoriis ſuorum Prælatorum. num. 210. & 211. & 212.

Recenſentur pro illa S. Congreg. Concilij declarationes. num.213.215.216. & 217.

Contraria ſententia vt vera amplectitur. n. 218.

Aliis S. Congregationis Concilij declarationibus fulcitur. n.219. & 220.

Fulcitur etiam deciſione S. Rotæ. n.221.

A S. Congreg. Concilij canonizata. n.223.

Abbas non benedictus ſuis ſubditis Ordines conferre poteſt, ſi id fuerit ei per priuilegium conceſſum. num.225.

Pontificalia.

Quando limitatè pro ſuis Eccleſiis fuerunt conceſſa, non poteſt quis extra eas vti illis, etiam de Epiſcopi loci licentia. n.197.

Neque quando ſimpliciter, niſi de licentia habentis iuriſdictionem in loco. n.197.

Circa ea, quæ in hoc Capitulo ſui decreti Sacra diſponit Congregatio, nota *primò*, illud 197
quoad locum intelligi, quando facultas vſus Pontificalium fuit conceſſa non ſimpliciter, ſed limitatè pro ſuis Eccleſiis, iuxta tradita per Ioannem Andream, Lapum de Caſtellionio, Philippum Francum, Geminianum, Pacianum, & Tamburinum ſuprà §.7. *n.50.* relatos. Tunc enim nec de Ordinarij Diœceſani licentia Pontificalibus quis vti poterit extra loca ſua. Nec quando ſimpliciter fuit ille conceſſus, poteſt extra dicta loca Pontificalibus vti ſine licentia habentis iuriſdictionem in loco. Hieronymus Roderiq. *in compendio qq. Regul. reſolut. 1. n.7.* Ex Concilio Trident. *ſeſſ. 6. de reformat. cap.5.*

Secundò nota, quod ad conſecrationem Calicum, 198
Campanarum, & aliorum, pro quorum benedictione vnctio ſacra requiritur, idem, quod in præſenti Capitulo decreuit Sacra Congregatio de eo, quod pro vſu aliarum Eccleſiarum conſecrare illa non valeant Abbates, priùs fuiſſe olim à Sacra Congregatione Concilij deciſum; poſteà tamen eadem met declarauit, priùs deciſum locum non habere reſpectu habentium ſpeciale priuilegium. Declaratio

Declaratio Eminentiſſimorum Cardinalium decretorum Concilij interpretum, ſub tenore ſequenti refertur ab Antonio Naldo *In ſumma verbo Abbas, num.*4. à Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicar, verbo eod. collect.* 1. *n.* 12. Tamburino *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.*23. *quaſ.*1. Diana *part.*3 *tract.*2.*reſolut.*15. Zacharia Paſqualigo *de ſacrificio noua legis, tom.*2.*quaſt.*777. *n* 6.

199 *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum declarauit, deciſionem à ſe aliàs editam, quod Abbates, vtcumque benedicti, benedicere non poſſint ea, in quibus vnctio requiritur, non obſtare quominus idem munus prædicta benedictionis, quoad ea, in quibus vnctio requiritur, impendere queant, ſi ſpecialibus Sedis Apoſtolica priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogauit, muniti fuerint. Datum die* 20. *Septembris* 1614.

P. Cardinalis Arigon.

200 Et rurſus, cùm Abbas S. Iuſtinæ de Padua (addit Paſqualigus) moleſtaretur ab Epiſcopo Patauino ſuper vſu præfati priuilegij, fecit eidem S. Congregationi exhiberi priuilegium Vrbani II. ab aliis Pontificibus quoque approbatum, & confirmatum; & S. Congregatio rurſus ita declarauit.

Sacra Congregatio Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum conceſſit, Abbates Congregationis Caſſinenſis, vti hac in parte Sedis Apoſtolica priuilegiis munitos, poſſe vtique in locis eorundem iuriſdictioni ſubiectis, Campanas, & Calices benedicere. Die 5. *Aprilis* 1620.

R. Cardinalis Vbaldinus.

Tamburinus *dicta diſp. quaſ.*3. hoc Sacræ Congregationis etiam nobis reddit. In quo aduertere oportet, quod Sacra Congregatio non limitat benedictionem pro locis Abbatum iuriſdictioni ſubiectis, ſed in locis; ita vt extra ea Campanas, & Calices benedicere nequeant. Quod autem poſſint Abbates Caſſinenſes, & Ciſtercienſes, & qui illorum priuilegiis potiuntur, & gaudent, Corporalia, Veſtes Sacerdotales, & alia ornamenta, & paramenta cultui diuino dicata benedicere, Aras, Calices, Campanas, &c. conſecrare, non ſolùm pro Eccleſiis, & locis ſuis ſubiectis iuriſdictionibus, conſtat ex priuilegio à Sixto IV. Abbati Florentiæ, Congregationis Caſſinenſis conceſſo, de quo egimus §. 18. *n.*187. ex priuilegio Innocentij VIII. Abbati Ciſtertij, & quatuor ſuis Coabbatibus conceſſo, & exſcripto §.18. *n.*192. conſtat etiam: de quo, & de aliis dixi non pauca circa materiam præſentis capituli, ad conſtitutionem Gregorij Papæ IX.

201 Quod Innocentij priuilegio præfato gaudeant Abbates aliarum Monaſticarum Congregationum, bene tenet, & probat Aſcanius Tamburinus *dict. diſp.*23. *quaſ.*1.*n.*2. quem ſequitur Paſqualigus *dict. quaſt.*777. *n.*5. & 7. Vnum pro indubitato aſſero, gaudere illo Abbates noſtræ Hiſpanæ, aliàs Valliſoletanæ Congregationis, ſicut & Abbati Florentiæ conceſſo, in vim conſtitutionum Iulij II. Leonis X. Clementis VII. & Clementis VIII. quas recenſui §. 10. *n.* 80. & 89. & *n.* 189. §. 18. Vnde Cæremoniale Monaſticum, per eamdem noſtram Congregationem in Capitulo Generali diſpoſitum, dicit, quod ex illo eodem §. 18. *num.*196. recenſui. Cuius vtique ſententiam comprobant Doctores, quos ibi allegaui.

Ex quibus conuincitur, ſacram Rituum Con- 202
gregationem, *ex præſenti cap.*59. *ſui Decreti*, comprehendere noluiſſe Abbates Congregationum Caſſinenſium, Ciſtercienſium, & Valliſoletanorum, ac aliorum, earumdem Congregationum priuilegiis gaudentium, cùm ſpeciale habeant priuilegium ad benedicendum, & conſecrandum in ſuis Eccleſiis, & locis, pro ipſis, & pro alienis, quoad hanc ſcilicet facultatem.

Quoad Ordinum autem collationem varia exie- 203
runt Apoſtolica decreta illam aliquando Abbatibus interdicentia, & aliquando concedentia. Illis enim fuit iſta denegata poteſtas in primo Concilio Generali Lateranenſi, celebrato ſub Callixto Papa II. per 917. Epiſcopos, anno 1123. *can.* 17. quæ illis fuerat conceſſa in ſecunda Synodo Nicæna, 350. Epiſcoporum, & ſeptima vniuerſali, ſub Alexandro Papa celebrata anno 789. quoad Lectoratus gradum, vt videre licet *tom.*3. *Conciliorum, part.*1.*pag.*394. & *in canon. Quoniam videmus, diſtinct.*69. in quo ſolùm conceditur Abbatibus Sacerdotibus, & ab Epiſcopis benedictis, vſus huius facultatis in propriis Monaſteriis. *In cap. Cùm contingat, de ætate, & qualitate*, innouata præfata Nicæna conceſſione, declarat Innocentius III. per primam Tonſuram, iuxta formam Eccleſiæ à talibus Abbatibus datam, Clericalem Ordinem conferri. Vbi gloſſa *in fine formationis caſus*, ait: Nota quod Abbates poſſunt conferre Ordines.

Ex quo duplici iure Abbas Panormit. & Docto- 204
res communiter colligunt, Abbates tantùm poſſe ſuos Monachos ordinare. In vim tamen capitis *Abbates, el* 3. *de priuilegiis, lib.*6. per Alexandrum IV. editi, non ſolùm ſuis Religioſis poſſunt Abbates primam Tonſuram Clericalem conferre, ſed ſi habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vti illam habent in Congregatione noſtra Valliſoletana, ſeu Hiſpana Abbates Cænobiorum S. Facundi, S. Petri de Exlonza, S. Iuliani, vulgò de Samos, S. Vincentij de Monforte, S. Ioannis Burgenſis, S. Æmiliani de la Cogolla, S. Mariæ Nagerenſis, & S. Mariæ de Monte Serrato, apud Cathaloniam, ſubditis ſuis etiam ſæcularibus illam conferre valent. Et aduerte ex gloſſa, *verbo Tonſuram*. poſſe conferre Tonſuram; *Sed poſſunt* (inquit) *tales Abbates conferre etiam ſuperiores Ordines, vſque ad Lectoratum incluſiuè* 169, *diſtinct.*

Et licèt non deſint, qui ſentiant, Abbates con- 205
ferre non poſſe niſi Tonſuram, & Lectoratus Ordinem; quia tamen duo iſti exprimuntur in iuribus recenſitis, iſtius gloſſæ ſententia veriſſima eſt, & ſequuta à Thoma Sanchez *tom.*2. *Conciliorum, lib.*7. *cap.*1.*dub.*19.*n.*11. 12. & 14 Laymano *lib.*5 *tract.*9. *cap.*9.*n.*1. & 2. Tamburino *de iure Abbatum, tom.*2. *diſput.* 2. *quaſ.* 7. Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſc. part.* 1. *allegat.* 3. *n.* 10. Quaranta *in ſumma Bullar. verb. Ordo, circa finem, verſ. Abbatibus, pag. mihi* 501. à Ganaxto *in Manuali Epiſcoporum, verbo Abbas, num.*34. & à Doctoribus paſſim. Et ita antiquiſſima, & immemorabilis conſuetudo, quæ eſt optima iurium legum, & priuilegiorum interpres, apud Abbates noſtræ ſaltem præfatæ Congregationis obtinuit.

Et ratio duplex eſt. *Prima*, quia Lectoratus
Oſtiariatum ſupponit, ſiue à iure, ſiue à conſue- 206
tudine. Ergo illo conceſſo, prior conceſſus videtur. Neceſſaria enim omnia ad vnum conceduntur illi, cui conceditur illud vnum. Axioma iuris eſt, quod probat Barboſa *tract. de Axiomatibus iuris, verbo Neceſſaria, axiomat.* 156. *num.*3. de quo *ſuprà* §. 9. *n.* 68.

Secunda

207 *Secunda* ratio, quam præfatus Sanchez adducit, eſt, quia eadem de vno Ordine minore, ac de alio eſt ratio. Vbi autem eadem eſt ratio, ibi eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. Axioma etiam iuris eſt, quod idem Barboſa probat *axiom.* 197. *n.* 3. *ex l. illud, ff. ad legem Aquiliam: lege ſi poſtulauerit*, § 2. *ff. ad l. Iuliam de adulteriis, & ſtupro: l. Quidam nummularios, ff. de edendo: l. Nauta*, § *fin. ff. Nautæ, caupones, ſtabularij: l. A Titio, ff. de furtis: l. Illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, §. *ſi igitur, Inſtit. Quod cum eo.* Gloſſa *verbo Italia, in cap* 1. *de Temporibus ordinationum, lib.*6. Abbate *in cap. Nihil, n.*5. *de electione.* Decio *conſil.* 15. *n.* 2. & *conſil.* 301. *n.* 6. & 8 Calderino *conſ.*147. *in princ.* aliàs *conſ. vnico. vt lite pendente*, & *conſ.* 337. *verſic. ſed poſito*, aliàs *conſ.* 8. *de teſtamentis.* Baldo *conſ.*324. *Omiſſis, in fin. lib.*5. & ex Alexandro *conſ.*75. *videretur, n.* 3. & 4. *l v.*5. & *conſ.*36. *Viſo themate, n.* 11. *in fine, cum ſeqq. lib.*6. vbi ait, quod ſicut genus continet omnem ſpeciem, ita generalis ratio continet omnem caſum. Ex Crauet. etiam *conſ.*183. *n.* 3. Fulgoſ. *conſil* 15. *n.*2. & *conſ.*77. *n.*2. & 3. vbi ait, quod vbicomque ratio habet locum, debet habere locum lex. Card. Tuſcho *Practicarum concluſionum tom.* 6. *litt. R, concl.* 31 per totam, qui bene limitat *n.* 43. ſicut Barboſa *n* 6. cum Calderino *loco citato, verſic. Per prædicta*, & Portel. *tract. de conſortibus, & fideicom. cap* 6. *n.*15. in pœnalibus, & correctoriis, in quibus lex loquens in vno caſu, non extenditur ad ſimilem, etiamſi ſubſit eadem ratio.

208 Extra corpus etiam iuris aliqua inuenio indulta facta Abbatibus circa Ordinum collationem. Gregorius enim Papa IX. conceſſit Abbati S. Facundi, 3. Kalendas Iunij, 1237. anno eius decimo, vt liceat ei Monachos, & Clericos ſæculares ipſi Monaſterio iure pleno ſubiectos vſque ad Acolytatus Ordinem promouere. Innocentius etiam VIII. Abbati Generali Ciſtercienſi conceſſit, vt omnes minores, Subdiaconatum, & Diaconatum perſonis eiuſdem Religionis intra Monaſteria conferre poſſent. Eiuſdem dixi Religionis, & non tantùm eiuſdem Monaſterij. Et quatuor Coabbatibus idem indulſit reſpectu Religioſorum ſuorum reſpectiuè Monaſteriorum. Et licèt expreſsè ſolùm concedat Subdiaconatus, & Diaconatus collationem, neceſſariò concedere collationem Tonſuræ, & minorum Ordinum, probatur ex paulò ante à nobis dictis, *verſic. & ratio duplex eſt.* Hæc Innocentiana conceſſio habetur in conſtitutione eius authentica, *Expoſcit, la* 5. *Bullarij Emmanuelis Roderiquez*, qui *in tom.* 1. *qq. Regular. art.* 1. *in fine*, & Hieronym. Roderiq. *in compendio, reſol.* 1. *n.*4. hanc Innocentij conceſſionem expreſsè ad omnes Ordines minores extendunt.

209 His ſic ſtantibus Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformatione, cap.* 10. prout ſequitur decernit. *Abbatibus, ac aliis quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre..... ſed horum omnium ordinatio* (ſæcularium ſcilicet) *ſeruatis omnibus, quæ in huius ſanctæ Synodi decretis continentur, ad Epiſcopos, inter quorum diœceſis fines exiſtant, pertineat. Non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

210 Cui conciliari Decreto valde conſonat Sacra Rituum Congregatio *in præſenti cap.* 19. *ſui decreti.* Sed quia vtriuſque diſpoſitioni aduerſari videntur, non ſolùm plurimorum ſententia Doctorum, ſed etiam multæ declarationes S. Congregationis Concilij, *ad dictum decimum illius capitis*, libuit illam, ac iſtas fideliter recenſere. Docent itaque quamplurimi Authores, & quidam magni nominis, ſcientiâ, prudentiâ, ac bonis moribus præditi, poſſe Abbates Regulares, vſum Pontificalium habentes, Mitram, Baculum, &c. deferre poſtquam fuerint in Sacerdotio conſtituti, & ad benedictionis munus aſſumpti, ac Tonſuram, & minores Ordines ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis conferre, dummodo ipſius Epiſcopi accedat aſſenſus, & ab eo litteras dimiſſoriales ſinguli impetrent ordinandi, ita vt licentia non ſufficiat generalis ab Epiſcopo conceſſa. Et poſſe illos ſimiliter conferre ſæcularibus alieno Epiſcopo ſubiectis, dummodo, ordinandi ſpeciales litteras dimiſſoriales ſuorum Ordinariorum obtinuerint, & ſpecialis conſenſus accedat Epiſcopi loci. Et tandem docent, quod accedente eodem conſenſu, & litteris dimiſſorialibus Prælatorum Regularium obtentis, poſſe illorum ſubditos ad eoſdem Ordines promouere.

Ita Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 2. 211
diſp. 2. *quæſito* 7. cum Roderico Acuña, Bracharenſi Archiepiſcopo, *in comment. in* 1. *partem Decreti, diſtinct.*9 *in can. Peruenit, n.*6. Bonacina *de Sacramentis, diſp.* 8. *quæſt. vnica, punct.*4. *n.* 3. Hieronymo Venero *in examine Epiſcop. lib.* 1. *cap.*12 *n.*62. & 63. Et dicit hanc ſententiam non diſplicere Auguſtino Barboſæ *de iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 28. Immò fateri ait, plures non vulgaris ſcientiæ viros ſe inueniſſe, qui opinioni huic pertinaciter adhærent. Et teſtatur ipſe Aſcanius, pleroſque Abbates adhuc perſeuerare in pacifica poſſeſſione conferendi Ordines minores, tam Clericis, ſecularibus, quàm Regularibus, modo prędicto. Nominatim refert Reu. Dominum Angelicum de Graſſis, ſuæ Congregationis Generalem, virum integerrimum, verè Monachum, morum honeſtate, prudentia, & ſapientia præditum, ſæpe hac authoritate fuiſſe functum, dum eſſet Abbas Monaſterij S. Sepulchri de Aſtino, Diœceſis Bergomenis, & acerrimè pro tali authoritate tuenda pugnaſſe, & victoriam optimis demonſtrationibus, Doctorum placitis, ac immemorabilibus conſuetudinibus obtinuiſſe contra quoſdam Canonicos Bergomenſes. Eamdem ſententiam tenent Barthol. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Abbas, n.*34 *pag.* 2. Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma quæſtionum Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 18. *num.*65.

Sententia iſta fundatur in quibuſdam declara- 212
tionibus Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium interpretum Decretorum S. Concilij Tridentini, quas recenſent Stephanus Quaranta *in ſumma Bullar. verbo Ordo, in fine, verſic. Abbatibus, pag.* 501. Petrus Marzilla *ad decreta dicti Concilij lib.* 1. *tit.* 13 *ſuper cap.* 10. *ſeſſ.* 23. Gauantus, Lezana, & Tamburinus *locis iam allegatis*, & penes Aſcanium Azotius *part.* 1. *Inſtit. Moral. lib.*12. *cap.* 20. *quæſt.*7. Capucinus *in annotationibus ad compendium priuilegiorum Mendicantium, verbo Ordines Sacri, n.*5. Gabr. Vazq. *tom* 3. *in* 3. *part. diſp.*243. *n.* 33. Franc. Suarez *tom.*4 *de Religione, tract.* 8. *lib.* 1 *cap.* 19 *n* 20. Fornar. *de Sacramento Ordinis, cap.* 5. *n.*8 Vgolinus *de officio Epiſcopi, cap.*26. §.19 Paulus Layman *in quæſtionibus Canonicis de Prælati electione, quæſt.* 3. Ioan. Bapt. Tyber. *in inſtructione ordinandorum, cap.* 7. *quæſt.*48. & Grilenzonius *concl.* 142. *n.* 52. Declarationes autem Sacræ Congregationis Concilij, prout à præfato noſtro Petro Vincentio Marzilla vbi

ſuprà,

ſuprà , pag. mihi 331. recenſentur , huiuſmodi tenoris ſont.

213 *Abbates Regulares, habentes ius Baculum deferendi, & Mitram, poſtquam Sacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, poſſunt Tonſuram, & Ordines minores ſubditis Epiſcopi iuriſdictioni conferre, ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo pro ſe quiſque litteras dimiſſorias impetrauerit; ita vt ſatis non ſit id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſſione ſemper opus eſt ſingulis.*

214 *Etiamſi non eſt benedictus Abbas, poteſt ſuis ſubditis Ordines minores conferre, ſi id fuerit ei ex priuilegio conceſſum.*

215 *Poſſunt etiam dicti Abbates Ordines conferre aliis Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuorum Superiorum; necnon ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint, in quo Ordines huiuſmodi ſuſcipere cupiunt. Tonſuratus verò ab Abbate non benedicto, vel non habente hanc poteſtatem ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, debet iterum tonſurari.*

216 *Præterea iidem Abbates Sacerdotes, & benedicti, dictos Ordines conferre poſſunt ſæcularibus aliorum Epiſcoporum iuriſdictioni ſubditis, modò attulerint ſuorum Superiorum ſpeciales licentias, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci, in quo Ordines cupiunt ſuſcipere.*

217 *Congregatio Concilij cenſuit, Abbates, etiam benedictos, vel habentes facultatem à Sede Apoſtolica faciendi omnia, quæ facere poſſunt Abbates benedicti, non poſſunt primam Tonſuram, & quatuor minores Ordines conferre ſibi non ſubditis, niſi habeant litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum.*

218 Dictis tamen non obſtantibus, hodie contraria ſententia tenenda eſt cum Aug. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, allegat.* 3. & cum Pace Iordano *volum.* 1. *de re ſacra, lib.* 3. *tit.* 6 *de Sacramento Ordinis, num.* 28. Et quidem non ſolùm ob capitulum decreti S. Congregationis Rituum, quod exponimus, ſed ob alias declarationes S. Congregationis Concilij, quas præfatus Magiſter Petrus Marzilla, *vbi proximè*, etiam exſcribit, & ob deciſionem Sacræ Rotæ, ioſſu Clementis Papæ VIII. coram Eminentiſſimo Cardinali Seraphino Oliuario editam, ſub die 27. Aprilis, de anno 1592. inter impreſſas ſub tanti Doctoris, ac Eccleſiæ Principis nomine, eſt 985. à præfata S. Concilij Congregatione ioſſu Sanctiſſimi canonizata. Declarationes priores ſic recenſet Marzilla.

219 *Abbates primam Tonſuram, aut minores Ordines, præterquam ſuis ſubditis Regularibus alicui conferre non poſſunt, non obſtante quacumque conſuetudini contraria.*

220 *Quidam Laicus annis elapſis primam Tonſuram ſuſcepit, & Ordines minores ab Abbate Caſſinenſi, eius in temporalibus, & ſpiritualibus Superiore, credens illum habere poteſtatem; ſed cùm ſit contra diſpoſitionem huius capitis, dubitatur, an iſte indigeat diſpenſatione, vel neceſſe habeat, cupiens eſſe Clericus, iterum ordinari ad dictos Ordines, tanquam nulliter ei collatos? Congregatio Concilij ſic reſpondit. Indiget diſpenſatione, ſed non eſt neceſſe, vt iterum ordinetur.*

Deciſio autem Rotæ, prout à Tamburino traditur, *loco allegato*, ſequentis tenoris eſt, cuius etiam meminit Pax Iordanus *tom.* 1. *de re ſacra, lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 60.

Dubium.

Eminentiſſimi D. Cardin. Seraphini, reſo-tum die Lunæ 27. Aprilis 1592.

FVit mihi iniunctum ab Illoſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Cardinali Matthæo, 221
de Ordine Sanctiſſimi Domini noſtri, vt ſequens dubium proponerem in Rota: *An Abbates, qui habent facultatem conferendi Tonſuram, & minores Ordines ſubditis ſibi Regularibus, poſſint, ſtante decreto Concilij Tridentini, cap.* 10. *ſeſſ.* 23. *Tonſuram, ac minores Ordines conferre perſonis ſæcularibus habentibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinariis?* Et re maturè diſcuſſa, Domini iuerunt in ſententiam negatiuam, vt non poſſint. Quamvis enim de iure communi, ante Concilij diſpoſitionem, Abbates ex priuilegio Apoſtolico habentes iura Epiſcopalia, poſſent conferre primam Tonſuram, & etiam Ordines minores, ſaltem vſque ad Lectoratum, ex ſententia gloſſæ *in cap. Abbates, in verbo Tonſuram, de priuilegiis, in* 6. non ſolùm Monachis, & Conuerſis ſuis, ſed etiam puris laïcis, nec conuerſis, nec conuertendis, dummodo in eos Epiſcopalem iuriſdictionem obtinerent, vt per illum textum tradit gloſſa *in dictum cap. Abbates, in verbo Quaſi Epiſcopalem*, & poſt Guidon. & Archidiac. confirmat Turrecremata *in cap. Quoniam, num.* 6. *diſtinct.* 69. Cui ſententiæ accedit Innocentius *in rubrica de Clericis peregrinantibus, num* 3. Angelus Clauas *in ſumma, verbo Ordo*, 2. Ioan. Andr. & Butrius *in cap. Cùm contingat, de ætate, & qualitate* Tamen Concilium reſtringere voluit hanc facultatem ad Regulares ſubditos tantùm, vt in his locis liceat Abbatibus, quantumvis exemptis, Tonſuram, vel minores Ordines conferre. Et quamvis verba ſint clara, ita vt nulla probatione indigere videantur; poteſt nihilominus ſententia confirmari ex eo, quod in eodem loco prohibetur, ne Abbatibus litteræ dimiſſoriæ aliquibus Clericis Sæcularibus, vt ab aliis ordinentur, concedantur; cùm enim eiuſdem ſit poteſtatis ordinare, vel litteras dimiſſorias concedere, *cap.* 1. *diſtinct.* 72. ſatis apparet, eis adimi poteſtatem dandi dimiſſorias, quia neque etiam ordinare poſſunt: & ideò denegatur eis hæc facultas reſpectu Clericorum ſæcularium tantùm, quorum ordinationem ad ſolos Epiſcopos vult peruenire. Et hoc probabiliter ea ratione; quia noluit Religioſos vacare aliis negotiis, præter ea, quæ ad ſuam Religionem pertinent; & quia fortè multi his facultatibus abutebantur in præiudicium Epiſcopalis dignitatis, ad quam ſolam de iure ſpectat ius ordinandi ſuos ſubditos, *cap. Nullus, de temporibus ordinationum.* Hinc ſequitur, Abbates non poſſe ſubditos alienos, etiam cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi ordinare; nam quemadmodum Papa non poteſt dare licentiam ei, qui ordinatus non eſt, conferendi Ordines ſacros, vt tradit Innoc. *in cap. Quantò, de conſuetudine*, cùm *nemo det, quod non habet*: ita nec Axioma
per dimiſſorias ſuas poteſt Epiſcopus dare facultatem ei, qui ea facultate ex diſpoſitione Concilij caret; prout etiam videmus, quod conſecratio Suffraganei ab Archiepiſcopo committi debet ei, qui aliàs eius muneris obeundi ſit capax, *cap. Quoad Sedem, de officio Ordinarij* & ibi Doctores. Et ſimiliter audientia confeſſionis potest demandari ab inferiore à Papa, dummodo perſonæ idoneæ, & poteſtatem audiendi confeſſiones

nes habenti demandetur, vt tradit Stephanus de Gaeta *in repertor. cap. Ad limina, §.5. num.257. quæſt.5.* Quod eo magis in hoc decreto Conciliari ſtatuendum eſt, cùm veniat addendo, & immutando reſpectiuè diſpoſitionem iuris communis, vt patet ex illis verbis, *non liceat in poſterum.* Cùm itaque ex iuris communis diſpoſitione ipſi Epiſcopo non liceret alienum ſubditum ordinare ſine dimiſſoriis, *dicto cap. Nullus Epiſcopus, de temporibus Ordinationum*, videretur ſuperflua hæc prohibitio Concilij reſpectu non ſubditorum, niſi intelligeremus eam etiam in caſu, in quo ordinandi haberent litteras dimiſſorias. Ideoque concludendum eſt, ex mente Concilij, neque etiam licere cum dimiſſoriis ordinare, ex quo ſublata eſt præciſè & abſolutè facultas Abbatibus conferendi Ordines, præterquam Regularibus eis ſubditis: nam ſublato antecedenti, neceſſariò ſublatum etiam cenſetur conſequens ex eo proueniens, vt per Baldum *in l. Conuenticula, num.3. verſic. Item argumentum à remotione generis, C. de Epiſcopis*, & *in l.1. n.11. C. de Fideicommiſſ.* Hoc eſt dicendum omnino, ne incidamus in abſurdum, quod licentia inferioris tollat inhabilitatem prouenientem ex lege Superioris, *cap. Cùm inferior, de maioritate, & obedientia; cap. Inferior, diſtinct. 21. cum ſimilibus.* Et ita concluſum, ſaluâ Domini noſtri determinatione.

222 Hactenus Sacra Rota coram Eminentiſſimo dignitate, & ſcientiâ Cardinali Seraphino, cuius voto (inquit Tamburinus) reſpondet Ioannes Baptiſta Tyberius *loco citato* (hoc eſt, *in Inſtruction. ordinand. cap.7. quæſt.48.*) immò hoc non obſtante, multi Doctores hanc meam ſententiam nouiſſimè ſequuti ſunt. Ita Aſcanius: non tamen ego propter declarationem, & decretum, quod poſtea ſacra edidit Congregatio Concilij *in vna Catanienſi, die 23. Nouembris*, 1641. pro confirmatione dictæ deciſionis, & declarationum ipſi conformium, quod ſic, vt ſequitur, ad amuſſim recenſet Ioannes Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regular. part.1. cap.14. num.13. pag.95.*

In vna Catanienſ. die 23. Nouembr. 1641.

223 *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, vtraque parte informante, ore, & ſcriptis, ac rationibus hinc inde deductis maturè perpenſis, inhærendo deciſioni Rotæ Romanæ ſub die 27. Aprilis, 1592. coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino, necnon declarationibus ipſius S. Congregationis dictæ deciſioni conformibus ſubſequutis, cenſuit improbatâ opinione contrariâ, Abbates Regulares, etiam Benedictinos, Congregationis Caſſinenſis, ſeu alterius Congregationis, vel Ordinis, aut inſtituti, habentes etiam iura Epiſcopalia, vſumque Mitræ, & Baculi, ac facultatem primam Tonſuram, minoreſque Ordines conferendi, non poſſe dictam primam Tonſuram, nec alios minores Ordines, niſi ſubditis ſuis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Inſtituti, etiamſi habeant litteras dimiſſorias ſuorum Superiorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum Diœceſum fines ipſi Regulares ordinandi exiſtunt, & multò minùs perſonis ſæcularibus, etiam habentibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinariis: ac propterea inhibuit Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, vt in futurum concedere non audeant ſupradictas litteras dimiſſorias huiuſmodi Abbatibus directas, nec ab iſtis recipi; quod ſi ſecus fiat, tam concedentes, quàm ordinantes, à collatione Ordinum ſuſpenſi ipſo iure remaneant, præter alias pœnas arbitrio eiuſdem Sacræ Congregationis reſeruatas. Quam declarationem Sanctiſſimus Dominus noſter die 17. Ianuarij 1642. ad ſe cum rationibus relatam approbauit, & inuiolabiliter obſeruari iuſſit.*

Petr. Aloysivs Cardinalis Carafa.

Franciscvs Pavlvtivs, S. Congregationis Concilij Secretarius.

Cùm igitur hæc declaratio, & decretum editum fuerit poſt editiones operum Authorum prioris ſententiæ, credendum eſt, quod illi ſecundæ adhæſiſſent, ſi decretum videre potuiſſent: & Aſcanius quidem non reliquit vllum ambigendi locum, cùm ipſi quæſitui ſeptimo finem imponat, dicens: *Saluo tamen in hac re meliori iudicio, & Superiorum determinatione, & cenſurâ.*

Vide pro huius §. complemento, quæ ſupra dixi *numero 94.* & Dubalem *in expoſitione Regulæ, part. 1. capite decimooctauo*, qui poſtquam *numero quadrageſimooctauo* retulit Pellizzarium dicentem, *tomo ſecundo, tractatu octauo, capite ſecundo, numero 176.* eſſe probabile, poſſe Abbates ordinare Religioſos aliarum Religionum, habentes ſuorum Prælatorum Reuerendas, immò & ſæculares, ſi habeant Reuerendas ſuorum Epiſcoporum, & aſſenſum expreſſum Epiſcopi loci: & *numero 176.* pariter dicentem eſſe probabile, ſuos ordinare poſſe Nouitios; pro quo etiam allegat Caramuelem *numero 1633.* & poſtquam eundem retulit Pellizzarium dicentem *eodem numero 176. §. Indultum*, eſſe hodie in obſeruantia priuilegium Innocentij VIII. concedentis Abbati Ciſtertij, & quatuor Coabbatibus facultatem conferendi ſuis ſubditis Subdiaconatum; in ſequentia prorumpit: *Y ſiendo eſto aſſi, gozan del los demas Abbades de cada Religion, correſpondientes à los cinco Abbades aquien ſe concediò; eſto es en el General, y los quatro primeros, ò principales Abbades de la Religion, ſi bien ſegun ya dixe, del dicho priuilegio gozan todos los Abbades, por el priuilegio de Gregorio XIV. y el miſmo Pellizzario, en los lugares citados, n. precedenti, le extiende à todos los Abbades, quanto à las bendiciones, y conſagraciones: y lo miſmo deuiera dezir quanto à las Ordenes. Y eſte priuilegio no pareze eſtar reuocado por el Conc. Tridentino, ſeſſ.23. cap.10. de reform. porque no prohibe que los Abbades no ordenen de Ordenes mayores, ſino ſolamente, que no puedan ordenar de Ordenes menores, ſino à los Regulares ſus Subditos.* Et infrà: *Y aunque dize Diana, part.11. tract.2. reſol.40. que por el vſo, y coſtumbre, eſta derogado eſte priuilegio, lo contrario à teſtiga Pellizzario vbi ſuprà, y Caramuel n.1626. dize que eſta en vſo, y que hauia en ſu tiempo Religioſos, que fueron ordenados de Ordenes mayores, por los dichos Abbades. De eſto trata Bruno part.2. tr.7. cap.3. propoſit. 5.* Poſtquam enim retulit, & dixit præcedentia Dubal: *Lo que à mi me pareze, no obſtante eſto, que eſte priuilegio no eſta en vſo en los demas Abbades, quanto à eſto; y ſi le vſan los Abbades aquien ſe concediò, ſera en los lugares, donde no eſta recibido el Conc. Tridentino, como aduierte Tamburino tom. 2. de iure Abbat. diſputat. 2. q.5.* Hæc Dubal.

Circa

Circa Capitvlvm XX.

§. XX.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vbi eadem eſt ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. num.243.

Conciu, Concionatores.

Approbare concionatores prohibet S. Congregatio Abbatibus, & inferioribus Prælatis. n. 224.

Prohibet etiam pro Eccleſiis exemptis. n. 224.

Nemo prædicare poteſt contradicente Epiſcopo n. 225.

Poteſt Epiſcopus exigere à Regularibus Fidei profeſſionem, quando eis licentiam concedit prædicandi. numero 226.

Poteſt munus prædicandi committere Clerico in ſacris non conſtituto, non tamen laico. n.227.

Papa nemini ſolet concedere licentiam, de Epiſcopi licentia. n.229.

Prædicatores tenentur ab Epiſcopo benedictionem petere. n.230.

Abbates nullius Diœceſis poſſunt concedere licentiam prædicandi in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt; ſecus ſi intra fines Diœceſis exiſtunt. n.232.

Religioſi, qui ſine Epiſcopi licentia in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, prædicant, ab Epiſcopo, an verò à ſuis Superioribus puniri debeant. n.236. 239. & ſeqq.

Regulares prædicare poſſunt in Eccleſiis ſuorum Ordinum ſine Epiſcopi licentia; petitâ tamen, licèt non obtentâ ab eo benedictione. n.242.

Confeſſarij, Confeſſio.

Perſonarum ſæcularium Confeſſarij approbari non poſſunt ab Abbate, qui nullius Diœceſis non ſit, ſed ab Epiſcopo debent approbari, intra cuius Diœceſis exiſtunt fines. n.232.

Confeſſarij Regulares ſimpliciter ab Epiſcopo approbati, ab eo ad nouum examen vocari non poſſunt, niſi ex noua cauſa ad confeſſionem pertinente; poteſt tamen Epiſcopus vocare approbatos ad certum tempus, ſicut poteſt ſucceſſor omnes vocare. n.242.

Ad certum tempus approbati, eo elapſo, confeſſiones audire non poſſunt. n.242.

Dictio.

Dictio, Omnino, *reſtrictionem non patitur. Præciſam importat executionem, & vim habet Decreti irritantis.* n.224.

Proceſſio.

Regulares Monaſterij vltra medium miliare à Ciuitate diſtantis, ab Epiſcopo ad Proceſſiones accedere compelli non poſſunt. n.237.

Ritus.

Regulares in ſuis Eccleſiis proprios ritus circa Miſſas, & Officia diuina ſeruare debent. Limita quoad Epiſtolas, & Euangelia, in quibus quoad Conciones, & Lectiones ad populum, ſe Clericis Sæcularibus conformare tenentur. n.235.

Viſitatio.

Epiſcopi viſitare non poſſunt in Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus cura non imminet perſonarum ſæcularium, Sacriſtias, Altaria, &c. n.238.

224 IN hoc capitulo ſui decreti iniungit Abbatibus, & aliis Prælatis Epiſcopo inferioribus, Sacra *R.P. de Marga Comment. in Conſt. Apoſt.* Rituum Congregatio, ne præſumant Concionatores approbare ad prædicandum Dei verbum; & quod illos ad Epiſcopum, ad quem ius iſtud priuatiuè pertinet, omnino remittant.

Primum, quod occurrit circa illud adnotandum, eſt, dictionem, *omnino*, reſtrictionem aliquam non pati, & præciſam importare executionem. Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 140. *n.*13. cum Menochio *conſil.* 2. *n.*156. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo Reuertatur, n.*78. Grammatico *voto* 31. *n.*4. Coſm. *in Prag. Sanction. tit. de Concubinis*, § *Quia verò, in verbo Omninò.* Cenedo *poſt librum Practicarum, & Canonicarum quæſtionum, ſingulari* 24. *n.*2. *in fine.* Benedicto Ægidio *ad l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure, part* 1. *cap.*8. *n.*40. vbi, quod præciſam habeat naturam. Et ita eſt præciſa, vt vim habeat decreti irritantis. Idem Barboſa *n.*15. cum Matienzo *l.*1. *gloſſa* 4 *n* 18. *ad finem, tit.* 4. *lib.*5. *nouæ recopilationis.* Lambertino *de iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7 *art.* 30. *n* 19. Oſaſc. Pedem. *deciſ.* 165. *n.* 14. & Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 29. *n.*11.

Secundò occurrit adnotandum, quod Congregationis diſpoſitio in præſenti capitulo ſatis bene conſonat diſpoſitioni Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.*5. *cap.* 2. *verſic. Quia verò, circa finem.* & *verſic. Si verè*, & *ſeſſ.*24. *cap.*4. *de reformat.* ibi: *Nullus autem Sæcularis, ſiue Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat.* Pro cuius diſpoſitionis partibus ſequentes edidit eiuſdem Concilij Congregatio declarationes, quas recenſet Petrus Marzilla *in Concilium, lib.* 1. *tit.* 4. *cap.*10. 225

Nullus ſæcularis. Declaratio Cardinalium: *Vigere Bulla fel. rec. Pij V. de profeſſione fidei facienda, Regulares Concionatores non tenentur facere profeſſionem fidei antequam prædicandi munus aſſumant; poteſt tamen Ordinarius, quo tempore ſolet prædicandi licentiam ex decreto Concilij Trident. hoc cap. concedere Regularibus, ab eiſdem exigere hanc fidei profeſſionem, ſi tamen ita videbitur ſibi expedire.* 226

Siue Regularis. Declaratio Cardinalium: *Munus prædicationis per Epiſcopum committi poteſt etiam Clerico, qui non ſit in ſacris Ordinibus conſtitutus, non enim alicuius Ordinis ſacri videtur actus eſſe. Fuit tamen dictum, quod ſecus de laico.* 227

Etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum. Declaratio Cardinalium: *Habet etiam locum in exemptis Eccleſiis, habentibus proprium Prælatum, in quibus, qui obtinere vult licentiam prædicandi ab Epiſcopo illorum Prælato, eidem offerre debet.* 228

Contradicente Epiſcopo. Declaratio Cardinalium: *Per hæc verba, quod nullus prædicet contradicente Epiſcopo, Sedes Apoſtolica nemini prædicandi licentiam concedere ſolet de conſenſu Epiſcopi.* 229

Prædicare præſumant. Declaratio Cardinalium: *Immò ab Epiſcopo benedictionem petere tenentur, ex decreto Concilij, ſeſſ.* 5. *cap.*2. *quo etiam tempore poterit Epiſcopus profeſſionem fidei exigere ab eis.* 230

Præfata S. Concilij, & Congregationis diſpoſitio obſeruari debet ab omnibus Prælatis, qui nullius Diœceſis non ſunt. Pro quo adeſt S. Rotæ deciſio in Calagurritana iuriſdictionis, Veneris 4. Iulij, 1604. coram Peña, apud Aſcanium Tamburinum *tom.*3 *de iure Abbatum, lit.* 45. in qua refertur S. Congregationis Concilij in eadem cauſa reſponſio, ſub his, quæ ſequuntur verbis, videlicet. 231

Si huiuſmodi Abbates non ſunt nullius Diœceſis, 232

ius approbandi Sacerdotes ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, atque licentiam concedendi Regularibus, qui in aliis, quàm ſuorum Ordinum Eccleſiis ſacras Conciones ſunt habituri, ad ipſos nullo modo pertinere, ſed tantùm ad Epiſcopum, intra cuius Diœceſis fines exiſtunt.

233 Adeſt etiam in altera S. Rotæ Deciſio in eademmet cauſa, Lunæ 26. Iunij eiuſdem anni 1604. coram Ortembergo, eſt 46. penes præfatum Tamburinum, quæ, ſicut & præcedens, Concilij Tridentini decretis relatis innititur, & reſponſionem etiam Eminentiſſimorum illorum Interpretum, modò allatam, recenſet.

234 Pro obſeruantia prædictorum decretorum faciunt quæ docent Barth. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Concio ſacra, num.11.& 12.* Aug. Barboſa *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum, verbo Epiſcopus Prædicator, & circa Prædicatores, collect.293. num.1.* Laurent. de Peyrin. *tom.1. de ſubdito quæſt.1. cap.22. verſic. Circa tertium*: & Ioan. Bapt. Lezana *in ſumma qq. Regularium, tom.1. part.1. cap.20. num.3.* & *tom.2. part.3. verbo Concionari, n.6.*

235 Occurrit dubium non ſpernendum, an ſcilicet punire poſſint Epiſcopi Diœceſani Religioſos, qui extra ſuorum Ordinum Eccleſias verbum Dei prædicant, abſque illorum præuia approbatione, & licentia, contra S. Concilij Tridentini, & S. Congregationis diſpoſitiones.

Partem negatiuam tenet P. Mag. Lezana *in allegato cap.20.n.3.* declarationi S. Congregationis innixus, quæ ab Stephano Quaranta exſcribitur *in ſumma Bullarij, verbo Priuilegia Regularium, pag. mihi* 513. in quodam decreto ab illa edito anno 1601. tenoris ſequentis inſertæ.

Congregatio Concilij cenſuit, decretum capituli 12. verſiculo Dies etiam feſti, ſeſſ.25. de Regularibus, ita eſſe intelligendum, vt Regularium ritus illis feſtis ſemper permaneat, quoad Miſſas celebrandas, & cætera Diuina Officia, tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſoluenda. Nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe. Quod ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verùm quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debent ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtis.

236 *Congregatio item Concilij cenſuit, Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto eiuſdem Concilij, cap.11. ſeſſ.5. contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superioribus.*

237 *Congregatio Concilij etiam cenſuit, Regulares Monaſterij vltra medium miliare à Ciuitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad proceſſiones.*

238 *Congregatio iisdem Concilij cenſuit Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cuiuſvis decreti eiuſdem Concilij, nullam habere facultatem quovis tempore, in Monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, viſitandi Sacriſtias, Paramenta, Vaſa ſacra, Altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pyxidem, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur.*

Hieronymvs Card. Matthævs.

Loco † Sigilli.

Ioan. Franc. Fagnanvs, S. Congregationis Concilij Secret.

Romæ, ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, 1601. Superiorum permiſſu.

Pars nihilominus affirmatiua, quam tenet Barboſa *dicta collectan.293. num.12.* mihi magis probatur, ſaltem extra Hiſpaniarum Regna, & intra in Giennenſi Diœceſi. Iſta ſententia fundatur, *primò* in conſtitutione *Inſcrutabili, la 18. Gregorij Papæ XV.* apud Angelum Cherubinum *tom.3. pagina* 402. edita Nonis Februarij, 1622. in qua ſic §.6. ſtatuit: 239

Ac demùm habeat Epiſcopus, tanquàm dictæ Sedis Delegatus, auctoritatem coërcendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petitâ illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint. Ita vt Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis Delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant.

Hactenus *in prædicto §.* Gregorius, & *in 7. immediatè ſequenti*, addit clauſulam, *ſublata*, & decretum *irritans*. Et *in §.8.* ampliſſimè reuocat omnes contrarias conſtitutiones, & ordinationes Apoſtolicas, in fauorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, Societatum, ac cuiuſvis alterius inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, ſtatuta, & conſuetudines etiam immemorabiles, exemptiones, indulta, & priuilegia, etiam in corpore iuris clauſa, aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſa, &c.

Et licèt hac conſtitutione facta die 7. Februarij 1625. Vrbanus Papa VIII. Breue expedierit Apoſtolicum, quod tranſcribit Mag. Lezana *in tom. conſultorum ſuorum, conſulto 40. n.116.* & ego ipſe ad calcem quæſtionum Paſtoralium, poſt Rotæ Sacræ deciſiones; in quo mandauit ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, vt ab executione prædictæ Gregorianæ ſuperſederetur; id tamen pro Regnis Hiſpaniarum tantùm fuit, & donec aliter ab ipſo, ſeu à Romanis Pontificibus ſucceſſoribus ſuis prouiſum fuiſſet. Ideò addidi: *Saltem extra Hiſpaniarum Regna.* Vnde extra illa ſaltem certum eſt dictam obligare conſtitutionem, & fortè intra illa, ob ſecundum fundamentum noſtræ ſententiæ, ratione cuius etiam addidi: *Et intra in Giennenſi Diœceſi.* 240

Secundò fundatur iſta ſententia in duplici Breui Apoſtolico eiuſdem Vrbani VIII. dato die 13. Octobris 1627. & die 30. Ianuarij 1629. Directo Balthaſari de Sandoual, Cardinali, & Giennenſi tunc Epiſcopo. In quorum primo ſic habetur: *Nos inconuenientibus huiuſmodi iuxta creditum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, quantum cum Domino poſſumus, obuiare, teque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, tibi, & Religioſis prædictis, ne abſque expreſſa tua licentia Sacras Confeſſiones de cætero audire, minuſque Verbum Dei prædicare audeant, & præſumant, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas auctoritate* 241

auctoritate noſtra inhiberi, eoſdemque ad exhibendum tibi licentias, quas illi deſuper à te, ſiue à prædeceſſoribus tuis Eccleſiæ Gennienſ. Præſulibus, vel Adminiſtratoribus obtinuerint, ad hoc vt eas confirmes, vel reuoces, prout ad diuini cultus augmentum, & animarum Ciuitatis, ac Diœceſis prædictarum ſalutem, & confirmationem in Domino expedire iudicaueris, cogendi, & compellendi facultatem dicta auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, &c.

242 In ſecundo autem, facta relatione litium, & controuerſiarum, quæ verſæ fuerunt, & vertebantur ſuper præmiſſis inter Ordinarium Giennenſem ex vna, ac Religioſos illius Diœceſis ex altera partibus, iſtiſque auditis, & de S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium conſilio, ac re maturè diſcuſſa ſic illam cauſam, & cauſas definiuit præfatas, videlicet.

Authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, præinſertas litteras huiuſmodi (Breue ſcilicet modò recenſitum) *ita eſſe intelligendas, & declarandas, vt Regulares quidem in Ciuitate, & Diœceſi Giennenſi à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, à præſente Epiſcopo ſucceſſore, pro maiore conſcientiæ ſuæ quiete, poſſint iterum examinari, ac ſi minùs idonei reperti fuerint, reprobari ad præſcriptum conſtitutionis ſanctæ memoriæ Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri, hac de re editæ; ſed illi, quos ipſemet Epiſcopus approbauit, ſi quidem huiuſmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapſo non poſſint confeſſiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licentia, & approbatione, prævio etiam, ſi eidem libuerit, nouo examine. Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad confeſſiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit, ſimpliciter, ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poſſint ab eo reprobari, ſine noua cauſa, eaque confeſſiones ipſas concernente. Cæterùm, an eadem cauſa ſubſit, necne, Epiſcopum non teneri ipſis Regularibus edicere, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit. Ad hæc, quod in eiſdem præinſertis litteris dicitur, Regulares non poſſe Verbum Dei prædicare ſine Epiſcopi licentia, id locum ſibi vendicare in his tantùm Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt, cùm in aliis Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat benedictio Epiſcopi petita, licèt non obtenta; ita tamen, vt ſi Epiſcopus non modò benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm etiam Regularibus prohibuerit, quo minus prædicent, tunc illo contradicente in ſui quidem Ordinis Eccleſiis liceat illis prædicare, quemadmodum S. Tridentini Concilij decretis ſalubriter cautum eſt. Quod ſi Regulares, ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue in prædicando aduerſus ea, quæ ſuperiùs declarauimus, quoquo modo deliquerint, in vim earundem præinſertarum litterarum ab Epiſcopo Giennenſi coerceri, & puniri poſſint, etiam cenſuris Eccleſiaſticis; ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis litteris huiuſmodi voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datis Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 30. Ianuarij 1629. Pontificatus noſtri anno 6.*

Hoc Breue, quod incipit, *Aliàs à nobis*, cum inſertione prioris præfati, de anno 1627. per extenſum exſcribitur ab Aſcanio Tamburino *de iure Abbatum tomo ſecundo, diſputatione ſexta, quæſ. 12. ſub numero nono*, poſt Auguſtinum Barboſam *de iure Eccleſiaſtico, libro primo, capite quadrageſimotertio, numero 210.* prout ipſemet refert *in ſumma deciſionum Apoſtolicarum, collect. 293. num. 12.*

Conſultò dixi : *Et intra Giennenſem Diœceſim*, 243
& etiam : *Et fortè intra Hiſpaniarum Regna.* Illud quidem, quia expreſsè eſt declaratum, & definitum ab Vrbano Papa VIII. in modò recenſito Breui; iſtud verò, quia cùm eadem ſit declarandi, & definiendi ratio pro qualibet Diœceſi, intra Hiſpaniarum Regna exiſtentis, ac pro Giennenſi; quod pro illa diſpoſitum ab Vrbano fuit, pro omni alia diſpoſitum fuiſſe cenſetur, iuxta tritum iuris axioma : *Vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.* Barboſa *tractat. de Axiomatibus iuris, axiomat. 197. num. 3. ex l. Illud, ff. ad leg. Aquiliam, l. ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad leg. Iuliam de adulteriis, & ſtupro : l. Quidam nummularios, ff. de edendo : l. nautæ, §. fin. ff. nautæ, caupones, ſtabularij : l. à Titio, ff. de furtis : l. Illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, § ſi igitur, Inſtitut. Quod cum eo.* Gloſſa *verb. Italia, in cap. 1. de temporibus ordinationum, in 6.* Abbate *in cap. Nihil, n. 5. de electione* Decio *conſ. 15. n. 2.* & *conſ. 301. n. 6. & 8.* & ex quampluribus aliis.

Circa Capitvlvm XXI.

§. XXI.

Breviarivm.

Abbas.

Multa Abbatibus Sacra prohibet Congregatio circa inſignia, ritus, &c. Miſſarum priuatarum, quæ non procedunt reſpectu Abbatum noſtræ Congregationis, nec aliarum vtentium Miſſali Pauli V. n. 244. & ſeqq.

Axioma.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. n. 244.

Miſſale.

Ex quo Miſſale Pauli V. noſtra admiſit Congregatio, illud omnino obſeruare tenetur, ex Vrbani VIII. præſcripto. n. 244.

Recenſentur ritus in illo pro Abbatibus Miſſas celebraturis priuatas præſcripto. n. 245. & ſeqq.

MVlta in hoc capitulo Sacra diſponit Con- 244
gregatio Rituum, quorum aliqua ſaltem locum non habere videntur Abbatum reſpectu, ſub Regula Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti militantium, ac vtentium Miſſali Monaſtico auctoritate Pauli Papæ V. recognito, approbato, ac dato pro illis omnibus, qui ſub dicta Regula ſancta Monaſticam profitentur vitam, ſtantibus vtique dicto Miſſali, & Breui Vrbani Papæ VIII. ſuprà §. 13. adamuſſim reddito, in quo de conſilio S. eiuſdem Congregationis, motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, Miſſale præfatum, ex quo ſemel fuit acceptum, de cætero perpetuis futuris temporibus omninò continuari, atque ab

omnibus, & ſingulis Monachis inuiolabiliter obſeruari decreuit, & declarauit; ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere. Additiſque decreto irritante, & clauſula: *Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c.* In Miſſali autem non pauca pro Abbatibus ordinantur, quæ litteræ huius capituli decreti ex diametro opponuntur, & aduerſantur.

Littera, non verò, *S.Congregationis menti*, dixi. Tum quia ſi in aliis ſui decreti capitulis, 8.ſcilicet, 11.12.13.14.17. diſpoſitiones limitauit in caſu, quo in contrarium adeſſet Sedis Apoſtolicæ expreſſa conceſſio: Ergo de mente S.Congregationis credi poteſt, eandem limitationem fuiſſe in præſenti appoſitam finali capitulo. *Taciti enim, & expreſſi idem eſt iudicium.* Barboſa *tract.de Axiomatibus iuris, axiom.218.n.1. ex l. Cum quid, ff. ſi certum petatur: l.ſi filiusfamilias, ff.eod.tit.l.fin.ff.de legatis 1.l.Item, ff.de pactis, l.vlt.C.Qui bonis cedere poſſunt.* Couar.*in cap. Quamuis pactum, de pactis, lib.6.part.2.in initio, n.6.in medio*, & ex pluribus aliis Doctoribus. Quod quidem axioma procedit ſaltem quando vtrumque procedit ex potentia eiuſdem cauſæ (vt hîc.) Idem Barboſa *n.2.*ex S.Rota *deciſ.*608.*n.2.* apud Farinacium *part.2.recentiorum.* Tum etiam, quia nullam apponit S.Congregatio in hoc capitulo reuocationem alterius diſpoſitionis contrariæ. Ergo cùm multæ adſint, & grauiſſimæ, in Miſſali ſcilicet, in Vrbani Breui, in Priuilegiis Sedis Apoſtolicæ variis, inſignia Pontificalia Abbatibus indiſtinctè concedentibus, dicendum creditur, noluiſſe dictam S.Congregationem reuocare diſpoſitiones præfatorum Miſſalis, Breuis, & Priuilegiorum huic capitulo contrarias. Quæ in Miſſali inuenio expreſsè diſpoſita, operæ pretium duxi recenſere, quæ vti ex ipſo apparet textu, procedunt in Miſſis priuatis, ſicut & diſpoſitio S.Congregationis in præſenti ſui decreti capitulo: quando autem aliquid ad Miſſas ſolemnes ſpectans expreſsè dicitur in rubricis, & ritibus, id videri licet *rubr.19.n.2.rit.1.n.5.rit.2.n.6.* quorum diſpoſitiones ſuprà §.1.*n.*11 recenſui.

245 Quoad priuatas autem Miſſas ſic lego *in ritu 1. num.4. Si celebrans ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ſuprà,* (habens ſcilicet vſum Mitræ, & Baculi, & cæterorum Pontificalium) *non ducit Stolam ante pectus in modum Crucis, ſed ſinit hinc inde vtraſque extremitates pendere; & antequam accipiat Stolam, accipit paruam Crucem pectoralem, quam oſculatur, & collo impoſitam, ſinit ante pectus cordulis pendere. Manipulum quoque non accipit ante Stolam, niſi in Miſſis Defunctorum: ſed accipit ad Altare, cùm in confeſſione dicit,* Indulgentiam, *& illum priùs oſculatur.* Ita ibi.

246 *In ritu 5. de Oratione, n.1.* ſic diſponitur. *Dicto hymno*, Gloria in excelſis.... *dicit voce prædicta* (id eſt clara voce, iuxta dicta *in rubr.16.n.1.in princ.*) Dominus vobiſcum: *vel ſi ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ſuprà*, Pax vobis.

247 *In ritu denique 12.de Benedictione in fine Miſſæ, n.8.* provt ſequitur, ſtatutum reperio: *Epiſcopus autem, & Abbas habens facultatem dandi ſolemnem benedictionem ex indulto Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ter benedicit populo, etiam in Miſſis priuatis, vt in Pontificali, & Cæremoniali habetur.* Hæc omnia in ritu illo. Quid pro nobis clarius? Nihil prorſus excogitari poteſt; ex quibus omnibus manifeſtè apparet, Abbates noſtros, attentis priuilegiis Apoſtolicis, rubricis, ritibuſque Miſſalis Pauli V. conſtitutione Vrbani VIII. Pontificali, ac Cæremoniali Clementis pariter VIII. à ſimplicibus diſcrepare Sacerdotibus in Miſſis priuatis, quoad cæremonias, benedictionis largitionem, quoad vſum Crucis pectoralis, & fortè quoad alia, quæ ex his deduci poſſunt. Stante maximè conſuetudine immemorabili, quâ in multis in prædicto capitulo 21. decreti Sacræ Congregationis expreſſis, Abbates noſtræ gaudent Hiſpanæ Congregationis, Valliſoletanæ aliàs nuncupatæ. Vide quæ *n.*150. dixi de Miſſa priuata Abbatis, de qua Cæremoniale ibi; ſicut de ſolemni, & Pontificali, *p.1.ſect.4.cap.9.n.8.& 9.*agit.

Circa Decretum Sanctiſſimi.

§. XXII.

Breviarium.

Clauſula.

Clauſula, omnes, & ſingulos; *in decreto S.Congregationis appoſita, exponitur.* n.248.

IN decreto Sanctiſſimi Domini noſtri Alexandri Papæ, pro intimatione, & executione decreti Sa- 248
cræ Congregationis edito, venit adnotanda clauſula illa, *omnes, & ſingulos*: quæ quidem omnes, & ſingulos non afficit, & arctat, quoad omnia in Capitulis decreti S.Congregationis contenta, ſed tantùm quoad intimationem illorum. Quaſi diceret, dictam publicationem comprehendere omnes, vnumquemque ſcilicet, ad quæ reſpectiuè tenetur in vim decreti, & in illo contentorum, & non quoad aliud; ita vt non afficiat, & arctet eum, qui ſe contra Sacræ Congregationis diſpoſitiones priuilegio aliquo verè ſentit munitum.

Et quod hæc ſit legitima clauſulæ præfatæ ex-
poſitio, veraque illius intelligentia, ex contextu im- 249
mediate ſequenti manifeſtè conuincitur, videlicet ex illis verbis: *Ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita, vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeu notificata fuiſſent.* Demonſtratur etiam ex eo, quod paſſim S.Congregatio, videlicet in capitulis 8.11.12.13. 14.& 17. excipit à diſpoſitionibus ſuis illos omnes, qui Sedis Apoſtolicæ indultum, permiſſum, & conceſſionem habeant.

APPENDIX DECRETI.

Bulla Clementis Papæ VI. conceſſa Abbati de Cadomo.

CLemens Seruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam S. Romanæ Eccleſiæ, matris Eccleſiarum omnium, & magiſtræ, licèt immeriti, regimini præſidẽtes, earum ſtatum libenter honoris impendiis promouemus, & quæ dubietatis anfractu materiam litigiorum eis pro tempore poſſent inferre, declarando, quantùm nobis poſſibile redditur, ſubmouemus. Dudum ſiquidem dilectorum filiorum Roberti Abbatis, & Conuentus Monaſterij S.Stephani de Cadomo, Ordinis S.Benedicti, Baiocenſis Diœceſis, inſinuatione percepto, quod præfatum Monaſterium inter alia partium illarum Monaſteria erat nobile, & inſigne, & in eo magna pars capitis glorioſiſſimi præfati Protomartyris S.Stephani, necnon capitis B.Margaritæ Martyris, provt in illis partibus communis fidelium opinio aſſerebat, multaque aliorum Sanctorum Reliquiæ honorabiliter ſeruabantur: propter quæ ad ipſum

Habetur in tomo Operũ S. Lanfranci. Archiepiſcopi Cantuariẽſis, *in notis ad eiuſdem ſancti vitam, pag. 19.*

Deuolutio, quoad electiones. Vide c. 6. n. 742. & 901. p.200. & 240. & c. 15. n. 26. p.357. & verbo *Electio*, ac verbo *Electores*.

Deus.

A Prælatis acta, & contra illos patrata, vt à ſe ipſo facta, & contra ipſum patrata iudicat Deus. c.6.n.994. & 996. p.257. & 258

Dij appellantur Prælati, & quare. c. 6. n. 994. ibid.

Dictiones variæ.

Statuentes, ſi materia noua eſt, noui iuris inductiua eſt. conſt. 1. n. 13. p. 5. c. 6. numero 7. pag.55

Libet, & *Licet*, liberum arbitrium, & abſolutam importat poteſtatem. conſtit. 1. num. 14. pag.5

Libere, & *Liberum*: Importat ſpontaneum, & independens ab alterius licentia, & authoritate. c.1.n.16. p.5

Ampliatur expoſitio. c.12. n.12. & 13. p.333

Decernimus, iuxta ſubiectam materiam inducit nouum ius, aut antiquum declarat. c. 1. n.61. p.14. c.6. num.1184. p.281. c.15. numero 2. p.349

Declarat deliberationem animi illam proferentis. c.1.n.61. p.14

An includat præceptum, controuertitur. c. 1. num.61. ibid.

Inſurgere, quid importet. conſt. 1. numero 63. pag.15

Præſumere, dolum, & temeritatem denotat. c.1. n.65. p.15. c.2.n.36. p.23

Stabilimus, ſtatutum importat perpetuum. c.1.n.2. pag.17

Præter, & *Niſi*, exceptiuæ ſunt, & immediatè præcedentibus aduerſantur. conſt. 2. num. 3. ibid.

Dictio vniuerſalis apta eſt comprehendere omnia loca vniuerſaliter. c.2.n.8. p.19

Vbicumque, & *vbilibet*, ac *vbique*, vniuerſales dictiones ſunt. c.2.n.8. ibid.

Quid illæ importent. conſtitut. 2. numero 10. pag.19

Dictio, *Præſumpſerit*, non afficit operantes ex incogitantia, ignorantia, negligentia, obliuione, aut ſimplicitate. conſt. 2. numero 30. pag.23

Per, perfectionem ſignificat rei, in linea, de qua agitur. c.2.n.53. p.24

Dictiones, *aliunde*, & *vndecumque*, ac *vndique*, quid importent. conſt. 4. numero 24. & 25. pag.36

Omnia, Vniuerſalis dictio eſt, & nihil excludit. c.4 n.40. p.38

Dictio, *Perpetuò*, idem quod ſemper, & omni tempore indicat. conſtitut. 6. numero 1. pag.54

Protector, & *Protegere*, idem important, quod defenſor, & defendere. c. 6. num. 4. & 5. pag.55

Protector Eccleſiæ eſt idem quod illius Patronus. c.6.n.4. p.55

Statuimus, & *ſtatuentes*, præceptum an inducant. c.6.n.6.p.55.c.11.n.8. p.327

Nullatenus, vim habet præciſæ prohibitionis, & decreti irritantis. conſt. 6. numero 6. & 57. pag.65

Debet, regulariter importat præceptum. c.6.n.89. pag.73

Quavis, *quilibet*, & *quivis*, omnia comprehendunt, & idem, quod dictio, *Omnis*, operantur; & quod ſi plures diſpoſitiones, & dinumerationes factæ fuiſſent. c.6. numero 362. pag.118

Omnes, ea omnia comprehendit, quæ aliàs non comprehenderentur. conſtitut. 6. numero 363. ibid.

Dictiones ad tributum ſpectantes, huiuſmodi ſunt: *Angaria*, *Perangaria*, *Cenſus*, *Collecta*, *Datium*, *Pedatium*, *Exactio*, *Exactor*, *Exigere*, *Gabella*, *Guidagium*, *Pedagium*, *Impoſitio*, *Munus*, *Penſio*, *Praſtatio*, *Procuratio*, *Subſidium Charitatiuum*, *Synodaticum*, aliàs *Cathedraticum*, *Talea*, *Teloneum*, *Tributum*, & *Vectigal*. c.6.n.411.412.413.& 414.p.129. & 130

Subiaceo, tam in præterito, quàm in futuro, latam ſententiam importat. conſt.6.numero 420. pag.131

Iubeo, importat præceptum. conſt.6. num. 420. ibid.

Etiam explicat caſum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem.c.6.num.441.p.137. c.15. num.21. p.335

Liberè, omne grauamen, impedimentum, & contradictionem excludit, & includit liberam diſpoſitionem, & alia. conſt. 6. numero 445. pag.138

Licit, importat liberè abſolutam poteſtatem, nulli legi ſuppoſitam; iuris tamen Ordinem requirit. c.6.n.446. ibid.

Non excludit exceptionem ex natura actus, & ex ſobiecta materia prouenientem. c.6.num.447. pag.138

Legitimè, importat, quod in feudo aliquo iuris ſeruetur ordo.c.6.num.448. ibid. c.10. num.4. pag.321

Volumus, vim habet condendi nouum ius, & antiquum declarandi. c.6.n.455.p.140.c.10. num.12. p.323.c.16.n.86. p.384

Quicunque, facit venire in diſpoſitione maiora expreſſis, & illa includit. conſt. 6. num. 526. pag.151

Ita prægnans eſt dicta dictio, & ita ampla, vt etiam trahatur diſpoſitio ad caſus improprios. c.6.n.526. ibid.

Includit illos, qui non propriè, ſed impropriè tales ſunt. c.6.n.526. ibid.

Caueant, non conſilium, ſed præceptum importat. c.6.n.535. p.153

Mando, præceptum continet. conſt.6.n.535.536. ibid.

Pro eodem communiter vſurpantur dictiones, *Mando* & *Præcipio*. c.6.n.536. p.153

Mando, ſumitur aliquando pro *Precor*, pro *Rogo* c.6.n.537. ibid.

Rogo, importat præceptum, quando materia eſt præcepti. c.6.n.537. ibid.

Hortor, importat aliquando præceptum. c.6.n.537. pag.153

Dictio, *&*, principaliter coniungit. c.6. n. 773. pag.207

Dictio *cum*, acceſſoriè coniungit. c.6. num.773. ibid.

Videtur, aliquando dubitatiuè, aliquando aſſertiuè profertur. c.6.n.802. p.216

Prohibemus, includit præceptum, & reddit ipſo facto nullos actus contra prohibitionem factos. c.6.n.1174. p.302

Statuimus, nouum inducit ius, & idem operatur circa ſobiectam materiam, quod ſententia diffinitiua. c.11.n.7. p.327

Dictio, *Niſi*, explicatur. conſtit. 12. numero 11. pag.333

Vel, licèt ponatur inter diuerſa, ponitur inter eadem importantiæ, ſeu parum diſtantia. c.16. num.1. p.368

Ponitur inter ſimilia. conſtitut. 16. numero 1. ibid.

Dictio, *Autem*, eſt diuerſificatiua, & aduerſatiua, & denotat diuerſitatem inter antecedentia, & ſubſequentia. c.16. n.1. ibid.

Perinde, omnem importat ſimilitudinem. c. 16. num.87. p.384

Perinde, importat omnimodam æqualitatem.c.16. num.88. ibid.

Perinde, ad omnes refertur qualitates. c.16. n.88. ibid.

Omninò, vim decreti irritantis habet. c.16.n.142. pag.396

Ampliatur. n.224. p.411

Alioquin, decretum irritans implicat. c. 16. numero 143. p.396

Diœceſanus.

Sub nomine Diœceſani, Epiſcopus loci venit. conſtit.6. numero 394. p.125

Dignior.

Quiſnam dignior ſit, quoad electionem paſſiuam, vide verbo *Electio*.

Dignitas.

Dignitas communiter reddit hominem audacem, & inſolentem.c.6.n.339. p.113

De dignitatibus, & de officiis Regularium eodem modo philoſophandum eſt, ac de beneficiis Eccleſiaſticis ſæcularium, quoad ſimoniam, quæ in illorum acquiſitione committitur. c. 6. numero 576. p.163

Dari poteſt dignitas, quæ cura careat animarum, cum ſola præeminentia. conſt. 6. numero 794. pag.214

In fauorabilibus, dignitas, & perſonatus conuertuntur. c.6. n.794. ibid.

Sola præeminentia ſufficit ad dignitatem conſtituendam. c.6.n.794. ibid.

An appellatione beneficij, dignitas veniat. c. 6. num.832. p.223

Ad dignitatem curam animarum habentem aſſumi non poteſt, qui 25. annum ætatis non attigerit, & doctrinâ non polleat. conſt.6. num.962. pag.252

Dignitas in indigno, eſt ornamentum in luto.c.6. num.996. p.258

Dignitas propter officium datur, ſicut beneficium, id eſt, propter ſeruitium. c.6.n.1114. p.287

Difficultas

Difficultas.

Aliquid permittit difficultas, quod aliàs prohibetur. c.6. n.407. p.129

Diſciplina Regularis.

Ferè omnia, quę Diſciplinam euertunt Regularem, ex maiore numero Religioſorum, quàm commodè, ſine penuria, & abundanter ſuſtentare poteſt Monaſterium ex propriis redditibus, vel ex conſuetis eleemoſynis, proueniunt. c.13. num.36. p.341

Diſcordiæ.

Niſi funditus fuerint extinctæ, bonum ſubſequi non permittunt. c. 6. n. 2034. p.269

Diſpenſare, Diſpenſatio.

Diſpenſatio an ſit, ſi non petitur, & obtinetur. c.6.n.85. p.72

Poſſunt Prælati Regulares diſpenſare cum ſubditis in omnibus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare cum ſuis. c.6. n.358. p.117

Feriâ ſecundâ poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, diſpenſant noſtri in omni irregularitate, quavis occaſione, vel cauſâ contracta. c.6.n.359. p.118

Poſſunt Prælati diſpenſare cum bigamis, vt ad minores Ordines promoueri poſſint, & vt in ſuſceptis miniſtrent. c.6.n.352. p.117

Poſſe diſpenſare ſuper bigamia ſimilitudinaria, quoad maiores Ordines ſuſceptus, & ſuſcipiendos, ſunt qui doceant. c.6.n.253. p.99

Electionem canonicam præcedere debet ad cautelam diſpenſatio ſuper irregularitatibus, ſub forma præſcripta. c.6.n.672. p.183

Conceditur ad reincidentiam dicta diſpenſatio. c.6.n.673. ibid.

Conceditur ad tollendos ſcrupulos. c. 6. num.674. ibid.

Conceditur ad tollendas ambiguitates. c.6.n.674. p.183

Præcedente iſta diſpenſatione, ſi electores, & electi aliqua irregularitate innodati reperiantur, eo ex capite electiones validæ erunt. c.6.n.674. ibid.

Diſpenſatio prædicta abſentes non afficit. c. 6. n.675. ibid.

Ad ea, ad quæ Præſidentis facultas non ſe extendit, iure communi, & priuilegiorum inſpecto, illius diſpenſatio non ſe extendit. c. 6. n. 676. p.183.

Generales, & Prouinciales cum Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, & non aliàs diſpenſare poſſunt cum illegitimis ad dignitates. c 6. n.808.809.810.& 811. p.218 & 219

Omnia priuilegia ante Sixtum V. conceſſa quoad huiuſmodi facultatem diſpenſandi cum illegitimis, reuocata ſunt ab eodem Sixto. c.6.n.808. 809. 811. & 814. ibid.

A Gregorio X V. fuerunt reſtituta Generalibus, Prouincialibus, & eorum Capitulis, ſed non in ſolidum. c. n.809. p.219

Abbates, & Præſidentes Cœnobiorum noſtræ Congregationis, diſpenſare poſſunt cum illegitimis, de Reuerendiſſimi Generalis licentia, in vim priuilegiorum Clericorum Regularium infirmis miniſtrantium, ad dignitates Ordinis, ad Ordines, &c. c. 6. n.812. & 813. p.219

Diſpenſati ad Prælaturas per priuilegia Regularium, extra propriam Religionem, diſpenſatione illa vti non poſſunt. c.6. n.817. & 835. p.220.& 224

Diſpenſati ad Prælaturas inferiores, ad maiores diſpenſati non cenſentur, niſi in diſpenſatione fiat mentio expreſſa. c.6. n.819. & 836. ibid.

Diſpenſatus ſub hac forma, *Diſpenſo tecum, vt poſſis obtinere Prioratus, Abbatias, & alias dignitates*, non cenſetur ad Generalatum diſpenſatus. c.6.n.819. p.220

Illegitimus diſpenſari non poteſt, vt obtineat dignitatem in Religione, in qua eius Pater profeſſionem emiſerit. conſtitut. 6. numero 820. ibid.

Diſpenſatio, *eſt iuris relaxatio, facta cum cauſa cognitione ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi*. c.6. n.821. p.221

Diſpenſare poteſt Princeps Supremus ſine cauſæ cognitione; peccabit tamen Papa ſi ſine cauſa diſpenſauerit. conſtitutione 6. numero 821. ibid.

Diſpenſatio ab alio quàm à Papa facta ſine cauſæ cognitione, non diſpenſatio, ſed diſſipatio eſt. conſtitutione 6. numero 821. ibid.

Diſpenſatio cum illegitimis in Religionibus facta, ſine cauſæ cognitione, illicita, & nulla eſt ipſo iure. conſtitut. 6. numero 822. pag.221

Cauſæ cognitio ſaluatur in hoc, quod in mente penſetur, an relaxatio iuris expediat, necne, abſque diſcuſſione in foro externo. c.6. n 822. ibid.

Diſpenſati abſque cauſa legitima, in conſcientia diſpenſatione vti non poſſunt. conſt. 6. num.823. ibid.

Cauſæ ad diſpenſationem neceſſariæ, quænam ſint, viri prudentis arbitrio relinquitur. c. 6. n 824. p.225

Prælatus, qui cauſam rationabilem diſpenſandi habet, & non diſpenſat, peccat. c. 6. n.824. ibid.

Subditus tamen ius petendi diſpenſationem non habet, niſi deprecatiuè. conſt. 6. num.824. pag.221

Maiorem exigit cauſam diſpenſatio, quando maior eſt natalium defectus. c. 6. num.825. ibid.

Illegitimus in Prælatum aſſumptus ab habente diſpenſandi facultatem, diſpenſatus cenſetur. c.6 n.827. p.222

An autem cenſeatur diſpenſatus pro foro interno, an verò pro vtroque, controuerſum eſt. conſtitutione 6. numero 828. 829. & 830. ibid.

Diſpenſatio ſuper illegitimitate facta, etiam à Papa, ſine expreſſione qualitatum illegitimitatis, vel ſaltem grauiorum, ipſo iure eſt nulla. conſtitutione 6. numero 832. pagina 221

Diſpenſatus ad obtinenda in ſæculo beneficia, noua indiget diſpenſatione ad obtinendam dignitatem in Religione. conſt. 6. num.835. pag. 223

Diſpenſatus ad beneficium curatum, non eſt

ad

ad dignitatem diſpenſatus. conſtit. 6. num. 832. ibid.
Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda. c. 6. n. 832. ibid.
In diſpenſationibus non valet argumentum à paritate, nec à maioritate rationis. c. 6. num. 832. ibid.
Diſpenſatus ad quæcumque beneficia, abſque alia expreſſione, ad dignitates promoueri non poteſt. c. 6. n. 832. p. 223
Monachus ad beneficium curatum diſpenſatus, non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex. c. 6. num. 832. ibid.
Diſpenſatus ad dignitatem, non eſt diſpenſatus ad dignitatem habentem curam animarum. c. 6. n. 833. p. 223
Diſpenſatus ad quæcumque beneficia, etiam curata, non eſt diſpenſatus ad Abbatiam Regularem. c. 6. n. 833 ibid.
Diſpenſatus in ſæculo ad quæcumque beneficia, poteſt in Religione obtinere Prioratum clauſtralem, non verò conuentualem. c. 6. n. 834. ibid.
Diſpenſatio, quæ non eſt Papæ reſeruata, ab Epiſcopo concedi poteſt, & à proprio Prælato. c. 6. n. 1096. p. 284
In irregularitate ex defectu natalium, quoad Ordines, diſpenſatur cum Religioſis, in ipſo actu profeſſionis. conſtitut. 6. num. 1127. p. 291
Quoad Prælatias, & officia diſpenſare poſſunt Prælati noſtræ Congregationis ſemel, in vim Eugenianæ, ſuper irregularitatibus, exceptâ bigamiâ, mutilatione membri, & homicidio voluntario. conſtitut. 6. numero 1127. p. 291
Hæc conceſſio, vtpote ex ſimplici ſignatura, renocata non eſt à Gregorio XV. & ab Vrbano VIII. cum oraculis viuæ vocis. c. 6. n. 1128. ibid.
An in generali facultate diſpenſandi ſuper irregularitatibus, ſi expreſsè non excipiantur bigamia, mutilatio, & homicidium, veniant & iſtæ conceſſæ. conſtitut. 6. numero 1127. p. 291
Generales, Abbates, & viſitatores Congregationis Montis Oliueti, in ſolidum poſſunt in foro conſcientiæ diſpenſare ſuper omni irregularitate, exceptâ bigamiâ, mutilatione, & homicidio prædictis, ex Pij IV. conceſſione, aliàs illimitatâ, quâ noſtra gaudet Congregatio. c. 6. n. 1129. p. 291
Generalis, Abbates, Priores & Præſidentes noſtræ Congregationis, poſſunt in omni irregularitate diſpenſare feria ſecunda poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, ex Pauli III. facultate, & illa delegare poſſunt. c. 6. n. 1130. ibid.
Prælatos Regulares poſſe diſpenſare etiam ſuper irregularitatibus bigamiæ, mutilationis, & homicidij occultis, ait Baſſæus. c. 6. num. 1131. p. 291
An tollatur irregularitas per ſimilem abſolutionem: *Abſoluo te à cenſuris, pœnis, & ſententiis*; diſcutitur. c. 6. n. 1132. 1133. 1134. & 1135. p. 291. & 292
Papa ſciens aliquem eſſe irregularem, ſi ei beneficium confert, aut dignitatem, diſpenſare cum illo ſuper irregularitate cenſetur. conſtit. 6. n. 1132. p. 291

Diſpenſatio fieri debet condignâ pœnitentiâ impoſitâ. conſtitut. 6. num. 1140. & 1142. p. 293
Nec licitè, nec validè impenditur diſpenſatio ſine cauſa legitima, & rationabili, ſaltem exiſtimata. c. 6. n. 1139. ibid.
Quando irregularitates ſunt cognitæ, debent pro obtinenda diſpenſatione ſpecies delictorum, quorum cauſâ fuerunt incurſæ, declarari; non tamen numeri: verbi gratia exprimi debet, quod quis ſit irregularis, quia celebrauit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel vtrique cenſuræ ſubiectus; non tamen, quod celebrauit ſemel, bis, aut centies. c. 6. à n. 1141. p. 293
Forma diſpenſationis ſuper irregularitatibus, à iure non eſt præſcripta: ſufficere quamlibet factam, aut verba prolata à valente, & volente diſpenſare, graues aſſerunt Doctores. conſt. 6. n. 1136. p. 292
Quænam ab aliquibus aſſignetur. c. 6. num. 1137. ibid.
Quanam vtantur noſtræ Congregationis Prælati. c. 6. n. 1138. ibid.
Poteſt diſpenſari extra Pœnitentiæ Sacramentum. c. 6. n. 1137. p. 292
Poſſunt Prælati noſtri facultatem diſpenſandi delegare. c. 6. n. 1130. p. 291

Diſpoſitio.

Diſpoſitio referens per relatam reſtringitur. c. 15. numero 41. pag. 363. Intellige, ſi iſta apparet.

Diuortium.

Coniux innocens propria ex authoritate poteſt diuortium facere perpetuum. conſtit. 6. num. 47. p. 64
Redintegratur matrimonium, ſi coniux innocens poſt diuortium fit nocens per adulterium. c. 6. n. 50. & 51. ibid.

Dominium.

Religioſi dominium habent rerum in communi, limitatum, & reſtrictum per ſacros canones & Summi Pontificis diſpoſitiones. c. 6. num. 710. p. 192
Pro pace tuenda conceſſum eſt dominium. c. 6. n. 1043. p. 271
Vnius rei dominium an haberi poſſit ſimul duplici titulo. conſtitutione 6. numero 1183. p. 304

Dux.

Ducis munera recenſentur. conſtit. 6. num. 971. p. 253

E

Eccleſia.

SVb Eccleſiæ nomine veniunt omnia loca pia, authoritate Epiſcopi, aut alterius iuriſdictionem Eccleſiaſticam habentis fundata, vt ſunt Confraternitas, Hoſpitale, Monaſterium, & ſimilia. c. 2. n. 25. p. 23
Ædificari non poſſunt intra fines alterius, in locis non exemptis, niſi de Epiſcopi; & in exemptis, niſi de Papæ licentia. c. 2. n. 26. p. 23.

c.13. n.2. p.337
Noua Eccleſia ædificari non poteſt ſine interuentione, & aſſenſu Epiſcopi, Abbatis, & Conuentus S. Æmiliani, & cuiuſlibet Parochi, in eorum reſpectiuè territoriis. c.6. n.404.405. & 406. p.128
Noua Eccleſia ædificari permittitur, propter difficultatem accedendi ad antiquam. c. 6. n. 407. p.129
Propria Eccleſia, & Cœmeterium leproſis permittitur, propter vitandum contagium. c.6. n.405. p.128
Qui extra Eccleſiam ſunt, nihil Eccleſiæ poſſidere poſſunt. conſtitut. 6. numero 935. p.246
Regularium Eccleſiæ ſunt pro illis Parochiales. c.14. n.5. p.344
A Religioſis fuit fundata Eccleſia Dei, & diu ſanctè gubernata. conſtitutione 16. num. 44. p.376
Ex ſolis Benedictinis centum, & triginta tres Eccleſiæ præfuerunt per ſexcentos annos; & quatuor ex illis in vita Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti. conſtitutione 16. num. 44. p.376
Alia vide verbo *Res Eccleſia.*

Eccleſia Romana.

Omnium Eccleſiarum magiſtra eſt Romana Eccleſia. c.12.n.17. p.334

Eccleſiaſtica bona.

Contra raptores, inuaſores, & vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum multæ ſunt ſtatutæ pœnæ. c.6. n.1185. p.304

Edictum.

Vide verbo *Inſtrumenta.*

Electio Canonica.

De iure communi electio Prælati ad Collegium dumtaxat eiuſdem Eccleſiæ ſpectat. c.6. n.461. & ſeqq. p.140
Nulla eſt electio aliter facta, niſi adſit Sedis Apoſtolicæ priuilegium. conſtitut. 6. num. 464. p.141
Contra ius commune eſt, quod forenſes habeant in electione ſuffragium. conſtitut. 6. num. 461. p.140
Limita in aliquorum ſententia, niſi omnes de Capitulo vnanimiter, nemine diſcrepante, admittant extraneum ad eligendum cum eis. c. 6. n.465. p.141
Hoc tamen à Sancto Concilio Tridentino prohibetur. c 6.n.482. p.144
Electio celebrata ab excommunicatis non toleratis, valida eſt, ſed non licita. c. 6. num. 471. p.143
Electionem poſſunt electores in Superiorem reiicere. c.6.n.483. p.144
Hanc reiectionem ſeu mandatum ſemel factum reuocare non poſſunt. conſtitut. 6. num. 484. ibid.
Si Superior intra tempus præſcriptum non eligit, ad immediatum alium Superiorem deuoluitur electio. c.6.n.484. ibid.
Quando electio effectum ſortiri non poteſt, ad electores deuoluitur. c.6.n.742.& 901.p.200. & 240. c.15 n.26. p.357
Et quid quando fuit celebrata à Prælato per deuolutionem. d.n.901. p.240
In duplici caſu deuoluitur ad Superiorem electio. c.6. n.901. ibid.
Electionis nullitas procedit ex non ſeruata forma capitis *Quia propter*. c.6.n.678. p.185
Electio quantocyùs debet celebrari. c. 6. n.655. p.179
Conuocari debent ad electionem omnes habentes ad illam vocem actiuam. conſtit.6. à num.629. p.174
Limita provt n.633.& 656. p.174.& 179
Quando per conſtitutionem eſt aſſignatus dies electionis, nulla alia conuocatio eſt neceſſaria. c.6. n.629. p.174
Conuocatio quomodo debeat fieri, & intimari. c.6. n.636. p.175
An electores non venientes tempore ſtatuto, ſint expectandi. c.6.n.655.& 656. p.179
Elapſa die præfixa pro electione, deuoluitur iſta ad Superiorem. c.6.n.615. ibid.
Si elapſa die, ſeu termino electionis, illam celebrent electores, ipſo iure eſt electio nulla. c.6. n. 655. ibid.
Præfixio diei pro electione, non eſt de illius ſubſtantia, ſed de iuſtitia. c.6. n. 656. ibid.
Forma electionis præſcripta *in cap. Quia propter*, de electione, omnino obſeruanda eſt. c.6. n. 678. p.185
Electio fieri poteſt à compromiſſariis. c.6. n.483. & 485. p.144
Si compromiſſarij intra tempus à iure præſcriptum non eligunt, electio deuoluitur ad immediatum Superiorem. conſtitut. 6. numero 484. p.144
Electio Canonica, *Eſt alicuius perſona idonea ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam, canonicè facta vocatio*. c.6.n.570. p.162
Non eſt propriè electio Canonica, quæ non eſt de Prælato Eccleſiæ, aut Monaſterij capite. c. 6. n.570. & 744. p.162.& 201
Electio Canonica, alia per ſcrutinium, alia per compromiſſum, & alia per inſpirationem. c. 6. n.571. p.162
de Electionis per ſcrutinium ſubſtantia eſt, vt maior, & ſanior vocalium pars in eundem conſentiant eligendum; & quod poſt ſuffragia præſtita, electio à præſidente fiat, omnium vocalium nomine dicendo: *Ego nomine omnium eligentium eligo N.&c.* c.6.n.571. p.162
Vel ab alio, vti n.699. p.189
Electio per ſcrutinium eſt, in qua tres de electoribus ſingulorum vocalium ſuffragia inquirendo, & ſcrutando quid quiſque ſentiat, colligunt. c.6. n.571. p.162
Triplex modus celebrandi electionem per ſcrutinium aſſignatur. c.6.n.572. ibid.
Regulares debent vti modo celebrandi electionem per ſchedulas. c.6.n.572. ibid.
Electio per compromiſſum eſt, quando aliquibus, vel alicui idoneis, vel idoneo viro nomine omnium vocalium eligendi committitur facultas. c.6.n.575. p.163
De ſubſtantia electionis per compromiſſum eſt, vt ab omnibus vocalibus, nemine dempto, compromittatur. c.6. n.573. p.162. Vbi quod detur electio mixta ex ſcrutinio, & ex compromiſſo.

Compromitti poteſt in eum, qui non ſit de Capitulo, in non vocalem. conſtitut. 6. num. 573. ibid.

Electio per inſpirationem eſt, quando vno quaſi impetu omnes vno ore, & corde eundem præeſſe appetunt, & in eundem conſentiunt, abſque vllo pacto, & ſimonia. Et quando nulla præcedente conſultatione, quaſi diuini Spiritus impulſu excitati, ſimul omnes in vnum repentè conſentiunt. c. 6. num. 574. p.165

Quando electio ſit ſimoniaca, vide verbo *Simonia*.

Simoniaca eſt electio celebrata cum pacto, modo, aut conditione, & nulla ipſo iure abſque vlla Iudicis declaratione. c.6. n.606. 607. & 625. p.169. & 171

Scientes, ſe fuiſſe electos pactione interueniente, ſtatim ac id ſciuierint, Prælaturas, & officia renunciare tenentur. c.6. n.588. 590. 596. 610. 620. & 625. p.167.168.170.& 171

Aliàs abſolui non poſſunt, etiamſi ſimonia occulta ſit. c.6.n.625. p.171

Electioni præſidere debet is, qui in Capitulo eſt cæteris honorabilior, & maior eſt dignitate. c. 6. n.630. p.174

Renuente honorabiliore præſidere, incumbit, & pertinet præſidentia ad antiquiorem Capituli, & ſic de antiquiore ſequenti, iſto renuente, & ſic de reliquis. c.6.n.630.631.638.& 641. p.174. 175. & 176

Tractatus de electione ante Prælati mortem, illicitus eſt. c.6.n.636. p.175

Celebrari non poteſt electio antequam Prælatus defunctus ſepeliatur. conſtitut. 6. num. 627. p.173

Limita in caſu, quo circumſtantiæ aliud poſtulent. c.6. n.628. p.173

Valeret tamen electio ante Prælati ſepulturam celebrata. c.6.n.628. p.173

Ab electorum conſenſu cauſatur electio, non ab eorum conuocatione, per hunc, aut per illum facta. conſtitutione 6. numero 641. p.176

Vbi, an conuocatio ſit de electionis ſubſtantia. n.643. ibid.

Electio inualidabitur, ſi elector non vocatus velit allegare ante confirmationem, ſui contemptum, & illum proſequi. c. 6. num. 644. p.176

Amplia etiamſi elector non vocatus, Religioſus ſit. c.6.n.647. ibid.

Allegare tamen debebit ante confirmationem ſui contemptum, niſi ignorauerit electionem, & confirmationem electi. conſtit.6. num.646. p.176

Vbi an appellatio ſuſpendat poſſeſſionem ante illam apprehenſam, reſoluitur. ibid.

Non poteſt inualidari ad alterius de Capitulo inſtantiam, neque ex officio Iudicis, ex eo quod alius non ſit vocatus. conſtitut. 6. num 645. p.176

Nullitas verò electionis pro illa infirmanda, à quolibet de Capitulo allegari poteſt. c. 6. n. 645. ibid.

Vt rata ſit Canonica electio, & valida, collegialiter celebrari debet, & provt ab vniuerſitate. c.6. n.648. & ſeqq. ibid.

Electio eſt ipſo iure nulla, ſi ſaltem duæ tertiæ partes eorum, qui debent, volunt, & commodè poſſunt intereſſe, non fuerint vocatæ, quamvis maior pars eorum, qui congregati fuerint, in vnum conſenſerint. c.6. n.648. p.176

Huiuſmodi electio nulla, ratificari non poteſt à non conuocatis, quia Collegialiter debent conſentire in ſcrutinio. conſtitut. 6. num. 649. p.177

In materia electionis nihil plus habet Capituli Præſes, ſublatâ præſidentiâ, quàm vnus ex cæteris. conſtitutione 6. numero 651. ibid.

Si duæ tertiæ partes per ſe congregentur, poſſunt præſidentem ad electionem vocare, vt die præfixa celebretur; ſed non tenentur. c.6. n.653. p.178

Terminus pro electione facienda conſtitutus eſt fauore Capituli. c. 6. num. 650. & 651. p.177

Conſtitutus etiam eſt in fauorem Eccleſiæ viduatæ. c.6. n.656. p.179

Terminum electionis abbreuiare poſſunt electores, ob commune bonum, renuente Præſidente in Capitulo præſidere. conſt. 6. num. 651. p.177

Electio horâ conſuetâ celebrari poteſt, ita vt citati expectari non debeant vſque ad finem diei; poſſunt tamen expectari. c. 6. num. 655. p.179

Electionis terminus currit de die ad diem, & de momento ad momentum. conſtit. 6. num. 656. ibid.

Electio Regularium ſecreta eſſe debet. c.6. n.657. & 661 p.180

Non poteſt fieri per litteras Regularium electio. c. 6. n.661. ibid.

Electio, vt valida ſit, debent eligentium ſuffragia, non ante ſcrutinium, ſed in ſcrutinio ipſo ſecretè, & ſigillatim exprimi. c. 6. n. 662. p.181

Electionem præcedere debet ſuffragiorum legitimatio. c.6. n.666. ibid.

Debet etiam præcedere tractatus conſultiuus, & qualis. c.6. n.666. ibid.

Oratio etiam electionem præcedere debet. c. 6. n. 669. p.182

Debet præcedere Miſſa de Spiritu Sancto. c. 6. n.670. ibid.

Item & illius inuocatio cum Hymno, *Veni Creator*. c.6 n.670. ibid.

Debet etiam præcedere iuramentum de eligendo magis idoneo. conſtitut. 6. numero 671. p.183

Debent denique præcedere abſolutio generalis, & diſpenſatio ſuper irregularitatibus, vti dictum eſt verbo *Abſolutio*, & verbo *Diſpenſatio*.

De ſubſtantia electionis canonicæ per viam ſcrutinij eſt, vt celebretur à maiori parte vocalium legitimorum, conuocatorum, & congregatorum in honeſto loco. conſtitut. 6. num. 678. p.185

Electio facta in cubiculo, & loco clandeſtino, per occulta conuenticula, & de nocte, niſi in caſu magnæ neceſſitatis, nulla eſt. c. 6. n. 678. & 699. p.185.& 189

Quando de nocte magna ex cauſa electio ſit, tres ad minus lucernæ adhiberi debent. c. 6. n.678. p.185

Quilibet honeſtus locus vbi Capitulum eſt congregatum, ad valorem electionis, & aliorum

actuum ſufficit. conſtitut. 6. numero 679. ibid.

De ſubſtantia electionis eſt, ſi canonica ſit, vt communiter in Congregatione celebretur. c. 6. n.680. p.185

Item quod ſcrutatores tres ſint, & non plures, nec pauciores. Ex priuilegio quatuor aſſumere poſſunt Caſſinenſes. c. 6. num. 681. & 682. p. 185. Vbi, quod illo gaudeat noſtra Congregatio.

Item, quod ſcrutatores de Collegio aſſumantur, aut quod cæteri electores videant, & taceant. conſtitut. 6. num.681. & 683. p.185. & 186

Poſſunt duo eſſe ſcrutatores, quando electores tantùm ſunt tres; & vnus, quando duo ſunt, vel vnus. conſtitut. 6. numero 682. p.185

Quod ſcrutatores ſint fide digni, non eſt de electionis ſubſtantia, ſed de iuſtitia. c. 6. n. 683. p.186

Quod electores iurent ſe electuros probiorem, & magis idoneum, ſecundùm veritatem cuiuſque conſcientiæ, de neceſſitate etiam eſt electionis. c.6. n.701. p.189. De neceſſitate ſcilicet præcepti.

Etiam eſt electionis ſubſtantiale, quod libertatem habeant ad ſuffragandum cui maluerint electores conſt. 6. num. 702. 703. 704. p. 189. & 190

Et quid, ſi coarctentur electores ad ſuffragandum pro vno, ex numero determinato, verbi gratia pro vno ex tribus. c.6. n.705. & 706. p. 190

De ſubſtantia item eſt electionis, vt ſingulorum electorum ſuffragia ſecretè, hoc eſt, ſeorſim ab aliis de Collegio præbeantur. c. 6. num. 684. p.186

Item, quod omnes electores, qui fuerint congregati, nullo omiſſo, ſuffragium præbeant. c. 6. n.685. ibid.

Item, vt ſigillatim, & non bini, vel terni electores, ad præbendum accedant ſuffragium. c.6. n.687. p.186

Item eſt de ſubſtantia, vt omnia ſuffragia in ſcriptis redigantur. conſtitut. 6. numero 688. ibid.

Item, vt omnia ſuffragia mox in communi publicentur, id eſt abſque interruptione actus, integer numerus ſuffragiorum publicè, quoad totam proferatur Congregationem. c.6. n.689. ibid.

Item, vt ſtatim poſt dictam publicationem fiat collectio ſuffragiorum, numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum. ibid.

Quoad Regularium tamen electiones ſola collatio numeri ad numerum eſt de illarum ſubſtantia. conſtit. 6. n. 691. & 695. p. 187. & 188

Quod facta hac collatione numeri ad numerum ſtatim ſchedulæ comburantur, eſt de electionis ſubſtantia. c.6. n.692. p.187

Item, vt facta collatione numeri ad numerum, communis electio fiat ab vno vocalium per verba numeri ſingularis, electum ſecretè in publico Capitulo eligendo, de ſubſtantia eſt electionis. conſtit. 6. num.692. & 699. p.187. & 189

Eſt etiam ſubſtantiale, vt hæc communis electio ſtatim fiat, abſque vlla morali interruptione, poſt dictam numeri ad numerum collationem. c.6. n.694. & 699. p. 188. & 189

Item, vt maior eligentium pars in vnum conſentiant, eſt de electionis ſubſtantia. c.6. n.695. p.188

Item, vt communis electio præfata, voce expreſſa, & clara fiat. Non enim ſufficit quilibet alius actus, qui illam importet. c. 6. num.698. p.189

Denique eſt ſubſtantiale electioni Canonicæ per ſcrutinium, vt omnia prædicta per ordinem, vt adnumerata ſunt, fiant, & non præpoſterè. c. 6. n.700. p.189

Quomodo, & à quo fieri debeat communis electio, & quomodo in Congregatione noſtra. c. 6. n.693. p.187

Scrupulo non caret nullitatis electionis, quod electores inter ſe ſecretè electionem retineant vſque ad aliam ſeſſionem. c.6. n.694. p.188. Vide quoad noſtram, c.15.

Quid Marcus Vidal ſentiat circa formam electionum Regularium, refertur, & improbatur. c.6. n.694. ibid.

In computatione maioris numeri, ſeu partis ſuffragiorum, ſolùm habetur ratio de iis, qui in eadem electione ſuffragium præbuerunt, non de iis, qui à loco deceſſerunt electionis, nec de iis, qui votare noluerunt, nec de iis, qui ad eligendum venire noluerunt. c.6. n.695. 696. & 697. p.188. & 189

Electio eſt, *vnum ex pluribus voluntariè capere.* c.6. n.702. p.189

Libertas aufertur electoribus per metum rationabilem cadentem in virum conſtantem, reipſa illatum. c.6. n.703. ibid.

Immò per quemlibet metum etiam reuerentialem, & timorem quemlibet. c.15. num. 17. & 18. p.354

Aufertur per preces importunas, per promiſſiones, & per verba aſpera potentis. c. 6. num. 704. p.190

Libertas tollitur electoribus, & nulla fit electio, ſi alius quàm Papa reſtringat facultatem eligendi, ita vt talis perſona, aut tale perſonarum genus eligi non poſſit. conſtitut. 6. num.705. ibid.

Nulla erit electio, ſi ad tres, vel quatuor perſonas particulares arctetur. conſt. 6. num. 706. p.190

Libertas læditur electionis, ſi Superior ante illam dicit: *Ne dentur ſuffragia tali Religioſo, quia non eſt illum confirmaturus*; & grauiter ille peccat. c. 6. n.705. ibid.

Statutum excludens ab electionibus certum genus perſonarum, eſt contra ius. conſt.6. num.706. p.190

Vbi quod arctetur electio, ſi aliqui excludantur, omiſſis aliis. ibid.

Omiſſo aliquo de ſubſtantialibus electionis, ex iuris Canonici præſcripto, ſine neceſſitate, ſaltem ipſo iure nulla eſt electio. c.6. n.709. & 710. p.191. & 192

Quod verum eſt, quamvis aliqui dicant contrarium, in caſu quo aliàs ſeruentur ea, quæ de iure naturæ electioni ſunt debita. c. 6. n. 708. p.191

Concedunt tamen huiuſmodi Doctores, eſſe electionem annullandam. conſtitut. 6. num. 708. ibid.

Forma naturalis electionis, eſt liber eligentium conſenſus.

conſenſus. conſtitut. 6. num. 708. & 709. p.191

Electoribus concedit Papa facultatem non abſolutam, ſed reſtrictam, & cum conditionibus ſibi benè viſis, quibus non ſeruatis, electio inualida euadit. conſtitut. 6. numero 710. p.192

Valida non euadebit electio, ſi poſt publicationem, qui vocati non fuerant, illi ſuffragentur, qui maiorem partem votorum in ſcrutinio non habuerat.c.6.n.695. p.188

Concilij Tridentini decretum *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 6.* circa ſecretum electionum Regularium, quomodo ab aliquibus interpretetur. c. 6. n.711. p.192

Nulla redditur electio, ſi vnus electorum publicè, Capitulo permittente, ſuum manifeſtet ſuffragium, etiam per ignorantiam. c. 6. num. 712. ibid.

Huiuſmodi poteſt à Prælato à Capitulo excludi, niſi ignoranter manifeſtauerit. c. 6. num. 713. p.193

Poſſunt etiam excludi omnes alij audientes, & tacendo ratificantes manifeſtationem. c.6.n.714. ibid.

Non redditur nulla electio, ſi ante, vel poſt electionem aliquis electorum diceret, ſe velle eligere, vel elegiſſe hunc vel illum; quia dicto illo non obſtante, potuit pro alio ſuffragium ferre, aut tuliſſe. conſtit. 6. num. 715. p.193

Nec redditur nulla, ſi per malitiam, aut errorem vna oſtenderetur ſchedula, dummodo non præſumatur cauſa ob quam talis ſequuta fuerit electio.c.6.n.715. ibid.

Electio poteſt eſſe publica, & valida in caſu quo duo tantùm ſint in Capitulo, & vnus alterum eligat conſentientem. conſt. 6. num. 716. p.193

Forma electionis à Tridentino præſcripta pro Regularibus, quoad ſecretudinem, ſeruanda eſt in electionibus intermediis, quas Reuerendiſſimus noſter Generalis, cum Abbatibus, & Diffinitoribus celebrat. conſtit. 6. num. 717. ibid.

Nullæ ſunt electiones Regularium per communem inſpirationem, aut per compromiſſum celebratæ. c.6. n.717. ibid.

Quælibet electio ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica per ſortes celebrata, nulla eſt; ſecus ad temporalia. conſtitut. 6. num. 718. p.193

Nulla eſt electio Eccleſiaſtica per abuſum ſæcularis perſonæ celebrata; & quando talis interueniat abuſus. conſtitut. 6. num. 719. p.194

Electio per ſcrutinium celebrata, in qua omnes ſchedulæ poſt ſcrutinium, & ſuffragiorum numerationem coram Capitulo non cremantur, nulla eſt. conſtitut. 6. numero 720. ibid.

Nulla eſt etiam electio, quæ lite pendente ſuper præcedente electione, de nouo celebratur; & quæ fit, prima legitimè non annullata.c.6.n.721. & 756. p.194.& 204

Nulla redditur electio ipſo iure, ſi electus ad dignitatem extra ſuum Monaſterium, aſſenſum præſtat abſque Superioris licentia petita & obtenta. conſtitut. 6. numero 728. p. 197

Propriè dicitur electio, quando Prælatus eligitur; impropriè quando dignitas, Canonicus, aut beneficiarius. conſtitut. 6. num. 744. p.201

Electio digni, omiſſo digniore, valida eſt in foro exteriori.c.6.n.767. p.206

Electiones non liberè, ſed coactè celebratæ, nullæ ſunt. c.6. n.1044. p.272

Metus etiam reuerentialis cogit, & nullas reddit electiones.c.6.n.1044. ibid.

Nullæ ſunt electiones ſi capita factionum ſcrutatores illarum ſint. conſtitut. 6. num. 1044. ibid.

Item ſunt nullæ, quæ celebrantur ab iis, qui experti ſunt, ſe iniuriam, & damnum paſſos ab iis, ad quorum arbitrium ſuffragium non tulerant. c.6. n.1045. p.272

Non ſolùm ſunt nullæ tales electiones, ſed illicitæ, etiam ex parte ſuffragantium; quia non ſunt votorum domini, ſed adminiſtratores. c. 6. n.1045. ibid.

Indebitæ ſunt electiones, ſi celebrantur contra ſacros Canones, quod multis modis fieri declaratur. c.6.n.1046. p.273

Indebitis electionibus Generales occurrere tenentur, ſub peccato mortali. conſt.6. num.1047. ibid.

Omnia iura, quæ de collatione loquuntur, de electione etiam intelliguntur. conſt.6. num.1089. p.282

Si electio facta fuit tempore, quo quis erat habilis, validè illam acceptat dum excommunicatus exiſtit.c.6.n.1097. p.284

Electio eſt nulla, ſi electus electionis tempore patiebatur defectum ætatis, ſcientiæ, aut Ordinis. c.6. n.1123. p.290

Non vitiatur electio, ſi antequam celebretur, ab eligendo petatur aſſenſus, dummodo iſte non conſentiat. conſtitut. 6. numero 1154. p.297

Aliquando vtile eſt aſſenſum eligendi requirere. c.6. n.1154. ibid.

Electiones Cathedralium, & Regularium ad Superiorem deuoluuntur, ſi intra ſemeſtre non celebrentur; & ſi intra aliud ſemeſtre ille non eligat, ad alium deuoluuntur Superiorem, vſque ad Papam. Limita niſi iuſta non eligendi interueniat cauſa. conſt. 6. num.1157. p.297

Electio die feſto à Regularibus fieri poteſt. c.6. n.1158. ibid.

Non redditur nulla electio, ſi in fraudem electi omittitur illius publicatio. c. 6. num. 1159. ibid.

Contra electionem contradictio fieri poteſt, ante confirmationem. conſtitut. 6. num. 1160. p.297

Si legitimus contradictor ſe opponat electioni factæ de perſona ineligibili, aut de eius ineligibilitate eſt graue dubium, non tenetur Monaſterium expenſas litis electo miniſtrare.c.6.n.1161. ibid.

Quinam ſint legitimi contradictores electionum. c.6. n.1163. p.298

Quomodo libellum appellationis ſuper electione contradictores formare debeant. c.6. n.1163. ibid.

Electio celebrata non ſeruatâ formâ iure humano præſcripta, reiterari poteſt ante Iudicis ſententiam, pendente appellatione. c 6.n.1164. ibid.

Congregatio noſtra habet formam electionis canonicæ, in parte diſtinctam à præſcripta in iure Canonico. conſtitut. 15. numero 1. p.149

Dicta forma pro noſtris electoribus ſubſtantialis eſt. c.15.n.3. p.350

Si in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum extra noſtram Congregationem, non ſeruatur forma in iure præſcripta *in cap. Quia propter, de elect.* ſunt nullæ ipſo iure. c.6.n.678. p.185. & c.15.n.3. & 4. p.350

Procedit enim dicti capitis diſpoſitio etiam in electionibus Regularium. ibid.

Amplia, etiamſi vnum tantùm ad formam ſpectans omittatur. c.15.n.5. p.350

Formam pro noſtris electionibus ſubrogauit Paulus V. in locum formæ à iure præſcriptæ. c.15. n.1.& 4. p.349.& 350

Si ea, quæ pro forma electionis præſcribuntur eo ordine, quo ordinata ſunt, non exequantur, eo ipſo eſt nulla electio. conſt. 15. num.5. & 6. p 350.& 351

Electiones intermediæ noſtræ Congregationis, vbi celebrari debeant. conſtitut. 15. numero 34. p.361

Electio ex defectu formæ non ſeruatæ eſt nulla ipſo iure. c.6. n.709. & 1046. & c.15.n.724. p.357

An Generales ſupplere poſſint defectus electionum Prælatorum. c.6. n.758. p.204

Electio Prælatorum, & Miniſtrorum Eccleſiæ ad ſolum ſpectat, Papam per ſe ſolum, vel per alios, quos voluerit, celebranda. c.15. num.7. p.351.

Pro electionibs ab aliis celebrandis præſcribit Papa conditiones ſibi benè viſas, quibus non ſeruatis, & adimpletis, nulliter celebrantur electiones. c.15.n.7. ibid.

Congregatio noſtra nullam conſtitutionem, aut diffinitionem contrariam in toto, aut in parte conſtitutionibus D. Facundi à Paulo V. confirmitas, circa electiones condere poteſt, abſque ſpeciali priuilegio, expreſsè facultatem ad id concedente. c.15.n.8. ibid.

Nec illas ampliare valet, vulgò *Hazer en fauor es (?) ſor e cuas*: nec illas authentice, diffinitiuè, & iudicialiter declarare. c.15.n.8. 11. & 13. p.351. & 352

Electiones factæ in noſtra Congregatione, ſuffragante aliquo, qui non ſit de adnumeratis à Paulo V. nullæ ſunt, & irritæ ſi non adſit ſpecialis facultas Apoſtolica poſterior. c.15. n.24. p.357

Electio in quo differat à confirmatione. c.6.n.772. p.207

Differt à præſentatione electio, in eo, quod electio eſt ius ſpirituale, tribuens electo ius in re in habitu Prælaturæ, & adminiſtrandi illam; præſentatio verò ſolum tribuit ius ad rem. c 6. n.772. p.207

Electio per habiles, & inhabiles celebrata, nulla eſt c.15.n.24.& 26. p.357

Nulla eſt etiam, quæ contra formam conſtitutionum celebratur. conſtitut. 15. numero 3. p.350

Alia vide verb. *Abbas*, verb. *Ambitio*, verb. *Capitulum*, verb. *Excommunicatus*. verb. *Generalis*, verb. *Interdictũ* verb. *Irregularis*. verb. *Libertas*. verb. *Simonia*, verb. *Subornatio*, verb. *Suſpenſi*, & verb. *Conuocare*.

Electores.

Abbatum, & aliorum Prælatorum electores, profeſſi eſſe debent, ſaltem tacitè. c.6. num. 468. p.143

Debent electores eſſe Clerici, id eſt ad chorum deputati, non conuerſi. conſtit. 6. num. 469. ibid.

Electores eſſe debent Ordine ſacro initiati, ſi priuilegium, aut conſuetudo non adſit in contrarium. c.6.n.470. p.143

Voce actiua priuatur, cui prohibetur eligere ſine Prælati licentia. conſtitut. 6. numero 474. ibid.

Qui ſine priuilegio in loco interdicto celebrauit, voce actiua, & paſſiua priuatur. c. 6. num.475. p.143

Voce actiua ad primam electionem priuantur, qui ſcienter indignum eligunt, aut poſtularunt. c.6. n.476. ibid.

Hæc pœna, in Peyrini ſententia, non incurritur in electione Prælati Regularis. conſt.6.num.476. ibid.

Qui ſcienter ſuffragantur excommunicato denunciato, aut notorio Clerici percuſſori, peccant mortaliter, & voce actiua priuantur, donec à ſuo Superiore veniam conſequantur. c. 6. n. 477. & 479. p.144

Electores debito tempore non eligentes, voce actiua pro illa vice priuantur. c. 6. num. 481. ibid.

Poſſe electores vnanimi conſenſu admittere ad electionem extraneum, ſunt qui aſſerant; ſed contradicit Tridentinum. conſtit. 6. num.482. ibid.

Poſſunt electores electionem in Superiorem reiicere. c.6.n.483. p.144

Hanc reiectionem ſemel factam reuocare non poſſunt. c.6 n.484. ibid.

Si Superior non eligit intra tempus præſcriptum, electio ad alium deuoluitur immediatum Superiorem. c.6.n.484. ibid.

Poſſunt electores compromittere electionem, viris probis illam committendo. c.6. n.483. & 485. p.144. & 145

Si compromiſſarij intra tempus præſcriptum non eligant, ad Superiorem proximum deuoluitur eligendi poteſtas. conſtitut. 6. numero 484. p.144

Poſſunt electores ſecretò conuenire, ne fiat electio, vt deuoluatur ad Superiorem. c. 6. num. 485. p.145

Si quatuor ſint electores, poſſunt duo impedire electionem, vt deuoluatur ad Superiorem c.6. n.485. ibid.

Poteſtas eligendi poſita eſt in libera eligentium voluntate. c.6.n.485. ibid.

Electores poſitis ſchedulis in vrna, ſuffragia variare non poſſunt. conſtitut. 6. num. 486. p.145

Elector, qui ante ingreſſum Capituli non format conſcientiam ſuam, & non cogitat de eligendo, & illius non conſiderat conditiones, multùm negligens eſt. conſtitut. 6. num. 486. ibid.

Qui aliquam electionem, vel modum electionis approbauit, poſtea contra dicere non poteſt. c.6. n.487. ibid.

Electores in Capitulo congregati, antequam eligant,

gant, iurare debent ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores, & magis idoneos ſe electuros. conſtitut. 6. numero 488. p.145

Debent diligentiam facere vt eligendum cognoſcant. c.6.n.489. ibid.

Peccant mortaliter, ſi debitas non adhibeant diligentias.c.6.n.489. ibid.

Quibus adhibitis, non peccant, ſi indignum elegerunt. c.6.n.503. p.147

Illis adhibitis dum illum indignum non cognoſcunt, dignum illum reputare debent. c.6.n.490. p.145

Debent tractatus conſultorios de qualitatibus bonis, & malis eligendorum, ſeruatâ iuſtitiâ, charitate, veritate, & recta intentione, ante electionem facere, vt dignior præferatur. c. 6. n.491. ibid.

Tractatus conuentionales, & conditionales omnino illis prohibentur. c.6.n.491.492. & 493. p.145. & 146

Proponitur caſus difficultate non carens. conſt. 6. n.495. p.146

Tenetur elector reuelare crimen eligendi, quem ſcit fore pernicioſum communitati; non tamen, quem ſcit fore pernicioſum alicui priuato. c. 6. n.494. ibid.

Limita primùm, ſi illud ſciat extra confeſſionem. c.6.n.508. p.149

Indignum nunquam ſine culpa eligit mortali. c. 6. n.496. ibid.

Electores, qui eligunt per abuſum ſæcularis poteſtatis, per triennium ſuſpenduntur ab officio, & beneficio, & priuantur eligendi poteſtate.c.6. n.465. p.141

Vbi explicatur quid ſit eligere per abuſum ſæcularis poteſtatis. Vide etiam n.719. p 194

Eligentes indignum, participes fiunt omnium peccatorum eius. c.6. n.496. & 499. p.146. & 147

Indignum eligentes, peccant contra iuſtitiam diſtributiuam, & contra commutatiuam. c. 6. n.497. p.146

Et tenentur ad reſtitutionem. conſt. 6. num. 499. p.147

Suffragando peccatori notorio, publico, aut famoſo, in plurimum mortaliter peccant, ſicut electioni conſentientes. conſtitut. 6. num. 504. ibid.

Limita in caſu, quo in Congregatione, aut Conuentu, &c. idoneus non reperiatur, niſi ille. c.6. n.505. & 506. p.148

Peccatorem occultum, quem credunt quamprimùm ſurrecturum, eligere poſſunt; ſecus, quem ſciunt habere animum in peccato perſeuerandi. c.6. n.507. ibid.

Quem extra confeſſionem ſciunt electores communitati pernicioſum fore, quia eſt malæ conſcientiæ, & vitæ, ſi aliâ viâ eius electionem impedire non poſſunt, tenentur eius reuelare delicta. c 6. n.508. p.149

Qui ſolùm ex confeſſione ſciunt aliquem indignum, poſſe illi negare ſuffragium; & ſi illis ſuffragentur, incorrere ſuſpenſionem, ſunt qui aſſerant. conſtitut. 6. numero 509. ibid.

Sed contraria ſunt vera. c.6. num. 510. & ſeqq. ibid.

Electores, quà actu tales, in actu ſcilicet electionis, inter ſuperiores adnumerantur à Clemente VIII. conſtitut. 6. num. 520. & ſeqq. p.151

Conſiderantur electores inchoatiuè, & completiuè. In primo ſtatu ſunt perſonæ priuatæ; in ſecundo ſunt iuris vniuerſalis. In primo non ſunt ſuperiores; ſunt tamen in ſecundo. c.6. à n.521. ibid.

Nunquam licet electori, indigno ſuffragari, quamvis ſciat, non poſſe ſuo proficere voto, pro digno aut digniore eligendo. c.6. n.538. & 542. p.154

Indignum eligere eſt intrinſecè malum. c.6.n.538. ibid.

Mortaliter peccat elector indigno ſuffragando, etiamſi ſperet, quod ille futurus ſit frugi, in Prælatia conſtitutus. conſtitut. 6. num.539. p.155

Elector quiſque in ſecreto, & in publico tenetur facere quantùm poteſt, ne indignus eligatur. c.6. n.540. ibid.

Sub mortali tenentur ad dignitatem, etiam animarum cura carentem, ſanctiorem, & doctiorem eligere. conſtitut. 6. numero 543. p.156

Quis ſanctior, & Doctior ad hunc cenſeatur effectum, explicatur. c.6. n.550. & 551. p.156. & ſeq.

Poteſt tamen, & debet relicto digniore extraneo, dignum naturalem, ſeu eiuſdem Eccleſiæ, aut Monaſterij eligere. c.6. n.552. ad 559. p.157. & 158

Dignior an ſit, quoad electionem, qui nunquam peccauit, an qui malus fuit? c. 6. num. 562. p.158

Eligens dignum, relicto digniore, mortaliter peccàt. c.6. num.563. 768. & 899. p.158. 206. & 240

Si vnus ex tribus eligendus eſt, dignus, dignior, aut digniſſimus, poteſt, & debet elector digniori ſuffragari, ne dignus eligatur, ſi cognoſcat alios electores dignis ſuffragaturos. c. 6. n. 564. p.158

Quando omnes alij electores minùs dignum eligere volunt, poteritne quis pro bono pacis conſeruando illi ſuffragari. conſtit.6. num.564. ibid.

Electores in Religionibus ſunt in triplici differentia. c.6.n.565. p.159

Renunciare voci ſuæ actiuæ, an ſine mortali culpa poſſint electores Regulares. c.6.n.566.& ſeqq. ibid.

Electores præſentes, qui ob iuſtum impedimentum accedere non valent ad electionis locum, poſſunt Procuratores conſtituere, ſeruatis aliquibus conditionibus. c.6. n.557. & 564. p.157. & 158

Prima, vt non detur ſpeciale mandatum de certa eligenda perſona. conſtitut. 6. numero 657. p. 180

Limita, ſi electio ſit Prælati, vel officialis Regularis. c.6. n.661. ibid.

Secunda, vt abſentes ſint in loco, vnde euocari poſſint. c. 6. n. 657. ibid.

Tertia, quod iuſto impedimento detenti accedere non poſſint. conſtitut. 6. numero 657. ibid.

Quarta, quod Procuratores ſpeciale habeant mandatum ad iurandum ſuper dictum impedimentum. c.6.n.657. p.180

Quinta, vt Procuratores de electorum numero ſint.

ſint. c.6. n.659. p.180

Poſſunt etiam extraneos conſtituere Procuratores, ſi intereſſentes electioni velint. c. 6. num. 659. ibid.

Plures poſſunt conſtituere Procuratores, in ſolidum tamen; & quis illorum præferendus. c.6.n.660. p.180

Electores etiam non impediti, Procuratores conſtituere poſſunt, ſi illos alij de Capitulo ad electionem admittere volunt. c. 6. num. 658. ibid.

Procurator non poteſt vnum nominare nomine ſui principalis, & alium nomine proprio, ni habeat ſpeciale mandatum de aliquo nominando. Quod tamen mandatum dari non poteſt pro electione Prælati, aut officialis Regularis. c.6. n.661. p.180

Procurator ſtatim ac qui illum conſtituit, moritur, ceſſare debet; facta tamen ab eo ante mortis notitiam, valida erunt. conſtit. 6. num.663. p.181

Non tenet Procuratoris ad electionem conſtitutio, quando in contrarium adeſt ſtatutum à Sede Apoſtolica approbatum. conſtit. 6. num. 665. ibid.

In quibus Congregationibus ſimile adſit ſtatutum. c.6. n.665. ibid.

Electoribus licet ſuffragia variare ante publicationem, & poſitionem ſchedularum in vrna, non tamen poſt publicationem eorum in communi factam. conſtitut. 6. num. 690. p.187

Maior ſuffragiorum pars, ſanior præſumitur, ſi perſona electa indigna non ſit. c. 6. num. 691. ibid.

Quomodo, & à quo fieri debeat communis electio, & quomodo in noſtra fiat Congregatione. c. 6. n.693. p.187

Electores, qui ad electionem venire noluerint, compellendi non ſunt, niſi Eccleſiæ interſit, aut Religioni. conſtitutione 6. num. 696. p.188

Poſt publicationem electionis, intra octo dierum terminum, poſtquam commodè potuerint, tenentur electores, ſub pœna ſuſpenſionis, per tres annos, ab omnibus ipſius Eccleſiæ beneficiis, in authentica forma electo intimare electionem, & eius aſſenſum petere. c.6.n.725. p.197

Si intra dictos octo dies electionem non intimant, in foro externo ſuſpenſi præſumuntur, niſi probent ſe in culpa non fuiſſe. c. 6. n. 726. ibid.

Non ſolùm peccant mortaliter indignum eligentes, ſed tenentur reſtituere communitati omnia damna ex tali electione ſequuta. c.6. num.899. p.240

Scienter eligentes indignum, priuantur pro illa vice facultate eligendi. conſtitut. 6. num. 900. ibid.

Secus ſi ignoranter, in quo caſu ad illos deuoluitur facultas illa. conſtitut. 6. num. 992. p.256

Electores ſuffragari non poſſunt his Prælatis, qui non ſic ſubditis de neceſſariis prouident, ſicut ſibi ipſis. c.6.n.1031. p.267

Sub lethali tenentur culpa indagare eligendorum mores, in Ordine ad vtilitatem Religionis, in qua degunt. conſtitut. 6. n. 1045. p.272

Non excuſantur ſi dicant ſe ſtare iudicio capitis factionis; quia illius iudicium non poteſt eſſe ſanum, ſed perturbatum ab affectu dominij, &c. conſtitutione 6. numero 1046. p.273

Si omnes ad electionem præter vnum venire noluerint, aut ſint excommunicati, ille ſolus eligere poterit. conſtitut. 6. numero 640. p.175

Et idem, ſi alij exeunt; ſed ſeipſum eligere non poterit. n.640. ibid.

Si elector non vocatus ad electionem, velit allegare ſui contemptum, & illum proſequi, electio inualidabitur. c.6.n.644. p.176

De Conuentus tamen conſenſu, non ſine illo. c.6.n.78.79.& 146. p.70.& 83

Vt in noſtra Congregatione poſſit fieri tranſitus de vno ad aliud Cœnobium, vulgò *prohijarſe*, præter authoritatem Reuerendiſſimi Generalis, conſenſus deſideratur Abbatum, & Conuentuum vtriuſque Cœnobij. conſtitutione 6. numero 147. & 149. p.84

Abbates exempti, & Papæ non immediatè ſubiecti, poſſunt ad aliam Religionem tranſire de ſui Superioris licentia. conſtit. 6. numero 150. ibid.

Poſſunt etiam Generales ad ſtrictiorem tranſire Religionem, petitâ, & non obtentâ licentiâ, non tamen illâ negatâ. conſtitut. 6. num. 150. ibid.

Poteſt tota vna Domus de vna ad aliam Congregationem, aut Religionem tranſire. c.6.n.152. pag.85

De facto tranſiuit Cœnobium Leyetenſe. conſt. 6. num.152. ibid.

Aſſignantur cauſæ ob quas licitus eſt tranſitus à ſtrictiori ad laxiorem Religionem. c.6. n. 157. & ſeqq. p.86

Religioſus Clericus poteſt ex cauſa à Prælato ad conuerſum transferri, dummodo in ſacris non ſit. conſtitutione 6. num. 153. & 155. p.85. & 86

Omnes Religiones ſunt de iure poſitiuo. c.6. numero 148. p.84

Prælati ſine conſenſu maioris partis Conuentus admittere non poſſunt ad habitum, & profeſſionem. c.6. n.146. p.83

In profeſſione quidam celebratur contractus inter profitentem,& Monaſterium,in quo hoc ſe obligat ad illum alendum. conſtitut. 6. num.146. ibid.

Profeſſio facta ſine conſenſu Prælati, & maioris partis Capituli, non ſolùm venit annullanda, ſed eſt nulla ipſo iure. conſtitut. 6. num. 14[illegible]. ibid.

In ſede vacante nemo poteſt ad profeſſionem admittere. c.6.n.146. verſ. Hinc.

Pro diſpenſatione ad tranſitum de vna ad aliam Religionem, lenior ſufficit cauſa, ſi profeſſio fuit emiſſa in ſtrictiori ante annos 25. ætatis. c.6.n.168. p.87

Qui de vna ad alteram tranſiuit Religionem, integrum annum debet agere Nouitiatus, &

& nouam profeſſionem emittere. c. 6. n. 175. ibid.

Amplia etiamſi ad hoc, vt Prælatus ſit, transfeat. c. 6. n. 176. p. 88. Limita in aliquorum ſententia.

Qui ſub vna Regula de vna ad aliam Congregationem tranſiuit, nouum, probationis annum agere debet. c. 6. n. 177. 178. ibid.

Non tamen debet nouam emittere profeſſionem. c. 6. n. 178. p. 88

Nec quando tranſiuit de Papæ licentia, addit Tamburinus. c. 6. n. 178. ibid.

Intra ſex menſes profiteri debet præſentatus ad Prælatiam alterius Ordinis: Et idem eſt de Clerico ad illam præſentato. c. 6. num. 176. ibid.

Legitimè ab vna ad aliam Religionem tranſlati, ad obſeruantias prioris Religionis non tenentur. c. 6. n. 179. ibid.

Nec tenentur ad ſpecialia vota in priori emiſſa, vltra tria eſſentialia. c. 6. n. 180. ibid.

Pœnæ quibus afficiuntur tranſlati ad aliam Religionem, recenſentur à num. 181. ad 186. p. 89

Tranſlati ad aliam Religionem, locum habere debent in ea, iuxta tempus in quo habitum ſuſceperunt in ea, vel profeſſionem emiſerunt. c. 6. n. 187. ibid.

Si tamen fuerint tranſlati vt Prælati ſint, primum debent habere locum; & finita Prælatia, habent primum poſt Prælatum locum, niſi lex, aut conſuetudo obſtet. c. 6. n. 188. p. 90

Tranſlati de vna Congregatione, aut Prouincia ad aliam eiuſdem Ordinis, locum habent iuxta tempus primæ habitus aſſumptionis, aut primæ profeſſionis. conſtitut. 6. num. 189. ibid.

An Monachus exemptus, tranſlatus ad Monaſterium non exemptum, remaneat exemptus. c. 6. n. 190. p. 90

Quæcumque bona ad Religioſum licitè tranſlatum pertinentia, ante ſecundam actualem profeſſionem, ad prius pertinent Monaſterium. c. 6. n. 191. ibid.

Ad ſecundum verò pertinent poſt ſecundam profeſſionem, ſi illud capax ſit bonorum in communi. c. 6. n. 193. ibid.

Si indebitè fuit tranſlatus, bona, quæ ad illum pertinent, ad primum ſpectant Monaſterium. c. 6. n. 192. ibid.

Legatum conditionale Religioſo tranſlato ad Monaſterium capax relictum, ſi conditio impleta eſt poſt ſecundam profeſſionem, ad ſecundum pertinet Monaſterium. conſtit. 6. n. 194. ibid.

Qui profeſſus in Religione bonorum incapaci, transfertur ad illorum capacem, poſt profeſſionem in illa recuperat ius ſuccedendi, & bona ſibi poſt ſecundam delata profeſſionem cenſentur ad fauorem ſecundæ Religionis, ſeu Monaſterij. c. 6. n. 195. ibid.

Secus dic de bonis Religioſo ante tranſlationem delatis. ibid.

Qui nulla facta diſpoſitione bonorum, profeſſus fuit in Religione incapaci bonorum, illius bona venientibus abinteſtato fuerunt acquiſita. c. 6. n. 196. ibid.

Tranſlati de Religione incapaci bonorum ad capacem, authoritate Apoſtolica, non recuperant bona, quæ habebant ante profeſſionem in prima factam Religione. conſtit. 6. num. 197. pag. 91

Debitè tranſlatus ad aliam Religionem, veſtes ſecum licitè defert. conſtit. 6. num. 198. ibid.

Defert etiam licitè libros manuſcriptos à ſe compoſitos. c. 6. n. 199. ibid.

Monialis ad alium tranſiens Monaſterium, an ſecum ſuam dotem deferre valeat. c. 6. n. 200. ibid.

Vſusfructus bonorum priori Monaſterio acquiſitorum, per profeſſionem tranſeuntis ad aliud non perpetuò, ſed pro aliquo tempore, ſecundo debetur vſque ad quantitatem pro illius victu, & veſtitu neceſſariam; ſi tamen ſecundo Monaſterio inutilis ſit. conſtit. 6. num. 201. ibid.

Quæ acquirit Religioſus ad tempus, & non perpetuò tranſlatus, priori cedunt Monaſterio. c. 6. n. 202. p. 92

Recipientes Religioſum alterius Ordinis, peccant mortaliter ſi contra iuris ordinem recipiant. c. 6. n. 203. ibid.

Qui ad alienam tranſierat Religionem, ad propriam redire poteſt, antequam in aliena profiteatur; & debet admitti, ſiue cum licentia, ſiue ſine illa tranſierit. conſtitut. 6. num. 211. pag. 93

Redeuntes ad propriam Religionem, in pœnam ſuæ leuitatis poſſunt puniri, ſi abſque iuſta tranſierunt cauſa; & de facto Clerici minores priuantur voce, &c. conſtitut. 6. num. 212. ibid.

Prædicatores Minores, & Auguſtiniani prohibentur recipere Carmelitanos ſine licentia Generalis, ſub pœna priuationis, &c. conſt. 6. n. 209. p. 93

Pro recipientibus Religioſos aliorum Ordinum, vide verb. *Excommunicatio.*

An Epiſcopi Religionem ingredi poſſint, vide verb. *Epiſcopi.*

Prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, ſi exempti ſint, poſſunt Religionem ingredi abſque vlla licentia; ſi non exempti, petitâ, & non obtentâ à ſuis Ordinariis. c. 6. n. 225. pag. 95

Ære alieno grauati, & ad debitum ſoluendum obligati, Religionem ingredi prohibentur, multis caſibus exceptis. c. 6. n. 229. & ſeqq. p. 96

Qui ære alieno grauatus profeſſionem emiſit, quomodo procurare teneatur ſolutionem, & an teneatur Religio. c. 6. n. 247. p. 98

Obligati ad ratiocinia reddenda, ſiue publica ſint, ſiue priuata, Religionem ingredi prohibentur. c. 6. n. 248. 249. & 250. p. 98

Limita, ſi lis, vel moleſtia ex huiuſmodi cauſa iam ſit eis illata, vel inferenda timeatur. c. 6. n. 252. p. 99

Limita & in caſibus, de quibus à num. 253. ibid.

Amplia in hærede illius, qui ad ratiocinia reddenda tenebatur. conſtitutione 6. num. 259. ibid.

Profeſſio emiſſa ab obligatis ad ratiocinia, hodie valida eſt. c. 6. n. 251. ibid.

Qui grauiſſimis delictis infamati, de eis interrogati tacuerunt in habitus ſuſceptione, & profeſſione, expelli poſſunt à Minoribus, & à gaudentibus eorum priuilegiis. conſtit. 6. à num. 267. pag. 100

Amplia

Amplia etiamſi eorum delicta non ſint ad forum deducta contentioſum. conſtitut. 6. num. 270. pag.101
Religioſi, fictione iuris dicuntur mortui mundo. conſt. 6. num.289. p.103
Poſt profeſſionem obligationes incurrunt naturales. conſtit. 6. num.286. ibid.
Habens parentes in tanta neceſſitate conſtitutos, vt eis aliter ſubueniri non poſſit, niſi per ſuum obſequium, Religionem ingredi non poteſt. conſtitut. 6. num. 272. p.101
Si filium iam profeſſus genuit, illi conſulere debet. c.6.n.286. p.103
Tenetur exire petitâ, & non obtentâ licentiâ, & contradicente Prælato ad ſubueniendum fratri, ſorori, immò & cuilibet proximo extremè laboranti. conſtitut. 6. numero 294. pag.104
Limita ſi alio modo non poſſit ſubuenire. c. 6. num. 294 ibid.
Si Frater, aut Soror extremè non indigeat, exire non tenetur. conſtitutione 6. numero 295. ibid.
Habens filium grauiter indigentem ipſius ſubuentione, Religionem ingredi non poteſt. c. 6. num.297. p.105
Mortaliter peccant, tam ingredientes, quàm recipientes. conſtitutione 6. numero 298. ibid.
Si relinquat filium extremè indigentem, & non habeat modum alium, quo illi ſubuenire poſſit, tenetur exire petitâ, & non obtentâ licentiâ, & repugnante Prælato. conſt. 6. num.299. pag.105
Amplia etiamſi filius non extremam, ſed magnam patiatur neceſſitatem. conſt.6. num. 300. ibid.
Perſona diuerſi ſexus in Monaſterio admitti non poteſt, & eius profeſſio eſt nulla. c. 6. n.301. ibid.
Nulla eſt profeſſio, quoties conſenſus profitentis, aut admittentium deficit. conſtitut.6.num.301. ibid.
Monialis in virum mutata, permanere in Religione non tenetur, nec Religioſus mutatus in fœminam. conſtit. 6.n.307. p.107
Impotens ad obſeruantias Regulares, ad ingreſſum impeditur Religionis. c.6.n.315. p.109
Peccant inplurimùm mortaliter iſti impotentes ingredientes, & illos recipientes. c.6. num.315. & 316. ibid.
Quatuor de cauſis ſolent Religiones ad habitum recipere. c.6.n.319. p.109
Profeſſio emiſſa ab impotente ſeruare præcepta, etiam accidentalia Religionis, nulla eſt iure naturæ, in Ledeſmæ ſententia. c. 6. num.320. & ſeqq. ibid.
Secus in aliorum placito; ſi tamen adſit admittentium conſenſus. n. 324 p.110
Qui toto probationis anno infirmus fuit, ad profeſſionem admitti poteſt. conſt. 6. num. 325. ibid.
Nulla eſt profeſſio illius, qui interrogatus de morbo Gallico, aut alio incurabili defectum tacuit, ſi ex parte Religionis fuit proteſtatum. c.6.n. 326. ibid.
Immò in multorum ſententia eſt nulla, etiamſi proteſtatum non fuerit. conſt.6. numero 327. p.111
In illorum ſententia poſſunt huiuſmodi liberè exire, & etiam expelli. conſt.6. numero 327. ibid.
Alij appoſitum docent. c.6.n.329. ibid.
Poſſunt expelli à Religione habente ſtatutum à Papa confirmatum, id permittens. c. 6. n.329. ibid.
Praxis aliquarum Religionum illos expellentium refertur. c.6.n. 329. ibid.
Vrbanus VIII. expulſionem prohibuit ob alias cauſas, quàm ob incorrigibilitatem. conſt. 6. num.329. ibid.
Vi, & metu ad ingreſſum Religionis cogentes, & coactos ſcienter recipientes, lethaliter peccant. c. 6. n.330. & 332. p.112
Quod peccent etiam recepti, ſunt qui aſſerant; ſed veriùs negamus. c.6. n.333. ibid.
Inhabiles ſunt ad habitum Religionis corpore vitiati, niſi ſuppleat morum integritas, inſignis doctrina, vel magna nobilitas. c.6. n.339. p.113
Si tamen adſit vtriuſque partis conſenſus, tenet profeſſio corpore vitiatorum. conſt.6. num.339. ibid.
Qui nouitium habilem ad Religionem è Monaſterio rapit, pœnâ capitis punitur. c.6.n.372. pag.120
Prælati noſtri ad habitum, & profeſſionem admittere non poſſunt, ſine duarum partium Conuentûs aſſenſu. conſtitut. 6. numero 375. pag.121
Qui vi, vel fraude impedit, ne quis habitum aſſumat, aut profiteatur, niſi ex cauſa legitima, peccat mortaliter. conſt. 6. numero 376. ibid.
An autem ad reſtitutionem teneatur, ſub opinione eſt, vtrinque probabili. c.6. n.376. ibid.
Qui ſine iuſta cauſa denegat Nouitio ad profeſſionem ſuffragium, mortaliter peccat. c.6.n.377. pag.121
Nouitius iniuſtè expulſus agere poteſt contra Religionem. c.6. n.378. ibid.
Qui iniuſtè fuit in cauſa, vt Nouitius non profiteretur, non tenetur loco illius ingredi Religionem. c.6. n.180. p.88
Tenetur tamen illi regreſſum ſuadere, cuius egreſſus fuit ipſe cauſa, aut alium æquè bonum procurare, qui loco illius intret. conſtitut.6. num.381. p.122
Quàm grauiter peccent parentes filios auertentes a Religionis propoſito, colligitur ex infauſtis euentibus, qui narrantur. c.6.n 382. ibid.
Sic ſe habeant ad Prælatos ſuos Religioſi ſubditi, ac ſe habent ad dominos ſuos ſerui. conſt. 6. num. 577. p.121
Religioſi cenſentur ciuiliter mortui, in ſolis tamen caſibus in iure expreſſis. c.6.n.647. p.176
Velle, & nolle non habent. conſtitut. 6. n. 786. pag.212
Aſſentire non poſſunt, nec diſſentire electionibus de ſeipſis factis, niſi de Superioris licentia. c.6.n.786. ibid.
Intellige de electionibus extra ſua Cœnobia. c.6. n.786. ibid.
Compelli non poſſunt à Prælatis Regularibus ad acceptandum Epiſcopatum, aut aliam dignitatem, ſeu officium extra Ordinem. conſt.6. n.787. p.212
Poſſunt tamen à Papa compelli. conſtitutione 6. num.789. p.214
Aliqui recenſentur, qui conſenſerunt à Prælatis compulſi

compulſi Regularibus. conſtit. 6. num. 788. p.213
Vita ſtrictior imponi non poteſt Canonicis, & Monachis, ipſis inutilis. conſtit.6. num. 787. pag.212
Ad perfectionem tendere debent Religioſi. c. 6. num.787. ibid.
Licitè ſibi prouident, Prælatis non prouidentibus. c.6. n. 1032. p.267
Aliquando, ſed rarò, licitè ſibi maiorem portionem aſſumere poſſunt. conſtit. 6.num.1026. ibid.
Ex contractu profeſſionis ius habent, ſecundùm meritorium proportionem, ad omnia Religionis munera. c.6.n.1022. p.266
Martyrio illis imputatur, quod Prælati illis non prouideant, vti tenentur. conſt. 6. n. 1032. pag.267.

Relata.

Vide verb. *Diſpoſitio.*

Renunciare.

Non poteſt iuri in fauorem publicum introducto, renunciari. conſtitut. 6. n.566.& ſeqq. pag.159.
Vocem actiuam habens in Religionibus iure regulari, aut ex officio renunciare illi non poteſt ſine peccato mortali, niſi iuſta ſubſit cauſa. c.6. n.566. & ſeqq. ibid.
Poteſt tamen qui illam vt priuatus habet, niſi illius fama, aut Religio, ſeu Monaſterium iacturam patiatur. c. 6. n. 568. & 569. & 1165. ibid. & p.299
Clericus Clericali non poteſt priuilegio renunciare. c.6.n.567. p.159
Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt. c. 6. numero 740.1165. p.200.& 299
Iuri ſuo ſemel renuncians, non poteſt ampliùs ad illud habere regreſſum. c.6. numero 739 pag.199
Qui votum habet ex officio publico, aut iure ſtatuti ſuæ Religionis, abſque eius venia illi renunciare non poteſt. conſt. 6. num. 1168. pag.299
Renunciatio voti, tam actiui, quàm paſſiui, fieri debet in ſcriptis. c.6.n.1169. p.300
Prælaturæ nemo renunciare poteſt inconſulto eo, qui illam conceſſit. conſtitut. 6. num. 1166. pag.299
Voci ſuæ paſſiuæ an quis renunciare poſſit. c.6. num.1167. ibid.
Qui voci actiuæ, vel paſſiuæ renunciauit, quandiu à Superiore non acceptatur, poteſt illam reaſſumere, ſecus poſtea. c. 6. n. 1168. ibid.
Quando quis ex certa cauſa, vel ſub conditione voci renunciauit, reuertitur ad iura priora, non adimpletâ illâ causâ, aut conditione. Exemplis declaratur. conſtitut. 6. num. 1168. ibid.
Renunciatio ſtricti iuris eſt, & intelligi debet ita vt minùs, quàm poſſibile ſit, renuncianti noceat. c.6. n.1169. p.300
Non inducitur renunciatio per Vrbanitatis verba. c.6.n.1169. ibid.
In dubio non præſumitur quis renunciaſſe. c. 6. num.1169. ibid.

Repræſentatio.

Officium repræſentandi vile eſt, & infame. c. 6. num.340. p.114

Res Eccleſiæ.

Eccleſiæ res, vota ſunt Fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum. c.6.n.927. pag.245
Nonnulli ſunt ditiores Monachi, quàm fuerint ſæculares; & Clerici, qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quàm ſub locuplete, & fallace diabolo habuerant. conſtitutione 6. numero 927. ibid.

Reſtituere, Reſtitutio.

Ex iniuſtitia illata oritur reſtitutionis obligatio. c.6.n.379. p.121
Damnum diuerſi generis nemo reſarcire tenetur cum proprio damno ſuperioris generis. c. 6. num.380. ibid.
Qui digniorem non eligunt, tenentur reſtituere communitati damna. conſtit. 6. numero 543. pag.156
Qui indignum eligunt, ad reſtitutionem tenentur. c.6.n.899. p.240
Re ad priſtinum ſtatum reſtituta, priora iura reſtituuntur. c.6.n.1169. p.300

Rubrica.

Rubrica, *de modo procedendi, &c.* denotat, ſub illa diſpoſitum continere formam ſubſtantialem. c.15.n.29. p.358

S

Sacerdos.

Antiquæ legis Sacerdos, & eius veſtes præceſſerunt tanquam vmbræ, & figuræ Sacerdotis nouæ legis. c. 1.n.60. p.14
Per Græciam tranſiens Latinus Sacerdos, Græcè celebrare poteſt, ſed præſtat Latino celebrare ritu; & econtrà, Græcus tranſiens per Eccleſiam Latinam. conſtitutione 16. numero 70. & ſeqq. p.382
Prælati Sacerdotes eſſe debent. c.6.n.932. p.245

Sacramenta.

Miniſtri Sacramentorum, ſiue boni, ſiue mali, ſeruatis intentione, materiâ, & formâ ab Eccleſia præſcriptis, idem operantur tanquam inſtrumenta Dei, qui eſt principaliter operans. c.6.n.399. & 401. p.126
Miniſtris Sacramentorum dupliciter datur Spiritus Sanctus, inhabitanter per gratiam, ad licitè; & aſſiſtenter, ad validè illa conficienda. c.6.n.400. ibid.
Sacramenta à materia, forma, & ab intentione miniſtri, & illa recipientis dependent. conſt.6. num.402. p.126
Licet petere Sacramenta à proprio Parocho peccatore, & quare. c.6.n.506. p.148
Sacramenta neceſſaria quæ ſint. c. 6. num. 384. pag.123

Commentar. Littera S.

Sacrificia.

Antiquæ legis ſacrificia, tanquam vmbra ſacrificij legis nouæ præceſſerunt. conſtit. 1. num. 60. p.14

Integritas ſacrificij de iure diuino eſt. c.6. n. 390. p.123

Sacrum.

Vt aliquid ſacrum ſit, Epiſcopi authoritas, vel alterius eandem facultatem habentis, interuenire debet. c.6. n.404. p.128

Sandalia.

Quam habeant formam Sandalia, & ex qua conficiantur materia. conſtit.1. numero 41. & 45. p.10. & 11.

Eorum vſus tempore Apoſtolorum fuit introductus. c.1. n.42. p.11

Non illis vti licet abſque priuilegio Apoſtolico. c.1. n.43. ibid.

Sandaliorum ſignificationes in variis ſenſibus exponuntur. c.1.n.44. 45. & 46. p.11

Sanitas.

Corporis ſanitas in debita conſiſtit humorum temperatura. c.6. n.1019 p.265

Scandala.

Melius eſt, vt ſcandalum oriatur, quàm veritas relinquatur. c.6. n.541. p.155

Cauſâ ſcandali vitandi multa licita ſunt dimittenda. c.6. n.751. & 912. p.202. & 243

Ob ſcandalum vitandum quilibet debet ſuo cedere iuri. c.6. n.751. p.202

Quæ ſine peccato omitti poſſunt, vel committi, ſunt ob vitandum ſcandalum omittenda, etiam committendo. c.6. n.751. ibid.

Si per emendationem triennalem vitæ non ceſſat ſcandalum paſſiuum, non eſt illius habenda ratio. c.6. n.853. p.228

Schiſmatici.

Qui voluntariè, & pertinaciter ſe abſtrahunt à Papæ obedientia, vel ab vnione, quam Fideles habent inter ſe, & etiam cum Chriſto capite, & eius Vicario, ſe ſeparant, ſchiſmatici ſunt. c.6. n.395. p.125

Nullus eſt Schiſmaticus, qui ſibi aliquam non fingat hæreſim. c.6. n.395. ibid.

Scientia.

Eminens ſcientia deſideranda in Prælato. conſt.6. n.551. Vbi quod competens ſit toleranda. p.157

Scientiæ defectum perfectio ſupplet charitatis. c.6. n.551. ibid.

Tres ſcientiæ diſtinguuntur gradus. c.6. n. 966. p.252

Tanta ſcientia quiſque præditus eſſe debet actu, quanta neceſſaria eſt ad rectè munus ſuum per ſeipſum obeundum. c.6. n.965 ibid.

Generales Religionum in eminenti gradu ſcientiam habere debent. c.6.n.968. p.253

Sacra Scriptura.

Sæpe numero ſingulare pro plurali vſurpat. c.1. num.60. p.14

De ordinario non prohibet peccata venialia, ſed mortalia. c.6. n.1022. p.266

Secretum.

Secretum naturale, etiam iuramento firmatum, poteſt aliquando frangi, diſpenſatione obtenta iuramenti; ſecretum verò ſigilli confeſſionis nunquam frangere licet. conſtit. 6. num. 519. p.151

Noſtra non poteſt Congregatio diſpenſare abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate, ſuper ſecreto Diffinitoribus iniuncto, nec ſuper pœnis eis inflictis, ob dicti ſecreti fractionem. c.15. n.29. p.358

Senectus, Senes.

Vir ſexagenarius, & fœmina quinquagenaria, ſenes cenſentur, quoad incontinentiæ ſuſpicionem. c.6. n.43. p.63.

Senectus non eſt annis regulanda, ſed complexione, & temperamento. Et quinam ſenes ſint, Iudex, & vir prudens iudicare debent. c.6. n.909. p.242

Sepelire, Sepultura.

Leproſi, & contagioſo morbo laborantes, ſepeliri debent extra locum pro communi ſepultura deſtinatum. c.6.n.328. p.111

Sepultura libera, quænam dicatur. c. 6. n.422. p.132.

Sub excommunicationis pœna prohibentur more Eccleſiæ ſepeliri notorij Clerici percuſſores, excommunicati, & interdicti denunciati, & vſurarij notorij. c.6. n.423. p.132

Eccleſiaſticâ priuatur ſepulturâ, qui ſine legitima authoritate per manus Laici ius percipiendi decimas recepit, & illud Eccleſiæ non reſtituit. c.6.n.451. p.139

Sepulturam habent liberam Congregatio Sanctæ Iuſtinæ, & noſtra Hiſpana. conſt.14. num.7. p.344

Alia vide verbo *Cæmeterium.*

Sergius II.

Quis fuerit Sergius Papa II. quando creatus, quando obierit, & an primus poſt D. Petrum nomen ſuum proprium mutauit. c.6. num.3. p.55

Serui.

Nihil proprij habent ſerui, & vbique capi poſſunt à Domino, ſi fugiant. conſt.6. num.114. p.79

Omnino eſt ſeruus domini ſui, in cuius præiudicium ſe obligare non poteſt. c.6.num.214. & 216. p.93. & 94

Multiplex eſt ſeruorum genus. c.6. n.216. p.94

Seruus in Religione ſuſcipi non poteſt ſine domini conſenſu. c.6.n.213. p.93. Vbi plura de hac materia.

Signati.

A natura ſignati caueri debent, ait Peyrinus. c. 6. n. 923. p. 244

Signatura.

Signatura ſimplex, quænam ſit. conſtit. 4. n. 18. p. 34

A viuæ vocis oraculo diſtinguitur. c. 4. n. 18. p. 34. & c. 6. n. 1128. p. 291

Oraculo viuæ vocis reuocato, illæſa, & irreuocata remanet ſignatura. conſtitut. 6. num. 1128. ibid.

Simonia.

Simoniâ laborat iure humano, & diuino prohibitâ, electio, in qua pro ſuffragio non ſolùm res temporalis, ſed etiam ſpiritualis, & ſuffragium promittitur. conſtitut. 6. n. 575. p. 163

Permutationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimoniacæ ſunt, de iure ſolùm humano, ratione materiæ, ſi abſque legitimi Superioris authoritate fiant. c. 6. n. 576. ibid.

Simoniacæ ſunt de iure diuino pactiones in permutatione beneficiorum, & ſuffragiorum, prout obligationem includunt ciuilem. conſtitut. 6. n. 576. ibid.

Simonia de iure diuino prohibita datur, quoties in permutatione beneficij, aut ſuffragij datur, promittitur, aut ſperatur pro re ſpirituali aliquid pretio æſtimabile, tanquam ex iuſtitia, & obligatione debitum. conſtit. 6. n. 576. ibid.

Qui pro officio, dignitate, aut ſuffragio à ſe præſtito, ſuffragium, dignitatem, aut officium intendit, aut ſperat, tanquam ſibi debitum aliâ, quàm ex antidorali obligatione, & ex gratitudine, ſimoniam contra ius committit diuinum. c. 6. n. 581. p. 164

Qui collatori beneficij, dignitatis, officij, aut ſuffragij, ita ſeruit, aut ſuffragatur, vt ei non ſeruiret, aut ſuffragaretur, niſi beneficium, dignitatem, aut ſuffragium ab eo ſperaret, non tanquam obſequij pretium, ſed ex gratitudine, ſimoniacus non eſt. conſtitut. 6. num. 581. ibid.

Nec qui beneficium, ſuffragium, &c. confert ad ſe ab obligatione antidorali exonerandum, ſimoniacus eſt. c. 6. 581. ibid.

Qui munus ab obſequio, à lingua, vel à manu dat, cum intentione obligandi alium ex iuſtitia naturaliter, aut ciuiliter, vt ipſum eligat, præſentet, aut inſtituat, ſimoniacus eſt. c. 6. n. 581. p. 164

Simoniacus etiam eſt, qui eadem mente id accipit, vt poſtea, veluti ex pacto tacito illum eligat, præſentet, aut inſtituat. conſtitut. 6. num. 581. ibid.

Omnes pactiones circa ſuffragiorum commutationes, vtrinque ſunt realiter ſimoniacæ. conſt. 6. n. 581. ibid.

Omne pactum explicitum, & implicitum in electionibus beneficiorum, dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum, Sæcularium, & Regularium, ſimoniacum eſt. c. 6. à num. 583. ad n. 622. p. 165. & ſeqq.

Varia pacta ſimoniaca circa electiones recenſentur. conſtitut. 6. num. 585. 586. 587. 588. 593. 594. 595. 601. 602. 603. 605. 611. 612. 615. 616. 619. & 622. p. 166. 167. 168. 169. 170. & 171.

Quando id quod de iure ineſt, in electionibus paciſcitur, ſimonia non committitur, dummodo tamen in nullo alterentur quæ de iure inſunt. c. 6. n. 583. & 584. & illuſtratur exemplis. p. 165. & 166.

Prælaturæ, & officia Regularium beneficia dicuntur Eccleſiaſtica. c. 6. n. 586. 587. 613. & 622. p. 166. 170. & 171. Maximè quoad ſimoniam. n. 626. p. 172

Pactum quodlibet in materia Prælatiarum, & officiorum Regularium, ſemper continet ſimoniæ labem, cùm ſit datio rei ſpiritualis cum onere dandi aliam, quaſi pro illius pretio. c. 6. n. 583. 585. 586. 587. 592. 593. 594. 595. 600. 603. 606. 607. 613. 618. 620. & 625. p. 165. & ſeqq.

Quinam ſentiant, illa beneficia non eſſe, nec incurri ſimoniam. c. 6. n. 597. p. 168

Iſtorum placitum impugnatur. c. 6. à n. 598. ibid.

Improbabile illud eſſe, docet Peyrinus. c. 6. num. 601. p. 168

Quamuis officia Regularia Beneficia non eſſent, deberent eorum iure cenſeri, ob multam ſimilitudinem, quæ eſt intra illa. c. 6. n. 601. & 603. p. 168. & 169

Regulares, qui Prælaturam, vel officium ſimoniacè obtinent, tanquam ſimoniaci puniuntur in iure. c. 6. n. 599. 601. & 626. p. 168. & 172

Regularis renuncians officium in manibus ſui Prælati, cum pacto, quod Prælatus in alio cum officio remuneret, ſimoniacus eſt. c. 6. num. 590. p. 167

Qui pacta ineunt ſimoniaca ſuprà recenſita, vel eorum aliquod, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt, & irregularitatem, ſi ante abſolutionem celebrent. c. 6. n. 589. & 625. p. 167. & 171

Simoniam committit, qui ſuum renunciat beneficium in alicuius fauorem, vt ille, vel alius aliud in alterius renunciet fauorem. c. 6. n. 587. p. 166

Item, qui ſimpliciter beneficium renunciat, vt alius ſibi aliud ab aliquo impetret Collatore. c. 6. n. 587. ibid.

Si adſit conſuetudo, vt exaudito vno in vna electione, alter exaudiatur in altera, poteſt quis abſque ſimonia petere, vt huiuſmodi conſuetudo ſeruetur. c. 6. n. 583. 602. & 617. p. 165. 168. & 170

Futura ſpei oblatio facta vocali, vt ſuffragetur alicui, in aliquorum ſententia non eſt ſimoniaca, ſed ſpeciem præ ſe fert ſubornationis, ideoque maximè à Regularibus vitanda. c. 6. n. 586. 591. 593. & 614. p. 166. 167. & 170

Credo tamen, quod huiuſmodi petitio, & oblatio, ſimoniæ non careant labe. c. 6. n. 592. & 593. p. 167

Simoniacus eſt, qui ſuffragium præbet alicui cum pacto, aut conditione expreſſa, aut obligandi illum ad laudes, & commendationes, ſeu ad preces fundendas pro ſe, aut pro amico, &c. c. 6. n. 601. p. 168

Si eligendus Electoribus diceret, ſe non fore ingratum, & ſe obligatione antidorali adſtrictum

ctum agnoſcens, deinde aliquid Electoribus det, vt tantum huic obligationi ſatisfaciat, ſimoniam non committit, cùm illud non præbeat ex pacto, ſeu obligatione iuſtitiæ, ſed gratitudinis. c. 6. n. 602. p. 168

Omnes Factionarij ſimoniaci ſunt. c. 6. n. 603. & 604. p. 169

Simonia committitur, quoties res ſpiritualis pactioni, & contractui ſubiicitur humano. c. 6. n. 606. 607. 608. & 620. p. 169. & 171. Et ſufficit quod de re ſpirituali mentio fiat in contractu. d. n. 608. p. 169

Simoniaca eſt datio rei ſpiritualis, pro alia ſpirituali, pacto interueniente. c. 6. n. 596. & 620. p. 168. & 171

Datio rei temporalis pro voce, etiamſi iſta neceſſaria non eſſet ad electionem, ſimoniaca etiam eſt. c. 6. n. 621. p. 171

Simoniæ vitium bene practicum eſt, ſed malè cognitum à viris, etiam piis, & aliàs doctis. c. 6. n. 623. ibid.

Simoniacos qui ſciuerit, & mediatores, vt ſimonia committeretur, tenetur ſub mortali, quantocyùs, per ſe, vel per alium Papæ renunciare. c. 6. n. 625. p. 171

Si vnus ſolus Electorum ſimoniam commiſit, etiamſi reliqui Electores, & electus illam ignorauerint, & etiamſi ſuffragium corrupti per ſimoniam non fuiſſet neceſſarium, electio ipſo iure eſt nulla. c. 6. n. 723. p. 196

Intellige tamen quando electio (& idem eſt de præſentatione, & collatione facta à pluribus, vt vniuerſis, ſeu iure vniuerſitatis, ſeu Collegij) fuit celebrata; ſecus quando à pluribus vt ſingulis. c. 6. n. 723. Vbi ratio redditur diſparitatis. p. 196

In nullo caſu iſtorum eſt electio nulla, ſi corruptores Electorum corrumperent in fraudem, ne talis eligeretur. c. 6. n. 723. ibid.

Simoniaca eſt & nulla electio, quando ab eligendo aliquid datur, etiamſi aliàs Electores eum eſſent electuri abſque tali datione, ſiue illud Electoribus, ſiue eorum conſanguineis, ſiue amicis illud datum fuerit. c. 6. n. 724. p. 196

Si aliquid ab aliquo tertio datum fuit Electorum amico, & iſti aliàs illum fuiſſent electuri, valet electio, tanquam non ſimoniaca; ſecus ſi aliàs non eſſent electuri. c. 6. n. 724. ibid.

In electione, ſeu in reſignatione committitur ſimonia per dationem conſanguineorum, electo, vel reſignatario ignorante, qui ipſo iure eſt priuatus beneficio, aut dignitate, & cedere tenetur quamprimùm ſciuerit, & fructus bona fide non conſumptos reddere. c. 6. 1150. p. 295

Pecunia data in acquiſitione iuris ſpiritualis, in damnum, & præiudicium alterius, non ei præiudicat. c. 6. n. 1159. p. 297

Simplicitas.

Duplex eſt ſimplicitas: vna bona, quæ dolo eſt contraria; alia mala, quæ negligentia, & ſtultitia eſt. c. 6. n. 890. p. 238

Solidi.

Antiquitùs duo & ſeptuaginta ſolidi vnam auri libram faciebant. c. 6. n. 413. p. 130

Sponſi.

Coniuges ſponſi à Sanctis appellantur Patribus, ante conſummationem Matrimonij. c. 6. n. 58. p. 66

Statutum.

Statutum allegans, non tenetur totum edere ſtatutorum volumen, ſed tantùm ſtatutum de quo agitur. c. 3. n. 27. & 28. p. 30

Conſtitutio, definitio, aut ſtatutum factum contra iuris communis diſpoſitionem, irritum eſt, & nullum, ſiue à Religione in capitulo Generali, de omnium vocalium concordi conſenſu, ſiue ab Epiſcopo in Synodo fiat. c. 6. n. 464. p. 141

Stella.

Stella *Venus*, eadem eſt ac *Heſperus*, & *Lucifer*: Et quare his appelletur nominibus, declaratur. c. 6. n. 1017. p. 264

Semper ſtella iſta ambulat cum ſole. c. 6. n. 1018. p. 265

Stulti.

Ille ſtultus eſt, qui hebetudinem habet cordis, & ſenſuum obtuſionem: qui propter ſtuporem non mouetur iniuriâ. c. 6. n. 892. p. 238

Stylus.

Curiæ ſtylus facit legem. conſtit. 6. num. 1134. p. 292

Subdelegare.

Cui cauſa, aut negotium aliquod eſt commiſſum cum clauſula; *Conſcientiam tuam oneramus*, an illam ſubdelegare poſſit. conſt. 14. num. 42. p. 342.

Subornatio.

Quas pœnas incurrant ſubornatores, ſeu qui pro ipſis, aut pro aliis ſuffragia, ſeu vota ſolicitant, & procurant in electionibus, & ante ſex menſes: & an aliquando id liceat? conſt. 6. poſt num. 722. verſ. *Quod ſi petas*, & ſeqq. p. 194.

Subornatio eſt ſuaſio, quâ ſuadetur falſum, vel verum in finem malum. ibid. verſic. *Quibus ſic.*

Subrogatum.

Eiuſdem naturæ eſt ſubrogatum, ac eſt illud, in cuius locum eſt ſubrogatum. conſt. 15. num. 4. p. 350

Subſidium.

Epiſcopi poſſunt ob iuſtas cauſas ſubſidium exigere charitatiuum. conſtitut. 6. num. 414. p. 130.

Monaſteria illud ſoluere non tenentur. c. 6. num. 415. & 418. ibid. & ſeq.

Subſidium eſt de lege Diœceſana, non de lege

iuriſdictionis. c. 6. n. 415. p. 130
Ad ſubſidium belli contra Infideles, tenentur exempti, paucis exceptis. conſt. 6. num. 418. p. 131.

Succinctorium.

Quidnam ſit ſuccinctorium; qualis eius vſus, & quis eo vtatur. c. 1. num. 18. p. 6

Superioritas.

Alia eſt ſuperioritas ſpiritualis, & alia temporalis. Illa pertinet ad regimen rerum ſpiritualium, iſta ad regimen rerum temporalium. c. 6. n. 520. p. 151
Superioritas temporalis diuiditur in Politicam, quæ verſatur circa Reipublicæ regimen; & in œconomicam, quæ circa regimen verſatur familiæ. c. 6. n. 520. ibid.
Ad Politicam ſuperioritatem ſpectat conſtituere Rectores, Gubernatores, & alios gradus diſtribuere. c. 6. n. 525. ibid.

Suſpenſio.

Electores incurrunt ſuſpenſionem à beneficiis, ſi electo electionem non intiment intra octo dies. c. 6. n. 725. p. 197
Ab officio ſuſpenſo beneficium conferri non poteſt. c. 6. n. 1088. p. 282
Nec dignitas illi poteſt conferri. c. 6. num. 1088. ibid.
Inter alias ſuſpenſiones, alia eſt ſuſpenſio ab Ordine, & non à Iuriſdictione; alia ſuſpenſio à Iuriſdictione, & non ab Ordine; & alia ſuſpenſio ab vtroque. c. 6. n. 1108. Vbi illarum recenſentur effectus. p. 287
Suſpenſio ab Ordine abſolutè prolata, omni vſu Ordinum Maiorum, & Minorum priuat, & omnibus etiam actibus, qui cum Ordinibus connexionem habent, & quinam illi ſint. c. 6. n. 1108. ibid.
Suſpenſio à iuriſdictione abſolutè prolata, vſu omnium actuum iuriſdictionis ſpiritualis priuat; & quinam illi ſint. conſt. 6. num. 1109. p. 387
Suſpenſio ab Ordine, & à Iuriſdictione ſimul, à quibus actibus priuet. c. 6. n. 1109. ibid.
Suſpenſio alia ſpiritualis, & alia temporalis. c. 6. n. 1110. p. 287
Suſpenſio temporalis eſt ſuſpenſio à beneficio. c. 6. n. 1110. ibid.
Suſpenſio à beneficio eſt prohibitio ad percipiendum quodlibet emolumentum temporale ad beneficium pertinens; & quotuplex illud ſit. c. 6. n. 1110. ibid.
Apud Regulares hæc ſuſpenſio priuat adminiſtratione bonorum temporalium ad Monaſterium pertinentium, ſeu ad Religionem, ſiue per medium redditus eleemoſynarum, &c. & etiam prouiſionibus. c. 6. n. 1111. p. 287
Suſpenſos, ſiue ab Ordine, ſiue à beneficio, quoad ſpirituale aut temporale, ſiue ab Ordine, & beneficio ſimul, ineligibilis eſt, & ſi de facto eligatur, electio eſt ipſo iure nulla, ſiue ſuſpenſio ſit à iure, ſiue ab homine. c. 6. n. 1113. ibid.
Amplia, ſiue ſuſpenſio publica ſit, ſiue occulta. c. 6. n. 1114. ibid.
Idem proportionabiliter dicendum eſt de ſuſpenſo, ac de excommunicato, quoad hæc & alia. c. 6. n. 1114. ibid.
Qui ſuſpenſus eligi patitur, & qui dignitatem recipit, peccat mortaliter. conſtit. 6. n. 1114. ibid.

Synodus.

Sexta Synodus vniuerſalis celebrata eſt Conſtantinopoli, anno 680. conſtitut. 6. num. 404. p. 128.

T

Temeritas.

Ingens temeritas datur, quando quis operatur cum vehementi ſuſpicione de operis malitia. c. 2. n. 30. p. 23

Temperantia.

Eſt temperantia medietas circa voluptates guſtos, & tactos. c. 6. n. 1082. p. 281
Proprium, & primarium Temperantiæ officium eſt moderari voluptates verſantes circa guſtum, & tactum. c. 6. n. 1082. ibid.
Temperantia ſumitur pro moderatione, quam ponit ratio actionibus, & affectionibus humanis; & pro virtute, quæ refrænat appetitum in his, quæ maximè alliciunt, vt ſunt guſtos, & tactus. In prima acceptione eſt virtus generalis; in ſecunda verò ſpecialis. conſtit. 6. num. 1083. p. 281

Tempus.

Tempore indigemus, vt aliquid maturiùs peragamus. c. 6. n. 725. p. 197
Sæpè conditio, & ſtatus temporis attenditur. c. 6. n. 1194. & 1195. p. 305

Teſtes.

Produci debet teſtis parte aduerſa præſente. c. 3. n. 25. p. 30
Vnicus teſtis idoneus ſufficit ad impediendum matrimonium, tam carnale, quàm ſpirituale. c. 6. n. 1148. p. 295
An deponere quis poſſit de his, quæ in pupillari vidit ætate. c. 8. n. 21. p. 315
Magis credendum duobus teſtibus affirmantibus quàm mille negantibus. conſtitut. 8. num. 23. ibid.
Limita in criminalibus, & ad reorum defenſionem. c. 8. n. 35. p. 317
Teſtibus non veriſimilia deponentibus non creditur in aliquo. c. 8. n. 35. ibid.

Teſtimonium falſum.

Ita mortaliter peccat, qui contra ſe falſum profert teſtimonium, ac qui contra proximum. c. 6. n. 334. p. 112
Qui timore tormentorum falſa contra ſe fatetur, ſi non reuocat confeſſionem, in æternum damnatur. c. 6. n. 334. ibid.

Theſaurus

Theſaurus Eccleſiæ.

Eccleſiæ Militanti acquiſiuit Chriſtus Dominus Theſaurum, in quo theſaurizauit ſuperabuntia ſui ſanguinis merita, ad cuius cumulum, Deiparæ, & omnium electorum, à primo iuſto vſque ad vltimum, merita adminiculum præſtant. c.16.n.98. p.386

Timor reuerentialis.

Adnumerantur plures reuerentiales timores. c.6. n.336. p.112
Cadentes quidem in virum conſtantem. ibid.

Tonſura.

Capillorum tonſura abiectionem ſignificat cogitationum terrenarum.c.1.n.45. p.11
Alia vide verb. *Abbas*, & verb. *Ordo*.

Tranſeuntes.

Accommodare ſe poſſunt conſuetudini loci, per quem tranſeunt, ſed non tenentur. c.16. n.70. p.382
De tranſeuntibus ab vna ad aliam Religionem, vide verb. *Religio, Religioſi.*
Ad Monachos nigros, & quoſlibet Ciſtercienſes prohibentur tranſire omnes, & ſinguli Mendicantes, ob turbationes, quæ ſequuntur, &c. ex huiuſmodi tranſitu. c.7. num.1, & 4. p.307. & 308
Prohibentur etiam tranſire ad quemlibet Ordinem non Mendicantem, exceptâ Carthuſiâ, ſub pœnis nullitatis, & excommunicationis latæ, Papæ reſeruatæ, quam incurrunt, tam tranſeuntes, quàm illos recipientes. c.7.n.11. p.309
Statutum S. Facundi, quod nequeant Monachi quemlibet alterius Ordinis profeſſorem recipere, à Sede Apoſtolica confirmatur, & diſtrictè obſeruari præcipitur. c.7.n.2. p.308
Hoc ſtatutum ſuum fecit Sedes Apoſtolica. c. 7. n.15. p.310
Peccant mortaliter tranſeuntes, & admittentes. c.7. n.3. & 5. p.308
Recenſentur variæ conſtitutiones Apoſtolicæ, tranſitum de vna ad aliam Religionem prohibentes, & ſub variis pœnis. c.7. n.1. 11. 12. & 13. p.307.309.& 310

Tunicella.

Ex qua materia, & ex qua forma conſtet Tunicella.c.1.n.47. p.11
Significationes illius in variis exponuntur ſenſibus.c.1.n.48. ibid.

V

Vacatio.

NOn vacat beneficium, nec dignitas per mortem, aut per renuntiationem iuris electi, aut præſentati, ante confirmationem, ſeu inſtitutionem; ſed per mortem, aut renuntiationem primi confirmati, aut inſtituti. c.6.n.721. p.194

Venia.

Non poteſt reis concedi venia, niſi in caſibus in iure expreſſis.c.6.n.1053. p.275

Verba.

Intelligenda ſunt verba veluti teſtimonia mentis proferentis illa.c.2.n.12. p.19
Interpretanda ſunt ſecundùm propriam ſignificationem, etiamſi agatur de præiudicio tertij, & ab illis non eſt recedendum.c.2.n.13. ibid.
Intelligenda ſunt ſecundùm vſum communem loquendi.c.2.n.14. ibid.
Debent intelligi cum effectu.c.2.n.14. p.19
Aliquid operari debent. c.2.n.15. p.20
Non debent eſſe ſuperflua. c.2.n.15. ibid.
Quæ clara ſunt, interpretationem non admittunt. c.2.n.15. ibid.
Non præſumitur quempiam dicere, quod priùs non cogitauerit.c.2.n.12. p.19
Verba geminata operantur, quod nihil poſſit opponi. c.6.n.112. p.78
Ex geminatis verbis mens deprehenditur legiſlatoris.c.6.n.112. ibid.
Ita intelligi debent cum effectu verba, vt non ſufficiat attentare, vt quis pœnas incurrat. conſt.6. n.374. p.121
Intelligenda ſunt verba ſecundùm materiam, de qua agitur, etiam contra propriam illorum ſignificationem.c.6.n.394. p.125
Intelligi debent cum effectu, maximè in caſu de pœna ſpirituali.c.6.n.901.& 902. p.240
Alia vide verbo *Axiomata.*

Veritas.

Quomodo ſemper pronunciari debeat, & nunquam celari, maximè à vocalibus.c.6.n.542. p.155

Veſtimenta.

Illum decorant homines, quem veſtimenta decorant.c.1.n.41. p.10

Vicarij.

Temporales, & amouibiles Vicarij, beneficiarij non ſunt, nec habent titulum beneficialem. c.6. n.777. p.209
Non exercent curam animarum nomine proprio, ſed alieno.c.6.n.777. ibid.
Vicarij ſi exerceant poſt nominationem, ante commiſſionem, non amittunt ius per nominationem acquiſitum. c.6.n.777. ibid.
Secus dicendum de Vicario perpetuo, nomine exercente proprio. c.6.num.774.& 776.p.208. & 209
Vicarios Sæculares, & Regulares ad nutum amouibiles, poſſunt Abbates, & Præſidentes ponere in Eccleſiis vnitis.c.12.à n.18. p.334

Victima.

Victima de alienis, Deo non placet. c. 6. n. 278. p.102

Victoria.

Sui ipſius victoria eſt omnium victoriarum difficilior.c.6.n.1079. p.279

Vigil.

Officium Præfecti Vigilum, quale ſit. c.6. n.973. & 974. p.254

Virtus.

Ita inter ſe connectuntur virtutes, vt nulla perfecta eſſe poſſit ſine aliis; & ſi vna deficit, omnes deſunt; & vbi vna exiſtit, aliæ exiſtunt. c. 6. n.997.& 998. p.258.& 259

Quatuor virtutum Cardinalium recenſentur officia. c.6 n.998. p.259

Prima Monachi virtus eſt contemnere hominum iudicia.c.6.n.1079. p.280

Viſitatio, Viſitator.

Viſitatores, & ſui nihil omnino recipere poſſunt præter expenſas moderatas in victualibus,& ad illum tantùm diem neceſſariis. conſt.8. num.1. p.311

Pœnæ à iure inflictæ aliquid recipientibus,præter victum ratione viſitationis, recenſentur. c. 8. n.2. p.312

Epiſcopi viſitare non poſſunt in Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus cura non imminet perſonarum ſæcularium, Sacriſtias, Altaria,&c. c.16.n.238. p.412

Alia vide verbo *Appellare*, & verbo *Procuratio.*

Vita perfecta.

Quærenda eſt vita perfecta à tyronibus in paucis, & à prouectioribus in multis. conſt.6. num.84. p.71

Vitiati corpore.

Arcentur à ſacris Ordinibus,& à Religionis habitu corpore vitiati.c.6.n.338.& 339. p.113

Viua vocis oracula.

Quæ confirmata ſunt per Breue, Bullam, Reſcriptum, aut Signaturam, reuocata non ſunt. c.5. n.8. p.45

Vnio Eccleſiarum.

Quænam Eccleſiæ ſint iure pleno vnitæ, vnione totali, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam, explicatur. conſtitut. 12. à num. 1. p.331

Vniuerſitas.

Non conſiſtit vniuerſitas, niſi vbi fuerint ſaltem duæ tertiæ partes vocalium, aut vicinorum. c.6. n.648.650.& 651. p.176.& 177

Intellige quando vicini per ſe congregantur,& non ad conuocationem illius, ad quem de iure, aut de ſtatuto,vel conſuetudine pertinet conuocare. c.6.n.652. p.177

Quando verò ſit conuocatio ab illo ad quem pertinet conuocare, ſi vnus ſolus veniat, ille ſolus vniuerſitatem, & collegium conſtituit; ſufficit enim, quod conuocentur, & citentur per illum, ad quem ſpectat, quando commodè fieri poteſt, ad conſtituendam vniuerſitatem, & collegium. c.6.n.652. ibid.

Vniuerſitatis negotia, particularium contumaciâ, etiamſi præſidentes ſint, abſurdum eſt impediri.c.6.n.511. p.150

Quæ ab vniuerſitate, quà tali fiunt, fieri debent per congregatos in vnum, more ſolito. c. 6. n.680. p.185

Factum à maiori parte,in rebus vniuerſitatis,à toto dicitur Capitulo factum.c.6.n.680. ibid.

Vniuerſalitas.

Vniuerſalitas alicuius dictionis limitatur, quando profertur in materia per iura priora iam reſtricta.c.2.n.10. p.19

Vocales.

Mortaliter peccant ſuffragium habentes, ſi liberè, & expreſsè propriam ſententiam in omnibus negotiis, maximè electionum, ſecundùm ſuæ conſcientiæ dictamen non aperiunt.c.6.n.542. p.155

Peccant etiam mortaliter, ſi non contradicunt his, quæ tractantur, ſi illis iuxta ſuæ conſcientiæ dictamen, conſentire non poſſint, etiamſi id ægrè Superior ferat,& etiamſi inde ſcandalum ſequatur.c.6.n.542. ibid.

Voluntas.

Coacta voluntas, voluntas eſt, ſed non eſt libera. c.6.n.335. p.112

Vota.

Vota, aut iuramenta à prædeceſſoribus facta, ſucceſſores religionis vinculo non adſtringunt. c.5.n.2. p.44

Votum de ingrediendo Religionem ſeruare non licet, parentibus in graui neceſſitate conſtitutis. c.6.n.279. p.103

Votum impeditiuum maioris boni, eſt nullum.c.6. n.280. ibid.

Votum non impedit opera iuſtitiæ. c. 6. n. 287. & 288. ibid.

Obligatio ſuſpenditur quando eſt impeditiua maioris boni,& quoties eius obſeruatio impeditiua eſt obſeruationis altioris, arctioris,anterioris,& fortioris præcepti,quod ſit per ſe,& non per accidens.c.6.n.292. p.104

Votum ſimplex,& ſolemne,ſolùm differunt ex Eccleſiæ inſtitutione.c.6.n.323. p.110

Votum ſimplex, & etiam ſolemne emiſſum ab eo, qui infirmitatem incurabilem patitur, & à qua impotens redditur ad obſeruanda præcepta Regularia, in ſententia Ledeſmæ nullum eſt. c.6. n.323. p.110

Validum autem eſt in aliorum ſententia.num.324. ibid.

Votum ingrediendi Religionem Excalceatorum adimplere non tenetur, qui morbo Gallico, aut alio inſanabili laborauit. c.6.n.329. p.111

Votum coactum non acceptat Deus. c. 6. n. 335. p.112

Votum emiſſum ex metu reuerentiali, eſt nullum. c.6.n.1044. p.272

Vota poſſunt irritare Papa, ſupremus Princeps, Prælatus, pater, dominus, maritus reſpectiuè quoad perſonas, & materias illis ſubiectas.c.10. n.10. p.323

Nemo vouere poteſt in alterius præiudicium. c.10. n.10. ibid.

Vox.

Vox eollata Magiſtris Generalibus, &c. primariò ob bonoin commooe Religionis, & ſecundariò ob eorum merita fuit conceſſa. c.6. num.1166. p.299

Votum procurare. Vide verbo *Ambitio.*

Quando qois voei ſuæ renoneiare valeat, & quando non.

Vide verbo *Renunciare.*

Vſura.

Prohibita eſt vſura iure Caoonico, & diuino. c.10. n.6. p.322

Obligatio illam ſoluendi eſt nolla; ſi tamen adhibitum eſt iuramentum, illud ſeruari debet; poteſt tamen ſolotum repeti. c.10. n.6. ibid.

Vxoratus.

Non tenetur vxoratus relioqoere vxorem propter patris neceſſitatem. c.6. o.290. & 292. p.104

Z

Zacharias.

CReatos eſt Zacharias Summus Pontifex annò Domini 742. c.1. n.31. p.9

Finis Repertorij omninm memorabilium, quæ in hoc Tomo Commentariorum continentur, non minori labore, diligentiâ, ac ſtudio, quàm opus principale compoſiti. Et quidquid in vtroque, ſicut in aliis voluminibus dixi, & vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum dixero, correctioni Sanctæ Matris Eeeleſiæ, quæ omnis veritatis columna eſt, & Magiſtra, Superioribus meis, ac peritioribus, & eorum omnium iudicio, omni animi mei demiſſione ſubmitto, ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; necnon Deiparæ Virginis Mariæ, ab omni labe peccati originalis, à primo inſtanti ſui eſſe naturalis, immunis; Angeli pro mea tutela deſtinati; Petri Apoſtolorum Principis; Patriarchæ Benedicti, omnium Iuſtorum ſpiritu pleni, verè mundi Abbatis; & omnium Cœleſtis Curiæ Ciuium.

M. F. PETRVS DE MVRGA.

APPENDIX
EX VARIIS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONIBVS, ET DECRETIS
S. Congregationis Concinnata,

Ad illuſtranda plura in præcedenti volumine tradita, quæ, ſicut & alia Authoris Opera, ipſa in hac Appendice allegando, non parum commendantur, & honorantur.

LEGENTI.

TANTA eſt Sacræ Rotæ Romanæ authoritas, tantamque illius Deciſiones probabilitatem inducunt, imò potius iuridicam certitudinem, & veritatem continent, quantam Doctiſſimus Aug. Barboſa, in vtroque iure peritiſſimus, variis in locis manifeſtat, & proclamat. Ex quibus nonnullas operæ pretium recenſere duxi (& illas additionibus, ac annotationibus variis exornare,) vt meus beneuolus, amicuſque Lector percipere valeat, quanta fuerim ratione ductus ad præſens Opus illuſtrandum cum ſequenti Deciſionum eiuſdem Sacræ Rotæ Appendice, quæ illi pro coronide, corona, & diademate glorioſè deſeruiat. In primis enim præfatus Illuſtriſſimus Doctor Barboſa ſic faſſus eſt *tomo 2. votorum deciſiuorum, & conſultorum canonicorum, lib. 3. voto 84. num. 35.* videlicet.

In quo Sacro Tribunali, oculatiſſimâ ſemper cognitione, & pleno examine cauſæ deciduntur, per duodecim Patres iuris noſtri Lucernas, qui continuis laboribus, ſtudiis, & vigiliis inſudantes, iuſtitiæ cultoribus, ex variis, confuſiſque noſtrorum ſcribentium opinionibus, mel, & fauum, & aquam limpidiſſimam diſtillant, de quibus plura alia cumulant Maſcard. *de probationibus, concluſ. 485. num. 11.* Marcheſan. *de commiſſ. tom. 1. p. 1. cap. 8. n. 5. pag. 296.* & *eadem p. 1. § 8. de commiſſ. appellat. diuerſ. n. 100. & 101.* Melch. Lotter. *in apparatu ad ſuum tractatum de re Beneficiaria.* Theod. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ, tom. 2. in principio.*

Hactenus Barboſa loco reddito; voto autem 121. *num. 10.* quæ ſequuntur, tradit. Et ita (inquit) cùm habeamus Rotæ deciſionem, non eſt ampliùs dubitandum, nec inſiſtendum in perquirendis rationibus, aut enumerandis Doctorum authoritatibus, vt ſcribit Petrus Caballus *conſil. 60. n. 7. p. 1.* Quia Rotæ Romanæ deciſio facit communem opinionem, cùm eius Deciſiones ſint Magiſtrales, & ſuperent cæteros Doctores, licèt numero plures, vt ex Imola, & Barbat. tradunt Ludouicus Gomez *in proœmio ad regul. Cancellariæ, q. 2. verſic. Quartò*, Vantius *de nullitate, titulo de nullitate ex defectu iuriſdictionis delegatæ, n. 20.* Surd. *conſil. 403. n. 83. & 84.* Et quod Rotæ Romanæ Deciſio ita ſit ſequenda, & amplectenda, vt ab ea in abſoluendo, & condemnando, nullo modo diſcedi poſſit, ex Hieronymo Gabriele *conſil. 42. n. 13. lib. 2.* quia in ea ſedere ſolent Iureconſulti eminentiſſimi, vt ſcribit Menochius *conſil. 1196. num. 2. in fine, & num. 3. lib. 12.*

Et ſtatim *n. 11.* in ſequentia prorumpit Barboſa: Et eſt valde notandum, quod ſi Doctor aliquis, valde excellens, & maximi nominis, Auditor Rotæ nominetur, ſine examine recipi poteſt, ſecundùm Rebuff. *in praxi, tit. de Regia ad Prælat. nomin. verbo Excellenti doctrinæ, pag. 566.* ideoque ſententia lata contra deciſionem Rotæ, eſt ipſo iure nulla, tanquam lata contra legem. Ripa *in l. Cùm prolatis 32. ſub num. 106. verſic. Quid tenendum*, & *num. 107. ff. de re iudicata.* Nam & Deciſiones Rotæ habere vim legis, aiunt Afflict. *deciſ. 96. num. 11. verſ. Sed quia in hoc*, & *deciſ. 169. n. 7. in fine.* Corat. *tract. commun. lib. 2. tom. 9. caſu 10. n. 66.* vbi plures refert; ſequitur Ioſephus Ludouiſ. *Lucenſi deciſ. 3. n. 53.* vbi, quod Auditores Rotæ Romanæ debent præferri omnibus Iudicibus, præcipuè quando deciſio Rotæ eſt corroborata, & munita non ſolùm legibus, & rationibus, ſed etiam plurimorum Doctorum authoritatibus.

Denique Barboſa prædictus *eodem tomo 2. & lib. 3. voto 125. num. 37.* prout ſequitur fatur. Hinc etiam ceſſat fundamentum, quod poſſet forſan fieri in doctrina Eſcob. *de puritate probanda, q. 3. §. 2. & 3.* vbi latè defendere conatur huiuſmodi ſtatutum eſſe fauorabile, in quantum reſpicit communem Reipublicæ vtilitatem. Quia vltra quod potiùs ingenioſa, & ſubtilis, quàm vera videatur eius opinio, vti loquens contra inconcuſſam Rotæ opinionem ſuprà relatam, quæ indubitanter præualere debet, cùm faciat communem contra communem, ex notatis per Ceuallum *Communium, in proœmio, à n. 25. vſque ad 29.* ſequitur Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 14. num. 56.* & *cap. 266. à num. 20.* quos refert Rubeus *in ſuis ſingularibus part. 2. circa ſtylum, & obſeruantiam Rotæ, §. 4. fol. 5.* ſufficit dicere, quod eius ratio non eſt proportionabilis Cardinalitiæ dignitati, &c. Hæc omnia ad amuſſim Barboſa: ex quibus habemus, quanti debeant pendi, quæ à Sacra Rota inueniuntur deciſa; & quàm probabilis ſit, & ſecura doctrina, quam ipſa ſuâ authoritate approbauerit, maximè ſi, vt ſolet, & in modò recenſendis deciſionibus apparet, illam non ſolùm variis Iuribus, ſed etiam rationibus, ac quamplurimorum magni nominis Doctorum numeratione fulcierit.

SERIES

SERIES DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ,
Et aliorum, quæ hæc Appendix complectitur.

Decisio I. PAMPILONENSIS Parochialis de Mendauia, coram R. P. D. Beuilaqua, 10. Maij, 1662. pag. 1

II. In eadem, coram eodem, 29. Ianuarij, 1663. p. 2

III. In eadem, coram R. P. D. Nlnot, 27. Iunij, 1664. p. 4

IV. In eadem, coram R. P. D. Otalora, 7. Iunij, 1666. p. 7

V. In eadem, coram eodem, 11. Martij, 1667. p. 23

VI. In eadem, coram R. P. D. Albergato, 13. Maij, 1669. p. 27

VII. Burgenſis vnionis de Arredondo, coram R. P. D. Ghiſlerio, 23. Februarij, 1643. p. 31

VIII. In eadem, coram eodem, 3. Iunij, 1643. ibid.

IX. Pampilonenſis Vicariæ de Stella, 28. Martij, 1659. coram R.P.D. Albergato. p. 33

X. Pampilonenſis Vicariæ de Elizondo, 3. Martij, 1664. coram R.P.D. Veroſpio. pag. 36

XI. In eadem, coram eodem, 16. Iunij 1664. pag. 41

XII. In eadem, coram eodem, 28. Nouembris 1664. p. 43

XIII. In eadem, coram R.P.D. Otalora, 24. Aprilis, 1665. p. 46

XIV. In eadem, coram eodem, 10. Iunij, 1665. p. 48

XV. In eadem, coram eodem, 19. Iunij, 1665. pag. 49

XVI. In eadem, coram R.P.D. Cerro, Decano, 7. Iunij, 1666. p. 50

XVII. In eadem, coram eodem, 23. Martij, 1667. p. 52

XVIII. In eadem, coram R.P.D. Otalora, 4. Maij, 1667. p. 59

XIX. Valliſoletanæ præeminentiarum, coram Pamphilio, 24. Nouembris, 1603. pag. 60

XX. Toletanæ Monaſterij, 24. Februarij, 1658. coram, R.P.D. Carpinio. p. 69

XXI. Ferrarienſis decimarum, 8. Aprilis, 1658. coram R.P.D. Beuilaqua. p. 72

XXII. Bononienſis exemptionis, 25. Maij, 1618. coram Card. Veroſpio. p. 75

XXIII. Pampilonenſis decimarum de Taffalla, 23. Marrij 1667. coram R. P. D. Albergato. p. 80

XXIV. Laudienſ. Abbatiſſarus, 9. Martij 1594. coram Card. Pamphilio. p. 83

XXV. Nullius, Canonicatuum de Ronceſ-Valles; 22. Maij 1628. coram Dunozetto. p. 85

XXVI. Metenſ. Monaſterij, 5. Iunij, 1621. coram Coccino. p. 86

XXVII. Treuerenſ. Abbatiæ S. Maximi, 24. Ianuarij 1625. coram eodem Coccino. pag. 93

XXVIII. Argentinæ Coadiutoriæ, 2. Maij 1631. coram Ghiſlerio. p. 102

Conſtit. Vrbani VIII.

Confirmatoria Decreti S. Congregationis Concilij Trid. Interpretum, pro Congregat. Caſſinenſi. p. 104

DECISIO

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ,

Quæ ad præcedentes Conſtitutiones pertinent, & in Appendice iſta continentur.

DECISIO I.

R. P. D. Beuilaquæ.

Pampilonenſ. Parochialis Mendauiæ. Mercurij 10. *Maij,* 1662.

BREVIARIVM.

Eccleſiæ res.

Eleemoſyna, & oblationes ad fabricam, vel ad alium certum vſum Eccleſia deſtinata, in alium vſum ab Episcopo, vel ab alio Adminiſtratore conuerti non poſſunt abſque Papa licentia. n. 1.

Lis mota pro defenſione iurium Eccleſia, ipſius expenſis debet ſuſtentari. n. 2.

De Eccleſia intereſſe agitur, quoad effectum expenſarum litis, quando iſta vertitur inter extraneos; non quando inter perſonas einſdem Eccleſia. n. 2.

Expenſæ litis.

Nemo debet ſecum collitiganti litis ſubminiſtrare expenſas. n. 3.

Lis.

Vide verb. Eccleſiæ res, *& verb.* Expenſæ.

1 A Sententia per Prouiſorem Pampilonæ lata, in qua declaratur exercitium iurium Parochialium Eccleſiæ ruralis Sanctæ Mariæ de Legarda, ſitæ intra fines Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis de Mendauia, ſpectare ad Vicariũ, appellauit Abbas de Hyrach, & commiſſa mihi cauſa, ante illius diſcuſſionem ſuper negotio principali, & viribus dictæ ſententiæ, idem Abbas, ne eleemoſynæ, pecuniæ, & aliæ oblationes, ad celebrationem Miſſarum, & ad fabricam Eccleſiæ deſtinatæ, in expenſis litis conſumerentur, petiit contra Vicarium decerni inhibitionem ſpecialem. Et deſuper propoſito dubio concedendam eſſe Domini reſponderunt, moti ex diſpoſitione iuris, quæ eſt, vt quando eleemoſynæ, & oblationes, quæ à Chriſti fidelibus Eccleſiæ offeruntur, ſunt ad fabricam, & alium certum vſum deſtinatæ, tunc non eſt Epiſcopo, Parocho, vel alij Adminiſtratori permiſſum, in alium vſum illas conuertere, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, vt ſtatuit Clemens VI. *in Clementina* 2. *in principio,* ibique Cardinalis *num.* 3. *de Religioſis Domibus.* Abbas *in cap. de his, num.* 2. *de teſtamentis.* Mareſcottus *variarum reſolutionum lib.* 2. *cap.* 42. *in principio.* Riccius *in deciſionib. Curia Archiepiſcopalis Neapolitana, deciſ.* 170. *n.* 1. *part.* 4. Marian. Socin. *in tract. de oblationibus, libel.* 19. *num.* 3. *&* 4. vbi ampliat, etiamſi opus in quod prætenditur conuerti, eſſet pium. Rota *deciſ.* 37. *num.* 8. *parte* 5. *recentiorum.*

Addo Ant. Naldum *in Summ. verbo Bona, n.* 12. cum Nauarro *conſilio* 2. *de Rebus Eccleſ. non alienand.*

2 Non obſtat, quod vbi non agitur de priuato, & intereſſe Parochi, ſed ipſius Eccleſiæ, lis mota pro illius defenſione, debet ſuſtentari ipſius Eccleſiæ expenſis, ad textum *in cap. Vt præterita,* 45. vbi gloſſa *verbo Expenſa, de electione, cap. Cupientes,* 6. *dicto tit. in* 6. Geminianus *conſil.* 55. *num.* 1. *cum ſeqq.* Cephal. *conſil.* 761. *num.* 31 Rota coram Peña *deciſ.* 499. *num.* 6. *&* 8. Caualet. *deciſ.* 402. *num.* 1. bonæ memoriæ Merlin. *deciſ.* 48. *ante num.* 1. Addent. ad ſanctæ memoriæ Gregor. XV. *deciſ.* 263. *num.* 8. Quoniam tunc dicitur agi de intereſſe Eccleſiæ, ad effectum quando lis vertitur cum extraneis, non autem, ſicut in præſenti, inter eaſdem perſonas de eadem Eccleſia, vt poſt Innocentium, Decium, & alios *in cap. Ex litteris, de probationibus..* explicat Rota *deciſ.* 138. *num.* 1. *part.* 1. *recentiorum,* bonæ memoriæ Merlinus *dicta deciſ.* 48. Addent. *ad eandem deciſionem* 263. in ſanctæ memoriæ Greg. XV. Abbatem verò de Hyrache petentem hic inhibitionem, non poſſe extraneum reputari, Domini colligebant ex vnione huius Parochialis, vſque de anno 1408. plenaria Monaſterio, cum onere ibidem Vicarium retinendi aſſignatâ congruâ ſuſtentatione Ex qua vnione fit, vt reputetur Rector habens animarum curam, tametſi illam exerceat Vicarius, vt in alia ciuili cauſa fauore Abbatis dixit Rota coram Eminentiſſimo Otthobono *deciſ.* 159. *n.* 1. *cum ſeq.* & latiùs coram Cardinale Seraphino *deciſ.* 1304. à quo fuit etiam conſimilis inhibitio relaxata, *in ſummario Abbatis, num.* 4.

3 Quæ eò faciliùs admittenda videntur, quia adſunt in cauſa Iurati terræ Mendauiæ; vnde ſuccedit regula, quod nemo debet ſecum colli-

litiganti litis expenſas ſubminiſtrare; ſed quilibet de proprio facere tenetur, vt notat Baldus *in l. Imperatores*, vbi etiam Alberic. *n.1. ff. de tutelis, & rationibus*, dixerat Rota coram bon. mem. Merlino *dicta deciſ.48. n.3.*

Et ita deciſum vtraque parte, &c.

DECISIO II.

R.P.D. Beuilaquæ.

In eadem Pampilonenſ. Parochialis Mendauiæ. Veneris 19. *Ianuarij*, 1663.

BREVIARIVM.

Antiqua.

Metam centum annorum excedentia inſeruiunt pro iuſtificatione qualitatis, quæ intenditur. n.5.

Concordia.

Vrbanus V I I I. annullauit concordias factas ſuper rebus Eccleſiæ præiudicialibus, abſque beneplacito Apoſtolico; non tamen initas inter duas Eccleſias. n.7.

Contractus.

In rebus Eccleſiæ factus abſque beneplacito Apoſtolico, ſi præiudicialis Eccleſiæ ille ſit, nullus eſt, ex Vrbani VIII. præſcripto. n.7.

Eccleſia.

Vide verbo Concordia, Contractus.

Laici.

In manibus laicorum dimitti non poſſunt Vicariæ, & multò minus beneficia, nec ab illis admitti, cùm ſit facultas Superioribus Eccleſiaſticis reſeruata. n.8.

Mendauia.

Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendauia, iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, ſubiectiuè, & per viam incorporationis, vnita eſt Monaſterio Hyrachenſi. n.1.2. & 3.

Cura dictæ Eccleſiæ tranſlata eſt in Abbatem, & Monachos Hyrachenſes. n.2.

Dicta Eccleſia per vnionem effecta eſt Regularis, & à ſuo primo receſſit ſtatu. n.1.& 4.

Vicarius dictæ Eccleſiæ amouibilis eſt ad Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis Cœnobij nutum. n.4.5.6. & 7.

Omnia per dictum Vicarium geſta, præſumuntur facta per illum, tanquam per Miniſtrum Abbatis, & Conuentus. n.10.

Vicarius.

Eccleſiæ iure pleno, & per viam incorporationis vnitæ, amouibilis eſt ad nutum, & nudum habet exercitium. n.1.

Quando eſt ſimplex, & non plenaria, & ſubiectiua, Vicarij perpetui debent deputari in Eccleſiis, Monaſteriis, & dignitatibus vnitis. n.3.

An Epiſcopo iniungatur deputatio Vicariorum perpetuorum per Concilium Tridentinum ſeſſ.7. cap.7. *n.9.*

Vnio Eccleſiarum.

Vnio plenariè, ſeu iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, & per viam incorporationis facta, operatur, vt illa recedat à primæua ſui natura, & vt reputetur prædium illius, cui fuit vnita. num.1.

Operatur etiam, vt penes illum, cui fuit facta vnio, cura animarum, & omnia alia reſideant. num.1.

Vrbanus VIII.

Quid ſtatuerit circa concordias, & contractus ſuper rebus Eccleſiis præiudicialibus, vide verbo Concordia, *&* Contractus.

ORta lite inter Vicarium, & Beneficiatos Sancti Ioannis de Mendauia, & Abbatem de Hyrach, ſuper iuribus Parochialibus in Eccleſia S. Mariæ de Legarda, Prouiſor Pampinolæ diffinitiuâ ſententiâ declarauit, ad Vicarium prædictum omnes functiones Parochiales ſpectare, Abbatemque de Hyrach abſque illius licentia in actibus prædictis non poſſe ſe intromittere. Cauſâ ad hoc ſacrum Tribunal deuolutâ, & iure collitigantium ad examen deducto, ad fauorem Abbatis hodie emanauit reſolutio, ſcilicet conſtare de illius bono iure. Et fundamentum huius reſolutionis fuit, quia Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendauia, iam vſque de anno 1408. à Nicolao de Romero, tunc Adminiſtratore Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ, plenariè, & per viam incorporationis vnita, & annexa fuit Monaſterio de Hyrach, cum omnibus pertinentiis ſuis, reſeruatâ Vicario ibi reſidenti congruâ per Abbatem dicti Monaſterij perſoluenda. Per quam vnionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæua ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterij, cui fuit vnita, reputari. Felinus *in cap. Cùm in noſtra, n.10. de reſcriptis.* Oldradus *conſil.257. num.15.* Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §.7. *num.* 2. *&* 3. Cardinalis Cauallerius *deciſ.* 330. *num.*5. Durant. *deciſ.*303. *num.* 3. Bonæ memoriæ Merlinus *deciſ.*37. *num.*1. *& ſeq.* & *deciſ.*115. *num.*5. In recentioribus *deciſ.*352. *num.*7. *part.*4. Et in Acernenſ. Vicarij, prima Iulij 1654. §. *Atque*, coram bonæ memoriæ Bichio. Quodque penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura animarum, omniaque alia reſideant; Vicarius verò ibi deputatus ad eam exercendam, vti nutu amouibilis, habeat nudum exercitium, & nomen cum iure congruæ. Gloſſa *in Clementina vnica, in verbo Ad menſam, verſic. Et videtur, de exceſſibus Prælatorum.* Gabriel *conſil.* 190. *num.* 10. *lib.* 2. Lotterius *de re beneficiaria, lib.*1. *quæſt.*33. *num.*93. Rota coram Cardinale Seraphino *deciſ.*1304. *n.*1. Coccin. *deciſ.*81. *n.*2. *&* 3. Caualer. *deciſ.*595. *n.*1. *&* 2. Buratt. *deciſ.*214. *num.* 3. *&* 4. Merlin. *in dicta deciſ.*115. *n.*7. & in recentioribus *deciſ.*352. *n.*7. *&* 8. *part.*4.

Immò à Nicolao de Ronſci de Vallis, vti ex originali vnionis apparet inſtrumento.

De hac autem vnione iure incorporationis, & ſubiectiuè facta Monaſterio, abundè Domini apparere dicebant ex illis verbis, ibi: *Cum omnibus iuribus, & pertinentiis præfato Monaſterio incorporamus, & perpetuò vnimus, & concedimus: ita quod liceat per vos, vel per Procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, iurium, & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere, ac fructus, & redditus in vſus Abbatiæ, & Conuentus conuertere; reſeruata tamen de Eccleſiæ fructibus, redditibus, & prouentibus, pro Vicario ibidem inſtituendo, congrua portione.* 2

Ex quo Eccleſia eſt perpetuò vnita, neceſſariò ſequitur, quod omne ius illius, tam ſpirituale, quam temporale fuerit tranſlatum in eam, cui vnio facta fuit. Rota

Cùm

coram Rembaldo in Vliſbonenſi, 1. Iunij 1615. la 9. poſt meas 99. Paſt. num. 2. in fine.

Cùm igitur Eccleſia ſit vnita cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ſitque certa congrua Vicario aſſignata, ad hoc vt reliqui fructus conuertantur in vſus Conuentus, & Abbatiæ de Hyrach, euidens ex hoc fit tranſlatio curæ habitualis in Abbatem, & exercitij dumtaxat illius in Vicarium, vt probant Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancelleriæ, gloſſa* 5. §. 7. *num.* 128. Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *num.* 55. Gratianus *diſceptationum forenſium cap.* 892. *num.* 5. *in fine.* Rota coram Cardinale Caualerio, *deciſ.* 371. *num.* 1. & 5. Buratto *deciſione* 214. *num.* 4. Merlino *in præcitata deciſ.* 115. *n.* 7. & 8. & recentiorum *deciſ.* 710. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 352. *num.* 8. *part.* 4. *deciſ.* 21. *num.* 6. *part.* 6. *deciſ.* 88. *num.* 12. *part.* 9. In Barchinonenſi Parochialis, 10. Februarij, 1646. §. *Quia in aliis*, coram Eminentiſſimo Cardinale Corrado. In Mindonienſi Parochialis, 3. Maij 1653. §. *Nec dubitari*, coram Reuerendiſſimo Segobienſi.

3 Non obſtat, quod ſi, vt hic, Parochiales ſæculares vniuntur Monaſterio, vel Dignitati, debent ibidem deputari Vicarij perpetui ſæculares, qui curam exerceant, ad textum *in cap. Extirpandæ*, §. *Qui verò*, *de prabendis.* Gloſſa *in Clementina vnica, verbo Parochialium*, vbi Doctores, *de officio Vicarij.* Geminianus *conſil.* 86. *num.* 5. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancelleriæ, gloſſa* 5. §. 3. *num.* 10. Rota *deciſ.* 5. *n.* 2. *part.* 7. *recentiorum.* Reſponſum enim fuit, quod iura in obiecto allegata, procedunt in ſimplici vnione, cuius vigore Superior Eccleſiæ, cui eſt facta, arctatur adminiſtrare curam in Eccleſia vnita per Vicarium perpetuum; ſecus quando, vt hîc, pleno iure, & ſubiectiuè Parochialis fuit alteri vnita. Nam tunc tenetur quidem curam per vicarium perpetuum exercere, ſed ab exercitio illius valet ad nutum remouere, vt diſtinguit gloſſa *in Clementina vnica*, §. *Quidam etiam*, *in verbo Ad menſam*, *verſic. Aut pleno iure*, *de Exceſſibus Prælatorum.* Gonzalez *ad regulam* 8. *gloſſa* 5. §. 3. *num.* 14. Lotterius *de re beneficiaria*, *lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 93. Ioannes Aloyſius Riccius *in praxi variarum reſolutionum*, *tom.* 1. *part.* 2. *reſolut.* 293. Rota apud Cardinalem Seraphinum, *deciſ.* 1304. *ſub num.* 1. Rota *deciſ.* 5. *n.* 7. & 8. *part.* 7. & *deciſ.* 88. *num.* 1. & 17. *part.* 9. & ſic perpetuitas reſpicit perſonam ipſius Vicarij, & in illo verificatur ratione exercitij, & onerum, quæ ſubire tenetur, non verò quod cenſeatur tranſlata omnis Cura Parochialis, quæ huiuſmodi perpetuitate Vicarij non obſtante, non deſinit eſſe de menſa illius Eccleſiæ, cui facta eſt vnio. Gabriel *conſil.* 190. *num.* 18. & 19. *lib.* 1. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancelleriæ, gloſſa* 5. §. 6. *n.* 30. Rota *deciſ.* 102. *num.* 10. *ante finem*, *verſic. & præterea ex eo*, *part.* 1. *deciſ.* 710. *num.* 4. *in fine*, *part.* 2. bonæ memoriæ Merlinus *in præcitata deciſione* 115. *num.* 13. & in recentiorum *deciſ.* 245. *num.* 17. *part.* 6.

Videatur Annotatio poſt deciſ. iſtam appoſita.

4 At omnis difficultas remouetur ex aliis in præſenti caſu concurrentibus, quæ excludunt perpetuitatem Vicarij, & oſtendunt illum verè eſſe nutu amouibilem. Et primò, quia agitur de Eccleſia Regulari ratione vnionis Monaſterio factæ, in qua de iure deputantur Vicarij amouibiles, *cap.* 1. *de Capellis Monachorum.* Sanchez *in Præcepta Decalogi, lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 104. Gonzalez *loco proximè citato*, *num.* 31. Rota apud Durant. *deciſ.* 74. *num.* 27. & in recentiorum *deciſ.* 297. *num.* 3. *part.* 5.

Elicitur ſecundò ex duabus deputationibus de anno 1539. factis, relatis *in ſummario Abbatis*; in quibus præuia expreſſione, quod Vicarius erat annalis, ad nutum quoque fuit tunc deputatus. Quæ antiquiſſimæ deputationes, & metam centum annorum excedentes, optimè inſeruiunt pro iuſtificatione huius qualitatis, eo ipſo, quod ſunt ſortitæ effectum per admiſſionem vnius Vicarij, ſequuta remotione alterius, & facta in ſecunda admiſſione mentione prioris, iuxta conſilium Oldradi 229. paſſim à Rota approbatum, vt coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV. *deciſione* 215. *num.* 1. Seraphino *deciſ.* 337. *num.* 2. & *deciſ.* 1141. *num.* 2. Merlino *deciſ.* 4. *num.* 1. *deciſ.* 95. *num.* 5. & in recentiorum *deciſione* 95. *numer.* 5. & *deciſ.* 152. *numer.* 2. *part.* 5. 5

His accedit concordia de anno 1577. inita inter Abbatem de Hyrach, & beneficiatos, & incolas de Mendauia, vbi Abbas annuens inſtantiæ Vicarij ſuper augmento congruæ, & ad talem effectum vnioni vnius ex beneficiis Sancti Ioannis, quod ille retinebat, & in remotione à Vicaria dimittere debebat, facultatem etiam ſibi reſeruauit, ad annum, & libitum amouendi. Ex qua concordia implicitam, & explicitam amouibilitatem continente, cum ſubſequuta illius confirmatione per Ordinarium, iunctis recentioribus deputationibus relatiuè ad dictam concordiam, ab eodem Abbate de annis 1637. & ſequentibus factis de Vicaria tanquam amouibili, euidenter patet, illam eſſe talem, cùm hæc ſit illius natura, vt noua fiat prouiſio, non expectata morte primi. Rota *deciſ.* 328. *num.* 9. apud Poſthium *de manutentione*, & in Maceratenſi Capellaniæ, 10. Maij 1660. coram me, §. *Iniuſtitia.* 6

Non vrget contra dictam concordiam exceptio nullitatis ex defectu beneplaciti Apoſtolici, requiſiti pro illius validitate, ex conſtitutione Vrbana ſuper præiudicialibus Eccleſiæ edita. Tum quia non fuit inita ad effectum tunc firmandi quod in poſterum Vicaria eſſet amouibilis ad nutum Abbatis, ex quo talem per antea fuiſſe ſupponitur; & cum tali ſuppoſito ille, qui ſpatio ſeptem annorum fuerit Vicarius abſque remotione, deputatur œconomus; atque ideò non requirebatur confirmatio. Tum quia conſtitutio Vrbana non habet locum in contractibus inter duas Eccleſias factis, ex legiſlatoris mente, quæ fuit, vt conſuleretur rebus Eccleſiæ aduerſùs vſurpatores, vt deciſum fuit *in Vicent. Portionum, prima Iunij* 1643. coram bonæ memoriæ Dunozetto. 7

Non releuat, quod nonnulli ex Vicariis pro tempore, ob aſſecutionem alterius beneficij, vel aliàs Vicariam dimittere volentes, id fecerunt in manibus Iuratorum; & iſti, de more, alios ad exercendam curam animarum præſentarunt, vt ex dimiſſionibus, & præſentationibus relatis in ſummario Vicarij, *num.* 4. vnde inferebatur ad excluſionem ma- 8

 nualitatis

nualitatis Vicariæ. Quia inde non poteſt educi, quod eſſet perpetua, & daretur in titulum, dum, admiſsa perpetuitate, nullatenus poterat dimitti in manibus laicorum, vt ſunt Iurati; & dimiſsionem admittere, cùm huiuſmodi facultas ſit Superioribus Eccleſiaſticis ſolùm reſeruata, ad textum *in cap. Si admonet, cap. Quod in dubiis, cap. Niſi cùm pridem, de renunciation.* Couartuuias *variarum reſolutionum lib. 5. cap. 5. num. 6.* Garcia *de beneficiis, part. 11. cap. 3. num. 219. & ſeq.* & *num. 223. cum ſeq.* Rota *in Anglonenſi Archipresbyteratus, 26. Iunij, 1654 §. Quia cùm,* coram R.P.D. méo Albergato.

9 Quibus nullatenus viſum fuit reſiſtere decretum Sacri Concilij Tridentini *in ſeſſ. 7. cap. 7. de reformatione.* Quatenus ibi iniungitur locorum Ordinariis, quolibet anno, viſitatio Eccleſiarum Parochialium, Monaſteriis vnitarum; & deputatio Vicariorum perpetuorum pro exercitio curæ animarum. Quoniam hoc ſimpliciter, & abſolutè non demandatur, ſed remittitur eorumdem Ordinariorum arbitrio, ſi pro bono Eccleſiarum regimine ipſis expedire videbitur, vt ibidem notat Barboſa *num. 15.* Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 5. §. 3. in fine.* Et in indiuiduo Eccleſiæ huic Monaſterio vnitæ, firmauit Rota coram Seraphino *dicta deciſ. 1304. num. 1.* & in recentiorum *deciſ. 88. num. 17. part. 9.* in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 16. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.

10 Prout nec videbatur poſſe fieri vim in actibus factis à Vicario de Mendauia, in dicta Eccleſia de Legarda, concernentibus Parochialem, abſque Abbatis, vel Prioris licentia; minuſque in allegato vltimo ſtatu, pro perpetuitate Vicarij: nam firmato ex præfatis de contrario ſtatu, præ ſe ferente manualitatem, eſt illi ſtandum, omniaque geſta præſumuntur per Vicarium, vti nudum Miniſtrum Abbatis. Gabriel *conſil. 190. num. 10. verſic. Hoc igitur, lib. 2.* cum aliis ſuprà allegatis. Nam ſi aliàs animo illi præiudicandi exercuiſſe non potuit, niſi quoque conſtet Abbati innotuiſſe, ad notata per Doctores *in cap. Cùm Eccleſia Sutrina,* vbi Ripa *num. 14. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* Caualer. *deciſ. 405. num. 3.* Addent. *ad deciſ. 541. à num. 93. part. 4. tom. 3. recentiorum,* & multò minùs in tam graue Monaſterij detrimentum.

11 Cùm itaque ex prædictis ſatis conſtet de vnione Parochialis S. Ioannis de Mendauia Monaſterio de Hyrache, ac Vicarij ibi reſidentis amouibilitate, nec in dubium reuocetur, quin hæc de Legarda ſit illi annexa, illique Abbates pro tempore plures geſſerint actus ſpecificatos, & relatos in eius ſummario impreſſo. *num. 13.* meritò fuit reſolutum, conſtare de illius bono iure, reſpectu iurium Parochialium, & exercitij, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

1 Circa id, quod in hac deciſione dicitur numero tertio, videlicet, quod *quando, vt hic, pleno iure, & ſubiectiuè Parochialis fuit alteri vnita, tenetur curam per Vicarium perpetuum exercere,* adnotauit Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Sanctes de Pilaſtris, tunc cauſæ iſtius pro Abbate, & Monachis Hyrachenſis Cœnobij vigilantiſſimus, & ſolertiſſimus Patronus, & poſteà Vicedatarius Apoſtolicus, in quodam doctiſſimo diſcurſu pro Congregatione habenda, quod *nemo ex Doctoribus ibidem allegatis firmat, quod in vnione facta menſæ in temporalibus, & ſpiritualibus conſtitui debeat Vicarius perpetuus, aduertendo quod loquuntur in vnione acceſſoria, quoad temporalia.* Illius verba reddo. Vnde re meliùs inſpecta, Sacra Rota abſolutè poſtea firmauit, coram Reuerendiſſimo P.D. Ninot, 27. Iunij 1664. *verſic. Cùm enim:* coram R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. *verſic. Primò:* & coram R. P. D. Albergato, 11. Maij 1669. *verſic. Validitas,* quod cura ſit exercenda per Vicarium ad nutum amouibilem, tam in Eccleſia S. Ioannis de Mendauia, quàm in aliis ſimiliter vnitis, iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ſubiectiuè. Et quidem in caſu ſimilis vnionis, amouibilitatem Vicarij firmant gloſſa, Seraphinus, Riccius, & Lotterius, in hac deciſione in contrarium adducti. Iſtæ Deciſiones infra adſunt, 3. 5. & 6.

DECISIO III.

R.P.D. Ninot.

In eadem Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, Veneris 27. Iunij, 1664.

BREVIARIVM.

Cura animarum.

Quoties annuorum redditum applicatio ſit ei, cui vnitur Eccleſia, reſeruatâ congruâ Vicario, cura habitualis, & propria transfertur in eum, cui ſit vnio; Vicario autem ſolum exercitium. n. 6.

Dictio.

Eius eſt natura dictio, Ac, vt adiiciat ad præcedentia. n. 5.

Legarda.

Ius exercendi iura Parochialia in Eccleſia Legarde, Vicario Mendauiæ non competit. n. 1.

Mendauia.

Eccleſia S. Ioannis de Mendauia, vnita eſt iure pleno, & per viam incorporationis Hyrachenſi Monaſterio. n. 2.

Cura dicta Eccleſiæ tranſlata eſt in Abbatem dicti Monaſterij. n. 2.

Illius Vicarius eſt amouibilis ad nutum Abbatis, & Conuentus. n. 2.

Nudum exercitium habet Vicarius dependenter ab Abbate. n. 3.

Vnio plenaria huius Eccleſiæ, quoad ſpiritualia, & temporalia, reſultat ex verbis, Cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis. *n. 4.*

Reſultat etiam ex aliis in inſtrumento vnionis appoſitis. n. 5.

Obſeruantia.

Rei qualitatem optimè obſeruantia oſtendit. n. 7.

Vicarius

Vicarius.

Amouibiles Vicarios, in perpetuos, quando, & quomodo erigere queat Epiſcopus. n.8.

Huiuſmodi erectio non præſumitur niſi probetur. num.8.

1 SEntentiam Rotalem, quâ reuocando aliam de partibus, pronunciatum fuit, non competere Vicario de Mendauia ius exercendi functiones Parochiales in Eccleſia Legardæ, priuatiuè quoad Abbatem de Hyrach, hodie Domini dixerunt eſſe confirmandam. Quia de eius validitate conſtat ex actis: & iuſtitia latè comprobatur ex deciſione edita coram R. P. D. meo Beuilaqua, ſub die 19. Ianuarij, 1663.

2 Cùm enim Parochialis Eccleſia de Mendauia, cui eſt annexa illa de Legarda, fuerit ſubiectiuè, & pleno iure vnita Monaſterio Hyrachenſi, penes quod propterea dicitur tranſlata cura animarum, exercenda per Vicarium ad nutum amouibilem, non autem perpetuum, Lotterius *de re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 33. num.* 93. Gonzalez *ad regulam* 8. *gloſſa* 5. §. 3. *num.* 14. *& ſeqq.* Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, cap.* 15. *parte* 1. *num.* 4. Garcia *de beneficiis, parte* 11. *cap.* 2. *num.* 3. Petrus de Murga *quæſtionum Paſtoralium parte* 2. §. 7. *num.* 15. Rota *in recentiorum deciſ.* 297. *num.* 3. *parte* 5. & *deciſ.* 21. *num.* 5. *parte* 6. & *deciſ.* 5. *num.* 7. *parte* 7. & *in Pampilonenſi Vicaria de Stella, 26. Martij* 1659. *coram R. P. D. meo Albergato.*

3 Sequitur, quod fruſtra tale ius prætendat priuatiuè quoad Abbatem, cùm immò dependenter ab ipſo nudum exercitium recipiat cum iure congruæ. Gloſſa *in Clementina vnica, in verbo ad menſam, verſic. Et videtur, de exceſſibus Prælatorum.* Rota *coram Coccino, deciſ.* 81. *num.* 2. *&* 3. *coram Buratto, deciſ.* 214. *num.* 3. *&* 4. *coram Caualerio, deciſ.* 595. *num.* 1. *&* 2. & *in recentiorum deciſ.* 152. *num.* 7. *&* 8. *parte* 4.

4 Hanc autem plenariam, & ſubiectiuam vnionem, tam quoad temporalia, quàm quoad ſpiritualia, Domini reſultare dicebant, non ſolùm ex illis verbis, *cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis*, ſub quibus non ſolùm temporalia, ſed etiam ſpiritualia continentur. Innocentius *in cap. Cùm ad Sedem, num.* 2. *&* 3. *de reſtitutione ſpoliatorum.* Hoſtienſis *in cap. exposuiſti, in fine, de præbendis.* Lapus *allegatione* 139. *num.* 10. *&* 11. Rota *coram Caualerio, deciſ.* 699. *num.* 2. *&* 4. & *in recentiorum deciſ.* 21. *num.* 6. *parte* 6. & *in Mindonienſi Parochialis, 3 Martij* 1653. *coram Reuerendiſſimo Segobienſi, §. Nec dubitari.*

5 Sed etiam ex ſubſequentibus, ibi: *ita quod liceat per vos, vel per procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, iurium, & pertinentiarum prædictarum, authoritate propria apprehendere, & fructus, redditus, & prouentus ipſius Parochialis Eccleſiæ in vſus Abbatiæ, & Conuentus conuertere.* Quæ clarè demonſtrant, ſpirituale principaliter fuiſſe conceſſum, & deinde temporale, per viam acceſſionis, mediante dictione illa, *Ac*, de cuius natura eſt adiicere ad præcedentia, *l. ea tamen adiectio, ff. de legatis* 3. Barboſa *dictione* 110. *num.* 33.

6 Et comprobat etiam natura ipſa rei geſtæ; quia quoties fit omnium redditum applicatio, reſeruatâ tantùm congruâ Vicario, ſignum emergit, quod cura habitualis fuerit tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolùm nudum illius exercitium in Vicarium. Hoſtienſis, & alij *in cap. Expoſuiſti, de præbendis.* Rota *coram Merlino, deciſ.* 115. *ſub num.* 6. *verſic. Præterea, coram Buratto, deciſ.* 214. *num.* 3. *&* 4. *& in recentiorum deciſ.* 710. *num.* 3. *parte* 2. & *deciſ.* 352. *num.* 8. *parte* 4. & *in Romana iurium Parochialium, 4. Decembris,* 1651. *coram eminentiſſimo Cardinale Celſo.*

7 Et quatenus etiam aliqua in verbis adeſſet difficultas, illa penitus remaneret ſublata ex obſeruantia ſubſecuta, quæ declarauit Vicariam fuiſſe temporalem, & ad nutum amouibilem, vt ex pluribus actibus plenè recenſitis in dicta deciſione R. P. D. mei Beuilaquæ, à §. *At omnia*, cum tribus ſequentibus. Obſeruantia enim interpretatiua, vnionis qualitatem optimè oſtendit. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 3. *num.* 17. *&* 18. Garcia *de beneficiis, parte* 11. *cap.* 2. *num.* 6. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 67. Merlinus *dicta deciſ.* 115. *num.* 8. & *in dicta Romana iurium Parochialium, 4. Decembris* 1651. *coram Eminentiſſimo Celſo, §. concurrit.*

Non obſtat, quod in vim Concilij Tridentini, *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reformatione*, remittatur Ordinariorum arbitrio erigere tales Vicarias temporales in perpetuas. Quia aliud eſt poteſtas erigendi, & aliud factum poſitiuæ erectionis, quæ non præſumitur, niſi probetur, vt in ſpecie Garcia *de beneficiis, parte* 11. *cap.* 2. *num.* 16. præſertim, quia non poterat Epiſcopus ad illud deuenire, niſi causa cognitâ, & citatis intereſſe habentibus. Barboſa *in collectar. capitis* 7. *n.* 31. & *in tractatu de Epiſcopo, allegat.* 72. *ſub num.* 190. Flores de Mena *variarum reſolutionum lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 47. Garcia *de beneficiis, parte* 11. *cap.* 2. *num.* 8. *&* 12. & in dicta Mindonienſi Parochialis, coram Reuerendiſſimo Zatate, *in fine*, impreſſa poſt Dianam *variarum reſolutionum parte* 11. *fol. mihi* 566.

8 Ex quibus, & aliis fuſiùs in dicta deciſione R. P. D. mei Beuilaquæ deductis, reſponſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis, vnica tantùm, &c. Vicario pluries citato.

ADDITIONES.

§. I.

1 Ad *num.* 3. ad probandum, quod cura exercenda ſit per Vicarium ad nutum amouibilem, non autem per perpetuum, in Eccleſiis iure pleno, & ſubiectiuè vnitis, addo Flor. de Mena *variar. reſol. lib.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 3. §. 3. *num.* 39. *&* 40. Gordonum *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 5. *n.* 22. *verſic. Exceptiones.* Sanchez *in Decalogum, lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 191. Hieronym. Roderiquez *in compendio qq. Regularium, reſolut.* 15. *num.* 31. poſt Emmanuelem Roderiq. *in ſumma, tom.* 3. *addit. cap.* 31. *num.* 7. *&* 8. Ioannem Aloyſium Riccium *in praxi variarum reſolutionum, reſolut.* 293. *concluſ.* 2. *&* 4. *pag. mihi* 167. *&* 168. Azorium *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *q.* 1. Meipſum *in qq. Paſtoralibus, parte* 1. *q.* 2. *diuiſ.* 2. *num.* 23. ex textu *in cap. Execrabilis, vnico de præbendis, in extrauag. Ioannis XXII.* ibi: *Non per Vicarios perpetuos, ſed per Rectores, aut Miniſtros, vel temporales Vicarios.* Et *parte* 3. *q.* 17. *à num.* 15. & *in diſquiſitionibus Moralib. & Canonicis, tom.* 1. *tract.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. §. 1. *num.* 5. *&* 21. Addo & Rotam in

Portagalenſ. Vicaria, 20. Nouembris 1598. num. 2. coram Peña, la 31. poſt meas quaſt. Paſt. ibi: Cui erat annexa, & illius propterea cura exercebatur per Capellanam... ad nutum eiuſdem Monaſterij amouibilem, &c. (expende cauſalem.) In hac Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, 11. Martij 1667. coram R. P. D. Otalora, infrà la 5. num. ſin. ibi: Cùm itaque ex ſuperioribus conſtet, quod vnio ſit facta pleno iure, etiam quoad ſpiritualia, conſequens eſt, quod Vicarius pro exercitio curæ deputandus, ſit ad nutum amouibilis. In eadem etiam, 13. May 1669. coram R. P. D. Albergato, aderit hic 6. omnino videnda, num. 1. vbi plures pro concluſionis probatiune adducuntur Doctores & Rotæ deciſiones: in alia Pampilonenſi de Elizondo, 28. Nouemb. 1664. coram R. P. D. Veroſpio, la 12. num. 1. vbi latè comprobatur cooclusio, num. 2. & 3. & in eadem coram R. P. D. Cerro Decano, 23. Martij 1667. infrà la 17. num. 1. 4. & 5. & priùs in alia ſub die 7. Iunij, 1666. vtrobique docet, quod in Eccleſiis pleno iure vnitis in ſpiritualibus, & temporalibus Monaſterio, ad illatum ſpectat Abbatem deputare Vicarium, cum facultate illum ad propriom libitum remouendi.

§. II.

2 Ad num. 3. ad probandom, quod Vicarius Eecleſiæ ſubiectinè, & pleno iure vnitæ, nudum habeat exercitium curæ, dependenter ab eo, cui eſt vnita, addo Rebuffum in praxi benefic. tit. de non promotis intra annum, num. 65. ibi: Sed tantùm curæ exercitium. Ludouicum Bellum in conſiliis poſthumis, conſil. 87. num. 4. & me ipſum in qq. Paſtoral. part. 1. q. 2. diuiſ. 2. num. 13. & part. 3. q. 17. num. 17. Rotam coram Seraphino, deciſ. 1304. verſic. Tertiò, ex Ionocentio in Clement. Frequens, num. 3. de exceſſib. Prælator. coram Merlino, 22. Aprilis 1624. In Deturſenſi Vicaria, num. 1. Habentur poſt dictas quæſtiones, & ſunt 13. & 21. In Pampilonenſ. iurium Parochialium de Mendauia, coram R. P. D. Beuilaqua, hic la 2. num. 1. In eadem coram R. P. D. Albergato, infrà la 6. num. 2. & in Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, coram R. P. D. Veroſpio, 28. Nouembr. 1664. la 12. num. 2.

§. III.

3 Circa illud, num. 4. quod vnio probari poſſit plenaria argumentis, coniecturis, & ſignis, faciunt concluſiones ſequentes.

I. Probatur ex perceptiooe decimarum, aut primitiarum, vel oblationum, Burattus poſt meas qq. Paſtor. deciſ. 5. num. 1. & 2. Litta ibidem, la 7. n. 2. 5. & 6. Lacellottus la 8. num. 1. 2. & 7. Seraphin. deciſ. 1304. n. 1. & 2. Ninot ſuprà, n. 6. Beuilaqua ſuprà, la 2. n. 2. Viroſp. infra, la 10. n. 4. Ego ipſe in dictis qq. Paſt. part. 2. q. 6. n. 5.

II Ex congruæ aſſignatione, & augmento. Seraph. n. 2. & 5. Litta n. 5. 6. & 9. Lancellot. num. 1. 2. & 7. Beuilaqua num. 2. Veroſp. num 4. Otalora infra, la 5. n. 16. Cerrus Decanus la 17. num. 2. 6. & 7.

III. Ex prouiſiooe beneficiorum. Seraphio. num. 2.

IV. Ex deputatione Vicarij. Veroſp. num. 3. Cerrus n. 2. & 3.

V. Ex coadiutoris depotatione. Veroſp. n. 4. Cerrus n. 2. & 6.

VI. Ex eo, quod præſentat Vicarium. Lancelottus n. 1. 2. 3. 5. & 7.

VII. Ex eo, quod coram eo, ad quem Eeclesia pertinet, fit Vicarij præſentatio. Seraph. num. 4.

VIII. Ex eo, quod Vicarius eſt amouibilis. Seraph. n. 3. Litta n. 7. Beuilaq. n. 5. 6. & 11. & Ninot num. 7.

IX. Ex eo, quod ille, ad quem Eccleſia ſpectat, Miſſam Popolarem celebrauit Cerrus n. 6.

X. Ex eo, quod io illa prædicauit. Seraphinus n. 2. & Cerrus n. 6.

XI. Ex eo, quod illam viſitauit. Seraph. n. 2.

XII. Ex eo, quod computa exegerit. Seraphin. n. 2.

XIII. Ex enunciatiuis. Veroſp. n. 2. & 4. & Cerrus n. 2.

§. IV.

Ad num. 6. illam cooclusionem probant Elig. Baſſæus tom. 1. verbo Vicarius, n. 5. Flores de Mena variar. qq. q. 10. lib. 1. n. 22. ibi: Eſt verus Rector, & gaudet vt talis Beneficij fructibus. Riccius in praxi variar. reſolut. reſolut. 293. concluſ. 3. Rota coram Cardin. Seraph. deciſ. 1304. num. 1. & ſeqq. la 13. poſt meas qq. Paſtorales, coram Card. Litta, la 7. n. 2. ibi: Denotatur manifeſtè, &c. & coram Card. Lancelloto la 8. n. 1. in medio, & n. 7. Ego ipſe in dictis qq. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. num. 14. 15. & 16. & p. 2. q. 2. §. 7. n. 18. 36. & 37. Imò & Ioan. Andr. in cap. Abbates, 3. de priuileg. in 6. dicens: Tunc Eccleſia pleno iure pertinent ad Monaſteria, quando in eis Sacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiunt, præter ſtipendia miniſtrorum. Et Rebuffus in praxi benefic. tit. de Vicaris perpetuis; vbi poſtquàm n. 7. dixit, quod ad menſam cenſetur vnitum beneficium, quando ſpiritualia, & temporalia ſunt anoexa, gloſſa, & Doctores in cap. Vt ſuprà, de rebus Eccleſ. non alienand. ſequenti numero 8. ait, vnitum eſſe beneficium ad menſam Abbatis, quando conceſſum fuit, vt is viuere poſſit cum ſuis Religioſis. Huiuſmodi autem conceſſionem fuiſſe ſic factam Abbati, Monachis, & Conuentui Hyrachenſi in caſu iſtius deciſionis iurium Parochialium de Mendauia, apparet ibi: Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod fructus, redditus, & prouentus dicti Monaſterij adeò ſunt diminuti, quod onera dicti Monaſterij non valetis commodè ſupportare... Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, & de præmiſſis ſufficienter informati, præfatam Parochialem, ſic vt præmittitur, vacantem, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, prædicto Monaſterio auctoritate noſtra Ordinaria, in perpetuum incorporamus, vnimus, & annectimus. 4

§. V.

Ad numerum octauum addo, quod Epiſcopus in vim Concilij Tridentioi, ſeſſ. 7. cap. 7. de reformatione, Vicatios temporales Eecleſiarum vnitarum Mooaſteriis exemptis, quorum Abbates illos deputauerunt, & remoueruot abſque Epiſcopi venia, perpetuos facere non poteſt. Ita Rota in Pampilonenſ. Vicaria de Stella, ad fauorem Abbatis de Hyrache, 28. Martij 1659. coram R. P. D. Albergato, cuius deciſio infrà adeſt, & eſt 9. & in Pampilonenſ. Vicaria de Elizondo, 16. Iun. 1664. coram R. P. D. Veroſpio, la 11. n. 4. dictum eſt, 5

diſpoſitio

Digitized by Google

diſpoſitionem Concilij *in præfato cap. 7.* non procedere in Eccleſiis pleno iure Monaſteriis vnitis, neque diſpoſitionem Gregorij XIII. & *in eadem, coram eodem, 28. Nouembris 1664. infrà la 11.* poſtquam *n. 2.* dictam Conciliarem diſpoſitionem recenſuit, *n. 3.* ait, illam fuiſſe in hac parte immutatam per Pium V. cuius diſpoſitionem addit *n. 7.* omninò, & ad vnguem obſeruandam in electione Vicariorum pro Eccleſiis Monaſteriis vnitis.

DECISIO IV.

R. P. D. Otaloræ.

In eadem Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, 7. Iunij 1666.

BREVIARIVM.

Concordia.

Super rebus Eccleſiæ inita abſque beneplacito Apoſtolico, ſucceſſores non afficit. n. 1. 2.

Confeſſio.

Partis aduerſæ confeſſio plenè contra ſe probat. n. 5.

Congrua.

Reſeruatio congruæ, an præ ſe ferat Vicarij perpetuitatem. n. 6.

Cura animarum.

An quando Vicarius eſt perpetuus, poſſit principalis ſe ingerere in cura, Vicario ſpreto; & an Epiſcopus, ſpreto Eccleſiæ Rectore. n. 7.

Cura reſidet penes recipientem omnes decimas, aſſignatâ certâ portione Vicario; & penes Vicarium nudum miniſterium. n. 10.

Reſidet cura penes coactum augere ſeruitium, & congruam aſſignare. n. 10.

Decimæ.

Perceptio decimarum an plenariam probet vnionem. n. 10. & 12.

Alia vide Verbo Cura, *& verbo* Vnio.

Decretum irritans.

Quidquid in contrarium fit, inficit decretum irritans. n. 9.

Erronei actus.

Actus erronei, ſeu cum errore facti, non attenduntur. n. 11.

Inſtitutio.

Authorizabilis inſtitutio etiam ex præſcriptione, competere non poteſt non habenti iuriſdictionem in Clerum, & etiam in populum. n. 6.

Inſtitutio tituli collatoria pertinet ad Abbatem, cuius Monaſterio Eccleſia eſt pleno iure ſubiecta, licèt non populus. n. 6.

Vera inſtitutio, tituli ſcilicet collatoria, non datur ad tempus. n. 6.

Iura Epiſcopalia.

An iſta teneatur ſoluere Vicarius amouibilis; an verò illa, cui Eccleſia reperitur vnita. n. 6.

Iuſpatronatus.

In vniuerſitate cadit ſub præſumptione vſurpationis; & ideò probandum ad formam Concilij Tridentini. n. 4.

Leuioribus probationibus verificatur, quando de eo agitur incidenter. n. 5.

Donatio, etiam Regi, de iurepatronatus, abſque Ordinarij conſenſu, nulla an ſit. n. 5.

Per vnionem Eccleſiæ, de conſenſu Patroni factam, an iuſpatronatus conſeruetur. n. 5.

Legarda.

Eccleſia S. Mariæ de Legarda ſita intra terminos Mendauiæ eſt, & quoad curam animarum illius Eccleſiæ Parochiali vnita. n. 1.

Mendauia.

Cura animarum Mendauiæ, an penes Abbatem Hyrachenſem reſideat, an penes Vicarium. n. 1.

Eccleſiæ Mendauiæ vnio, an plenaria quoad ſpiritualia, & temporalia ſit; an quoad iſta ſolùm. n. 2. & 9.

Incolæ, & Conſilium Mendauiæ iuſpatronatus Eccleſiæ S. Ioannis Regi Carolo III. donauerunt, & Rex ipſe Monaſterio de Hyrache. n. 4.

An dicta Eccleſia per vnionem euaſerit Regularis. n. 9.

Vicarius à Vicaria amotus, beneficium, quo fruitur, amittere an teneatur. n. 10.

Obſeruantia.

Etiam per vnicum actum deſeruit obſeruantia, ad interpretationem verborum inſtrumenti, ſtatuti, &c. n. 7.

Obſeruantia vltimum ſtatum firmat. n. 7.

Procœmium.

Verba procœmij lumen præſtant diſpoſitioni, & ex eiſdem intentio deprehenditur Principis. n. 2.

Status vltimus.

In materia beneficiali vltimus debet ſtatus attendi. n. 7.

Vicaria, Vicarius.

Ab Abbate, qui eſt patronus, inſtituitur, & deſtituitur Vicarius. n. 3.

Vicarius perpetuus dicitur, quando ei Vicaria conceditur ad vitam. n. 7.

Vicarius perpetuus, an curam habeat animarum, & illius exercitium. n. 8.

De iure deputatur Vicarius amouibilis in Eccleſia pleno iure, & per viam incorporationis vnita. num. 9.

An in ea deputari poſſit Vicarius, etiam ſtante obſeruantia contraria, qui perpetuus ſit. n. 9.

Ea eſt Vicariæ amouibilis natura, vt noua fiat prouiſio, non expectatâ morte primi. n. 10.

An poſſit eſſe Vicarius perpetuus in Eccleſia vnita, & incorporata cum omnibus iuribus, & pertinentiis. n. 12.

Status Vicarij perpetui mutatur per manualitatem per quadraginta annos habitam. n. 12.

Vnio.

Vnio iure pleno, quoad temporalia, operatur vt ille, cui facta fuit, poſſit fructus percipere, & in proprios vſus illos conuertere. n. 2.

Eccleſia de iurepatronatus laicorum, an poſſit pleno iure vniri, ita vt Vicarius amoueri queat ab eo, cui illa fuit facta. n. 3.

Ad validitatem vnionis, patroni requiritur conſenſus. n. 4.

Vnio Eccleſiæ Monaſterio facta, an illius mutet naturam. n. 9.

Pleno iure an ſit ſubiecta, & vnita Eccleſia ei, qui authoriſabili inſtitutione inſtituere non poteſt. num. 6.

Vnio plenaria, an iuſtificetur per duas deputationes ad annum factas, & effectum ſortitas à tempore antiquo. n. 10.

Viſitatio Eccleſiæ Sanctiſſimi Sacramenti, Altarium, Baptiſmalis Fontis, an demonſtret vnionem fuiſſe plenariam quoad ſpiritualia, & temporalia. n. 11.

Eccleſia

1 Eccleſia S. Mariæ de Legarda, ſita eſt intra limites Eccleſiæ Parochialis de Mendauia: hæc verò vnita reperitur Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrache, Ordinis Sancti Benedicti. Hinc ortâ controuerſiâ coram Ordinario Pampilonenſi inter Monaſterium, & Vicarium oppidi de Mendauia, & litis conſortes, ſuper exercitio iurium Parochialium in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ de Legarda, emanauit ſententia fauore Vicarij; ſed in gradu appellationis causâ ad Rotam deuolutâ, R. P. D. meus Beuilaqua contrariam ſententiam tulit, quâ pronuntiauit apud Monaſterium, ac Monachos Sanctæ Mariæ de Hyrache, illiuſque Abbatem pro tempore reſedisſe, & reſidere curam animarum Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, cui annexa reperitur altera Beatæ Mariæ de Legarda; & Vicarium deputatum ad exercendam curam animarum Sancti Ioannis de Mendauia, eſſe ad nutum Abbatis, & Monaſterij amouibilem; habereque nudum exercitium cum iure congruæ, *ſummario Abbatis, num.* 1. quæ ſucceſſiuè fuit confirmata coram Reuerendiſſimo Gerundenſi, *dicto ſummario, num.* 2. Nunc verò in tertia inſtantia, dubio ſuper eius confirmatione, vel infirmatione propoſito, ex iuribus meliùs dilucidatis, & nouiter deductis, Domini infirmandam eſſe ſententiam reſponderunt.

2 Vnio ſiquidem dictæ Eccleſiæ non fuit facta Monaſterio ſubiectiuè, & pleno iure, etiam quoad ſpiritualia, ſed tantùm quoad temporalia, vt deprehenditur ex verbis prooemialibus Bullæ vnionis, quæ præſtant lumen diſpoſitioni, & ex his tollitur incertitudo, vt dixit Iaſon *in l. cùm quis, ff. de iuris, & facti ignorantia*, quem laudat, & exornat Molina *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 5. *num.* 4. *cum ſequentib.* ibi: *Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod fructus, redditus, & prouentus dicti Monaſterij... adeò ſunt diminuti, quod onera dicti Monaſterij non valeris commodè ſupportare.* Ex quo prooemio dignoſcitur intentio Papæ. Vnde apparet, quod quando fecit dictam vnionem, ſolùm viſus fuit per eam voluiſſe ſubuenire tenuitati fructuum Monaſterij, vt ad propoſitum tenuit Rota *coram Durant. deciſ.* 54. *num.* 7. & ſic vnionem principaliter fuiſſe factam Monaſterio pleno iure, quoad temporalia, mediante applicatione fructuum, vt in terminis de vnione facta propter inopiam Monaſterij, declarat Abbas *in cap. De Monachis, ſub num.* 8. *de Præbendis*, ibi: *Nam propter Religioſorum inopiam, quandoque Papa, vel Epiſcopus concedit eis Eccleſiam quoad temporalia; & talis conceſſio intelligitur, vt poſſint percipere redditus, & conuertere in vtilitatem propriam.* Ioan. Andreas *n.* 10. Anchar. *num.* 7.

3 Id quoque pleniùs probatur, ibi: *Supplicantes Parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis de Mendauia, dictæ Diœceſis.... quæ de patronatu laicali exiſtit.* Hinc patet, quod Parochialis de Mendauia tempore vnionis non erat liberæ collationis, ſed Parochialis ſæcularis, de iurepatronatus laicorum, itaque non potuit plenariè vniri Monaſterio. Itaut Vicarius ad nutum Abatis remoueatur, cùm non ab eo, ſed à Patronis laicis præſentetur, *allegato ſummario, num.* 3. & 4. licèt aliud dicendum eſſet, ſi Abbas eſſet patronus Eccleſiæ vnitæ, & haberet ius præſentandi, & nominandi Vicarium priuatiuè quoad incolas, iuxta diſtinctionem traditam à Canoniſtis *in c.* 1. *de Capellis Monachorum*, vbi Innocent. *ſub numero* 1. ibi: *Alij dicunt, hanc Decretalem loqui vbi Monaſterium non eſt Patronus beneficij illius Sacerdotis, quia fortè nihil receperat ab Abbate, ſed à populo tantùm; ſed ſi Abbas erat Patronus, Abbas remoueret.* Ioan. Andreas *ibidem, ſub eodem numero, circa medium*, ibi: *Alij hanc Decretalem intelligunt, vbi Abbas non eſt patronus, nec Preſbyter ab eo aliquid recipit, ſed tantùm à populo; aliàs Abbas Sacerdotem inſtitueret.* Cardinalis Zabarella *ſub num.* 2. *verſic. Et hoc præſuppoſito*: & *num.* 3. *verſic. Si enim Abbas ratione Monaſterij eſſet patronus.*

Nec obſtant duo, quæ opponebantur. Alterum, quod non conſtat de iurepatronatus incolarum. Tum, quia illud probandum eſt ad formam Concilij, dum ſumus in vniuerſitate, in qua cadit vſurpationis præſumptio. Tum quia incolæ de Mendauia, de anno 1407. & ſic ante vnionem, donarunt iuſpatronatus Sereniſſimo Regi Carolo, qui illud donauit Monaſterio de Hyrache ad hoc, vt ſequeretur ſupradicta vnio, *ſummario reſponſionis Monaſterij, num.* 1. Alterum, quod ad vnionem Patroni acceſſit conſenſus, ibi: *Et ad id patroni ipſius acceſſit aſſenſus*: quo ſtante, dubitari non poteſt de validitate vnionis. Viuianus *de iurepatronatus, lib.* 14. *c.* 5. *numero* 58. 4

5 Primum enim non ſubſiſtit ex eo, quod in præſenti agitur incidenter de probando iurepatronatus; pro cuius verificatione leuiores probationes ſufficiunt Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancel. gloſſa* 18. *à n.* 60. *cum ſeqq.* Rota *coram Merlino, deciſ.* 40. *num.* 9. maximè cùm non agatur de iurepatronatus cum Ordinario, contra quem ius commune reſiſtit, ſed contra Monaſterium. Gonzalez *vbi ſuprà, num.* 59. Illud autem probatur ex confeſſione facta à Monaſterio in ſupplicatione pro obtinenda vnione ſuperiùs relata, quæ ſufficit ad probandum iuſpatronatus, ſaltem in præiudicium ipſius confitentis. Garcia *de beneficiis, parte* 12. *cap.* 12. *num.* 276. Rota *coram Buratto, deciſ.* 183. *num.* 2. Deinde ex præſentationibus datis ſummario, *num.* 3. & inſtitutionibus, & ſententiis Ordinarij, *num.* 4. & 5. quibus multùm tribuendum eſt, cùm non ſoleant fauere iſtis præſentationibus. Rota *coram Seraphino, deciſ.* 1141. *num.* 8. *Merlino deciſ.* 349. *num.* 5. & cùm hæ longè poſt factam donationem emanauerint, infertur non habuiſſe effectum, ex quo in ea non interuenit conſenſus Ordinarij. Nec magis releuat ſecundum; quia etiam poſt vnionem ſpectat præſentatio ad incolas oppidi de Mendauia, non ad Abbatem. Conſeruatur enim patronatus per vnionem etiam factam de conſenſu patroni, iuxta doctrinam Speculatoris *tit. de iurepatronatus, num.* 17. vbi in ſpecie notat, quod Preſbyter in Eccleſia vnita ſemper celebrare debet. Rochus de Curte *de iurepatronatus, verbo Honorificum*, vbi *num.* 12. *poſt medium, verſic. Quia dici.* Lambertinus *eodem tractatu, lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *articulo* 5. *ſub num.* 2. *in fine*, ibi: *Explicitè quod Papa non cenſetur derogare* Rota *coram Reuerendiſſimo Abulenſi, deciſ.* 128. *num.* 19. & *ſeqq.* per textum *in c.* 3. *de Religioſis domibus*: vbi Ioan. Andreas *ante finem* notat, quod vnitum Monaſterio non mutat naturam.

Et clariùs verba vnionis diſpoſitiua demonſtrant, 6

ſtant, ibi : *Reſeruata tamen de Eccleſia Parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus pro Vicario ibidem inſtituendo, congrua portione, ex qua idem Vicarius valeat congruè ſuſtentari, & Epiſcopalia iura ſoluere.* Nam reſeruatio congruæ præ ſe fert perpetuitatem Vicariæ, iuxta textum *in cap. Ad hæc, de officio Vicarij.* Valenzuela *conſil. 54. per totum*, Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib. 3. cap. 6. num. 40.* item onus iniunctum Vicario ſoluendi iura Epiſcopalia, iuxta punctualem deciſionem Bellameræ 701. *num. 2. circa medium*, ibi : *Secunda cauſa fuit, quod ipſe reſpondit Epiſcopo, & Archidiacono de iuribus ſuis, ad quod teneri non poſſet Vicarius temporalis.* Et ſic ſi Vicaria de Mendauia eſſet amouibilis, onus ſoluendi iura Epiſcopalia Monaſterio fuiſſet iniunctum, ex traditis per Rotam *deciſ. 102. n. 2. circa finem, part. 1. recentiorum.* Item inſtitutio Vicarij id quoque probat, vel quia ea non competit Abbati de Hyrache, ex Bulla vnionis, ſed de iure pertinet ad Epiſcopum, vt inquit Geminianus *in cap. vnic. de Capellis Monachorum, in 6. num. 1. & 2.* vbi, quod inſtitutio authorizabilis, quoad regimen populi, eſt inabdicabilis ab Epiſcopo, nec poteſt competere inferioribus Prælatis, etiam ex conſuetudine, vel præſcriptione, niſi habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & populum. Reuerendiſſimus Fagnanus *in cap. Eam te, num. 3. & 4. de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum*, Abbas *in cap. Cùm & plantare, num. 6. de priuilegiis*, ibi : *Eccleſia pleno iure ſubiecta, ſed non populus, tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli, ſed inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum.* Decius *ſub n. 26.* ibi : *Et notandum eſt, quod Eccleſia non videtur ſubiecta pleno iure, ſi Religioſi non habent inſtituere quoad curam populi, ſed ſolùm quoad titulum beneficij.* Et cùm Vicarij inſtitutionem recipiant ab Epiſcopo, non poſſunt ab Abbate remoueri ; nam dicuntur perpetui, *dicto cap. Cùm & plantare, §. In Eccleſiis verò*, ibi : *Inſtitutos etiam inconſultis Epiſcopis, non audeant remouere.* Latè Bellamera *deciſ. 701. de præbendis, ſub n. 1.* ibi : *Ratio prima eſt, quia etiam in Eccleſia ſpectante ad menſam Monaſterij pleno iure, etiam quoad omnia ſupradicta, Vicarius dicitur perpetuus, qui recipit curam quoad regimen populi ab Epiſcopo.* Et ibi : *Sed quia Vicarius ille non per eos, ſed per Epiſcopum inſtituitur, illum non poſſunt amouere ; ideò cenſetur perpetuus.* Vel quia inſtitutio non cadit in amouibili, iuxta gloſſam litteralem *in cap. Extirpanda, §. Qui vero, verbo Perpetuum, de præbendis* : & eſt caſus *in cap. vnico, de Capellis Monachorum*, vbi gloſſa, *verbo Perpetui*, reddit rationem ; quia inſtitutio non datur ad tempus. Reuerendiſſimus Fagnanus *in cap. G. Perpetuus, num. 3. de Fide inſtrumentorum.* Bellamera *dicta deciſ. 701. num. 1.*

7 Quod autem Vicarij de Mendauia inſtitutionem Authorizabilem receperint ab Epiſcopu in perpetuum, patet ex ſententiis Ordinarij Pampilonenſis, latis occaſione deputationum ab Abbate factatum anno 1637. & ſequentibus, in quibus dicta Vicaria adiudicatur in perpetuum, *ſummario Vicarij, numer. 4.* ibi : *Et poſſis gaudere Vicariâ toto tempore vitæ tuæ.* Quæ verba indicant perpetuitatem, *l. 1. ff. pro ſocio* : & tunc dicitur Vicarius perpetuus, quando conceſſio fit ad vitam ipſius. Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 5. §. 3. numer. 11. in fine.* Deinde ex inſtitutionibus ab Ordinatio factis, in quibus datur facultas Vicariis adminiſtrandi Sacramenta, & faciendi omnes functiones Parochiales ad curam animarum ſpectantes, *dicto ſummario, numer. 5.* vbi Vicarij ad formam conſtitutionis Synodalis iuramenta præſtiterunt, vt in terminis ponderat Rota coram Comitolo, *deciſ. 144. numer. 8.* quæ benè inſeruiunt ad interpretationem verborum vnionis, quæ deducitur ex obſeruantia, etiam per vnum actum. Eminentiſſimus Ottobonus *deciſ. 165. numer. 19. & deciſ. 175. numer. 10.* & de interpretatione verborum ſtatuti, *deciſ. 161. numer. 11. recentiorum parte 10. deciſ. 240. numer. 14.* & firmat vltimum ſtatum, qui in hac materia eſt attendendus. Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 5. §. 3. numer. 17. & ſeqq.* Comitol. *deciſ. 244. num. 9.*

Ex qua Vicariæ perpetuitate duo reſultant. Primum, quod penes Vicarium dicatur eſſe tantùm animarum cura, & exercitium, vt tenuit Cardinalis *in Clementina 1. de officio Vicarij, numer. 10. quæſt. 9.* ibi : *Indiſtinctè cura dicitur apud Vicarium quoad omnem effectum, nec principalis poteſt ſe ingerere in cura animarum, ſpreto Vicario, vt ſentit Ancharanus in cap. Expoſuiſti, de præbendis, numer. 6. in fine*, vbi ſic : *Vicarij à Canonicis in cura dependentiam non habent vllo modo, ſed authoritate iuris habere curæ exercitium de per ſe, quam principalis Canonicus impedire non poteſt, nec in ipſa ſe intromittere, ſicut nec Epiſcopus inuito Rectore Eccleſiæ Parochialis poſſet aſſumere curam animarum.* Quam doctrinam pluribus illuſtrat, & ſequitur Barboſa *in cap. final. de officio Vicarij, num. 4.* Secundum, quod Vicarius inſtitutus non poſſet ad nutum Abbatis amoueri, ex ſuperiùs allegatis. 8

Contra quam reſolutionem plurima à Monaſterio allegabantur, quæ amouibilitatem Vicarij demonſtrabant. Opponebatur enim, quod Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia, cui vnita reperitur illa de Legarda, de anno 1408. plenariè, & per viam incorporationis vnita fuit Monaſterio de Hyrache, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, reſeruatâ congruâ Vicario ab Abbate perſoluenda : & ſic Eccleſia à prima ſua natura receſſit, & prædium Monaſterij, cui fuit vnita, reputatur. Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 5. §. 7. numer. 2. & 3.* Merlinus *deciſ. 37. num. 1.* cum adductis *in deciſ. in hac cauſa emanata, 19. Ianuarij 1663. in principio, coram R. P. D. meo Beuilaqua* : & cùm ratione vnionis euaſerit Regularis, de iure deputatur Vicarius amouibilis, vt diſtinguit Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. q. 35. num. 93.* Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 5. §. 3. numer. 10. & ſeqq.* vbi agit de Vicariis perpetuis : & *numer. 14.* vbi agit de amouibilibus vnitis menſæ : & *ſub numer. 48. & 49.* adducit conceſſionem ſanctæ memoriæ Pij V. quæ *in § Etſi dictæ Parochiales*, diſponit, quòd Vicarij Parochialium ſint ad nutum amouibiles. Plures de Mena *variarum quæſtionum lib. 1. quæſt. 10. num. 16. & ſeqq* Riccium *in praxi variarum reſolutionum, tom. 1. parte 1. reſolut. 293. per totam.* Murgam *quæſtionum Paſtoralium parte 2. quæſt. 1. §. 7. numer. 15. fol. 65.* & in terminis Parochialium vnitarum Monaſterio de Hyrache, Rota *coram Seraphino deciſ. 1304. per totam, præſertim ſub numer. 1. verſic. Comprobatur, &c.* 9

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

in recentiorum deciſ. 88. *per totam, præcipuè num.* 5. *& ſeqq. iuncto num.* 17. *parte* 9. & *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 28. *Martij*, 1659. *coram R. P. D. meo Albergato*, & deciſionibus hac cauſa editis 19. Ianuarij 1663. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 27. Iunij 1664. coram Reuerendiſſimo Gerundenſi. Nec aliter prouideri poſſunt, etiam ſtante obſeruantia contraria, quæ non eſt attendenda, propter reſiſtentiam Bullæ 46. ſanctæ memoriæ Pij V. & cùm ea ſit munita decreto irritanti, inficit quidquid in contrarium factum fuit. Rota coram Buratto *deciſ.* 214. *num.* 8. Caualerio *deciſ.* 595. *num.* 5. & *in Mindonienſi Parochialis*, 3. *Martij*, 1653. *coram Reuerendiſſimo Zarate, in fine*, impreſſa poſt Dianam *variarum reſolutionum parte* 11. *fol.* 566. * & poſt Murgam *quæſt. Paſtoralium deciſ.* 29. *fol.* 190.

10 Vlteriùs idem probatur ex eo, quod omnes decimas percipit Abbas de Hyrache, aſſignatâ certâ portione Vicario: & ita cura eſt penes Abbatem, nudum autem miniſterium penes Vicarium. Rota *apud Seraphinum dicta deciſ.* 1304. *num.* 1. & 2. Item ex duabus deputationibus factis de anno 1539. & relatis *in ſummario Abbatis, num.* 4. in quibus, præuia expreſſione, quod Vicarius erat annalis, ad annum fuit deputatus. Quæ antiquæ deputationes meram centum annorum excedentes, & effectum ſortitæ per admiſſionem vnius Vicarij, ſequuta remotione alterius, & facta in ſecunda admiſſione mentione prioris, rectè inſeruiunt pro iuſtificatione vnionis plenariæ, iuxta conſilium Oldradi 229. à Rota receptum coram Gregorio, *deciſ.* 215. *num.* 1. Merlino *deciſ.* 4. *num.* 1. cum aliis adductis deciſionibus hac cauſa factis 19. Ianuarij, 1663. coram R. P. D. meo Beuilaqua, §. *Elicitur in* 2. Quibus conſequens eſt concordia inita anno 1577. inter Abbatem de Hyrache, Capitulum Sancti Ioannis de Mendauia, & incolas eiuſdem loci, *dicto ſummario, num.* 5. in cuius primo capite dicitur, quod Abbas dabat Vicario annuatim ſexaginta ducatos pro congrua, & ſalario. pro cuius augmento fuit lis mota contra Abbatem, qui cùm eſſet Patronus ad prouidendum in dicta Eccleſia de beneficiis de menſa, promiſit alterum vnire cum dicta Vicaria, ita vt Vicarius teneatur illud dimittere cum fuerit à Vicaria dimiſſus, & dare Vicario 64. menſuras frumenti. Cùm ergo Abbas fuerit coactus augere ſeruitium, & aſſignare congruam, ſequitur curam reſidere penes Abbatem; Vicarium verò tantùm habere exercitium. Rota *coram Seraphino*, *deciſ.* 1304. *num* 1. *verſic. Quintò ponderatum fuit.* Accedit ſtatutum in dicta concordia, *dicto ſummario, n.* 5. ſcilicet, quod præſentatio Vicarij ſpectabat ad Oppidum de Mendauia, collatio verò ad Abbatem, ita vt poſſit remoueri anno quolibet. Ex qua concordia explicitam amouibilitatem continente, ſubſequuta confirmatione Ordinarij, iunctis recentioribus deputationibus relatiuè ad eam factis ab Abbate, de anno 1637. & ſequentibus, de Vicaria tanquam amouibili, patet eam eſſe talem, cùm hæc ſit illius natura, vt noua fiat prouiſio, non expectata morte primi. Rota *deciſ.* 328. *num.* 9. apud Poſthium *de manutent.* & *in Maceratenſ. Capellaniæ*, 10. *Maij*, 1660. §. *Iniuſtitia, coram R P D. meo Beuilaqua.*

11 Deinde expendebatur alia recentior concordia facta anno 1651. inter Epiſcopum, & Abbatem, *ſummario Abbatis, num.* 8. in qua tribuitur Abbati facultas viſitandi Eccleſiam de Mendauia, proprio Monaſterio vnitam, necnon Sanctiſſimum Sacramentum, Altaria, & Fontem Baptiſmalem: quæ viſitatio, cùm concernat iuriſdictionem, Rota *in Lucenſi iuriſdictionis*, 28. *Maij*, 1663. §. *Quod enim, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, infertur vnionem fuiſſe plenariam, tam quoad temporalia, quàm ſpiritualia.

Quæ omnia congruam recipere reſponſionem viſa ſunt. Nec enim ex eo quod dicta Parochialis fuerit Monaſterio vnita, & incorporata, propterea deſiit eſſe perpetua Vicaria. Ludouiſius *deciſ.* 112. *num.* 1. & 5. Durant. *deciſ.* 92. *num.* 8. cùm ſimul conſiſtere poſſint, quod fuerit Monaſterio vnita, ſeu incorporata, & quod per Rectorem perpetuum regeretur. Ægidius *deciſ.* 701. *in tertia ratione, verſic. Stat ergo.* Rota *coram Petia. deciſ.* 803. *num.* 13. etiamſi in vnione adſint verba; *Cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis.* Quia in vnione quoad temporalia, intelliguntur de fructibus, decimis, & ſimilibus annexis, & acceſſoriis Parochiali vnitæ, de qua agebatur, vt tenuit Rota *coram Durant. deciſ.* 14. *num.* 12. inde emanat, quod perceptio decimarum non probat plenariam vnionem, cùm ſit ſeparata à Iure ſpirituali, & vti conſiſtens in mera temporalitate, ad laicos pertinere poteſt. Azorius *Inſtitut. Moralium lib.* 7. *c.* 34. *quæſt.* 7. *tom.* 1. Suarez *de Religione, tom... lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 6. Gratianus *diſceptationum forenſium cap.* 238. *n.* 28. *cum ſequentibus*: & latè dictum fuit *in Rauennatenſ. ſeu Ferrarienſ. decimarum*, 5. *Martij* 1649. §. *Neque obſtat, coram Reuerendiſſimo Papienſi.* Vnde cùm non mutauerit naturam Parochialis vnita, quæ antea erat ſæcularis, naturam ſæcularis ſemper retinuit, & in illa Vicaria tanquam ſæculari, deputari debet Vicarius perpetuus. Garcia *de beneficiis, parte* 12. *cap.* 12. *tit. de vnione, n.* 35. vbi, quod per vnionem non alteratur ſtatus Eccleſiæ vnitæ. Caſtrus Palaus *Operum Moralium tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 5. *n.* 18. Deputationes autem factæ ab Abbate de anno 1539. præuia confeſſione Iuratorum, & beneficiatorum, quod Vicarius erat annalis, nullius ſunt momenti. Nam cùm ex Bulla vnionis, & aliis ſuprà recenſitis conſtet de perpetuitate Vicariæ, non potuit ſtatus perpetuitatis mutari per dictas deputationes, niſi quadraginta anni effluxerint cum poſſeſſione, & ſtatu manualitatis, vt firmat Corradus *in praxi benefic. lib.* 3. *cap.* 9. *numer.* 41. Et cùm à die vnionis factæ de anno 1408. non afferantur aliæ deputationes, illæ cenſentur per errorem emiſſæ, prout etiam concurſus factus in Vicariis, in quibus de iure non requiritur, vt erroneus non attenditur. Caualerius *deciſ.* 599. *numer.* 7. & *in allegata Mindonienſi Parochialis*, 3. *Martij* 1653. §. *Nec magis, coram Reuerendiſſimo Zarate*, prout non iuuat concordia inita anno 1577. Nam vltra quod non fuit facta tantùm inter duas Eccleſias, vt ſupponit deciſio hac cauſâ edita 19. Ianuarij 1663. §. *Non vrget, coram R. P. D. meo Beuilaqua*; ſed etiam inter incolas, & iuratos oppidi de Mendauia, & ſic vti carens beneplacito Apoſtolico, tanquam perſonalis, non afficit ſucceſſores; & præſumptio beneplaciti fuit ſublata à conſtitutione Sanctæ Memoriæ Vrbani VIII. de præiudicialibus Eccleſiæ, vt in terminis ſimilis concordiæ

12 A dictis in iſto §. receſſit Rota in huius deciſionis reuiſione, 11. Martij, 1667. per totam, ſignanter §. *Cum itaque*

concordiæ dixit Rota *in Pampilonenſi Vicaria, 26. Maij 1653. coram Reuerendiſſimo Papienſi*: incolæ in dicta concordia pacto expreſſo conuenerunt, quod ius amouendi Vicarium ſpectaret, tam ad ipſos, quàm ad Abbatem, *ſummario Vicarij, num.6. in fine*, ibi: *Item fuit tractatum, & concluſum inter dictas partes, quod per quantum præſentatio, & electio dicti Vicarij eſt, & incumbit dicto oppido, confirmatio verò dicto Domino Abbaci, illumque poſſint remouere quolibet anno, eo modo, quo ipſis melius videbitur.* Et ſic ex ea non probatur, quod Vicarius poſſit ad nutum Abbatis tantùm remoueri. Deputationes verò Vicariorum factæ ab Abbate, de anno 1637. & ſequentibus, ad formam concordiæ, minùs iuuant: nam præter quod non continent inſtitutionem authorizabilem, quoad curam populi, ſed ſimplicem collationem tituli, competentem de iure Abbati vigore vnionis, collationes non habuerunt effectum. Lite enim ſuper illis introducta coram Ordinatio Pampilonenſi, hic ſententias protulit, in quibus adiudicauit Vicariam in perpetuum, *ſummario Vicarij, num.4.* quæ fuerunt executioni demandatæ, præuiis inſtitutionibus Ordinarij, tanquam de Vicaria perpetua, vel ex tenore inſtitutionum, *dicto ſummario, num.5.*

13 Demùm minùs officit concordia facta de anno 1651. Quia ſuper ea, illiuſque confirmatione, fuit ſucceſſiuè à beneficiaris S. Ioannis de Mendauia, & aliarum Eccleſiarum mota lis contra Abbatem, coram Prouiſore Pampilonenſi, qui ſententiam tulit, quà pronunciauit, dictam concordiam non debere effectum ſortiri, nec executioni demandari, *allegato ſummario Vicarij, num.1.* poſtquam non oſtenditur ab Abbate aliquis actus viſitationis factus in dicta Eccleſia. Et ita vtraque, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 Multa huic deciſioni occurrunt addenda, & circa in illa dicta, adnotanda. In primis adnoto, à deciſis in ea Sacram Rotam receſſiſſe: & *primò*, coram eodem R. P. D. Ottalora, 11. Martij ſequentis anni 1667. in deciſione 5. immediatè ſequenti. *Secundò*, in ſententia tertia diffinitiua, quam ipſe Reuerendiſſimus Dominus tulit, duarum præcedentium RR. DD. Beuilaquæ, & Ninot, confirmatoria. *Tertiò*, coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. in deciſione ſexto loco hic recenſenda. *Quartò*, in decreto ab eodem Reuerendiſſimo Domino edito, ſuper relaxandis litteris executorialibus. *Quintò*, in ipſa illarum relaxatione, cum inſertione deciſionum RR. DD. Beuilaquæ, & Ninot, ſecundæ R. D. Otaloræ, & ſuæ, ac trium dictarum ſententiarum conformium.

2 Secundò adnoto, vnionem Eccleſiarum Parochialium acceſſoriam, & ſubiectiuam (non enim in præſenti agitur de æquè principali vnione) eſſe in duplici differentia. Alia eſt ſimplex, & altera plenaria. De vtraque egerunt Lotterius *de re beneficiaria, lib.1. q. 33. num 91.* Rebuffus *in repetitione cap. Extirpanda, §. Qui verò, el 30. de præbendis, notabili 1.* vbi de ſimplici, *in ſecunda concluſione*; & de plenaria, *in ſecunda eiuſdem concluſionis declaratione*: & de vtraque ſimul poſt ſeptimam concluſionem, à *R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.* *verſic. Tertiò habetis aduertere, pag. mihi 370. &* 374. Flores de Mena *variarum qq. lib.1. q. 10.* de ſimplici *num.16.* de plenaria *num.18.* & *num.30.* expreſſè de iſta, & implicitè de illa. Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 5 §.3. num.10.* de ſimplici, prout illum interpretatur Rota, 19. Ianuarij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, *verſic. Non obſtat, ſuprà deciſ.1.* & *num.14.* de plenaria. Ioannes Aloyſius Riccius *in praxi variarum reſolutionum, reſolut.293.* de ſimplici *in concluſ. 1.* de plenaria *in 2. & 4.* Azorius *Inſtitutionum Moralium parte 2. lib.6. cap.29. q.1.* Barboſa *in cap.1. de officio Vicarij, num.11. & 22.* de vnione ſimplici, & de plenaria, *num.17.* Garcia *de beneficiis, parte 11. cap. 2.* Layman *in quæſtionib. canonicis, quæſt.106.* Caſtr. Palaus *Operum Moral. parte 4. tract. 13. diſput. 1. puncto 5. num. 18* de ſimplici vnione; & de plenaria *eodem tract. diſput.6. puncto 12. §. 1. num. 4. & 11.* Abbas de ſimplici ſæpè: Ego ipſe *in quæſtionib. Paſtoralib. parte 2. quæſt. 2. ferè per totam.* S. Rota in dicta deciſione coram Reuerendiſſimo Beuilaqua, *verſic. Non obſtat.*

Vnio dicitur ſimplex, quando fit ſolùm quoad temporalia: ſcilicet (vt ait Mena *dicto n.16*) *quando beneficium curatum eſt vnitum Monaſterio, præbendæ, aut Prælaturæ ſolùm quoad temporale regimen, & titulum; ſcilicet, quia Monaſterium ipſum habet titulum, & ius perpetuum annexum gubernandi dictum beneficium, & eius bona, & ſolùm percipit quæ remanent, ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus; non tamen adminiſtrat Sacramenta Parochianis, neque vtitur aliis iuribus ſpiritualibus.* 3

Vnio autem plenaria dicitur, quando ſimul cum temporalibus ſpiritualia iura Parochialia conceduntur ei, cui Eccleſia Parochialis vnitur. Et dicitur vnio iure pleno facta, non quia in ea iuriſdictio Epiſcopalis, aut quaſi, in Parochos, & Parochianos concedātur (quæ largè & impropriè cura dicitur, & eſt poteſtas fori contentioſi. Rota *in Recanatenſ. 20. Maij 1577. coram Cantuccio, la 1. poſt meas qq. Paſtoralis, num.1.*) cùm hæc ſit ſupra curam, nec curæ ſit omnino neceſſaria, Flores de Mena *variar qq. lib.1. q 10. num.21.* Riccius *dicta reſolut. 293. ſub num. 4. concluſ. 4. fol. mihi 168.* Ego ipſe *quæſt. Paſtor. part. 2. quæſt.2.* & firmauit S. Rota, 13. Maij 1669. *coram R. P. D. Albergato, num.5* quæ aliis deciſionibus, & Doctoribus allegatis, aderit *infrà la 6* Sed quia vtraque iura Parochialia omninò conferuntur ei, cui Eccleſia Parochialis vnitur, non ſolùm temporalia, ſed etiam ſpiritualia. 4

Non itaque vnio iure pleno, etiam quoad temporalia dici poteſt. rigoroſè loquendo, applicatio fructuum, & prouentuum Eccleſiæ, quæ Monaſterio, Dignitati, aut præbendæ fit, remanente beneficio quoad ſpiritualia curæ animarum penes ſuum Rectorem; ſed dici debet diſmembratio, vt cum Garcia *de beneficiis, parte 11. cap.2. num.4.* dixi *dicta q.2. num. 33.* & *parte 4. q.1. ſect.3. num.11. pag.71. & 179.* & non obſcurè firmauit Rota, *1. Iunij, de anno 1615 in Vlisbonenſi concurſus, coram Rembeldo*, poſt dictas quæſtiones Paſtorales, *la 7. num 3.* immò neque ſimplex vnio dici poteſt huiuſmodi fructuum, ac prouentuum applicatio, cùm repugnet vnioni illorum diſmembratio. 5

Sed redeundo ad veram, & propriam vnionem plenariam 6

plenariam, quæ ad menſam appellatur à Clementina *Abbates*, & ibi à gloſſa, *verbo Haberent, la* 1. *de reſcriptis*, vbi etiam ab Abbate *num.*6. à Clementina *Quia Regulares*, & ibi à gloſſa, *verbo De menſa, la* 1. *de ſupplenda negligentia Prælatorum*, & ibidem ab Abbate *num.*17. à Clementina *Frequens*, §. *Quidam etiam, de exceſſibus Prælatorum*, vbi à gloſſa *verbo Ad menſam*, dicente: *Sed quæritur, quæ Eccleſia dicatur propriè de menſa Prælatorum, vel Capitulorum, vel ſingularium dignitatum, vel præbendarum? Et videtur quod illæ, quæ ſunt menſis eorum vnitæ, in tantùm, quod Rectorem, vel Vicarium perpetuum non habeant alium, quàm illum, cui facta eſt annexio.* Vbi etiam ab Abbate *num.* 11. in ſequentia prorumpente.

Cùm quæritur de beneficiis, ſeu Eccleſiis ad menſam ſpectantibus, dicendum eſt, quod illa, ſeu illæ dicuntur de menſa Prælati, ſeu Collegij, &c. quorum fructus pertinent ad eam Eccleſiam, ſeu Collegium, cui facta eſt annexio; ita quod poteſt illos conuertere in proprios vſus... Et idem dicendum de diſpoſitione ipſius Eccleſiæ vnitæ, vt illa pertineat ad eam, cui facta eſt vnio, in tantum, quod Rectorem, vel perpetuum Vicarium non habeat, præter illum, cui facta eſt annexio. Vnde poterit pro libito ponere ibidem Vicarium temporalem, & deponere. Vnde talis Eccleſia ſic vnita, non dicitur vnquam vacare, vt probat hìc, verbo Quidam etiam Eccleſias, & in Clementina prima, de ſupplenda neglig. Prælat.

6 Idem Abbas *in cap. Paſtoralis*, el 19. *de Priuilegiis*, poſtquam *num.*7. dixerat, quod conceſsâ Eccleſiâ Religioſis in proprios vſus, debeat in ea Vicarius perpetuus inſtitui, addit: *Sed vbi Eccleſia eſt annexa menſæ eorum, & pleno iure eſt ſubiecta, tunc non tenentur ponere Vicarium ibi perpetuum, ſed ſufficit ponere Rectorem temporalem, quem poſſint ad libitum reuocare.* Et *in cap. de Monachis*, el 12. *de præbendis, num.* 9. idem docet ex gloſſa *in dicta Clem.* 1. *de exceſſib. Prælator. ſuper verſic. Ad menſam: Quæ* (inquit) *multùm notabiliter declarat, quando, & quibus modis Eccleſia dicitur pertinere ad menſam Religioſorum, vel alterius.*

7 Barboſa de eadem egit vnione ad menſam, *in cap. Vt ſuper, num.* 2. & 3. *de rebus Eccleſ. non alienandis, in d. Clem. Abbates, num.*1. *in Clem. Quia Regulares, num.*1. & 15. *in Clem. Frequens, num.* 3. & 4 & *rubr. de offic. Vicarij*, poſtquam à *num.*10. dixit Vicarium perpetuum apponi, quando beneficium vnitur acceſſoriè, *cap. Extirpanda*, §. *Qui verò, cap.*1. *de Capell. Monach. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. & *Clem. vnica, de Offic. Vicarij*, ait *n.*17. temporalem Vicarium, & ad nutum conſtituentis apponi, *quando beneficium eſt vnitum menſæ.* Gloſſa *verbo Ad menſam, in Clem.* 1. *de exceſſib. Prælat.* Gloſſa & DD. *in Clem.*1. *de reſcript.* & *de poteſt. Epiſc. alleg.* 58. *n.*15. dicit: *Collatio, & deuolutio in beneficiis vnitis reſpectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis vnitis menſæ Prælati, quæ nunquam vacare cenſentur.* Et *num.* 16. in ſequentia prorumpit: *Illud verò dicitur beneficium de menſa Prælati, quod perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali; & ideò nunquam vacat, neque in tali beneficio datur negligentia in prouiſione.*

8 Rebuffus *in praxi benefic. tit. de Vicariis perpetuis*, poſtquam *num.*1. dixit: *Quando vnio fit acceſſoriè, in beneficio vnito ſolet relinqui Vicarius perpetuus, qui illi inſeruiet beneficio: & is, qui habet beneficium vnitum, non poterit illi deſeruire per ſe, inuito Vicario perpetuo, per text. in cap. Extirpanda, §. Qui verò, de præb. cap.*1. *illo tit. in* 6. *cap. vnic. de Capell. Monach. illo lib.* numero 6. ſequēti ait: *Quādo vnio eſt ad menſam Capituli, vel Epiſcopi, poteſt deſeruiri per Vicarium temporalem*, per gloſſam *in verbo Ad menſam, Clem.* 1. *de exceſſib. Prælator.* gloſſ. & DD. *in Clem.*1. *de reſcript.* & *in Clem. vnica, de ſupplenda neglig. Prælat.* Et infrà *num.*7. docet, quod *ad menſam cenſetur vnitum beneficium, quando ſpiritualia, & temporalia ſunt annexa.* Gloſſ. *verbo Ad menſam*, & DD. *in cap. Vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alien.* Et denique *num.*8. addit, vnitum eſſe beneficium ad menſam Abbatis, quando conceſſum fuit, vt is viuere poſſet cum ſuis Religioſis: & meritò quidem, iuxta Abbatis doctrinam *in cap. Vt ſuper, citato, el* 8. *de reb. Eccleſ. num.*12. ibi: *Ex quo enim data ſunt Eccleſiæ ad vtilitatem ipſius: ergo dici debent de menſa.*

Garcia de benefic. *part.* 11. *cap.* 2. *n.* 3. ita ait: *Vbi* 9
beneficium eſſet de menſa Prælati, Dignitatis, ſeu Capituli, nempe quoad ſpiritualia, & temporalia, poteſt ſeruiri per Vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem, quamuis quando vt ita ſunt quoad temporalia, debeat curatis deſeruiri per Vicarium perpetuum. Item *num.* 4. ait: *In huiuſmodi beneficiis curatis menſæ vnitis, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia.* Et tandem *n* 6. *Et habet etiam locum in beneficiis vnitis Menſæ, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia.*

Flores de Mena *variar. quæſtion. lib.* 1. *q.* 10. poſt- 10
quam *n.*16. dixerat, quæ hìc *n.*3. recenſui ad vnionem ſimplicem ſpectantia, ſic concluſionem ſuam ſecundam *n.*18. propoſuit: *Quando beneficium eſt vnitum ad menſam Abbatis, aut Monaſterij, aut Prælati, ſeu præbendati (ſcilicet quia Abbas, aut Prælatus deſeruit beneficium per ſe, aut ſuos familiares, vel alios, quos conducit, & ipſe percipit fructus beneficij in ſolidum, & ſoluit ſtipendia conuenta pro ſui libito ſeruientibus,) tunc quia beneficium cenſetur vnitum in ſpiritualibus, & Prælatus eſt verus Rector, beneficiumque nunquam vacat, poteſt Prælatus ipſe, Abbas, aut Abbatiſſa Monaſterij caput, facere ipſum deſeruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, vt per gloſſam in dicta Clementina* 1. *verbo Ad menſam; & in dicta Clement.*1. *de ſupplenda neglig. Prælator.* & *in Clement.*1. *de reſcriptis, ſequutas per Imolam, Cardinalem, & alios ibi.* Et poſtea plures alios allegat Doctores prædictus Mena, qui *n.*21. in quarta concluſione ita ait: *Quando beneficium eſt vnitum Monaſterio pleno iure, quoad curam animarum, & his, quæ ad eam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus, licèt non quoad iuriſdictionem Epiſcopalem.... tunc etiam Prælatus poteſt facere deſeruiri beneficium per Vicarium ad nutum amouibilem.* Et numero 21. in ſequentia prorumpit. *Immò, ſi vera loqui fas eſt, ſimilis vnio, eſt vnio ad menſam; nam Monaſterium, aut Prælatus eſt verus Rector, & gaudet vt talis, beneficij fructibus, quos ſibi applicat; beneficiumque nunquam vacat.*

Similiter Ioannes Aloyſius Riccius in praxi 11
variarum reſolutionum, *reſolut.* 293. *concluſ.* 2. dicens: *Quando beneficium eſt vnitum menſæ Abbatis, aut Monaſterij, aut Prælati, ſcilicet quia Abbas, aut Prælatus deſeruit beneficio per ſe, aut per ſuos familiares, vel alios, & ipſe percipit fructus beneficij in ſolidum, & ſoluit ſtipendia pro ſui libito ſeruientibus; tunc quia beneficium cenſetur vnitum in ſpiritualibus, & Prælatus eſt verus Rector, & beneficium nunquam vacat;*

vacat ; poteſt Prælatus ipſe, Abbas, aut Abbatiſſa, facere ipſi deſeruiri per Vicarium ad nutum amouilem, vt per gloſſam in dicta Clement. 1. verb. Ad menſam, &c.

12 Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 3. qui poſtquam *num.* 12. dixerat: *Vicarius temporalis dicitur quando ſolummodo ad tempus, vel ad voluntatem conſtituentis ſit;* ſic ait *n.* 24. *Item quando beneficium eſt vnitum menſæ Epiſcopi, vel Capituli; tunc enim poteſt conſtitui Vicarius temporalis, vt inquit gloſſa in verbo Ad menſam, in Clement. 1. de exceſſibus Prælatorum.* Gloſſa, & Doctores *in Clement.* 1. *de reſcriptis, &c.*

13 Azorius *Inſtitionum Moral. part.* 2. *lib.* 6. *capite* 29. *quæſt.* 1. ſic ait: *Quando beneficium curam animarum habens annectitur menſæ Collegij Canonicorum, vel ipſius Epiſcopi, poteſt in eo Vicarius ad tempus conſtitui. Gloſſa in Clement. 1. de exceſſib. Prælat. Clement. 1. de reſcriptis, & Clement. 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Hæc Azorius poſtquam dixerat *ex cap. Exturpanda, §. Qui verò, de præbendis, cap. 1. eodem tit. in* 6. & *ex cap.* 1. *de Capellis Monachorum,* quod *quando vna Eccleſia Parochialis alteri coniungitur, & ei tanquam principali ſubiicitur, ſolet conſtitui in ea Eccleſia Vicarius perpetuus, qui in ea inſeruiat: & is, qui eam Eccleſiam ſuæ coniunctam habet, non poteſt per ſeipſum in illa deſeruire, inuito Vicario perpetuo.*

14 Ego ipſe in quæſtionibus Paſtoralibus, *part.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 7. & in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, *tom.* 1 *tract.* 1. *diſquiſit.* 3. *dubit.* 1. §. 1. *num.* 12.

15 Sacra denique Rota de eadem vnione ad menſam egit in Vliſbonenſi iuris conferendi, 2. Decembris 1605. coram Litta, *la* 7. *poſt dictas qq. Paſtorales, num.* 2. & in Cæſaraugustana portionis del Caſtellar, 27. Iunij 1631. coram Merlino, *la* 120. poſt Tamburinum *de iure Abbatum, tom* 3. *num.* 1. & 3. In Vlisbonenſ. 13. Iunij 1607. coram Lancellott. *la* 8. *poſt dd. qq.*

16 De eadem vnione plenaria, ſeu iure pleno facta, quoad curam animarum, abſque expreſſione de eo quod dicatur ad menſam, agunt quamplurimi alij Doctores; eorum nonnullos recenſere duxi. In primis Hoſtienſis *in ſumma, tit. Ne Sede vacante, num.* 5. dicit: *Secundò vnitur ſic vna Eccleſia alteri, vt ei ſubiiciatur in ſpiritualibus, & temporalibus; ita quod vna ſit mater, & altera filia.*

17 Paulus Layman. *in Quæſtionibus Canonicis quæſtion.* 106. ita fatur: *Parochiæ duobus modis Monaſterijs incorporata eſſe poſſunt, vel quoad temporalia tantum, vel quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul, & ſic pleno iure.*

18 Gordonus *lib.* 8. *quæſt* 4. *cap.* 4. §. 5. *num.* 21. *verſic. Quæritur à multis.* in ſequentia prorumpit: Beneficium curatum poteſt vniri Monaſterio Monialium *in ſpiritualibus, & temporalibus; ita vt Abbatiſſa exerceat curam animarum per Vicarium, quamuis non ſit capax iuriſdictionis ſpiritualis, immediatè exercendo actum; tamen remotè, & veluti in habitu poteſt per poteſtatem nominandi Vicarium.*

19 Lotterius de re beneficiaria, *lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 93. ſic ait: *Neque verò inſpecto iure communi Collegiata Eccleſia, præcipuè Regularium, quæ habet Parochialem pleno iure ſubiectam, etiam circumſcripto effectu legis fundationis, tenetur curam exercere per Vicarium perpetuum, ſed ſibi permittitur eius commiſſio in exercitio amouibiliter, & ad nutum. Gloſſa in Clement. vnic. §. Quidam etiam, in verbo Ad menſam, circa finem, verſic. Aut plene iure ſpectat, de exceſſibus Prælatorum.*

Dictis conſonat Pax Iordanus *tom.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 32. *de vnione beneficiorum, num.* 9. & 11. ibi dicens: *Secundo modo fit vnio per viam ſubiectionis, quando vna Eccleſia, ſeu beneficium alicui ſubiicitur, & vnitur pro augmenta illius dotis, & patrimonij: & tunc illa Eccleſia, cui fit vnio, remanet ſuperior, Eccleſia verò vnita erit inferior, ſubiecta, acceſſoria, adhærens, & dependens ab illa, cui vnitur.* Numero autem 11. ſic ait: *Vnio verò facta ſecundo modo per ſubiectionem, & acceſſoriè, operatur extinctionem, & ſuppreſſionem tituli, & beneficij vniti.... ita vt amplius beneficium dici nequeat, ſed indicetur vt prædium eius, cui fit vnio.* 20

Conſonat & Aſcanius Tamburinus *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſput.* 15. *quæſit.* 5. *num.* 4. in ſequentia prorumpens: *Tertio modo fit acceſſoriè, cum vna Eccleſia alteri ſubiicitur; & tunc Eccleſia, cui fit vnio, erit ſuperior, & principalis; vnita verò inferior, & ſubiecta. Quæ vnio operatur, vt Eccleſia, quæ alteri incorporatur, remaneat ſuppreſſa, extinguatur ipſius titulus, ac fiat, & iudicetur prædium illius, cui incorporatur.* Hæc præfatus Doctor, ex cuius, & Pacis doctrinæ contextu euidenter apparet, quod loquantur de vnione, quæ ſit quoad ſpiritualia, aliàs non ſupprimeretur Eccleſia vnita, & eius beneficium, nec eius extingueretur titulus. Et quod ſimiliter loquantur de vnione ad menſam, aliàs non illa fieret pro augmento dotis illius, cui vnitur, nec illius fieret prædium. Itaque *ad menſam cenſetur vnitum beneficium* (verba reddo Rebuffi *in praxi benefic. tit. de Vicariis perpetuis, num* 7.) *quando ſpiritualia, & temporalia ſunt annexa.* Gloſſa *verbo Ad menſam,* & Doctores *in cap. Vt ſuper, de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Et numero 8. ſequenti ait, vnitum eſſe beneficium ad menſam Abbatis, quando conceſſum fuit, vt is viuere poſſet cum ſuis Religioſis. Quod certè dictum conſonat cum Iordani dicto, ibi: *Vnitur pro augmento dotis, & patrimonij.* Conſonat & verbis vnionis Eccleſiæ de Mendauia, relatis in hac deciſione R. P. D. Otaloræ, *num.* 2. & Abbati *in cap. de Monachis, num* 15. *de præbendis,* ibi: *Sed puto, quia habita reſpectu, &c.* 21

Latè ego ipſe in quæſtionibus Paſtoralibus *parte* 2. *quæſt.* 2. de hac vnione quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam. 22

De vnione tandem quoad ſpiritualia, & temporalia, paſſim Rota poſt meas QQ. Paſtoral. *la* 2. *coram Buratto,* 29. *Ianuarij,* 1616. *num.* 1. *la* 5. *coram eodem,* 30. *Ianuarij* 1615. *num.* 1. *la* 10. *coram Manzanedo,* 18. *Martij* 1615. *la* 11. *coram eodem,* 7. *Martij* 1607. *la* 13. *coram Seraphino,* 14. *Decembris* 1598. *la* 14. *coram Pamphilio,* 28. *Februarij,* 1600. *la* 15. *coram Coccino,* 23. *Iunij* 1603. *la* 16. *coram eodem,* 8. *Nouembris* 1602. *la* 17. *coram R. P. D. Cerro, Decano,* 16. *Iunij,* 1642. *la* 18. *coram eodem,* 3. *Iunij* 1643. *la* 19. *coram Ottobono,* 14. *Decembris* 1648. *la* 20. *coram Melzio,* 26. *Maij* 1653. & in ſequentibus aliis. *In Auguſtana decimarum, coram Vbaldo,* 28. *Martij* 1631. *la* 102. *poſt Tamburinum, tom.* 3. *de iure Abbat.* In cauſa, de qua in præſenti deciſione R. P. D. Otaloræ, *coram* 23

R. P. D. Beuilaqua, 19. *Ianuarij* 1663. *ſuprà, la* 2. *coram R. P. D. Ninot*, 27. *Iunij* 1664. *la* 3. *coram eodem R. P. D. Otalora, in iſtius reuiſione, & ab eius receſſu*, 11. *Martij* 1667. *infra, la* 5. *& coram R. P. D. Albergato*, 13. *Iunij* 1669. *& in Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, coram R. P. D. Veroſpio*, 3. *Martij* 1664. *&* 28. *Nouembris* 1664. *& etiam in eadem coram R. P. D. Otalora*, 24. *Aprilis* 1665. *num.* 2. *ibi* : Cùm ſtent inſimul vnio Parochialis pleno iure ad Monaſterium. *Coram eodem etiam* 10. *Iunij* 1665. *num.* 7. & *coram eodem, & ſub eodem die, num.* 1. & iterum in eadem, *coram R. P. D. Cerro, Decano*, 7. *Iunij* 1666. *num.* 2. *&* 13. *Martij* 1667. *per totam*. Habentur iſtæ deciſiones infrà, *à deciſione* 10. *ad* 16.

§. II.

Ad numerum ſecundum, ibi : *Redditus, & prouentus dicti Monaſterij adeo ſunt imminuti, quod onera dicti Monaſterij non valeat commodè ſupportare.* Vnum iſta clauſula demonſtrat. Quod vnio Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia Hyrachenſi Monaſterio facta, de qua in hac deciſione, facta eſt ex primaria cauſa motiua, quæ neceſſariò requiritur, vt vnio Eccleſiæ fieri valeat, videlicet neceſſitas euidens, aut Eccleſiæ vtilitas, ad tradita per Pacem Iordanum *tomo* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 32. *de vnion, num.* 2. *&* 60. *ex cap. Expoſuiſti, de prabendis, & dignitatibus, conſtitut. Pij V.* incipit, *Ad exequendum*, §. 2. *la* 47. *Bullarij Magni Cherubini.* Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *num* 208. & Rebuffus *in Praxi beneficior. tit. de Vnion. num* 38. *folio* 238. Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo beneficiorum vnio, num.* 15. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *allegat.* 66. *num.* 15. *fol.* 177. & ego ipſe in qq. Paſtoralib. *parte* 2. *quaſtione* 4. *num.* 1. *&* 2. vbi plures alios allegaui Doctores.

25 Et probatur ex *dicto cap. Expoſuiſti*, vbi ſic Honorius Papa III. *Si euidens neceſſitas, vel vtilitas exigat, prabendas Eccleſia tua poteris de Capellis in perpetuum annectendis eiſdem (ſicut diſcretione pruuia expedire videris) augmentare, reſeruata tamen congrua Capellarum Presbyteris portione.* Quam vtique diſpoſitionem edidit, poſtquam hanc recenſuit Epiſcopi Veſprimenſ. narratiuam: *De redditibus prabendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari*; conſimilem quidem per Monaſterium Hyrachenſe factæ pro obtinenda vnione Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia, in proœmio eiuſdem vnionis, ſeu inſtrumenti illius appoſitæ.

26 Non autem ex dicta clauſula proœmij ſequitur, quod præfata vnio fuerit quoad temporalia tantùm facta, *quia licèt cauſa motiua vniendi fuerit neceſſitas Monaſterij* (verba reddo Sacræ Rotæ, 11. Martij 1667. coram eodem R. P. D. Ottalora, in hac ipſa cauſa, & reuiſione huius deciſionis, *infrà la* 5. *num.* 9. in qua ab hac receſſit) *vnio facta fuit de ipſa Eccleſia Parochiali, quòd importat vnire ipſam curam animarum; & ſic attendi non debet narratiua, ſed concluſia. Angelus conſil.* 36. *num.* 3. *& dum conceſſio eſt clara, petitio non conſideratur. Abbas... nec conceſſionis proœmium attenditur. Gratian. Cùm enim conceſſio pendeat ab animo concedentis, narratio ſupplicantis attendenda non eſt, ad illam interpretandam. Felin. &c.*

27 Ad Abbatis doctrinam *ex cap. De Monachis, num.* 8. *eodem num.* 2. redditam, nihil aliud occurrit adnotandum, quàm quod ibi non doceat quod ſemper Papa, vel Epiſcopus concedat Religioſis Eccleſiam ſolùm quoad temporalia, ſed *quandoque*, aliquando, & vulgariter loquendo, *alguna vez*. Quod negari neutiquam poteſt, nec officere quit, cùm non intendamus aſſerere, omnem vnionem Eccleſiarum plenariè, quoad temporalia ſimul, & ſpiritualia fieri; ſed quandoque ſimpliciter, quoad ſola temporalia, de qua ſimplici vnione fit mentio *in dicto cap. Expoſuiſti, cap. Extirpanda, §. Qui verò, in ipſomet cap. de Monachis, de prabendis, cap. Ad hac*, 3. *de Officio Vicarij, cap. Presbyteri, vnico de Capellis Monachorum, lib.* 6. quandoque verò plenariè, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia ſimul, de qua vnione plenaria fit mentio *in Clement. Frequens, §. Quidam etiam, de exceſſibus Pralatorum. In Clement. Abbates, la* 1. *de reſcriptis*: & *in Clement. Quia Regulares, la* 1. *de ſupplenda negligentia Pralatorum*: & ſicut Abbas circa primò allegata iura docet, conſtitui debere Vicarios perpetuos in Eccleſiis, ſic prout in illis vnitis, ita circa vltimò recenſita aſſerit, temporales, & ad nutum amouibiles eſſe deputandos, vti *ſuprà num.* 6. vidimus in eius verbis ad amuſſim redditis.

Ad numerum tertium, ſeu §. *id quodque*, deciſionis, aduertitur, dictam Eccleſiam S. Ioannis de Mendauia, tempore vnionis illius Hyrachenſi Monaſterio factæ, non fuiſſe extitiſſeve de patronatu laicali incolarum loci de Mendauia; ſed de patronatu Abbatis, & Monachorum Hyrachenſium, in vim donationis ipſis de illo factæ per Carolum III. Nauarræ Regem, *ſub* 29. *die Septembris, de anno* 1407. à Sacra Rota canonizatæ 11. Martij, 1667. coram dicto R. P. D. Otalora in iſtius deciſionis reuiſione, *num.* 11. 12. *&* 13. in qua ab hac fuit receſſum: & 13. Maij 1669. coram R. P. D. Albergato, *num.* 6. *& ſequent.* Nec obſtat clauſula inſtrumenti vnionis; *qua de patronatu laicali exiſtit*: quia non refertur ad incolas, ſed ad præfatum Regem, qui donationem iuriſpatronatus fecerat ad dictæ vnionis effectum, vti ex illius apparet contextu. Et hunc fuiſſe Ordinarij vnientis animum; & hunc genuinum dictæ clauſulæ ſenſum, verba demonſtrant immediatè ſequentia: huiuſmodi illa ſunt: *Et ad id Patroni ipſius acceſſit aſſenſus, pariter & conſenſus.* Si enim incolæ patroni exiſterent, non diceret in ſingulari numero *Patroni*, ſed in plurali, *Patronorum*. 18

Neque intereſt quicquam, quod in Bulla, ſeu in inſtrumento vnionis dicatur de præſenti, *de patronatu laicali exiſtit*; quamvis illud iam in Abbatem, & Monachos fuerit à Rege tranſlatum. Quia verba ſunt intelligenda, non ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundùm mentem, & intentionem proferentis. Pluribus exornat iuribus, & Doctoribus axioma iſtud Aug. Barboſa *axiom.* 222. *num.* 1. *& num.* 3. quod verba debent inſeruire intentioni, non intentio verbis. Et hanc reddit rationem, quia verba pendent à mente, non autem mens à verbis. Menochius *conſ.* 97. *num* 44. & verba ſe habent vt corpus, & ſuperficies; ratio verò, & mens, vt ſpiritus, & anima. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellar. gloſſa* 48. *num.* 56. Mens autem Ordinarij vnientis deprehenditur ex clauſula appoſita in Carolina donatione, ibi: *Suplicando tan humilmente, & de coraçon, como podemos à nueſtro muy Santo Padre el Papa,* 19

Papa, que conſideradas las cauſas, que a eſto fazer nos induzen, ſu Santidad deynne, por contemplaton nueſtra, hauer por agradable nueſtra preſent donaton, & tranſport, & vnir la dicha Abbadia al dicho Monaſterio, & Ygleſia de Santa Maria de Trach; & en eſto ſu dicha Santidad ſera cauſa de la multiplicaton del ſeruicio diuinal, que en el dicho Moneſterio ſe fara: & en exaudir benigna, & gracioſament nueſtra ſupplicaton, à nos fara ſeynnalada gracia, & placer; & coſa dont ſeremos à eilla grandement obligado, & tenido.

30 Ad eundem numerum tertium, ibi: *Licèt aliud dicendum eſſet, ſi Abbas eſſet patronus Eccleſiæ vnitæ, &c.* quod adnotandum occurrit, eſt, quod ſuppoſitis dictis à nobis in duobus præcedentibus numeris, & hac Sacræ Rotæ doctrina, iunctis authoribus pro ea adductis, inconcuſſa veritas eſt, quod ad Abbatem Hyrachenſem pertineat, priuatiuè quoad incolas loci de Mendauia, ius deputandi, & remouendi Vicarium Eccleſiæ S. Ioannis dicti loci, maximè ſuppoſito quod habet deputandi cum ſequenti clauſula: *Vſando del derecho, y Patronato, que tenemos en eſta parte, nombramos per Vicario de la dicha Ygleſia de S. Ioan. de Mendauia à N. y le damos aquella con todos ſus derechos, prouechos, y emolumentos de la dicha Vicaria, para que la aya y goze ſegun y de la manera, que ſus predeceſſores la han tenido y gozado.* Ex qua quidem probatur concludenter quod Vicarius non ſolùm aliquid ab Abbate recipiat, ſed Vicariam ipſam, & omnia illius iura, profectus, & emolumenta.

31 Ex dictis patet ad ea, quæ in numero 5. deciſionis, in principio dicuntur. Ad illud autem, quod de confeſſione à Monaſterio facta dicitur, adnotare libet, Monaſterium in ſupplicatione pro obtinenda vnione neutiquam fuiſſe confeſſum, Eccleſiam tunc extitiſſe de patronatu laicali Regis, vt expoſitum relinquo *n.* 28. & 29.

32 Ibi: *Probantur ex confeſſione ... ſaltem in præiudicium ipſius confitentis.* Notatur ad hoc, iſtam concluſionem regulariter eſſe veram. Illam tenui *in qq. Paſtoral. p.* 2. *q.* 7. *n.* 8. cum Maſcardo *de probat. tom.* 2. *concluſ.* 1418. *n.* 11. ex Veral. *deciſ.* 344. *num.* 3. & *ſeq.* quibus addo Pacem Iordan. *tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 246. ibi: *Niſi ex confeſſione partis.* Lezanam *tom.* 2. *p.* 4. *verbo Profeſſio Regularis, n.* 32. vbi ita ait: *Confeſſione autem partis non poteſt afferri melior probatio, l. cùm precum, C. de liberali cauſa.* Gabr. *de confeſſione, concl.* 4. *n.* 1. & *ſeq.* Rota *coram Ludouiſio, dec.* 200. *n.* 2. & *deciſ.* 458. *n.* 3. *ac in vna Colonienſ. præcedentiæ,* 9. *Iunij* 1627. *n.* 2. *coram Vbaldo.* Eraſm. Chokier *de iuriſd. Ordin. in exempt. tom.* 1. *p.* 1. *q.* 31. *num.* 1. & *q.* 40. *num.* 8.

33 Conſultò dixi, *Regulariter*; quia concluſio limitari debet quoties in confeſſione error interuenit, Rota *in Piſtorienſi Parochialis,* 14. *Ianuarij* 1639. *la* 119. apud Viuianũ *de iurepatr. corã Merlino*, vbi ſic *n.* 8. lego: *Minus obſtat confeſſio Ricciardi, quoniam ſi talis confeſſio ex authenticis ſcripturis hodie detegitur erronea, quemadmodum potuiſſet reſecari ab ipſo Ricciardo detecto errore, ita reuocari poteſt ab illius ſucceſſore: l. Si per errorem, ff. de iuriſd. omn. indic. l. Si poſt diuiſionem, & l. Non idcircò, C. de iuris, & facti ignorantia.* Surd. *deciſ.* 130. *num.* 10. *p.* 1. *recent.* & in iurepatronatus notat Puteus *deciſ.* 236. *lib.* 3 *in Correct.* Hactenùs Rota coram Merlino. Fauet *in Viſbonenſ. concurſus,* 1. *Iunij* 1615. *coram Remboldo, n.* 6. *la* 9. *poſt meas qq. Paſtorales*: *in Deturſenſ. Vicariæ, coram eod. Merlino,* 22. *Aprilis* 1624. *n.* 6. *la* 21. *in Gerundenſ. Capellaniæ,* 27. *Ianuarij* 1645. *n.* 5. *coram Bichio, la* 28. & *in Mindonienſ.* 3. *Martij* 1653. *coram Zarate, n.* 15. *la* 29. Dixi ego *in dictis qq. p.* 4. *q.* 3. *ſect.* 2. *n.* 14. *pag.* 240. Et ratio eſt, quia iuſtus error ſemper excuſat. Ioan. Aloyſ. Riccius *in praxi variar. reſol. reſol.* 261. *num.* 2. cum Baldo *in l. Ea quæ, in* 1. *q. Cod. de conditionib. & demonſtrationib.* & cum Bertach, *in repertorio, verb. Error excludit conſenſum.* Actus enim erronei carere dicuntur conſenſu, atque ſcientia, & patientia errantium (dicit Rota *in d. Deturſenſ. coram Merlino, num.* 6.) *Nihil conſenſui, §. Non videntur, ff. de regul. iur. l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & *l.* 2. *de iudiciis.*

Ad id: *Deinde ex præſentationibus, inſtitutionibus, & ſententiis*; notatur *primò*, præſentationes ab incolis factas poſt donationem iuriſpatronatus Regi Carolo per ipſos factam, fuiſſe amouibiliter, & ad annum factas. Rota *coram Beuilaqua,* 19. *Ianuarij* 1663. *ſuprà la* 2. *n.* 5. & 6. *coram Ninot,* 27. *Iunij* 1664. *la* 3. *coram R. Otalora,* 11. *Martij* 1667. *la* 5. *ſequentis, n.* 15. & *coram R. Albergato,* 13. *Maij* 1669. *la* 6. *n.* 8. per viam quidem ſupplicationis: iidem Domini Otalora, & Albergatus. Præſentationes autem factæ ad preces, & ſupplicationes, non probant iuſpatronatus, aut eius poſſeſſionem, nec ius aliquod coactiuum, & obligatorium; ſed quandam prærogatiuam, & honorantiam deputandi Vicarium gratum, & beneuolum preces fundenti. Seuerolus, inſignis Iuriſconſultus, Aduocatus Conſiſtorialis, & huius cauſæ Iurium Parochialium de Mendauia, pro Monaſterio, in quadam ſcriptura pro deneganda aduerſariis remiſſoria, ex Ferret. *conſ.* 33. *n.* 3. & 4. & *conſ.* 212. *num.* 4. Geminiano *conſ.* 45. *ſub num.* 5. Rocho *de iurepatron. verb. Competens, n.* 60. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 18. *n.* 90. & ex Caualer. *deciſ.* 419. Ego ipſe *in diſq. tom.* 1. *tract.* 4. *diſq.* 20. *num.* 7. & Rota ad fauorem dicti Monaſterij de Hyrache, *in cauſa Vicariæ de Stella,* 16. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. Cerro, Decano, n.* 6. & expreſſiùs *coram eodem,* 3. *Iunij* 1643. *n.* 7. & *coram Meltio,* 26. *Maij* 1653. *num.* 12. poſt meas qq. Paſtorales, *deciſ.* 17. 18. & 20. & in præſenti cauſa Mendauiæ, *coram R. P. D. Otalora, dicto n.* 15. & *coram R. P. D. Albergato, num.* 8. *citato.* 34

Notatur *ſecundò*, non officere Monaſterio, quod Ordinarius in ſententiis, & inſtitutionibus, ſeu approbationibus expreſſerit, *& illa gaudere poſſit toto tempore vitæ tuæ*; vt declarauit Rota *in reuiſione huius deciſioniss,* 11. *Martij* 1667. *corã eodem R. P. D. Otalora, num.* 12. Primò, quia cùm ex vnione conſtet illam fuiſſe factam acceſſoriè per viam incorporationis, & plenariè, & curam in Abbatem, & Monachos tranſlatam, & per conſequens debere exerceri per Vicarium ad nutum amouibilem, non potuit ab Ordinario in perpetuum erigi, maximè inſciis Abbate, & Monachis ipſis. Secundò, quia licèt Ordinarius non poſſit Vicarios amouibiles propriè inſtituere, ſed tantùm præuio examine approbare pro idoneitate; non tamen poteſt eos ad tempus approbare, ſed indefinitè, ſi abſolutè idonei inueniantur. 35

Circa id, quod infertur in hac deciſione, & *n.* 5. quod ſcilicet donatio iuriſpatronatus nulla fuerit, ex quo in ea non interuenerit conſenſus 36

Ordina-

Ordinarij; notatur I. quod licèt laici Patroni nulliter in laicum alium iuſpatronatus transferant per donationem, dicto non interueniente Ordinarij conſenſu, Pax Iord. *tom.*3. *lib.*10. *tit.*7. *num.*10. & 143. Riccius *in praxi var. reſolut. reſolut.* 469. *n.*3. qui addit dictum conſenſum debere eſſe expreſſum; & Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.*71. *num.*23. qui omnes aſſerunt hunc conſenſum à ſolo Epiſcopo præſtari poſſe, non autem à Vicario, neque à Capitulo Sede vacante, addit Barboſa poſt Gratian. *diſcept. forenſ. c.*303. *n.*10. & *ſeqq.* validè tamen poſſunt abſque conſenſu, & licentia Epiſcopi illud Religioſis donare. Barboſa *n.*26. cum Gratiano *cap.* 177. *n.*3. Azorius *part.*2. *lib.*6. *cap.*20. *q.*5. Vtrumque ego ipſe *in diſq. tom.*1. *tr.*4. *diſq.*3. *num.* 25. *diſquiſ.*9. *n.*7. *diſq.*10. *n.*2. & 3. & *diſq.* 23. *num.* 2. & 3. Vtrumque etiam expreſsè decernitur *in cap. Illud præterea*, vbi gloſſa *verbo Nemini*, & *verbo Religio*, *el* 8. *de iurepat.* & ſecundum *in cap. Si laicus*, vbi gloſſa *verbo Cenſendum*, *vnico*, *eod. tit. in* 6. Vnde donatio iuriſpatronatus Eccleſiæ de Mendauia à Carolo Rege facta Abbati, & Monachis Hyrachenſibus, ob defectum conſenſus Epiſcopi non potuit inualida reddi, & nulla.

37 Notatur II. quod licèt Epiſcopus conſenſum, & licentiam incolis non dederit, vt donare poſſent iuſpatronatus Regi, Nuntius Apoſtolicus, Adminiſtrator Epiſcopatus Pampilonenſis, dictum suppleuit defectum, admittendo donationem Regis Monaſterio factam, cum inſertione donationis incolarum, & ſupplicam in illa, circa vnionem factam, & in illius vim Eccleſiam Monaſterio vniendo. Et ita ſenſiſſe Rotam in reuiſione huius deciſionis, *in ſequenti*, *num.*13. *coram eodem*, & per verba æquipollentia, infrà *deciſ.*6. *num.*6. & 7. *coram Reuerendiſſimo Albergato*, 11. *Maij* 1669.

38 Circa illud, quod *eod. n.*5. dicitur in præſenti deciſione, ibi: *Conſeruatur patronatus per vnionem etiam factam de conſenſu Patroni*; aduerto, quod quando vnio fit acceſſoriè, & ſubiectiuè, iure pleno, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia (quicquid ſit in caſu, quo illa fiat æquè principaliter) ſi interuenit Patroni conſenſus, ius extinguitur patronatus. Expreſsè deciditur *in cap. Paſtoralis*, 7. *de donationibus*, vbi de donatione Eccleſiæ Religioſis ab Epiſcopo facta, ſic quæſito reſpondet Papa: *Nos autem inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum, quod ſi Epiſcopus Eccleſiam illis conferat de conſenſu Patroni, profectò Patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur, ius videlicet patronatus.* Ita textus, quem ſequuntur DD.

Gloſſa *in cap. Quod autem*, *verbo Si conſenſus*, 5. *de iurepatr.* ibi: *Sed quid intelligitur dare patronus? Eccleſiam dare non poteſt; quia ad eum non pertinet: imò ad Epiſcopum. Lau. dixit, quod iuſpatronatus ſolummodo intelligitur donare, quod ſuum eſt, de conſenſu tamen Epiſcopi: ſuprà de donationibus, Paſtoralis, ne deluſoria intelligatur donatio.* Hæc gloſſa.

Abbas *in d. cap. Paſtoralis*, *num.* 3. dicens: *Nota* 2. *quod conſentiendo quis donationi alicuius rei, videtur concedere ius, quod habet in re: ſicut Patronus conſentiendo donationi Epiſcopi, videtur concedere iuſpatronatus, quod habet in Eccleſia patronata. Facit quod notatur in l. Caius, ff. de pignor. act.* Et *in dicto cap. Quod autem*, *num.* 9. approbans, quod ex gloſſa illius retuli, dixit: *in gloſſa* 2. *in fine. Vult ergo gloſſa, quod donando Eccleſiam de conſenſu Epiſcopi, transferatur iuſpatronatus; quod ſatis placet, & tenet Cal. infra eod. cap. Illud.*

Barboſa *ſuper d. cap. Paſtoralis*, *n.* 1. ſic ait: *Epiſcopus, quando de conſenſu Patroni concedit Eccleſiam pro loco, intelligitur Patronum dediſſe iuſpatronatus, & Epiſcopum dediſſe id, quod temporale habebat in Eccleſia.* Allegat pro more ſuo plures Doctores. Idem *de poteſt. Epiſc. alleg.* 66. *n.*19. in ſequentia prorumpit: *Inſuper ſi Eccleſia ſit iuriſpatronatus, exigitur conſenſus Patroni, vt Epiſcopus eam vnire poſſit, quippè quod præiudicium ſit iuri præſentandi competenti Patrono per vnionem illam; & ideò vt ea rata ſit, exigitur vt Patronus conſentiat.*

Pax Iordanus *tom.*2. *lib.*10. *tit.*7. *num.*441. *fol.*266. ita ait, loquendo de caſibus, in quibus Patronus amittit patronatum, & pro vndecimo aſſignat: *Si Patronus patiatur Eccleſiam patronatam alteri Eccleſiæ liberæ vniri, aut loco Religioſo.* Abbas, & alij *in cap. Suggeſtum*, *hoc tit.* Ioan. Andr. *in cap.* 2. *de Religioſ. Domib.* idem Nicol. Delph. *de iurepatr. n.*195. *verſ.*5. Ipſe Pax *tit.*32. *num.*54. ſic fatur: *Immò neque Legatus de Latere poteſt vnire talia beneficia ſine dicto conſenſu... Et ratio eſt manifeſta, quia cùm patronus perdat ſuum iuſpatronatus per huiuſmodi vnionem, cap. Paſtoralis, de donationibus, non debet id fieri ſine illius conſenſu.*

Bauny *in praxi benefic. diſp.*5. *q.*12. *dub.*3. *verſ. A quo*, *pag.*161. *A quo* (inquit) *etſi vniri beneficia inuicem, patrono inconſulto extra Galliam non repugnet; modò fiat expreſſa patronatus laicorum mentio, quia per vnionem ius præſentandi tollitur.* Et infrà: *Ergo cùm interſit patronorum, beneficia, quibus exædificandis dedere operam, aliis non coniungi, quia ea vnione, præſentandi ad illa iure excident, eos vocari, ac aſſenſum dare futuræ vnioni, eſt neceſſe. Caſſador, &c.* Idem Author *diſputat.* 8. *q.*6. *verſic. Quintò*, *pag.*285. requirit conſenſum Patroni pro quinta ſolemnitate neceſſaria vnionis; & hanc reddit rationem, *Quia cùm beneficij vnius cum alio facta copulatio, impediat ne vnitum vacet ampliùs, ius illi ſuæ præſentationis in perpetuum interit, quo tamen iure, eum repugnantem, aut certè non conſentientem exui, nec oportet, nec decet.*

Nicolaus Seuerolus *loco citato. Aut prætenditur* (ait) *quod teſtes probare poſſint famam dominij poſt donationem; & materia eſt improbabilis, dum habemus inſtrumenta clara, & limpida donationis factæ Regi, & ab iſto (Rege) Monaſterio, per quam eadem Eccleſia remanſit libera, & iurepatronatus extinctum, iuxta textum expreſſum in cap. Paſtoralis, 7. de donationibus*, Viuianus *de iurepatr. lib.*4. *cap.*1. *num.*35. & *in vlt. deciſ. huius cauſæ, coram R.P.D. Otalora.* Et infrà: *Nec ſubſiſtit motiuum deciſionis quod vnio facta fuit cum enunciatiua, quod interuenerat conſenſus patronorum, & ſit compatibilis præſeruatio iuriſpatronatus penes incolas. Hæc enim prætenſio incontinenter conuincitur inſubſiſtens, duplici ratione. Primâ, quia intelligitur de conſenſu Patroni habentis ius præſentandi de tempore vnionis, & ſic Regis Nauarræ, qui tunc erat effectus Patronus ex donatione incolarum, & iuſpatronatus donauerat Monaſterio de Hyrach, & apud Summum Pontificem inſteterat illi fieri vnionem Abbatiæ oppidi de Mendauia. Relatio autem fieri debet ad conſenſum Patroni tunc vigentis, &*

inſtantia

inſtantis pro vnione, non autem ad incolas, quibus conuenire non poterat, cùm tunc non eſſent ampliùs Patroni. Rota coram Buratto, *deciſ.*792.*num.*12. & coram Merlino *deciſ.*507. *num.*1.*&* 2.& *in recentiorum deciſ.* 199. *part.* 10. *num.* 11. *Secundò, quia etiamſi poſſet referri ad incolas, quod nullo modo ſuſtineri poteſt, eo ipſo, quod vnio facta fuit eiuſdem Eccleſiæ, de conſenſu eorum, remanſiſſet extinctum iuſpatronatus, nec ampliùs illud allegari poſſet, vt ſuprà probaui.* Hactenus Nicolaus Seuerolus, egregius iuris vtriuſque peritus, & Aduocatus Conſiſtorialis Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ.

Illuſtriſſimus etiam Sanctes de Pilaſtris, Vicedatarius Apoſtolicus, & in minoribus conſtitutus, Patronus eiuſdem cauſæ pro Abbate, & Monachis Hyrachenſis Cœnobij, ſic in quodam diſcurſu, pro Congregatione habenda, dixit, videlicet.

Punctus igitur difficultatis ſtat in eo, quod mediante exhibitione proceſſus compulſorialis, comprobatur iuſpatronatus Oppidi de Mendauia; quod tamen pro parte Abbatis, ſtante illius nullitate, controuerſum fuit in deputatione anni 1652. *Tum quia Conſilium Oppidi (de Mendauia) de anno* 1407. *illud donauit Regi... & iſte eodem anno illud ceſſit,& donauit Monaſterio de Yrach. Tum quia conſenſum præſtando vnioni, ſine vlla reſeruatione fuit amiſſum. Viuianus de iurepatronat.lib.*15.*parte* 3.*cap.*1.*n.*11. Hæc ibi. In alia item ſcriptura, idem Illuſtriſſimus Dominus in ſequentia prorumpit. Minùs excluditur vnio plenaria prætextu, quod Parochialis S. Ioannis de Mendauia vnita Monaſterio de Yrach eſſet de iurepatronatus laicorum; *Quia cùm agatur de vnione acceſſoria, & per viam ſubiectionis, cui dicti Patroni conſenſum præſtiterunt, extinctum remanſit illorum iuſpatronatus, ex allegatis in vltima deciſione R. P. D. mei Otaloræ,* 11. *Martij,* 1667. §. *Obiectio ſiquidem*: quibus addi poſſunt Lambertinus *de iurepatronatu,lib.*3.*artic.* 10.*quæſt.principal.*4.§.*Ex omnibus,circa finem.* Viuianus *eodem tract.lib.*15.*cap.*1.*num.*13.

39 Sacra denique Rota coram eodem R.P.D.Otalora, in reuiſione huius deciſionis, proximè ab Illuſtriſſimo Sanctes de Pilaſtris allegata, ita ait: Obiectio ſiquidem procedere poſſet,ſi vnio facta fuiſſet æquè principaliter. Tunc enim,quia remaneret titulus, dubitari poſſet, ad quem pertineret Vicarij nominatio; *cùm verò vnio facta eſt pleno iure,acceſſoriè,& ſubiectiuè Monaſterio (vt in præſenti,) ſi conſenſus Patroni in vnione interuenit,iuſpatronatus extinguitur, & eam non impedit, iuxta textum in cap. Paſtoralis,* 7. *de donationibus*, vbi Doctores,Viuianus *de iurepatronatus lib.*14 *cap.*5. *num.*58.Rota *in recentiorum deciſ.*579.*num.*4.*part. ſecunda*: & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. in hac eadem cauſa, *num.*6.*infrà la* 6.cum Ioan.Nicol.Delphin. *de iurepatronatus,ſub n.*224. *verſic.Quintò extinguitur.* Innocentio *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum*, Viuiano *de iurepat. lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 13. Petro de Vbaldis *de reuocation. vnion.cap.*7.*poſt princip.verſic.Sed quod dixi.* Lambertino *de iurepatr.lib.*3.*art.*10.*quæſt. princip.*4. §. *Ex omnibus,circa finem,* & Pace Iordano *de re beneficiaria tom.*2. *lib.*10. *tit.*7. *num.*441.

§. III.

40 Circa id, quod *num.*6.deciſionis iſtius dicitur, *quod reſeruatio congrua pro Vicario præſeferat illius perpetuitatem*; adnotatur, oppoſitum eſſe verum,
R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.
videlicet, quod quoties omnes fructus beneficij Parochialis percipit ille, cuit fuit illud vnitum, certa portione aſſignata Vicario, eſt clara iuris concluſio, quod tota habitualis, & actualis cura penes illū, nō penes Vicarium reſideat (actu ſcilicet,& habitu) quam firmant Cardinalis *in Clementina vnica,de officio Vicarij,n.*10.*quæſt.*9. Rota *coram Seraphino, deciſ.* 1304.ad fauorem Abbatis Hyrachenſis,poſt meas qq. Paſtorales,*la* 13. & in reuiſione præſentis deciſionis, *coram eodem R. P. D.Otalora,n.*16.*infrà la* 5.*citata deciſ.*352. *num.*8. *part.*4. *recentiorum*: & in hac eadem cauſa *coram R.P.D.Ninot,n.*6.*ſuprà la* 3.in qua aliæ allegantur deciſiones Rotæ Hoſtienſis, & Doctores numero illius iam citato.Secus autem contingit, quādo omnes fructus percipit Vicarius, & aſſignatur portio aliqua ei,cui vnitum reperitur beneficium. Tunc enim Cura penes Vicariū reſidet. Seraphinus *loco citato*,cum gloſſa *in Clement.Frequēs, verbo Ad menſam.* & ibi Imola *numer.* 16. *de exceſſibus Prælatorum.*Rota *coram R.P.D.Otalora,d.num.*16.

Ad illud, quod additur, aſſignari congruam Vicario, vt valeat *Epiſcopalia iura ſoluere*, dictum eſt à Rota in reuiſione huius deciſionis coram eodem R. P. D. Otalora, *num.*17. *in præcitata de anno* 1667. quod cùm ex prædictis conſtet, curam fuiſſe tranſlatam in Monaſterium, dictam clauſulam intelligi de iuribus Epiſcopo debitis ratione exercitij curæ, vt reſpondit Rota coram Merlino *deciſ.*115. *num. n.*14. *verſic. Et eo modo.* 41

Quæ Illuſtriſſ. D. Sanctes de Pilaſtris circa hanc reſeruationem pro Vicarij congrua ſuſtentatione, & iurium Epiſcopalium ſolutione ſcripſit,reddere libet. Verùm cùm Eccleſia (inquit) fuerit vnita Monaſterio cum omnibus fructibus, reſeruatâ Vicario congruâ, non intrat contraria ponderatio; licèt ſecus eſſet ſi Vicarius conſequi debuiſſet omnes fructus, & retentâ congruâ deberet cæteros conſignare Monaſterio. *cap. Suſcepta, de præbendis in* 6. Et huiuſmodi diſtinctionem tradit Seraphinus *deciſ.*1304. *ſub num.*1. Burat. *deciſ.*214. *num.*4.& probat deciſio R. Gerundenſis,§ *Et comprobat.* 42

Valenzuela verò *conſ.*54.*per totum*, & Barb. *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib.*3. *cap* 6.*n.*4. allegatis in dicta deciſione,§.*Et clariùs*,tantummodo firmant, quod Vicario eſt aſſignanda competens portio, & congrua beneficij, tum ex iure communi,tum ex Sacro Concilio Trident. & conſequenter non contradicunt adductæ diſtinctioni.

Quod verò reſeruata etiam fuerint iura Epiſcopalia, nec minùs concludit perpetuitatem Vicarij, quia per vnionem Papa non præiudicat Ordinario, *cap. Quia Monaſterium, de Religioſis Domibus, in fine*, ibi: *Vt tamen iura ſua ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruemus.* Petrus de Vbaldis *de vnionib. Eccleſiarum, cap.*2. *num.*5. *&* 6. Vbi ponit differentiam inter vnionem factam ab Epiſcopo,& à Papa; & ſic expreſſio eius, quod ineſt de iure, aliquid noui non inducit.

Nec vrget, quod onus illa ſoluendi fuerit iniunctum Vicario; quia ſicuti ex reſeruatione cōgruæ pro alimentis non reſultat perpetuitas Vicarij; ita nec ex aſſignatione maioris congruæ cū obligatione ſoluendi iura Epiſcopalia,ad illam inferri poteſt. Ponderanda ad talem effectum verba recenſita, ibi: *Reſeruata tamen de dictæ Eccleſiæ Parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus pro Vicario ibidem inſtituendo congrua*

portione, ex qua idem Vicarius valeat congruè ſuſtentari, & Epiſcopalia iura ſoluere. Et ſic patet, quod ex quo iniunctum fuit hoc onus, aucta etiam fuit congrua.

Bellamera autem *deciſ.*701. *num.*2. pariter adductus in deciſione contraria, ibi: *Sed cauſa fuit, quod ipſe reſponderet Epiſcopo, & Archidiacono de iuribus ſuis, ad quod teneri non poſſet Vicarius temporalis*; obſtare non videtur. Tum quia occaſione huiuſmodi oneris aucta non apparet congrua. Tum quia in vnione de quâ agit, Vicarius recipere debebat curam, ac illius exercitium. Tum quia ad hoc probandum nihil allegat. Huc huſque præfatus Illuſtriſſimus Sanctes.

43 Ad id, quod de inſtitutione Vicarij dicitur eodem numero 6. deciſionis præſentis, quæ ſequuntur dixit dictus Illuſtriſſimus Sanctes de Pilaſtris, immediatè poſt modò recenſita. Eoque minùs perpetuitas Vicarij elici poteſt ex ſupradictis verbis vnionis, ibi: *Pro Vicario ibidem inſtituendo*: quia dum, vt ſuprà probatum fuit, vnio, de qua agimus, eſt pleno iure quoad temporalia, & ſpiritualia, & conſequenter de menſa, dicta verba ſunt intelligenda de inſtitutione competenti Abbati in Vicaria temporali, in qua Abbas inſtituit, & deſtituit. Gloſſa *in ſupradicta Clementina* 1. §. *Ad menſam, verſic. Nec putes, de exceſſibus Prælatorum.* Innocent. *in cap.* 1. *ſub num.* 1. *de Capellis Monachorum,* cuius verba referuntur in contraria deciſione, §. *Id quoque.*

Hinc non applicatur dicta deciſio Bellameræ 701. quia in ſua facti ſpecie, ex pacto Abbas debebat præſentare, & Abbas inſtituere, vt habetur ante numerum primum. In quibus terminis loquitur etiam Abbas *in cap. Cùm & plantare, n.6 de priuilegijs,* inferiùs examinandus, de quo in cõtraria deciſione, §. *Et clariùs.* Inſtitutio autem authorizabilis Ordinarij ſecum fert perpetuitatem, qua ſtante non eſt locus remotioni, ex allegatis *in dicta deciſione, &* §. *fin.* quod dici non poteſt de inſtitutione facta per Abbatem, cadente etiam in Vicaria amouibili, ex ſupradictis.

44 Hæc Dominus Sanctes ſed quod dicit, *Inſtitutio authorizabilis Ordinarij ſecum fert perpetuitatẽ*; verũ tenet, prout huiuſmodi inſtitutio approbationẽ ſonat, vti declarauit Rota in hac eadem cauſa, 13. Maij, 1669. coram R.P.D. Albergato, *n.*4. *infrà la* 6. & ipſemet Illuſtriſſimus Sanctes in alia ſcriptura ſuper hac eadem cauſa, dicens: Dici non poteſt, quod ex inſtitutione authorizabili data per Epiſcopum, *quæ in ſubſtantia reſoluitur in ſimplicem approbationẽ*, Anchar. *in c.*1. *ſub n.*3. *de Capellis Monachorum,* talis Vicarius efficiatur perpetuus, cùm eadẽ Eccleſia habere nequeat duos Rectores. Riccius *in praxi variar. reſol. dicta reſol.* 293. *ſub n.*2. *verſic ſecundò facit, volum.*1. Et quod inſtitutio authorizabilis non immutet naturam ipſius deputationis Vicarij, Rota *deciſ.*204 *n.*6 *part.*2. *recentior.* Hæc ibi. Verum, inquam tenet non ſolùm quando dicta approbatio, ſeu inſtitutio authorizabilis, coincidit cum tituli collatione, aut illam ſupponit; ſed etiam quando eadem approbatio datur ad ſeruiendum Eccleſiæ Parochiali plenariè vnitæ, Vicario amouibili. Huiuſmodi enim Vicarij amouibilis approbatio deſeruit, nedum pro tẽpore, quo à Vicaria illa non remouetur; ſed etiam poſt amotionem, ſi ad eandem denuò deſeruiendum deputetur. Pro qua cõcluſione firmanda operæpretium duxi doctrinas aliquorum magni nominis Authorũ, & S. Congregationis declarationes producere.

In primis Ioan. Aloyſius Riccius *in praxi, part.* 3. *reſol.*192. prout illum recenſet P. Franciſcus Pellizarius *in Manuali Regularium, tom.*2. *tract.*8. *c.*4. *n.*136. *pag. mihi* 364. ait, quod Regularis ab Epiſcopo approbatus ad curam animarum annexam Monaſterio, ſi à dicta cura amoueatur, & iterum ad eandem curam à ſuo deputetur Prælato, non egeat noua Epiſcopi approbatione, ex quo qui ſemel fuerit examinatus, & approbatus ad curam animarum, non poteſt iterum examinari, iuxta *cap. Accepimus*, iuncta gloſſa *verbo Reputare, de ætate, & qualitate.* 45

Laurentius etiam de Peyrinis *de priuilegijs, tom.*3. *cap.*4. *in additamento ad conſtitutionem Leonis X. n.*22. *pag.*428. ita ait: Verum quidem eſt, quod Regularis approbatus ab Epiſcopo poſt approbationem ſui Prælati, ad animarum curam Monaſterio annexam, ſi deinde à dicta cura per dictum Prælatum amoueatur, poterit nihilominus confeſſiones ſæcularium audire, cùm iam ſit ab Epiſcopo admiſſus. Nec indigebit Epiſcopi approbatione, ſi poſt aliquod tempus à Prælato ſuo ad eandem curam admittatur; ſemel enim examinatus, & approbatus ad curam animarum, non poteſt iterum ad eam examinari. Hæc Peyrinus, qui allegat dictum Riccij locum. 46

Dictus Pellizarius *loco præcitato*, quæſito, *An Regularis ab Epiſcopo approbatus poſt approbationem proprij Prælati, ad curam animarum annexam Monaſterio, ſi poſteà amoueatur à dicta cura, poſſit adhuc audire confeſſiones ſæcularium ſine noua approbatione Epiſcopi?* Reſpondet, poſſe: cùm iam ſit approbatus ad confeſſiones; non quidem vt habens beneficium Parochiale, ſed vt ſimpliciter approbatus. Recenſet Peyrinum modò redditum, Villalupos, Ioannem à Cruce, Roderiquez, & alios apud Dianam *part.*5. *tract.*12. *reſolut.*4. & Riccium, ex quo reddit quæ paulò antè ex eo produxi Doctore. 47

Barboſa item *de poteſtate Epiſcopi, tom.*3. *allegat.*60. *n.*89. ſic ait: Approbatus ſemel ad Curatum, vel Canonicatum, vel dignitatem in Cathedrali, non vltra examinatur ad ſimile, vel ſimilem. Ita ſeruari in Curia referunt Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellar. gloſſa* 4. *num.*84. & Aloyſius Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.*410. *in* 1 *editione, & reſol.*356. *in* 2. *editione.* Ioannes Antonius Maſſobrius *in ſuâ praxi habendi concurſum, pral.*3. *dub.*3. *n.*30. Homobonus de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract.*2. *cap.*3. *quæſt.*31. *in fine.* 48

Nicolaus Brauo, Oliuenſis Cœnobij Abbas, *in tractatu Monaſtico, capit.* 18. *numer.* 13. quem recenſui in quæſtionib. Paſtoralib. *part.* 3. *quæſt.* 17. *in fine*, inquirit, an quando Abbas, cuius Monaſterio annexa eſt Parochialis extra illud exiſtens, deputat pro illius ſeruitio Monachum, ſatis ſit deputare approbatum, vt communiter ſolet approbari ad audiendas confeſſiones, abſque eo, quod neceſſaria ſit alia diuerſa præſentatio ad Epiſcopum, eiuſque ſpecialis approbatio in ordine ad talem Parochiam curandam? Et an ſemel amotum, rurſus abſque noua alia approbatione eundem poſſit ibidem, aut in ſimili alia Parochia Monaſterio vnita ponere? Et vtrique inquiſitioni affirmatiuè reſpondet. 49

Facit pro concluſione, vltra prærecenſitos Doctores, Sacra Congregatio, conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſita, *in Terniſina, de anno* 1615. in decreto, quod 50

habetur

habetur in Regiſtro, *fol.* 88. & in litteris expeditis Matriti per Illuſtriſſimum horum Regnorum Nuntium Apoſtolicum, Iulium Saccheitum, pro exequutione illius, & aliorum decretorum pariter confirmatorum per Vrbanum VIII. datis 15. die Octobris, de anno 1625. quarum authenticam copiam penes ne habeo: in quo vtique decreto, aliis omiſſis, hoc habetur. *Quod Capellanus ſemel examinatus, & approbatus ab Ordinario, nulli in poſterum quoad ſcientiam examini ſe ſubiicere teneatur. Idem Regularis.* In alio etiam decreto, in eiſdem litteris inſerto, & quod P. Lezana exſcribit *tom.* 4. *conſultorum, conſulto* 40. *num.* 34. ita lego: *Clericus plebanus, ſemel examinatus ad confeſſiones audiendas, non ſubeſt amplius examini Epiſcopi, neque Regulares ſemel examinati, non ſubſunt amplius examini Epiſcopi.*

51 Sed redeundo ad id, quod in præſenti deciſione dicitur *num.* 6. de inſtitutione Vicarij, quod in eius reuiſione dixit Rota 11. *Martij*, 1667. *coram eodem R. P. D. Otalora, infrà la* 5. hoc fuit. Nec intereſt, quod Vicarius ſit inſtituendus, tam ex verbis vnionis, quàm de iure, ex doctrina Abbatis *in cap. Cùm & plantare, num.* 6. *poſt medium, verſic. vltimo caſu, de priuilegiis.* Vbi dicit, quod licèt Eccleſia ſit pleno iure ſubiecta Monaſterio, ſi non eſt ſubiectus populus, inſtitutio authorizabilis quoad curam populi ſpectat ad Epiſcopum; & ideò debet eſſe perpetuus, provt Presbyteros, qui ad curam populi per Monachos in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, & ab ipſis inſtituuntur, debere eſſe perpetuos, dicit textus *in cap. vnico, de Capellis Monachorum, in* 6. præſertim dum in approbationibus Epiſcopi ab anno 1637. citra, apponi conſueuerunt verba illa: *Vt gaudere poſſis Vicariâ toto tempore vitæ tuæ*: quod dicitur enunciatum in ſententia lata ad fauorem vnius ex duobus nominatis.

52 Quia verbum *inſtituere*, largè ſumitur, & continet quemcumque modum prouidendi, vt poſt alios declarant Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 172. & in ſpecie, quod accipiatur pro deputatione Vicarij, ſeu Capellani ad nutum amouibilis ad exercitium Curæ, videre eſt apud Gregorium *deciſ.* 370. *num.* 5. *verſic. Sunt enim inſtituti.*

53 Vlteriùs doctrina Abbatis procedere poſſet in Eccleſiis alio modo ſubiectis Monachis, quàm per vnionem factam acceſſoriè per viam incorporationis; in his enim non poteſt quis propriè loquendo inſtitui... cùm per hanc vnionem extinguatur titulus Parochialis, ita vt non poſſit ampliùs dici beneficium, ſed tranſlatâ omni curâ in Abbatem, Eccleſia remanet merum prædium, & grangia Monaſterij.... Et ſic Abbas, tanquam verus Rector, poteſt exercere omnia, quæ poſſunt alij Rectores in ſua Parochia, &c.

54 Ex quibus patet ſolutio ad textum *in dicto cap. vnico, de Capellis Monachor.* qui loquitur de Presbyteris, qui inſtituuntur, & habent curam in titulum; non autem de habentibus merum eius exercitium, quod poteſt eſſe temporale, &c.

55 Nec alicuius momenti eſt, quod Ordinarius in approbationibus, ac ſententia prædictis expreſſerit, *ad effectum gaudendi toto tempore vitæ tuæ.* Tum quia, dum ex verbis vnionis conſtat eam fuiſſe factam acceſſoriè per viam incorporationis, & curam tranſlatam in Abbatem debuiſſe exerceri per Vicarium ad nutum amouibilem, non potuir poſteà hunc ſtatum, maximè Abbate inſcio, immutare.... Tum etiam, quia licèt Ordinarius non debeat Vicarios amouibiles, proprie loquendo, inſtituere, ſed tantùm præuio examine ſuper idoneitate approbare... non tamen debet eos approbare ad tempus, ſed indefinitè.... ſcilicet vt reſpectu illius gaudere poſſint Vicarij toto tempore vitæ ſuæ; quod intelligi debet, vt ſit perpetua Vicaria, ſi non reuocetur... quod ſufficit ad hoc, vt non poſſit dici conſtare de eius voluntate ſtatum mutandi, &c. Hucuſque Reuerendiſſimus Otalora.

56 In eadem cauſa, 13. Maij 1669. coram R.P.D. Albergato, obiecto *in num.* 3. quod Vicarius in hoc caſu non inſtituatur ab Abbate, ſed ab Epiſcopo, inde inferendo illius perpetuitatem, ad dictum textum *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum, in* 6. reſponſum fuit, procedere hoc, ſi ageretur de vera, & propria inſtitutione facta per Epiſcopum, vim collatiuæ habente, qui eſt caſus dicti capitis vnici; ſecus ſi agitur de mera inſtitutione authorizabili, & quæ potiùs ſonat in approbationem illius perſonæ iam ab ipſomet Abbate deputatæ.... ea quidem inconuincibili ratione; quia cùm huiuſmodi inſtitutio ſit acceſſoria ad nominationem Abbatis de Vicario temporali, implicat quod ipſa poſſit eſſe perpetua.... *in recentiorum deciſione* 264. *n.* 6. *part.* 2. vbi dixit, huiuſmodi authorizabilem inſtitutionem non alterare nominationem temporalem Abbatis, cùm impoſſibile ſit, ipſum Abbatem nominare Vicarium ad nudum exercitium temporale, Epiſcopum verò illum perpetuò inſtituere. Sequitur Murga *quæſtion. Paſtor. part.* 1. *quæſt.* 3. §. 2. *numer.* 16. Hæc S. Rota in dicta R.P.D. Albergati deciſione.

57 Ad illam clauſulam præſentis deciſionis *in eodem num.* 6. appoſitam: *Inſtitutio authoriZabilis, quoad regimen populi, eſt inabdicabilis ab Epiſcopo*; & ad Doctores pro illa allegatos aduotatur, quod dicta inſtitutio, provt ſonat approbationem, eſt inabdicabilis ab Epiſcopo quoties populus non eſt ab illius iuriſdictione exemptus; & hoc probat textus *in cap. vnico, de Capellis Monachorum, in* 6. & Antonius Butrius ibi, *numer.* 10. Imola *numer.* 7. Abbas *numer.* 15. & *extra in cap.* 1. *eod. tit. numer.* 6. Bellamera *conſil.* 38. *numer.* 18. *in fine.* Francus *in dicto cap. vnico, ſub numer.* 3. *in* 2. *membro ſuæ diſtinctionis*; idem Abbas *in cap. Cùm & plantare, numer.* 7. Soc. *numer.* 8. & cæteri, *de priuilegiis.* Abbas ipſe *in cap. de Monachis, numer.* 9. *de præbendis.* Et ita intellexit, & interpretata eſt S. Rota dicta iura, & Doctores, in Pampilonenſi Parochialis de Stella, ad fauorem Abbatis de Hyrache, 14. Decembris 1598. *coram Cardinale Seraphino, la* 1304. & *poſt meas qq. Paſtorales, la* 13. *numer.* 7. & *coram Cardinale Pamphilio*, 28. *Februarij*, 1602. *la* 14. *poſt dictas qq. numer.* 2. & in hac eadem cauſa iurium Parochialium de Mendauia, coram R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. in præſentis deciſionis reuiſione, *ſuprà relato numer.* 51. & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *num.* 3. & 4. infrà *la* 6. Et ideò ab Epiſcopo eſt dicta inſtitutio inabdicabilis, provt approbationem ſonat, quia provt ſic reſpicit curam iuriſdictionalem, vti dixit Rota *in dicta coram Pamphilio.*

58 Provt autem inſtitutio ſonat tituli collationem, nullatenus ad Epiſcopum pertinere poteſt, in Eccleſiis pleno iure quoad ſpiritualia & temporalia curæ animarum, Monaſterio vnitis, ſeu ad menſam: quia cùm poſt vnionem numquam verè vacent, cùm per illam tituli illarum extincti fuerint, vti dictum eſt ſupra *num.* 6.7.10.11.20.21. ex Abbate in contrarium allegato, ex Barboſa, Flores de Mena, Riccio, Pace Iordano, & Aſcanio Tamburino, & cenſuit Rota in hac cauſa, 19. Ianuarij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, ſuprà *la* 2. *num.* 1. *in medio*, ibi: *Per quam vnionem, &c.* coram R. P. D. Ninot, 27. Iunij 1664. *la* 3. *num.* 2. ibi: *Penes quod præterea dicitur tranſlata cura, &c.* coram eodem R. P. D. Otalora, 11. Maij 1667. in præſentis deciſionis reuiſione, *infra la* 5. *num.* 20. & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *a* 6. *num.* 2. & in Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, 28. Nouembris, 1664. coram R. P. D. Veroſpio, *la* 12. *num.* 1. & coram R. P. D. Cerro, Decano, 23. *Martij* 1667. *la* 17. *n.* 8. non poſſunt in titulum conferri, maximè ab Epiſcopo, qui nec nominare, ſeu deputare valet pro illarum ſeruitio Vicarios, nedum perpetuos, ſed nec amouibiles quidem; cùm huiuſmodi deputatio, & prouiſio priuatiuè quoad Epiſcopum ad eos, quibus vnitæ reperiuntur, pertineat, ſicut illorum remotio, & deſtitutio, & ad eorum libitum. Abbas ſuprà *num.* 6. redditus. Garcia *num.* 9. Flores de Mena *num.* 10. Riccius *num.* 11. Gordonus *num.* 18. Lotterius *num.* 19. Rota *in Portugalenſ. Vicariæ*, 20. *Nouembris* 1598. *coram Peña, num.* 1. *la* 31. *poſt meas qq. Paſtorales. In dicta coram R. P. D. Albergato, verſic. Validitas. In dicta cauſa de Elizondo, coram R. P. D. Veroſpio, ſub die* 3. *Martij*, 1664. *n.* 1. & 2. & 28. *Nouembris* 1664. *num.* 1. & coram R. P. D. Otalora, 19 Iunij 1665. *infrà las* 10. 11. 12. & 15. Ad Epiſcopum itaque ſolum ſpectat examinare, & approbare huiuſmodi Vicarios Eccleſiarum ad menſam vnitarum, ſeu iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia Parochialia, Rota *in dicta de Elizondo, ſub die* 3. *Martij* 1664. *num.* 3. & *in alia de anno* 1667. *n.* 4. & in hac cauſa Mendauiæ, coram eodem R. P. D. Otolora, in iſtius deciſionis reuiſione, 11. Martij 1667. *num.* 22. & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *verſic. Subillatio, infrà las* 5. 6. 10. & 17.

59 Circa id, quod in præſenti deciſione dicitur *num* 6. ex Decio, videlicet, *quod Eccleſia non videtur ſubiecta pleno iure, ſi Religioſi non habent inſtituere quoad curam populi*, adnotandum eſt, duplex diſtingui ius plenum, quo Eccleſiæ ſubiectæ, & vnitæ eſſe poſſint Religioſis. Vnum, quod contineat omnia ad curam animarum & Parochialia pertinentia, tam quoad iura ſpiritualia, quàm quoad temporalia. Aliud, quod contineat iuriſdictionem contentioſam in ſpiritualibus, & temporalibus, Epiſcopalem, vel quaſi. Quando igitur dicitur à Decio, & aliis, Eccleſiam non eſſe Religioſis pleno iure ſubiectam, ſi non habeant inſtituere quoad curam populi, loquuntur de iure pleno in ſecunda acceptione; non autem in prima. Bene enim ſtare poteſt, & ſubſiſtere primum ius plenum, & de facto ſubſiſtit paſſim abſque ſecundo. Rota 28. Februarij 1600. coram Card. Pamphilio, *num.* 3. *la* 14. *poſt meas qq. Paſtorales.* coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *verſic. Subillatio, infrà la* 6. & coram R. P. D. Otalora, *la* 13. *num.* 2. & coram eodem R. P. D. *num.* 3. *la* 15. ac coram R. P. D. Cerro, Decano, 23. Martij 1667. *num.* 10. *la* 17. & docet Flor. de Mena *variar. quaſt.* 10. *lib.* 1. *num.* 21. Riccius *in praxi variar. reſol. reſol.* 293. *concluſ.* 4. Primum prætendit Abbas habere in Eccleſia Mendauiæ, non autem ſecundum, vt in ſimili cauſa S. Ioannis de Stella de illo fuit dictum in dicta coram Pamphilio; ſi enim ſecundum prætenderet, prætenderet etiam quod Vicarij non dependerent ab Epiſcopo quoad examen, & approbationem, ſed à ſeipſo tantùm: poſſet enim Abbas illos deputare, excluſo in totum Epiſcopo. Rota *in dicta coram Albergato, numer.* 5. Geminianus, Fagnanus, Abbas, & Decius *in locis allegatis in hac quarta deciſione, verſic. Et clarius.*

Ad id, quod *numer.* 7. præſentis deciſionis dicitur, quod Vicarij acceperint inſtitutionem authorizabilem ab Epiſcopo in perpetuum, & quod Vicaria fuerit illis in perpetuum adiudicata, in illius reuiſione fuit à Rota reſponſum, quod *numer.* 55. & 56. recenſui. Et ad iuramenta per Vicarios ad formam Conſtitutionis Synodalis præſtita, dico, quod illa præiudicium aliquod inferre non poſſunt Abbatis iuribus, cùm illo in ſcio facta fuerint; neque Vicariæ amouibilitati, cùm iſtius ſtatus per illa immutari non valeat. 60

§. IV.

Circa verſiculum, *Ex qua Vicariæ perpetuitate*, adnotatur primò, Cardinalem, & Ancharanum ibi allegatos, loqui de Vicario Eccleſiæ ad Canonicos pertinentis, non iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, ſed quoad iſta tantùm. Et in eodem ſenſu locutus eſt Barboſa ibidem allegatus, *in cap. fin. de officio Vicarij*, quando docuit, habentem Canonicatum, vel dignitatem in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, cui acceſſoriè, & in perpetuum eſt annexa Parochialis, per Vicarium temporalem à ſe deputatum ab immemorabili deſeruiri ſolitam, non poſſe in illius curæ exercitio ſe intromittere. Ex contextu enim patet, *numero* 11. *in fine*, ibi, non per hoc dici curatum ipſum beneficium principale, aut penes illius Rectorem eſſe maiorem curam, quàm habitualem, *niſi expreſsè conſtet vnionem fuiſſe factam, etiam quoad ſpiritualia.* Et *numer.* 14. vbi ita fatur: Nec dubium faciat, quod in Parochialibus Eccleſiis annexis Capitulo, etiam independenter, cura tam actualis, quàm habitualis eſt penes ipſum, Vicariis temporalibus ſolùm curæ exercitium habentibus; *nam hoc ideò procedit, quia per vnionem factam quoad ſpiritualia, & temporalia, totalis cura in Capitulum tranſlata fuit, & Vicarij vti ſimplices miniſtri nomine Capituli illam exercent.* 61

Secundò adnotatur, D. Thomam *opuſculo* 19. *contra impugnantes Religionem, cap.* 4. *colum. mihi* 239. *ſub littera B*, dicere: *Ridiculum eſt dicere, & blaſphemiæ vicinum, quod Epiſcopus non poſſit vſum Clauium exercere in quemlibet ſuæ Diœceſis, ſicut & Chriſtus poſſet.* Quod certè dictum videtur contrarium præſenti deciſioni, ibi: *Sicut nec Epiſcopus inuito Rectore.* 62

§. V.

§. V.

63 Circa numerum nonum, ſeu verſic. *Contra quam*, ibi: *A prima ſua natura receſſit, & pradium Monaſterij, cui fuit vnita, reputatur*, addo eandem S. Rotam coram R. P. D. Beuilaqua *ſuprà la 2. n. 1.* coram ipſo R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. in huius deciſionis reuiſione, *infrà la 5. num. 10.* ibi: *Cùm per hanc vnionem extinguatur titulus, &c.* coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *la 6. num. 2.* ibi: *Fuiſſe extinctiuum*: coram R. P. D. Veroſpio, 28. Nouembris, 1664. in Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, *la 12. num. 2.* in eadem coram R. P. D. Cerro, Decano, 23. Martij 1667. *la 17. num. 8.* in Pampilonenſi decimarum de Tafalla, coram dicto R. P. D. Albergato, 13. Martij 1667. *la 23. num. 7.* in Vliſbonenſi concurſus, coram Remboldo, 1. Iunij 1615. *la 9. poſt meas qq. Paſtorales, n. 2* in Ciuitatis Caſtelli vnionis, coram Manzanedo, 16. Martij 1615. *la 10. n. 3.* & in Seguntina dimidiæ annatæ, coram eodem, 7. Maij 1607. *la 11. poſt dictas qq. n. 5. & 7.* Et Doctoribus in dicta deciſione citatis addo quamplures alios, quos recenſui, & fui ſequutus in dictis qq. Paſtoral. *part. 2. q. 6. de effectibus vnionis, num. 2. & ſeqq. iuncto 1.* & Illuſtriſſimum Quevpo, quem retuli *part. 4. q. 1. ſect. 2. pag. 169. & ſeqq.* & eius decretum ibi redditum, *ſect. 4. §. 1. eiuſdem quaſtionis*, expoſui, *à pag. 197.* Addo & citandos *numero 64. & ſeqq.*

64 Ad illud, *& eum ratione vnionis euaſerit Regularis*; adnoto, id in hac Mendauiæ cauſa dixiſſe S. Rotam, 19. Ianuarij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, *ſuprà la 1. n. 4.* coram eodem R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. *deciſ. 5. ſequenti, n. 13.* & in cauſa Vicariæ de Stella ad fauorem eiuſdem Abbatis Hyrachenſis, 14. Decembris 1648. coram Eminentiſſ. Ottobono, *la 19. poſt dictas qq. Paſtorales, num. 5.* & 26. Maij 1653. coram Reuerendiſſimo Melzio, *ibidem la 20. num. 14. & finali*: & in Pampilonenſi iurium Parochialium de Elizondo, coram R. P. D. Veroſpio, *infrà la 10. num. 10.* Pro eadem addo concluſione Thomam Sanchez. *tom. 3. in Decalogum, lib. 7. cap. 29. num. 148.* cum Gregorio Lopez *in l. 3. tit. 12. partita 1* Emmanualem Roderiquez in *quaſtion. Regularibus tom. 1. quaſt. 20. art. 1.* cum Petro de Peruſio *de vnione Eccleſiarum, cap. 2.* Hieronymum Roderiquez *in compendio dictarum quaſtion. reſolut. 15. num. 2.* Ioan. Axorium *Inſtit. Moralium, parte 2. lib. 6. cap. 28. quaſt. 2.* Franc. Pellizzarium *in Manuali Regularium, tom. 1. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. num. 113. verſic. Addo.* Eligium Baſſæum *tom. 1. verbo beneficium, 1. num.* Rebuffum *in praxi beneficiorum, parte 1. tit. Regularia beneficia multiplicia*, ibi: *Regularia beneficia ſunt, qua Religioſis addicta ſunt, &c.* & me ipſum *in dictis quaſt. Paſtoral. parte 1. quaſt. 6. num. 8. parte 4. q. 1. ſect. 3. num. 24.* & alibi ſæpè, & *in Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 1. tract. 1. diſquiſit. 3. dubitat. 1. num. 30. & 31.* Et ratio eſt, quia inter effectus proprios vnionis plenariæ, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam, eſt extinctio nominis, tituli, naturæ, priuilegiorum, & qualitatum beneficij alteri ſubiectiuè vniti, & ſortitio prærogatiuarum, priuilegiorum, qualitatum, & naturæ illius, cui vnitum reperitur, in quod quaſi transformatur tempore vnionis; quæ quidem ob hanc cauſam appellatur vnio per viam incorporationis. De quibus prolixè egi *dicta quaſt. 6.* vbi pro ſexto aſſignaui effectu, quod ſæcularis Eccleſia, per vnionem regulari factam, regularis efficiatur: & pro ſeptimo, quod beneficium duplex, ſeu curatum ſimplici vnitum, ſimplex reddatur.

65 Ad illud, quod in fine eiuſdem verſiculi dicitur, quod decretum irritans inficiat quicquid in contrarium factum fuerit, addo pro illius probatione Rotam *in Vliſbonenſi concurſus, 1. Iunij 1615. coram Remboldo, la 9. poſt meas qq. Paſtorales, num. 6. in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 16. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro, Decano, n. 7.* & *3. Iunij 1643. coram eodem, num. 2. las 17. & 18. poſt dictas qq. In Deturſenſi Vicaria, 22. Iunij 1624 coram Merlino, la 21. num. 2. In Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, 28. Nouemb. 1664. coram R. P. D. Veroſpio, infra la 12. num. 9. In Ferrarienſi decimarum, 8. Aprilis 1658. coram R. P. D. Beuilaqua, la 11. num. 2.* Auguſtin. Barboſam, & alios, quos recenſui, & fui ſequutus *tom. 1. diſquiſitionum, tractat. 9. §. 6. num. 5. & 6.* & *in præcedentibus commentariis ad conſt. 6. num. 713.* & *ad conſtitut. 15. num. 2.* & *ad conſtit. 16. à num. 124.* Imò inficit quicquid præter illud fit, ſi formam contineat. Dixi *ad dictam conſtitut. 15. num. 19.*

66 Circa verſiculum, *Vlterius, num. 10.* ibi: *Ex eo, quod omnes decimas percipit Abbas de Hyrache, aſſignatâ certâ portione Vicario.... cura eſt penes Abbatem, nudum autem miniſterium penes Vicarium*: addo ad probationem eiuſdem concluſionis S. Rotam in hac cauſa coram R. Ninot, R. Otalora, 1667. & *in Parochialium iurium de Elizondo*, coram R. P. D. Veroſpio, 3. Martij 1664. *infrà la 10. num. 4.* & *in eadem, coram R. P. D. Cerro, 23. Martij 1667. la 17. n. 6. & 7. in Vliſbonenſi iuris conferendi, 2. Decembris 1605. coram Litta, n. 2. poſt meas qq. Paſtor. la 7. in eadem coram Lancellotto, 13. Iunij 1607. n. 1. la 8. in alia Vliſbonenſi concurſus, 1. Iunij 1615. coram Remboldo, n. 3. la 9. in Mindonienſi Parochialis, 3. Martij 1653. coram Zarate, num 10. & 11. la 29. poſt dictas quaſtiones*, vbi ego ipſe *part. 3. q. 8. num. 1. & 2.* & *q. 18. num. 6.* Et ratio concluſionis eſt, quia cùm beneficium ſit ius percipiendi fructus propter officium, & beneficium Parochiale ſit ius percipiendi fructus propter officium Parochiale, & Abbas percipiat fructus debitos Parocho, decimas ſcilicet, quæ præcipuam fructuum Parochialium conſtituunt partem, inde ſequitur, curam animarum ad Abbatem ſpectare, qui percipit ea emolumenta, quæ curam gerenti de iure competunt, vt penes eum ſit onus, penes quem eſt & commodum, Seraphinus *deciſione 1304. n. 1.* ſicut econtrà, *Onus qui ſentit, debet ſentire etiam commodum.* Barboſa *tract. de axiomatib. iuris, axiomat 169. num. 3. ex l. 1. ff. de inſtitoria actione, l. Secundùm naturam, ff. de regulis iuris.* Ancharano, Oldrado, & aliis, quos recenſet Doctoribus. Vide §. *ſeq. verſic. Ad id.*

§. VI.

67 Circa verſiculum, *Qua omnia*, ſeu numerum 12. ibi: *Nec enim ex eo, quod Parochialis fuerit Monaſterio vnita, & incorporata, propterea deſit eſſe perpetua Vicaria*; adnotatur, quod quoties vnio eſt ſimplex, & ſolùm quoad temporalia, eo

modo, quo ſuprà explicatum relinquo, *num.3.* Vicarius perpetuus inſtitui debet in Eccleſia vnita; quoties verò vnio eſt plenaria, modo *num.4.* explicato, non perpetuus, ſed ad nutum amouibilis deputari in illa debet. Gloſſa *in Clement. Abbates, verbo Haberent, la 1. de reſcriptis*, vbi Abbas *num.6.* Gloſſa etiam *in Clement. Quia Regulares, verbo De menſa*, vbi Abbas *num.17. la 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Gloſſa *in Clement. Frequens, verbo Ad menſam*, vbi Abbas *num. 11. de exceſſibus Prælatorum.* Idem Abbas *in cap. Paſtoralis, num.7.* cuius, & gloſſarum verba *num.6.* recenſui. Barboſa *in rubrica de officio Vicarij, num.17. iunctis num.10. & ſeqq.* relatus *ſuprà num.7.* Rebuffus *num.8.* citatus. Garcia *num. 9.* redditus. Flores de Mena *num. 10.* Riccius *num.11.* Gonzalez *num.12.* Azorius *numero 13.* ego ipſe *in qq. Paſtoralib. parte 2. q. 2. §.7. n. 13. & 15.* & *parte 3. q. 17. num.18.* aliis recenſitis. Rota *in Vliſbonenſi iuris conferendi, 2. Decembr.* 1605. *coram Litta, num.2. In alia coram Card. Lancellotto, 13. Iunij 1607. num. 1. las 7. & 8. poſt meas qq. Paſtorales. In Portugallienſ. Vicaria, 20. Nouembris de anno 1598. coram Peña, num.2. la 31. poſt eaſdem qq. In Pampilonenſi iurium Parochialium de Elizondo, 28. Nouembris, 1664. coram R. P. D. Veroſpio, infrà la 12. num. 1. 3. & 7. In eadem coram eodem, 16. Iunij 1664. coram R. P. D. Otalora, 19. Iunij, 1665. & coram R. P. D. Cerro, Decano, 23. Martij 1667. num. 4. 5. & 8. infrà las... Et in cauſa iurium Parochialium de Mendauia*, in qua præſens emanauit quarta deciſio, nedum coram R. P. D. Beuilaqua, 19. Ianuarij 1663. *num.1. & 3.* ſed etiam coram R. P. D. Ninot, 27. Iunij 1664. *num.2.* & in iſtius reuiſione, coram eodem R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. *num. 1. 22. 23.* & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *num.2. infrà las...*

Ad id, quod in eodem verſiculo dicitur, *quod perceptio decimarum non probat plenariam vnionem*; ſatis fuit factum *num.66. præcedenti.* Et ibi dictis addo S. Rotam in reuiſione huius deciſionis, coram eodem R. P. D. Otalora, 11. Martij 1667. contrariam firmaſſe concluſionem, *num.16.* de communi opinione, & ex clara iuris concluſione.

Ad id: *Cùm non mutauerit naturam Parochialis vnita, quæ antea erat ſæcularis, naturam ſæcularis ſemper retinuit, &c.* abundè fuit firmatum *n. 63. & 64.* Parochialem plenariè quoad ſpiritualia, & temporalia vnitam, propriam mutare naturam ſæcularem in regularem, ſicut mutaret ſuam Eccleſia regularis plenariè ſæculari vnita. Quando verò vnio ſimplex fit, Eccleſia vnita ſuam conſeruat abſque dubio naturam. Et in hoc caſu loquuntur Garcia, & Palaus in contrarium allegati; in priori verò de vnione plenaria, pro nobis expreſsè ſunt *dicta parte 2. capite 2. num.12. & 19.* Garcia, & Palaus *dicto tractat.13. diſp.6. puncto vlt. §.1. num.4.* & *§.2. num. 21. verſic. Solùm*; cùm doceant, effectum eſſe vnionis, ſuppreſſionem, & extinctionem nominis, & tituli beneficij alteri vniti, ita vt ampliùs beneficium non ſit, nec nominari valeat. Et rurſus Garcia *num. 14. & 18.* & Palaus *num.7.* aſſerunt, extingui per vnionem omnes prærogatiuas, priuilegia, qualitates, & naturam beneficij principalis, cui facta fuit vnio: pro quibus concluſionibus præter dictos duos Authores, plures alios allegaui in quæſtionibus Paſtoralibus *part.1. quæſtione 6. num.1. 2. & 3.* Cùm igitur hæc, aut aliquid quidem iſtorum inſimul ſtare non poſſint in beneficio alteri vnito, cum retentione propriæ naturæ beneficij ſæcularis, quam ante vnionem habebat, vt per ſe, & ex terminis ipſis patet, & Garcia, ac Caſtrus Palaus modò reddita doceant in caſu vnionis plenariæ, in eodem negabunt retentionem propriæ naturæ, in beneficio alteri vnito. Quod denique beneficij, & Eccleſiæ S. Ioannis Mendauiæ, mediante vnione de illa Abbati, & Monachis Hyrachenſis Cœnobij facta, naturam ſæcularis in regularem mutatam fuiſſe dixit Rota, nedum coram R. P. D. Beuilaqua, 19. Ianuarij, 1663. *num.1. & 4.* ſed etiam in reuiſione huius deciſionis quartæ, 11. Martij, 1667. coram eodem R. P. D. Otalora, *verſic. Minùs releuant duo.* Et idem dixit de Eccleſia S. Ioannis de Stella, & de Eccleſia loci de Elizondo, vti vidimus *num.64.*

§. VII.

Circa illud eiuſdem verſiculi, *Quæ omnia, &c.* 68
videlicet, *Deputationes factæ ab Abbate præuia confeſſione Iuratorum & Beneficiatorum, quod Vicarius erat annalis, nullius ſunt momenti, &c.* adnotandum venit, à fortiori nullius eſſe momenti deputationes Vicariorum, & collationes beneficiorum; ſi fortè aliquando fuerint ab Abbate factæ, præuia ipſiuſmet Abbatis confeſſione, quod Vicarius erat perpetuus, aut quod Vicaria, & beneficia erant de iurepatronatus incolarũ Mendauiæ, aut ipſius villæ; ob fundamenta à Rota hic adducta pro prædicta ſua concluſione firmanda. Nam cùm ex donationibus iuriſpatronatus factis per illam Sereniſſimo Regi Carolo III. Nauarræ, anno 1407. & per eundem Regem Abbati, & Monachis Hyrachenſis Cœnobij, in ipſomet anno, de quibus in deciſionibus huius cauſæ, coram R. P. D. Otalora, 11. Martij, 1667. *la 5. ſeq. num. 12. & 13.* & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. *la 6. num.6. 7. & 8.* conſtet, tranſlatum fuiſſe in dictos Abbatem, & Monachos dictum iuſpatronatus: & cùm ex Bullis vnionis dictæ Eccleſiæ loci de Mendauia, per Ordinarium, & ſucceſſiuè per Papam factæ, pariter conſtet hanc vnionem fuiſſe plenariam, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia, & ad menſam, & per neceſſarium conſequens conſtet, dictam Vicariam eſſe neceſſariò ad nutum præfati Abbatis amouibilem, provt diffinitum eſt à S. Rota coram R. P. D. Beuilaqua, Ninot, Otalora, & Albergato, in ſuis deciſionibus præcedentibus, & ſubſequentibus, ac in tribus ſententiis, & executorialibus litteris, illis omnibus inſertis, omnes dictæ deputationes, & collationes factæ cum dicta confeſſione, cenſeri debent erroneè factæ, & conſequenter nulliter fuiſſe ab Abbate confeſſum dictum incolarum iuſpatronatus, & Vicariæ perpetuitatem. Sicut enim non attenditur concurſus factus per errorem in Vicariis, in quibus de iure non requiritur, vti benè præſens firmat deciſio, ex Cauallerio *decis. 599. num.7.* & ex R. Zarate *decis. 29. poſt meas qq. Paſtorales, num. 15.* quibus addo Remboldum *in Vliſbonenſi concurſus, 1. Iunij 1615. num.6.* Merlinum *in Derturſenſi Vicaria, 22. Aprilis 1624. num.7.* & Bichium *in Gerundenſi Capellania, 27. Ianuarij 1645. num. 5. las 9. 21. & 28.*

poſt

poſt dictas qq. Paſtorales: ita nec debent attendi deputationes Vicariorum, & collationes beneficiariorum cum erroribus præfatis.

69 Et ratio dictorum eſt, quia actus erronei carere dicuntur conſenſu, ſcientiâ, & patientiâ errantium, *l. Nihil conſenſui*, *§. Non videntur*, *ff. de regulis iuris*, *l. Si per errorem*, *ff. de iuriſdictione omnium Iudicum*, *l. 2. ff. de iudiciis*, *l. Si procurator*, *ff. de acquirendo rerum dominio*, *l. Teſtamentum*, *Cod. de teſtamentis*, *l. Non idcircò*, *Cod. de iuris ignorantia*. Romanus *conſ. 347. n. 7.* Barboſa *tractat. de axiomatibus iuris*, *axiom. 82. num. 1. & 2.* cum Pariſio, Thomaſſet, Bertazol. Rota *deciſ. 524. num. 4. part. 1. recentiorum*, Seraphino *deciſ. 1190. num. 2.* Surdo, Anton. Monach. Mar. Antonin. Celſ. Bargal. Scaccia, Carolo de Graſſ. Durant. *deciſ. 50.* Steph. Gratiano, Alexandro, Socino Iun. Rolando, Menochio, Baldo, & Ruino locis ab ipſo allegatis, & Barboſa, qui *num. 3.* addit: Vnde qui errat, non dicitur fateri, *l. Si non fatetur*, *ff. de confeſſ.* Et errantem non amittere rem ſuam, probat *dicta l. Si procurator*, *35. ff. de acquirendo rerum dominio*, Tiraquellus *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 2. num. 20.* Menochius *conſ. 162. num 28. cum ſequentibus*. Hæc Barboſa.

70 Ad illud, quod additur in hac deciſione, & verſiculo, *Quæ omnia*, de nullitate concordiæ, de anno 1577. ob defectum beneplaciti Apoſtolici, reſpondit Rota 19. *Ianuarij 1663. num. 7. coram R. P. D. Beuilaqua*, *ſuprà la 2.* non annullari concordias inter duas Eccleſias factas abſque dicto beneplacito, ſuper rebus Eccleſiæ præiudicialibus, in vim Conſtitutionis Vrbanæ; nec dictam de anno 1577. ex quo inita illa non fuit ad firmandum, quod in poſterum Vicaria eſſet amouibilis, cùm in illa ſupponatur, talem per antea fuiſſe. Quæ ſuppoſitio firmatur etiam coram R. P. D. Albergato, 13. *Maij 1669. verſic. Neque pro inobſeruantia*, *infrà la 6.*

71 Circa id, quod de inſtitutione authorizabili ad finem eiuſdem verſiculi dicitur, iam ſuprà dictum eſt, *num. 59. & 60.* quod dicendum occurrit, & quod facit ſatis præſenti deciſioni.

Circa id, quod de inſtitutione & ſententiis Ordinarij in fine verſiculi addit deciſio, fuit ſatisfactum *n. 44. & ſequent.* maximè *à n. 51. ad 58.*

DECISIO V.

R. P. D. Otaloræ.

In eadem Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, 11. Martij 1667.

BREVIARIVM.

Amouibilitas.

Vicariorum amouibilitatem non poſſunt Epiſcopi immutare per approbationes, & ſententias in quibus exprimunt, vt gaudeant Vicariis toto tempore eorund in vita, maximè inſciis illis, quibus Eccleſiæ ſunt vnitæ. n. 22.

In materia amouibilitatis ſummoperè vltimus attenditur ſtatus. n. 23.

Approbatio Vicariorum.

Fieri non debet ab Epiſcopo Vicariorum approbatio ad tempus, ſed indefinitè, vt gaudere illa poſſint toto tempore vitæ, ſi non remoueantur. n. 22.

Clauſulæ.

Clauſula, Cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis; *curam animarum, iura Parochialia, & cætera ad Eccleſiam vnitam ſpectantia de iure, & de conſuetudine, comprehendit.* n. 5.

Dicta clauſula importat, quod vnia ſit accessoriè, & ſubiectiuè, etiam quoad ſpiritualia facta. n. 5.

Importat etiam ius deputandi Vicarium amouibilem ad nutum. n. 5.

Clauſula, in perpetuum incorporamus; *importat vnionem eſſe acceſſoriam, extinctiuam tituli, cum tranſlatione iurium, etiam ſpiritualium, in eum, cui facta eſt vnio.* n. 6.

Clauſula, liceat per vos... corporalem poſſeſſionem Parochialis Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum ſuarum, authoritate propria apprehendere; *importat vnionem, & incorporationem ſubiectiuam, pleno iure quoad ſpiritualia, & temporalia, quoad iura Parochialia, & fructus Eccleſiæ vnitæ.* n. 7.

Conceſſio.

Concluſio conceſſionis attendenda eſt, non autem narratiua, petitio, aut proœmium. n. 9.

Cura animarum.

Penes illum reſidet cura animarum Eccleſiæ vnitæ, qui omnes percipit fructus, alteri certa portione aſſignatâ n. 16.

Inſtitutio.

Latè ſumitur inſtitutio pro quocumque prouidendi modo. n. 19.

Vnde aliquando ſumitur pro Vicarij amouibilis deputatione. n. 19.

Non poteſt quis propriè inſtitui in Eccleſia acceſſoriè, & per viam incorporationis vnita. n. 20.

Mendauia.

Cura animarum Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia, penes Abbatem, & Monachos Hyrachenſes exiſtit; penes Vicarium autem nudum exercitium, cum iure congruæ, qui eſt amouibilis ad Abbatis, & Conuentus nutum. n. 1. & 22.

Dicta Eccleſia Abbati, & Monachis pleno iure, quoad ſpiritualia, ac temporalia vnita eſt. n. 2. & 23.

Hæc vnio acceſſoria fuit per viam incorporationis, & cum tituli ſuppreſſione. n. 3. 11. & 22.

Ita dicta Eccleſia fuit Monaſterio conceſſa, vt curam animarum, & ſpiritualia comprehendat conceſſio. n. 4.

Dicta Eccleſia regularis eſt. n. 13.

Capitulum Eccleſiaſticum illius, & Conſilium Villæ Mendauiæ, non ſunt præfatæ Eccleſiæ Patroni. n. 11. & 12.

Patroni illius ſunt Abbas, & Monachi Hyrachenſes. n. 11. & 13.

Narratiua.

Attendi non debet, ſed concluſio. n. 9.

Per lapſum temporis longævi litterarum narratiua vera præſumitur. n. 12.

Parochialitas, Parochi.

Nihil aliud Parochialitas eſt, quàm animarum cura n. 4.

Quibus vnio Eccleſiæ Parochialis fuit acceſſoriè facta, ea poſſunt, quæ alij Eccleſiarum Parochialium Rectores. n. 20.

Patronatus.

Eo ipſo quod Patronus vnioni Eccleſiæ conſenſum præſtet, iuſpatronatus extinguitur. num. 11. & 13.

Si non interuenit Epiſcopi conſenſus, donatio iuriſpatronatus laico facta non ſubſiſtit. n.13.

Iſte tamen Ordinarij conſenſus ſuppletur per ſubſequentem vnionem de Eccleſia patronata per illum factam. n.13.

In Eccleſiis Regularibus, pleno iure vnitis, nequeunt laici nouum iuſpatronatus adquirere, neque extinctum recuperare, abſque priuilegio Apoſtolico. num.13.

Poſſeſſio.

Bonorum poſſeſſio nunquam vacat. n.2.

Præſentationes.

Iuſpatronatus non probant, nec tribuunt vllum ius coactiuum, & obligatorium præſentationes per viam ſupplicationis facta. n 15.

Procœmium.

Conceſſionis procœmium non attenditur. n.9.

Relatio.

Operatur relatio, vt id, quod refertur, illius conditiones recipiat, ad quod refertur, & ad eius terminos reſtringatur. n.15.

Vicarius.

Vicarius, qui habet curam in titulum, & verè inſtituitur inſtitutione tituli collatiua, perpetuus eſt. n. 21.

Vicarius amouibilis non inſtituitur propriè, ſed approbatur. n.22.

Data vnione plenaria quoad ſpiritualia, & temporalia, conſequens eſt, vt Vicarius amouibilis ſit. n.23.

Vide verb. Amouibilitas.

Vnio.

Quod facta ſit vnio ad ſupplendam neceſſitatem illius, cui facta fuit, non conuincit, quod tantum temporalia comprehendat, ſi de ipſa Eccleſia fuit facta. Tunc enim cura etiam animarum vnitur. n.8. & 9.

Vnio æquè principalis non extinguit beneficij titulum. n.11.

Per vnionem acceſſoriam, & per viam incorporationis titulus Parochialis extinguitur, ita vt beneficium dici nequeat, ſed prædium, & grangia illius, cui facta illa fuit, in quem omnis cura fuit tranſlata. n.20.

Cui factu fuit vnio acceſſoriè, & per viam incorporationis, ea omnia, quæ alij Rectores exercere poſſunt, poteſt exercere. n.20.

1 CONſueuerunt Domini die 7. Iunij præteriti, infirmandam eſſe ſententiam Rotalem latam coram R. P. D. meo Beuilaqua, & ſucceſſiuè confirmatam coram R. Gerundenſi, quâ pronuntiatum fuit, penes Monaſterium, & Monachos Sanctæ Mariæ de Hyrache, illiuſque Abbatem, pro tempore reſediſſe, & reſidere curam animarum Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, cui annexa reperitur altera Beatæ Mariæ de Legarda; & Vicarium deputatum ad exercendam curam animarum Sancti Ioannis de Mendauia, eſſe ad nutum Abbatis, & Monaſterij amouibilem, habereque nudum exercitium cum iure congruæ. Super cuius deciſionis viribus propoſui dubium, & Domini à deciſis recedendum eſſe reſponderunt.

2 Nam vnio Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia fuit facta Monaſterio quoad ſpiritualia, & temporalia, vt ex verbis petitionis comprehenditur, ibi: *Parochialem Eccleſiam vacantem per liberam reſignationem Sancij*; quæ reſpicit titulum. Quia poſſeſſio bonorum nunquam vacat, ſed ſemper reſidet penes Eccleſiam. Natt. *conſ.*562. *num.*11. & 12. *lit.*2. Rota *deciſ.* 19. *num.*12. *part.*2. *diuerſorum.*

3 Quibus conueniunt ſequentia: *Dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & vnire dignaremur*; quæ demonſtrant petitam vnionem fuiſſe acceſſoriam per viam incorporationis, & ſic cum ſuppreſſione tituli. Hojedo *de incompatibilitate beneficiorum part.*2. *cap.* 3. *ſub num.* 9. *verſic. Tamen incorporatio.* Rota *deciſ.*720. *num.*2. *part.*2. *recentiorum.* Merlinus *deciſ.*115. *num.*1. & *per totam.*

4 Petitioni adſtipulatur conceſſio, ibi: *Præfatam Parochialem Eccleſiam, ſicut præmittitur, vacantem.* Vbi Papa Parochialem Eccleſiam conceſſit; quæ conceſſio comprehendit curam, & ſpiritualia, cùm Parochialitas nihil aliud ſit, quàm cura animarum. Puteus *diuerſorum deciſ.*52. *num.*38. & 39. *parte* 2. & coram Coccino *deciſ.* 454. *n.*7.

5 Adduntur inſuper verba illa: *Cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis*; quæ comprehendunt curam animarum, iura Parochialia, cæteraque ad Eccleſiam vnitam ſpectantia. Innocentius *in cap Cùm ad ſe, num.*2. *verſic. Et dic, quod pertinentiarum nomine, de reſtitutione ſpoliatorum.* Rota *deciſ.*630. *num.* 27. *part.*4. *Recentiorum, tom.*3. Et important, quod vnio ſit facta acceſſoriè, etiam quoad ſpiritualia. Murga *Quæſtion. Paſtoral. parte* 4. *quæſt.*1. *ſect.*3. *concluſ.*2. *num.*7. Rota coram Merlino *deciſ.*115. *num.*6. *verſic. Præterea Eccleſia:* & coram Caualerio *deciſ.* 599. *num.* 3. & 4 & *in recentiorum deciſ.*630. *num.*24. *part.*4. *tom.*3. & *deciſ* 21. *num.*6. vbi *num.*7. dicitur, quod ſub dictis verbis venit etiam ius deputandi Vicarium ad nutum amouibilem. *Et in Mindonienſi Parochialis, coram R. Conchenſi*, poſt Murgam *deciſ.*29. *ſub num.*11. Et plenè firmatum fuit in deciſionibus hac cauſa emanatis, 19. *Ianuarij* 1663. §. *De hac autem, coram R. P. D. meo Beuilaqua*; & 17. *Iunij* 1664. §. *Hanc autem, coram R. Gerundenſi.* *

6 Fortiùs dum in vnione dicitur: *Præfato Monaſterio authoritate noſtra ordinaria in perpetuum incorporamus*; quod oſtendit vnionem eſſe acceſſoriam, & extinctiuam tituli, cum tranſlatione iurium, etiam ſpiritualium, in Monaſterium, cui facta eſt vnio, vt declarant Garcia *de beneficiis, parte* 12. *cap.*2. *num.*55. Caſtrus Palaus *Operum Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6. *puncto* 12. §.1. *num.*11. Morga *Quæſtion. Paſtoral. parte* 2. *q.* 2. §.7. *num.*35. *in fine, fol.*72. & *parte* 4. *q.*1. *ſect.*3. *concl.*2. *num.*7. *in fine, fol.*186. Caualer. *deciſ.* 371. *n.* 5. & *in Catacenſ. prætenſa obedientia*, 23. *Maij*, 1650. §. *Eandemque, coram bonæ memoriæ Bichio*, & *in Mindonienſi Parochialis, coram R. Conchenſi*, ſuprà allegata.

7 Idem etiam patet ex eo quod in vnione ſequentia leguntur: *Ita quod liceat per vos, vel procuratorem veſtrum corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum authoritate propria apprehendere*; ita vt importet pleno iure, & ſubiectiuè vnire, & incorporare Eccleſiam Parochialem menſæ Monaſterij, tam quoad temporalia, quàm ſpiritualia, & conſecutiuè dare facultatem poſſidendi iura Parochialia, eiuſque fructus ratione Parochialitatis vnitæ. Caualerius *deciſ.* 599. *num.* 2. & *in recentiorum deciſ.* 710. *num* 3. *part.* 2. & 352. *num.*8. *part.*4. & 580. *num.*8. & 15. *eadem part.*4.

part 4. tom. 1. & *deciſ.* 88. *num.* 12. *part.* 9. Burartus *deciſ.* 214. *num* 4. Merlinus *deciſ.* 115. *num* 7. cum adductis in dicta Mindonienſi Parochialis, *coram Reuerendiſſimo Comibenſi*, §. *Et vlterius*.

8 Officere autem non poteſt, quod ex tenore vnionis conſtet illam fuiſſe factam ad ſupplendam neceſſitatem Monaſterij, & ſic pleno iure quoad temporalia, mediante applicatione fructuum, vt ponderatum fuit in deciſione, quæ reuidetur, §. *Vnio ſiquidem*.

9 Quia licèt cauſa motiua vniendi fuerit neceſſitas Monaſterij, vnio facta fuit de ipſa Eccleſia Parochiali, quod importat vnire ipſam curam animarum: & ſic non debet attendi narratiua, ſed concluſio. Angelus *conſil.* 30. *num.* 3. & aliis relatis dixit Rota *in Romana, ſeu Veliterna affictus*, 15. *Martij*, 1652. *in fine, coram bonæ memoria Bichio*; maximè dum conceſſio eſt clara, quo caſu nec petitio conſideratur. Abbas *in cap. inter dilectos, num. 4. verſic. Nota bonam limitationem, de fide inſtrumentorum*. Rota coram Gregorio *deciſ.* 522. *num.* 8. Nec conceſſionis proœmium attenditur. Gratianus *diſceptatione* 530. *num.* 27. Rota *deciſ.* 36. *num.* 18. *parte* 5. *recentiorum*. Cùm enim conceſſio pendeat ab animo concedentis, narratio ſupplicantis attendenda non eſt ad illam interpretandam. Felinus *in cap. Cauſam quæ, num.* 6. *propè finem, verſic. Prædicta declara, de reſcriptis*. Becc. *conſil.* 21. *num.* 28. Gratianus *diſceptat.* 734. *num* 31.

10 Minùs obſtat, quod Parochialis de Mendauia tempore vnionis non erat liberæ collationis, ſed Parochialis ſæcularis, de iurepatronatus laicorum; & ſic non potuerit plenariè vniri Monaſterio, ita vt Vicarius ad nutum Abbatis remoueatur, cùm non ab eo, ſed à Patronis laicis præſentetur, vt ponderatum fuit *in* §. *Id quoque pleniùs*.

11 Obiectio ſiquidem procedere poſſet, ſi vnio facta fuiſſet æquè principaliter. Tunc enim quia remaneret titulus, dubitari poſſet, ad quem pertineret Vicarij nominatio; cùm verò vnio facta eſt pleno iure, acceſſoriè, & ſubiectiuè Monaſterio, vt in præſenti conſenſus Patroni in vnione interuenit, iuſpatronatus extinguitur, & eam non impedit, iuxta textum *in cap. Paſtoralis*, 7. *de donationibus*, vbi Doctores. Viuianus *de iurepatronatus*, *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 58. Rota *in recentiorum deciſ.* 579. *num.* 4. *parte* 2.

12 Conſenſum autem Patroni interueniſſe, patet ex Bulla vnionis, ibi: *Et ad id Patroni ipſius acceſſit aſſenſus*. Et relatum verificatum præſumitur coram executore litterarum Apoſtolicarum, vnionem confirmantium. Puteus *deciſ.* 556. *numer.* 4. *lib.* 1. *deciſ.* 734. *num.* 4. *part.* 1. *deciſ.* 71. *num.* 5. & *ſequent. part.* 5. *recentiorum*. Præter quod ſufficit lapſus temporis longæuus, ad hoc vt narratiua litterarum vera præſumatur. Gregorius *deciſ.* 431. *numer.* 40. Caualerius *deciſ.* 15. *numer.* 3. Deinde clariùs apparet, dum incolæ de Mandania ante vnionem donauerant iuſpatronatus Carolo Sereniſſimo Regi Nauarræ, qui illud donauit Monaſterio de Hyrache, ad hoc vt ſequeretur prædicta vnio, vt in deciſione, quæ reuidetur, §. *Nec obſtant*.

Minùs releuant duo, quæ contra prædictam
13 donationem opponebantur; alterum, quod non potuerit ſubſiſtere, ex quo in ea non interuenit conſenſus Ordinarij. Alterum, quod non fuerit obſeruata, quia poſt factam vnionem incolæ de Mendauia nominauerunt aliquos Vicarios. Primum enim ſoluitur ex eo, quod communitas à ſe abdicauit iuſpatronatus, illudque donauit Sereniſſimo Regi Nauarræ, qui cum inſertione ipſius donationis illud donauit Monaſterio, vt fieret vnio, quæ facta fuit à Nuntio Apoſtolico, ac Adminiſtratore Epiſcopatus Pampilonæ, & confirmata à Papa. Ex quo reſultat, & ſuppletur conſenſus Ordinarij, & ſic cùm extinctum fuerit iuſpatronatus, non potuerunt incolæ in *hac Eccleſia Regulari*, nouum iuſpatronatus acquirere, neque antiquum iam extinctum recuperare abſque priuilegio Apoſtolico. Rota *in recentiorum deciſ.* 29. *numer.* 9. *parte* 7. & *coram Eminentiſſimo Ottobono, deciſ.* 159. *numer.* 9. cum ibi adductis.

Nec viſi ſunt fauere Doctores allegati in de- 14
ciſione, §. *Nec obſtant, in fine*. Hi enim diſputant, *An ſi Eccleſia Patronalis destructa vniatur alteri Eccleſiæ, iuſpatronatus ad eam transeat, & præiudicet Patrono, & tertio?* Qui caſus non conuenit cum præſenti, in quo agitur de vnione Eccleſiæ Patronalis facta de conſenſu Patroni, alteri Eccleſiæ acceſſoriè, & ſubiectiuè, extinctiua tituli Eccleſiæ vnitæ; quibus terminis loquitur textus *in cap. Paſtoralis*, 7. *de donationibus*, & Doctores ſuprà adducti, firmantes, quod iuſpatronatus extinguitur.

Secundum autem minoris conſiderationis eſt; 15
vel quia nominationes factæ ante annum 1577. ſunt amouibiles ad annum, & per viam ſupplicationis, quo anno inita fuit concordia inter partes, in qua firmatur amouibilitas Vicariorum; & cùm omnes nominationes ſequentes referantur ad concordiam, relatio operatur, vt recipiant conditiones eiuſdem, & ad eius terminos reſtringantur. Rota *in recentiorum deciſ.* 429. *num.* 2. & *deciſ.* 555. *num.* 5. *parte* 2. Et latè dictum fuit in deciſione huius cauſæ emanata de anno 1663. coram R. P. D. meo Beuilaqua. Vel quia hæ nominationes dicuntur preces, & ſupplicationes factæ ad effectum habendi Vicarium populo gratum. Ex quibus non probatur poſſeſſio iurispatronatus, ſed ſolum quædam prærogatiua competens communitati, & populo, quæ non tribuit aliquod ius coactiuum, & obligatorium. Ferret. *conſil.* 33. *numer.* 3. & 4. & *conſil.* 212. *numer.* 4. Rochus *de iurepatronatus*, *in verbo competens, numer.* 60 Gonzalez *ſuper Regulam* 8. *Canceller. gloſſa* 18. *num.* 90. Rota *coram Caualerio, deciſ.* 419. *num.* 1. & *per totam*, & *in Pampilonenſi Vicaria de Stella*, 3. *Iunij* 1643. §. *Nec refragantur, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & 26 *Maij* 1653 §. *Neque vlla vis fieri poteſt, coram Reuerendiſſimo Papienſi*.

Etenim argumentum deductum pro exclu- 16
ſione tranſlationis curæ in Monaſterium, ex quo fuerit in vnione reſeruata congrua pro Vicario, retorquetur, vt præcisè reſpondit Rota *deciſione* 710. *numer.* 3. *part.* 2. *recentiorum*; vbi declarat tunc totalem curam penes Vicarium eſſe, quando ipſe omnes fructus beneficij percepit, certa portione aſſignata ei, cui facta eſt vnio; at in præſenti ſumus in caſu contrario, in quo liquet curam fuiſſe tranſlatam in Monaſterium, vt de communi opinione teſtatur Rota *deciſ.* 352. *numer.* 8. *parte* 4. *recentiorum*, & eſſe claram iuris concluſionem, dicit Seraphibus

deciſ. 1304. *numer.* 1. *verſic. Hincque reſultat.*

17 Parum refert, quod congrua reſeruetur Vicario, non ſolùm, vt poſſit ſe ipſum alere, ſed addatur, *vt Epiſcopalia iura ſoluere.* Nam cum ex ſuperioribus appareat, curam fuiſſe tranſlatam in Monaſterium, id intelligitur de iuribus Epiſcopo debitis ratione exercitij curæ, vt reſpondit Rota coram Merlino *deciſ.* 115. *num.* 12. *verſic. Et eo modo.*

18 Nec intereſt, quod Vicarius ſit inſtituendus, tam ex verbis vnionis, quam de iure, ex doctrina Abbatis *in cap. Cùm & plantare, num.* 6. *poſt medium, verſic. Vltimo caſu, de priuilegiis*, vbi dicit, quod licet Eccleſia ſit pleno iure ſubiecta Monachis, ſi non eſt ſubiectus populus, inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum, & ideo debet eſſe perpetuus, provt Presbyteros, qui ad curam populi per Monachos in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, & ab ipſis inſtituuntur, debere eſſe perpetuos, dicit textus *in cap. vnico, de Capellis Monachorum, in* 6. præſertim dum in approbationibus Epiſcopi, ab anno 1637. citra, apponi conſueuerunt verba illa: *Vt gaudere poſſis Vicariâ toto tempore vitæ tuæ*; quod dicitur enunciatum in ſententia lata ad fauorem voius ex duobus nominatis.

19 Quia verbum *inſtituere*, largè ſumitur, & continet quemcumque modum prouidendi, vt poſt alios declarant Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 72 *num.* 172. & in ſpecie, quod accipiatur pro deputatione Vicarij, ſeu Capellani ad nutum amouibilis ad exercitium curæ, videre eſt apud Gregorium *deciſ.* 370. *numer.* 5. *verſic. Sunt enim inſtitutes.*

20 Vlteriùs doctrina Abbatis procedere poſſet in Eccleſiis alio modo ſubiectis Monachis, quàm per vnionem factam acceſſoriè, per viam incorporationis; in his enim non poteſt quis propriè loquendo inſtitui, vt tradunt Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *num.* 52. Barboſa *de officio Parochi, cap.* 1. *num.* 69. *ad finem, verſic. Nec in illis* Tondutus *reſolution. beneficial part.* 2. *cap.* 1. § 5. *num* 9. cùm per hanc vnionem extinguatur titulus Parochialis, ita vt non poſſit ampliùs dici beneficium, ſed tranſlatâ omni curâ in Abbatem, Eccleſia remanet merum prædium, & grangia Monaſterij, vt declaraut Garcia *de beneficiis, part.* 12. *c.* 5. *num.* 192. Rota *in Aretina, ſeu Montis Politiani iuris viſitandi,* 16. *Decembris* 1588. *coram Gipſio*, ita vt ampliùs non vacet. Caualerius *deciſ.* 330. *n.* 3. & 618. *n.* 1. vbi quod ſæpe dictum fuit, & ſic Abbas, tanquam verus Rector, poteſt exercere omnia, quæ poſſunt alij Rectores in ſua Parochia, provt reſpondendo eidem doctrinæ Abbatis, firmauit Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 28. *Februarij*, 1606. §. *Vltra quod, coram Cardinali Pamphilio.*

21 Ex quibus patet ſolutio ad textum *in dicto cap. vnico, de Capellis Monachorum*, qui loquitur de Presbyteris, qui inſtituuntur, & habent curam in titulum, non autem de habentibus merum eius exercitium, quod poteſt eſſe temporale, vt reſpondit Rota coram Caualerio *deciſ.* 389. *num.* 3. & *in Hiſpalenſi iuris amouendi Vicarium*, §. *vbi nec repugnat*, coram bonæ memoriæ Peutingerio, confirmata *in deciſione* 116. *num.* 20. *part.* 9. *recentiorum.*

22 Nec alicuius momenti eſt, quod Ordinarius in approbationibus, & ſententia expreſſerit, *ad effectum gaudendi toto tempore vitæ ſuæ.* Tum quia, dum ex verbis vnionis conſtat, eam fuiſſe factam acceſſoriè per viam incorporationis, & curam tranſlatam in Abbatem, debuiſſe exerceri per Vicarium ad nutum amouibilem, non potuit poſtea hunc ſtatum, maximè Abbate inſcio, immutare. Rota *coram Buratto deciſ.* 636. *num.* 9. vbi Add. & *in recentiorum deciſ.* 152. *num.* 12. *part.* 10. Tum etiam, quia licèt Ordinarius non debeat Vicarios amouibiles, propriè loquendo, inſtituere, ſed tantùm præuio examine ſuper idoneitate approbare, vt tradunt Flores de Mena *reſol.* 10. *numer.* 26. Garcia *de beneficiis part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 96. *ad medium.* Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap* 6. *numer.* 63. non tamen debet eos approbare ad tempus, ſed indefinitè, iuxta declarationem Sacræ Congregationis Concilij, relatam per Barboſam *dicto cap.* 6. *numer.* 4. & *ad Concilium, ſeſſ.* 7. *de reformatione, cap.* 7. *numer.* 28 ſcilicet, vt reſpectu ipſius gaudere poſſint Vicarij toto tempore vitæ ſuæ, quod intelligi debet, vt ſit perpetua Vicaria, ſi non reuocetur; & ſic intelligendam collationem beneficij manualis, dicit, aliis relatis, Lara *de Anniuerſariis, & Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 8. Quod ſufficit ad hoc, vt non poſſit dici conſtare de eius voluntate ſtatum mutandi, vt in propoſito Rota *deciſ.* 308. *numer.* 4. *verſic. Neque obſtat, part.* 1. *recentior.*

Cùm itaque ex ſuperioribus conſtet, quod 23 vnio ſit facta pleno iure, etiam quoad ſpiritualia, conſequens eſt, quod Vicarius pro exercitio curæ deputandus, ſit ad nutum amouibilis, vt docuit gloſſa *in Clementina vnica, verſic. Ad menſam, in fine, de exceſſibus Prælatorum*, vt plenè firmauit Rota *in Hiſpalenſi iuris amouendi Vicarium*, 21. *Iunij*, 1641. §. *Et quod animarum cura, coram bonæ memoriæ Peutingerio*, confirmata in eadem cauſa *deciſ.* 116. *numer.* 19. *part.* 9. *recentiorum*, & dictum fuit in deciſione hac cauſâ emanata, 19. Iunij, 1663. §. *Non obſtat quod*, coram R. P. D. meo Beuilaqua, maximè concurrente, pro amouibilitate, diuturnâ obſeruantiâ, comprobatâ ex datis in ſummario Monaſterij, *numer.* 14. *& pluribus ſequentibus*; nec non vltimo ſtatu, deſumpto ex eo, quod propter abſentiam Michaëlis Ximenez, Vicarij anteceſſoris, Abbas deputauit modernum Vicarium, abſque vlla contradictione, *dicto ſummario, numer.* 27. qui vltimus ſtatus in materia amouibilitatis ſummoperè attenditur, Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 3. *numer.* 18.

Et ita vtraque, &c.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

Circa verſiculum *Nam vnio*, ibi, *quoad ſpiritualia, & temporalia*; adnoto, idem fuiſſe deciſum à S. Rota, 19. Ianuarij 1665. coram R. P. D. Beuilaqua, *ſuprà la* 2. *numer.* 1. ibi: *Plenariè, & per viam incorporationis.... cum omnibus pertinentiis ſuis.* Et *numer.* 2. ibi: *De hac autem vnione iure incorporationis... cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis.* Et *num.* 3. ibi: *Secus quando, vt hic, pleno iure, & ſubiectiuè Parochialis fuit alteri vnita.* Coram Ninot, 27. Iunij 1664. *ſupra, la* 3. *num.* 2. *&* 4. & coram R. P. D. Albergato, 13. Maij 1669. infrà *la* 6. *num* 2. x

Circa

2 Circa verſiculum, *Petitioni adſtipulatur*; notetur, eandem concluſionem firmari in hac eadem deciſione, *num*. 9.

3 Pro concluſione verſiculi, *Idem etiam patet*, adeſt in hac eadem cauſa Rota coram R. P. D. Ninot, vbi proximè, *verſic. Sed etiam*, ſuprà *deciſ*. 3.

4 Concluſionem verſiculi, *Conſenſum autem*, firmauit etiam Rota, 13. Maij 1669. coram R. P. D. Albergato, *verſic. Secundum verò*, & *verſic. Attenta præſertim*.

5 Circa verſiculum, *Minùs releuant*, adnoto, duas concluſiones in illo, & *verſic. Secundum autem*, contentas, fuiſſe etiam à Rota firmatas in proximè allegata deciſione R. P. D. Albergati. Prima quidem de conſenſu Ordinarij præſtito pro valore donationis iuriſpatronatus factæ per incolas Regi, in verſic. *Attenta*. Secunda verò de obſeruantia donationis à Rege factæ Monaſterio de eodem iurepatronatus, cum inſertione prioris illius incolarum donationis, in verſic. *Neque pro obſeruantia*.

6 Pro verſiculo, *Etenim argumentum*, notetur, concluſionem illam, videlicet totalem curam reſidere penes percipientem omnes fructus, ſatis fuiſſe firmatam ad deciſionem tertiam R. P. D. Ninot, §. 4. & ad deciſionem quartam eiuſdem R. P. D. Otaloræ, §. 3. *num*. 40. 66. *&* 68.

7 Circa verſiculum, *Vlterius doctrina Abbatis*, ibi: *Extinguitur titulus*, *&c.* aduertantur quæ dicta ſunt ad deciſionem 4. *num*. 20. 21. 53. 63. 64. *&* 67.

8 Circa §. Cùm itaque, faciunt dicta *ad deciſ*. 3. *n*. 1. *ad deciſ*. 4. *n*. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 19.

DECISIO VI.

R. P. D. Albergati.

In eadem Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, 13. *Maij* 1669.

BREVIARIVM.

Beneficia.

Qualitas beneficiorum optimè per conſuetudinem, & obſeruantiam interpretatur. n. 9.

Continuatio.

Verificari non poteſt continuatio, niſi in ordine ad præcedentia. n. 8.

Inſtitutio.

Authorizabilis inſtitutio, approbationem ſonat perſonæ iam ab alio deputatæ. n. 4. & 5.

Non alterat nominationem temporalem ab alio iam factam. n. 4.

Acceſſoria eſt Vicario ad Abbatis nominationem: & ideò implicat quod ſit perpetua. n. 4.

Intermedia.

Cenſentur conformia intermedia cum antecedentibus, & ſubſequentibus. n. 8.

Iuſpatronatus.

Eo ipſo, quod Patronus vnioni Eccleſiæ patronatæ aſſentiat, & conſenſum præſtet, iuſpatronatus extinguitur. n. 6.

Donari non poteſt laico iuſpatronatus ſine Epiſcopi conſenſu; valet tamen conſenſus donationi ſuperueniens. n. 7.

Iuſpatronatus legitimè tranſlatum, ſine legitimis ſolemnitatibus auferri non poteſt. n. 8.

Narrata.

Præſumuntur verificata. n. 7.

Præſentationes.

Per viam ſupplicationis emanatæ præſentationes, non inferunt iuſpatronatus, nec vim coactiuam, ſed quandam honorantiam, concedi ſolitam popularibus, vt habeant perſonam ſibi gratam. n. 8.

In contrarium acceptæ ſenſum huiuſmodi præſentationes, in vſurpationem tenderent iuriſpatronatus. n. 8.

Regula.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. numero 4.

Solemnia.

Omnia ſolemnia, poſt curſum longiſſimi temporis ducentorum annorum, præceſſiſſe præſumuntur. num. 7.

Vicaria, Vicarius.

Vicarius ab Epiſcopo inſtitutus, inſtitutione tituli collatoria perpetuus eſt; ſecus ſi inſtitutione authorizabili. n. 4.

Vicarius Eccleſiæ patronatæ, non poteſt amoueri ad nutum Abbatis, ſeu Rectoris. n. 3.

Implicat Abbatem nominare Vicarium ad nutum amouibilem, & Epiſcopum eundem perpetuum inſtituere. n. 4.

Abbas, qui habet Eccleſiam vnitam, & iuriſdictionem Ordinariam, poteſt abſolute Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo. n. 5.

Poſſeſſio Vicariæ perpetuæ acquiri non poteſt, niſi poſt prouiſionem Apoſtolicam, mediamque annatam ſolutam. n. 9.

Vicarij amouibilitas ex actibus viſitationum, approbationum, & aliorum in illorum præſentia factis comprobatur. n. 9.

Vnio.

Plenaria vnio per viam incorporationis, quoad ſpiritualia, & temporalia, quà extinctiua tituli, cauſat, vt ille, cui Eccleſia fuit vnita, ſit illius verus Rector; & Vicarius ab eo deputatus, ſit nudus illius Miniſter, & ad ſimplicem illius nutum amouibilis. numero 2.

Vnio per viam incorporationis, & quoad ſpiritualia, & temporalia, dari poteſt etiam reſpectu illius, qui iuriſdictionem Epiſcopalem non habet. num. 5.

Vnio plenaria in Patroni præiudicium fieri non poteſt. n. 3.

POſtquam Rota per tres ſententias pronunciauit ad fauorem Abbatis de Hyrach, Vicarius, & Beneficiati Sancti Ioannis de Mendauia obtinuerunt cauſam committi R. P. D. meo Priolo, in cuius abſentiam ſubrogatus, dubium propoſui commiſſioni conforme. *An conſtet de tribus*? A Dominis affirmatiuè reſolutum. 1

Validitas, & conformitas ſententiarum non fuit in controuerſiam deducta. Iuſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, vnionem Parochialis Sancti Ioannis de Mendauia factam Monaſterio de Hyrach, fuiſſe plenariam, extinctiuam, & per viam incorporationis. Ideoque Abbatem dicti Monaſterij eſſe verum Rectorem Eccleſiæ vnitæ; Vicarium verò ab eo deputatum, eſſe nudum 2

d 2 miniſtrum,

miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amouibilem, iuxta magiſtralem diſtinctionem gloſſæ *in Clementina unica, verbo Ad menſam, in fine verſic. Aut pleno iure, de exceſſibus Prælatorum*; quam ſecuti ſunt Canoniſtæ omnes, & præ cæteris Abbas *in cap. Paſtoralis, num.7. ad finem, de priuilegiis.* Prob. *ad Monachum, in cap. Super eo, num.19. de Præbendis in 6.* Rebuffus *in cap. Extirpandæ, §. Qui verò, num.19. de Præbendis, & in Praxi Benefic. ſub titulo de Vicariis perpetuis, n.7.* Flores de Mena *var. reſolutionum lib. 1. quæſt.10. num. 13. cum duobus ſequentibus.* Tondutus, qui cæteros refert, *parte 2. reſolutionum beneficialium, cap.85. num.8.* & præciſè firmauit Rota *in antiquis, deciſ.1. de officio Ordinarij, & deciſ.2. de exceſſibus Prælatorum, in nouis.* Latè *in Hiſpalenſi iuris amouendi Curatos, 21. Iunij, 1641. §. Et quod Animarum*, vbi infiniti propemodum allegantur, coram bonæ memoriæ Peutingerio, confirmata *in recentiorum deciſ.116. num.19. parte 9.* & præter alios adductos in deciſionibus Dominorum meorum Beuilaquæ, Ninot, & Otaloræ, reſponſum fuit in Pampilonenſi Parochialis, 28. Nouembris 1664. §. primò, coram bonæ memoriæ Veroſpio.

3 Non obſtant duo principaliora in contrarium excitata. *Primum*, quod Vicarius in hoc caſu non inſtituatur ab Abbate, ſed ab Epiſcopo, inde inferendo, tum illius perpetuitatem, ad textum *in cap. unico, de Capellis Monachorum, in 6.* tum ipſam vnionem non fuiſſe plenariam, quaſi non detur vnio ad menſam, & pleno iure, niſi quando Monaſterium, & Abbas habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem *Secundum*, quod Parochialis, de qua agitur, eſſet de iurepatronatus laicorum; ideóque vnio plenaria fieri non potuerit in illorum præiudicium, & ſtante eorum iure præſentandi Vicarium, repugnet, eum poſſe ad ſimplicem nutum Abbatis amoueri, ad tradita per Canoniſtas *in cap.1. de Capellis Monachorum*; & ſignanter per Innocentium, & Ioannem Andream *ſub num.1.* & per Cardinalem Zabatellam *ſub num.2.* quos retulit Rota *in deciſionibus cauſa, 7. Iunij 1666. §. Id quoque, coram R. P. D. meo Otalora.*

4 Etenim primum procedere dicebant Domini, ſi ageretur de vera, & propria inſtitutione facta per Epiſcopum, vim collatiuæ habente, qui eſt caſus dicti capitis vnici; ſecus vbi agitur de mera inſtitutione authorizabili, & quæ potiùs ſonat in approbationem illius perſonæ iam ab ipſomet Abbate deputatæ, vt declarant Hoſtienſis *in cap. Litteras, num.2. verſic. Et eſt verum, de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Ioannes Andreas *in eodem cap. unico, in principio.* Henrich. Boich. *in cap.1. num.5. verſ. Vna eſt authorizabilis, de officio Archidiaconi*: & in ſpecie reſpondit Rota *coram Caualerio, deciſ.350. num.4. & deciſ.389. num. 3. & in deciſ. Hiſpalenſ. iuris amouendi, coram Peutingerio, §. vti nec repugnat ea.* Et quidem inconuincibili ratione. Quia cùm huiuſmodi inſtitutio ſit acceſſoria ad nominationem Abbatis da Vicario temporali, implicat quod ipſa poſſit eſſe perpetua, *ad regul. Acceſſorium, de regul.iur.* & tradiderunt in ſpecie Anchar. *in dicto capite unico, num.3. verſic. Vel dicendum.* Franch. *ibidem, num. 5. verſic. Limita*: & cenſuit Rota *in dicta Hiſpalenſ. iuris amouendi Curatos, in dicto §. Vti nec repugnat, verſ. ſecus eſt*: & priùs *in recentior. deciſ. 264. num.6. p. 2.* vbi dixit, huiuſmodi authorizabilem inſtitutionem non alterare nominationem temporalem Abbatis, cùm impoſſibile ſit ipſum Abbatem nominare Vicarium ad nudum exercitium temporale, Epiſcopum verò illum perpetuò inſtituere. Sequitur Murga *quæſtion. Paſtor. part.1. q.3. §.2. num.16.*

5 Subillatio verò ex defectu iuriſdictionis elicita, non poteſt tollere, aut quoquo modo imminuere plenariæ vnionis eſſentiam reſpectu curæ, quia ſtat ſimul, quod Abbas, cuius Monaſterio Parochialis vnita eſt, ſit verus Parochus, qui vel per ſeipſum, vel per Vicarium ad nutum amouibilium exercere valeat, & quod Epiſcopus, vbi reſidet dicta cura, ſuam exerceat iuriſdictionem, vt bene tradiderunt imola *in cap. de Monachis, num. 6. de præbendis*, Anchar. *in dicto cap. unico, n.3. verſ. Ad quem autem, de Capell. Monach.* vbi diſtinguit, an Abbas habeat vnionem cum iuriſdictione, & tunc valeat abſolutè Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo; aut ſine iuriſdictione, & tunc nominet ipſum Vicarium, authorizabili inſtitutione Epiſcopi approbandum. Sequitur Panorm. *in cap. Cum & plantare, n.6.* & *in cap. Paſtoralis, n.7. & ſeqq.* & *in cap. Quoniam, n.3. de priuileg.* Franch. *in eodem cap. n.3. verſic. Si verò Eccleſias.* Arias de Mena *dicta q.10. n.18. cum ſeqq* Rota in terminis Abbatis de Hyrach, coram Seraph. *deciſ.1304. n.3. in recentior. deciſ.297. n.7. p.5.* & apud Murgam vbi ſuprà, *deciſ.14. num. 3.* & quod ſe ad in vicem compatiantur vnio pleno iure reſpectu Abbatis, & iuriſdictio ordinaria reſpectu Epiſcopi, in indiuiduo firmarunt Rebuffus *in praxi, part.1. tit. de Vnione benefic. gloſſ.11. n.3.* Riccius *in praxi, reſolut.293. n.4. verſic. Quarta concluſio, tom.1.* Barboſa *in præallegato cap. de Monachis, n.4. poſt medium, de præbend. & dignitat.* Flores de Mena *eadem q.10. n.15.* & nouiſſimè tenuit Rota. Idem Murga *quæſtion. Paſtoral. part.1. q 2.* * *diuiſ.1. n.47.* Tondutus *reſolut. benefic. part.2. c.85. n.12.* & nouiſſimè tenuit Rota *in alia Pampilonenſ. Vicariæ, 24. Aprilis. 1661. §. in primo, & 19. Iunij einſdem anni, §. Neque ad excludendum, coram R. P. D. meo Otalora, & ſub die 13. Martij, 1667. §. Nec aduerſatur, coram R. P. D. meo Decano.*

6 Secundum verò obiectum, quod ius præſentandi ad hanc Parochialem ſpectaret ad homines de Mendauia, & conſequenter in illorum præiudicium vniri non poſſet, tollitur ex inſtrumento donationis vſque de anno 1407. per eoſdem homines factæ Sereniſſimo Regi Nauarræ de hoc iurepatronatus, per eundem Regem poſteà donato huic Monaſterio de Hyrach ad hunc præciſum effectum vnionis plenariæ, ſtatim mediante Bulla Apoſtolica ſubſecutæ, cum vlteriori declaratione, quod ad id Patroni ipſius accedebat aſſenſus, pariter & conſenſus. Inde enim de medio ſublatum, ac omnino extinctum remanſit quodcumque ius præſentandi, ad textum *in cap. Paſtoralis, 7. de donationibus.* Innocent. *in dicto cap. 1. de Capellis Monach.* Viuianus *de iurepatr. lib.15. cap.1. n.13.* & præter adductos in deciſione R. P. D. mei Otaloræ, 11. *Martij 1667. § Obiectio*, optimè tradiderunt Ioan. Nicolaus Delphin. *eodem tract. de iurepatron. ſub n.224. verſ. Quinimò extinguitur* Petr. de Vbaldis *de renoc. union. cap 7. poſt princ. verſ. Sed quod dixi* Pax Iordan. *lucubrat. lib 10 tit.7. ſub num.441.* Lambertin. *de iurepatr. lib. 3. art.10. quæſt. principali 4. §. Ex omnibus, circa finem.*

7 Attenta præſertim Bulla ſuper huiuſmodi vnione expedita; & executioni demandata cum

clauſula,

clauſula, *Si ita eſt, vnionem prædicta authoritate noſtra confirmes*: præſenti ſummario, *n.* 4. inde enim præſumuntur verificata omnia narrata coram executore, dum illam de anno 1409. confirmauit. Rota *deciſ.* 734. *numer.* 4. *parte* 2. & *deciſ.* 71. *n.* 5. *part.* 3. *recentiorum.* Maximè poſt curſum longiſſimi temporis, 200. & plurium annorum, intrat quod præſumuntur etiam omnia interueniſſe circa conſenſum Ordinarij, in huiuſmodi donatione requiſita, quando certum eſt, conſenſum, etiam ſuperuenientem Epiſcopi ad hoc ſuffragari, vt dixit Rota *in antiquis*, *deciſ. finali*, *de iurepatr.* & *deciſ.* 337. *n.* 2. *parte* 2. *recentiorum.*

8 Neque pro inobſeruantia, ſeu ineffectuatione dictæ donationis, & vnionis quicquam faciunt nonnullæ præſentationes poſteà factæ per ipſoſmet incolas, de quibus in eodem ſummario dato in poſitione coram R. P. D. meo Priolo ſuper remiſſoria, *n.* 5. Etenim vltra quod ex præfatis donationibus cum Bulla Apoſtolica, & illius executione ſubſecutis, ſatis, ſuperque reſultat vera eiuſdem donationis, & vnionis effectuatio, præſentationes illæ, vt etiam lectura oſtendit, emanarunt per viam ſupplicationis, & ſic potiùs ad quandam honorantiam concedi ſolitam popularibus, vt habeant perſonam ſibi gratam, quæ propterea non infert ad iuſpatronatus, ſeu ad aliquod ius coactiuum, ad celebre conſilium Geminiani 45. *n.* 4. *& per totum.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſa* 18. *num.* 90. Rota *in Pampilonenſ. Vicaria de Stella*, 3. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Decano*, impreſſa poſt Murgam vbi ſuprà *deciſ.* 18. *num.* 2. confirmata in alia inſtantia coram R. Papienſi, 26. *Maij* 1653. *poſt eundem* Murgam *deciſ.* 20. *n.* 12. Alioquin in diuerſum ſenſum acceptæ tenderent in vſurpationem iuriſpatronatus iam legitimè in Monaſterium tranſlati, quod proinde ſine legitimis ſolemnitatibus ab eo auferri non poterat, ad Rotam *in recentior. deciſ.* 29. *n.* 9. *part.* 7. & *coram Eminentiſſimo Ottobono, deciſ.* 159. *n.* 9. animaduerterunt Domini, dictas præſentationes, vel expreſsè, vel tacitè ſecum ferre amouibilitatem vſque ab ipſo exordio vnionis, dum primæ annorum 1539. & 1548. ex præexiſtente conſuetudine loquuntur à parte de Vicario annali, *eodem ſummario impreſſo*, *num.* 6. poſtremæ annorum 1637. 1638. & 1639. de quibus in eodem ſummario, *n.* 8. ſtant relatiuè ad concordiam anni 1577. in qua præſupponitur, Vicarium antecedentem fuiſſe, ac etiam tunc temporis eſſe amouibilem, *eodem ſummar. n.* 7. intermediæ verò cenſentur cum antecedentibus, ac ſubſequentibus conformes, vt aduertit Garcia *de Beneficiis*, *part.* 5. *cap.* 9. *n.* 89. Rota *coram Eminentiſſ. Ottebono, deciſ.* 134. *n.* 17. *& ſeq.* ponderatio maximè iis verbis, in hiſce præſentationibus expreſſis, ibi: *Continuando conſuetudinem, quam dictum oppidum habet faciendi nominationem Vicarij*. Summario præcedenti, *n.* 6. Inde enim neceſſariò conuincitur vniformitas, cùm continuatio verificari non poſſit, niſi in ordine ad præcedentes nominationes, expreſsè de amouibili loquentes.

9 His omnibus accedit obſeruantia ex pluribus, in facto deducta; ſignanter ex eo, quod nunquam appareant expeditæ prouiſiones Apoſtolicæ, mediamve annatam fuiſſe ſolutam, quemadmodum neceſſarium fuiſſet ante adeptionem poſſeſſionis, ſi Vicaria fuiſſet perpetua, ſtante conſtitutione 47. Sanctæ memoriæ Pij V. vt in puncto arguit Rota *in præallegata Pampilonenſi Vicaria*, 23. *Maij* 1667. §. *Et re vera, coram R. P. D. meo Decano*, necnon ex pluribus viſitationibus, approbationibus, & aliis actibus factis per Abbatem in præſentia Vicarij, ſigillatim in facto recenſitis, quæ ſatis, ſuperque oſtendunt, ac firmant hunc ſtatum amouibilitatis; conſuetudo enim, & obſeruantia, eſt optima interpres qualitatis beneficiorum, inquit Gonzal. §. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 5. §. 3. *num.* 17. Garcia *de beneficiis*, *part.* 11. *cap.* 2. *n.* 16. Rota *in dicta Pampiloneſi Parochialis*, 28. *Nouembris*, 1664. §. *In quam Domini ſententiam, coram bonæ memoriæ Veroſpio.*

Ex quibus, & aliis, fuſiùs, ac meliùs deductis in deciſionibus dictorum Dominorum meorum Beuilaquæ, Ninot, & Otaloræ reſponſum fuit pro Abbate, pluries monitis Vicario, & Beneficiatis de Mendauia informare recuſantibus.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Pro concluſione illa *num.* 2. præſentis deciſionis tradita, videlicet, quod *quoties vnio eſt plenaria, extinctiua tituli, & per viam incorporationis, ille, cui Eccleſia reperitur vnita, eſt illius verus Rector, habitu ſcilicet, & actu*; *Vicarius verò nudus illius miniſter, & ad ſimplicem illius nutum amouibilis*, faciunt Rota *coram R. P. D. Beuilaqua*, 19. *Ianuarij*, 1653. *n.* 1. *&* 2. (quoad primam, & ſecundam illius partem) *coram R. P. D. Ninot*, 27. *Iunij*, 1664. *à num.* 2. *coram R. P D. Otalora*, 11. *Martij*, 1667. *coram R. P. D. Veroſpio*, 3. *Martij*, 1664. *n.* 1. & 28. *Nouembris*, 1664. *num.* 1. & *coram R. P. D. Cerro, Decano*, 23. *Martij* 1667. *à n.* 1. (adſunt ſuprà *las* 2. 3. *&* 5. & *infrà las* 10. *&* 17.) & quæ adnotaui *ad deciſionem* 3. *n.* 1. *&* 2. *ad deciſionem* 4. *n.* 6. & *ſeq. vſque ad* 11. 35. *&* 61. 1

§. II.

Ad numerum octauum, ibi: *Intermediæ verò cenſentur cum antecedentibus, ac ſubſequentibus conformes*; facit Rota *in Foroliuienſi Parochialis*, 15. *Martij* 1626. *coram Buratto*, *num.* 7. & *coram R. P. D. Zarate, in Mindonienſi Parochialis*, 3. *Martij*, 1653. *num. etiam* 7. poſt meas quæſtiones Paſtorales, *las* 23. *&* 29. In prima enim ſic lego: Et licèt non conſtet de deputationibus, medio tempore, ab anno 1565. vſque ad annum 1584. illæ tamen præſumuntur probatis extremis, & non docto de contrario ſtatu. Rota *deciſ.* 545. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſorum, cum aliis adductis in dicta Lancian. & Iannenſ. Abbatia*, 13. *Iunij*, 1625. *coram me.* Facit etiam Barboſa *axiom.* 145. *num.* 1. & Simanchas dicens, quod probatis extremis, media probata eſſe videntur. Ita ille *in Catholicis inſtitutionibus, tit.* 9. *numero* 45. *pag. mihi* 22. 2

In ſecunda verò, relata duplici nominatione Vicarij pro Eccleſia Parochiali S. Vincentij de Loaga, Mindonienſis Diœceſis, per Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Lucenſis, ſub enuntiatiua vnionis perpetuò illis factæ de dicta Parochiali, ſic concludit dictum numerum ſeptimum. Ex quibus etiam præſumuntur nomina- 3

tiones medij temporis, vt ex Seraphino, & aliis ibi allegatis, ponderauit in puncto vnionis Rota *in Peruſina beneficij*, 10. *Februarij* 1648. *§. concurrunt*, *coram R. P. D. meo Bichio*.

§. III.

4 Ad illud eiuſdem numeri octaui, ibi, *præſentationes illæ . . . emanarunt per viam ſupplicationis*; operæpretium duxi adnotare, quod precariò poſſidenti non datur manutentio aduerſus eum, quem rogauit. Rota *in Eugubina Capellania*, 4. *Iulij*, 1618. *coram Buratto*, *num.6. la 2. poſt me in diſquiſiti nibus Moralibus & Canonicis*, *tom.1. ex l.1. §. fin.ff. Vti poſſidetis*, & *ex l. Qui precario*, *ff. de precario*. Et ratio meo videri deſumitur ex his, quæ tradit Ioannes Azorius *Inſtitutionum Moralium parte 3. lib. 7. cap. 2. quæſt.4. colum. mihi* 468. vbi ſic illam proponit, & reſoluit, videlicet.

5 An poſſeſſio rei precariò datæ, ſit penes accipientem, an verò maneat penes dantem? In *l. in rebus, ff. de precario*, videtur apertè dici, precariò poſſidere eum qui precariò accipit. Et ex altera parte videtur, poſſeſſionem rei precariò datæ penes dominum manere: tum qua is, qui accipit, poſſidet non ſuo, ſed alieno nomine, quemadmodum colonus, inquilinus, & is qui commodatum habet. Sed *in l. & habet*, *§. Cum quis*, & *§. Eum qui*, *ff. de precario*, tollitur omnis dubitatio. Ibi enim habetur: *Placet autem penes vtrumque eſſe eum hominem, qui precariò datus eſſet. Penes eum, qui rogaſſet; quia poſſederat corpore. Penes Dominum; quia non diſceſſerat animo à poſſeſſione.* Sententia legis eſt, penes dominum manere poſſeſſionem ciuilem; ad eum verò, qui precariò accipit, poſſeſſionem naturalem tranſire. Sic gloſſa *in capite vltimo*, *de precariis*, *in verbo Precarium*. Hactenus Azorius: circa cuius verba, *poſſidet non ſuo*, *ſed alieno nomine*; adnotanda venit ſententia Innocentij III. *in cap. Si diligenti*, *el 17. de præſcriptionibus*, quæ huiuſmodi eſt: *Et is etiam poſſidere dicatur, cuius nomine poſſidetur.* Vbi gloſſa *verbo Cuius nomine*, ait: *Et ita ille poſſidere intelligitur, cuius nomine alius poſſidet: ſuprà de reſtitut. ſpol. Cùm veniſſent*, & *ff. de acquirenda poſſeſſ. Quod meo*: *ff. Quemadmodum ſeruitus amittatur*, *l.* 2.

6 Conſonat Auguſt. Barboſ. *in cap. Precarium, num.6 finali, citato, de precariis*, dicens: Is enim, qui rem precariò accipit, dicitur poſſidere illam naturaliter; dominus autem, qui conceſſit, ciuiliter, vt per Antonium Gomez. *variarum tom.2. cap.7. num.1.* Tiraquell. *de conſtituto*, *parte 1. à num. 4* Sebaſt. Neuiz. *ad l. & habet*, *§. Placet*, *ff. hoc titulo*, Molinam *dicta diſputat.* 298. *n.* 5. (de iuſtitia ſcilicet & iure *tract.2.*) Chald. Pereyra *de emptione & venditione*, *cap. 25. num.12.* Hæc Barboſa, pro poſſeſſione naturali illius, qui rem precariò accepit, & pro poſſeſſione ciuili illam concedentis.

7 Deſumitur etiam ratio præfatæ concluſionis Rotæ ex alia, quam ipſamet adduxit coram Coccino Decano *dec.417.n.4.pag. mihi* 556. Huiuſmodi illa eſt: *Quia in concurſu præfertur ciuilis poſſeſſio anterior naturali poſteriori, ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat, & ſentit Menochius loco allegato*, ſcilicet *de retinend. remedio vltimo*, *num.*59.

8 Tertiò deſumitur ex eo, quod ſicut qui alieno nomine poſſidet, præſcribere non poteſt, quia non ille, ſed poſſidet is, cuius nomine poſſidetur, vti docet Barboſa *in cap. Si diligenti*, *num.1. el 17. de præſcriptionibus*, cum Viuiano *in rationali ſecundi libri Iuris Pontificij*, *pag.*259. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.*512. & *tom.4. ſuper Iure Canonico*, *ad ſecundum librum Decretalium*. Balboa, Antonio Auguſtino *collect. 3. Decretal. lib.2. tit.17. cap.7.* & cum Abbate Antiq. Innocentio, Zabarella, Bellamera, Ioanne Andrea, Imola, Anania, Hoſtienſi, Ancharano, Butrio, Decio, Felino, Panormitano, Baldo, Alexandro de Næuo, Guidone Papa, Cujacio, & aliis; ita nec manuteneri poteſt, quia manutentio non datur non exiſtenti in poſſeſſione tempore litis motæ. Rota *coram Coccino deciſ.* 52. *n.4. ex §. Hodie, Inſtit. de interd.* Bartolo *in l. 1.§.fin. num.4. ff. Vti poſſidetis*, cum vulgaribus.

Quartò à priori probatur: quia precarium ſtrictè ſumptū, optimè definitur per hoc quod ſit *contractus, per quem aliquid vtendum conceditur quamdiu concedens patitur.* Barboſa *in rubrica de precariis*, *num.*4. Ly *contractus*, ponitur in hac definitione loco generis, quia communis eſt aliis contractibus. Reliquæ particulæ ponuntur loco differentiarum, per quas precarium ab aliis diſtinguitur contractibus. Particula, *Vtendum*, poſita eſt non ſolùm ad diſtinguendum precarium à contractibus, in quibus rei proprietas, vel vſusfructus in perpetuum conceditur, quales ſunt donatio, permutatio, venditio, in cenſum perpetuum, emphyteuſim, & in pactum conceſſio, & huiuſmodi; ſed etiam vt intelligas (inquit Barboſa) vel ad vſum incertum in ſe, vel ratione temporis, vel è contrario concedi precarium. Poteſt enim (addit) habere tempus certum, vel vſum certum, non tamen vtrumque, *l. Lucius*, *ff. de donationibus*, *l. in principio*, vbi Iaſon *num.6.* Socinus *num.15. ff. Si certum petatur.* Abbas *in dicto cap. vlt.* (*de precario*) *n.12.* Couarru. *lib.3. variar. cap.25. num.7.* Ioan. Garcia *regul.359. num.6.* 9

10 *Quandiu concedens patitur*, addit definitio, pro vltima differentia, per quam ab omni alio contractu eſſentialiter diſtinguitur precarium, & per quam in ſuo eſſe ſpecifico conſtituitur. Habet enim pro ſua natura, vt ad libitum reuocari poſſit. Barboſa *dicto num.4.* & *in cap. precarium*, 3. *& fin. eod. tit. num.1. & 2.* cum Couarr. *cap.15. citato*, *à principio.* Molina *de iuſtitia*, *tractat.2. diſp.298. num.2* Leſſio *eodem tractat. lib. 2. c.27. num.4.* Card. Tuſcho *tom.6. lit. P*, *concluſ.* 471. Menochio *de arbitrariis*, *caſu 23. num. 2.* & cum omnibus aliis Doctoribus *in dicto cap. precarium.* Azorius *Inſtit. Moral. part. 3. lib. 7. cap.2. q.1. verſic. 1. & 2.* & *q.2. cap.3. in principio*, *verſ. Secundò*, *ex l.1. ff. de precario*, & *ex cap. fin. eod. tit.* qui *in dicta q.2.* docet, *ex dicta l.1.* Panormitano, & Gloſſa *in dicto cap. finali*, non poſſe pactum apponi, ne is, qui precariò dedit, poſſit illud repoſcere ante certum tempus; quia eſt pactum contra naturam contractus. Si ergo natura precarij petit, vt concedens rem precario, poſſit illam ad libitum, quando maluerit, repoſcere, euidens eſt, non poſſe, qui illam precario accepit, manuteneri aduerſus eum, quem rogauit.

§. IV.

Ex dictis ſequitur, præſentationes ad benefi- 11

cia,

cia, & Vicarias obtinenda factas mediis precibus, & ſupplicationibus, attendendas non eſſe, ad effectum manotentionis præſentandi, & multò minus ad obtinendam ſententiam, nedum in petitorio, ſed nec in poſſeſſorio plenario; cùm huiuſmodi præſentationes factæ per viam petitionis, & admiſſæ à Prælatis ad preces, & ſupplicationes Parochianorum, non probent aliquam eorum poſſeſſionem (ciuilem ſcilicet, iuxta dicta ſuprà *num.5. & 6.*) quod declarauit Rota 3. Iunij 1643. *in Pampilonenſi Vicaria de Stella*, ad fauorem Abbatis mei Hyrachenſis Monaſterij, contra Parochianos ſuæ Eccleſiæ Sancti Ioannis, coram R. P. D. Cerro, Decano, citatis Geminiano *conſ.45.num.4.* Decio *conſ. 134. n. 3. verſic. Poſtremò*, Ferreto *conſ.33. n.4.* & *conſ.212. num. pariter 4.* Rocho de Curte *de iurepatronatus, verbo Competens, num.60.* & Gonzal. *ſuper Regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 18. num.90.* & coram R. P. D. Meltio *in eadem cauſa, 26. Maij* 1653. *num.12.* citatis Archidiacono *in can. Hortamur, 71. diſtinct.* Abbate *in cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, & *in cap. Venerabilis, de exceptionibus*, Geminiano & Decio *locis præallegatis*, & Rota coram Caoalerio *deciſ.419. num.3. verſic. Et licèt*: & coram R. P. D. Decano, *in ſuprà relata.* Vtraque deciſio adeſt poſt meas quæſtiones Paſtorales, & ſunt 18. & 21.

12 Deinde adnoto, quod qui ex vrbanitate, aut liberalitate præſtat beneficium, vel obſequium alicui, etiam longo tempore (verba ſunt illuminati Moroni *in centum reſponſis, reſp.3. n.50. pagina 21.*) non inde ex neceſſitate remanebit obligatus idem ſemper præſtare. Menochius *de arbitrariis, lib.2. centur.5. caſu 494. num. 4.* Et probatur *l. creditores, Cod. de pignoribus, l. ciuil. Cod. de furt.* & *cap. Potuit, de locato.*

DECISIO VII.

R. P. D. Ghiſlerij.

In Burgenſi vnionis de Arredondo, 23. Februarij 1643.

BREVIARIVM.

Vicarius.

Manutentio deputandi Vicarium ad nutum amouibilem in Eccleſia de Arredondo, Abbati de Onna eſt conceſſa. num.1.

1 PLacuit Dominis concedere mandatum de manutenendo Abbati Monaſterij Sancti Saluatoris de Onna, in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanum ſibi benè viſum ad nutum amouibilem pro exercitio curæ animarum in Parochiali Eccleſia Sancti Pelagij, loci de Arredondo, vnita dicto Monaſterio. Hanc enim quaſi poſſeſſionem probant teſtes pro Abbate examinati, vt in facto, necnon mandatum de manutenendo in eadem quaſi poſſeſſione conceſſum eidem Abbati à Nuntio Hiſpaniarum, quibus concurrentibus, manutentio debetur ei, qui poſſidet, §. *Retinendæ, Inſtitutione de interdictis*: *l. 1.* vbi Bartolus *in principio, num.1.* & *in §. Interdictum autem, ff. vti poſſidetis.*

ADDITIO.

Non ſolùm manutentio dari debet ei, qui poſſidere probat per teſtes, ſed etiam ei, qui teſtimonium poſſeſſionis producit, dummodo illa capta non ſit alio in poſſeſſione exiſtente. Rota coram Coccino Decano *deciſ.14. num.5. deciſ.30. num.1. deciſ. 110. num.1. deciſ. 113. n.7. dec.124. num.1. deciſ.314. num.1. deciſ.378. num.8.* & *deciſ.488. num.2.* ex Caſſadoro *deciſ. 20. de probationibus*, Puteo *deciſ.360. num. 8. lib. 1.* Verallo *deciſ.334. num.6. lib.2.* Peña *in Cæſarauguſtana Canonicatus, 1. Iuly* 1598. Lauretano *deciſ.19. num.7. part.1. diuerſorum, deciſ.21. de reſtitutione ſpoliatorum, in antiquis*, Biſignet. *deciſ. 8. eodem titulo: ex l. Non idcirco*, & Doctoribus ibi, *Cod. de Fide inſtrumentorum*, & *in l. prædia, ff. de acquirenda poſſeſſione*: ex Faſtol. *dubit. 41.* Bartolo *in dicta l. prædia, num.1.* Baldo *in lege Non idcircò*, Mohedano *deciſ.234.* Idem Coccinus *deciſ. 185. num.1.* citatis Caputaquenſi *deciſ. 334. num.6. part.2.* Cardinali Blanchetto *in Hiporigienſi Capellaniæ, 30. Aprilis* 1574. & Clemente VIII. *in Piſcienſi, ſeu nullius Capellaniæ.* Ipſe Coccinus *deciſ.239. num.1. deciſ.325. num.1.* vbi de ſtylo teſtatur Rotæ. Et denique *deciſ.353. num.1.* vbi allegat Alexandrum, & alios *in dicta l. prædia*, Abbatem, & alios Doctores *in cap. Cùm olim, de præſcriptionibus.*

DECISIO VIII.

R. P. D. Ghiſlerij.

In eadem Burg. vnionis de Arredondo, Mercurij 3. Iunij 1643.

BREVIARIVM.

Attentata.

Quod poſt intimationem inhibitionis fit, attentatum eſt, & nullum. num 3.
Iudicium attentatorum, præferendum eſt. n.4.
Quod lite pendente fit, attentatum eſt. n.4.

Clauſula.

Conſtito de tribus, *quid importet.* n 3.

Lex.

Priuilegia concedentia Benedictinis facultatem nominandi Vicarios Sæculares, vel Regulares ad nutum amouibiles pro Eccleſiis ipſis vnitis, vim legis habent. n.3.

Sententia.

Non facit numerum ad rem iudicatam ſententia nulla. n.3.

Vicarius.

Manutentio deputandi Vicarium ad nutum amouibilem in Eccleſia de Arredondo, eſt Abbati de Onna conceſſa. n.1.
Abbatibus Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum, conceſſa eſt facultas deputandi Vicarios ſæculares, vel regulares ad nutum amouibiles, in Eccleſiis ſuis Cœnobiis vnitis. n.2.
Priuilegia hanc facultatem concedentia, vim habent legis. n.3.
Poſſeſſionem deputandi Vicarios ad nutum amouibiles,

biles, valdè adminiculant conſtitutiones hanc facultatem concedentes. n. 2.

1 PLacuit Dominis ſub die 23. Februarij præteriti, coram me, concedere manutentionem Abbati Sancti Saluatoris de Onna in poſſeſſione, ſeu quaſi, deputandi Capellanum ſibi bene viſum, ad nutum amouibilem, pro exercitio curæ animarum in Parochiali Eccleſia Sancti Pelagij, quia probauit ſuam poſſeſſionem per plures teſtes de ea deponentes, & produxit mandatum de manutenendo ſibi conceſſum à Nuntio Hiſpaniarum. Vnde non poterat illi denegari manutentio, *vulgato* §. *Retinendæ, Inſtitutione de inte dictis*, cum aliis, quæ in ſimilibus allegantur. Repropoſitâ causâ, Domini ſteterunt in deciſis. Quia teſtes ſuper hoc examinati, cum interrogatoriis partis, bene probant intentionem Abbatis deputandi Capellanum ad nutum, eumque remouendi ad beneplacitum; necnon dictum mandatum de manutenendo, conceſſum per Nuntium Hiſpaniarum, ab eoque deinde confirmatum, quod probat poſſeſſionem, vt tenuit Rota *in Conchenſ. limitum*, 17. *Nouembris* 1593. *coram Cardinali Blanchetto.* Rota *deciſ.* 306. *num.* 1. *parte* 1. *diuerſorum, coram Caualerio, deciſ.* 112. *num.* 1. *coram Buratto, deciſ.* 221. & ibi Addent. *num.* 7. Quas deciſiones ſequuta fuit Rota *in Vicent. Canonicatus*, 16. *Iunij ſuperioris anni, coram me.*

2 Ad comprobandum hanc quaſi poſſeſſionem, plurimùm faciunt indulta Iulij II. Pij IV. & aliorum Pontificum, conceſſa Monaſteriis Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, confirmata per Clementem VIII. in quibus datur facultas Abbatibus Monaſteriorum Sancti Benedicti deputandi Capellanos ſæculares, vel regulares ad nutum amouibiles pro cura Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum. Accedit conſtitutio Sanctæ Memoriæ Pij V. de Vicariis, in ordine 47. in qua tribuitur eadem facultas Abbatibus Regularibus deputandi Capellanos amouibiles ſibi bene viſos, pro exercitio curæ animarum Eccleſiarum vnitarum. Quæ conſtitutiones, cùm habeant vim legis, valdè adminiculant poſſeſſionem Abbatis.

3 Nec cenſuerunt Domini, ad impediendam manutentionem obſtare, quod cauſa fuerit commiſſa in Rota, cum clauſula: *Conſtito de tribus, exequatur; ſin minus cauſam appellationis cognoſcat.* Quia cùm iam deciſum fuerit coram me ſub die 18. Decembris 1634. & 26. Ianuarij 1635. ſententiam, & litteras executoriales Ordinarij Abulenſis emanaſſe lite pendente in Rota, & poſt executam inhibitionem; & conſequenter nulliter, & attentatè, dicta ſententia non facit numerum; quia reſcriptum Signaturæ intelligitur de tribus ſententiis validis, & iuſtis, quæ poſſint executioni demandari, iuxta textum *in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudicata*, cùm non ſufficiat, quod de facto adſint tres ſententiæ conformes, ſed opus ſit, vt ſint validæ, & iuſtæ, aliàs huiuſmodi commiſſio nihil operatur, vt tenuit Rota *in Laudenſ. pecuniaria*, 1. *Iulij* 1588. *coram Orano, impreſſa apud Marcheſanum de commiſſionibus, tom* 2. *pag.* 144 Et ideò in hoc caſu exceptio rei iudicatæ non obſtat petitæ manutentioni; nec impedit quin interim poſſit dari manutentio Abbati, qui verè docuit de quaſi ſua poſſeſſione.

4 Difficultatem tamen faciebat deputatio facta ab Abbate, de perſona Fratris Gregorij Argaez poſt litem in Rota pendentem, quam eſſe attentatam Rota declarauit coram me, ſub die 13. Iunij, 1636. Iudicium autem attentatorum eſſe præferendum, non eſt qui dubitet, nec dicat limitari quando attentata pendent à poſſeſſione. Quia limitatio procedit quidem, vbi nondum attentata fuiſſent declarata, & lis de ſuper penderet ſuper eo, an conſtaret, necne de attentatis; ſecus autem in hoc caſu, in quo ſi procederetur ad manutentionem, declarata iam attẽtata dicta deputatione facta ab Abbate poſt litem in Rota, circumſcriberetur per indirectum reſolutio Rotæ, in qua deputatio fuit declarata attentata. Vnde Domini, vt aliàs in iſtis terminis tenuit Rota coram Caualerio, cenſuerunt, purgatis attentatis per Abbatem, hoc eſt reuocatâ dictâ deputatione Fratris Gregorij, dandum eſſe mandatum de manutenendo. Et ita in contumacia Vniuerſitatis, quæ ſæpius citata, nec in prima, nec in ſecunda deciſione informauit.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

Circa verſiculum ſecundum, *Ad comprobandum*, aduerte, indultum Iulij II. de quo in illo fit mentio, & quod authenticum habetur in Bullario Congregationis S. Benedicti Hiſpaniarum, *el* 101. *fol.* 213. *& ſeq.* datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. III. tertiodecimo Kalendas Martij, & ſui Pontificatus anno primo, & incipit, *Quoniam in his*, ſic vt ſequitur ſtatuere, & ordinare conſideratione Ferdinandi Regis Catholici, & Elizabeth Caſtellæ, & Legionis Reginæ, ſuper hoc humiliter ſupplicantium, videlicet; *Quod de cætero, cedentibus, aut decedentibus Prioratus, grangias, membra, vel beneficia huiuſmodi prædictorum* (Abbatum, & Conuentuum ſcilicet S. Benedicti oppidi Valliſoleti, & aliorum Monaſteriorum, ac Congregationum Ordinis eiuſdem Sancti in Hiſpania) *& aliorum pro tempore præfatæ Congregationis Monaſteriorum exiſtentium, ita quod ab illis amoueri non poſſint in titulum, commendam, ſeu alias conceſſiones obtinentibus, ſeu ea alias quomodolibet dimittentibus, aut illis quibuſuis modis, etiam apud Sedem præfatam vacantibus, Prioratus, grangiæ, membra, & beneficia huiuſmodi, in priſtinum, & eum in quo antea erant quando illa obtinentes, pro nutu prædicto* (ſcilicet Abbatum Monaſteriorum) *amoueri poterant, exiſtebant, ſtatum reſtituantur, reponantur, & reuertantur eo ipſo: ita quod Abbates, Conuentus, & Congregatio prædicti, Prioratibus, grangiis, membris, & beneficiis prædictis, de Prioribus, Adminiſtratoribus, Capellanis, aut Rectoribus dicti Ordinis, Regularibus, vel ſecularibus, ad eorum nutum amouibilibus, aut etiam aliàs, vti prius antequam impetrationes, collationes, commendæ, ſeu alia conceſſiones huiuſmodi factæ forent, prouidere liberè, & licitè valeant, authoritate præfata, tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus impetrationibus, collationibus, commendis, & conceſſionibus præfatis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.* 1

Clauſula illa, *cedentibus, aut decedentibus*, importat vacationem per renunciationem vel mortem, ad tradita per Barboſam *tractatu de Clauſulis, clauſ.* 99. *num.* 1. iuxta textum *in c. Quamuis, el* 2. & ibi gloſſ. *verbo Cedentium, de præbendis* 2

bendis in 6. Gloſſ. *verbo Morte, in cap. Suſceptum, de reſcriptis, eodem libro.* Puteum *deciſ.* 177. *lib.* 3. Gloritium *reſp.*6. *num.* 13. Idem Barboſa *in dicto cap. Quamuis, num.*3.*el.* 38. *de prabendis in* 6 vbi ex gloſſa verbo *Cedentium,* ibi: *Quod cedens eſſet mortuus quoad beneficium, cui ceſſit*: & ex Barboſa colligo, verbum *cedens*, idem quoad præſens importare, ac importat Verbum, *decedens,* hoc eſt, veram & irrecuperabilem Prioratus, aut beneficij vacationem; differuntque in hoc, quod per verbum *decedens*, ſignificatur vacatio per mortem veram, & naturalem; per, *cedens,* verò ſignificatur vacatio per mortem ciuilem: nam poſt expletam reſignationem (inquit Barboſa *num.*4.) habetur pro mortuo quoad illud beneficium reſignatum, Campanile *in Diuerſorio Iuris Canonici, rubrica* 11. *cap.*27. *num.*60. *verſic. Alterum, quod in dicta.*

3 Circa illam clauſulam, *in priſtinum, & eum in quo antea erant... ſtatum reſtituantur, reponantur, & reuertantur eo ipſo*; aduertit Caſtrus Palaus *tom.* 2. *Operis Moralis, tract.* 13. *de beneficiis Eccleſiaſticis, diſp.*1. *punct.*5. *num.*15. *pag. mihi* 204. beneficium manuale à Pontifice ex certa ſcientia in perpetuum alicui collatum, cum primùm vacauerit per mortem, vel reſignationem, reddi manuale, ſicut erat priùs. Et hanc reddit rationem. Quia Papa ſic conferens, non mutat beneficij naturam abſolutè, ſed ſolum ſuſpendit reuocationem pro beneficiarij illius vita. Allegat Rebuffum *de pacifica poſſeſſione, num.* 279. Seluam *de beneficiis, parte* 3. *quaſt.* 11. *num.* 131. & Sanchez plures referentem *in Decalogum lib.*7. *c.*29. *numer.* 1411. quibus addo Stephanum Bauny *in noua praxi beneficiorum, diſp.* 1. *quaſt.* 17. *verſic. Secundò fit collatione Pontificis, pag.* 32.

4 *Statuimus.* Dictio iſta demonſtrat, Iulium Secundum in præſenti Bulla nouum ius condere. Eſt enim illa dictio inductiua iuris noui, vti probat Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 385. *num.* 1. *ex cap. Paſtoralis, de iudiciis, cap.*1. *de officio delegati, lib.*6, *Clementina finali*, & ibi gloſſa *verbo Statuimus, de reſcriptis*, Gloſſa *verbo Statuimus, in cap. Statuimus, el* 13. *de officio delegati, lib.*6. Alexandro de Næuo *in cap. Nam concupiſcentiam, num.* 28. *de conſtitutionibus,* Rebuffo *in concord. rubrica de Collation.* §.1. *litt. A.* Seraphino Oliuario *deciſ.* 510. *num.*4. Garcia *de beneficiis, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. & Flamin. Pariſio *de confidentia benefic. quaſt.*58. *num.*44. & ob hanc dubio procul dictionem dixit Rota in præſenti deciſione, & verſiculo, præfatum Iulij indultum vim legis habere, quod ego ipſe aſſerui de quibuſdam litteris Gregorij XIII. eandem dictionem habentibus, *in diſquiſitionibus moralibus, & canonicis, tom.*2. *diſq.* 11. *dub.* 17. *n.*5. & in commentariis ad conſtitutionem 1. *num.*13. & ad 6. *num.*7. quibus in locis addidi Nauarrum *tom* 2. *conſiliorum, lib.* 5. *tit. de Purgatione vulgari, conſ.* 2. *num.* 5. Cardinalem & Abbatem *in cap, decernimus, num.* 20. *el* 2. *de iudiciis*, qui tamen diſtinguens ait, quod ſi materia eſt noua, inducitur nouum ius; ſecus verò ſi materia eſt antiqua.

5 *Accedit.* Præter conſtitutionem *Ad exequendum, la* 47. Pij V. quam accedere ait Rota in hac deciſione R. P. D. Ghiſlerij, accedit etiam decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, ad fauorem Congregationis Caſſinenſis, & illius Monaſteriorum editum, & Breue ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ VIII. pro R. P. *de Murga in Conſt. Apoſtol.* illius confirmatione, & obſeruantia expeditum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub die 6. Septembris, de anno M. DC. XXXVIII. quibus gaudere credo Congregationem Benedictinam Hiſpanam, ac omnia, & ſingula illius Monaſteria, ſicuti gaudet omnibus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, indulgentiis, prærogatiuis, gratiis, libertatibus, exemptionibus, & indultis dictæ Caſſinenſi Congregationi, & eius Monaſteriis conceſſis. De quibus omnibus ad calcem huius appendicis redibit ſermo, vbi decretum, & Breue exſcribam, & fundamenta reddam, quibus innixus dixi credere, illis Congregationem gaudere Hiſpanam.

DECISIO IX.

R.P.D. Albergati.

Pampilonenſis Vicariæ de Stella, Veneris 28. Martij, 1659.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Nullæ declarantur per S. Rotam duæ Synodales Conſtitutiones Pampilonenſes. n.1. & 4.

Eccleſia Stellæ.

Vnita eſt Monaſterio Hyrachenſi Eccleſia S. Ioannis de Stella, & illius vnio canonizata per tres ſententias Rotales. n.1.

Epiſcopus.

Non valet Epiſcopus contra ius aliquid ſtatuere. n.4.

Rota.

Deciſiones Rotæ veniunt de ſtylo ſupponendæ. n.2.

Synodus.

Ad Synodum Diœceſanam perſonaliter non tenetur accedere Hyrachenſis Abbas n.1.

Vicarius.

Ab Abbate Hyrachenſi Vicarius S. Ioannis de Stella nominatur. n.2.

Poteſt à dicto Abbate remoueri ſine cauſa. n.1. & 3.

Vicarios temporales poteſt Epiſcopus perpetuos facere, dummodo illi non ſint Vicarij Eccleſiarum vnitarum Monaſteriis exemptis, quorum Abbates deputarunt, & remouerunt illos ſine Epiſcopi venia. num.4.

INter alias in Synodo Diœceſana Pampilonæ duplex publicata fuit conſtitutio: vna, quod Abbates Regulares ad Synodum perſonaliter accedere teneantur; altera, quod Vicarij amouibiles, poſtquam vna vice fuerunt iuridicè nominati, non poſſint ſine cauſa remoueri. Quoad primam, ſub die ſexta Decembris proximi præteriti, coram me reſolutum fuit, Abbatem Beatæ Mariæ de Hyrach, non teneri perſonaliter ad Synodum accedere. Et dubio hodie ſuper ſecunda conſtitutione propoſito, reſponſum fuit, Vicarium Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis oppidi de Stella, poſſe ſine cauſa remoueri. Cùm enim de vnione prædictæ Eccleſiæ Sancti Ioannis Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrach dubitari non poſſit, & quia canonizata fuit per tres ſententias Rotales, vt in deciſione Eminentiſſimi Ottoboni, 159. *n.*1. & vlteriùs ſuppoſito, quod ius nominandi Vicarium ſpectet ad dictum Abbatē, vt per tres alias ſentētias Rotales pronunciatum fuit à Reuerēdiſſimo Domino meo 1 2

Decano, ab Eminentiſſimo Omobono, & à R. P. D. Meltio, qui executoriales relaxauit, *ſummario, num. 2.* Quodque idem Vicarius ſit ad nutum amouibilis, vt in puncto dictum fuit per Rotam coram Seraphino *deciſ. 1304. n. 1.* & coram Coccino *deciſ. 81. n. 3* quæ deciſiones de ſtylo veniunt ſupponendæ in diuerſa dubij diſputatione, vt per Rotam *in Mediolan penſionis, 27. Iunij 1646 §. Fuiſſe autem*, & *in Valentina Rectoriæ, 22. Iunij 1650. coram bonæ memoria Bichio, ſub § Firmato, & ſæpe*
3 *in aliis.* Exiſtimarunt Domini, vt ſupra, poſſe Vicarium etiam ſine cauſa (ceſſante tamen odio, & malitia) quandocumque remoueri, vt tenuit Cardinalis *in Clementina 1. §. Præmiſſa, n 4. verſic. Ego puto*, vbi etiam Buttrius *n. 4 de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Idem Buttrius *conſil. 51. n. 5. & 6. verſic. Ex quibus.* Corn. *conſil. 262. n. 4. 5. & 6. lib. 3.* Gonzalez *ad regul. 8. gloſſa 5. §. 6. n. 46.* Rota coram Buratto *deciſ 382. num. 4. deciſ. 778. numer. 3. & per totam, parte prima diuerſorum.* Burgenſ. amotionis Magiſtri Capellæ, 11. Decembris 1581. coram Blanchetto, & ploribus adductis *in Hiſpalenſi iuris amouendi Curatos*, 20. *Aprilis*, 1640. §. *Quia verior eſt opinio: & 21. Iunij 1641. coram bonæ memoria Poutingerio*, §. *Circa tertium, & ſeq.* & concordantes refert Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 6. num. 65.*

4 Non obſtat ſupradicta conſtitutio, vel quia tanquam contra iuris diſpoſitionem, nullum effectum operari poteſt, cùm non valeat Epiſcopus contra ius ſtatuere. Clementina *Ne Romani, de electione.* Gratianus *diſceptat. 894. num. 13. & ſeq.* Lotterius *de re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 11. n. 98.* Vel etiam, quia licèt Epiſcopus Vicarios temporales, perpetuos facere poſſit, ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 7. cap. 7.* hoc tamen non procedit in Vicariis Parochialium, quæ ſunt vnitæ Monaſteriis exemptis, quorum Abbates ſemper deputarunt, & remouerunt Vicarios ſine licentia Epiſcopi, vt in præſenti, prout declarat Barboſa vbi ſuprà *cap. 6. num. 6. & ſeq* Sanchez *ad præcepta Decalogi, lib. 7. cap 29. numer. 191.* Modern Auenionenſ. *quæſt. beneſic. 36. num. 11. lib 1.* Rota *in dicta Hiſpalenſi iuris amouendi curatos, 21. Iunij 1641. coram bonæ memoria Poutingerio.*

Et ita alterà tantùm, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 *Abbates Regulares ad Synodum perſonaliter accedere, &c.* Notetur ad hoc, Eugenium Papam Quartum, inter alias exemptiones, quas Congregationi Caſſinenſi, ſeu Sanctæ Iuſtinæ. & eius Abbatibus conceſſit, ac Monachis, 7. Kal. Martij anni 1434. in conſtitutione, *Etſi ex debito*, quæ eſt 6. Bullarij noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, quâ, ſicut & aliis exemptionibus, priuilegiis, & gratiis Caſſinenſibus conceſſis eadem gaudet Congregatio Hiſpana, & eius Abbates, & alumni potiuntur vt ſæpè vidimus in commentariis, & in aliis meis operibus, vnam ſub hoc conceſſiſſe tenore, ſub numero quinto.

2 *Inſuper, cùm contigerit Concilia Generalia, Prouincialia, ſeu Synodalia, etiam Apoſtolicâ, aut quauis auctoritate firmata, ſeu quaſvis Congregationes, quouis nomine cenſeantur, Eccleſiaſticarum, vel laicarum perſonarum, cuiuſcumque dignitatis, aut ſtatus exiſtans, celebrari, præfati Prælati, ſeu Monachi ad ea ire, ſiue mittere, niſi ad ipſius Congregationis Capitulum Generale celebrandum, aut alias iuxta eorum ordinationes, nullatenus compelli poſſint, etiam per litteras Apoſtolicas non facientes ſpecialem mentionem de huiuſmodi indulto præfatæ Congregationi conceſſo.* Ita Eugenius in dicta conſtitutione, quam authenticam penes me habeo.

Quæ vtique conceſſio maxima eſt, cùm habentes Capellas, & Eccleſias Parochiales cum cura animarum, etiam annexas ſuis Monaſteriis, ad Synodum accedere teneantur, ſiue exempti ſint, ſiue non; vel ſaltem mittere debeant Capellanos, qui illas adminiſtrant, vti probat noſter Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 24. quæſtio 4. num. 4.* Eraſmus à Choxier *de iuriſdictione in exemptos, tom. 1. part. 4. quæſt. 19. numer. 15. pag. 197.* Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis, tom. 1. ad Conſtitutionem 2. Iulij II. §. 25. numer. 64. pag. mihi 90.* Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 47. colum. mihi 375.* & Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 93. numer. 5.* cum Ioann. Franciſc. Leone *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, part. 1. cap. 9. numer. 13.* Piaſecio *in praxi noua Epiſcoporum, part. 2. cap. 2. numer. 2.* Vgolino *de officio Epiſcopi cap. 48. §. 1. num. 1.* Ioanne Antonio Maſſobrio *de Synodo Diœceſana, cap. 3. dub. 1. num. 2.* Hoſtienſi *in ſumma, de officio Ordinarij, §. Quid pertinet, verſic. Capella etiam Monachorum,* & Imola *in cap. Quod ſuper his, de maioritate & obedientia, ex eodem iure,* iuncta gloſſa, *cap. Quoniam per confeſſionem, cap. Ex ore, de priuilegiis, cap. Nimis, de exceſſibus Prælatorum:* & ex Concilio Trid. *ſeſſ. 24. cap. 2. de reformatione*, vbi noſtro priuilegio exemptionis, nec aliis ſimilibus non derogatur; immò potiùs omnia illa confirmantur, vti bene obſeruauit P. Peyrinus *loco citato.* Sic enim ait S. Synodus: *Synodi quoque Diœceſanæ quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur.* 3

§. II.

Quandocumque remoueri. Notetur ad hoc, quod cauſa non exiſtente, remoueri non poſſunt Vicarij ad nutum amouibiles, niſi finito anno ſeruitij Ita Rebuffus *in praxi beneficiorum, titulo de diſpenſatione de non reſidendo, num. 18. parte 2. fol. mihi 457.* quem ibi, & *tom. 3 ad leges Gallicas, tit. de materiis poſſeſſoriis, in beneficialibus, artic 9. gloſſa vnica,* & *in præfatione, per totam,* ſequitur Ioannes Aloyſius Ricc. *in praxi variarum reſolutionum, reſolut 293. circa finem, verſic. Ad vnum tamen,* Flores de Mena *variarum quæſtionum libro primo, quæſt. 10. num. 34.* Ludouicus Bellus *in conſiliis poſthumis, conſilio 87. num. 5.* Ego ipſe *in quæſtionibus Paſtoralibus, part. 3. quæſt. 17 num. 19.* Et ratio eſt, quia ſi famuli ab heris, ad minus, quàm ad anni tempus, regulariter, & communi vſu non conducantur, & ſeipſos in dominorum obſequia locent, & cum iniuria domo expellãtur, nondum elapſo anno, neque Capellani, ſeu Vicarij admitti debent pro Eccleſiarum ſeruitio, ad minus, quàm ad integrum annum: & ſi ab illo, ſine cauſa, anno nondum elapſo remoueantur, non minori afficientur iniuria, quàm famuli expulſi, 4

expulſi, immò potiùs maiori, cùm iſta maior cenſeatur, quoties perſona, cui irrogatur, dignior eſt, & in grauiori materia illam patitur: Vicarij autem ratione Sacerdotalis Ordinis digniores ſunt omnibus, & ſingulis famulis, & obſequia præſtant in materia grauiori, & altioris ordinis, vtpotè ſpiritualis, & tendente in Dei Optimi, & Maximi cultum, Ciuium Cœleſtium gloriam, & animarum vtilitatem.

5 Vnde ſi contingeret, quod aliquis Vicaria expelleretur, nondum elapſo ſeruitij anno, cauſa non exiſtente, teneretur remouens illi integram perſoluere ſalarij quantitatem, anno integro correſpondentem. Ratio eſt, quia Dominus famulum domo expellens nondùm elapſo termino conſtituto, tenetur ad integram mercedis ſolutionem, niſi ex grauiſſima cauſa ad ipſum expellendum adducatur: quia conductor tenetur ſoluere penſionem, quando re conducta non eſt vſus ob culpam, & impedimentum ipſius conductoris, *l. qui operas, ff. locati, & conducti*. Baſſæus *in Floribus Theologiæ Practicæ, tom. 1. v. bo Famuli, num. 6.*

§. III.

6 Elapſo tamen, & finito ſeruitij anno, poſſunt Vicarij amouibiles, etiam cauſa ceſſante remoueri. Hanc concluſionem firmat Rota in præſenti deciſione, *num. 2. & 3.* vbi plures alias, & non paucos Doctores recenſet pro illius corroboratione, quibus addo Doctores, & Sacræ Rotæ deciſiones, de quibus in ſuperioribus. Videlicet *coram R.P.D. Ninot, la 3. num. 2.* & *in illius additionibus, n. 1. in add. ad 4. deciſionem, n. 67. coram R.P.D. Otalora, deciſione 5. n. 23. coram R.P.D. Albergato, deciſ. 6. n. 2.* & *in additionibus illius, n. 1. coram R.P.D. Ghiſlerio, deciſ. 8. n. 2. coram R. P. D. Albergato, in præſenti deciſione 8. num. 3. coram Veroſpio, 28. Nouembris 1664. n. 1. infrà, la 12. coram R.P.D. Cerro, Decano, 23. Martij 1667. n. 5. la 17.* Omnes enim vno ore dicunt, & docent, quod quoties Eccleſia eſt alteri acceſſoriè, ſubiectiuè & iure plano vnita, quoad ſpiritualia, & temporalia, poteſt in ea deputari Vicarius amouibilis ad nutum: hoc eſt, ſine cauſa, ad ſolam voluntatem, & placitum illius, cui Eccleſia reperitur plenariè, vt præfertur, vnita. Non enim aliud importat clauſula, *ad libitum*, quàm liberum, & abſolutum arbitrium, regulis iuris non limitatum Barboſa *tract. de clauſulis, clauſ. 6.* cum Bartolo, & Alexandro *in l. Si ſic, ff. de legatis 1. la 78.* Abbate *in c. 2. n. 4. in 3. notabili, de ſequeſtr. poſſeſſ.* Cardinale Tuſcho *tom. 1. litt. D, concl. 307. n. 1.* Baptiſta Coſta *de clauſulis conuent. clauſula 26.* & Surdo *deciſ. 72. n. 15.* vbi ait, quod ſtante iſta clauſula, non eſt locus arbitrio boni viri; & *deciſ. 272 à num. 14.* & *conſilio 357. n. 10.* Gratiano *diſceptation. forenſ. c. 58. à n. 21.* & Rota *in Romana bonorum, 14. Martij, 1580. coram Cantucio,* & Martha *de clauſulis. parte 3. clauſula 2. num. 3.* aduertit ex Guidone Papæ *deciſ. 475.* hanc clauſulam importare liberam voluntatem. Addo Rotam in fine ſequentis numeri.

7 Hic adnotandum, quod quando elapſo anno ſeruitij, Vicarius amouibilis remouetur, non datur illi aliquod remedium ad defendendam ſuam poſſeſſionem. Ita Flores de Mena, Riccius, Rebuffus, & ego ipſe locis *n. 4.* citatis; & ita dicunt Rebuffus, & Riccius iudicatum. Et ratio, meo videri, clara eſt, quia huiuſmodi Vicarius amouibilis curam non exercet nomine proprio, ſed nomine Parochi principalis, cui Eccleſia plenariè quoad ſpiritualia, & temporalia eſt ſubiectiuè, & acceſſoriè vnita. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 8. Nouembris, 1602. coram Coccino, la 81. & poſt meas qq. Paſtorales la 16 ibi: Vicarius... non poteſt dare de nullitate, cùm cura penes Monaſterium reſideat, & ipſe nomine ipſius Monaſterij curam exerceat, & ad eius libitum.* Et *in Sabinenſi Archipresbyteratus, 17. Decembris 1600. coram eodem, la 18. & poſt dictas qq. la 32* vbi *num. 4.* ita ait: *Nec refert, quod Eccleſia S. Martini ſit curata, quia cura eſt Capituli Sancti Petri, cui fuit vnita, non autem Vicarij temporalis, & ad nutum amouibilis, qui non dicitur Curatus, ſed nomine alieno illam exercet ad libitum ſuum, vel illius, qui illum deputauit.* Et infrà *n. 13.* in ſequentia prorumpit: *Iſta autem ceſſant in Vicario ad nutum amouibili, in Eccleſia ſæculari, quæ nullum habet titulum, & nihil agit nomine proprio, & poteſt amoueri ad libitum conſtituentis, etiam abſque cauſa.* Expende iſta vltima verba, quæ bene probant, quod numero ſexto præcedenti aſſerui; videlicet, *amouere ad libitum*, idem importare, ac *amouere abſque cauſa.*

§ IV.

8 Circa verſiculum, *Non obſtat*, ibi: *Quia tanquam contra iuris diſpoſitionem nullum effectum operari poteſt*; videantur quæ dixi ad conſtitutionem ſextam, *num. 464* quæ, ni fallor, pleniſſimè, & concludenter probant hanc noſtræ deciſionis concluſionem.

9 *Licèt Epiſcopus Vicarios temporales, perpetuos facere poſſit.* Notauit ad hoc Rota, 19. Ianuarij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, *ſuprà la 2. numer. 9.* non demandari Epiſcopis per Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 7.* ſimpliciter, & abſolutè deputationem Vicariorum perpetuorum, ſed remitti eorum arbitrio, ſi pro bono Eccleſiarum regimine ipſis expedire videbitur. Et 27. *Iunij* 1664. *coram Reuer. P. D. Ninot, la 2. numero 8.* non poſſe ad illud deuenire, niſi cauſâ cognitâ, & citatis intereſſe habentibus. Et 3. Martij 1653. coram R. P. D. Zarate, *la 29. poſt meas qq. Paſtorales*, vbi *numer. 17.* dicitur, requiri iuſtum arbitrium, neceſſariam cauſam, & quod in viſitatione talis deputatio fiat; aliàs poſſe appellari. Quod omne dicit citatis Mena *q. 10. variar. numer. 47.* Garcia *de beneſic. part. 11. cap. 2. numer. 8.* & Barboſa *de poteſtate Epiſc. allegat. 72. numer. 190.* qui vltra dictos allegat Nauarrum *conſil. 11. numer. 9. tit. de ſtatu Monachorum*, & Coram R.P.D. Veroſpio, 16. Iunij, de anno 1664. dixit *in Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, infrà la 11.* diſpoſitionem Concilij *dicto cap. 7.* & conſtitutionis Gregorij XIII. non procedere in Eccleſiis pleno iure vnitis Monaſteriis. Et 28. *Nouembris 1664. infrà la 12. coram eodem, num. 5.* dixit, Conciliarem diſpoſitionem immutatam fuiſſe per Paulum V. cuius conſtitutionem addit *num. 7.* omninò obſeruandam, & ad vnguem in electione Vicariorum pro Eccleſiis vnitis Monaſteriis.

10 Hic operæ pretium duxi aduertere, quod in dicta cauſa de Elizondo, cuius Eccleſia Parochialis vnita eſt ſubiectiuè, acceſſoriè, & plenariè, quoad iura Parochialia, ſpiritualia, & temporalia Monaſterio S. Saluatoris de Vrdax, Ordinis Præmonſtratenſis, poſtquam Ordinarius Pampilonenſis

in prima inſtantia diffinitiuè ſententiauit, ad Abbatem ſpectare deputationem Vicarij Sæcularis, vel Regularis pro exercitio curæ animarum dictæ Eccleſiæ, cum hac tamen differentia, quod Regularis poſſit ad nutum Abbatis amouibilis deputari; Sæcularis verò debeat deputari perpetuus: deuoluta tamen ad Rotam per appellationem cauſa, per ſententias, & litteras executoriales obtinuit Abbas, nedum Regularem, ſed etiam Sæcularem poſſe deputare Vicarium ad ſuum nutum amouibilem; in quo receſſit à ſententia Barboſæ *dicto num.* 190. ſentientis, Pium V. *in conſtitutione 47. Ad exequendum*, vnum ſolum excipere caſum, in quo per Vicarios remouibiles poſſunt Religioſi deſeruire, neque Ordinarij poſſunt deputare perpetuos, illis inuitis: *quando* ſcilicet *Vicarij deputantur ex ipſis Fratribus, ſeu Monachis, quos Ordinarius idoneos iudicauerit; & conſequenter huiuſmodi exceptio firmat regulam in contrarium.* Verba ſunt Authoris præfati, iuxta cuius mentem, ſententiam tuliſſe Ordinarium in illa cauſa, ex illius deprehenditur ſerie.

DECISIO X.

R. P. Domini Veroſpij.

Pampilonenſis Vicariæ de Elizondo, Lunæ 3. Martij 1664.

BREVIARIVM.

Canonici.

Canonici Regulares, qui de vno ad alium Ordinem conuolarunt, ad curam animarum ſunt inhabiles: ſecus ſi vnius tantùm Ordinis inſtitutum ſunt amplexi. n.9.

Canonici Regulares ad Eccleſias liberæ collationis aſpirare nequeunt; benè tamen ad vnitas Monaſterio. n. 10.

Concurſus.

In Parochialibus liberæ collationis abſolutè requiritur concurſus. n.3.

In Eccleſiis vnitis concurſus neceſſarius non eſt. num.3.

Cura animarum.

Eccleſia Monaſterio annexa quoad ſpiritualia, & temporalia, ad illius ſpectant Prælatum. num.1.

Vide verb. Canonici, *verb.* Concurſus, *& verb.* Præmonſtratenſes.

Declaratio.

Declaratio verbalis Papæ, non cenſetur per viam legis emanaſſe: & per eius expirat mortem. num.9.

Decretalis.

Quod Dei timorem, 5. de ſtatu Monachorum, *an ſit derogata, eſt controuerſum.* n.9.

Eccleſia.

Regularibus vnita Regularis cenſetur. n.10.

Regulari conferri poteſt Eccleſia Regularibus vnita. num.10.

Enunciatiuæ.

Plurimùm deferri ſolet enunciatiuis ab Ordinariis emiſſis. n.2.

Enunciatiuis à perſonis editis ſuſpici one carentibus, fides non modica debet adhiberi, licèt antiquæ non ſint. num.4.

Iuſpatronatus.

Exiſtentia iuriſpatronatus non iuſtificatur ex teſtibus de ſimplici auditu deponentibus, ſine vlla præſentationis exhibitione. n.7.

Obſeruantia.

Longiſſimi temporis obſeruantia plurimùm deſeruit pro priuilegij corroboratione, ſeu declaratione. num.10.

Ordinarius.

Præſumitur habere Ordinarius ſcientiam qualitatis beneficiorum ſuæ Diœceſis. n.2.

Præmonſtratenſes.

Monachi Præmonſtratenſes, inter Canonicos Regulares recenſentur. n.8.

Priuilegia habent, quibus capaces exiſtunt adminiſtrationis Parochialium Eccleſiarum ſuis Monaſteriis annexarum, quæ per Tridentinum neutiquam ſunt derogata Concilium. n.8.9. & 10.

Reſtauratio.

Eccleſiæ reſtauratio expenſis ſæcularium facta, præſumitur facta ex deuoto illorum affectu, vnde vnionem non excludit illius. n.7.

Teſtes.

Modicam, aut nullam aſſequi debent fidem teſtes de auditu ſimplici, & ex proprio deponentes iudicio. num.7.

Vicarius.

Eccleſiæ loci de Elizondo Vicarius ab Abbate, & Monachis de Vrdax deputari debet. n.1.

Vicarium Sæcularem, vel Regularem pro dicta Eccleſiæ ſeruitio deputare valent. n.8.

Electio Vicarij pro Eccleſia pleno iure Monaſterio alicui vnita, ad illius ſpectat Prælatum. num.1.

Vicarij Eccleſiarum vnitarum iure pleno ſola indigent Ordinarij approbatione, & nullâ aliâ eius inſtitutione. n.3.

Viſitatio.

Ordinario incumbit viſitatio Eccleſiarum, etiam Monaſteriis vnitarum, ex Concilij Tridentini præſcripto. n.6.

Vnio.

Quod facta ſit vnio plenariè, ex pluribus, quæ recenſentur, conuincitur coniecturis. num. 2. 3. 4. & 7.

Vnio Eccleſiarum Epiſcopo præiudicialis eſt, ex quo illi adimit facultatem liberè conferendi. num.2.

Probatur vnio exactione decimarum, & præſtatione congruæ Vicario. n.4.

Vnioni plenariæ non opponitur, quod Eccleſia vnita ab Epiſcopo viſitetur. n.6.

NOminationem Vicarij in Parochiali Eccleſia Oppidi de Elizondo, ad Abbatem ſpectare, & Monachos Præmonſtratenſes S. Saluatoris de Vrdax, hodie Domini reſponderunt. 1 Quia Eccleſia Parochialis præfata annexa Monaſterio conuincitur, penes quos proinde habitualis cura, vnà cum facultate eligendi Vicarium cenſetur reſidere, ad textum *in cap. Extirpanda,* 30. §. *Qui verò*, vbi Abbas *num.9. de præbendis.* Garcia *de beneficiis, part.9. cap.2. num.* 23. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.*93. Sanleg. *quæſtionum beneficialium parte* 1. *cap.*37. *num.*12. Rota coram Buratto *deciſ.*923. *num.*1. *&* 2. Caualerio *deciſ.*419. *num.* 1. *cum ſequentibus*: & *in Pampilonenſi*

Extraxi illam ex exemplari è Roma tráſportato per R. P. Ioannē à Barenechea, huius cauſæ propugnatorem, & ſui Ordinis nunc in Curia Regia Matritenſi generalem Procuratorē,

mihi ob ſuã notam vrbanitatem, & beneuolentiã erga me, è multis ab hinc annis exhibitam, communicato, vnà cum exẽplaribus ex quibus etiam octo ſequẽtes deciſiones in eadem cauſa editas extraxi.

lonenſi iurium Parochinlium, 19. *Ianuarij* 1663. *in primo* §. *coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Hæc verò vnio pluribus coniecturis concluditur, in hac materia quoque admitti conſuetis, vt cenſuit Felinus *in conſilio* 2. *num.* 22. *&* 23. *cum ſequentib.* Menochius *de præſumptionibus*, *libro* 5. *cap.* 80. *num.* 2. *&* 3. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1334. *num.* 5. Merlino *deciſ.* 625. *num.* 2. & *in recentior. deciſ.* 153. *num.* 1. *ad finem*, & 204. *n.* 2. *parte* 2. *recentior.* quarum prima colligitur ex binis enuntiatiuis de anno 1584. & 1606. ſuper exiſtentia vnionis ab Ordinariis emiſſis, quorum aſſertioni conſueuit plurimùm deferri, vt tradit Geminianus *in conſil.* 87. *ſub num.* 2. *verſic. Et eſt vnio*; vbi eam potiſſimam rationem adducit,
2 quod ſcientia qualitatis beneficiorum propriæ Diœceſis adeſſe præſumitur in Ordinariis, qui vnionem proinde ipſis præiudicialem, vti liberam facultatem conferendi adimentem, non cenſentur ex errore enunciaſſe. Ancbar. *conſil.* 162. *num.* 4. *verſic.* 3. *Propter ſcientiam.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 1272. *num.* 3. Merlinus *deciſ.* 95. *num.* 1. *poſt medium*, & 625. *num.* 4. & *in recentior. deciſ.* 724. *num.* 3. *ad finem*, *part.* 2. & 580. *num.* 1. *cum ſequentib. part.* 4. *tom.* 3. & *deciſ.* 16. *num.* 3. *parte* 6.

3 Altera verò depromitur ex nominatione Vicarij à Monachis ſemper ab antiquiſſimo tempore perhabita, necnon ab Ordinariis admiſſa, nullo præcedente concurſu, in Parochialibus liberæ collationis abſolutè requiſito, ex depoſitione Sacri Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformatione*: in vnitis verò nullatenus neceſſario, vt notat Nauarr. *conſ.* 11. *num.* 3. *de Statu Monach.* vbi, quod ſola Ordinarij approbatio exquiritur, præcedente examine nominari decernenda. Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 13. Garcia *de beneficiis*, *parte* 9. *cap.* 2. *num.* 289. Barboſa *de Parocho part.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Rota coram Buratto *deciſ.* 214. *num.* 1. *cum ſequent.* & 923. *num.* 2. cum aliis plena manu congeſtis *in Barchinonenſi Parochialis*, *ſeu Vicariæ*, 10. *Februarij* 1645. *in* §. *Ex quibus infertur*, *coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Corrado.* Non enim præſumitur Ordinarios longiſſimi temporis curſu in admiſſione Vicarij ſibimetipſis voluiſſe præiudicium inferre, niſi verè ipſis vnio innotuiſſet. Felinus *in conſ.* 2. *num.* 23. *&* 25. Rota *in Tirnſſonenſi iuris præſentandi*, 21. *Octobris* 1598. *coram Litta*, relata per Garciam *de beneficiis*, *part.* 12. *cap.* 2. *column. penult. verſic. vlteriùs.* Durant. *deciſ.* 303. *n.* 5. Merlin. *deciſ.* 115. *num.* 1. *&* 2. *in recentiorum deciſ.* 580. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 3. & coram Buratto *deciſ.* 660. *num.* 2. *&* 6.

4 Prædictis coniecturis accedit exactio decimarum ſpectantium ad Eccleſiam Parochialem, nomine Monaſterij aſſiduè ſubſecuta, necnon præſtatio congruæ ab eodem peracta Vicario. Quam ad arguendam vnionem aduertit in ſpecie Ioannes Andreas *in cap. Expoſuiſti*, 33. *num.* 7. *cum ſequent. de præbendis.* Cardinal. *in clement. vnica de officio Vicarij*, *n.* 20. *quæſt.* 9. Felin. *in cap. Poſtulaſti*, 27. *num.* 1. *verſic. Sed Abbas*, *de reſcript.* Rebuff. *de congrua portione*, *num.* 117. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1304. *num.* 1. Buratto *deciſ.* 214. *num.* 4. & *in recent. deciſ.* 710. *num.* 3. *part.* 2. & *deciſ.* 580. *n.* 9. *part.* 4. *tom.* 3. & *deciſ.* 88. *n.* 12. *parte* 9. Necnon & liber taxationis decimarum, vbi in anno 1590. ac quatuor ſequentibus, Eccleſia Parochialis Monaſterio annexa deſcribitur. Quibus ſanè enunciatiuis editis à perſona ſuſpicione quacunque carenti, fides non modica debet adhiberi, vt admonet Maſcardus *de probationibus*, *concl.* 1411. *num.* 22. Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 248. *&* 257. *cum tribus ſeqq.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi*, *allegat.* 56. *num.* 51. licèt eædem nequeant inter antiquiſſimas reputari, vt dixit Rota *in Lucana vnionis*, 28. *Ianuar.* 1647. *in* §. *Non obſtat*, *quod enunciatiua*, *ad finem*, *coram bonæ memoriæ Bichio*, vbi in ſpecie agebatur de enunciatiua intra annum 1595. in taxatione decimarum emiſſa. Tum denique deputatio coadiutoris ad petitionem ciuium oppidi per Monachos conſtituta, vt aduertit Oldradus *in conſ.* 67. *num.* 2. *poſt medium.* Gabriel. *conſ.* 9. *num.* 8. *cum ſeqq. lib.* 2. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1304. *num.* 1. *verſic. Quinimò ponderatum fuit*, & coram Gregorio *deciſ.* 370. *num.* 5. *&* 6. ibique Add. *ſub. litt. B.*

Ex quo ſanè multiplici actuum concurſu nequit inficiari, quin concludens vnionis probatio reſultet, dum maximè quaſi poſſeſſio legitima iuris fauore Monaſterij concurrit, plurium teſtium depoſitione fulcita, necnon ciuium aduerſariorum explicita confeſſio pro comprobatione vnionis plurimùm deſeruiens. Oldrad. *conſ.* 296. *num.* 4. Maſcard. *de probationibus*, *concl.* 1418. *num.* 15. Garcia *de beneficiis*, *parte* 12. *cap.* 2. *numer.* 173. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *allegat.* 56. *in fine.* Rota coram Verall. *deciſ.* 149. *num.* 3. *cum ſeqq. part.* 3. & coram Seraphino *deciſ.* 1304. *num.* 1. 5

Hanc verò vnionem excludere non poterit viſitatio Parochialis Eccleſiæ ab Ordinariis præhabita: ſiquidem ipſi proprij ratione muneris Eccleſias etiam Regularium, quibus cura animarum inhæret, coguntur viſitare, iuxta diſpoſitionem Sacri Concil. Tridentini *in ſeſſ.* 7. *cap.* 9. & probat textus *in cap. penult. de Religioſis domibus*, vbi Monachos Ordinariorum iuriſdictioni diſponitur ſubiacere. Gloſſa *in cap. Conquerenti*, 16. *verbo Iuriſdictionem*, *de offic. Ordinarij.* 6

Nec viſa fuit vrgere contraria teſtium depoſitio excludentium abſolutè vnionem; hi enim de ſimplici atteſtantur auditu, necnon ex proprio iudicio, ac modicam proinde, ſiue nullam debent aſſequi fidem. Natta *conſ.* 170. *num.* 8. Pott. *conſ.* 94. *num.* 24. Cephal. *conſ.* 250. *num.* 17. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 147. *num.* 18. *part.* 7. *recentior.* in tot præſertim actuum concurſu, inferentium ex neceſſe vnionem. Et licèt reſtaurationem Eccleſiæ Parochialis iidem aliquoties ex ære vniuerſitatis referant proceſſiſſe, necnon etiam decimarum exactionem concludant fuiſſe delatam Monaſterio per ingreſſum in Religionem cuiuſdam ex Domo Palatij, cui tanquam Patrono inhærebat facultas præſentandi Rectorem; dictum tamen vtrumque Monaſterio nequit officere, ſiquidem reſtauratio præſumitur ex deuoto ciuium affectu proceſſiſſe, nec illa proinde vnionem excludit. Exiſtentia verò iuriſpatronatus iuſtificationem nequit aſſumere ex iiſdem teſtibus de ſimplici auditu deponentibus, ſine vlla præſentationis exhibitione, dum maximè concurrunt quamplures in contrarium coniecturæ, vt in ſimili caſu reſpondit Rota *coram Merlino in deciſ.* 95. *n.* 5. *&* 6. 7

Cenſuerunt propterea Domini, in Abbatis arbitrio reſidere electionem Vicarij Sæcularis, vel Regularis ſui Ordinis, ad propriæ libitum voluntatis: quia adminiſtratio Parochialium Cano- 8

nonicis Regularibus, inter quos recenſentur Monachi Præmonſtratenſes, indulgetur expreſsè *in cap. Quod Dei timorem*, 5. *de Statu Monachor.* Nauarr. *conſ.* 11. *num.* 2. & *conſ.* 12. *eodem tit.* Rota *deciſ.* 5. *num.* 2. *de iurepatron. in nouis*, & coram Seraphino *deciſ.* 1269.

9 Et licèt Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 10. *n.* 31. *&* 32. Riccius *deciſ.* 159. *num.* 1. *cum ſeqq. part.* 1. Lavman. *Operum Moral lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 4. *n.* 2. necnon alij relati per Barboſam *in eodem met cap. Quod Dei timorem, ſub num.* 3. referant textui præfato extitiſſe derogatum in Concordatis Concilij Lateranenſis, necnon à ſanctæ memoriæ Gregorio XIII. interdicente Canonicis Regularibus exercitium curæ animarum. Horum tamen opinio dubietatem non modicam admittit, ob authoritates ſuperiùs recenſitas, quibus ex profeſſo inhæret Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell gloſſa* 7. *num.* 55. *verſic. Cæterùm*: nec viſa fuit caſui propoſito poſſe congruere, quo Monachi Præmonſtratenſes capaces adminiſtrationis Parochialium exiſtunt, ex priuilegio ſpeciali Clementis V. ac Vrbani IV. cui nullatenus cenſetur derogatum à Sacro Concil. Trid. *in ſeſſ.* 14. *cap* 11. *de reformat.* ſiue ad præfatam declarationem Gregorij XIII. Illa quippe diſpoſitio Sacri Concilij ad animarum curam cenſet inhabiles Canonicos dumtaxat Regulares, de vno ad alterum Ordinem conuolantes; nec eos proinde includit, qui vnius dumtaxat Ordinis inſtitutum amplectuntur, vt addit Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſa* 7. *n.* 55. Rota *coram Seraphino deciſ.* 1269. Gregoriana verò declaratio, vti verbalis, non cenſetur per viam legis emanaſſe, ac per obitum ipſius conſequenter expirauit, vt tradit Gonzalez ſuperiùs adductus, *n.* 55. *ad finem*, Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 9. *quæſt.* 8. *n.* 11. *cum ſeqq.* Viuianus *de iurepatr. lib.* 6. *cap.* 2. *in addit. num* 47.

10 Opinio præterea Garciæ, ac ſequacium, quatenus foret innixa veritati, poſſet ſibi dumtaxat locum aſſumere in Parochialibus liberæ collationis, vt ad illas ſcilicet Canonici Regulares nequeant aſpirare; non autem in vnitis Monaſterio valet admitti. Hæc quippe beneficia curata virtute vnionis Regularia cenſentur euaſiſſe, ac eadem proinde poſſunt Regularibus legitimè conferri, vt diſponitur à Sacro Concil. Trid. *in ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de reformat.* & tradunt idemmet Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 1. *&* 8. Pariſius *conſ.* 128. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 4. Rota coram Gregorio *deciſ.* 370. *à princ. vſque ad num.* 4. & *deciſ.* 204. *num.* 8. *part.* 2. *recentior.* cum aliis recenſitis *in Nicienſ. Prioratus*, 30. *Maij* 1660. *in §. Hic autem, cum ſequentibus, coram R. P. D. meo Bouilimont*: & in ſpecie, quod Monachi Præmonſtratenſes, Parochialium propriis Monaſteriis annexarum omninò capaces exiſtant, tradit Barboſa *in collectan. ad Concilium, ſeſſ.* 7. *cap* 7. *num.* 17. Necnon in proprio caſu conuincit obſeruatio longiſſimi temporis, ex diuerſis nominationibus Vicarij Regularis elicita, quæ pro priuilegij corroboratione, ſiue declaratione, plurimùm conſueuit deſeruire, ad textum *in l. Si de interpretatione, ff. de legibus*, Bartol. *in l. diuturna*, 32. *verſic. Idem nota, ff. eod. tit.* Baldus *conſ.* 161. *num.* 2. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 32. *n.* 44. *cum ſeqq* Rota *in Barthinonenſ. Canonicatus*, 4. *Decembris*. 1644. *&* 9. *Iunij*, 1645. *coram me*.

11 Vtrum verò Vicarius ad ſui vitam debeat nominari, vel potiùs valeat ad propriæ placitum voluntatis à Monachis amoueri, diſcutiendum particulari dubio Domini reſoluerunt.

Vtraque, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 Circa verſic. *Nominationem*, & concluſionem, *quod habitualis cura, & facultas eligendi Vicarium cenſeatur reſidere penes eum, cui Parochialis Eccleſia reperitur vnita*; præter deciſionem R. P. D. Beuilaquæ pro illa allegatam, quæ ſuperiùs adeſt *la* 2. pro illa recenſeo R. P. D. Ninot *deciſ.* 1. *per totam.* R. P. D. Otalotam, *la* 5. *per totam*, ſignanter *num.* 1. iuncta 1. *num.* 4. 5. *&* 6. R. P. D. Albergatum *in deciſione* 6. *præcedenti, num.* 2. & infrà eundem R. P. D. Veroſpium *in deciſione* 11. *num.* 2. & *in deciſ* 12. *num.* 1. *&* 2. & R. P. D. Cerrum, Decanum, *in deciſione* 16. *num.* 2. & *in deciſione* 17. *num.* 1. 2. *&* 4. Addo etiam quæ dixi *in addit. ad dictam deciſionem* 3. *num.* 4. *in addit. ad deciſionem* 4. *num.* 6. *& ſeqq. per totum* §. 1. *ad deciſionem* 6. *num.* 1.

2 Concluſio verſiculi, *Hæc verò*, quod coniecturis concludenter probetur vnio, ſuperiùs comprobata eſt *in addit. ad deciſionem* 5. vbi *ſub n.* 3. illam dilucidaui, plura argumenta, coniecturas, & ſigna recenſendo pro illius probatione. Et ibi redditis addenda venit coniectura *hic verſic. Altera verò*, tradita, ſcilicet, quod probetur vnio quoad ſpiritualia, & temporalia, per deputationem Vicarij abſque concurſu, à tempore antiquo. Quocirca ego ipſe in quæſtionibus Paſtoralibus, *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 16. inter effectus vnionis plenariæ, & quoad ſpiritualia, & temporalia, tertiodecimo loco hunc adnumeraui, poſt quamplures Doctores, quos ibi allegaui. Alios etiam in eadem quæſtione cumulaui vnionis effectus, qui ad illam probandam bene deſeruiunt. Pro ſexto aſſignaui, poſſe Eccleſiam per Religioſos gubernari, ex quo illa Regularis effecta eſt per vnionem. Pro octauo, quod Eccleſia, ſeu beneficium Parochiale nunquam vacet, nec reſeruationi ſubſit. Vnde ſi defuncto, qui Eccleſiæ deſeruiebat, pro deputatione Rectoris, nec recurritur vnquam ad Papam, nec cenſetur vacans Eccleſia, ſignum eſt illam eſſe vnitam, ex quo eadem vnio bene probatur. Nonum effectum dixi eſſe vnionis compatibilitatem. Vnde ſi Rector, aut Vicarius vnius Eccleſiæ, in eadem obtinet beneficium ſimplex ſine diſpenſatione, aut extra eam aliud poſſideat in loco diſtante, quod reſidentiam petat, ſignum eſt certum, ex quo illius probetur vnio.

3 Decimum effectum illius eſſe dixi, quod Eccleſia, aut illius beneficium curatum non conferatur in titulum, nec ſub deuolutione cadat. Quoad primam coincidit partem iſte vnionis plenariæ effectus, qui deſeruit pro argumento pro illa probanda, cum octauo, recenſito *in addit. ad tertiam deciſionem, ſub num.* 3. Quoad ſecundam verò de deuolutione, ſuppoſito, quod ibi dixi, videlicet Curatum proprium Eccleſiæ plenariè vnitæ non deuolui, quia nunquam vacare cenſetur; & licèt *dicta quæſt.* 6. *numer.* 13. ex Viuiano, Mena, Riccio, & Barboſa dixerim, deuolutionem in beneficio vnito menſæ Prælati, reſpectu Vicariæ non habere locum (ex quo

ſcilicet

ſcilicet cura nomine non exerceatur proprio,ſed Prælati nomine) illud dictum intelligi debet reſpectu Vicariæ perpetuæ, quæ cùm non detur in huiuſmodi Eccleſia planariè vnita, nec confertur in perpetuum, nec deuoluitur; tamen negari non poteſt, vacare quoad Vicarium, nudum curæ exercitium habentem, à proprio Parocho dependens,quoties decedit, aut remouetur: & ſuppoſito etiam quod vacent beneficia ſimplicia in titulum perpetuum conferri ſolita in Eccleſiis vnitis, & conſequenter deuolutioni ſubdantur, quoties Abbas verbi gratia, cuius Monaſterio vnita exiſtit Eccleſia, negligens in illorum prouiſione fuerit deprehenſus, dubitari poteſt, ad quem ſpectet munus ſupplendi dictam Abbatis negligentiam in Vicarij deputatione, & in beneficiariorum collatione, ſeu inſtitutione, ſi fortè beneficia de iurepatronatus extraneorum fuerint?

§. II.

4 Pro dubij reſolutione ſuppono, Abbatem,cuius Monaſterio annexa eſt Eccleſia Parochialis iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, poſſe non exemptum eſſe à iuriſdictione Epiſcopi, ſeu Ordinarij, in cuius diſtrictu exiſtit huiuſmodi Eccleſia; aut exemptum, & immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ. Et ſi exemptus eſt, ita vt nullum recognoſcat Superiorem, qui inter ſeipſum, & Sedem præfatam mediet; aut ita vt intermedium, aut intermedios Superiores habeat. Qua quidem lege Abbates noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ exempti notoriè noſcuntur. Quo ſuppoſito dicto dubio reſpondeo.

5 *Primò.* Quando Abbas non eſt exemptus,eius negligentiam ſupplere debet Ordinarius loci, in cuius territorio ſita eſt Eccleſia vnita. Ita Rota coram Coccino Decano *deciſ.*195. *num.*2. dicens, quod deuolutio probari debet gradatim de inferiore ad proximiorem Superiorem, donec beneficium perueniat ad Papam, ex aliorum negligentia. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.*3. *allegat.* 58. *num.* 11. Bauny *in praxi beneficior. diſput.*2. *quæſt.*8. *verſic. Ab Abbate non exempto.* Eraſm. Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tom.*1. *parte* 4. *quæſt.*30. *num.*3. vbi ait, deuolutionem fieri de Superiori in Superiorem gradatim vſque ad Papam, ad inſtar appellationis. Et conſtat *ex Clement. vnica, de ſupplenda negligentia Prælator.* mox recenſenda, & ibi Barboſa *num.* 1.

6 *Secundò.* Quando Abbas exemptus non habet ſub Papa vllum Superiorem, illius negligentiam ſupplere poteſt, & debet Ordinarius, non quà talis, ſed quà Sedis Apoſtolicæ delegatus. Ita Chokier *dicta quæſt.* 30. *num.* 8. Barboſa *eadem allegat.*58. *num.*14. & *Clement. citata, num.*1. & in hoc ſenſu intelligi debet Gabriel Vaſquez *opuſculo de beneficiis, cap.*2. §.2. *dub.*5. *num.*44. dum dixit: Quod ſi collatio pertineret ad Regulares, & ipſi negligerent prouidere, etiamſi eſſent exempti, illa collatio deuoluitur ad Diœceſanum. Bauny *vbi proximè*, refert dictam Clementinam vnicam, in eodemmet ſenſu intelligendam, ſub hoc tenore: *Quia Regulares Prælati, Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut quævis beneficia,ad eorum diſpoſitionem ſpectantia,cùm vacant interdum committere negligunt, vel conferre intra tempus in Concilio Lateranenſi conſtitutum, Diœceſani locorum in non exemptis ſuâ,in exemptis verò Apoſtolica authoritate negligentiam ſuppleant eorundem.*

Tertiò reſpondeo. Quando Abbas exemptus habet Superiorem, vel Superiores, qui inter ipſum mediant, & Summum Pontificem, Superior immediatus, & non Diœceſanus debet illius negligentiam ſupplere, & ſic ſucceſſiuè vſque ad Papam. Vnde ſi Abbas noſtræ Congregationis negligenter ſe habuerit in conferendo beneficiâ liberæ collationis, aut in inſtituendo beneficia iuriſpatronatus alieni, illa conferre, vel inſtituere ſpectabit immediatè ad Reuerendiſſimum Generalem. Ita docet Chokier *dicta quæſt.* 30. *concluſ.* 3. *num.* 8. vbi poſtquam dixerat: *Ab exemptis Regularibus fit deuolutio ad Ordinarios,qui Apoſtolica authoritate conferent, cap. Cùm ſingula, de præbendis, in* 6. *dicta Clement. vnica, vbi Cardinalis, & Doctores. Rebuffus tit. de deuolutione, num.* 32. *Doctores cap.* 2. *de conceſſione præbendæ*; immediatè ſubiungit limitationem ſequentem, videlicet: *Idque niſi Prælatus Regularis habeat alium Prælatum, cui immediatè ſubiiciatur: tunc enim ad illum fiet deuolutio Cardinalis dicta Clementina vnica, quæſtione* 3. *argumento gloſſæ ſuper verbo, Alia, in Clement. Attendentes, de ſtatu Monachorum.* Hactenus Eraſmus. 7

Docet etiam Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi,allegat.* 58. *num.*14. dicens: *Ab exempto Regulari fit deuolutio ad Ordinarium, qui Apoſtolica authoritate confert, cap. Cùm ſingula, de præbend. in* 6. *Rebuffus tit. de deuolut. num.* 32. Chokier *dicta quæſt.* 30. *num.* 8. *vbi intelligit niſi Prælatus Regularis habeat alium Prælatum, cui ſubiiciatur; tunc enim ad illum fiet deuolutio.Cardinalis in Clement. vnica, quæſt.*3. *de ſupplenda negligent. Prælatorum.* Conſonat idem Barboſa *in cap.* 17. *de iurepatr. n.*3. vbi ait, negligentiam Epiſcopi exempti ſuppleri non per Archiepiſcopum, ſed per Papam, ex quo citra eum Superiorem non recognoſcit. 8

In eadem ſententia fuit Lotter. *de re beneficiaria, lib.*2. *quæſt.*24. *num.*48. dicens: *Si exempti eſſent ſubiecti Prælato inferiori, tunc fieret deuolutio ad eundem Prælatum; & de eo tandem ad Papam, vt per Cardinalem in Clement.* 1. *num.* 6. *de ſupplenda negligentia Prælator. Eraſmus à Chokier in tractat. de iuriſdict.Ordinarij in exemptos, part.*4. *quæſt.* 30. *num.* 8. Hæc Lotterius, poſtquam *num.*47. immediatò dixerat, in exemptis fieri rectâ viâ deuolutionem ad Sedem Apoſtolicam, cùm alium non habeant Superiorem. 9

Cardinalis Zabarella in loco à præcedentibus Doctoribus citato, ſic quærit, & reſoluit: *Tertiò quæro circa ea, quæ dixi in proxima quæſtione. Pone quod Prælatus exemptus non ſubeſt Papæ immediatè,ſed alteri, ſicut ſunt Patres Abbates,qui habent Prælatos ſub ſe, ſuprà de reſcriptis, Clementina* 1. *nunquid fiat deuolutio ad Epiſcopum,an ad Patrem Abbatem? Dicit Lapus ſequendo præmiſſam opinionem huius gloſſæ, de qua in præcedenti quæſtione, quod ad Patrem Abbatem, vt nemini fiat iniuria. Intelligit itaque textum de exemptis tantùm qui immediatè ſubſunt Papæ: ad hoc inducit Clementinam Si de beneficio, quam etiam inducit prædicta gloſſa. Et facit ad hoc illa Clementina, in verbo Succedentium. Inducit etiam Lapus Clementinam Attendentes,* 1. *de Statu Monachorum. Pro hoc etiam eſt Clementina in eo, quod dicit, quod in in exemptis ſupplent Diœceſani Apoſtolica authoritate; ſed ex quo exemptus habet Superiorem citra Papam,* 10

Papam, de iure communi ſupple io pertinet ad illum: & ſic fiet deuolutio per gradus, de conceſſione prebenda, cap. 3. de ſupplenda negligenda Pralatorum, cap. penult. & fin. & per totum. Non ergo poſſet Diœceſanus ſupplere Apoſtolica authoritate; ex quo ad Papam ſuppletia non pertinet. Qua ratio magis vrget, quam ſuperiùs inducta.

11 Hæc omnia Cardinalis, qui vnus pro mille ſufficit ad firmandam noſtram tertiam reſponſionem. Et licet ratio, quam deducit ex ipſa Clementina vnica, *de ſupplenda negligentia Pralatorum*, magis vrgeat, vt ipſe ait; non vrget parum Clementina *Attendentes*, *citata*, *in* 2. *de ſtatu Monachorum*, pro eadem firmanda reſponſione, cùm vtriuſque idem ſit conditor, in eadémque materia ſuppletionis pro Superiore per Ordinarium, & per eadem ferè verba, & vna per aliam, prima ſcilicet per ſecundam, benè, ac legitimè intelligi queat, & debeat quidem, vt vitetur iuris correctio; ob id enim iura iuribus concordari expedit. Barboſa *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.* 133. *n.* 1. *ex l. Sed & poſteriores, ff. de legib. l. Non eſt nouum, ff. eod. tit. l. Pracipimus, in fine, Cod. de appellationib. l.... Cod. de inofficioſis dotibus*, & *cap. Cùm expediat, de electione in* 6. quod axioma procedit, ſiue vnum procedat ius, ſiue aliud. Et cùm æquiparentur ſuppletio pro alio Superiore, in materia viſitationis, ac correctionis, & in materia prouiſionis Vicariorum, & beneficiorum. Ab æquiparatis autem valet argumentum. Barboſa *tractat. de locis communib. argument. iuris, loco* 6. vbi *n.* 1. procedere ait, quando adeſt ſimilitudo in eo, in quo fit æquiparatio, qualis in noſtro adeſt caſu. Et valet ab vno ad aliud argumentum, ex eo, quod diſpoſitum in vno æquiparatorum, in altero etiam diſpoſitum eſſe cenſetur, ex quo æquiparatorum idem eſt iudicium, iuxta commune iuris axioma, *ol* 14. apud Barboſam *tractat. de Axiomatibus*, de quo ego ipſe *ad conſtit.* 16. *n.* 12.

12 Clemens igitur Papa V. ita in dicta Conſtitutione *Attendentes*, decernit. *Hoc igitur Sacro approbante Concilio, duximus ſtatuendum, vt ſingula Monialium Monaſteria, per Ordinarios, exempta videlicet, qua ita Sedi Apoſtolica, quod nulli alij ſubiecta noſcuntur, Apoſtolicâ; non exempta verò, ordinaria authoritate; ac exempta alia, per alios, quibus ſubſunt, annis ſingulis debeant viſitari.* Hæc textus, qui ſatis clarè diſtinguit exemptos ab exemptis, & ſtatuit, quod exempti habentes citra Papam Superiores, per illos viſitentur; non habentes verò, per Ordinarios, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatos. Iuxta quam textualem diſtinctionem, ita Ioannes Andreas *in epigraphe huius Clementina*, ait: *Moniales, qua nulli ſubſunt, niſi Papa, & Canonici ſaculares, per Ordinarios; & alia exempta per ſuos Prelatos debent annis ſingulis viſitari.* Et gloſſa *verbo Alia*, ſimiliter diſtinguit, dicens: *Iſtorum ergo Monaſteriorum exemptorum dua ſunt ſpecies: aliqua ſunt exempta, qua non recognoſcunt Superiorem niſi Papam; alia ſunt exempta, quia ſunt Ordinum exemptorum, ſicut Monaſteria Ordinis Ciſtercienſis, Camaldulenſis, & ſimilium. Illa ergo non corriget Ordinarius loci, ſed Abbas, vel Prior, cui ſubſunt.*

13 Abbas etiam in dicta Clementina eandem diſtinctionem, & reſolutionem tradit. Numero enim ſecundo in ſequentia prorumpit: *Singula Monialium Monaſteria debent ſingulis annis per Ordinarios viſitari: non exempta propriâ, exempta verò, qua Sedi Apoſtolica immediatè ſubſunt, authoritate Apoſtolica; exempta verò alia, per eos, quibus ſubſunt. Textus eſt hic ſingularis, iuncta gloſſa in verbo Ordinaria.* Hæc ibi, & *num.* 4. ſequentia lego: *Monaſteriorum dua ſunt ſpecies. Aliqua ſunt ita exempta, quod non recognoſcunt Superiorem, niſi Papam. Aliqua ſunt exempta, quia ſunt de Ordine exemptorum, ſicut Monaſteria Ordinum Ciſtercienſium, Camaldulenſium, & ſimilia. Iſta vltima non viſitat, nec corrigit Ordinarius loci, ſed Abbas, vel Prior cui ſubſunt; priora verò, qua immediatè ſubſunt Papa, viſitantur authoritate Apoſtolica per Ordinarium loci, & ſic Ordinarius loci in hoc eſt delegatus Papa per illa verba, Authoritate Apoſtolica. Hoc voluit textus hîc, iuncta gloſſa verbo Alia, & iuncto textu in cap. Cùm aliquibus, de reſcriptis, lib.* 6. Hæc omnia Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæus, noſter Nicol. Tudeſchus.

§. III.

Illud verſiculi, *Hanc verò Vnionem*, de viſita- 14
tione facta per Epiſcopum in Eccleſia Parochiali vnita, quod vnioni ipſi nullum inferat præiudicium, decidit in hac eadem cauſa S. Rota, 28. Nouembris 1664. *coram R. P. D. Veroſpio, hic la* 12. 19. *Iunij*, 1665. *coram R. P. D. Otalora, infrà la* 15. *num.* 3. & 7. *Iunij*, 1666. *coram R. P. D. Cerro, Decano, infrà la* 16. *num.* 4. & 23. *Martij*, 1667. *coram eodem, num.* 10. *la* 17. & quod in illa exerceat iuriſdictionem, decidit nedum in dictis de 1665. 1666 & 1667. *numeris praciratis*; ſed etiam 24. Aprilis 1664. *coram dicto R. P. D. Otalora, infrà la* 13. *num.* 2. Et hanc viſitationem, & iuriſdictionem exercere Epiſcopum, non quà Ordinarium, ſed quà Sedis Apoſtolicæ delegatum, in vim Concilij Tridentini *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. declarat Rota *in hoc verſic.* & clariùs *in dicta coram R. P. D. Cerro, de anno* 1666. *n.* 4. & *de anno* 1667. *num.* 11. Et quidem *ſeſſ.* 25. *c.* 11. *de Regularibus*, eadem Conciliaris habetur diſpoſitio. Circa vtramque adnotanda duo ſunt.

Primum, quòd in neutra exprimitur, quod 15
Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus procedat; vtraque tamen delegationem importat Apoſtolicam, iuxta dictam Sacræ Rotæ declarationem, cùm vtrobique idem, & eodem modo Concilium diſponat. Et apertè colligitur ex modò dicendis, maximè *ex d. cap.* 11. *in fine*, ibi: *ſaluo tamen, &c.* Exprimitur tamen à Greg. XV. *in Bulla* 18. *Cherubini, tom.* 3.

Secundum eſt, Epiſcopum non poſſe viſitare, 16
neque iuriſdictionem exercere in Eccleſiis Parochialibus plenariè quoad iura Parochialia vnitis Monaſteriis Regularium vtriuſque ſexus, niſi ſolùm quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem; & quoad hoc, vt nemo eis, etiam ad nutum amouibiliter præficiatur, niſi de Epiſcopi conſenſu, ac præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo.

Et probatur primò *ex dicto cap.* 11. *ſeſſ.* 25. vbi ſolùm prædicta exprimuntur: *Perſona, tam Regulares, quàm ſaculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in his, qua ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles, deputentur, niſi de conſenſu, ac praeuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc Conciliaris textus. Ergo ſolùm quoad ea ſubiecit Epiſcopis Regulares,& Sæculares, curam exercentes ſæcularium perſonarum in Eccleſiis ad Regulares pertinentibus. *Quia qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet, cap. Nonne, el 5. de præſumptionibus.*

18 Secundò probatur ex eodem texto, *in fine capitis*, ibi: *Saluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent.* Quæ quidem clauſula indicat iuriſdictionem ordinariam, quæ ad plura alia ſe extendit, quàm in Concilio expreſſa.

19 Tertiò probatur ex his, quæ Doctores tradunt, qui benè, & indiuidualiter explicant ea, quæ ad curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, & in quibus Epiſcopis ſubiiciat Tridentina Synodus curam exercentes in Regularium Eccleſiis. In primis enim Aſcanius Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, tom.4. diſp.17. quaſ. 3. ſub num. 1.* exemplificat, dicens: Veluti ſi inquiratur ab Epiſcopo, quomodo conſeruetur in dictis Eccleſiis Sanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamenta. Seraphinus *deciſ.* 1067. & vt Calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum prouideantur, ſicut referunt deciſum Campanile *in Diuerſor. iuris Canonici, rubrica* 12. *cap.* 13. *num.* 49. Barboſa *allegat.* 74. *num.* 18.

20 Barboſa *vbi proximè*, de dicta agens ſubiectione in ſequentia prorumpit. Non quidem vt Eccleſia, vel Sacriſtia reficiatur, ſed in his, in quibus dumtaxat habent iuriſdictionem, reſpectu curæ animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, vt Calices, & decentia paramenta, ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum prouideantur, prout deciſum referunt Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part. 2. cap. 31. num. 3.* Campanile *in Diuerſor. iuris Canonici, rubrica 12. cap. 13. num. 49.* Et ita ad Epiſcopum pertinet hæc poteſtas viſitandi Monaſteria, tam Regularia, quàm ſæcularia, circa ipſorum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, vt nulli etiam ad nutum amouibiles poſſint deputari, niſi de Epiſcoporum Ordinariorum conſenſu, & præuio per eum, & eius Vicarium, & examinatores Synodales examine.

21 Hæc omnia Auguſt. Barboſa, in quibus vltra id, quod expreſsè aggreſſus ſum probare, duo dicit adnotanda. *Primum*, non poſſe Epiſcopos ordinare, vt Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ reficiantur. Eccleſiæ ſcilicet, ad Regulares pertinentes, & earum Sacriſtiæ (& idem eſt de aliis quæ non ſunt circa curam, & Sacramentorum adminiſtrationem.) Cui quidem dicto ſubſcripſi *in qq. Paſtoralibus parte 1. quaſt. 2. diuiſ. 1. num. 1.* cum Pellizzario *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 4. num. 116.* qui ex Franciſco Leone *vbi ſuprà* addit, non poſſe Epiſcopos ad dictam refectionem partem fructuum in viſitatione ſequeſtrare.

21 *Secundum* eſt, non poſſe deputari Vicarios amouibiles, niſi præuio examine per Epiſcopos, & eius Vicarios, & examinatores Synodales facto. Cui certè aſſertioni non acquieſco. *Primò*, quia nec examini præficiendorum Eccleſiis in perpetuum titulum, debent copulatiuè aſſiſtere Epiſcopi, & eorum Vicarij, ſed disiunctiuè, aut Epiſcopi, aut Vicarij, ita decernente Sacra Tridentina Synodo *ſeſſ. 24. cap. 18. de reformatione*, videlicet: *Tranſacto conſtituto tempore, omnes, qui deſcripti fuerint, examinentur ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus.*

Secundò, quia vti latè probat Rota in hac deciſione, *num. 3.* ego ipſe *in dictis qq. Paſtoralib. part. 1. quaſt. 6. numer. 16.* pluribus citatis Doctoribus, & Barboſa ipſe fatetur *allegat. 6. num. 32.* quando Eccleſia Parochialis eſt ſubiecta Monaſterio, aut annexa, vel de eius menſa, concurſu non confertur, quia Monaſterium nominat Rectorem, & Epiſcopus confirmat. Verba illius ſunt: Eraſmus Choxier. *de iuriſdict. Ordinarij, in exemptos, tom. 1. part. 5. quaſt. 18. numer. 1. in ſummario*, ſic ait: Promotus ad Eccleſiam alicui Monaſterio ſubiectam, vel annexam, examinari in concurſo non debet, *in textu autem*, inquit: Non eſſe eiuſmodi Eccleſias alicui Monaſterio ſubiectas, vel annexas, aut de menſa, concurſui obnoxias, ſed ſatis eſſe, quod ab Epiſcopo iudicentur idonei, definiuit Rota Romana, Farinacius *deciſ. 102. numer. 1. part. 1.* iuxta tradita *cap. 1. de Capellis Monachorum.* Ergo Vicarij eiuſmodi Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum illorum, ſi amouibiles ſunt, deputari debent ſine Examinatorum Synodalium examine; ſed ſolius Epiſcopi, aut illius Vicarij Generalis, aut alterius denique, de alterutrius commiſſione; immò abſque vllo examine poſſunt deputari, ſi abſque eo ab Epiſcopo idonei iudicentur. 23

DECISIO XI.

R. P. D. Veroſpij.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, Lunæ 16. Iunij 1664.

BREVIARIVM.

Canonici.

Regulares Canonici, etiam Præmonſtratenſes, incapaces ſunt adminiſtrationis Eccleſiarum Monaſteriis non vnitarum. n.4.

Canonici Regulares, qui de vno ad alium Ordinem conuolarunt, ad curam animarum ſunt inhabiles, ſecus ſi vnius tantùm Ordinis inſtitutum ſunt amplexi. n.4.

Concilium Trident.

Diſpoſitio Concilij, ſeſſ. 7. cap. 7. *neque Gregorij XIII. in Eccleſiis pleno iure vnitis procedit.* num.4.

Conſuetudo.

Si quadragenaria ſit conſuetudo cum titulo, & bona fide, pro Vicarij electione ſufficit. n.4.

Declaratio.

Verbalis Papæ declaratio, an per illius expiret obitum. num.4.

Decretalis.

An Decretalis, Quod Dei timorem, 5. de ſtatu Monachorum, *derogata ſit, controuerſum eſt.* n.2.

Lex.

Generaliter loquens lex non comprehendit perſonas

ſpecialiter priuilegiatas in caſu, de quo illa diſponit, niſi expreſsè, vel tacitè priuilegio derogetur. num.4.

Pius V.

Conſtitutio Adexequendum, *Pij V. per Gregorium XIII. non eſt reuocata quoad facultatem factam Prælatis Regularibus deputandi Vicarios in Eccleſiis vnitis.* n 2.

Præmonſtratenſes.

Capaces ſunt adminiſtrationis Eccleſiarum Parochialium vnitarum. n.2.

Priuilegia habent, quibus capaces exiſtunt talis adminiſtrationis Eccleſiarum ſuis Monaſteriis annexarum, quæ nec per Tridentinum, neque per Gregor. XIII. ſunt derogata. n.4.

Vicarius.

Deputatio Vicarij Parochialis de EliZondo ad Abbatem, & Monachos Monaſterij de Vrdax ſpectat. num.1.

Deputare valent Vicarium Regularem. n.2.

Vicarij Eccleſia pleno iure vnita deputatio ad Abbatem ſpectat. n.2.

Vicarius Regularis vnum tantùm ſocium habere tenetur ex præſcripto Gregorij XIII. Pij V. conſtitutionem moderantis. n.3.

1 AD Abbatem, & Monachos Præmonſtratenſes electionem Vicarij Sæcularis, ſiue Regularis pertinere in Parochiali Eccleſia oppidi de Elizondo, Rota reſpondit coram me, die 3. Martij proximi. Cùm verò incolæ eiuſmet oppidi electionis articulo acquieſcentes, Vicarium contenderent debere Sæcularem, non autem Regularem exiſtere, ſuper hoc repropoſito dubio, in decisis Domini perſtitere.

2 Siquidem quæſtione poſthabita, an Canonici capaces ſæcularium Parochialium euadant ex diſpoſitione textus *in cap. Quod Dei timorem, 5. de Statu Monachorum*, ſuper quo articulo nihil Domini firmarunt ob variam Doctorum ſententiam, ex quibus aliqui cenſent, diſpoſitionem textus præfati in viridi adhuc obſeruantia retineri; alij verò derogatum referunt extitiſſe, quælibet occaſio dubitandi arcetur in caſu propoſito ex vnione Parochialis pleno iure facta Monaſterio, cuius virtute Vicarij Regularis electio Abbati permittitur, ex conſtitutione 47. ſanctæ memoriæ Pij V. in §. 5. à Gregoriu XIII. in hoc nullatenus reuocata, vt tradit Garcia *de beneficiis, part.11.cap. 2. n. 13.* vbi eiuſdemmet Summi Pontificis refert decretum à Sacra Congregatione Concilij promulgatum, Barboſa *in Collectan.ad Concilium Tridentinum, ſeſſ.7. cap.7. n.17.* de Parochialibus loquens in ſpecie Præmonſtratenſium Monaſteriis annexis. Rota *coram Gregorio, deciſ.370. à principio vſque ad num. 4.* quidqoid dicendum foret in Parochialibos non annexis, ſed ſimpliciter dependentibus à Monaſteriis. Garcia *de benefic. in dicto cap. 2. num. 14.* Rota *coram Mantica deciſ.48.num.2. cum ſeqq.* & *deciſ. 5.num.7.& 8.part.7. recentiorum.*

3 Et licèt Piana Cunſtitutione præſcribatur, vt vnà cum Monacho Vicarij munus obeunte, numerus ſaltem quatuor debeat Monachorum concurrere; in hoc tamen à ſanctæ memoriæ Gregorio fuit illa expreſsè immutata in decreto per Garciam ſuperiùs adductum relato, vbi vnius dumtaxat ſocij concurſus præſcribitur.

4 Adminiſtratio præterea Parochialium annexarum propriis Eccleſiis, Monachis Præmonſtratenſibus indulgetur ex priuilegio ſpeciali per ſanctæ memoriæ Clementem V. ac Vrbanum IV. conceſſo, cui nec ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *in ſeſſ.14. cap.11. de reformatione*, nec etiam à Gregorij XIII declaratione cenſetur derogatum, licèt vtrobique ad ſæculares Parochiales cenſeantur inhabiles Canonici Regulares, quorum gremio Præmonſtratenſes Monachi adſcribuntur. Præterquam enim vtraque ſanctio nequit ſibi locum aſſumere in Parochialibus pleno iure vnitis Monaſterio, Sacri diſpoſitio Concilij Parochialium incapaces decernit Canonicos Regulares, de vno ad alterum Ordinem tranſlatos, nec ad Canonicos proinde porrigitur vnius dumtaxat Ordinis Inſtituto inſeruientes, vt aduertit Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 7.num.55.* Viuianus *de iurepatronatus,lib.6. cap.2. in additionibus*, vbi ita refert fuiſſe à Sacra Congregatione deciſum. Rota *coram Seraphino, deciſ.1264.* Declaratio verò Gregorij, quidqoid ſit, an per obitum ipſius expirauerit, dum contra Canonicos Regulares generaliter edita fuit, non cenſetur derogaſſe priuilegio ſpeciali Monachis Præmonſtratenſibus attributo, vt tradit Gabriel *conſ.20. num.1. lib* 2.vbi, quod lex generaliter loquens, vires ſuas non porrigit ad perſonas ſpecialiter priuilegiatas in caſu, de quo lex ipſa diſponit, niſi tacitè, vel expreſsè priuilegio derogetur. Decius *conſ.5 num.1.ad finem*, & *num.2.* Rota *coram Seraphino, deciſ.612. num. 2.* & *deciſ. 257. num.9 coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinale Ottobono*, & *deciſ. 452. num. 13. part. 5. tom.2. recentior.*

In quam Domini ſententiam eo faciliùs inclinarunt, quod ex Monaſterij parte concurrit ferè 5
centum annorum quaſi poſſeſſio eligendi Vicarium ſæcularem, ſeu Regularem ad propriæ libitum voluntatis. Et tamen ad hunc effectum ſatis eſſe cenſetur conſuetudo quadragenaria vnà cum titulo, ac bona fide adiuncta. Rota *coram Mantica deciſione 48. num.6.*

Et ita vtraque parte informante.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

Concluſio illa verſiculi, *Siquidem*, quod ex vnione Parochialis pleno iure facta Monaſterio, electio Vicarij Regularis Abbati permittatur, firmatur in hac eadem cauſa à Rota, 3. *Martij* 1664. *coram eodem R.P.D. Veroſpio, la 10. præcedenti, num.1.& 8.* & 19. *Iunij*, 1665. *coram R.P.D. Otalora, inferiùs, la 15.num.1.& 4.* & 7. *Iunij*, 1666. *coram R.P.D. Cerro, Decano, la 16. num.1. & 2.* & *in Burgenſi*, 3. *Iunij* 1643. *coram R.P.D. Ghiſlerio*, ſuprà *la* 8.*num.2.*vbi *in addit.num.5.* 1

Illud verſiculi, *Et licèt Piana*, ſcilicet; *Vnius dumtaxat ſocij concurſus præſcribitur*: firmatur à Clemente Papa VIII. *in conſtitutione, Vt ea, quæ pro Eccleſiaſticarum*, edita 2. die Auguſti 1596. quam authenticam penes me habeo, in fine Bullarij noſtræ Benedictinæ Hiſpanæ Congregationis, ibi: *Qui Monachus* (conſtitutus videlicet in Eccleſia alicui ex noſtris vnita Monaſteriia) *ibidem vnà cum alio Monacho dumtaxat habitare debeat.* 2

DECISIO

DECISIO XII.

R. P. Domini Veroſpij.

In eadem Pampilonenſi Parochialis, ſeu Vicariæ de Elizondo, Veneris 8. Nouembris, 1664.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Synodalis conſtitutio Pampilonenſis, de anno 1590. circa inamouibilitatem Vicariorum, irrita declaratur, & nulla. n.6.

Cura.

Animarum Cura, penes Abbatem reſidet, & Monachos, quibus Eccleſia reperitur vnita iure pleno. num.2.

Decretum irritans.

Titulum inficit, & poſſeſſionem, ita vt actus contrarij nequeant ius al quod, ſeu poſſeſſionem parti tribuere. n 9.

Vicaria Vicarius.

Deputatio Vicarij amouibilis pro Eccleſia pleno iure ſubiecta, ſeu annexa Monaſterio, Abbati, & Monachis à iure indulgetur. n.2.

Eccleſiarum vnitarum pleno iure Vicarij nudum habent curæ exercitium. n.2.

Vicarios perpetuos deputandos pro Eccleſiis vnitis Cathedralibus, & Monaſteriis, committit Concilium Trident. Ordinarij arbitrio, in actu viſitationis, partibus legitimè citatis, & Eccleſiarum exigente neceſſitate exercendo. n.4.

Hac Conciliaris diſpoſitio mutata, variataque extitit per Pium V. reſpectu Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum. n.5.

In dubio Vicaria amouibilis præſumitur. n.7.

Reputari non debet perpetua ex eo, quod electi aliquoties vſque ad obitum in curæ perſtiterint exercitio. n.8.

Vicaria amouibilis in perpetuam redigi non poteſt, niſi priùs in perpetuam legitimè erigatur. n.10.

In electionibus Vicariorum pro Eccleſiis pleno iure Monaſteriis vnitis, ad vnguem ſeruari debet conſtitutio Pij V. n.9.

In nominatione Vicarij perpetui nullum præiudicium inferre poteſt Abbas Monaſterio, aut Vicariæ, in amouibilitatis ſtatu. n.9 & 10.

Nequit Abbas abſque Sedis Apoſtolicæ aſſenſu, ſtatum amouibilitatis Vicariæ immutare. n 9.

Vicaria perpetua nomen acquirit beneficij. n.8.

In dimiſſione Vicariæ perpetuæ aſſenſus requiritur Ordinarij. n.8.

Vnio.

Vnio iure pleno, eſt vnio quoad ſpiritualia, & temporalia. n.2.

In Eccleſia pleno iure Monaſterio vnita, titulus beneficij ſuppreſſus euaſit, & illius cura penes Abbatem, & Monachos reſidet abſque vacationis ſpe. n.2.

1 Electio Vicarij regularis, ſiue ſæcularis in Parochiali Eccleſia Oppidi de Elizondo, *R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.* Abbati, & Monachis Præmonſtratenſibus de Vrdax, binis deciſionibus coram me decreta fuerat, reſeruatâ tamen diſcuſſione, an valeat ab Abbate Vicarius ad nutum remoueri, vel perpetuus debeat potiùs, hoc eſt ad vitam nominari? Quo hodie propoſito dubio, electionem Vicarij amouibilis Abbati competere Domini reſponderunt.

Cùm enim Parochialis Eccleſia fuerit pleno iure, nedum ſcilicet corporalis, ſed etiam ſpiritualis reſpectu annexa Monaſterio, vt deciſiones præcedentes editæ abſolutè conuincunt, titulus beneficialis ſuppreſſus euaſit, ita vt cura illa abſque ſpe vacationis penes Abbatem, ac Monachos continuò cenſeatur reſidere, ex doctrina gloſſæ communiter recepta *in Clementina 1. verbo De menſa, de ſupplenda neglig. Prælator.* & *in Clement. 1. verbo Haberent, de reſcriptis.* Oldradus *conſ.157.n.15.* Rota *in Pampilonenſi iurium Parochialium, 19. Ianuarij 1663. in 1. §. coram R.P. D. meo Beuilaqua.* Quibus proinde electio Vicarij amouibilis, penes quem nudum dumtaxat reſidet exercitium, ex iuris diſpoſitione indulgetur, de qua per gloſſam *in Clementina 1. verbo Ad menſam, de exceſſibus Prælatorum*; & Monachum *in cap. Super eo, num.19. poſt medium, verſic. Et dic per Vicarium, de præbendis, lib.6.* Hoieda *de incompatibilitate beneficior. part.1. cap.15. num.4. &* 8. Rebuffus *in praxi beneficiorum, tit. de Vicariis perpetuis, num.6. &* 7. Garcia *de beneficiis, part.11. cap.2.n.3.* Lotterius *de re beneficiaria, lib.1. quæſt. 33.num.93.* Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, allegat.72.num.189.* Sanleger. *qq. benefic. lib.1. quæſt. 36.num.11.* Rota *deciſ.2.n.2. de exceſſibus Prælator. in nouis,* & *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 28. Martij 1659. coram R.P.D. meo Albergate,* & *in Pampilonenſi iurium Parochialium, 19. Ianuarij, 1663. §. Non obſtat, cum ſequentibus, coram R.P. D. Beuilaqua.* 2

Tum etiam ex conſtitutione ſanctæ memoriæ Pij V. inter impreſſas in Bullario *la 47. §.5. & 6.* vbi Regularibus Mendicantibus, cæteriſque vitam Monaſticam profitentibus tribuitur facultas, in Eccleſiis Parochialibus propriis Conuentibus annexis, eligendi Vicarium Religioſum ad nutum amouibilem, præuio tamen examine à loci Ordinario approbandum. In cuius terminis conſtitutionis idem tradiderunt Garcia *de beneficiis, part.2. c.1.n.13.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico vniuerſo, lib.3. c.8.n.8 ad finem.* Rota *coram Durano deciſ.24.n.27. & deciſ.88.n.1. & 2. & ſequentib. part.9. recentiorum.* 3

Nec viſa fuit vrgere diſpoſitio Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.7. c.7. de reformat.* Ibi enim Ordinariorum dumtaxat arbitrio remittitur, vt quoties Eccleſiarum regimini expedire dignouerint, perpetuos Vicarios adhibeant in quibuſcumque curatis Eccleſiis, tam Cathedralibus, quàm Monaſteriis vnitis; non autem neceſſitas eligendi Vicarium perpetuum Monachis iniungitur, vt aduertit Barboſa *in Collectan. ad idem Concilium, numer.15.* Rota *in Hiſpalenſi iuris amouendi curatos, 21. Iunij 1641. §. Immò, coram bonæ memoriæ Pentingerio,* & *in Pampilonenſi iurium Parochialium, 19. Ianuarij, 1663. § Quibus, coram R.P. D. meo Beuilaqua.* Quod tamen arbitrium in actu viſitationis, præuia partium citatione, ab Ordinariis exercendum, legitimam, vnà cum vtilitate Eccleſiæ, cauſam requirit, vt tradit Nauarrus *conſ. 11. numer. 7. de ſtatu Monachorum.* Flores de Mena *variarum reſolutionum* 4

lib. 1. *quaſt.* 10. *num.* 47. Garcia *de beneficiis, parte* 11. *cap.* 2. *num.* 8. *&* 9. *cum ſeqq* Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, allegat.* 72 *num.* 190. & *in collectan. ad Concilium Tredent. ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reformat. num.* 31. Rota *in Mindonienſi Parochialis*, 3. *Martij*, 1653. *in fine*, *coram R. P. D. meo Zarate.*

Præterea, Sacri Concilij diſpoſitio in hac
parte fuit innouata à Piana conſtitutione poſt-
5 modùm edita, expreſsè Regularibus Mendican-
tibus, ac Monachis in Eccleſiis Monaſteriis an-
nexis deferente electionem Vicarij Regularis ad
nutum remouibilis, vt aduertit Gonzalez *ad re-
gulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 3. *num.* 53. *&* 54.
vbi ita refert fuiſſe à Sacra Congregatione deci-
ſum. Garcia *de beneficiis, part.* 11. *cap.* 3. *num.* 13.
Barbuſa *de iure Eccleſiaſtico vniuerſo*, *lib.* 3. *cap.* 6.
num. 8. *&* 9. & *de officio*, *& poteſt. Epiſc. allegat.*
72. *num.* 190. *verſic. Quæ omnia confirmabis*: & *in
collectan. ad Concilium*, *ad dictam ſeſſion.* 7. *cap.* 7.
de reformat. num. 17. vbi loquitur in ſpecie de Pa-
rochialibus vnitis Monaſteriis Præmonſtraten-
ſium. Rota *in Pampilonenſi Vicaria de Stella*, 28.
Martij, 1659. §. *Non obſtat*, *coram R. P. D. meo
Albergato.*

Hinc non obſtat Conſtitutio Synodalis anni
1590. prohibens Abbatibus Regularibus remo-
6 tionem Vicarij abſque legitima cauſa. Illa ſiqui-
dem, vti diſpoſitioni iuris, nec non Pianæ con-
ſtitutioni contraria, nullius propemodum robo-
ris reputatur. Rota *decis* 16. *num.* 16. *&* 17. *part.* 6.
recentior. & in ſpecie reſponſum fuit *in Pampilo-
nenſi Vicaria de Stella*, 28. *Martij*, 1659. §. *Vlti-
mò*, *coram R. P. D. meo Albergato.*

In quam Domini ſententiam eo facilìùs incli-
narunt, quòd ſuper poteſtate eligendi Vicarium
7 amouibilem obſeruantia concurrit ex actibus
diuerſis elicita, quæ plurimum inſpici conſueuit
ad dignoſcendum, vtrum Vicaria temporalis, vel
perpetua potiùs exiſtat, vt notat Gonzalez *ad
regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 5. §. 3. *num.* 17. *&* 18. Gar-
cia *de benefic. parte* 11. *cap.* 2. *num.* 16. vbi, quod
in dubio præſumitur amouibilis. Barboſa *de iure
Eccleſ. vniuerſo*, *lib.* 3 *cap.* 6. *num.* 67. Rota *coram
Caualerio deciſ.* 350. *num.* 2. *cum ſeqq.* vbi decla-
ratur textus *in cap. vnico*, *de Capellis Monachor.
lib.* 6. & *deciſ.* 389. *num.* 6.

Cui ſanè obſeruantiæ non aduerſatur, quod
Vicarij per Abbatem electi, aliquoties ad obi-
8 tum vſque in exercitio curæ perſiſterent; cùm
enim illorum amotio ex mera Abbatis voluntate
penderet, Vicaria proinde non debet ex huius
modi vſu facultatis perpetua reputari, vt aduer-
tit gloſſa *in Clement.* 1. *verbo Renouari*, *de ſup-
plenda neglig. Prælator.* Abbas *in cap. Ad noſtram*,
5. *num. vndecimo*, *de confirmat. vtili.* Rebuffus *de
pacifica poſſeſſione*, *num.* 333. Gonzalez *ad regul.* 8.
Cancellaria, *gloſſ.* 5. §. 6. *num.* 35. *&* 36. Sanchez
ad præcepta Decalogi, *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 117. Rota
coram Caualerio, *deciſ.* 389. *num.* 4. & *deciſ.* 245.
num. 17. *parte* 6. *recentior.* Dum maximè Vicarij
ſæculares plures Vicariam in Abbatis manibus
dimiſerunt, nullo Ordinarij adhibito aſſenſu, in
dimiſſione perpetuæ Vicariæ, quæ beneficij no-
men aſſequitur, iuxta textum *in Clem.* 1. *de officio
Vicarij*, abſolutè requiſito, ad textum *in cap. Ad-
monet*, 4. *de renunciation.* vt reſpondet in ſpecie
Rota *in Pampilon. iurium Parochialium*, 19. *Ianuar.*
1663. §. *Non relevat*, *coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

9 Quin immò nec Abbas mediante nominatione
Vicarij perpetui potuiſſet Monaſterio, ac Vica-
riæ in ſtatu amouibili exiſtenti præiudicium in-
ferre. Vitalinus *in Clement.* 1. *num.* 56. *&* 57. *de
officio Vicarij*. Rota *in Salmantina Vicaria*, 15. *Mar-
tij*, 1596. *coram Blanchetto*, impreſſa per Garciam
de beneficiis, *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 94. In electione
quippe Vicarij ſuper Eccleſiis Monaſterio, ſeu
menſæ Capitulari vnitis, debet ad vnguem obſer-
uari Piana conſtitutio, quæ ex vi decreti irritan-
tis titulum inficit, ac poſſeſſionem, ita vt ne-
queant nominationes aliter habitæ aliquod ius,
ſeu poſſeſſionem aduerſæ parti tribuere, vt reſ-
pondit Rota coram Caualerio, *deciſ.* 395. *num.* 5.
in recentiorum deciſ. 16. *num.* 16. *&* 18. coram Bu-
ratto, *deciſ.* 214. *num.* 8. & *deciſ.* 88. *num.* 16. *part.* 9.
recentiorum.

Hinc Monaſterio obeſſe non poterit lis de an-
no 1620. ſuper coadiutore Vicarij ab Oppidi in- 10
colis inſtituta necnon mediante tranſactione
anni 1637. ſucceſſiuè terminata, in qua alterna-
tiuè fuit coadiutor conuentus, pro prima ſcili-
cet vice, Presbyter Sæcularis; pro altera verò,
Regularis. Quidquid enim ſit, an pro vnica vice
dumtaxat, vt Monachi aſſerunt, fuerit electio
Presbyteri ſæcularis in tranſactione decreta, vel
potius continuò, vt incolæ Oppidi contendunt,
inde viſa fuit obiectio corruere, quòd dum Vica-
ria in ſtatu manualis exiſtebat, illius natura, abſ-
que Apoſtolicæ Sedis aſſenſu, ab Abbate non po-
terat immutari, vt præter authoritates ſuperiùs
recenſitas, reſponſum fuit *in Peruſina beneficij*, 10.
Februarij, 1648. §. *Non obſtat*, *coram bonæ memoriæ
Bichio*, & *in Volaterrana Capellania*, 27. *Iunij*, 1650.
§. *In præſenti autem*, *coram bonæ memoriæ Dunno-
zetto.* Præſertim, quia nullus Vicariæ perpetuæ
titulus præceſſerat, cuius debet erectio legitimè
conſtitui, antequam Vicaria amouibilis in perpe-
tuam redigatur, vt notat Garcia *de beneficiis*, *part.*
11. *c.* 2. *num.* 15. vbi Sacræ Congregationis quoque
refert reſolutiones. Barboſa *in collectan. ad Conci-
lium Tridentinum*, *ſeſſ.* 7. *c.* 7. *de reformatione*, *n.* 19.
Quinimmò aliqui ex Dominis animaduertebant,
quod lis, ac ipſa tranſactio, vti ad coadiutoriam
expreſsè reſtricta, ſuas nequit vires ad Vicariam
porrigere.

Et ita Abbate & Monachis dumtaxat informan-
tibus, altera verò parte pluribus citationibus la-
ceſſità, informare recuſante, reſolutum.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

§. I.

Concluſio illa verſiculi, *Cùm enim*, quod data 1
vnione plenaris, quoad ius, tam ſpirituale, quã cor-
porale, ſeu tẽporale, Monaſterio facta, titulus be-
neficialis ſuppreſſus euadat, & cura illa, abſque ſpe
vacationis, penes Abbatem, & Monachos cõtinuò
reſidere cenſeatur; quoad primam illius partem,
de tituli ſuppreſſione, & extinctione, firmatur quã
à plurimis Doctoribus, quos recenſui, & fui ſequu-
tus *in qq. Paſtoral. parte* 2. *q.* 6. *de effectibus vnionis*,
effectu 1. & ſuprà *in addit. ad deciſionem* 4. *n.* 6. *verſic.
Cùm quæritur*, *n.* 20. 21. 53. 63. & *n.* 67. à Sacra etiã
Rota *coram R. P. D. Otalora*, *ſuprà la* 5. *n.* 20. *coram
R. P. D. Albergato*, *la* 6. *n.* 3. *coram Beuilaqua*, *la* 2.
n. 1. & infrà *coram R. P. D. Cerro*, *Decano*, *la* 17. *n.* 8.
coram dicto D. Albergato, *la* 23. *num.* 7.

Quoad ſecũdã verò partẽ, de reſidentia cõtinua 2
curæ animarũ penes Abbatẽ & Monachos, abſq;
vacationis ſpe, firmant quæ cumulaui *dicta q.* 6. *in
effectu*

effectu 4. *&* 5. Rota *coram R. P. D. Beuilaqua, la* 2. *hîc n.* 1. *coram R.P.D. Ninot, la* 3. *n.*6. *iunctis num.*3. *&* 4. & *addit. n.*4. *coram R.P.D. Otalora, la* 4. *num.*10. & *in addit. n.*66. *coram eodem, la* 5. *n.* 16. *&* 20. *coram R.P.D. Albergato, la* 6. *n.*2. & *in addit. num.* 1. *coram eodem R.P.D. Veroſpio, la* 10. *num.* 1. & *in addit. num. etiam* 1.

3 Concluſionem illam eiuſdem verſiculi, *Cùm enim*, quod electio Vicarij amouibilis, penes quem nudum reſideat exercitium, ſpectet ad Abbatem, & Monachos, quorum Monaſterio Parochialis Eccleſia fuerit pleno iure, quoad ſpiritualia, & temporalia annexa, firmant quæ dixi *in qq. Paſtoral. part.*2. *quæſt.*2. *de diuiſione vnionis, num.*9. 11. 12. 13. *&* 15. & dicta *quæſt.*6. *num.*13. *&* 23. Rota *coram R.P.D. Beuilaqua, ſuprà la* 2. *n.*1. *in fine, coram R.P.D. Ninot, la* 3. *n.* 2. 3. *&* 6. *in addit. ſimiliter num.*2. *&* 3. *coram R.P.D. Otalora, la* 4. *num.*10. *in addit. num.*66. *coram R.P.D. Albergato, la* 6. *num.* 2. *in addit. num.*1. *coram eodem, infrà la* 15. *num.* 1. *coram R. P. D. Cerro, Decano, la* 16. *num.*2. & *deciſ.*17. *num.*4. *&* 5.

§. II.

4 Concluſio verſiculi, *Tum etiam*, quod Monachis, & Mendicantibus ſit facta facultas eligendi Vicarium Religioſum ad nutum amouibilem, in Eccleſiis Parochialibus propriis Conuentibus annexis, firmatur etiam à Rota in hac eadem cauſa, *coram eodem R. P. D. Veroſpio*, 3. *Martij* 1664. *ſuprà la* 10. *num.* 10. *&* 16. *Iunij eiuſdem anni, num.*2. *la* 11. *& coram R.P.D. Otalora*, 16. *Iunij* 1665. *num.*1. *& coram R.P.D. Cerro, Decano*, 23. *Martij*, 1667. *num.*1. 4. *&* 5. *infrà las* 14. *&* 16. & *coram Ghiſlerio*, 3. *Iunij* 1643. *num.*2. *la* 8. vbi recenſentur ſpecialia priuilegia conceſſa Monaſteriis Ordinis noſtri Benedictini. Firmatur ſimiliter à S. Congregatione Concilij in decreto edito pro Congregatione Caſſinenſi, authoritate Vrbani VIII. inferiùs reddendo: à Pio item V. in conſtitutione, *Etſi Mendicantium Ordines*, & in conſtitutione, *Cùm intra noſtræ mentis arcana*, pro Congregatione noſtra: & à Clemente VIII. in conſtitutione, *Vt ea*, finali Bullarij noſtræ Congregationis. Exornatur à Flores de Mena, *in qq. variis*, *q.*10. *libri* 1. *num.* 39. à Riccio *in praxi variarum reſolut. reſolut.* 293. *num.*5. *concl.*6. Caſtro Palao *part.* 2. *tractat.* 13. *diſput.*1. *punct.* 3. §. 1. *num.*14. Leſſio *de iuſt. lib.*2. *cap.*51. *num.*98. *verſic. Vbi notandum.* Sanchez *in Decalogum lib.*7. *cap.*29. *num.*66. Felino *in cap. in noſtra, corollar.* 40. *num.* 42. *notabili* 3. *de reſcriptis.* Selua *de beneficiis, part.*3. *quæſt.* 11. *n.* 126. Lezana *in ſumma qq. Regular. tom.*1. *p.*2. *cap.*18. *num.*25. Ab Angelo *conſil.*247. & Card. Tuſcho *tom.*1. *litt. B. concluſ.*76. *num.*3. quos fui ſequetus *in qq. Paſtoralibus, parte* 1. *quæſt.* 2. *diuiſ.* 2. *num.*23. *&* 24. *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 15. *quæſt.* 6. *num.*1. *&* 8. & *part.*3. *quæſt.*17. *num.*9. *& ſeqq.*

§. III.

5 Pro concluſione verſiculi, *Nec viſa fuit*, quod ſcilicet Concilium Trident. *ſeſſ.*7. *cap.*7. *de reformatione*, non iniungat Epiſcopis neceſſitatem eligendi Vicarios perpetuos in Eccleſiis Curatis, Monaſteriis, & Cathedralibus Eccleſiis vnitis, adeſt, præter ibi adducta, Rota *coram R.P.D. Albergato*, 28. *Martij* 1659. *ſuprà la* 9. *num.* 4. & *coram Peña*, 20. *Nouembris*, 1598. *in Portugall. Vicariæ, tomo eius* 1. *la* 726. *ſol.* 511. *& poſt meas qq. Paſtorales, la* 31. *num.*3. ibi: *Neque Pinto ſuffragabatur erectio perpetuæ Vicariæ, facta per Epiſcopum Portugallenſem anno* 1588. *cum aſſignatione certi ſalarij, & quadam domo, & prædio. Quoniam reſpondebatur, illam erectionem fuiſſe inualidam, tanquam factam de Eccleſia vnita, & Congregationi annexa.* Et coram R. P. D. Ninot, in deciſione ſuperiùs tertio loco appoſita, *n.* 8. Sacra etiam Congregatio Concilij in declaratione, quam in publico inſtrumento ex Roma miſſo, teſtatur Flores de Mena *loco citato*, ſeipſum vidiſſe, continente, non poſſe Epiſcopum deputare pro ſeruitio beneficij Monaſterio vniti perpetuum Vicarium. Et ita ſentiunt dictus Author, Gordonus Sanchez, vterque Roderiquez, quos recenſui, & fui ſequutus *in dictis quæſtionibus, part.*2. *quæſt.* 2. §. 7. *num.* 13. Deciſio R. P. D. Zarate, in præſenti allegata, ad firmanda ea, quæ dicuntur in dicto verſiculo, *Nec viſa*, poſt recenſionem R. P. D. Beuilaquæ, habetur poſt dictas quæſtiones, & eſt 29. in qua *num.* 17. prædicta firmantur omnia.

6 Pro eis, quæ habentur *in* §. *Præterea*, facit Rota *in Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia, coram R.P.D. Ninot*, quæ extat *ſuprà la* 3. *n.*8. & deſeruiunt quæ ibi, *num.*5. addidi.

§. IV.

7 Concluſio verſiculi, *Hinc non obſtat*, de nullitate Conſtitutionis Synodalis Pampilonenſis, diſponentis, non poſſe Abbates remouere Vicarios amouibiles abſque legitima cauſa, firmatur nedum in deciſione R. P. D. Albergati, in ea citatas in cauſa Vicariæ de Stella; ſed etiam in ſententia diffinitiua ab eodem in eadem lata, & in executorialibus ab ipſomet relaxatis & executioni demandatis: & in præſenti cauſa Vicariæ de Elizondo, 24. *Aprilis* 1665. *coram R. P. D. Otalora, la* 13. *ſequenti, num.* 5. *&* 16. *Iunij de anno* 1665. *la* 14 *num.*4. & *coram R.P.D. Cerro, Decano*, 23. *Martij* 1667. *la* 17. *num.*9.

8 Circa verſiculum, *in quam Domini*, vbi, quod in dubio Vicarius præſumatur amouibilis; addenda venit Rotæ deciſio Parochialis S. Andreæ, Ianuenſis, 19. Aprilis 1627. coram Vbald. *n.*17. *la* 3. *poſt meas quæſtiones Paſtorales.*

9 Circa verſiculum, *Cui ſanè*, venit adnotandum, quod facultatiua non amittuntur, niſi in caſu, quo volens facultate vti, prohibeatur, & prohibitioni acquieſcat. Ita in indiuiduo coram R. P. D. Cerro, Decano, *infrà deciſ.*17. *num.*9. & apertè colligitur ex alia Deturſenſi à Vicariæ, 22. Aprilis, 1624. coram Merlino, *num.*5. *la* 21. *poſt meas quæſt. Paſtorales*, ex Iacobo de Graſſis *in deciſionibus aureis, part.*1. *lib.*2. *cap.*96. *n.*47. & ex Illuminato Morono *in centum reſponſis, reſp.*3. *num.*50.

§. V.

11 Concluſio illa verſiculi, *Quinimò*, quod Abbas non poſſit Monaſterio, aut Vicariæ in ſtatu amouibili exiſtenti, præiudicium inferre, firmatur per ibi, & *verſic. Hinc Monaſterio, ſequenti*, tradita, & per ea, quæ docent Flores de Mena *variarum qq. lib.*1. *quæſt.*10. *art.*2. *num.*13. Riccius *in praxi variarum reſolutionum, reſol.*293. *ſub n.*2.

verſic. Pro parte, & ego ipſe *in qq. Paſtoralibus, part.3. quæſt.17. num.18.* & *part.4. quæſt.3. ſect.2. concluſ.2. num.14.* Et probatur argumento à ſimili, quod optimè valet, Barboſa teſte *in tract. locorum argumentorum iuris, loco* 101. Argumentum igitur deſumitur ab Epiſcopo, qui nec ſucceſſoribus, nec Eccleſiæ præiudicat ſuæ, mediis ſuis coofeſſionibus, vt idem Riccius probat *reſolut.* 335. *num.4.* ex gloſſa, Abbate, Felino, & aliis *in cap. fin. de præſcriptionibus*, Federico de Senis *conſil.*143. *num.*42. & Angelo *conſ.* 245. *num.* 8. cum ſimilbus. Et vlteriùs ex eo, quod licèt Prælati in acquirendis, ſeu in non acquirendis, per ſe ſolos valeant ſuis Conuentibus præiudicare, non tamen in jam acquiſitis, vti dixi *in diſquiſitionib. Moralib. tom.1. tract.7. diſquiſit.6. dub.14. n.2.* & *ad conſtitutionem 6. num.77.* Conuentus autem, & Monaſteria ius habent acquiſitum ad deputandos Vicarios amouibiles in Eccleſiis ipſiſmet vnitis Ergo à Prælatis in eorum amouibilitate præiudicari non poſſunt.

DECISIO XIII.

R. P. D. Otaloræ.

In eadem Pampilonenſi Vicaria de Elizondo, 24. Aprilis 1665.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbas de Vrdax, iuriſdictionem Epiſcopalem priuatiuam quoad Epiſcopum habet in oppido Zugarramurdi. n.6.

Conſtitutio.

Synodalis conſtitutio Pampilonenſis circa inamouibilitatem Vicariorum amouibilium, non eſt attendenda. n.5.

Probatio.

Quandoque per ſcripturas fieri debet, ita vt per teſtes fieri non valeat. n.3.

Remiſſoria.

Non conceditur quando materia articulatæ releuantia deficit. n.1.

Aliqui irreleuantia recenſentur caſus. n.2. & ſeq.

Quando probatio fieri poteſt per ſcripturas, remiſſoria non conceditur. n.3.

Nec conceditur ad probandum per teſtes, cuius contrarium per ſcripturas conſtat. o.3.

Super materia, qua alij teſtes fuerunt examinati, non conceditur. n.3.

Nec conceditur ad probandam interpretationem contrariam illi, quam Rota præſtitit. n.5.

Teſtes.

In priori examine inducti, meliores, & magis inſtructi cenſentur. n.4.

Vnio.

Non opponitur vnioni plenariæ, quod Ordinarius viſitet, & iuriſdictionem exerceat in Eccleſia vnita. n.2.

1 SEntentiâ latâ coram R. P. D. meo Veroſpio, pronunciatum fuit ſpectare ad D. Abbatem, & Monaſterium Sancti Saluatoris de Vrdax, ius deputandi, ac nominandi in Vicarium Eccleſiæ Parochialis loci de Elizondo, Sacerdotem ſæcularem, vel regularem arbitrio ipſius Abbatis, & Monaſterij, ab Ordinario approbandum: nunc ex parte incolarum dicti loci varij producuntur articuli, ad quorum probationem petitur remiſſoria, quam Domini denegandam eſſe cenſuerunt. Deficit enim releuantia materiæ articulatæ, ſine qua non conceditur. Caſſodorus *deciſ. 3. de dilationibus.* Rota *deciſ.*315. *n.2. part.6. recentiorum*, cum adductis *in Romana, ſeu Ianuenſi pecuniaria, 5. Martij 1663. §. Nam cùm, coram me.*

2 In primo, tertio, quarto, & quinto articulatur, quod Eccleſia Parochialis oppidi de Elizondo eſt ſæcularis, & communiter reputatur pleno iure ſubiecta Ordinario Pampilonenſi, & illam viſitat iuriſdictione non delegata, conceditque ſepulturam, quod nihil habet commune cum iſta cauſa, in qua tantùm agitur de Vicaria, & cura animarum, quas Abbas, & Monachi eorum Monaſterio annexas eſſe prætendunt, & quarum vniones in nihilo præiudicant Ordinariis in ſuis iuribus, cùm ſtent inſimul vnio Parochialis pleno iure ad Monaſterium, & iuriſdictio Epiſcopi, vt in terminis notarunt Imola *in cap. de Monachis, n.6. de præbendis*, Rebuffus *in praxi beneficiorum, parte 1. tit. de vnione beneficior. gloſſa 11. num.13.* & rectè explicat Flores de Mena *variar. qq. lib.1. quæſt.10. num.1.* Riccius *in praxi variar. reſolut. tom.1. reſol.* 293. *num. 4. verſic. Quarta concluſio.* Petrus de Murga *quæſtionum Paſtoralium part.1. quæſt.2. diuiſ.1. num.47.*

3 Nec releuat quod in primo articulo continetur, ſcilicet ad dictam Vicariam fuiſſe nominatos Preſbyteros ſæculares, qui habuerunt ab Ordinariis titulum, & inſtitutionem: vel quia inſtitutiones non fiunt in voce, ſed in ſcriptis, & ideo deberent probari per ſcripturas: quando autem probatio fieri poteſt per ſcripturas, non eſt danda remiſſoria ad probandum per teſtes. Seuerolus *in tract. de remiſſor. cap. 9. num. 4.* & *cap. 10. num.1.* Rota *coram Caualerio, deciſ.87. num.1. in recentior. deciſ.*142. *num.7. part. 6. deciſ.*243. *num.2.* & *deciſ.*252. *num.1. & ſequentib. parte 7.* Vel quia cùm ex parte Monaſterij contrarium fuerit probatum ex ſcripturis extractis ab Archiuio Ordinarij, non eſt concedenda remiſſoria ad probandum per teſtes id, cuius contrarium conſtat ex ſcripturis. Burattus *deciſ.*351. *num.1.* Merlinus *deciſ.*369. *num.1.* & 582. *num.*10.

4 Super ſecundi verò articuli materia teſtes fuerunt examinati, vt conſtat ſummario incolarum, *num.4.* & Abbatis *num 2. litt.B.* Remiſſoria autem non conceditur ſuper materiis, quibus alij teſtes fuerunt examinati; quia præſumuntur meliores, & magis inſtructi teſtes in primo examine inducti. Rota *coram Merlino deciſ.* 369. *num.1.* & *in recentior. deciſ.*406. *num.2. part.2.*

5 In eodem etiam ſecundo articulo proponitur, quod volentibus Abbate, & Monachis amouere Vicarios, hi reſiſtentiam fecerint, & continuauerint in exercitio. Et etiam irreleuans eſt, cùm non exprimatur tempus, neque perſona: & talis reſiſtentia potuit fieri attenta conſtitutione Synodali, quâ prohibitum erat Regularibus remouere Vicarios ad eorum libitum; at verò, cùm deciſione hac cauſa emanata ſub die 23. Nouembris, 1664. coram R. P. D. meo Veroſpio, §. *Hinc non obſtat*; renuerit Rota, hanc conſtitutionem non eſſe attendendam, vti contrariam diſpoſitioni iuris, & conſtitutioni Pianæ, huiuſmodi actus, quatenus probarentur, non ſuffragantur,

gantur, nec eſt danda remiſſoria ad probandam interpretationem contrariam illi, quam illuſtriſſimi Patres dictæ conſtitutioni præſtiterunt. Rota *in recentior. deciſ.* 219. *num.* 8. *parte* 6. *deciſ.* 31. *num.* 4. & 5. & *deciſ.* 217. *num.* 7. *parte* 7.

6 Sextus denique, & vltimus articulus continet, quod Monaſterium de Vrdax habet aliam Eccleſiam Parochialem vnitam, quæ nuncupatur de Zugarramurdi, cuius cura adminiſtratur per Religioſos, in qua Epiſcopus non exercet iuriſdictionem. Et hoc nihil refert, quia in dicta Eccleſia Abbas habet iuriſdictionem Epiſcopalem priuatiuè quoad Epiſcopum, quam habere non intendit in Eccleſia de Elizondo: & ideo dicti articuli, vti non conducentes ad cauſam, & fruſtratorij, non ſunt admittendi pro conceſſione remiſſoriæ. Rota *in recentior. deciſ.* 211. *n.* 23. *in principio*, *parte* 8. cum vulgaribus.

Et ita vtraque, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 Concluſionem verſiculi primi, quod deficiente releuantia materiæ articulatæ, non concedatur remiſſoria, tenuit etiam Rota coram Coccino *in Pampilonenſ. Parochialis de Stella*, 23. *Iun.* 1603. *num.* 3. inter eius impreſſas Lugduni anno 1623. eſt 121. & *in Taurinenſi decimarum*, 18. *Maij* 1607. *num.* 1. *la* 345. *ex l. Ad probationem*, *Cod. de probationibus*. Gloſſa & Baldo *in cap. Cùm contingat, de officio delegati*, Caſſador. *deciſ.* 2. *de dilationibus*, Caputaquenſi *deciſ.* 66. *parte* 3. Paleot. *deciſ.* 294. & Mohed. *deciſ.* 199. Et tunc quidem irreleuantia articulorum contingit, quando illis probatis, non releuarent ad obtinendam in cauſa victoriam per articulos prodeuntem.

§. II.

2 Circa illud dictum verſiculi, *In primo*, quod *vniones Eccleſiarum Parochialium Monaſteriis facta, in nihilo præiudicent Ordinariis in ſuis iuribus*; adnotare duxi, quod ſi vniones ſint plenariæ, quoad ſpiritualia, & temporalia, & factæ reperiantur Monaſteriis exemptis ab Ordinariorum iuriſdictione, Eccleſiæ ſic vnitæ ab eadem remanent exēptæ. Et ratio efficaciſſima in promptu eſt. Quia effectus vnionis plenariæ eſt, vt Eccleſia ſic vnita amittat omnes qualitates, quas ante vnionem habebat, imò & propriam naturam; & acquirat omnes qualitates, & naturam illius, cui vnitur, vti latiſſimè probaui *in quæſtionibus Paſtoralibus*, *parte* 2. *quæſt.* 6. *de effectib. vnionis*, *effectu* 2. ita vt Eccleſia ſæcularis per vnionem Regulari factam, Regularis reddatur, vti *ibidem* prolixè, *effectu* 6. oſtendi, & firmauit Rota *in Pampilonenſi iurium Parochialium de Mendauia*, 19. *Ianuarij* 1663. *coram R. P. D. Beuilaqua*, *ſuprà la* 2. *num.* 1. & 4. *coram eodem R. P. D. Otalora*, 11. *Martij* 1667. *num.* 13. *ſuprà la* 5. & in præſenti cauſa de Elizondo, *coram R. P. D. Veroſpio*, 3. *Martij* 1664. *num.* 10. *ſuprà la* 10. & pro decimo octauo effectu vnionis aſſignaui hunc, quem intendo, *vt Eccleſia acceſſoriè vnita* (ſcilicet iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia) *ſi ante vnionem exempta erat, & principalis ſubiecta, efficiatur & ipſa vnita ſubiecta, & amittat exemptionem*; *è contra verò, ſi principalis exempta, & libera erat*, & *annexa ſubiecta, exempta & hac, liberaque fit.* Pro quo allegaui. Tamburin. *de iure Abbatum*, *tom.* 3. *diſputat.* 15. *quæſito* 5. *num.* 5. & Azotium *Inſtitution. Moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 2. Qui vnus poſt alium ſic, vt ſequitur, fatur.

Et Azorius quidem ſic ait de vnione duarum 3
Eccleſiarum. Huiuſmodi coniunctio duobus modis fieri poteſt. Aut enim ambæ in vnum corpus confunduntur, aut vna alteri accedit; & tunc hæc, quæ alteri adhæret, alterius naturam, conſuetudines, & priuilegia acquirit, *cap. Recolentes, de ſtatu Monachor.* §. *vlt.* Quare ſi exempta Eccleſia alteri, quæ non eſt exempta, coniungitur, libertatem amittit, & è contrario. Item ſi Eccleſia ſæcularis Regulari connectitur, fit quoque Regularis. Hactenus Azorius: Aſcanius autem Tamburinus illo, & Nauarr. *in conſilio* 1. *n.* 2. & 3. *tit. de maioritate*, & *obedientia*, Leſſio *de iure*, & *iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 148. & Garcia *de beneficiis*, *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 18. citatis, in ſequentia prorumpit.

Tertio modo fit (vnio) acceſſoriè, cùm vna 4
Eccleſia alteri ſubiicitur... Itaque ſi hoc tertio modo Abbatiæ annecteretur aliqua Eccleſia, ſortiretur naturam, iura, & priuilegia ipſius Abbatiæ: quia vnitum aſſumit naturam, conſuetudines, & priuilegia principalis, cui eſt annexum, argumento textus *in l. Cùm principalis, ff. de iureiurando*. Gloſſa *in dicto cap. Et temporis* (16. *quæſt.* 1.) & *dict. cap.* 1. (*Ne Sede vacante.*) Nauarr. *conſil.* 6. *n.* 2. *de verborum ſignificatione*: & amittit propriam prærogatiuam, ita vt ſi Eccleſia exempta eſſet incorporata Eccleſiæ non exemptæ, amitteret exemptionem, & è contra. Nauarr. *conſil.* 10. &c. Hæc Aſcanius.

Et certè noſtrum adnotatum ſignanter militat 5
in Eccleſiis vnitis Monaſteriis Congregationis Sanctæ Iuſtinæ, aliàs Caſſinenſis, ac noſtræ, & fortè aliarum per communicationem priuilegiorum illius, in vim conſtitutionis Eugen. Papæ IV. (incipit, *Etſi ex debito*,) editæ Florentiæ anno 1434. 7. Kal. Martij, in qua *Eccleſias, & Capellas, etiamſi ipſis cura animarum immineat, ac earum Capellanos, etiam curam habentes animarum*, ita eximit *à quorumcumque Legatorum, Delegatorum, & Subdelegatorum, necnon Nuntiorum Apoſtolicæ Sedis, Vicariorum, Rectorum, & quorumvis Officialium Romanæ Eccleſiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiſcorum, Epiſcoporum, Electorum, Adminiſtratorum, & aliorum quorumcunque Iudicum ordinariorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione, vt ratione delicti, exceſſus, ſeu contractus, aut rei de qua agitur, vbicumque iniatur contractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſvis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ, ac de indulto huiuſmodi ac Congregatione præfata mentionem expreſſam faciente, quomodolibet directè, vel indirectè ferre, ſeu promulgare non poſſint.* Omnia hæc expreſſa habentur in dicta conſtitutione, *num.* 1. & 2. & *in n.* 10. eximit etiam à procuratione. Ratione cuius exemptionis, de qua Tamburinus *tom.* 1. *de iure Abbatum*, *diſput.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 47. noſtra Congregatio Hiſpana obtinuit anno 1599. à Sacra Rota litteras executoriales, inſertis tribus ſententiis diffinitiuis, contra Archiepiſcopum Burgenſem, & illius Eccleſiam Cathedralem, per quas

Eccleſiæ

Eccleſiæ vnitæ Monaſteriis noſtris, earumque Capellani, & Miniſtri declarantur à dicta procuratione, ratione viſitationis de iure debita, immunes, & exempti. Et quidem dicta Eugeniana penes me authentica remanet, & inuenitur canonizata à S. Rota 25. Maij 1618. *in Bononienſi exemptionis, coram R. P. D. Veroſpio*, penes Lezanam *tom. 3. in Mare magnum Eremitarum Sancti Auguſtini*, §. 34. *num.* 108.

6 Vnde eſt, quod licèt Epiſcopi poſt Tridentinum, Eccleſias Monaſteriis exemptis pleno iure vnitas viſitent; non tamen in vim iuriſdictionis ordinariæ, ſed delegatæ, per dictum Concilium *ſeſſ. 7. cap. 7.* vti firmauit Rota in hac cauſa Vicariæ de Elizondo, *7. Iunij 1666. infrà la 36. n. 4.* & *13. Martij, 1667. la 27. num. 11.* Quocirca videantur à me dicta *ad deciſionem* 10. *à num.* 14.

7 Vnde ſecundò eſt, quod ſtent inſimul vnio Parochialis pleno iure ad Monaſterium, & iuriſdictio Epiſcopi, quando Parochialis non reperitur vnita Monaſterio exempto; ſecus quando exempto; niſi tantùm reſpectu laicorum, quorum reſpectu, etiam poſt vnionem plenariam, retinet omnem ſuam iuriſdictionem ordinariam, ex quo populus non eſt exemptus: ob quam certe cauſam, Vicarius Eccleſiæ exemptæ, ratione vnionis plenariæ, accipere debet ab Epiſcopo licentiam adminiſtrandi curam, quæ idem importat, ac inſtitutio authorizabilis: de quibus alibi ſæpè.

8 Pro coronide omnium, quæ in hac annotatione dixi, videantur à me reddita *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, tom. 1. tract. 1. diſq. 3. dub. 1. §. 1. à pag. 15.* vbi inter alia ad præſens argumentum ſpectantia, ſolidè probaui, Abbates habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Eccleſiis iure pleno, ſeu ad menſam vnitis ſuis Monaſteriis, etiam reſpectu Clericorum ſæcularium illarum, Vicariorum, Capellanorum, & aliorum miniſtrorum. Ita *num.* 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 18. *& ſeqq.* & §. 2. *num.* 37. *&* 38. probaui, poſſe etiam in dictis Eccleſiis Pontificalia exercere.

§. III.

9 Concluſionem verſiculi, *Nec releuat*, ſcilicet, *quod quando probatio fieri poteſt per ſcripturas, remiſſoria non conceditur*, firmauit etiam Rota coram Coccino *in Pampilonenſi Statutorum*, 16. *Ianuarij*, 1604. *la* 149. *num. 2. inter eius impreſſas*, & *in Montis Faliſci beneficij*, 26. *Martij* 1604. *la* 165. *num.* 3. ex Ægidio *deciſione* 384. & ex Puteo *deciſ.* 366.

10 Concluſionem eiuſdem verſiculi, *quod non detur remiſſoria ad probandum per teſtes contrarium eorum, quæ fuerint per ſcripturas probata*, firmauit etiam Rota coram eodem Coccino, quatenus *in deciſ.* 131. *num. 2. in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 23. *Iunij* 1603. ex alia Calagurritana beneficij, coram Bubalo, & *in deciſ.* 235. *num.* 17. *in Feltrenſi præbenda*, 6. *Iunij* 1605. cum Innocentio *in cap. Cùm Ioannes, num. 6. de Fide inſtrumentorum*, & eum Aymon. *conſil.* 54. *num.* 15. dicit, quod probatio facta per ſcripturas, præualet probationi factæ per teſtes. Ex qua vtique doctrina colligitur, quod probatio facta per teſtes inutilis, & irreleuans ſit contra id, quod ex ſcripturis conſtat. Remiſſoria autem non conceditur deficiente releuantia materiæ articulatæ, vti ex eodem Coccino, & aliis diximus ſuprà *num.* 1.

11 Circa verſiculum, *Super ſecundi*, adnotandum venit, quod quando adeſt dubium, an idem articuli noui, & veteres continerent, & articuli noui ſunt magis ſpecificati, quàm primi, ſuper quibus fuit examinatum in partibus, remiſſoria eſt concedenda, vti per Abbatem *in cap. Fraternitatis, num. 8. per totum, de teſtibus*, reſoluit Rota 19. Februarij, 1601. *in Bononienſi remiſſionis mercedis, coram Coccino, la* 33. *num.* 2. & fuit penes eum reſolutum *in Ariminenſi Caſtrorum*, 7. illius Menſis, coram Decano tunc temporis exiſtente.

DECISIO XIV.

R. P. D. Ottaloræ.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 19. Iunij 1665.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Synodalis Conſtitutio Pampilonenſis circa inamouibilitatem Vicariorum amouibilium, non eſt attendenda. n. 4.

Epiſcopus.

Iuriſdictionem exercet Epiſcopus delegatam in Eccleſiis pleno iure Monaſteriis vnitis. n. 2.

Probatio.

Quando per ſcripturas fieri debeat, ita vt per teſtes facta non valeat. n. 3.

Remiſſoria.

Non conceditur, quando materia articulata releuantia deficit. n. 1.

Recenſentur aliqui irreleuantia caſus. n. 2.

Quando articulus deductus calumnioſus eſt, & quando irreleuans, non conceditur. num. 2.

Nec conceditur ad probandum per teſtes, quod valet per ſcripturas probari. n. 3.

Quando concludens probatio haberi non poteſt, concedi nequit. n. 6.

Teſtes.

In priori examine inducti, meliores, & magis inſtructi cenſentur. n. 6.

1 Domini confirmarunt deciſionem coram me emanatam 24. Aprilis, 1665. qua incolis oppidi de Elizondo fuit denegata remiſſoria, ob irreleuantiam materiæ articulatæ, ex fundamentis ibi adductis, etiam nunc firmis remanentibus, non obſtantibus his, quæ in hac propoſitione adducuntur.

2 Non primus articulus additionalis, quo continetur, Epiſcopum Pampilonenſem exercere iuriſdictionem in Eccleſia de Elizondo, etiam in concernentibus curam animarum, prout exercet in cæteris Parochialibus. Vel quia hoc poteſt intelligi de iuriſdictione delegata ſibi competente in vim Sacri Concilij Trident. in Parochialibus vnitis Monaſteriis, ex diſpoſitione illius *ſeſſ. 7. de reformatione, cap. 7.* & *ſeſſ. 21. de reformatione, cap. 8.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 75. *n.* 12. *& ſeqq.* Ventriglia *in praxi fori Eccleſiaſtici, annotat.* 48. *num.* 84. & reſpondit Rota *in deciſione*

hac

hac cauſâ emanata, 3. Martij 1664. coram R. P. D. meo Veroſpio, in §. Hinc verò. Vel quia deducitur in vltimis huius cauſæ audientiis; & ſic articulus redditur calumnioſus. Et vrget ſuſpicio, quòd remiſſoria petatur ad defatigandas partes, & impediendam cauſæ expeditionem, vt firmant Spad. *conſ. 373. num. 2 lib. 2.* Rota *deciſ. 323. lib. 3. part. 3. diuerſorum,* & coram Vbaldo *deciſ. 770. num. 7. & 140. num. 15.* & *344. num. 5.* & *in recentiorum deciſ. 216. num. 1.* & *363. n. 14. part 9.* maximè cùm prædicta non fuerint allegata, nec incolæ talem deduxerint prætenſionem, quam omiſiſſe non eſt veriſimile, ſi illa ſubſiſteret: & hac ſtante veriſimilitudine, articulus redditur irreleuans, & deneganda eſt remiſſoria. Rota *coram Vbaldo dicta deciſ 344. num. 6. coram Eminentiſſ. Ottobono, deciſ. 36. ſub num. 5. verſic. Quibus accedit.*

3 Nec ſecundus articulus, continens, quod pluries ad dictam Vicariam fuerint nominati Presbyteri ſæculares, qui habuerunt ab Ordinariis titulum, & inſtitutionem, aliquam habet releuantiam; nam præter quod contrarium à Monaſterio probatur ex obſeruantia ſubſecuta, vt firmatur in deciſione huius cauſæ ſub die 26. Nouembris 1664. *coram R. P. D. Veroſpio,* deberet probari per ſcripturas, cùm inſtitutiones non fiant in voce, ſed in ſcriptis, & ſic non eſt danda remiſſoria ad probandum per teſtes. Rojas *deciſ. 225. num 2.* cum allegatis in deciſione, quæ reuidetur, §. *Nec releuat.*

4 Quatenus verò idem articulus ſubiungit, quod volentibus Abbatibus remouere Vicarios, hi continuauerint contradicentes eiſdem Abbatibus, eadem irreleuantia laborat; quia non exprimitur qui Vicarij contradixerint, non tempus, non cauſa contradicendi: & ita eſt omnino vagus, & imaginarius Rota *coram Gregorio deciſ. 311. n. 5.* vbi Addition & *deciſ. 315. num. 6. part. 6. recentiorum.* Imò nec probatus releuaret, cùm reſiſtentia fieri potuerit vigore Synodalis Conſtitutionis, quâ prohibitum fuerat Regularibus remouere Vicarios ad eorum libitum; eamque non eſſe attendendam dixit Rota in deciſione, quæ reuidetur, §. *In eodem.*

5 Minoris releuantiæ eſt tertius articulus, vbi dicitur, quod Abbas, & Monachi S. Saluatoris de Vrdax, nec habuerunt, nec habent aliquam iuriſdictioenm ſpiritualem in Parochiali Eccleſia de Vrdax, nec in illius cura, Vicaria, ſeu beneficio curato; ſed quod dicta iuriſdictio ordinaria ſpectauit, & ſpectat ad Dominum Epiſcopum. Eſt enim directè contrarius ſexto articulo iam exhibito in Rota, vt ex ſummario, *num.* 2.

6 Quartus denique articulus, continens, quod Domini Abbates percipiunt ſolummodo partem decimarum Parochialis de Elixondo, cùm altera pars percipiatur per Priorem de Vellate, quodque Vicarij pro tempore perceperunt primitias, & oblationes independenter à Domino Abbate, & Monachis; & rurſus, quod Domini Epiſcopi diſpoſuerunt de eleemoſynis, & ſepulturis dictæ Eccleſiæ, irreleuans eſt, dum talis materia fuit in partibus articulata, & teſtes examinati, *ſummario præſenti Abbatis, num. 5.* & ſic redolet calumniam petitio remiſſoriæ. Præſumuntur enim meliores, & magis inſtructi teſtes in priori examine inducti. Rota in deciſione, quæ reuidetur, §. *Super.* Et cùm ex eis nulla concludens habeatur probatio, multò minùs haberi poteſt ex aliis teſtibus, ac proinde remiſſoria non eſt concedenda. Caputaquenſ. *deciſ. 50. n. 6. part. 3.* Rota *in recentiorum deciſion. 712. num. 5. part. 1.* & *deciſ. 406. num. 2. part. 2.* Merlinus *deciſ. 101. n. 5. verſic. Ex abundanti.*

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Cæterùm, quod Abbas, & Monachi in partibus allegauerint, ſe eſſe capaces Eccleſiarum Parochialium, in nihilo præiudicat, cùm ſuper hoc reportauerit primam deciſionem R. P. D. Veroſpij, à qua non fuit receſſum in ſecunda, ſed tantùm dictum, quod non erat neceſſe hunc articulum diſcutere, dum conſtabat Parochialem, de qua agimus, fuiſſe pleno iure vnitam Monaſterio, vt ex lectura ſecundæ deciſionis manifeſtè conſtat. 7

Ex quibus, iunctis aliis in prima deciſione deductis, Domini ſteterunt in deciſis, vtraque parte informante. 8

Additiones, & Annotationes.

Pro eo quod verſiculo, *Non primus,* dicitur de iuriſdictione delegata, quâ Epiſcopus vtitur in Eccleſia Monaſterio vnita, videantur addita *ad deciſionem* ·0. *à num. 14.* 1

Circa illud, quod quando articulus eſt calumnioſus, remiſſoria conceditur, adnotandum eſt, quod licèt propter præſumptam calumniam non facilè denegetur remiſſoria, vti firmauit Rota 1. Decembris 1600. coram Coccino, *la* 10. *n.* 8. & 23. Iunij 1603. *la* 121. *num.* 1. quæ adeſt 15. *poſt meas qq. Paſt.* & *deciſ. 122. num.* 2. & *deciſ. 338. num. 3.* citatis Ægidio *deciſ. 624. in fine.* & Caſſador. *deciſ. 3. de dilationib.* & fuiſſe ſæpè reſolutum dicitur *in dicta deciſ.* 122. ſi tamen calumnia ſit vehemens, & maxima illius præſumptio, receditur ab hac regula, & denegatur remiſſoria. Rota *coram Orioienſ. in Caurienſi iuriſdictionis, 16. Februarij* 1587. & coram Coccino *in deciſ. 121. n. 1.* & *deciſ. 339. num. 1.* 2

Pro verſiculo, *Nec ſecundus,* faciunt deciſio præcedens, ſub die 24. Aprilis 1665. *verſic. Nec releuat,* & quæ circa illum addidi *num.* 9. 3

Quæ in verſiculo, *Quatenus verò,* dicuntur, firmant, quæ dicta fuerant in præcedenti deciſione, *verſiculo in eodem.* 4

DECISIO XV.

R. P. D. Otaloræ.

In eadem Pampilonenſi Vicaria de Elizondo, Veneris 19. Iunij, 1665.

BREVIARIVM.

Vicarius.

Abbas de Vrdax deputare poteſt in Eccleſia de Elizondo Vicarium Sæcularem, aut Regularem amouibilem ad nutum. n. 1.

Vicarios ſæculares aſſumere poſſunt Regulares ad inſeruiendum propriis Capellis, & Eccleſiis abſque alteratione ſtatus Regularis. n. 4.

Vnio.

Validitas vnionis reſultat ex his, quæ recenſent Verallus, & Rota. n.1.

Plenaria vnioni non opponitur, quod Ordinarius viſitet, & iuriſdictionem exerceat. n.3.

Eccleſia poteſt eſſe vnita iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, quoad curam animarum, licèt non ſit vnita quoad iuriſdictionem Epiſcopalem. num.3.

1 DOmini confirmarunt ſententiam latam à R. P. D. meo Veroſpio, ſuper iure competente Abbati S. Saluatoris de Vrdax, Ordinis Præmonſtratenſis, deputandi ad libitum Vicarium Regularem, ſeu ſæcularem ad nutum amouibilem pro ſeruitio curæ animarum Parochialis Eccleſiæ de Elizondo, eius Monaſterio pleno iure in ſpiritualibus, & temporalibus vnitæ. De illius enim validitate conſtat, cum interuenerint omnia, de quibus per Verallum *deciſ.* 160. *part.* 2. Rota *deciſ.* 589. *num.* 1. *in recentiorum part.* 1.

2 Iuſtitia autem ſententiæ reſultat ex Deciſionibus R.P.D. mei Veroſpij, ſub diebus 28. Nouembris, 3. Maij, 16. Iunij in hac cauſa factis.

3 Neque ad eludendam plenariam vnionem firmatam in dictis deciſionibus, vis fieri poteſt in depoſitionibus teſtium affirmantium Reuerendiſſimum Epiſcopũ Pampilonenſem in eadem Eccleſia exercere iuriſdictionem, illamque viſitare. Hoc enim non excludit, vt Abbas ſit verus Rector Parochialis, vt valeat deputare Vicarium amouibilem; & ſatis eſt vt Eccleſia Parochialis ſit vnita eius Monaſterio pleno iure in temporalibus, & ſpiritualibus, quoad curam animarum, licèt non ſit vnita quoad iuriſdictionem Epiſcopalem, cum ſtent inſimul Vnio Parochialis pleno iure apud Monaſterium, & iuriſdictio Epiſcopi, vt ex Imola, Rebuffo, & aliis reſpondit Rota in deciſione in hac cauſa emanata coram me, ſuper denegatione remiſſoriæ, 24. Aprilis 1665.

4 Parum releuat, plures ad dictam Parochialem fuiſſe nominatos Preſbyteros ſæculares; qui ſi fuiſſent Regulares, non potuiſſent illam obtinere. Viuianus *de iurepatronatus, parte* 2. *lib.* 6. *cap* 2. *in princip.* Seraphinus *deciſion.* 1305. *num.* 4. Nam hæc Vicaria non datur in titulum, nec præuia collatione, ſeu inſtitutione, & Regulares poſſunt aſſumere Clericos ſæculares ad inſeruiendum propriis Eccleſiis, & Capellis abſque alteratione ſtatus Regularis, ad textum *in cap. finali*, §. *Præcipimus*, *de ſtatu Monachorum.* Garcia *de beneficiis, parte* 1. *capite* 2. *num.* 67. & 68.

Et ita vna tantùm, &c.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

1 Pro concluſione illa verſiculi, *Neque ad eludendam*, quod benè inſimul ſtare poſſint iuriſdictio (ſcilicet contentioſa) & ius viſitandi vnam Eccleſiam Parochialem in Epiſcopo; & iura Parochialia, tam ſpiritualia, quàm temporalia eiuſdem Eccleſiæ in Abbate, ratione vnionis plenariæ illi, & ſuo Monaſterio factæ, faciunt dicta à Rota *in Pampilonenſ. Parochialis de Mendania,* 13. *Maij* 1667. *num.* 5. *coram R. P. D. Albergato, ſuprà la* 6. & *in hac cauſa Vicariæ de Elizondo,* 3. *Martij,* 1664. *coram R. P. D. Veroſpio, ſuprà la* 10. *num.* 6. *coram eodem Reu. P. D. Otalora,* 24. *Aprilis* 1665. *ſuprà la* 13. *num.* 1. *coram R. P. D. Cerro, Decano,* 7. *Iunij,* 1666. *n.* 3. *infrà la* 16. & quæ dixi ad dictam deciſionem decimam, §. 3. & *in quæſtionibus Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 2. *diuiſione* 1. *num.* 47. & *parte* 2. *quæſt.* 2. §. 7. *num.* 12. Facit etiam Aloyſius Riccius *in praxi variarum reſolutionum, reſolut.* 293. *concluſ.* 3. & 4. quatenus *in* 3. dicit, beneficium dici pleno iure vnitum, quando Prælatus habet omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem in beneficio, & eius Parochianis, excluſo in totum Epiſcopo, vt *in cap. Quoniam*, & ibi Abb. *de priuilegiis*: & in quarta concluſione ait aliquando, *beneficium eſſe vnitum Monaſterio pleno iure, quoad curam animarum, & ea, quæ ad eam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus, licet non quoad iuriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra curam, nec curæ omnino neceſſaria, prout eſt viſitare, excommunicare, & ius dicere.* Hæc ille, quibus ſimilia, imò & eadem faſſus eſt Flores de Mena *variarum qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 21.

Circa id, quod in verſiculo, *Parum releuat*, 2
dicitur, quod Regulares poſſunt aſſumere Clericos ſæculares, ad inſeruiendum propriis Eccleſiis, & Capellis, abſque alteratione ſtatus Regularis, adnotanda venit conſtitutio Iulij II. ad fauorem noſtræ Congregationis Hiſpanæ edita, quam ſuprà ad deciſionem 8. Ghiſlerij recenſui, à numero primo additionum.

Secundò eſt adnotandum, tam ex dicta Iulia- 3
na conſtitutione, quàm ex præſenti deciſione, & verſiculo, neceſſariò ſequi, Eccleſias Parochiales Regularibus, maximè iure pleno vnitas, Regulares eſſe.

DECISIO XVI.

R. P. D. Cerri, Decani.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, Lunæ 7. Iunij, 1666.

BREVIARIVM.

Capitulum.

An ſuccedat, Sede Epiſcopali vacante, in iuriſdictione delegata, perpetuò Epiſcopo attributa. num.5.

Epiſcopus.

Iuriſdictionem exercet delegatam in Eccleſiis pleno iure, quoad curam animarum Monaſteriis vnitis. num.4.

Vicarius.

Abbas de Vrdax, pro Eccleſia de Elizondo, deputare poteſt Vicarium ſæcularem, aut Regularem ad nutum amouibilem. num.1. & 2.

Ad Abbatem, cuius Monaſterio Eccleſia pleno iure eſt vnita, pro illius ſeruitio, deputare Vicarium ad nutum amouibilem ſpectat. n.2.

Viſitatio.

Viſitare an poſſit Capitulum Sede vacante, Eccleſias Monaſteriis vnitas. n 5.

Vnio.

Non opponitur vnioni plenaria, quod Ordinarius viſitet

1 *viſitet, & iuriſdictionem exerceat in Eccleſia vnita.* n. 3.

1 PEr duas ſententias Rotales, alteram bonæ memoriæ Leonis Veroſpij, & alteram R. P. D. Otaloræ, confirmata fuit ſententia Ordinarij Pampilonæ in ea parte, qua dictum fuerat, licuiſſe, & licere Abbati, & Monaſterio S. Saluatoris de Vrdax, Ordinis Præmonſtratenſis, deputare Vicarium Eccleſiæ Parochialis loci de Elizondo, Secularem, vel Regularem, eius arbitrio: & præuia reuocatione ſecundæ partis dictæ ſententiæ Ordinarij, declaratum fuit, Vicarium, ſiue Sæcularem, ſiue Regularem, poſſe ad libitum Abbatis amoueri. Poſtmodum verò commiſſa mihi cauſa per Signaturam, cum clauſula, *Sine præiudicio trium conformium, in ea parte, qua ſunt conformes*; dedi dubium, *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda?* Et pro illius confirmatione reſponſum fuit.

2 Etenim illius validitas ex actorum reuolutione conuincitur. Iuſtitia verò reſultat ex pluribus deciſionibus in cauſa factis, nempe 3. Martij, 16. Iunij, & 28. Nouembris 1664. *coram Veroſpio*, & 24. Aprilis, ac 19. Iunij 1665. *coram R.P.D. meo Otalora*, in quibus cùm plenè firmatum fuerit, curam animarum, & Parochialitatem Eccleſiæ Oppidi Elizondo, eſſe vnitam pleno iure, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus Monaſterio de Vrdax, vtique ad eius Abbatem ſpectare debet ius deputandi Vicarium, qui curam ibidem exerceat, vt *in Pampilonenſi Vicaria de Stella, 16. Iunij 1642. §. Cùm enim, coram me*, & quidem cum facultate illum ad nutum amouendi. Quia nominatio huiuſmodi Vicariorum amouibilium ad nutum, pertinet ad Prælatum Monaſterij, cui beneficium reperitur vnitum, ex traditis per Garciam *de beneficiis, part.* 1. *cap.* 2. *num.* 93. quem refert, & ſequitur Barboſa *de iure Eccleſiaſtico vniuerſo, lib* 3. *cap* 6. *num.* 63.

3 Cui quidem vnioni, latè præcedentibus deciſionibus comprobatæ, non repugnant actus iuriſdictionales in eadem Eccleſia geſti per Epiſcopos Pampilonæ. Quia vt bene aduertitur in deciſione 24. Aprilis, 1665. §. *In primo*, exercitium iuriſdictionis Epiſcopi non repugnat vnioni præfatæ, cùm poſſit ſtare ſimul, quod Parochialis ſit pleno iure vnita Monaſterio quoad curam animarum, & Epiſcopus habeat in Eccleſia iuriſdictionem, ea ratione, quia per vnionem non præiudicatur Epiſcopo in iuribus ſuis, vt tradit Rebuffus *in praxi, tit. de vnionibus beneficiorum, gloſſa* 11. *num.* 13. Boërius *deciſ.* 146. *n.* 2. *verſic. Et ratio eſt*, & Rota *in recent. deciſ.* 69. *num.* 7. *part.* 1.

4 Sicuti non releuant viſitationes, aliique actus exerciti per eundem Epiſcopum, concernentes curam animarum. Non enim ex his excluditur vnio; cùm Epiſcopus poſſit Eccleſias, etiam Regularium, quibus cura animarum inhæret, viſitare, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. & reſpondendo huic obiecto, dictum fuit *in deciſione* 3. *Martij*, 1664. §. *Hanc verò*, & 19. *Iunij*, 1665. §. *Non primo.*

5 Parum obſtante, quod Sede Epiſcopali vacante, viſitauerit quoque Capitulum, mediante eius Vicario Capitulari. Quia cùm facultas viſitandi iure delegato ſit perpetuò attributa Epiſcopis, bene potuit Capitulum Sede vacante in ea ſuccedere, vt diſtinguendo inter facultatem temporalem, & perpetuam, relato Patre Molina *de iuſt. & iure, tomo* 6. *tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 7. tradit Barboſa *de Canonicis, & dignitatibus, capite* 42. *num.* 107. Et in his terminis, quod Capitulum poſſit viſitare vigore Concilij Tridentini Sede vacante, dixit Rota *in Pampilonenſi iuris viſitandi, coram Merlino, deciſ.* 84. & *deciſ.* 101. *per totam.*

Ab hic deciſo receſſum fuit 23. Mart 1667. in deciſione ſequent.

Et ita alterâ tantùm, &c.

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Additiones, & Annotationes.

Concluſio §. *Etenim*, duas continet partes. 1
Prima, quod quando vnita eſt Eccleſia Parochialis Monaſterio iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, cura reſidet penes Abbatem, & ius deputandi Vicarium, qui dictam curam exerceat. *Secunda*, quod hoc deputandi Vicarium ius, ſit cum facultate illum ad nutum amouendi. Prima pars, quoad reſidentiam curæ in Abbate, firmata eſt à Rota coram R.P.D. Beuilaqua, *ſuprà la* 2. *n.* 2. *coram R.P.D. Ninot, la* 3. *num.* 6. *coram R.P.D. Otalora, la* 5. *num.* 1. 9. 20. *ac* 22. *& per totam: coram R. P. D. Albergato, la* 6. *n.* 2. *coram R. P. D. Veroſpio, la* 10. *num.* 1. *coram eodem, la* 12. *n.* 2. *coram dicto R. P. D. Ottalora, la* 15. *n.* 3. *coram Seraphino, la* 1304. *&* 13. *poſt meas quaſt. Paſtoral. per totam, coram Buratto, la* 20. *apud Vinianum de iurepatronatus, & poſt dictas qq. la* 2. *n.* 1. *coram Litta, la* 7. *n.* 2. *coram Remboldo, la* 9. *n.* 2. Et quæ dixi *in dictis qq. part.* 1. *quaſt.* 2. *diuiſ.* 2. *n.* 10. 11. 13. *& quaſt.* 2. *partis* 2. *num.* 11. 22. 14. *&* 15. *ac* 19. *&* 23. & *in addit. ad dictam deciſionem D. Ninot, n.* 6. *ad deciſion.* 4. *D. Ottalora, num.* 640. *ad deciſionem* 6. *D. Albergati, n.* 1. *ad deciſionem* 10. *D. Veroſpij, n.* 1. *ad deciſionem* 12. *n.* 2. & *ad deciſionem* 15. *D. Ottalora, n.* 1. Et tandem quæ dixi *in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonic. tom.* 1. *tract.* 1. *diſquiſ.* 3. *dubit.* 1. §. 2. *num.* 25. firmant, quod cura reſideat propriè apud Prælatum, cuius Monaſterio Eccleſia Parochialis quoad ſpiritualia, & temporalia, ſeu iure pleno vnita reperitur.

Et quod ius deputandi Vicarium, penes dictum reſideat Prælatum, firmauit etiam Rota 2
ſuperiùs *coram Ninot, num.* 3. ibi: *Dependenter ab ipſo: coram R. P. D. Ottalora, la* 5. *numero* 5. *coram Albergato, la* 6. *num.* 1. *&* 4. *coram Reuer. Ghiſlerio, la* 8. *num.* 2. *coram dicto Reuer. Albergato, la* 9. *num.* 2. *coram Reu. Veroſpio, la* 10. *num.* 1. *coram eodem, la* 11. *num.* 1. *&* 2. & *deciſ.* 12. *num.* 2. & *in deciſ.* 17. *ſequenti, coram Reu. P. D. Cerro, Decano, num.* 4. vbi ait, quod probata vnione reſolutio dubij concernentis ius Abbatis deputandi Vicarium Sæcularem, vel Regularem, incontrouertibilis eſt: *coram Vbaldo, poſt meas qq. Paſt. la* 3. *num.* 1. 2. *coram dicto Reuer. Dom. Decano, la* 17. *num.* 2. & *deciſione* 18. *num.* 1. *coram Illuſtriſſimo & Eminentiſſimo Ottobono, la* 19. *num.* 2. per quam fuit confirmata ſententia diffinitiua lata per Reuer. Cerrum, in qua pronunciauit *ius nominandi, ſeu deputandi, & eligendi Vicarium pro cura Eccleſia Parochialis Sancti Ioannis de Stella, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere liberè, & pleno iure ad Abbatem Monaſterij Beata Maria de Hyrache, tanquam Patronum, & Parochum, eiuſd. Eccleſia. Et coram Melzio*, qui ſecundò dictã

ſententiam confirmauit, & executoriales relaxauit, *in deciſ.20. poſt prafatas quaſtiones, n.2.*

3 Eadem concluſio quoad dictum ius deputandi Vicarium, firmatur per ea, quæ dixi *in diſquiſitionib. tom.1. diſquiſ.3. dubit. 1. §.1. num.21. in dictis qq. part.1. quaſt.. diuiſ.2. num.24.& 25.*& *part.3. quaſt.17. num.7. & ſeqq.* & ſuprà *in addit. ad deciſ.2. num.1. & 2. ad deciſ.4. num. 6. 10. 11. 18. 30. 43. ad deciſionem 10. num.1. ad deciſionem 11. num. 1. ad deciſionem 12. num.3. & 4.*

4 Secunda concluſionis pars, quod habens Eccleſiam Parochialem vnitam quoad ſpiritualia,& temporalia, habeat ius remouendi Vicarium ad libitum propriæ voluntatis, firmatur à Rota *coram R.P.D. Beuilaqua, ſuprà in deciſione 2. num. 1. coram R.P.D. Ninot, in deciſione 3. n. 2. & 3. coram R.P.D. Otalora, in deciſione 5. n.23. coram R.P.D. Albergato, in deciſione 6. num.2. coram R.P.D. Ghiſlerio, in deciſione 8. num. 1. 2. & 3. coram dicto D. Albergato, in deciſione 9. num.1. & 3. coram R.P.D. Veroſpio, in deciſ. 10. num.8.* & *in deciſione 12. num.2. coram d. D.Otalora, in deciſione 15. num.1. coram R. Decano, in deciſione 17. ſequenti, num.1. & 4. 5. ac 8.* & *coram D. Peña, in Portugall. Vicaria, 20. Nouembris., 1598. poſt meas qq. Paſtorales, deciſ. 31. num. 2. & 3.*

5 Firmatur dicta concluſionis ſecunda pars per ea, quæ tradidi *in dictis qq. part.2. quaſt.2. n.13. & 15.* & *parte 3. quaſt.17. num.18.* & *parte 1. quaſt.2. diuiſ.2. num.23. 24. & 25.* & ſuprà *ad deciſionem 3. num.1. ad deciſ. 4. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 19. ad deciſionem 6. num. 1. ad deciſion. 12. num.3.*

6 Circa id quod *in §. Parum obſtant*, dicitur de eo, quod Capitulum Sede vacante ſuccedat in iure delegato perpetuò Epiſcopo attributo, adnoto, contrarium fuiſſe dictum in deciſione ſequenti, *coram eodem R.P.D. Cerro, Decano, numero* 11. vbi in additionibus plura cumulabo, à *num.10. ad finalem.*

DECISIO XVII.

R. P. D. Cerri Decani.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, Mercurij 23. Martij, 1667.

BREVIARIVM.

Amouibilitas.

Non excluditur amouibilitas, eo quod non doceatur Vicarios fuiſſe amotos. n.9.

Amouibilitatis ſtatus non mutatur, niſi in caſu, quo Abbas voluiſſet remouere, & fuiſſet impeditus, & impedimento acquieuiſſet. n.9.

Capitulum.

Sede Epiſcopali vacante, Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione delegata, etiam perpetua, nec viſitare poteſt in vim Concilij Tridentini. n.11.

Concurſus.

In Parochialibus liberæ collationis, abſolutè requiritur concurſus. n.2.

Conſtitutio.

Synodalis conſtitutio Pampilonenſis, quæ prohibet remotionem Vicariorum, attendenda non eſt. num. 9.

Enunciatiuæ.

Plurimùm defertur enunciatiuis ab Ordinario prolatis. num.2.

Epiſcopus.

Iuriſdictionem delegatam exercet Epiſcopus in Eccleſiis vnitis quoad curam animarum. n. 10.

Facultatiua.

Non amittuntur, niſi in caſu, quo facultate vti volens, fuiſſet prohibitus, & prohibitioni acquieuiſſet. n.9.

Oblationes.

Integras oblationes non recipere, an arguat curam non reſidere animarum penes illas non recipientes. num. 11.

Ordinarius.

Præſumitur habere ſcientiam qualitatum beneficiorum ſuæ Diœceſis. n.2.

Pius V.

Conſtitutio Pij V. Ad exequendum, *licèt de Vicariis loquatur perpetuis, in amouibilibus etiam locum habet.* n.4.

Primitiæ.

De iure ad Rectorem pertinent primitiæ ratione curæ; ex conſuetudine tamen Hiſpaniæ fabricis applicantur Eccleſiæ. n.11.

Vicarius.

Abbas de Vrdax, poteſt deputare Vicarium ſecularem, vel Regularem ad nutum amouibilem, pro Eccleſia de Elizondo. n. 1. 4. & 5.

Probata vnione plenaria, quoad ſpiritualia, & temporalia, ius deputandi Vicarium ſeculare, vel Regulare incontrouerſibile eſt. n.4.

Ex Pij V. præſcripto, deputatio Vicariorum, etiam Regularium, ad eos pertinet, quibus Eccleſiæ ſunt vnitæ. n. 4.

Eccleſiarum vnitarum Vicarij ſolo examine, & approbatione Ordinarij indigent. n.4.

Vicarij Eccleſiarum, quoad ſpiritualia, & temporalia vnitarum, ſeu iure pleno, ad nutum amoueri poſſunt. n 5.

Cura demandari ſolet Vicariis perpetuis ratione tituli, præuio iuramento de non alienando iura Eccleſiæ. n.7.

Vicariis amouibilibus ſimplex approbatio, & licentia de regendo, & adminiſtrando curam Vicariæ, ab Ordinario conceditur. n.7.

An ſit perpetua Vicaria, an verò amouibilis, ex obſeruantia colligitur. n.7.

Ordinarius non adiudicat amouibiles Vicarias, ſed perpetuas. n.7.

Ordinarij adiudicatio de Vicaria temporali, erroneè facta, attendenda non eſt. n.7.

Vicariæ perpetuæ poſſeſſio acquiri non poteſt, niſi poſt prouiſionem Apoſtolicam, mediamque annatam ſolutam. n.8.

Vicaria manualis, licèt quandoque duret ad vitam, non ideò efficitur perpetua. n.9.

Per non vſum remotionis, non mutatur Vicariæ amouibilis ſtatus. n.9.

Vnio.

Quod vnio iure pleno ſit facta, ex ſignis, præſumptionibus, & coniecturis iuſtificatur, & probatur plenè. n. 2. 3. 5. & 6.

Vnio præiudicialis eſt Epiſcopo, ex quo illi liberè conferendi adimit facultatem. n. 2.

Vt vnio probetur, opus non eſt quod de illa expreſſa mentio fiat, ſed ſufficit, quod virtualiter colligatur. n 3.

Signa

Signa ſunt vnionis plenariæ ſacta decimarum , ac oblationum perceptio , & alia , quæ recenſentur. num.6. & 7.

Data plenaria vnione , tituli extinctiua , per neceſſe infertur Vicarij amouibilitas. n.8.

Vnioni non aduerſatur plenariæ , quod Epiſcopus, & Capitulum Sede vacante viſitent , & iuriſdictionem in Eccleſia exerceant vnita. n.10.

Nec præiudicatur Epiſcopo in iuribus ſuis , per vnionem plenariam. n.10.

1 DOmini confirmauerunt deciſionem factam coram me 7. Iunij , 1666. poſt ſecundam cauſæ propoſitionem , ad Monaſterium S. Saluatoris de Vrdax, Ordinis Præmonſtratenſis, illiuſq; Abbatem ſpectare ius nominandi , & deputandi Vicarium in Eccleſia Parochiali loci de Elizondo, Regularem, & ſæcularem , pro arbitrio , ac poſſe Vicarium etiam ſæcularem ad libitum Abbatis amoueri , vt declaratur in ſententiis Rotalibus.

2 Vnio ſiquidem huius Parochialis præfato Monaſterio, pro fundamento deciſionis , & ſententiarum ponderata, plenè iuſtificata videtur ex pluribus præſumptionibus , & coniecturis , latè in deciſionibus huius cauſæ deductis , & præſertim 3. Martij 1664. coram bonæ memoriæ Leone Veroſpio ponderatis, quæ hodie Dominis placuerunt , & ſignanter ex enunciatiuis Ordinarij Pampilonenſis anni 1584. & 1606. emiſſis in actu approbationis Vicariorum ab Abbate nominatorum , vt in eius ſummario impreſſo, *num.*4. Quibus potiſſimùm deferendum eſt , quia Ordinarij præſumuntur optimè informati de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis , cùm vnio tendat in præiudicium eorum collationis , nec tanto tempore toleraſſent Eccleſiam Parochialem abſque concurſu prouideri , ſi verè vnita non fuiſſet Monaſterio , vt in his terminis reſpondit Rota *in Lucana vnionis* , 28. *Ianuarij* , 1647. *coram Bichio*, quæ eſt deciſio 9. *part.*10. *recentiorum, num. 9. cum pluribus ſeqq.* & ponderatum fuit etiam in dicta deciſione Veroſpij , §. *Hac verò vnio, cum ſequentibus*, iunctis præcipuè aliis enunciatiuis , & ſignanter illis librorum taxationis decimarum Excuſadi , ab anno 1590. *ſummario Abbatis impreſſo , num.* 9. cui Rota aliàs detulit , *dicta deciſ.9. num* 13 & firmat dicta deciſio bonæ memoriæ Veroſpij , § *Prædictis coniecturis.*

3 Nec ſubſiſtit , dictas enunciatiuas non eſſe antiquas , ex quo lis cœpta fuit anno 1620. Quia vltra quod lis tunc mota non fuit principaliter ſuper ipſa vnione , vel ſtatu Vicariæ , aut deputatione Vicarij , ſeu incidenter ſuper coadiutore nominando per Abbatem , quæ nihil commune habent cum hac lite cœpta ſolùm anno 1658. Monaſterium non nititur præcedentibus ſolùm enunciatiuis , ſed aliis etiam reſultantibus ex reiteratis approbationibus Vicariorum nominatorum ab Abbate , factis per Ordinarium Pampilonæ , relatiuè ad conſtitutionem Pij V. 47. & Gregorij XIII. datis in hodierno ſummario Abbatis , *num.*4. & 5. loquentibus tantummodò de Parochialibus vnitis , ac ex ſententia Ordinarij in hac cauſa edita , permittente Abbati nominare Vicarium ſæcularem , & Regularem , eius arbitrio. Ad probandam enim vnionem opus non eſt, quod de illa fiat expreſſa mentio , ſed ſufficit, quod virtualiter colligatur. Addent. ad Gregorium *deciſ.* 196. *ſub num.* 5. §. *Secundò probatur, verſic. Sufficit tamen.* Seraphinus *deciſ.*1272.*num.*1. & *in recentiorum deciſ.* 485. *num.*10. *part.*4. *tom.* 2. Additis etiam coniecturis , præſumptionibus , & adminiculis pro Abbate adductis , & à Rota approbatis , quæ ſimul iuncta perfectam vnionis probationem conſtituunt , *vt in Hieracenſi beneficij , prima Iulij* , 1654. *coram Reuerendiſſimo Cenchenſi* , §. *Vnio autem.*

4 Probatâ autem vnione , reſolutio prioris partis dubij concernentis ius Abbatis deputandi Vicarium Sæcularem vel Regularem , incontrouertibilis eſt. Ideo enim expreſsè ſtatuitur in dicta conſtitutione Piana , §. 5. vbi tribuitur facultas Prælatis Monaſteriorũ, quibus Eccleſiæ Parochiales vnitæ reperiuntur, nominandi Vicarios, etiam Regulares , ad nutum , præuio examine , & approbatione Ordinarij ; quam ſuffragari Monachis Præmonſtratenſibus , aduertit in ſpecie Barboſa *ſuper collectanea Concilij Tridentini, ſeſſ.*7. *cap.* 7. *num.*17. Et non fuiſſe reuocatam à Gregorio XIII. in dicta conſtitutione , in puncto Garcia *de beneſic. part.*11. *cap.*2. *num.*13. Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſa* 5. §. 3. *num.* 79. & Rota *deciſ.* 88. *num.* 19. *part.*9. *recentior.* Quæ conſtitutiones licèt loquantur de Vicariis perpetuis , tamen habent etiam locum in amouibilibus ad nutum. Rota *dicta deciſ.*88. *num.*17. *part.*9. *recentiorum.*

5 Reſultat quoque ex prædictis , & infrà ſcriptis reſolutio alterius partis dubij concernentis remotionem Vicarij : ſubſiſtit enim , quod vnio Parochialis Elizondi Monaſterio facta , eſt plenaria , quoad ſpiritualia ſcilicet , & temporalia. Quo caſu Abbas ad libitum ſuæ voluntatis poteſt Vicarium ab ipſo nominatum amouere , ex allegatis in deciſione coram me , §. *Etenim*, & coram bonæ memoriæ Veroſpio , 28. *Nouembris* 1664. §. *Cùm enim.* Quia licèt non conſtet de inſtrumento vnionis , ex cuius verbis dignoſci poſſit , an vnio ſit plenaria , tamen id optimè deſumitur ex ſignis , & coniecturis, ad quas recurritur, quoties dubitatur , cuius naturæ ſit, & quomodo fuerit facta vnio, iuxta conſilium Ancharani 114. *ſub num.*3. *verſic. Et in dubio* , & *num.*7. iuxta aliam impreſſionem , *de Conſtitutionibus.* Menoch. *de præſumptionibus , lib.* 6. *præſumpt.* 8. *num.*6. Rota *deciſ.*101. *num.*1. *part.*1. *recentiorum*, vbi deficiente inſtrumento , ſigna , & coniecturæ deſeruiunt ad probandum vnionem eſſe pleno iure , & de menſa.

6 In præſenti verò plura adſunt ſigna denotantia vnionem eſſe plenariam. Primum enim , vltra ſuprà deducta , reſultat ex perceptione decimarum , & oblationum, fieri ſolita per Monaſterium ab antiquo , & ferè immemorabili tempore. Rota *deciſ.* 204. *ſub num.* 2. *part.* 2. & *deciſ.* 16. *ſub num.* 7. *verſic. Concurrunt etiam teſtes , part.* 6. *recentiorum.* Addent. ad Gregorium *deciſ.*196. *num.* 3. §. *Arguitur* , *circa medium.* Ex deputatione coadiutoris ad petitionem incolarum , vt pluribus allegatis firmat dicta deciſio bonæ memoriæ Veroſpij , §. *Prædictis coniecturis* , 3. *Martij*, 1664. Ex confeſſionibus incolarum petentium augeri ſalarium Vicarij , & coadiutoris. Seraphinus *deciſ.*1304. *ſub num.*1. *verſic. Quimò ponderatum fuit.* Necnon ex celebratione Miſſæ popularis , & Prædicatione Abbatis in Eccleſia Elizondi , *ſummario impreſſo , num.* 2. & ex aliis adductis in dicta deciſione Veroſpij , §. *Hac verò vnio , cum ſeqq.* 3. *Martij*, 1664.

7 Concurrit vlteriùs pro iuſtificatione vnionis plenariæ , & ſtatus amouibilitatis iſtius Vicariæ,

obſeruantia ſubſecuta, deſumpta, tum ex longæua quaſi poſſeſſione Abbatum pro tempore deputandi ad libitum eorum voluntaris Vicarios, tam Regulares, quàm ſæculares, quibus ſimplex ſalarium ſeu ſtipendium ſoluere conſuerunt, vt conſtat ex teſtium depoſitionibus in ſummario impreſſo Monaſterij, *dicto num.* 3. Ex quo Vicaria arguitur amouibilis, non perpetua; aliàs Vicarij congruam iure proprio percepiſſent, & reſiduum Monaſterio aſſignaſſent. Modern. Pirrh. Corrad. *in ſua praxi beneficiorum, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 17. Rota *deciſ.* 710. *num.* 3. *part.* 2. *recentior.* Seraphin. *dicta deciſ.* 1304. *num.* 1. & *in Pampilonenſi iurium Parochialium*, 11. *Martij*, 1667. *coram R.P.D. meo Ottalora*, §. *Etenim.* Tum ex approbationi- ab Ordinario factis, non per adiudicationes, ſeu inſtitutiones authorizabiles, vt ſeruetur in Vicariis perpetuis, in quibus ratione tituli cura demandati ſolet Vicarius præuio iuramento de non alienando Iura Eccleſiæ, vt firmauit Rota coram Comitolo, *deciſ.* 144. *num.* 8. *& ſeqq.* ſed per ſimplicem approbationem, ac licentiam de regendo, & adminiſtrando curam Vicariæ, *dicto ſummario, num.* 4. Quo caſu militat regula pro amouibilitate. Garcia *de beneficiis, part.* 1. *cap.* 20. *num.* 39. *ad medium.* Rota *deciſ.* 116. *num.* 3. *part.* 9. *recentior.* & ad dignoſcendum, an Vicaria ſit perpetua, vel amouibilis, obſeruantia plurimum attenditur, ex allegatis in deciſione huius cauſæ, 28. *Nouembris*, 1664. *coram bonæ memoriæ Verospio*, §. *In quam Domini ſententiam*, non obſtante, quod in deputatione anni 1636. Ordinarius proceſſerit per modum adiudicationis: quia cum etiam legatur facta de Religioſo, cum relatione ad prædictas Conſtitutiones, *dicto ſummario, num.* 5. vti erronea, non eſt attendenda, cùm præſertim Conſtitutio Piana, *ſub* §. 5. expreſsè mandet, deputationes Religioſorum fieri debere ad nutum.

8 Et reuera, hanc Vicariam nunquam fuiſſe datam in titulum, ſed ſemper ad nutum, animaduertebant Domini, ex quo pro parte collitigantium non oſtenditur prouiſio Apoſtolica cum ſolutione mediæ annatæ, ad quam ſolum tenentur Vicarij perpetui, vt omnino requiritur ab eadem conſtitutione, § 3. *verſic. Ita etiam ſi vacatio contingat in menſe Ordinarij*, vt explicat Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. § 4. *num* 61. *& ſeqq.* Data autem amouibilitate, per neceſſe infertur ad vnionem plenariam, tituli extinctiuam, cùm ex iſta, non ex alia facta pleno iure, reſultet amouibilitas, vt pluribus allegatis firmat dicta deciſio Verospij, 28. *Decembris* 1664. §. *Cùm enim.*

9 Non obſtat, quod non doceatur Vicarios nunquam fuiſſe amotos, quia ex hoc non excluditur amouibilitas. Nam cùm ſit in mera facultate amouere, vel non, per non vſum talis facultatis, non dicitur mutatus ſtatus, niſi in caſu, quo Abbas voluiſſet amouere, & fuiſſet prohibitus, ac huiuſmodi prohibitioni acquieuiſſet, vt ratiocinatur Gonzalez *vbi ſuprà, gloſſa* 5. § 6. *num.* 35.

* *&* 36. Murga *quæſtionum Paſtoralium part.* 1. *q.* 2. *de diuiſione beneficiorum, diuiſ.* 2. *num.* 31. cum aliis allegatis in dicta deciſione huius cauſæ, 28. *Nouembris*, 1664. §. *Cui ſanè.* Et licèt quandoque manualia durent ad vitam, non ideò efficiuntur perpetua. Rota *deciſ.* 145. *num.* 17. *part.* 6. *recentiorum.* Vltra quod id euenit attenta conſtitutione Synodali Pampilonenſi, prohibente amotionem ſine cauſa, de qua loquitur deciſio Coccini 121. *num.* 2. Quam non eſſe ſeruandam, deinde deciſum fuit *in alia Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 28. *Martij*, 1659. *coram R.P.D. meo Albergato.*

Nec aduerſantur viſitationes, aliique actus iuriſdictionales in hac Parochiali, tam ab Epiſcopis, quàm à Vicariis Capitularibus Sede vacante geſtis: quia cùm per vnionem Monaſterio factam nihil fuerit præiudicatum Epiſcopo in iuribus ſuis, Coccinus *deciſ.* 157. *num.* 9. cum aliis *in dicta deciſ.* coram me allegatis, §. *Cui quidem vnioni*, non repugnat, quod Epiſcopus in concernentibus curam animarum, vigore vnionis tranſlatam in Monaſterium, iure delegato iuriſdictionem exerceat; in aliis verò, quæ ſunt extra curam, iure ordinario. Iſti enim actus ſunt compatibiles cum ipſa vnione, ex allegatis in deciſione huius cauſæ, 14. *Aprilis*, 1665. §. *In primo*, & 19 *Iunij eiuſdem anni*, §. *Nec ad excludendum*, *coram R.P.D. meo Ottalora.* 10

Quod verò Vicarij Capitulares Sede vacante viſitauerint, licèt in deciſione huius cauſæ coram me, *in* §. *finali*, dictum fuerit, hanc facultatem viſitandi vere delegato perpetuo Epiſcopis attributa tranſire in Capitolum Sede vacante, cùm contrarium firmatum fuerit *in nullius, ſeu Celſanenſi iuriſdictionis*, 2. *Aprilis*, 1666. §. *Huic facti ſuppoſito, in fine, coram R.P.D. Carpineo*, in omnem caſum reſpectu iuriſdictionis delegatæ, quæ impugnatur, Vicarij Capitulares nulliter, & abſque facultate proceſſerunt, ita vt non potuerint vti iure ſibi non competente, alterandi ſtatum Vicariæ, cùm ad hunc effectum attendi non debeat, quid factum ſit, ſed quid fieri debuiſſet. Rota *deciſ.* 223. *num.* 3. *circa medium, part.* 1. *recentior.* 11

Denique, quod Monaſterium non percipiat integras decimas, minuſque oblationes, & primitias, non ſubſiſtit. Etenim quoad decimas contrarium probant teſtes Monaſterij dati *in ſummario impreſſo, num.* 7. concludentes Monaſterium integras decimas percipere, & quatenus alij teſtes collitigantium deponant Priorem de Vellate percipere partem decimarum, aduertendum eſt, quod decimæ perceptæ à Priore, non ſpectant ad hanc Parochialem de Elizondo, ſed ad aliam Eccleſiam Parochialem de Eluetea, vnitam dicto Prioratui, vt declarant teſtes Monaſterij, *nouo ſummario, num.* 8. 12

Quo verò ad oblationes, licèt Monaſterium illas integras non recipiat, ſed tantum medietatem, mediante Clauerio; non tamen ex hoc argui poteſt curam ad ipſum non fuiſſe tranſlatam, attento quod altera medietas conſueuit aſſignari Vicario vltra eius ſalarium, *dicto nouo ſummario, num* 5. Et quoad primitias, licèt de iure ſpectent ad Rectorem, ratione curæ, vt *in deciſ.* 192. *num.* 2. *part.* 7. *recentiorum*; ex conſuetudine tamen illarum partium applicantur fabricis Eccleſiarum, vt iuſtificatum fuit in dicto nouo ſummario, *numer.* 9. 13

Et ita parte vtraque informante, deciſum fuit.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Concluſio illa paragraphi, *Vnio ſiquidem* quod vnio plenaria Eccleſiæ plenè iuſtificetur ex præſumptionibus, & coniecturis, & ex enunciatiuis Ordinarij. 1

Ordinarij, bene firmata fuit in citata deciſione coram R. P. Veroſpio; *ſuprà la* 10. *num*. 2. 3. 4. & 7. Et nota, quod enunciatiuæ Epiſcopi, ſine præſumptionibus, coniecturis, aut aliis adminiculis, non ſufficerent ad dictam vnionem probandam, cùm nec eius ſolæ atteſtationes ad id ſufficiant. Rota coram Coccino *deciſ*.50. *num*.4. & *deciſ*. 1468. *num*.3. citatis Geminiano *conſ*. 57. *num*.5. Achil. *deciſ*.9. *de probationibus*, & Alexandro *conſ*.70. *num*.10. *in fine*, *lib*. 3. ſufficiunt tamen aliis concurrentibus, vti videre eſt in dicta *deciſ*.468. *num*.3.

2 Immò quidem plures enunciatiuæ, quæ ſaltem duæ ſint, & à diuerſis fuerint prolatæ, ſi antiquæ illæ ſint, 100. annorum, plenè per ſe ſolas probare vnionem, dixi in quæſtionibus Paſtoralibus, *p*.4.*q*.5. *ſect*.1. *n*.3. & 4. *queſt*.9. *num*.6. ex Rota *in nullius, ſeu Squillacenſ. Iuriſdictionis*, de anno 1616. coram Martino Andrea, quam excripſit Lezana *tom*. 4. *conſultorum*, *conſult*. 45. ibi enim dicitur, quod plures enunciatiuæ à diuerſis prolatæ, ſeu emanatæ, plenè probant, ſi antiquæ ſint, etiam contra tertium. Allegantur Baldus *in l. Cùm aliquis*, *num*. 4. *verſic. Item quod dicit*. Salycetus *num*. 3. *verſic. Si tamen plura*. Caſtrenſis *num*. 7. Iaſon *num*. 4. *Cod. de iure deliberandi*. Aretinus *in cap. Cùm cauſam*, *num*.23. *de probationibus*. Craueta *de antiquitat.prima parte*, §. *Ampliatur*, *num*.14. Mantica *de tacit. & ambig. lib*.2. *tit*.6. *num*.21. Puteus *deciſ*. 209. *num*. 1. & *deciſ*. 319. *in fine*, *lib*. 2. Verall. *deciſ*. 337. *n*.6. & *deciſ*. 334. *num*.2. *part*. 3. & Rota *deciſ*. 684. *numer*.1. *parte* 1. *verſic. Et preſertim*. Et quod plures eſſe debeant enunciatiuæ, quæ ſuccedant loco teſtium ad factum antiquum manifeſtandum, docet Rota *coram Pirouano*, *in Mediolanenſi iuriſpatronatus*, 8. *Iunij*, 1618. *penes Viuianum in praxi de iurepatronatus, la* 74. *pluribus aliis deciſionibus citatis*. Et coram eodem, in eademmet cauſa, 5. Iulij, 1619. penes dictum Viuianum eſt 75. ſic dixit: *Et hinc dicebatur colligi ſecunda enunciatiua, que ſufficiunt in antiquis* (duæ ſcilicet) *ad concludendam probationem*. Crauetta *de antiquitate temporis*, *part*.1. §. *Ampliatur*, *num*.14. Rota *deciſ*.462.*num*.3. *part*.1.*diuerſorum*. Et quod duo plura conſtituant, ex pluribus deduxi *poſt dictas qq. in diſquiſitione de iure prioris annexi*, *n*.7. Et *in ipſis qq. parte* 2. *queſt*. 7. *num*. 6. probaui vnionem per enunciatiuas in antiquis inſtrumentis centum, aut nonaginta annorum contentas, in quibus beneficia tanquam vnita enuncientur, probari.

§. II.

3 Concluſio paragraphi, *Probata*; quod probata vnione, incontrouertibile ſit ius Abbatis deputandi Vicarium Sæcularem, vel Regularem ad nutum amouibilem, pleniſſimè firmata eſt *in deciſione* 16. *precedenti*, & *in additis circa eam*.

Id, quod in eodem §. dicitur, conſtitutionem Pij V. *Ad exequendum*, non fuiſſe reuocatam à Gregorio XV. & illam, licèt loquatur de Vicariis perpetuis, habere etiam locum in amouibilibus, firmauit Rota *in Pampilonenſi Vicaria de Stella*, 16. *Iunij*, 1642. *coram eodem R. P. D. Cerro*, *Decano*, *la* 17. *poſt meas qq. Paſtorales*, *num*.8. & addit ex Gonzalez, fuiſſe oretenus reualidatam Pianam illam à Gregorio ipſo. Ita enim ibi lego: *Non fuiſſe autem reuocatam per conſtitutionem Gregorij*, *notat idem Gonzalez vbi ſuprà*, *eodem num*.79. *dicens*, *Gregorium ore proprio reualidaſſe dictam conſtitutionem Pianam*, *ſolumque preſcripſiſſe certum modum in nominando Vicarium Religioſum amouibilem*. Hæc ibi. Modus autem à Gregorio præſcriptus, fuit, vt vnus dumtaxat ſocius Religioſus adhibeatur Monacho Vicarij munus obeunti, moderando numerum quatuor ſociorum à Pio V. præſcriptum. Ita Rota *coram Veroſpio*, *ſuprà deciſ*.11. *num*.3. Quam etiam moderationem fecit Clemens VIII. pro noſtra Congregatione, 2. Auguſti 1596. *in conſtitutione*, *vt ea qua*, *finali eiuſdem congregationis Bullarij authentici*, vbi ſic, vt ſequitur, ſtatuitur.

In illis verò Parochialibus Eccleſiis, *quibus per Regulares Monachos deſeruitur*, *Monachum eiſdem Eccleſiis Vicarium pro tempore conſtituendum*, *non aliter conſtitui debere*, *quàm ad nutum ſuorum Superiorum amouibilem*, *ab Ordinario tamen prauio examine approbatum*, *cum portione arbitrio ſuorum Superiorum aſſignanda*: *qui Monachus ibidem vnà cum alio Monacho dumtaxat habitare debet*. Hæc Clemens Papa, immediatè poſt mentionem præfatæ Pianæ Conſtitutionis. Quæ certè limitatio maximè conſonat doctrinæ Abbatis *in Clement. vnica*, *de ſupplend. neglig. Præl. num*.18. Inſtitutus, inquit, in Eccleſia vt Clauſtralis, debet habere ſocium; ſecus, ſi habet Rectoriam, tanquam quilibet Clericus Sæcularis. 5

§. III.

Concluſio paragraphi, *Reſultat quoque*; quod data vnione plenaria quoad ſpiritualia, & temporalia, poſſit Abbas ad libitum ſuæ voluntatis Vicarium ab ipſo nominatum remouere, firmata remanet, nedum in deciſione coram Veroſpio, *ſuprà la* 12. *num*. 2. & in præcedenti R. P. D. Cerri, Decani, *la* 16. *num*.2. ſed in additionibus, & annotationibus vtrobique adhibitis. 6

Inter ſigna denotantia vnionem eſſe plenariam, quoad ſpiritualia ſcilicet, & temporalia, adnumeratur in præſenti deciſione, §. *In præſenti verò*, decimarum, & oblationum perceptio: ex qua etiam probauit Rota coram Cardinale Seraphino, *deciſ*.1304. *num*. 2. *la* 13. *poſt meas qq. Paſtorales*, curam Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis de Stella, penes Abbatem Hyrachenſem eſſe, & non penes illius Vicarium. Et *coram Litta in deciſ*.153. apud Farinac. *tom*.3. & 7. *poſt dictas qq. num*. 7. & *deciſ*.204. *ibi*, & *hìc la* 8. *num*.1.2.3. probauit, Eccleſias, de quibus agebatur, eſſe de menſa Monaſterij Alcobatiæ, quod eſt probare, ad illud pertinere iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia. 7

Adnumeratur etiam deputatio coadiutoris, ad incolarum petitionem; ſicut adnumerauit Seraphinus *vbi proximè*, *num*.4. Vicarij deputationem. Hoc enim (inquit) eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis, vt per Abbatem *in cap. De Monachis*, *num*.9. *de præbendis*, & Doctores *in cap. fin. de iurepatronatus*. Si ergo manifeſtum ſignum eſt ſuperioritatis vnio, ratione cuius Abbas Superior exiſtit, quoad ſpiritualia, & nedum quoad temporalia: ſuperioritas enim qua gaudet, & qua vtitur in deputatione Vicarij, & coadiutoris, ſpiritualis eſt, & non temporalis, & ab vnione, quoad temporalia prouenire non poteſt. Vnde non poſſum non mirari, quod adſint viri Iureconſulti, aliàs valdè docti, qui pertinaciter patrocinentur 8

nentur cauſas laicorum, prætendentium vnionem eſſe ſimplicem, & ſolum quoad temporalia, & ſimul concedentium Abbatem, cuius Monaſterio Eccleſia reperitur vnita, eſſe collatorem inferiorem, & ordinarium beneficiorum eiuſdem Eccleſiæ, quod vtique collatoris ius, aliunde illi non prouenit, quàm ex vnione. Et non minori admiratione, & mœrore afficior, quoties contemplor, non paucos adeſſe iudices Eccleſiaſticos illis aſſentientes.

9 Deinde adnumerantur tanquam ſigna denotantia vnionem plenariam, quoad ſpiritualia, & temporalia, celebratio Miſſæ Popularis, & prædicatio Verbi Dei. Quocirca Rota coram Coccino, in cauſa verſa inter Abbatem, Monachos, & Conuentum Monaſterij S. Mariæ Hyrachenſis, actores: & Vicarium, & Beneficiatos Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis de Stella, reos; ſententiam tulit, quam confirmauit coram Lancellotto, anno 1606. & anno 1607. coram Peña, per alias duas diffinitiuas ſententias: in quarum prima ſic habetur: *Necnon declaramus prædictum Abbatem, & Præſidentem, ac alios, qui pro tempore fuerunt, & erunt prædicti Monaſterij, fuiſſe, & eſſe veros Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis; & illam fuiſſe, & eſſe vnitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare; ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterij, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochiali exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam Maiorem, ſeu popularem celebrare, ac omnia iura Parochialia exercere; & ad ipſum Abbatem, ſeu Præſidentem ſpectauiſſe, ac ſpectare Concionatores per Epiſcopum approbatos in dicta Eccleſia deputare priuatiuè quoad Vicarios, & Beneficiatos, &c.*

§. IV.

10 Item adnumeratur pro ſigno vnionis plenariæ, *in §. Concurrit*, ſolutio ſimplicis ſalarij, ſeu ſtipendij. Quod Cardinalis Seraphinus firmauit ad fauorem Abbatis Hyrachenſis Cœnobij, contra Vicarium Parochialis S. Ioannis de Stella, 14. Decembris, 1598. *deciſ.* 1304. *& poſt meas qq. Paſtorales la* 13. *in* §. 1. dicens: Hincque reſultat clara iuris concluſio, quam firmat Cardinalis *in Clement. vnica, de officio Vicarij, num.* 10. *quæſt.* 9. quod quando primitiæ, decimæ, oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali, aſſignatâ certâ portione Vicario, iuxta caput *Suſcepta, de præbendis, lib. 6.* tunc cura dicitur eſſe penes dictum principalem; ſecus ſi eos perciperet Vicarius, & aſſignaret portionem principali. Tunc enim diceretur cura eſſe penes Vicarium. Idem tenet gloſſa *in Clement. Frequens, in Verbo Ad menſam*, & ibi Imola *num.* 16. *de exceſſibus Prælator.* Hactenus Seraphinus.

11 Firmauit etiam coram Litta *in duplici Vliſbonenſi iuris conferendi*, 2. *Decembris*, 1605. *& coram Lancellotto*, 13. *Iunij*, 1607. *las* 153. *&* 204. *apud Farinacium tom.* 3. *& poſt dictas qq. Paſtorales, las* 7. *&* 9. ibi enim *num.* 7. hic autem *num.* 1. 2. *&* 3. ex aſſignatione congruæ pro Vicario, ab Abbate de Alcobatia facta, probat Eccleſias, de quibus agebatur, eſſe de menſa Monaſterij, & iſtius Abbatem illarum habere curam.

12 Vnum hîc adnotare duxi, Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios, ſe intromittere non poſſe in alicuius partis fructuum conſignatione, pro congrua Vicariorum, ſeu Capellanorum curam animarum exercentium in Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis vnitis, etiamſi Sæculares illi ſint. Ita ſtatuit Pius V. 16. Maij, 1567. in conſtitutione: *Etſi Mendicantium Ordines*, §. 21. *la* 41. *tom.* 2. *Cherubini*, & in conſtitutione ad noſtræ Congregationis fauorem, *Cùm intra mentis noſtræ arcana* (illâ inſertâ) edita 25. Auguſti eiuſdem anni.

Quod ſi petas, quænam ſit competens congrua, & ſalarium pro huiuſmodi Eccleſiarum Vicariis? Reſpondeo, duos aureos pro ſingulis menſibus, eſſe competentem congruam, & ſalarium. Ita enim declarauit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum, & Eminentiſſimorum Concilij Tridentini Interpretum, vti teſtatur Salgado *de protect. Regia, tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 58. Pax Iord. *volum.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 28. *pag.* 277. poſt Garciam *eod. tract. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 15. & ex eodem Garcia *part.* 9. *cap.* 2. *n.* 15. docet Barboſa *in collectan. deciſionum Apoſtolicarum, collect.* 585. *de congrua portione*, Sacram Congregationem præfatam dictos duos aureos taxaſſe pro portione congrua Vicario præſtanda, interim dum Parochiali Eccleſiæ de Rectore prouideretur. Et quidem hanc declarationem ſic recenſet noſter Petrus Marzilla *in decreta Sacri Concilij Trid. lib.* 1. *de Ætate, & qualitate, tit.* 2. *cap* 15. *verbo Cum congrua, pag. mihi* 35. videlicet: *Declar. Cardinal. duorum aureorum pro ſingulis menſibus viſa fuit congrua portio fructuum pro aſſignatione conſtituere, &c.* Salgadus autem *vbi proximè*, ſub hoc tenore declarationem refert: *Duorum aureorum pro ſingulis menſibus viſa fuit congrua portio.* Cuius etiam meminit Barboſa *in collectan. in Concilium, ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 18. *num.* 43. allegans Galatinum, & Margaritam caſuum conſcientiæ, *verbo Vicarius*, 8. Campanil. *in diuerſorio iuris communis Canonici, rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 116. *in fine.* 13

Idem Barboſa *in dict. collectan. deciſionum Apoſtolic. collect.* 530. *verbo Oblatio, num.* 1. ita ait: 14
Oblationes ſunt computandæ in portione aſſignanda Vicariis, *ex cap.* 7. *ſeſſ.* 7. & Bulla Pij V. & talis aſſignatio partibus citatis eſt facienda, S. Congregatio Concilij *in Turolenſ.* 2. *Aprilis*, 1583. quam refert Sellius *in Selectis Canonic. cap.* 27. *num.* 8. Immò & omnia emolumenta incerta computanda ſunt in congruæ Vicariorum aſſignatione. Idem Barboſa *in Repertorio, verbo Vicarius, verſic. vlt.* & Gutierrez *conſ.* 8. *num.* 3. docet, computari in dicta aſſignatione, oblationes, anniuerſaria mortuorum, diſtributiones quotidianas, & alia ſimilia, quamvis ſint incerta, tam ex parte eorum, qui oblaturi ſunt, quàm ipſius Vicarij; quia incertum eſt, an Vicarius ipſe intererit prædictis lucris propter aduerſam valetudinem, vel aliam abſentiam. Quod probat, & bene, ex conſtitutione: *Ad exequendum, la* 47. *Pij V.* §. 2. *Nos.*

Hanc ſententiam ſequutus fuit Sapientiſſimus Doctor D. Gabriel Martinez, Protonotarius, & Iudex in Curia Nuntiaturæ Hiſpanæ, in alia, quam, quà talis, iuridicè tulit Matriti 24. Martij 1664. tenoris ſequentis. 15

En el pleyto, y cauſa, que en ſegunda, o otra mas verdadera inſtancia, ante nos ha pendido, y pende, por Breue, y comiſſion del Eminentiſſimo, y Reuerendiſſimo Señor Cardenal Bonelli, Nuncio Apoſtolico de

de ſu Santidad, reſidente en eſtos Reynos, entre partes, de la vna el Abbad, Monges, y Conuento Real, de Sancta Maria de Hyrache, del Orden de S Benito; y de la otra los Vicarios de las Yglesias Parochiales de los lugares de Luquin, y Vrbiola, unidas al dicho Real Monaſterio, ſobre pretenſo augmento de congrua ſuſtentacion, que tienen pidide los dichos Vicarios.

Chriſti nomine innocato. Attento los autos, y meritos deſte proceſſo, que ſin embargo de todo lo dicho, y allegado, y prouado por parte de los dichos Vicarios, y de la llamada nullidad, por ellos opueſta contra las probanҀa; y compulſa de papelos por ellos preſentados en eſtos autos por el dicho Real Monaſterio, que en caſo neceſſario declaramos no hauer lugar, debemos de dar, y damos por nulla, y de ningun valor, y effecto la ſentencia diffinitiua en eſta dicha cauſa dada, y pronunciada por el Ordinario Eccleſiaſtico de Pamplona, ſu pronunciacion, en aquella Ciudad, en quinze de DiҀiembre del año paſſado, de mil, y ſeiſcientos, y ſeſeata, y dos. Y a mayor abundamiento, y en caſo neceſſario, la reuocamos en todo, y por todo, ſegun, y como en ella ſe contiene. Y haҀiendo, y librando Iuſticia, debemos de abſoluer, y abſoluemos, dar, y damos por libre al dicho Real Monaſterio de lo pedido por los dichos Vicarios, prorogando, como prorogamos in totum la inhibicion contra el dicho Ordinario de Pamplona, deſpachada por eſte Tribunal, mandar, y mandamos, ſe les buelvan, y reſtituyan al dicho Real Monaſterio, las cantidades de trigo, que indebidamente ſe le han ſacado en virtud de la di-

Nota. *cha ſententia. Declarando aſſi miſmo, como declaramos, tener cada vno de los dichos Vicarios ſufficientemente congrua ſuſtentacion, con los quarenta y ocho robos de trigo, que cada año le paga a cada vno de ellos el dicho Real Monaſterio, juntamente con los derechos Parochiales de los Baptiſmos, Matrimonios, y Entierros, y otras offrendas entre año, y demas emolumentos pertenecientes a los dichos Vicarios, y no ſerles, en manera alguna neceſſario por ningun reſpecto el tener a demas de ſu ſeruicio ordinario, decente, y Sacerdotal, los moҀos, y mulas, que pretenden por ſus probanzas, preſentadas en eſtos autos. Y por eſta nueſtra ſentencia, diffinitiuamente juzgando, aſſi lo pronunciamos, ſentenciamos, y mandamos en eſtos eſcritos, y por ellos, reſeruando, como reſeruamos en Nos, la execucion del auto de repoſicion de attentado, en eſto dia por Nos proueydo, y todos lo demas, que conforme a Derecho Nos podemos, y debemos reſeruar. El Doctor Martinez Juez Apoſtolico.*

Hæc omnia adamuſſim dicta continet ſententia, quâ in iudicatum tranſactâ, præfatus Iudex literas executoriales, illâ inſertâ, relaxauit 30. die Menſis Octobris, 164.

16 Quod ſi iterum petas, an exempti poſſint pro congrua portione conueniri? Reſpondet Eraſmus Chokier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, tom. 2. part. 2. quæſt. 107. pag. 281.* quod ſic, *ex cap. Monach. de præbend. cap. 1. de ſupplenda neglig. Prælator. cap. 1. de præbend. in 6. Clement. 2. de iurepatron. cap. 1 §. Vbi autem, de decimis, in 6.* & *ex Tridentino, ſeſſ. 6. cap. 2. de reformat. ſeſſ. 24. cap. 5. & cap. 13. verſ. In Parochialibus, de reformatione.* Quæ certè reſponſio bona eſt, & ſequenda, ſi conſtitutiones Pianæ, *Etſi Mendicantium Ordines*, & *Cùm intra mentis noſtræ arcana*, de quibus *ſuprà numero 12.* in hac parte con-

ſignationis congruæ portionis non ſubſiſtunt.

§. V.

Circa paragraphum, *Non obſtat*, adnota, nedum non excludi Vicariorum amouibilitatem, per non vſum facultatis illos remouendi, ſed ex quo beneficia illis in titulum non conferantur, per neceſſe amouibiles ſunt. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 23. Iunij 1603. coram Coccino, la 121.* ibi citata, *& poſt dictas meas qq. Paſtorales, la 15. n. 2.* ibi: Sed nec huiuſmodi conſtitutio (Pampilonenſis, de anno 1590.) tollit quod Vicarius ſit amouibilis, ſatis enim eſt, quod beneficium in titulum ei non conferatur, & quod ſimpliciter, abſque alia priuatione, remoueri poſſet. 17

Sed libet recenſere Pacem Iordanum *de re beneficiaria lib. 10. tit. 11. n. 274.* firmantem paragraphi concluſionem. Quamuis ille (inquit,) qui ius habet conferendi, & amouendi in beneficiis manualibus, non conſueuerit remouere prouiſum, etiamſi diutiſſimè vixerit; non tamen propterea dicitur alterata natura beneficij, vel præſcripta manualitas: quoniam hoc tantùm procederet, quando voluiſſet amouere, & fuiſſet impeditus, & prohibitus, ac prohibitioni acquieuiſſet per ſpatium 40. annorum. Vel eo ſciente, & patiente, beneficium fuiſſet conceſſum in titulum perpetuum, & conceſſio habuiſſet effectum; in his enim terminis alteratur manualitas, & ita ſunt intelligendi DD. hoc aſſerentes, quos recenſitos habebis apud Gonzalez *d. gloſſ. 5.* (ſcilicet *ſuper regul. 8.*) §. 6. *n. 36. & ſeq.* Et ratio prædictorum eſt, quia in facultatiuis non currit præſcriptio, niſi interuenerit actus conſtituens præſcribere volentem in quaſi poſſeſſione, prout contingit in vtroque exemplo præſtito, videlicet impedimenti, ne amoueretur à beneficio manuali, vel impetrationis in titulum eiuſdem beneficij, ſine quibus nullam habet quaſi poſſeſſionem, & abſque ea non currit præſcriptio, & iſta eſt vera ratio, quare in facultatiuis non currat præſcriptio, niſi modo prædicto, quia nempe caret poſſeſſione, vel quaſi, & ſine qua non poteſt eſſe præſcriptio. 18

Hucvſque Pax Iordanus. Sed meo videri, manualitas beneficiorum Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum, non alteratur, nedum per prohibitionem amotionis, acquieſcientia ſubſecuta, ſed nec per conceſſionem in titulum perpetuum, ſciente, & patiente eo ad quem facultas amouendi pertinet. Ducor quia conſtitutio Piana 47. *Ad exequendum, in §6.* continet decretum irritans, quod omnem poſſeſſionem inficit, & titulum, iuxta ea, quæ dixi *ad conſtit. 15. n. 2. & 19.* & *ad conſtit. 16. à num 124.* 19

§. VI.

Concluſio illa paragraphi, *Quod verò*, quod ſcilicet Capitulum Sede vacante non ſuccedat in iuriſdictione Epiſcopo quomodolibet delegata, communiter à Doctoribus propugnatur. Illam defendit Abbas *in cap. Scriptum, num. 12. el 40. de electione*, ibi: *Et idem dic. de his, quæ competunt Prælato alio iure ſpeciali* (ſcilicet, quod non ei competat de iure communi, vti modò dixerat.) *Nam neque in illis ſuccedit Capitulum.* Latè *in cap. Cùm olim, n. 2. de maioritate, & obedientia*, cum Federico de Senia *conſ. 30.* dicente, quod Capitulum non 20

ſuccedit in his, quæ Epiſcopus iure delegati, vel alio iure ſpeciali exercet: *Et facit* (addit Abbas) *cap. Paſtoralis, §. Præterea, de officio Ordinarij, vbi mortuo Epiſcopo delegato, expectatur ſucceſſor, & non recurritur ad Capitulum.* Idem Abbas *in cap. Verùm, n. 9. el 7. de Foro competente,* dicit: *Nota hoc dictum, quia communiter allegatur: & ſingulariter limitat iura generaliter dicentia, Capitulum ſuccedere in iuriſdictionibus; procedunt enim in his omnibus, quæ competunt Epiſcopo de iure communi; non autem in competentibus de iure ſpeciali. Facit, quod notat Innocentius in cap. Cùm in cunctis, de electione, vbi dicit, quod in beneficiis competentibus Epiſcopo ex quodam iure accidentali, vt in deuolutis ad eum ex alterius negligentia, vel delicto, non ſupplet negligentiam Epiſcopi Capitulum, quia non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & Capitulum in his, quæ ſpectant de iure accidentali, & gratioſo, ſicut in his, quæ ſpectant de iure communi.* Hæc Abbas. Ex quo, & ex Innocentio benè infertur, nulliter Vicarium Capituli Sede vacante prouidere de beneficiis, ob negligentiam Abbatum Regularium, nedum quà exemptorum, iuxta *ſuprà* tradita *in addit. ad deciſ. 10. à num. 5.* ſed quà hoc ad Epiſcopum ſpectat, adhuc non de iure communi iuriſdictionis ordinariæ, ſed de iure ſpeciali.

21 Defendunt etiam concluſionem principalem Lælius Zecchius *in Republica Eccleſiaſtica, cap. 24. de Capitulo, & Canonicis, ſub numero 11. pag. 284. verſic. VII.* Eraſmus Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tomo 1. part. 4. quæſt. 24.* vbi reſoluit Capitulum Sede vacante non ſuccedere in viſitatione exemptorum, *quia Epiſcopus* (ait) *obit munus huiuſmodi viſitationis iure ſpeciali, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, Clement. Attendentes, de ſtatu Monachorum. Quæ autem iure ſpeciali ad Epiſcopum ſpectant, non tranſeunt in Capitulum, ſed tantùm quæ iure proprio Epiſcopali.* Stephanus Quaranta *in ſumma Bullarij, verbo Capitulum Sede vacante, in principio,* vbi inquirit: Quæro igitur, qualiter intelligatur generalis regula illa; *Capitulum, ſcilicet, Sede vacante, ſuccedere Epiſcopo in his, quæ ſunt iuriſdictionis, vulgatis iuribus?* Reſp. ex mente Gloſſæ celebris *in Clement. 1. verſic. Capituli, propè finem, de Hæreticis,* hanc maximam in pluribus declaratione egere; vnde non abs re erit, per ſequentes exceptiones eam dilucidare. Et primò, vt intelligatur de iuriſdictione ordinaria, non autem de delegata. Federic. de Senis *conſilio 30.* Abbas *in d. cap. Cùm olim.* Quod amplia *procedere etiam* (nota pro diſtinctione allata in prædicto deciſionis paragrapho) *in iuriſdictione generali, quam haberet Epiſcopus à iure delegatam Apoſtolica authoritate,* in caſu capitis *Ad abolendam, de Hæreticis,* aliiſque ſimilibus, quos recenſet Pauinus *in tract. de poteſt. Capituli Sede vacante, part. 1. q. 10. in princ.* Ioann. Andreas, quem communiter ſequuntur Doctores *in d. c. Ad abolendam,* & præciſè Cardin. Zabarella, qui tam *in d. loco,* quàm *in Clem. 1. q. 8. de Hæretic.* omnibus contrariis libratis hanc veriorum eſſe aſſerit. Et quod hæc ſit communis, teſtatur Philippus Franchus *in c. vnico, de maiorit. & obed. in 6.* ſubdens ita eſſe tenendum, & *ibidem* Geminianus *caſu 7.* rationem affert, quia in talibus potiùs eſſet ſupplere vices Papæ, quàm Epiſcopi: idque confirmare videtur Bellarm. *conſ. 166.* quamuis huiuſmodi iuriſdictio per viam iuris conceſſa, ſit perpetua. Federicus de Senis *conſ. 130.* incipit, *Factum eſt tale, in fine.* Hæc omnia Quaranta.

Subſcribit Pax Iordanus *tom. 2. de re beneficiaria, lib. 12. tit. 2. num. 19.* vbi ferè omnia, quæ 22 Quaranta, docet Gauantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Capitulum Sede vacante, num. 51.* dicens: Succedit Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, non delegata... & in iuriſdictione contentioſa, vel neceſſaria. Et *n. 52.* ait: Vbi Concil. Trid. committit aliquid Epiſcopis, vti delegatis Sedis Apoſtolicæ, non poteſt Capitulum. Barboſa *in cap. Illa, n. 26. el 2. Ne Sede vacante,* in ſequentia prorumpit: Prædicta autem regula ſuprà poſita, quod Capitulum Sede vacante omnia facere poſſit, quæ ſunt iuriſdictionis, non procedit in iuriſdictione Epiſcopo delegata, Azeuedo *ad Curiam Piſanam, lib. 1. cap. 8. n. 12. conſil. 11. n. 7.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 1. q. 16. n. 2.* & *lib. 2. q. 135. n. 4.* D. Barboſa *in l. Quia tale, n. 1. ff. ſoluto matrimonio,* Azor. *part. 3. lib. 3. cap. 39. q. 4.* Quaranta *verbo Capitulum Sede vacante, in princ.* Filliucius *tom. 3. tract. 41. cap. 2. n. 40.* Garcia *de benefic. part. 5. cap. 7. n. 42.* & *num. 44.* ampliat, etiamſi delegatio fiat à Canone. Subſequenter infertur, eodem modo regulam prædictam non procedere in iuriſdictione, quæ competeret Epiſcopo iure aliquo ſpeciali, ſeu accidentali. Quaranta *vbi proximè, verſic. Subſequenter.* Nic. Garcia *d. cap. n. 39.* Fr. Emanuel *qq. Regul. tom. 1. q. 61. art. 9.* D. Barboſa *in d. l. Quia tale, num. 1.* Cened. *ad ſextum, collect. 4. n. 6.* Vnde inferunt, Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopo. Primò, in viſitatione Monaſteriorum exemptorum Monialiũ, quæ viſitat Epiſcopus authoritate Apoſtolica. Nic. Garcia *d. c. 7. n. 45.* Azor. *d. lib. 3. c. 37. q. 15.* & *c. 40. q. 8.* & alij, quos refero, *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 73. n. 25.* Hæc omnia Aug. Barboſa, qui *allegat. 92. num. 17.* ſequentia profert: Hinc etiam colligi poſſet reſolutio ad illam quæſtionem, *Vtrum ſcilicet Capitulum Sede vacante ſuccedat in illis caſibus, in quibus à iure communi, vel Sacro Concil. Trident. datur facultas Epiſcopo quod procedat tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ?* In qua dicendum eſt, Capitulum Sede vacante in hac facultate ſuccedere non poſſe; nam vt ſuprà reſoluimus in verſiculo præcedenti, iuriſdictio conceſſa prædicto modo, delegata eſt: atqui in iuriſdictione Epiſcopo delegata non ſuccedit Capitulum Sede vacante. Rota *deciſ. 6. de offic. delegati, in antiquis.* Felinus *in cap. Eam te, n. 17. de reſcriptis.* Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 10. n. 8. verſic. Capitulum enim.* Aloyſ. Riccius *in praxi aurea, reſolut. 18. per totam.* Allegat etiam Azeuedum, Quarantam, Sbroz. *locis citatis,* Garciam *dicto n. 42.* & Azorium *dicto cap. 39. n. 4.*

Riccius *vbi proximè, pag. mihi 73. n. 2.* teſtatur 23 hanc opinionem eſſe veriorem & iuri conſonam, ſecundùm communiorem ſententiam, videlicet, quod in iuriſdictione delegata Epiſcopo non ſuccedat Capitulum Sede vacante. Allegat pro ea Abbatem *in c. Cùm olim, cit. q. 5.* Roman. *conſ. 506. n. 4.* & ibi Horat. Mandoſ. *addit. vlt. litt. I.* Felinum *in d. cap Cùm te, n. 14.* & *in dict. cap. Cùm olim, ad 10. q.* & *in d. cap. Verùm, ante num. 1.* Decium *in cap. Quin Abb. de offic. delegati, num. 21.* Azeuedum, & Sbroz. *locis citatis,* & Rotam *deciſ. . de offic. delegat. in antiquis.* Et procederet etiã (addit)

Si

ſi delegatio fieret à canone, quia licèt competeret à iure communi, tamen ex poteſtate ſpecialiter inducta competit Epiſcopo. Ita Abb. *d. cap. Cum olim, d. q. 5.* & Rota Rom. *ſuprà.* Et ex his infertur, Capitulum Sede vacante non poſſe viſitate Monaſteria Monialium exempta, quæ viſitat Epiſcopus, *Clem. 2. de ſtatu Monachor.* & ita tenuit Rota *in Burgenſ. viſitationis, coram Orano, 1. Iuny.* & *in alia Burgenſ. Procurationis, coram eodem, 10. Martij, 159.* Hæc, & alia ad intentum Riccius.

23 Concluſionem principalem, quoad iuriſdictionem delegatam, & competentem Epiſcopo iure ſpeciali, ſtatui ego ipſe *in diſquiſit. tom. 1. tract. 6. diſq 4 n. 2.* & *tom. 2. diſq. 1. cap. 14. num. 161.*

24 Duo tamen aduertere duxi. *Primum*, quod quando aliquid Epiſcopo competit de iure ſpeciali, & etiam de iure communi, competit Capitulo Sede vacante. Ita Riccius *num. 5.* qui ponit exemplum in facultate tradita Epiſcopo à Trid. *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* Allegat Cenedum *collect. 4. n. 3.* Marc Anton. Genuenſem *c. 66. n. 22.* Aragon. *quæſt. 88. art. 12. concluſ. 5.* Henriq. *in ſumma, lib. 6. cap. 16. §. 1.* & *lib. 14. cap. 20. §. 2.* Roderiq. *tom. 1. qq. Regul. q. 61. art. 9.* Suatez *tom. 4. de pænit. diſp. 30. lect. 2 n. 8.* & *tom. 5. de cenſur. diſp. 7. lect. 4. n. 5.* & Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp 49. q. 2.*

25 *Secundum* eſt, poſſe Capitulum Sede vacante ſe ingerere in iuriſdictione Epiſcopo à Papa delegata, quando res grauis eſt, & periculum eſt in mora, aliàs non. Sic Abbas *cap. 11. de maiorit. & obedientia, in fine,* Lælius Zecchius *in Republica Eccleſiaſt. cap. 24. de Capitulo, & Canonicis, ſub n. 10. pag. 280. verſic. XII.* ex Ioanne Monacho *in cap. 1. de maiorit. & obedient. in 6.* & ex Felino *in cap. Eam te, n. 7. de reſcriptis.* Stephanus Quaranta *verbo Capitulum Sede vacante, §. Quia in dies, in fine,* ex Pauino, colligente ex mente Innocentij, & Hoſtienſis *in cap. Ad abolendam de hereticis,* quod ne in hoc fiat amara interpretatio, dici poſſit, in talibus caſibus Capitolum ſuccedere, ſtante neceſſitate vel vtilitate actus expediendi, eóque maximè ſi non ſit de proximo futurus ſucceſſor, aliàs ſecus. Idem tenet Pax Iordanus *tomo 2. de re beneficiar. lib. 12. tit. 2. n. 19.*

DECISIO XVIII.

R. P. D. Ottaloræ.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 4. Maij 1667.

BREVIARIVM.

Declaratoria.

Denegari non poteſt, non docto de paritione. num. 2.

Ad declaratoriæ relaxationem quelibet ſufficit reſponſio, ſiue actus, animum non parendi denotans. num. 3.

Contra ſingulos vniuerſitatis relaxanda eſt. num. 5.

Executor.

Merus executor vllas exceptiones, quamuis releuantes, admittere non poteſt, nec executionem ſuſpendere litterarum. n. 4.

Interdictum.

In caſu non paritionis relaxandum eſt interdictum contra vniuerſitatem. n. 5.

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Paritio.

Sola patientia, & non contradictio, non ſufficit pro paritione, sed neceſſaria etiam eſt verbalis oblatio, exhibendo ſe paratum huiuſmodi patientiam præſtare n. 3.

IN executione trium conformium, quas Venerabile Monaſterium Sancti Saluatoris de Vrdax 1
reportauit, ſuper facultate deputandi Vicarium Regularem, vel Sæcularem arbitrio ſuo, in Parochiali Eccleſia de Elizoudo, contra incolas loci, & alios litis conſortes, deuentum fuit iuxta ſtylum Curiæ ad expeditionem litterarum executorialium Rotalium, cum ſolita comminatione cenſurarum, quibus perſonaliter intimatis, iiſque in actis reproductis, & ſeruatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe, vt patet ex Summario, *num. 1. & 2.* propoſui dubium ad inſtantiam Monaſterij, *An ſit danda declaratoria?* Et affirmatiuè reſponſum fuit.

Concurrentibus omnibus ſuptadictis, de- 2
claratoria non poteſt denegari, non docto de paritione. Veſtrius *in praxi, lib. 8. cap. vltimo, numero 19.* Rota *decis. 299. numero 1. part. 7. recentior.* Eminentiſſimus Ottobonus *deciſ. 174. num. 1.* & *2.* & *in Cracouienſi decimarum, 7. Maij 1666. coram me.*

Neque incolæ poſſunt vllo modo excuſari 3
ſub eo prætextu, quod in executorialibus non contineatur aliquod factum poſitiuum; ideóque ſufficiat ſola patientia, & non contradictio parendi mandatis Rotalibus; quia vltra quod vbi ſola patientia requiritur, neceſſaria eſt etiam verbalis oblatio, exhibendo ſe paratum huiuſmodi patientiam præſtare, vt dixit Rota *deciſ. 276. num 4. & ſeqq. part. 5.* & *deciſ. 303. numero 6. part. 6. recentior.* & *in Ampurienſi, & Ciuitatenſi electionis Vicarij, 26. Iunij, 1648. coram Reuerendiſſimo Papienſi,* & *in Burgenſi decimarum, 11. Februarij, 1650. §. Quia præter quod, coram R. D. meo Decano*; in hoc caſu apparet manifeſtè de voluntate non parendi ob multas exceptiones propoſitas coram Vicario Pampilonenſi, litterarum executore, tam à Procuratore incolarum, quàm à Promotore Fiſcali, *dicto ſummario, num. 1.* Et hoc ſufficit ad effectum declaratoriæ, pro qua relaxanda attenditur quælibet reſponſio, ſiue actus denotans animum non parendi. Abbas *in cap. Reprehenſibilis, numero 2. de appellationibus.* Rota *deciſ. 254. numero 8. part. 6. recentior* & *deciſ. 174. num. 4. coram Eminentiſſimo Ottobono.*

Nun obſtat, quod Vicarius agnoſcens ex- 4
ceptiones eſſe releuantes, potuerit de iure litterarum executionem ſuſpendere; quia immò tanquam merus executor, cui non cognitio, ſed pura executio delegata erat, non poterat exceptiones, quamuis releuantes, admittere, & partes iudicis aſſumere, iuxta textum clarum *in cap. Paſtoralis, §. Quia, de offic. & poteſt. iudicis delegati*, vbi gloſſa *§. Et ſciat*, ibique Abbas *n. 3.* & Felinus *n. 16.* Couarru. *practicar. quæſt. cap. 16. n. vlt.* Aliàs aperietur via contumacibus eludendi mandata Rotalia, ſi prætextu nullitatis, & iniuſtitiæ, quæ coram iudice ad quem veniunt diſcutiendæ, poſſunt executores executionem impedire. Rota *in Toletana augmenti ſeruitij, 27. Iunij 1640. coram bona memor.*

Dunozetto, *in Barchinonenſi decimarum*, 27. *Iunij* 1646. *coram bonæ memoriæ Peutingerio*, & *in dicta Ampurienſi*, *& Ciuitatenſi*, *electionis Vicarij*, 26. *Iunij* 1648. *coram R. Papienſi*.

5 Verùm quia agitur contra incolas, iuratos, & conſilium Elizondi, dixerunt Domini, declaratoriam eſſe relaxandam contra ſingulos, & interdictum contra vniuerſitatem, iuxta praxim, de qua teſtatur Ridolphin. *part.1.cap.*14. *n.*232. *& ſeqq.* & ſeruauit Rota *in dicta Ampurienſi*, *& Ciuitatenſi electionis Vicarij*, §.1. *circa finem*.

Et ita Monaſterio tantùm informante, &c.

Additiones, & Annotationes.

1 Vt locus ſit declaratoriæ, neceſſariò requiri contumaciam, & inobedientiam, adnotat, & benè Barboſa *in cap. Contingit*, *n.*5. *el* 45. *de ſent. excomm.* ex Oldrado *conſil.*127. *in princ.* Caſſadoro *deciſ.*12. *n.*2. *de reſcript.* & *deciſ.*5. *n.*7. *de conſtit.* Peña *in Calagurritana præeminentiar.* 29. *Nouembr.*1590. Card. Sacrato *in Mauritana prætenſi iuris votandi*, 10. *Martij* 1617. Vbaldo *in Toletana admiſſionis*, 2. *Decembr.* 1619. & ex Merlino *in Leodienſ. Canonicatus S. Pauli*, 8. *April.* 1622.

2 Concluſioni paragraphi, *Concurrentibus*, ſubſcripſit Rota coram Coccino, *in Taurinenſi decimarum*, 10. *Martij* 1608. *n.*3. inter eius impreſſas adeſt 398. & coram eodem *in Theatina iuriſdictionis S. Ioannis in Venere*, 10. *Maij* 1621. *n.*3. *la* 61. *apud Tamburinum de iure Abbat.* vbi dictum fuit: Vnde cùm fuerint ſeruati quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de paritione, iuxta ſtylum Rotæ, de quibus Felinus *in cap. Rodulphus*, *n.*41. *de reſcriptis*, Veſtrius *in praxi*, *cap. vlt. n.*19. Peregr. *deciſ.*15. *n.*3. *lib.*1. cùm conſtet de contumacia; quia reſeruatur obedientia dicto mandato, quæ nihil aliud eſt quàm voluntaria inobedientia, quâ quis monitionem iudicis implere contemnit, *l. contumacia*, *verſic. Contumaces non videntur*, *ff. de iudiciis*; ſequitur, quod ob dictam contumaciam poſſit dari declaratoria cenſurarum in mandato comminatarum, *cap. certum* 43. 11. *q.*3. Gloſſa *in cap. Duo ſunt*, 10. *verſ. Videbatur*, 96. *diſt.* Hæc ibi Rota, quæ maximè etiam faciunt pro §. *Neque incolæ*, ibi: *Apparet manifeſtè de voluntate non parendi*; & ibi: *Et hoc ſufficit ad effectum declaratoriæ*.

3 Ad probationem illius paragraphi, *Non obſtat*; videlicet, quod merus executor non poſſit exceptiones admittere, neque de eis iudicare, quod eſt iudicis partes aſſumere, produco Auguſt. Barboſam *in dictum cap. Paſtoralis*, §. *Quia verò*, *n.*13. dicentem: Notetur ad hoc, quod merus exequutor non poteſt exceptiones admittere, nec de eis iudicare, vt per Abbatem *d. num.* 3. Cardin. *q.*8. Felinum *à num.*16. *hîc*, Cou. *practicar. cap.*16 *n. vlt.*

4 Circa clauſulam, *Non poterat*; &, *Non poteſt*; notetur illam tollere facultatem, ita quod actus factus ſit nullus, Naldus *verbo Clauſula*, *n.*8. *ex l. Gallus*, *in princ. de liberis*, *& poſthumis*, & Decius *in cap. Decernimus*, *n.*88. *de iudiciis*.

5 Circa §. *Verùm*, notetur, declaratoriam non relaxari contra vniuerſitatem, ſed contra ſingulos de vniuerſitate, quia hæc, quà talis, excommunicari non poteſt, ſed ſolùm illi de Collegio, vel vniuerſitate, qui culpabiles fuerint. Ita decernitur *in cap. Romana*, *in fine*, *el* 5. *de ſent. excomm. in* 6. & docet Vazq. *de excomm. dub.*17. *n.*7. Sed benè relaxatur interdictum, quamuis innocentes afficiat; quia hæc pœna benè infligitur vni pro delicto alterius. Gloſſ. *in cap.*16. *de ſent. excomm. eod. lib. verbo interdicti*. Ego *in diſq. tom.*1. *diſq.*3. *dub.*1. *n.*10.

DECISIO XIX.

R. P. D. Pamphilij, Decani.

Valliſoletana præeminentiarum. Lunæ 24. *Nouembris* 1603.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbatis electio actiuè, *& paſſiuè ad Conuentum pertinet.* num.6.

Contra iuris diſpoſitionem à Generali, *& à Diffinitoribus eligitur Abbas.* n.10.

Abbas S. Facundi Priorem, *ſeu Abbatem S. Benedicti Valliſoletani olim confirmauit.* n.13.

Axioma.

Quod omnes tangit, *ab omnibus approbari debet.* num.6.

Congregatio.

Initium habere cœpit Congregatio S. Benedicti Valliſoletanæ poſt annum 1492. *ſedente Innocentio Papa VIII.* n.13. & 14.

Vnio Monaſteriorum iſtius Congregationis fuit ſuſpenſa, *& ſubreptitia declarata per S. Rotam.* num.14.

Conſtitutio.

Præiudicialis eſt conſtitutio, *quæ aufert ius de iure communi competens.* n.5.

Conſtitutio, & *ſtatutum à beneficiis certum genus perſonarum excludentia*, *dicuntur contra ius.* num.8.

Conſuetudo.

Induci non poteſt conſuetudo per aliquid vario obſeruatum modo. n.16.

Derogatio.

Neceſſaria eſt derogatio de iure quæſito, *dum aufertur*, *quod de iure competit communi.* n.5.

Electio.

Generalis S. Benedicti Congregationis Hiſpanæ electio varios habuit ſtatus. num.1.2.3.12. 15. & 16.

Electio actiua, *& paſſiua Generalis*, *ad totam Congregationem de iure communi ſpectat.* n.5. & 6.

Regula S. P. N. Benedicti, *an de Generalis*, *an ſolùm de Abbatum localium electione loquatur.* num.6.

Electio Abbatum actiuè, *& paſſiuè ad Conuentum pertinet.* n.6.

Summam requirit electio libertatem, *& ab ea longè abeſſe debet omnis coactio*, *& reſtrictio.* n.7.

Hæc aufertur libertas, *non ſolùm ſi certum perſonarum genus*, *ſed etiam ſi vna perſona eligi non poteſt.* num.7.

Maior requiritur libertas in electione paſſiua, *quàm in actiua.* n.8.

Electionis libertas, *etiam per indirectum læditur.* num.11. & 18.

Electio

Electio minus digni, omiſſo digniore, quoad validitatem ſuſtinetur, poſtquam facta eſt, vt litium occaſiones amputentur. n.9.

Lædi poteſt electionis libertas, quando Generalis, vnà cum Diffinitoribus illam celebrant, cùm ei contradicere non audent. n. 11.

Eligendi.

In omni electione præferri debet, qui cæteris melior, ac morum, & vitæ ſanctitate præſtantior eſt; & alium eligentes peccare. n.9.

Valliſoletum.

Cœnobium S. Benedicti Valliſoletanum, erectum fuit ſub obedientia Monaſterij Sancti Facundi. num.13.

Dicti Cœnobij Congregatio, quando, & quomodo incepit. num.13. & 14.

1 SAnctiſſimus Dominus noſter, ad tollendum diſſenſiones, quæ circa modum eligendi Generalem, & alios Abbates Congregationis Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, pluries etiam auctoritate Apoſtolica immutatum, ſæpè oriebantur, ſua conſtitutione ad ſupplicationem Regis Hiſpaniarum Conuentus Sancti Benedicti Valliſoleti, & totius Congregationis certum modum, & formam electionum præfiniuit, ac obſeruari mandauit.

2 Quod ſcilicet de cætero in Capitulo tunc de anno 1592. celebrando, & deinceps perpetuis futuris temporibus Congregatio liberè, & abſque ſuffragiis Monachorum Conuentus Valliſoleti, Capitularibus tamen exceptis, in Abbatem dicti Conuentus, & Generalem totius Congregationis eligeret vnum Monachum ex gremio ipſius Congregationis ad triennium, quo finito, ſimili modo ad aliud triennale tempus immediatè ſequens, eadem Congregatio liberè, & aliis ſuffragiis prædictis teneatur in Abbatem, & Generalem præciſè eligere vnum Monachum in Monaſterio Sancti Benedicti profeſſum. Et quod iſte ordo alternatis trienniis, omni tempore ſeruetur, vno videlicet ex gremio Congregationis, & altero ex profeſſis in dicto Monaſterio, qui cæteris præſtantes, & digniores iudicati fuerint, eligantur.

3 Et inſuper, quod vnus in dicto Monaſterio profeſſus, ex iis, qui in eodem Monaſterio, quando ibi Capitulum celebratur, deguerint, vel ipſi Capitulo interfuerint, in Diffinitorem ex octo, qui eliguntur, ſemper eligatur, & quod Abbas Generalis, & Diffinitores nouiter in vnoquoque Capitulo electi tantummodo eligant Abbates reliquorum Monaſteriorum, licèt hactenus per ſuos quoſque Conuentus eligi, & aſſumi conſueuerint.

4 Cúmque Congregatio prætenderit Conſtitutionem huiuſmodi tendere in maximum ſui præiudicium, neque vnquam pro illa obtinenda Sanctiſſimo ſupplicaſſe, vel conſenſum præbuiſſe, ad eundem Sanctiſſimum habuit recurſum, & obtinuit committi Illuſtriſſimis Dominis meis Burgheſio, & Arigonio, cauſam ſubreptionis dictæ Conſtitutionis. & mihi ab eiſdem demandata diſcuſſione huius cauſæ, ſub die 2. Iunij proximè præteriti, dubitaui, *An conſtaret de conſenſu Congregationis?* Quo die nulla capta fuit reſolutio, ſed Domini pro faciliori dicti dubij reſolutione ordinarunt, quod videretur, an Conſtitutio Sanctiſſimi ſit præiudicialis Congregationi. Quo per me propoſito die 24. Nouembris 1603. Domini præiudicialem eſſe cenſuerunt.

5 Eo enim ipſo, quod Conſtitutio arctat Congregationem in alternato triennio ad eligendum in Abbatem Generalem vnum Monachum profeſſum in Monaſterio Valliſoleti, ei aufert ius, quod ſibi de iure communi competit, vt electio Generalis actiua, & paſſiua liberè ſpectet ad totam Congregationem, *cap. ſin. 16. quæſt.7. cap. Abbatem, il 1. & il 2. 18. quæſt.2. cap. Cùm dilectus, de conſuetud. §. Iubemus, Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis:* & tradunt Doctores *in dicto cap. Cùm dilectus*, & præcipuè Butrius *in prima lectura, num.7. & in 2. lectura, num.38.* & *n.45.* & Cardinalis *num.9. quæſt.1. gloſſa 1. in cap.1.* vbi Archidiaconus & Turrecremata *num.1. diſtinct.66.* Quod etiam ſtatutum eſt ex regula Sancti Benedicti, *cap.64.* ex qua eſt deſumptus textus *in cap. in ordinatione, 61. diſtinct.* Et conſequenter cùm conſtitutio auferat Congregationi ius competens de iure communi ei, vtique eſt præiudicialis. Butrius *in cap. cùm terra, num.6. de electione.* Et facit deciſio Putei 41. *lib.1.* & Sarnenſis *de iure quæſito, quæſt.9.* dum volunt, quod in competentibus de iure communi, ſit neceſſaria derogatio Regulæ, *de iure quæſito non tollendo.*

6 Neque obſtat, quod regula Sancti Benedicti *in cap.64* non loquatur de Abbate Generali, ſed de Abbatibus ſingulorum Monaſteriorum, & quod nomen Congregatio, ibi ſignificat ſingularem cuiuſque Monaſterij Conuentum, prout etiam accipitur *in dicto cap. Abbatem, il 1 & 2. 18. quæſt.2.* & ſæpe alibi in corpore iuris. Quia ſicut electio Abbatis particularis cuiuſqu Monaſterij actiuè, & paſſiuè pertinet ad Monachos, ſeu Congregationem illius Monaſterij, de cuius Prælati electione agitur, vt de actiua eſt textus *in cap.1. de electione*, & de paſſiua *in cap. cùm dilectus, de conſuetudine:* & de vtraque notat Butrius *ibidem num.7. in prima lectura* & *num.38. in 2. lectura.* Ita ex eadem ratione electio Abbatis Generalis, qui toti Congregationi præficitur, debet ad totam Congregationem actiuè, & paſſiuè pertinere: quod enim omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *l. vltima, Cod. de Auctoritate præſtanda.* Gloſſa *in cap.2 in verbo Ab omnibus, 66. diſtinct.*

7 Nec prædictis obſtat, quod licèt Congregatio priuetur voce paſſiua in vno triennio, ad eandem tamen ſemper ſpectet actiua, qua priuatur Monaſterium Valliſoletanum. Quia Congregatio habet plura Monaſteria, quibus in vno triennio tantùm datur, quantùm in altero triennio datur vni Monaſterio Valliſoletano: & cùm in electione requiratur ſumma libertas, & ab ea debeat longè abeſſe omnis coactio, & reſtrictio, *dicto cap. Cùm dilectus, in fine*, ibi: *Liberam habeant*, &c. ſi facultas eligendi reſtringitur ita vt certum genus perſonarum, immò vna perſona eligi non poſſit, non dicitur libera electio, *l. Neceſſarium, l. immò, ff. de optione legata* Baldus *in tract. de ſchiſm.* quem poſuit poſt titulum Codicis *de Edicto Diui Adriani tollendo, num.11. verſic. Eſt & tertium:* & *in l. fin. §. Sed & ſi quis, num.26. Cod. communia de legatis.*

8 Præſertim, quod maior libertas requiritur in electione paſſiua, quàm in actiua, vt per Butrium *dicto cap. Cùm dilectus, num.26. in prima lectura*, & *num.25.* & *num.45. in ſecunda lectura*, & ibi Imola *ſub num.1. de conſuetudine.* Idem

Butrius *in cap. Cùm inter, il 3. num.11. de electione*: & facit, quod de iure quilibet poteſt eligi, & inſtitui, dummodo ſit idoneus, *cap. Ad decorem, de inſtitutionibus*. Et propterea ſtatuta excludentia à beneficiis certum genus perſonarum, dicuntur contra ius. Butrius *in dicto cap. Cùm dilectus, num.38. cum duobus ſequentibus, in ſecunda lectura*, & ſæpiſſimè fuit in Rota reſolutum.

9 Præmiſſis accedit, quod reſtringendo electionem paſſiuam in alternato triennio ad ſolum Monaſterium Valliſoletanum, ſequeretur, quod minùs idonei præferrentur idonioribus, contra iuris diſpoſitionem, quæ vult, quod in omni electione præferatur ille, qui cæteris eſt melior, ac morum, & vitæ ſanctitate præſtantior, *cap. Licèt ergo, 8. quæſt.1.* cum concordantibus, per gloſſam *in cap.2. verbo Sanctiones, de officio cuſtodis*, & Lambertinum *de Iurepatronatus, lib.2. parte 1. quæſt.10. art.3. num.5. & 6.* Et non eſt dubium, quin idoniores faciliùs eligi poſſint ex tota Congregatione, quàm ex vno Monaſterio. Et quamuis pro validitate electionis ſatis ſit, ſi dignus eligatur, & electio de digno, omiſſo digniori ſuſtineatur, vt poſt alios per Couarruuiam *in regula peccatum, parte 2. & 7. num.3. verſic. Nec enim, de regulis iuris, in 6.* id tamen procedit poſtquam facta eſt electio, quæ ex omiſſione dignioris non retractatur, vt litium occaſiones amputentur, ſed ante electionem, omnia iura clamant, quod meliores, & ſanctiores eligantur: & ideò peccant, qui omiſſo digniori, eligunt dignum, vt notant omnes *in cap. Conſtitutus, de appellationibus*, cum allegatis in cauſa Toletana Canonicatus, 18. Maij, 1584. coram Sanctiſſimo.

10 Præterea ex eadem conſtitutione aliud infertur præiudicium, quia aufert electionem Abbatum particularium Monaſteriorum à ſuis Conuentibus, & illam dat Generali, & Diffinitoribus, contra iuris communis diſpoſitionem, ſecundùm quam Abbas cuiuſque Monaſterij à ſuo Conuentu eſt eligendus, *cap.1. de electione*, vbi Doctores, *cap. Cùm dilectus*, vbi Abbas *num.3. in 3. notabili*, & cæteri omnes, *de conſuetudine, cap.2. §. fin. de ſtatu Monachorum*. Præpoſitus *in cap.1. ſub num.6. circa medium, verſic. Aut tales Ecleſiæ non ſunt obedientiariæ, 21. diſtinct.* maximè quod Monaſteria huius Congregationis ſemper conſueuerunt eligere proprios Abbates, iuxta notata *in cap. Cùm dilectus*.

11 Conſiderabant etiam Domini, quod per indirectum poſſet euenire, quod electio non ſit libera in alio triennio, in quo debet eligi vnus ex gremio Congregationis, qui non ſit profeſſus in Monaſterio Valliſoletano, quia Abbas Generalis profeſſus in dicto Monaſterio, in ſuo triennio, vnà cum Diffinitoribus, qui ei contradicere non audebunt, & inter quos ſemper debet eſſe vnus profeſſus eiuſdem Monaſterij, contra textum *in cap. in ſingulis, §. ordinentur, & in cap. ea quæ, circa principium, de ſtatu Monachorum*, facilè procurabunt in Abbates particulares perſonas gratas Monaſterio, vt iſti ad quos ſpectat electio Generalis, in ſequenti triennio eligant Monachum Monaſterio gratum, & ſic cùm per indirectum ex hoc lædi poſſit libertas electionis in triennio, in quo debet eligi Monachus Congregationis, conſtitutio non debet cenſeri minùs præiudicialis, quàm ſi directò id inde reſultaret, *l. vltima, Cod. ſi mancipium*: ita textus *cap. Deteſtante, de conceſſione præbendæ, in 6.* Tiraquellus *de retract. lignag. §.1. gloſſa 14. num.17.*

12 Neque obſtat, quod ſtatus omnes præcedentes erant multò magis præiudiciales Congregationi, quàm ſit conſtitutio; cùm antea electio, tam actiua, quàm paſſiua ſpectaret ad ſolum Monaſterium Valliſoletanum, & conſtitutio ab eo auferat paſſiuam in vno triennio, & in vtroque actiuam, & illas det Congregationi. Et iſti ſtatus non ſolùm ad hunc effectum videntur attendendi, iuxta textum *in cap. Cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, cap. Querelam, de electione: cap. Conſultationibus, de iurepatronatus*, cum vtrobique notatis: quod immò ex illis videtur inducta conſuetudo, quod vtraque electio ſit Monaſterij priuatiuè quoad Congregationem. Quæ conſuetudo valet, & derogat iuri communi, *dicto cap. Cùm dilectus*, vbi Butrius *in prima lectura, num. 50. verſic. Oportet tamen, & num.51. verſic. Sed antè ex conſuetudine, &c.* vbi quod non requiritur titulus. Abbas *in cap. Cùm terra, n.2. circa finem, verſ. Sed conſuetudo, de electione*.

13 Quia huic obiectioni, in qua conſiſtit totum fundamentum Monaſterij, fuit reſponſum, quod inſpecta tota ſerie facti, re etiam ipſa ab origine deducta, non poteſt conſiderari aliquis ſtatus, qui Monaſterio ſuffragetur; nam ſi inſpiciamus ipſius initium, illud fuit erectum ſub obedientia Monaſterij Sancti Facundi: & quamuis à Benedicto XIII. & Martino V. fuerit exemptum à ſuperioritate præfati Monaſterij, nihilominus iidem Pontifices reſeruarunt, quod Prior, ſeu Abbas Valliſoletanus confirmaretur ab Abbate Sancti Facundi. Vnde in hoc ſtatu Monaſterium Valliſoletanum nullam poteſt prætendere ſuperioritatem, & præeminentiam in cætera Monaſteria, quæ ei non erant ſubiecta, neque vnita.

14 Ab iſto autem tempore apparet omnes actus fuiſſe turbidos, & ſemper controuerſos, adeò quod non conſtat de aliquo ſtatu pacifico, prout requiritur, iuxta conſilium Calderini 12. *de iurepatronatus*, communiter receptum, & à Rota approbatum: per vniones enim factas ab Eugenio IV. Calixto III. & Innocentio VIII. non poteſt dici acquiſita aliqua ſuperioritas in Congregationem, quæ de illo tempore nondum erat erecta, cùm cœperit habere initium poſt annum 1492. Sedente Innocentio, & poſteà fuerit in eſſe deducta de tempore Caroli V.

15 Vltra quod poſteà ad inſtantiam Monaſterij de Onna, vnius ex Monaſteriis vnitis, fuit ab eodem Innocentio commiſſa in Rota cauſa ſubreptionis dictarum vnionum, & ea pendente, ſuſpenſæ litteræ ipſarum vnionum, quoad omnia Monaſteria, & per ſententiam Felini, tunc Rotæ Auditoris declaratum, Monaſterium de Onna, & illius perſonas ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate Monaſterij Valliſoleti fuiſſe exemptas, & vnionem ſubreptitiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum, & relaxatæ fuerunt executoriales; & quamuis non appareat fuiſſe latam ſententiam reſpectu aliorum Monaſteriorum, tamen effectus ſubſecutus docuit, declarata per Felinum ad fauorem Monaſterij de Onna, omnibus profuiſſe, ex quo anno 1492. fuit tradita forma nouæ Congregationis, non ſolùm dictorum Monaſteriorum antè vnitorum, ſed etiam

omnium

omnium in futurum inuicem , & æquè principaliter vnitorum.

16 Cætera verò,quæ geſta fuerunt ab anno 1492. vſque ad annum 1550. ſemper fuerunt controuerſa , cùm fuerit ab illis reclamatum , & ſemper vario modo ſtatutum. Et vlteriùs ea omnia fuerunt per Bullas Pauli IV. & Pij IV. reuocata , & de anno 1557. per Paulum IV. electio Generalis , tam actiua, quàm paſſiua fuit reducta ad libertatem. Et licèt poſtea de anno 1559. in Capitulo Generali fuerit ab eis receſſum , & ſtatuta quædam electio alternatiua paſſiua , à qua habuit ortum modus alternatiuus eligendi Generalem in conſtitutione ſancitus ; tamen illa quoque fuit per Pium IV. reuocata de anno 1561. & ordinatum , quod de cætero ſeruaretur conſtitutio Pauli III. à qua etiam fuit receſſum, dum duodecim Monachi vigore litterarum eiuſdem Pij IV. deputati , aliud diuerſum ſtatuerunt , deſuper obtenta à Pio V. de anno 1568. confirmatione , à qua fuit quoque reclamatum, & de anno 1591. fuit renouata alternatiua electio , quæ dedit cauſam nouis contradictionibus.

17 Et ex his , vt ſuprà dictum eſt , apparet pro parte Monaſterij non poſſe conſiderari aliquem ſtatum , qui non fuerit turbidus, & ſemper controuerſus , adeo quod ei minimè ſuffragari poteſt. Maximè quod , vt patet ex prædictis , & dicitur in Conſtitutione , & Breui Sanctiſſimi , modus circa electionem Generalis , ſæpiſſimè fuit immutatus , & ſic , cùm vario modo fuerit obſeruatus, nulla potuit induci conſuetudo. Bartolus , & alij *in l. 2. in principio , ff. ſoluto matrimonio.* Alexander *conſil. 5. num. 7.* & *conſilio 127. circa finem, lib. 5.* Decius *conſil. 8. n. 4. verſic. Secundò, quia.* Aim. *conſil. 96. num. 5.*

18 Poſtremò non nobſtat , quod conſtitutio non poſſit dici præiudicialis Congregationi , quatenus particularibus Monaſteriis aufert electionem ſuorum Abbatum , ex quo nec Monaſterium Valliſoletanum habet electionem proprij Abbatis , & conſequenter , vel nullum poteſt conſiderari præiudicium vel omnibus æqualiter præiudicatur , quia fuit dictum Monaſterium Valliſoletanum habere hanc prærogatiuam , quod eius Abbas ſit quoque Abbas Generalis totius Congregationis , & quod in vno triennio vnus ex ſuis profeſſis eligatur. Vnde licèt conſiderando ſimpliciter priuationem electionis proprij Abbatis , poſſit dici omnia Monaſteria æquale ſentire præiudicium, tamen , ſtante dicta prærogatiua, negari non poteſt, quin multò magis fuerit præiudicatum reliquis Monaſteriis , quæ non habent hanc prærogatiuam.

19 Prætereà conſiderabant Domini , quod cum , vt ſuperiùs dictum eſt , electio Abbatum ſingulorum Monaſteriorum ſpectet ad Generalem , & Diffinitores , inter quos ſemper debet eſſe vnus ex profeſſis in Monaſterio Valliſoletano , & Generalis in vno triennio , debeat eſſe etiam profeſſus dicti Monaſterij , & in alio triennio veriſimiliter poſſit eligi gratus Monaſterio, reſpectu ipſius non poteſt conſiderari illud præiudicium , quod per indirectum ex hoc poſſit inferri cæteris Monaſteriis : & ſic electio Abbatum particularium in conſequentiam eſſet quodammodo coarctata, & liberè non ſpectaret ad Congregationem.

20 Et ex hoc etiam ceſſat , quod dicebatur , conſtitutionem Congregationi eſſe fauorabilem , & non præiudicialem , dum aufert electionem Abbatum propriis Monaſteriis , & eam dat Generali , & Diffinitoribus , qui Congregationem repræſentant : quia ex prædictis apparet , non poſſe dici electionem liberam ſpectare ad Congregationem.

Et ita fuit concluſum , conſtitutionem eſſe præiudicialem Congregationi , &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Ad verſiculum , *Quod ſcilicet* , in fine, ibi : 1
Qui cæteris præſtantes, & digniores iudicati fuerint, eligantur; notatur , quod electio canonica ſemper fieri debet de præſtantioribus, & dignioribus ſubiectis , vt dignè , laudabiliter , ac licitè celebretur ; aliàs lethaliter peccabunt electores. Pro quo vide quod dixi *ad conſtitutionem 6. numero* 488. 543. 563. 768. *&* 899. Qui autem præſtantiores , & digniores ad effectum electionis cenſeantur in praxi , explico *num.* 550. *& ſeqq. vſque ad num.* 562.

Ad tertium verſiculum , *Et inſuper*, ibi : *Quod* 2
Abbas Generalis, & Diffinitores... eligant Abbates , notatur Reuerendiſſimum Generalem ab electionibus Abbatum particularium , ſeu localium in Capitulo Generali celebrandis , fuiſſe per Paulum Papam V. excluſum , vti vidimus in illius conſtitutione , ſuprà in hoc volumine expoſita , *la* 13. Et ratio huiuſmodi excluſionis deſumi poteſt ex his , quæ ibi *numero* 17. *&* 18. dicta relinquo.

§. II.

Ad illud verſiculi 4. *Cùmque Congregatio*, ibi : 3
Cauſam ſubreptionis , notatur , quod ſubreptio , quæ in præſenti materia idem eſt , *ac impetratio , quæ fit à Principe , ſiue Magiſtratu per falſam rei narrationem* , Paſſeratio teſte ; ſiue , vti vult Barboſa *in cap. Super litteris , num. 3. el 20. de reſcriptis* , ſubreptitio committitur per veri taciturnitatem , ſeu per confuſam , ac perplexam expoſitionem veri , ex Viuiano *tom. 1. communium opinionum , lib 4. tit. 1. num. 191. verſic. Et ſubreptio ipſa , pag. 452.* Perez *l. 4. tit. 12. lib. 8. ordinationum , pag* 689. Menochio *de arbitrariis , caſu* 201. *num.* 9. Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 21. num. 2.* Bernard. Grauæo *ad Practicam Cameræ Imperialis , lib. 1. concluſ. 14.* aliter ſe habet in reſcriptis , & litteris gratiæ , ſeu priuilegij, ac ſe habet in reſcriptis iuſtitiæ : ſubreptio enim in litteris iuſtitiæ , illas non vitiat ipſo iure , ſed per Superiorem vel Iudicem illæ annullandæ, & irritandæ veniunt ; litteræ verò gratiæ, & priuilegij ipſo iure per ſubreptionem vitiantur. Ita ab omnibus diſtingui teſtatur Eraſmus à Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos , tom. 1. part. 1. quæſt. 49. num. 1.* Allegat Abbatem , Felinum, & Doctores *in cap. Super litteris, de reſcriptis.* Iaſonem *in l. Qui cùm ſe , num 4. de re iudicata* , per legem *Si dubitetur* , §. *Ita demùm* , vbi Bartolus, *ff. de Fideiuſſoribus.* Doct. Pariſ. *conſil. 4. num. 26. & ſeq. parte 2.* Menochium *de arbitrariis iudiciis , caſu* 201. *&* 202. Felinum *in repertorio, verſic. Subreptio non doloſa vitiat priuilegium* : & Rebuffum *in praxi beneficiorum , parte 1. tit.*

Differentia

Differentia inter reſcripta, *&c.* vbi docet, reſcriptum, ſeu priuilegium per ſubreptionem obtentum, eſſe ipſo iure nullum, quia iudici, aut Epiſcopo fit contumelia, eo quod eximitur quis ab eius iuriſdictione ſine ſua culpa. Doctores *in cap. Ex litteris, de officio delegati*, Felinus *in cap. Ad audientiam, 2. fallentia 10. de reſcriptis.* Francus *cap. 1. de litis conteſtatione, lib. 6.* & poſt Rebuffum Anton. Miliſ. *in repertorio, verbo Priuilegium redditur, fol. 572.* & *verbo Priuilegio, fol. eodem*: & *verbo Gratia, ſiue ſit indulgentia, fol. 179.* Bonacurſ. *in praxi, tit. de Impedimentis, quæ contra reſcripta*, & alij plurimi idem confirmarunt, vti aſſerit Eraſmus præfatus, de quorum numero ſunt Pax Iordanus *tom. 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 11. num. 322. ex cap. Ad aures, cap. Conſtitutus, de reſcriptis, cap. Si motu proprio, de prebendis, lib. 6.* & *ex Clement. 1. eod. tit.* Garcia *de beneficiis, parte 8. cap. 3. num. 2.* & Sanchez *dicta diſp. 11.* quos recenſui, & fui ſecutus in Diſquiſitionibus Moral. & Canonicis *tomo 1. tract. 1. diſq. 3. dubio 1. §. 2. num. 41. pag. 27.* & Barboſa *in dicto cap. Super literis, num. 1. el 20. de reſcriptis*, quò loci idem docet in caſu obreptionis: vitiari ſcilicet litteras, ita vt nullum ex illis commodum conſequantur illas impetrantes per fraudem vel malitiam, exprimendo falſitatem, vel ſupprimendo veritatem: & non obſcurè Choxier *loco citato, num. 3.* dicens: Vnde omnia exprimenda ſunt, & de omni eo facienda eſt mentio, quod Principem ad aliter, atque aliter concedendum mouere poſſet, *cap. Conſtitutus, de reſcriptis, cap. Super litteris, cap. Poſtulaſti, cap. In noſtra*, vbi Abbas, & Felinus latè, *de reſcriptis*, notatur *in cap. Dudum, de prabendis in 6.* Et ego denique *vbi proximè* poſt dictos Iordanum, Garciam, & Sanchez. Vbi explicui ex dicto Pace Iordano, *num. 532.* allegante Innocentium *in cap. Dilecta, num. 3. de reſcriptis*, Abbatem *ibidem, num. 7.* Felinum *num. 2.* & multos alios, ſubreptionem conſiſtere in eo, quod verum tacendo, vel falſum exprimendo, narretur aliquid neceſſariò exprimendum Principi, quando ipſe plenè intellexit tenorem precum; obreptionem verò in eo, quod per verborum inuolucrum, aut cautam locutionem, ironicam, ſeu callidam effugiatur plena, & deliberata concedentis intelligentia, & conſcientia, iuxta quod Paſſeratius ait: *Obreptio, & latens, & fallax aditio.* Et Hiſpanè: *Obra de andar a eſcondidas.* Et ex aliorum mente dixi, ſubreptionem dici; quando veritas tacetur, vel per confuſam, & perplexam narrationem occultatur; & obreptionem, quando falſum narratur. Vide tamen deciſionem ſequentem, *n. 9.*

4 Ex dictis habemus, ſubreptionem, & obreptionem diuerſimodè à Doctoribus explicari, ita vt alij ſubreptioni explicationem tribuant, quam alij applicant obreptioni; & econtra. In hoc tamen conueniunt omnes, quod ſiue per ſubreptionem, ſiue per obreptionem obtineat quis gratiam, aut priuilegium, nullum commodum ex illa, aut illo ipſe conſequatur, cùm ipſo iure nulla ſit, & irrita vtriuſque conceſſio, quod pro præſenti noſtro ſufficit argumento.

§. III.

5 Circa verſiculum quintum; *Eo enim ipſo*, notatur, non ſolùm electionem Generalis actiuam, & paſſiuam, ad Congregationem ſpectare illam, cui præficitur; ſed etiam omnem electionem Canonicam Prælati immediati, ad Collegium pertinere, cui præficiendus erit. Quoad electionem actiuam, conſtat vltra allegata in deciſione, ex traditis per Abbatem *in cap. Cùm dilectus, num. 3. & 8. de conſuetudine*, & *in cap. officij, num. 1. de electione*, & *in Clementina Et ſi principalis, num. 6. in fine, de reſcriptis, la 2.* per Lezanam, *tomo 3.* ad Mare magnum Minorum, *§. 3. num. 11.* Tamburinum de iure Abbat. *tom. 1. diſp. 5. quæſtio 1. n. 1.* Aug. Barboſa *in can. 1. & ſeqq. 18. q. 2.* & per plures alios ſuprà ad Conſtitutionem 6. *num. 461. & ſeqq.* adductos. Et quoad electionem paſſiuam, docent Barboſa *loco citato*, Lælius Zecchius *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 25. num 3.* Et de Generalis electione, cuiuſvis Ordinis ille ſit, ait idem Barboſa *in votis deciſiuis, tom. 1. voto 35. num. 35.* quod iure communi attento, electio actiua, & paſſiua ad vniuerſam pertinet Congregationem. Quæ omnia etiam adnotantur pro verſiculo 6. *Neque obſtat.*

§. IV.

Pro verſiculo ſeptimo, *Nec prædictis*, ibi: 6
Et cùm in electione requiratur ſumma libertas, &c. notetur, quod libertas omnimoda, tam de iure naturali, quàm de Canonico, eſt de ſubſtantia electionis; illa enim electoribus quomodolibet ſublata, electio ipſo facto nulla redditur, & irrita. Barboſa *in votis deciſiu. tom. 1. libro 2. voto 33. num. 22. & 23. ac 48.* & *voto 35. à n. 46. voto 39. num. 57. voto 47. num. 29.* & *tom. 2. voto 77. num. 13.* qui *dicto voto 35. num. 47.* addit, ad inducendam huiuſmodi nullitatem ſufficere quemlibet metum, etiam leuem. Et *voto 47. n. 28.* ait electionem vitiare, quemcunque timorem inferendæ violentiæ, licèt iſta illata non ſit. Propugnant etiam noſtram concluſionem Franciſcus Dubal *en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin, parte 2. quæſt. 20. à num. 25.* & plures alij, quos recenſui, & fui ſecutus ad dictam conſtitutionem 6. *num. 702. & duobus ſequentibus*, & ad conſtitutionem 15. *num. 17. & 18.*

Et ad probandum, quod in eodem verſiculo 7
dicitur, *ſi facultas eligendi reſtringitur, &c.* faciunt à me dicta ad conſtitutionem 6. *num. 705. & 706.* poſt Tamburinum, Gonzalez, Lezanam, Peyrinum, Emman. Roderiq. Vidal, Mirandam, Bordonum, Megalam, Sigiſm. à Bononia, & Lauorium, quibus addo Barboſam *dicto voto 33. num. 30. 31. 32. & 33.* in quo, ex Butrio *in cap. Cùm dilectus, in ſecunda lectura, num. 58. & ſeqq. de conſuetudine*; & ex Rota *deciſ. 65. numero 7. part. 1. recentiorum*, ait ſtatutum excludens ab electionibus certum genus perſonarum, eſſe contra ius. Idem tenuit Rota in hac deciſione, *verſic. Præſertim*: & *voto 35. num. 65.* ait Barboſa electionem ſic factam, ad minùs irritandam venire. Et *num. 66.* aſſerit, coarctatam eſſe electionem, ſi excludantur aliqui, aliis admiſſis. Et denique *num. 68.* dicit, quod electione coarctata ad tres, vel quatuor, libertas tollitur. Idem ait Dubal *dict. quæſt. 20. num. 27.*

§. V.

Pro concluſione illa verſiculi, *Præmiſſis*: Quod 8
in

in omni electione præferatur ille, qui cæteris eſt melior, &c. addo canonem *Vtiliſſimus, 1. quæſt. 1. can. Licèt ergo, 8. quæſt. 1.* cuius verba recenſui ſuper conſtitutione *6. n. 544.* & *can. Metropolitano, 63. diſtinct. cap. vnic. §. Omnibus ergo; vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, vbi reprehendens Innocentius III. Mediolanenſem Archiepiſcopum, ait: *Quia non ex affectu carnali, ſed ex diſcreto iudicio in perſona magis idonea debuiſſet Ecc eſiaſticum officium, & beneficium diſpenſare.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reſ.matione . cap. 1.* vbi reos peccati mortalis iudicat electores, *niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint.* In iure etiam ciuili, *Authentico de Monachis, §. Ordinationem, collat. 1.* præcipit Imperator, vt qui priùs optimus inter Monachos apparuerit, in Paſtorem præficiatur. Gratianus denique noſter *in can. Vnum, §. Nomine autem*, ex D. Hieronymo in epiſtola ad Oceanum, hanc ſententiam refert. *Res contra naturam penè eſt, vt ſine peccato aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione, cæteri grex dicantur.* Ita in canone *Vnum orarium, 3. 25. diſtinctione.* Quamplurimos pro eadem concluſione cumulaui, & ſequutus fui Doctores vbi ſuprà, *num. 543. 563. 768. & 899.*

9 In eodem verſiculo aſſeritur, quod *pro validitate electionis ſatis ſit, ſi dignus eligatur; id tamen procedit, poſtquam facta eſt electio, quæ ex omiſſione dignioris non retractatur.* Pro qua concluſione faciunt caput *Cùm nobis, 19. de electione*, vbi probata fuit per Innocentium III. Papam electio illius, qui licèt non eminentis litteraturæ, conuenientis tamen electus exiſtebat: vbi gloſſa *verbo Eminentis*, ait: *Eminens ſcientia bene eſt deſideranda in Prælato, & competens toleranda.* Et canon *Monaſterium*, ex Synodo deſumptus Romana, *16. quæſt. 7.* in quo conſtructori Monaſterij, vel Oratorij conceditur, vt poſſit illud, cui voluerit Presbytero, dummodo malus non exiſtat, de conſenſu Epiſcopi commendare: vbi gloſſa *verbo, Ne malus*, ita inquit: *Argumentum, quod ſufficit, aliquem non eſſe malum.* Gloſſa *in can. Licèt ergo, verbo Qui præſtantior, 8. quæſt. 1.* dicens: *Hìc comparatiuum temperat H, ſecundùm eum ſufficit, quod bonus eligatur. Eſt autem aliquis bonus, eo ipſo, quod non eſt malus.* Gloſſa etiam *in cap. Conſtitutis, verbo Magis vtilem, 2. & 46. de appellationibus*, poſtquam dixerat, *Ille enim, qui eſt doctior, & ſanctior, eſt eligendus*, addit: *Licèt talis eſt eligendus, ſufficit tamen ſi eſt idoneus: quia conueniens ſcientia toleratur in Prælato... & ſufficit, quod non ſit malus.* Et *in cap. Quoniam in quibuſdam, verbo Qui maioribus, el 3. de Iurepatronatus*, in ſequentia prorumpens: *Sed nunquid requiritur, quod maioris ſit meriti, & quod plures eum præſentent? hoc videtur velle hæc littera, ſed videtur ſufficere, ſi ſit idoneus, dum tamen habeat maiorem partem, licèt alius ſit melior.* Faciunt etiam Bart. *in l. Cùm quidam, ff. de legatis*, Aſcan. Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 13. num. 1. & 4.* vbì ſic, vt ſequitur, fatur.

10 In foro autem exteriori ſatis erit, quod dignus eligatur (verba ſunt noſtri Tamburini *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. q. 13. num. 6.*) ac quod electus ſit bonus; ſuſtinetur enim digni electio, etiam omiſſo digniori; quoniam aliàs quamplu-ribus litibus, & controuerſiis aditus pateret (quam etiam rationem reddit S. Rota in finè dicti verſiculi) ac omnibus electionibus calumniæ de facili inferri poſſent; cùm perdifficile ſit, conſtare in foro exteriori, quis bonus, quiſvè melior, aut optimus ſit. Et ita ſentit D. Thom. *2. 2. q. 63. art. 2. ad 3.* dicens, *quod quantum ad hoc, quod electio impugnari non poſſit in foro iudiciali, ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam. Sed quantum ad conſcientiam eligentis, neceſſe eſt eligere meliorem, vel ſimpliciter, vel in comparatione: quia ſi poteſt haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem, & alius præferatur, oportet quod ſit propter aliquam cauſam. Quæ quidem ſi pertineat ad negotium, quantum ad hoc erit ille, qui eligitur, magis idoneus: ſi verò non pertineat ad negotium id, quod conſideratur vt cauſa, erit manifeſtè acceptio perſonæ.* Hæc omnia Angelicus Doctor.

Quam doctrinam tenuit Panormitan. *in cap. Conſtitutis, num. 7. el 46. de appellationibus*, in ſequentia prorumpens, diſtinguendo: aut à principio fuit appellatum, ne fieret electio niſi dè idoniori, & tunc puto quod ſi in eodem collegio reperitur idonior, non valet electio facta de idoneo, cùm de iure teneantur eligere idoniorem, vt *in dicto cap. Licèt ergo, & in cap. dilecti, de electione*, & iuſta fuit cauſa appellandi, vel ſaltem talis electio retractabitur per Superiorem in cauſa appellationis; quod ſentit gloſſa *in dictò cap. Licèt ergo.* Aut non fuit appellatum; & tunc tenet electio facta de idoneo, argumento *in cap. Cùm nobis, & cap. Cùm dilecti, de electione.* Facit textùs cum gloſſa *in cap. Cùm terra, eodem tit.* Sed eligentes peccant non eligendo idoniorem, per iura ſuperiùs allegatà quià tenentur Eccleſiæ conſulere meliori modo, quo poſſunt. Hactenus Eccleſiaſticæ diſciplinæ coryphæus, cui plures alij poſſunt addi Doctores, & non paucos illorum noſter recenſet Aſcanius *dicta diſp. 5. q. 13. & num. 6.* 11

§. VI.

Pro concluſione illa verſiculi *Præterea*, videlicet, quod ſecundùm iuris diſpoſitionem, *Abbas cuiuſque Monaſterij à ſuo Conuentu eſt eligendus*, 12
præter iura in deciſione allegatà, adſunt canon *Abbatem 18. q. 2. el 4.* à Pelagio I. conditus; canon *Abbas*, canon *Abbatem*, à Gregorio noſtro, etiam I. editi, ſicut & canon *Quàm ſit neceſſarium*, ibi: *Defuncto verò Abbate, &c.* canon *Abbas pro humiliatione*, ex Concilio Moguntino deſumptus, *eadem cauſa, & quæſtione*: canon *Congregatio, el final, 16. q. 7.* ex Toletano deſumptus Concilio. Adſunt etiam Doctores, Panormitanus *in cap. Cùm dilectus, num. 3. el 8. de conſuetudine: in cap. Officij, num. 1. de electione*, & *in Clementina etſi principalis, num. 6. in fine, la 2. de reſcriptis.* Lezana *tomo 3. ad Mare magnum Minorum, § 3. num. 11.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 5. quæſ. 1. num. 1.* Aug. Barboſa *in can. 1. & 3. ſeqq. 18. q. 2. in cap. Nullus, n. 1. & 5. el 1. de electione*: & *in votis deciſiuis, voto 36. num. 23.* & *voto 39. num. 20.* Moronus *in centum reſponſis, reſp. 72. num. 4.* Stephan. Bauny *in praxi beneficiorum, diſputatione 3. quæſtione 5. verſic. tertiò eligere.* Caſtrus Palaus *parte 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 11. § 1. num. 4.* Franc. Dubal

en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin, parte 2. quæſt.20. num.17. Et penes illos Nauarrus *comment. 3.de Regularibus,n.2* & *lib.2.conſiliorum, conſil.3.num.3.tit. de electione.* Sigiſmundus à Bononia *de electione Prælatorum,dub.14.n.2:*Hoſtienſis *in Summa,tit.de electione, §.Quis poteſt eligere, verſic. Si non apparet.* Felinus *in cap.Ad petitionem,n.1 de accuſationibus,*Suarez *de religione,tom.4. tract.*8. *lib.2.cap.6. num.19.* Viuianus *in rationali primi libri iuris Pontificij,pag.*40. Raymundus *c.2.* Burchardus *lib.1.cap.19.Decret.* Iuo *part.5. c.73. Decret.* & *volum.2. repetitionum Iuris Canonici, ad librum 1. Decretalium.* Ximenez *in concord.part.1. & 2.* Antonius Auguſtinus *collectanea 1.Decretalium, lib.3.tit.4. cap.1.* Syluester *in Summa, verbo electio 1.q.1.*Bertachinus *de Epiſcopo lib.1.part.3.à principio.* Petrus Gregorius *de electione,cap.6.n.9.* Duarenus *de ſacris Eccleſiæ miniſtris, lib.5. cap.1.* Guillelmus Mandagotus *de electione nouorum Prælatorum,cap.1.* Corraſius *de Sacerdot.part.4.cap.1. à n.28.* Petrus de Biaxio *in Directorio electionum, part.1.cap.2.& ſeqq.*Lælius Zecchius *de Republica Eccleſiaſtica,c.24.de Canonicis,verſic.Septimò.*Garcia *de beneficiis, part.5.cap.4.n.9.* Miranda *in manuali Prælator.tomo 2.quæſt.23.art.5.concluſ.1.* Antonius Ragucius *de voce Canonicorum in Capitulo, q.10.n.3.*Paulus Layman *in Theologia Morali,tr.2. c.12.n.3.*Gloſſa *in cap.Sciant cuncti,verbo Spectant, de electione,in 6.*Abbas antiquior,Zabarella,Innocentius,Ancharanus,Bellamera,Ioannes Andreas, Imola, Anania, Baldus, Decius, Butrius,Henric. Mantica,Compoſtel.& Sacra denique Rota *decis.* 65.*part.1.recentiorum coram Verallo deciſ.296.part. 1.* & *coram Coccino deciſ.296.n.5.pag.mihi 433.*

§. VII.

13 Circa illius verſiculi, *Vltra quod,*in fine:*Æquè principaliter vnitorum*; notetur, quod vnio æquè principalis fit, quando duo, aut plura inter ſe vniũtur, quoad caput,& gubernationem tantùm, ita vt illorum quodlibet remaneat poſt vnionem exemptum, & liberum omnino ab alterius ſuperioritate, & cum omnibus ſuis iuribus, priuilegiis, prærogatiuis,& bonis ſeparatis, minimèque adinuicem communicatis, præter ſpeciale, peculiare, ſeu proprium caput (independens à capite immediato cuiuſlibet alterius ex vnitis.) Ita Pax Iordanus *tom.2.de re beneficiaria,lib.10.tit.32.n.10. pag.437.* Azorius *inſtitut. moral.part.2.lib.6.c.28. q.2. col. mihi 777.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom.3.diſp.15.q.5.n.3.pag.279.* Bauny *in praxi beneficior.diſp.8.q.2. verſic.Tertio loco*: & alij, quos recenſui,& ſu ſequutus *in quæſtionib. Paſtoralibus, parte 2.q.2.n.5.*& *in diſquiſitionibus moralib.& Canonicis tomo 1.tract.8.diſq.2.ſect.2.dub.9. n.6. pag.* 346. Rota *in Pampilonenſi decimarum de Taſalla, 23.Martij 1667.coram R.P.D.Albergato,infrà la... n.5.& 7.*& *in Ciuitatenſi Preſbyteratus,24.Martij 1645. coram R.P.D. Cerro, Decano,* poſt Dianam *part.8.*

14 Plures Epiſcopatus æquè principaliter inter ſe reperiuntur vniti.Cumanus,& Muſitanus, à Gregorio Papa hoc modo fuerunt vniti : de quorum vnione adeſt iuridicũ inſtrumentum in canone, *Et temporis qualitas,16.q.1.*Calagurritanus,&Calceatenſis ſimiliter ſunt in Rioxæ Prouincia, huic Nauarræ Regno contigua,vniti:& frequenter practicatur (ait Pax Iordanus *loco citato*) in pluribus Epiſcopatibus hoc modo vnitis,etiam in ſex Cardinalitiis, quorum aliqui ſunt aliis vniti, prout etiam Viterbienſis,& Tuſcanenſis;Maceratenſis, & Toletanenſis;Iadrenſis,& Pagenſis;Pharenſis, & Brachienſis. Plures etiam Eccleſiæ Parochiales æquè principaliter noſcuntur vnitæ.Et plura denique; & ferè omnia Monaſteria hac æquè principali potiuntur, & gaudent vnione, ex qua quidem reſultant Congregationes Monachorum Nigrorum Ciſtercienſium, &c. & Prouinciæ aliorum Regularium.

Ex dictis *num.13.* infertur, non poſſe Prouinciales, nec Generales quidem Ordinum Monachalium, aut Mendicantium, nec eorum Capitula Prouincialia, vel Generalia, vlli ex Monaſteriis inter ſe æquè principaliter vnitis, aliquod, ipſo capitulariter non volente, & conſentiente, præiudicium in ſuis iuribus, priuilegiis, prærogatiuis, & bonis, tam mobilibus, quàm immobilibus, & ſe mouentibus inferre. Ratio huius corollarij eſt, quia omnia præfata ita propria ſunt cuiuſlibet Monaſterij, poſt vnionem illius cum aliis Monaſteriis, Prouinciæ, aut Congregationis æquè principaliter factam, ac ante illam erant. Sed *quod noſtrum eſt, abſque facto noſtro auferri non poteſt* : *l. Id quod noſtrum, ff. de regulis iuris.* Barboſa *tract. de axiomatibus iuris, axiom. 163. num. 2.* cum Menochio *conſil. 161. num.29.* & *conſil.296. num.* 10. & cum Melchiore Phœbo *tom.1. deciſ.28. numero* 12. Ego ipſe *in diſquiſitionibus moralib. & Canonic. tom. 1. tract. 7. diſq.5. num.2.* Ergo neque Prouincialis aut Generalis, neque Capitula Prouincialia, aut Generalia Monaſteriis Prouinciæ, Congregationis, vel Ordinis inferre poſſunt præiudicium aliquod, eorum iura, priuilegia, prærogatiuas, aut bona auferendo, aut transferendo de vno in aliud, illo capitulariter non conſentiente. Aliàs vnio dicti Monaſterij Congregationi facta, non eſſet æquè principalis, ſed acceſſoria, & ſubiectiua plenariè, & per viam incorporationis; nec cederet in eius ædificationem,ſed in deſtructionem, contra finem intentum in vnione. 15

§. VIII.

Pro concluſione illa verſiculi, *Et ex his,* videlicet : *Cùm vario modo fuerit obſeruatus, nulla potuit induci conſuetudo*; facit Antonius Naldus *in ſumma, verbo Conſuetudo, num.2.* dicens : Conſuetudo non inducitur ex actibus difformibus, ſed vniformibus. Facit etiam Ioannes Azorius *Inſtitutionum Moral.parte 1.lib.5.cap.18.quæſt.15.* in ſequentia prorumpens. Eſt enim conſuetudo ex pluribus ſimilibus actibus comparata, hoc eſt ex actu diuerſis temporibus ſæpiùs repetito, cùm quippiam à paucis quibuſdam factitatum, multi poſteà ſequuti,imitatique ſunt. Ita ille. Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſp.72. num.37. pag.312.* illam illuſtrat per hæc quæ ſequuntur verba. 16

Ex actibus difformibus, & diſſimilibus nulla poteſt introduci conſuetudo, quia deficit vnanimis conſenſus, iuxta Bartolum *in l. 2. in principio, verſic. Ex quo nota, Cod. Quæ ſit longa conſuetudo* : & *in l.Solet, §. Non verò, ff. de officio Proconſulis.* Decius *conſil.8.* & Alexander dixit ſingulariter, quod tali caſu redeundum ſit ad ius commune, & iuxta illud agendum, per legem *Nemo alieno, §. 1.* cum gloſſa ibi, *ad finem,* 17

finem,ff.de regulis iuris : & Bald.& *in l.Non ſolùm, in fine, ff.de iure dotium.* Ita habet Alexander *conſil.5.* & *conſ.127. libro 5.* & addit Myſinger. *centuria 6. obſeruatione 42. num.4.* hoc eſſe memoratu dignum, & non contemnendum. Hucvſque Illuminatus.

18 Aſcanius Tamburinus *tomo 3. de iure Abbatum*, tranſcribit inter alias Sacræ Rotæ deciſiones; vnam 13. in ordine, coram Coccino Decano, *in Treuerenſi Abbatiæ Sancti Maximi, 24. Ianuarij, 1625.* in qua *n.10.* ſic lego: Quod non probetur conſuetudo,ſatis patet;quia illa non inducitur, ſi vario modo fuit ſeruatum;quia requirit actus vniformes. Bartolus *in l.2.in fin.princ.ff. Soluto matrimonio.* Decius *conſil.214.n.2. verſic.I. Hoc idem*, & per totum: & *conſilio 129. column.2.* Alexander *conſil.5. lib.5.* & *conſil.173. per totum, lib.6.* Rolandus *conſil.2.n.118.& ſeq.lib.2.* & *conſil.8. num.13.lib.2.*& *conſil.13.num.18.*& *num.20.* vbi, quod nullus diſcrepat, *lib.4.* Aym. *conſ.96. num.5.* Rimin.Iun.*conſil.264.num.28.& 29.lib.1.* & *conſil. 265. num. 25.* Et quando conſuetudo eſt varia, quod non recedatur à iure communi, Natta *conſ.232. in fine*, & *conſil. 309. n.9.* Rolandus *dicto conſil. 87.n.53.lib.2.* Curtius Iunior *conſil.260. n.20. lib.3.* Hucvſque Rota.

Alia deciſio iſtius confir. n. ... edita eſt coram eodē Pamphilio, 29. Martij 1604. quæ ... tur apud Tamburinum *tom. 3 fol. 313.*

DECISIO XX.

R. P. D. Carpinei.

Toletana Monaſterij, Veneris 24. Februarij, 1668.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbati Sancti Dominici Silenſis alternatiua conceditur in viſitatione Cœnobij Sancti Martini Matritenſis. num.2.

Conceditur eidem præeminentia in eodem Cœnobio. num 2.

In electione paſſiua Abbatiæ S. Martini, filiis S. Dominici alternatiua conceditur. n.2.

Vtraque alternatiua Abbati, & Monachis S. Dominici auffertur. n.3.

Clauſula.

Attentis narratis, *ponitur aliquando, non conditionaliter, ſed cauſatiuè.* n.4.

Idem contingit aliquando in clauſula, Attento conſenſu. *num. 3.*

Condere.

*Euiuſdem eſt facultatis,*Condere,*&* Deſtruere.*n.10.*

Conſtitutio.

Congregatio S. Benedicti Hiſpaniarum, an poſſit ſuas Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas commutare? n.4.

Conſtitutiones Apoſtolicæ ex certa ſcientia emanatæ, aliqua non indigent iuſtificatione. n.4.

Conſtitutio ex certa ſcientia emanat, quando cum omnium expreſſione; & etiam quando cum S. Congregationis præuia diſcuſſione. n.4.

Quando ſic emanat, etiamſi in ea apponatur clauſula, Attentis narratis; *ex certa exiit ſcientia.* num 4

Electio.

Libertati electionis alternatiua repugnat. n.10.

R.P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Iudicium.

Fruſtratorium redditur iudicium, quando mandatum procuræ non producitur. n.11.

Lis.

Lite pendente quilibet litigantium poteſt à Principe impetrare, quod non fuit in iudicium deductum. num.12.

Litteræ Apoſtolicæ.

Apoſtolicæ litteræ ob earum excellentiam paratam habent executionem. n.4.

S. Martinus Matritenſis.

Prioratum S. Martini diſmembrauit Clemens VIII. à Cœnobio S. Dominici Silenſis, & in Abbatiam erexit principalem, cum certo grauamine. n 1. 6. & 9.

Obreptio.

Obreptitiæ ſunt litteræ, quoties non fit mentio de omnibus, quæ mouere poſſent Pontificem ad illas denegandas. n.9.

Obreptionem non cauſat, ſeu vitiat gratiam quælibet taciturnitas; ſed eorum tantùm,de quibus ſiue ex iure, ſiue ex conſuetudine cautum eſt, vt mentio fiat. n.11.

Hoc obreptionis iudicium plurimùm pendet à coniecturis, an ſcilicet faciliùs,vel difficiliùs conceſſiſſet. n.11.

Papa.

Ampliſſimam habet facultatem transferendi Dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad ſua libitum voluntatis. n.11.

IN oppido Matriti, ob reſidentiam Curiæ Regiæ celeberrimo, Congregatio Ordinis Sancti Benedicti regularis obſeruantiæ cùm nullum haberet Monaſterium Abbatiali coruſcans dignitate,in quo Abbas Generalis, aliique Abbates, ac Superiores, Procuratoreſq; Ordinis,pro rebus,& negotiis in eadem Curia tractandis conuenire, & decenter commorari poſſent,operæ pretium duxit in Capitulo Generali anni 1593.ſanctæ memoriæ Clementi VIII. ſupplicare,vt Prioratum S.Martini in dicto oppido exiſtētem,à Monaſterio S.Dominici de Silos,cuius erat membrum,diſmembrare dignaretur,illúmq; in Monaſterium, Abbatiam nuncupatum,erigere quod per vnum Abbatē,ſingulo quoq; triennio eligendum,vt cætera eiuſdem Cōgregationis Cœnobia gubernaretur,cum onere tantùm alendi quatuor Monachos Monaſterij de Silos,quemadmodū huic petitioni,priùs à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus,conſultationibus Regulariū præpoſitis diſcuſſæ dictus Pontifex benignè indulſit per ſuas litteras Apoſtolicas, 4.Nonas Iunij,1594.expeditas,quas *irritātibus decretis*, & clauſulà *ſublata*, non ſolùm muniuit verùm etiā mandauit,ne eo ſub prætextu, quod Abbas,& Monaſterium Sancti Dominici non conſenſiſſent, vel quoquam alio obreptionis, ſeu ſubreptionis, ac nullitatis capite rettactari, & infringi poſſent;quinimò vt plenariū ſortirentur effectum, illis in omni caſu reuocationis, in priſtinum reſtituit ac reintegrauit,additis omnium in contrarium facientium ampliſſimis derogatoriis. 1

Cùm verò in alio Generali Capitulo expoſitā à profeſſis Monaſterij S.Dominici de Silos inopiâ, in quam vergebat illa domus ob prædictā,aliamque præcedentem ſimilis Prioratus diſmembrationem, ſupplicaſſent, vt in recompenſam dictæ domui alternatiua in electione Abbatis, & in viſitatione eidem concederetur; ita vt in vno triennio eligeretur in Abbatem Sancti Martini filius profeſſus dictæ domus Sancti 2

 Dominici,

ſuccedit in his, quæ Epiſcopus iure delegati, vel alio iure ſpeciali exercet: Et facit (addit Abbas) cap. Paſtoralis, §. Præterea, de officio Ordinarij, vbi mortuo Epiſcopo delegato, expectatur ſucceſſor, & non recurritur ad Capitulum. Idem Abbas in cap. Verùm, n.9. el 7. de Foro competente, dicit: Nota hoc dictum, quia communiter allegatur: & ſingulariter limitat iura generaliter dicentia, Capitulum ſuccedere in iuriſdictionibus; procedunt enim in his omnibus, quæ competunt Epiſcopo de iure communi; non autem in competentibus de iure ſpeciali. Facit, quod notat Innocentius in cap. Cum in cunctis, de electione, vbi dicit, quod in beneficiis competentibus Epiſcopo ex quodam iure accidentali, vt in deuolutis ad eum ex alterius negligentia, vel delicto, non ſupplet negligentiam Epiſcopi Capitulum, quia non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & Capitulum in his, quæ ſpectant de iure accidentali, & gratioſo, ſicut in his, quæ ſpectant de iure communi. Hæc Abbas. Ex quo, & ex Innocentio benè infertur, nulliter Vicarium Capituli Sede vacante prouidere de beneficiis, ob negligentiam Abbatum Regularium, nedum quà exemptorum, iuxta ſupra tradita in addit. ad deciſ. 10. à num. 5. ſed quà hoc ad Epiſcopum ſpectat, adhuc non de iure communi iuriſdictionis ordinariæ, ſed de iure ſpeciali.

21 Defendunt etiam concluſionem principalem Lælius Zecchius in Republica Eccleſiaſtica, cap. 24. de Capitulo, & Canonicis, ſub numero 11. pag. 284. verſic. VII. Eraſmus Chukier de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tomo 1. part. 4. quæſt. 24. vbi reſoluit Capitulum Sede vacante non ſuccedere in viſitatione exemptorum, quia Epiſcopus (ait) obit munus huiuſmodi viſitationis iure ſpeciali; tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, Clement. Attendentes, de ſtatu Monachorum. Quæ autem iure ſpeciali ad Epiſcopum ſpectant, non tranſeunt in Capitulum, ſed tantùm quæ iure proprio Epiſcopali. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij, verbo Capitulum Sede vacante, in principio, vbi inquirit: Quæro igitur, qualiter intelligatur generalis regula illa; Capitulum, ſcilicet, Sede vacante, ſuccedere Epiſcopo in his, quæ ſunt iuriſdictionis, vulgatis iuribus? Reſp. ex mente Gloſſæ celebris in Clement. 1. verſic. Capituli, propè finem, de Hæreticis, hanc maximam in pluribus declaratione egere; vnde non abs re erit, per ſequentes exceptiones eam dilucidare. Et primò, vt intelligatur de iuriſdictione ordinaria, non autem de delegata. Federic. de Senis conſilio 30. Abbas in d. cap. Cum olim Quod amplia procedere etiam (nota pro diſtinctione allata in prædicto deciſionis paragrapho) in iuriſdictione generali, quam haberet Epiſcopus à iure delegatam Apoſtolica authoritate, in caſu capitis Ad abolendam, de Hæreticis, aliiſque ſimilibus, quos recenſet Paulinus in tract. de poteſt. Capituli Sede vacante, part. 1. q. 10. in princ. Ioann. Andreas, quem communiter ſequuntur Doctores in d. c. Ad abolendam, & præcisè Cardin. Zabarella, qui tam in d. loco, quàm in Clem. 1. q. 8. de Hæretic. omnibus contrariis libratis hanc veriorum eſſe aſſerit Et quod hæc ſit communis, teſtatur Philippus Francbus in c. vnico, de maiorit. & obed. in 6. ſubdens ita eſſe tenendum, & ibidem Geminianus caſu 7. rationem affert, quia in talibus potiùs eſſet ſupplere vices Papæ, quàm Epiſcopi: idque confirmare videtur Bellarm. conſ. 166. quamuis huiuſmodi iuriſdictio per viam iuris conceſſa, ſit perpetua. Federicus de Senis conſ. 130. incipit, Factum eſt tale, in fine. Hæc omnia Quaranta.

Subſcribit Pax Iordanus tom. 2. de re beneficiaria, lib. 12. tit. 2. num. 19. vbi ferè omnia, quæ Quaranta, docet Gauantus in Manuali Epiſcoporum, verbo Capitulum Sede vacante, num. 51. dicens: Succedit Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, non delegata... & in iuriſdictione contentioſa, vel neceſſaria. Et n. 52. ait: Vbi Concil. Trid. committit aliquid Epiſcopis, vti delegatis Sedis Apoſtolicæ, non poteſt Capitulum. Barboſa in cap. Illa, n. 26. el 2. Ne Sede vacante, in ſequentia prorumpit: Prædicta autem regula ſuprà poſita, quod Capitulum Sede vacante omnia facere poſſit, quæ ſunt iuriſdictionis, non procedit in iuriſdictione Epiſcopo delegata, Azeuedo ad Curiam Piſanam, lib. 1. cap. 8. n. 12. conſil. 11. n. 7. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 1. q. 16. n. 1. & lib. 2. q. 135. n. 4. D. Barboſa in l. Quia tale, n. 1. ff. ſoluto matrimonio, Azor. part. 3. lib. 3. cap. 39. q. 4. Quaranta verbo Capitulum Sede vacante, in princ. Filliucius tom. 3. tract. 41. cap. 2. n. 40. Garcia de benefic. part. 5. cap. 7. n. 42. & num 44. ampliat, etiamſi delegatio fiat à Canone Subſequenter infertur, eodem modo regulam prædictam non procedere in iuriſdictione, quæ competeret Epiſcopo iure aliquo ſpeciali, ſeu accidentali. Quaranta vbi proximè, verſic. Subſequenter. Nic. Garcia d. cap. n. 39. Fr. Emanuel qq. Regul. tom. 1. q. 61. art. 9. D. Barboſa in d. l. Quia tale, num. 1. Cened. ad ſextum, collect. 4. n. 6. Vnde inferunt, Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopo. Primò, in viſitatione Monaſteriorum exemptorum Monialiũ, quæ viſitat Epiſcopus authoritate Apoſtolica. Nic. Garcia d. c. 7. n. 45. Azor. d. lib. 3. c. 37. q. 15. & c. 40. q. 8. & alij, quos refero, de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 73. n. 25. Hæc omnia Aug. Barboſa, qui allegat. 92. num. 17. ſequentia profert: Hinc etiam colligi poſſet reſolutio ad illam quæſtionem, Vtrum ſcilicet Capitulum Sede vacante ſuccedat in illis caſibus, in quibus à iure communi, vel Sacro Concil. Trident. datur facultas Epiſcopo quod procedat tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ? In qua dicendum eſt, Capitulum Sede vacante in hac facultate ſuccedere non poſſe; nam vt ſuprà reſoluimus in verſiculo præcedenti, iuriſdictio conceſſa prædicto modo, delegata eſt: atqui in iuriſdictione Epiſcopo delegata non ſuccedit Capitulum Sede vacante. Rota deciſ. 6. de offic. delegati, in antiquis. Felinus in cap. Eam te, n. 17. de reſcriptis. Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 10. n. 8. verſic. Capitulum enim. Aloyſ. Riccius in praxi aurea, reſolut. 18. per totam. Allegat etiam Azeuedum, Quarantam, Sbroz. locis citatis, Garciam dicto n. 42. & Azorium dicto cap. 39. n. 4.

23 Riccius vbi proximè, pag. mihi 73. n. 2. teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem & iuri conſonam, ſecundùm communiorem ſententiam, videlicet, quod in iuriſdictione delegata Epiſcopo non ſuccedat Capitulum Sede vacante. Allegat pro ea Abbatem in c. Cùm olim, cit. q. 5. Roman. conſ. 506. n. 4. & ibi Horat. Mandoſ. addit. vlt. litt. I. Felinum in d. cap. Cùm te, n. 14. & in dict. cap. Cùm olim, ad 10. q. & in d. cap. Verùm, ante num. 1. Decium in cap. Quia Abb. de offic. delegati, num. 21. Azeuedum, & Sbroz. locis citatis, & Rotam deciſ. . de offic. delegat. in antiquis. Et procederet etiã (addit)

ſi

ſi delegatio fieret à canone, quia licèt competeret à iure communi, tamen ea poteſtate ſpecialiter inducta compeñit Epiſcopo. Ita Abb. *d.cap. Cum olim, d.q.5.* & Rota Rom. *ſuprà*. Et ex his infertur, Capitulum Sede vacante non poſſe viſitate Monaſteria Monialium exempta, quæ viſitat Epiſcopus, *Clem.2. de ſtatu Monachor.* & ita tenuit Rota *in Burgenſ. viſitationis, coram Orano, 1. Iunij.* & *in alia Burgenſ. Procurationis, coram eodem, 10. Martij, 159?*. Hæc, & alia ad intentum Riccius.

23 Concluſionem principalem, quoad iuriſdictionem delegatam, & competentem Epiſcopo iure ſpeciali, ſtatui ego ipſe *in diſquiſit. tom.1. tract.6. diſq 4 n.2.* & *tom.2. diſq.2. cap.14. num.161.*

24 Duo tamen aduertere duxi. *Primum*, quod quando aliquid Epiſcopo competit de iure ſpeciali, & etiam de iure communi, competit Capitulo Sede vacante. Ita Riccius *num.5.* qui ponit exemplum in facultate tradita Epiſcopo à Trid. *ſeſſ.24. cap.6. de reform.* Allegat Cenedum *collect. 4. n.5.* Marc Anton. Genuenſem *c.66. n.22.* Aragon. *quæſt.88. art.11. concluſ.5.* Henriq. *in ſumma, lib.6. cap.16. §.1.* & *lib.14. cap.20. §.2.* Roderiq. *tom.1. qq. Regul. q.61. art.9.* Suarez *tom.4. de pœnit. diſp. 30. lect.2 n.8.* & *tom.5. de cenſur. diſp.7. ſect.4. n.5.* & Sanch. *de matrim. lib.2. diſp 49. q.2.*

25 *Secundum* eſt, poſſe Capitulum Sede vacante ſe ingerere in iuriſdictione Epiſcopo à Papa delegata, quando res grauis eſt, & periculum eſt in mora, aliàs non. Sic Abbas *cap.11. de maiorit. & obedientia, in fine,* Lælius Zecchius *in Republica Eccleſiaſt. cap.24. de Capitulo, & Canonicis, ſub n.10. pag.280. verſic. XII.* ex Ioanne Monacho *in cap.1. de maiorit. & obedient. in 6.* & ex Felino *in cap. Eam te, n.7. de reſcriptis.* Stephanus Quaranta *verbo Capitulum Sede vacante, §. Quia in dies, in fine,* ex Paulino, colligente ex mente Innocentij, & Hoſtienſis *in cap. Ad abolendam de hæreticis,* quod ne in hoc fiat amara interpretatio, dici poſſit, in talibus caſibus Capitulum ſuccedere, ſtante neceſſitate vel vtilitate actus expediendi, eóque maximè ſi non ſit de proximo futurus ſucceſſor, aliàs ſecus. Idem tenet Pax Iordanus *tomo 2. de re beneficiar. lib.12. tit.1. n.19.*

DECISIO XVIII.

R. P. D. Ottaloræ.

In eadem Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 4. Maij 1667.

BREVIARIVM.

Declaratoria.

Denegari non poteſt, non docto de paritione. num.1.

Ad declaratoriæ relaxationem quælibet ſufficit reſponſio, ſiue actus, animum non parendi denotans. num.3.

Contra ſingulos vniuerſitatis relaxanda eſt. num.5.

Executor.

Merus executor vllas exceptiones, quamuis releuantes, admittere non poteſt, nec executionem ſuſpendere litterarum. n.4.

Interdictum.

In caſu non paritionis relaxandum eſt interdictum contra vniuerſitatem. n.5.

R.P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Paritio.

Sola patientia, & non contradictio, non ſufficit pro paritione, ſed neceſſaria etiam eſt verbalis oblatio, exhibendo ſe paratum huiuſmodi patientiam præſtare. n.3.

1 IN executione trium conformium, quas Venerabile Monaſterium Sancti Saluatoris de Vrdax reportauit, ſuper facultate deputandi Vicarium Regularem, vel Sæcularem arbitrio ſuo, in Parochiali Eccleſia de Elizondo, contra incolas loci, & alios litis conſortes, deuentum fuit iuxta ſtylum Curiæ ad expeditionem litterarum executorialium Rotalium, cum ſolita comminatione cenſurarum, quibus perſonaliter intimatis, iiſque in actis reproductis, & ſeruatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe, vt patet ex Summario, *num.1. & 2.* propoſui dubium ad inſtantiam Monaſterij, *An ſit danda declaratoria?* Et affirmatiuè reſponſum fuit.

2 Concurrentibus omnibus ſupradictis, declaratoria non poteſt denegari, non docto de paritione. Veſtrius *in praxi, lib.8. cap. vltimo, numero 19.* Rota *decis. 299. numero 1. part. 7. recentior.* Eminentiſſimus Ottobonus *deciſ. 174. num.1. & 2. & in Craconienſi decimarum, 7. Maij 1666. coram me.*

3 Neque incolæ poſſunt vllo modo excuſari ſub eo prætextu, quod in executorialibus non contineatur aliquod factum poſitiuum; ideóque ſufficiat ſola patientia, & non contradictio parendi mandatis Rotalibus; quia vltra quod vbi ſola patientia requiritur, neceſſaria eſt etiam verbalis oblatio, exhibendo ſe paratum huiuſmodi patientiam præſtare, vt dixit Rota *deciſ. 276. num 4. & ſeqq. part.5.* & *deciſ.403. numero 6. part.6. recentior.* & *in Ampurienſi, & Ciuitatenſi electionis Vicarij, 26. Iunij, 1648. coram Reuerendiſſimo Papienſi,* & *in Burgenſi decimarum, 11. Februarij, 1650. §. Quia præter quod, coram R. D. meo Decano*; in hoc caſu apparet manifeſtè de voluntate non parendi ob multas exceptiones propoſitas coram Vicario Pampilonenſi, litterarum executore, tam à Procuratore incolarum, quàm à Promotore Fiſcali, *dicto ſummario, num. 3.* Et hoc ſufficit ad effectum declaratoriæ, pro qua relaxanda attenditur quælibet reſponſio, ſiue actus denotans animum non parendi. Abbas *in cap. Reprehenſibilis, numero 2. de appellationibus.* Rota *deciſ. 254. numero 8. part. 6. recentior* & *deciſ.174. num.4. coram Eminentiſſimo Ottobono.*

4 Non obſtat, quod Vicarius agnoſcens exceptiones eſſe releuantes, potuerit de iure litterarum executionem ſuſpendere; quia immò tanquam merus executor, cui non cognitio, ſed pura executio delegata erat, non poterat exceptiones, quamuis releuantes, admittere, & partes iudicis aſſumere, iuxta textum clarum *in cap. Paſtoralis, §. Quia, de offic. & poteſt. iudicis delegati,* vbi gloſſa *§. Et ſciat,* ibique Abbas *n. 3.* & Felinus *n. 16.* Conarru. *practicar. quæſt. cap.16. n. vlt.* Aliàs aperietur via contumacibus eludendi mandata Rotalia, ſi prætextu nullitatis, & iniuſtitiæ, quæ coram iudice ad quem veniunt diſcutiendæ, poſſunt executores executionem impedire. Rota *in Toletana augmenti ſeruitij, 27. Iunij 1640. coram bonæ memor.*

Dunozetto, in Barchinonenſi decimarum, 27. *Iunij* 1646. *coram bonæ memoriæ Peutingerio*, & *in dicta Ampurienſi*, & *Ciuitatenſi, electionis Vicarij*, 26. *Iunij* 1648. *coram R. Papienſi*.

5 Verùm quia agitur contra incolas, iuratos, & conſilium Elizondi, dixerunt Domini, declaratoriam eſſe relaxandam contra ſingulos, & interdictum contra vniuerſitatem, iuxta praxim, de qua teſtatur Ridolphin. *part.*1.*cap.*14. *n.*232. & *ſeqq.* & ſeruauit Rota *in dicta Ampurienſi*, & *Ciuitatenſi electionis Vicarij*, §. 1. *circa finem*.

Et ita Monaſterio tantùm informante, &c.

Additiones, & Annotationes.

1 Vt locus ſit declaratoriæ, neceſſariò requiri contumaciam, & inobedientiam, adnotat, & benè Barboſa *in cap. Contingit*, *n.*5. *el* 45. *de ſent. excomm.* ex Oldrado *conſil.*127. *in princ.* Caſſadoro *deciſ.*12. *n.*2. *de reſcript.* & *deciſ.*5. *n.*7. *de conſtit.* Peña *in Calagurritana præeminentiar.* 29. *Nouembr.* 1590. Card. Sacrato *in Mauritana prætenſi iuris votandi*, 10. *Martij* 1617. Vbaldo *in Toletana admiſſionis*, 2. *Decembr.* 1619. & ex Merlino *in Leodienſ. Canonicatus S. Pauli*, 8. *April.* 1622.

2 Concluſioni paragraphi, *Concurrentibus*, ſubſcripſit Rota coram Coccino, *in Taurinenſi decimarum*, 10. *Martij* 1608. *n.*3. inter eius impreſſas adeſt 398. & coram eodem *in Theatina iuriſdictionis S. Ioannis in Venere*, 10. *Maij* 1621. *n.*3. *la* 61. *apud Tamburinum de iure Abbat.* vbi dictum fuit: Vnde cùm fuerint ſeruati quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de paritione, iuxta ſtylum Rotæ, de quibus Felinus *in cap. Rodulphus*, *n.*41. *de reſcriptis*, Veſtrius *in praxi*, *cap. vlt. n.*19. Peregr. *deciſ.*15. *n.*3. *lib.*1. cùm conſtet de contumacia; quia reſeruatur obedientia dicto mandato, quæ nihil aliud eſt quàm voluntaria inobedientia, quâ quis monitionem iudicis implere contemnit, *l. contumacia, verſic. Contumaces non videntur*, *ff. de iudiciis*; ſequitur, quod ob dictam contumaciam poſſit dari declaratoria cenſurarum in mandato comminatarum, *cap. certum* 43. 11. *q.* 3. Gloſſa *in cap. Duo ſunt*, 10. *verſ. V. debatur*, 96. *diſt.* Hæc ibi Rota, quæ maximè etiam faciunt pro §. *Neque incolæ*, ibi: *Apparet manifeſtè de voluntate non parendi*; & ibi: *Et hoc ſufficit ad effectum declaratoriæ*.

3 Ad probationem illius paragraphi, *Non obſtat*; videlicet, quod merus executor non poſſit exceptiones admittere, neque de eis iudicare, quod eſt iudicis partes aſſumere, produco Auguſt. Barboſam *in dictum cap. Paſtoralis*, §. *Quia verò*, *n.*13. dicentem: Notetur ad hoc, quod merus exequutor non poteſt exceptiones admittere, nec de eis iudicare, vt per Abbatem *d. num.* 3. Cardin. *q.*8. Felinum *à num.*16. *hic*, Cou. *practicar. cap.*16 *n. vlt.*

4 Circa clauſulam, *Non poterat*; &, *Non poteſt*; notetur illam tollere facultatem, ita quod actus factus ſit nullus, Naldus *verbo Clauſula*, *n.*8. *ex l. Gallus, in princ. de liberis*, & *poſthumis*, & Decius *in cap. Decernimus*, *n.*88. *de iudiciis*.

5 Circa §. *Verùm*, notetur, declaratoriam non relaxari contra vniuerſitatem, ſed contra ſingulos de vniuerſitate, quia hæc, quâ talis, excommunicari non poteſt, ſed ſolùm illi de Collegio, vel vniuerſitate, qui culpabiles fuerint. Ita decernitur *in cap. Romana*, *in fine*, *el* 5. *de ſent. excomm. in* 6. & docet Vazq. *de excomm. dub.*17. *n.*7. Sed benè relaxatur interdictum, quamuis innocentes afficiat; quia hæc pœna benè infligitur vni pro delicto alterius. Gloſſ. *in cap.*16. *de ſent. excomm. eod. lib. verbo interdicti.* Ego *in diſq. tom.*2. *diſq.*3. *dub.*1. *n.*10.

DECISIO XIX.

R. P. D. Pamphilij, Decani.

Valliſoletana præeminentiarum. Lunæ 24. *Nouembris* 1603.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbatis electio actiuè, & paſſiuè ad Conuentum pertinet. num. 6.

Contra iuris diſpoſitionem à Generali, & à Diffinitoribus eligitur Abbas. n. 10.

Abbas S. Facundi Priorem, ſeu Abbatem S. Benedicti Valliſoletani olim confirmauit. n. 13.

Axioma.

Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. num. 6.

Congregatio.

Initium habere cœpit Congregatio S. Benedicti Valliſoletana poſt annum 1492. *ſedente Innocentio Papa VIII.* n. 13. & 14.

Vnio Monaſteriorum iſtius Congregationis fuit ſuſpenſa, & ſubreptitia declarata per S. Rotam. num. 14.

Conſtitutio.

Præiudicialis eſt conſtitutio, quæ aufert ius de iure communi competens. n. 5.

Conſtitutio, & ſtatutum à beneficiis certum genus perſonarum excludentia, dicuntur contra ius. num. 8.

Conſuetudo.

Induci non poteſt conſuetudo per aliquid vario obſeruatum modo. n. 16.

Derogatio.

Neceſſaria eſt derogatio de iure quæſito, dum aufertur, quod de iure competit communi. n. 5.

Electio.

Generalis S. Benedicti Congregationis Hiſpanæ electio varios habuit ſtatus. num. 1. 2. 3. 12. 15. & 16.

Electio actiua, & paſſiua Generalis, ad totam Congregationem de iure communi ſpectat. n. 5. & 6.

Regula S. P. N. Benedicti, an de Generalis, an ſolùm de Abbatum localium electione loquatur. num. 6.

Electio Abbatum actiuè, & paſſiuè ad Conuentum pertinet. n. 6.

Summam requirit electio libertatem, & ab ea longè abeſſe debet omnis coactio, & reſtrictio. n. 7.

Hæc aufertur libertas, non ſolùm ſi certum perſonarum genus, ſed etiam ſi vna perſona eligi non poteſt. num. 7.

Maior requiritur libertas in electione paſſiua, quàm in actiua. n. 8.

Electionis libertas, etiam per indirectum læditur. num. 11. & 18.

Electio

Electio minus digni, omiſſo digniore, quoad validitatem ſuſtinetur, poſtquam facta eſt, vt litium occaſiones amputentur. n.9.

Lædi poteſt electionis libertas, quando Generalis, vnà cum Diffinitoribus illam celebrant, cùm ei contradicere non audent. n 21.

Eligendi.

In omni electione præferri debet, qui cæteris melior, ac morum, & vitæ ſanctitate præſtantior eſt; & alium eligentes peccare. n.9.

Valliſoletum.

Cœnobium S. Benedicti Valliſoletanum, erectum fuit ſub obedientia Monaſterij Sancti Facundi. num.13.

Dicti Cœnobij Congregatio, quando, & quomodo incepit. num.13. & 14.

1 SAnctiſſimus Dominus noſter, ad tollendum diſſenſiones, quæ circa modum eligendi Generalem, & alios Abbates Congregationis Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, pluries etiam auctoritate Apoſtolica immutatum, ſæpè oriebantur, ſua conſtitutiune ad ſupplicationem Regis Hiſpaniarum Conuentus Sancti Benedicti Valliſoleti, & totius Congregationis certum modum, & formam electionum præfiniuit, ac obſeruari mandauit.

2 Quod ſcilicet de cætero in Capitulo tunc de anno 1592. celebrando, & deinceps perpetuis futuris temporibus Congregatio liberè, & abſque ſuffragiis Monachorum Conuentus Valliſoleti, Capitularibus tamen exceptis, in Abbatem dicti Conuentus, & Generalem totius Congregationis eligeret vnum Monachum ex gremio ipſius Coogregationis ad triennium, quo finito, ſimili modo ad aliud triennale tempus immediatè ſequens, eadem Congregatio liberè, & aliis ſuffragiis prædictis teneatur in Abbatem, & Generalem præcisè eligere vnum Monachum in Monaſterio Sancti Benedicti profeſſum. Et quod iſte ordo alternatis trienniis, omni tempore ſeruetur, vno videlicet ex gremio Congregationis, & altero ex profeſſis in dicto Monaſterio, qui cæteris præſtantes, & digniores iudicati fuerint, eligantur.

3 Et inſuper, quod vnus in dicto Monaſterio profeſſus, ex iis, qui in eodem Monaſterio, quando ibi Capitulum celebratur, deguerint, vel ipſi Capitulo interfuerint, in Diffinitorem ex octo, qui eliguntur, ſemper eligatur, & quod Abbas Generalis, & Diffinitores nouiter in vnoquoque Capitulo electi tantummodo eligant Abbates reliquorum Monaſteriorum, licèt hactenus per ſuos quoſque Conuentus eligi, & aſſumi conſueuerint.

4 Cùmque Congregatio prætenderit Conſtitutioocm huiuſmodi tendere in maximum ſui præiudicium, neque vnquam pro illa obtinenda Sanctiſſimo ſupplicaſſe, vel conſenſum præbuiſſe, ad eundem Sanctiſſimum habuit recurſum, & obtinuit committi Illuſtriſſimis Dominis meis Burgheſio, & Arigonio, cauſam ſubreptionis dictæ Conſtitutionis; & mihi ab eiſdem demandata diſcuſſione huius cauſæ, ſub die 2. Iunij proximè præteriti, dubitaui, *An conſtaret de conſenſu Congregationis?* Quo die nulla capta fuit reſolotio, ſed Domini pro faciliori dicti dubij reſolutione ordinarunt, quod videretur, an Conſtitutio Sanctiſſimi ſit præiudicialis Congregationi. Quo per me propoſito die 24. Nouembris 1603. Domini præiudicialem eſſe cenſuerunt.

Eo enim ipſo, quod Conſtitutio arctat Congregationem in alternato triennio ad eligendum in Abbatem Generalem vnum Monachum profeſſum in Monaſterio Valliſoleti, ei aufert ius, quod ſibi de iure communi competit, vt electio Generalis actiua, & paſſiua liberè ſpectet ad totam Congregationem, *cap. fin. 16. quæſt.7. cap. Abbatem, il 1.& il 2. 18. quæſt.2. cap. Cùm dilectus, de conſuetud. §. Iubemus, Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis*: & tradunt Doctores *in dicto cap. Cùm dilectus*, & præcipuè Butrius *in prima lectura, num.7.* & *in 2. lectura, num.38.* & *n.45.* & Cardinalis *num.9. quæſt.1. gloſſa 1. in cap.2.* vbi Archidiaconus & Turrecremata *num.1. diſtinct.66.* Quod etiam ſtatutum eſt ex regula Sancti Benedicti, *cap.64.* ex qoa eſt deſumptus textus *in cap. in ordinatione, 61. diſtinct.* Et conſequenter cùm conſtitutio auferat Congregationi ius competens de iure communi ei, vtique eſt præiudicialis. Butrius *in cap. cùm terra, num.6. de electione.* Et facit deciſio Puteí 42.*lib.*1. & Sarnenſis *de iure quæſito, quæſt.9.* dum volunt, quod in competentibus de iure communi, ſit neceſſaria derogatio Regulæ, *de iure quæſito non tollendo.* 5

Neque obſtat, quod regula Sancti Benedicti *in cap.64* non loquatur de Abbate Generali, ſed de Abbatibus ſingulorum Monaſteriorum, & quod nomen Congregatio, ibi ſignificat ſingularem cuiuſque Monaſterij Conuentum, prout etiam accipitur *in dicto cap. Abbatem, il 1 & 2. 18. quæſt.2.* & ſæpe alibi in corpore iuris. Quia ſicut electio Abbatis particularis cuiuſque Monaſterij actiuè, & paſſiuè pertinet ad Monachos, ſeu Congregationem illius Monaſterij, de cuius Prælati electione agitur, vt de actiua eſt textus *in cap.1. de electione*, & de paſſiua *in cap. cùm dilectus, de conſuetudine*: & de vtraque notat Butrius *ibidem num.7. in prima lectura* & *num.38, in 2. lectura.* Ita ex eadem ratione electio Abbatis Generalis, qui toti Congregationi præficitur, debet ad totam Congregationem actiuè, & paſſiuè pertinere: quod enim omnes tangit, debet ab omnibus approbari, *l. vltima, Cod. de Auctoritate præſtanda.* Gloſſa *in cap.2. in verbo Ab omnibus, 66. diſtinct.* 6

Nec prædictis obſtat, quod licèt Congregatio priuetur voce paſſiua in vno triennio, ad eandem tamen ſemper ſpectet actiua, qua priuatur Monaſterium Valliſoletanum. Quia Congregatio habet plura Monaſteria, quibus in vno triennio tantùm datur, quantùm in altero triennio datur vni Monaſterio Valliſoletano: & cùm in electione requiratur ſumma libertas, & ab ea debeat longè abeſſe omnis coactio, & reſtrictio, *dicto cap. Cùm dilectus, in fine*, ibi: *Liberam habeant, &c.* ſi facultas eligendi reſtringitur ita vt certum genus perſonarum, immò vna perſona eligi non poſſit, non dicitur libera electio, *l. Nec ſo ium, l. immò, ff. de optione legata* Baldus *in tract. de ſchiſm* quem poſuit poſt titulum Codicis *de Edicto Diui Adriani tollendo, num.11. verſic. Eſt & tertium*: & *in l. fin. §. Sed & ſi quis, num.26. Cod. communia de legatis.* 7

Præſertim, quod maior libertas requiritur in electione paſſiua, quàm in actiua, vt per Butrium *dicto cap. Cùm dilectus, num.26. in prima lectura*, & *num.25.* & *num.45. in ſecunda lectura*, & ibi Imola *ſub num.1. de conſuetudine.* Idem 8

Butrius *in cap. Cùm inter, il 3. num.*11. *de electione*: & facit, quod de iure quilibet poteſt eligi, & inſtitui, dummodo ſit idoneus, *cap. Ad decorem, de inſtitutionibus*. Et propterea ſtatuta excludentia à beneficiis certum genus perſonarum, dicuntur contra ius. Butrius *in dicto cap. Cùm dilectus, num.*38. *cum duobus ſequentibus, in ſecunda lectura*, & ſæpiſſimè fuit in Rota reſolutum.

9 Præmiſſis accedit, quod reſtringendo electionem paſſiuam in alternato triennio ad ſolum Monaſterium Vallisoletanum, ſequeretur, quod minùs idonei præferrentur idonioribus, contra iuris diſpoſitionem, quæ vult, quod in omni electione præferatur ille, qui cæteris eſt melior, ac morum, & vitæ ſanctitate præſtantior, *cap. Licèt ergo*, 8. *quæſt.*1. cum concordantibus, per gloſſam *in cap.*2. *verbo Sanctiones, de officio cuſtodis*, & Lambertinum *de Iurepatronatus, lib.*2. *parte* 1. *quæſt.*10. *art.*3. *num.*5. *&* 6. Et non eſt dubium, quin idoniores faciliùs eligi poſſint ex tota Congregatione, quàm ex vno Monaſterio. Et quamuis pro validitate electionis ſatis ſit, ſi dignus eligatur, & electio de digno, omiſſo digniori ſuſtineatur, vt poſt alios per Couarruuiam *in regula peccatum, parte* 2. *&* 7. *num.*3. *verſic. Nec enim, de regulis iuris, in* 6. id tamen procedit poſtquam facta eſt electio, quæ ex omiſſione dignioris non retractatur, vt litium occaſiones amputentur, ſed ante electionem, omnia iura clamant, quod meliores, & ſanctiores eligantur: & ideò peccant, qui omiſſo digniori, eligunt dignum, vt notant omnes *in cap. Conſtitutus, de appellationibus*, cum allegatis in cauſa Toletana Canonicatus, 18. Maij, 1584. coram Sanctiſſimo.

10 Præterea ex eadem conſtitutione aliud infertur præiudicium, quia aufert electionem Abbatum particularium Monaſteriorum à ſuis Conuentibus, & illam dat Generali, & Diffinitoribus, contra iuris communis diſpoſitionem, ſecundùm quam Abbas cuiuſque Monaſterij à ſuo Conuentu eſt eligendus, *cap.*1. *de electione*, vbi Doctores, *cap. Cùm dilectus*, vbi Abbas *num.*3. *in* 3. *notabili*, & cæteri omnes, *de conſuetudine, cap.*2. *§. fin. de ſtatu Monachorum*. Præpoſitus *in cap.*1. *ſub num.*6. *circa medium, verſic. Aut tales Ecclesiæ non ſunt obedientiariæ*, 21. *diſtinct.* maximè quod Monaſteria huius Congregationis ſemper conſueuerunt eligere proprios Abbates, iuxta notata *in cap. Cùm dilectus*.

11 Conſiderabant etiam Domini, quod per indirectum poſſet euenire, quod electio non ſit libera in alio triennio, in quo debet eligi vnus ex gremio Congregationis, qui non ſit profeſſus in Monaſterio Valliſoletano, quia Abbas Generalis profeſſus in dicto Monaſterio, in ſuo triennio, vnà cum Diffinitoribus, qui ei contradicere non audebunt, & inter quos ſemper debet eſſe vnus profeſſus eiuſdem Monaſterij, contra textum *in cap. in ſingulis, §. ordinentur*, & *in cap. ea quæ, circa principium, de ſtatu Monachorum*, facilè procurabunt in Abbates particulares perſonas gratas Monaſterio, vt iſti ad quos ſpectat electio Generalis, in ſequenti triennio eligant Monachum Monaſterio gratum, & ſic cùm per indirectum ex hoc lædi poſſit libertas electionis in triennio, in quo debet eligi Monachus Congregationis, conſtitutio non debet cenſeri minùs præiudicialis, quàm ſi directò id inde reſultaret, *l. vltima, Cod. ſi mancipium*: ita textus *cap. Deteſtante, de conceſſione præbendæ, in* 6. Tiraquellus *de retract. lignag.§.*1. *gloſſa* 14. *num.*17.

12 Neque obſtat, quod ſtatus omnes præcedentes erant multò magis præiudiciales Congregationi, quàm ſit conſtitutio; cùm antea electio, tam actiua, quàm paſſiua ſpectaret ad ſolum Monaſterium Valliſoletanum, & conſtitutio ab eo auferat paſſiuam in vno triennio, & in vtroque actiuam, & illas det Congregationi. Et iſti ſtatus non ſolùm ad hunc effectum videntur attendendi, iuxta textum *in cap. Cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, cap. Querelam, de electione*: *cap. Conſultationibus, de iurepatronatus*, cum vtrobique notatis: quod immò ex illis videtur inducta conſuetudo, quod vtraque electio ſit Monaſterij priuatiuè quoad Congregationem. Quæ conſuetudo valet, & derogat iuri communi, *dicto cap. Cùm dilectus*, vbi Butrius *in prima lectura, num.* 50. *verſic. Oportet tamen*, & *num.*51. *verſic. Sed antè ex conſuetudine, &c.* vbi quod non requiritur titulus. Abbas *in cap. Cùm terra, n.*2. *circa finem, verſ. Sed conſuetudo, de electione*.

13 Quia huic obiectioni, in qua conſiſtit totum fundamentum Monaſterij, fuit reſponſum, quod inſpecta tota ſerie facti, re etiam ipſa ab origine deducta, non poteſt conſiderari aliquis ſtatus, qui Monaſterio ſuffragetur; nam ſi inſpiciamus ipſius initium, illud fuit erectum ſub obedientia Monaſterij Sancti Facundi: & quamuis à Benedicto XIII. & Martino V. fuerit exemptum à ſuperioritate præfati Monaſterij, nihilominus iidem Pontifices reſeruarunt, quod Prior, ſeu Abbas Valliſoletanus confirmaretur ab Abbate Sancti Facundi. Vnde in hoc ſtatu Monaſterium Valliſoletanum nullam poteſt prætendere ſuperioritatem, & præeminentiam in cætera Monaſteria, quæ ei non erant ſubiecta, neque vnita.

14 Ab iſto autem tempore apparet omnes actus fuiſſe turbidos, & ſemper controuerſos, adeò quod non conſtat de aliquo ſtatu pacifico, prout requiritur, iuxta conſilium Calderini 12. *de iurepatronatus*, communiter receptum, & à Rota approbatum: per vniones enim factas ab Eugenio IV. Calixto III. & Innocentio VIII. non poteſt dici acquiſita aliqua ſuperioritas in Congregationem, quæ de illo tempore nondum erat erecta, cùm cœperit habere initium poſt annum 1492. Sedente Innocentio, & poſteà fuerit in eſſe deducta de tempore Caroli V.

15 Vltra quod poſteà ad inſtantiam Monaſterij de Onna, vnius ex Monaſteriis vnitis, fuit ab eodem Innocentio commiſſa in Rota cauſa ſubreptionis dictarum vnionum, & ea pendente, ſuſpenſæ litteræ ipſarum vnionum, quoad omnia Monaſteria, & per ſententiam Felini, tunc Rotæ Auditoris declaratum, Monaſterium de Onna, & illius perſonas ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate Monaſterij Valliſoleti fuiſſe exemptas, & vnionem ſubreptitiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum, & relaxatæ fuerunt executoriales; & quamuis non appareat fuiſſe latam ſententiam reſpectu aliorum Monaſteriorum, tamen effectus ſubſecutus docuit, declarata per Felinum ad fauorem Monaſterij de Onna, omnibus profuiſſe, ex quo anno 1492. fuit tradita forma nouæ Congregationis, non ſolùm dictorum Monaſteriorum antè vnitorum, ſed etiam omnium

omnium in futurum inuicem, & æquè principaliter vnitorum.

16 Cætera verò, quæ geſta fuerunt ab anno 1492. vſque ad annum 1550. ſemper fuerunt controuerſa, cùm fuerit ab illis reclamatum, & ſemper vario modo ſtatutum. Et vlteriùs ea omnia fuerunt per Bullas Pauli IV. & Pij IV. reuocata, & de anno 1557. per Paulum IV. electio Generalis, tam actiua, quàm paſſiua fuit reducta ad libertatem. Et licèt poſtea de anno 1559. in Capitulo Generali fuerit ab eis receſſum, & ſtatuta quædam electio alternatiua paſſiua, à qua habuit ortum modus alternatiuus eligendi Generalem in conſtitutione ſancitus; tamen illa quoque fuit per Pium IV. reuocata de anno 1561. & ordinatum, quod de cætero ſeruaretur conſtitutio Pauli III. à qua etiam fuit receſſum, dum duodecim Monachi vigore litterarum eiuſdem Pij IV. deputati, aliud diuerſum ſtatuerunt, deſuper obtenta à Pio V. de anno 1568. confirmatione, à qua fuit quoque reclamatum, & de anno 1591. fuit renouata alternatiua electio, quæ dedit cauſam nouis contradictionibus.

17 Et ex his, vt ſuprà dictum eſt, apparet pro parte Monaſterij non poſſe conſiderari aliquem ſtatum, qui non fuerit turbidus, & ſemper controuerſus, adeo quod ei minimè ſuffragari poteſt. Maximè quod, vt patet ex prædictis, & dicitur in Conſtitutione, & Breui Sanctiſſimi, modus circa electionem Generalis, ſæpiſſimè fuit immutatus, & ſic, cùm vario modo fuerit obſeruatus, nulla potuit induci conſuetudo Bartolus, & alij *in l. 2. in principio, ff. ſoluto matrimonio.* Alexander *conſil. 5. num. 7.* & *conſilio* 127. *circa finem, lib. 5.* Decius *conſil. 8. n. 4. verſic. Secundò, quia.* Aim. *conſil. 96. num. 1.*

18 Poſtremò non obſtat, quod conſtitutio non poſſit dici præiudicialis Congregationi, quatenus particularibus Monaſteriis aufert electionem ſuorum Abbatum, ex quo nec Monaſterium Valliſoletanum habet electionem proprij Abbatis, & conſequenter, vel nullum poteſt conſiderari præiudicium vel omnibus æqualiter præiudicatur, quia fuit dictum Monaſterium Valliſoletanum habere hanc prærogatiuam, quod eius Abbas ſit quoque Abbas Generalis totius Congregationis, & quod in vno triennio vnus ex ſuis profeſſis eligatur. Vnde licèt conſiderando ſimpliciter priuationem electionis proprij Abbatis, poſſit dici omnia Monaſteria æquale ſentire præiudicium, tamen, ſtante dicta prærogatiua, negari non poteſt, quin multò magis fuerit præiudicatum reliquis Monaſteriis, quæ non habent hanc prærogatiuam.

19 Prætereà conſiderabant Domini, quod cum, vt ſuperiùs dictum eſt, electio Abbatum ſingulorum Monaſteriorum ſpectet ad Generalem, & Diffinitores, inter quos ſemper debet eſſe vnus ex profeſſis in Monaſterio Valliſoletano, & Generalis in vno triennio, debeat eſſe etiam profeſſus dicti Monaſterij, & in alio triennio veriſimiliter poſſit eligi gratus Monaſterio, reſpectu ipſius non poteſt conſiderari illud præiudicium, quod per indirectum ex hoc poſſit inferri cæteris Monaſteriis: & ſic electio Abbatum particularium in conſequentiam eſſet quodammodo coarctata, & liberè non ſpectaret ad Congregationem.

20 Et ex hoc etiam ceſſat, quod dicebatur, conſtitutionem Congregationi eſſe fauorabilem, & non præiudicialem, dum aufert electionem Abbatum propriis Monaſteriis, & eam dat Generali, & Diffinitoribus, qui Congregationem repræſentant: quia ex prædictis apparet, non poſſe dici electionem liberam ſpectare ad Congregationem.

Et ita fuit concluſum, conſtitutionem eſſe præiudicialem Congregationi, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Ad verſiculum, *Quod ſcilicet*, in fine, ibi: *Qui cæteris præſtantes, & digniores iudicati fuerint, eligantur*; notatur, quod electio canonica ſemper fieri debet de præſtantioribus, & dignioribus ſubiectis, vt dignè, laudabiliter, ac licitè celebretur; aliàs lethaliter peccabunt electores. Pro quo vide quod dixi *ad conſtitutionem 6. numero* 488. 543. 563. 768. & 899. Qui autem præſtantiores, & digniores ad effectum electionis cenſeantur in praxi, explico *num.* 550. & *ſeqq. vſque ad num.* 562. 1

Ad tertium verſiculum, *Et inſuper*, ibi: *Quod Abbas Generalis, & Diffinitores... eligant Abbates*, notatur Reuerendiſſimum Generalem ab electionibus Abbatum particularium, ſeu localium in Capitulo Generali celebrandis, fuiſſe per Paulum Papam V. excluſum, vti vidimus in illius conſtitutione, ſuprà in hoc volumine expoſita, *la* 13. Et ratio huiuſmodi excluſionis deſumi poteſt ex his, quæ ibi *numero* 17. & 18. dicta relinquo. 2

§. II.

Ad illud verſicul 4. *Cùmque Congregatio*, ibi: *Cauſam ſubreptionis*. notatur, quod ſubreptio, quæ in præſenti materia idem eſt, *ac impetratio, quæ fit à Principe, ſiue Magiſtratu per falſam rei narrationem*, Paſſeratio teſte; ſiue, vti vult Barboſa *in cap. Super litteris, num. 3. & 20. de reſcriptis*, ſubreptitio committitur per veri taciturnitatem, ſeu per confuſam, ac perplexam expoſitionem veri, ex Viuiano *tom. 1. communium opinionum, lib 4. tit. 1. num. 191. verſic. Et ſubreptio ipſa, pag. 452.* Perez *l. 4. tit. 12. lib. 8. ordinationum, pag 689.* Menochio *de arbitrariis, caſu 201. num. 9.* Sanchez *de matrim. lib. 8 diſp. 21. num 2.* Bernard. Grauxo *ad Practicam Cameræ Imperialis, lib. 1. concluſ 14.* aliter ſe habet in reſcriptis, & litteris gratiæ, ſeu priuilegij, ac ſe habet in reſcriptis iuſtitiæ: ſubreptio enim in litteris iuſtitiæ, illas non vitiat ipſo iure, ſed per Superiorem vel Iudicem illæ annullandæ, & irritandæ veniunt; litteræ verò gratiæ, & priuilegij ipſo iure per ſubreptionem vitiantur. Ita ab omnibus diſtingui teſtatur Eraſmus à Chokier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos, tom. 1. part. 1. quæſt. 49. num. 1.* Allegat Abbatem, Felinum, & Doctores *in cap. Super litteris, de reſcriptis.* Iaſonem *in l. Qui cùm ſe, num 4. de re iudicata.* per legem *Si dubitetur, §. Ita demùm*, vbi Bartolus, *ff. de fideiuſſoribus.* Doct. Pariſ. *conſil. 4. num. 26. & ſeq parte 2.* Menochium *de arbitrariis iudiciis, caſu 201. & 202.* Felinum *in repertorio, verſic. Subreptio non doloſa vitiat priuilegium*: & Rebuffum *in praxi beneficiorum, parte 1. tit.* 3

Differentia

Digitized by Google

Differentia inter reſcripta, &c. vbi docet, reſcriptum, ſeu priuilegium per ſubreptionem obtentum, eſſe ipſo iure nullum, quia iudici, aut Epiſcopo fit contumelia, eo quod eximitur quis ab eius iuriſdictione ſine ſua culpa. Doctores *in cap. Ex litteris, de officio delegati*, Felinus *in cap. Ad audientiam, 2. fallentia* 10. *de reſcriptis.* Francus *cap.* 1. *de litis conteſtatione, lib.* 6. & poſt Rebuffum Anton. Miliſ. *in repertorio, verbo Priuilegium redditur, fol.* 372. & *verbo Priuilegio, fol. eodem*: & *verbo Gratia, ſiue ſit indulgentia, fol.* 179. Bonacurſ. *in praxi, tit. de Impedimentis, quæ contra reſcripta*, & alij plurimi idem confirmarunt, vti aſſerit Eraſmus præfatus, de quorum numero ſunt Pax Iordanus *tom.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 322. *ex cap. Ad aures, cap. Conſtitutus, de reſcriptis, cap. Si motu proprio, de præbendis, lib.* 6. & *ex Clement.* 1. *eod. tit.* Garcia *de beneficiis, parte* 8. *cap.* 3. *num.* 2. & Sanchez *dicta diſp.* 21. quos recenſui, & fui ſecutus in Diſquiſitionibus Moral. & Canonicis *tomo* 1. *tract.* 1. *diſq.* 3. *dubio* 1. §. 2. *num.* 41. *pag.* 27. & Barboſa *in dicto cap. Super literis, num.* 1. *et* 20. *de reſcriptis*, quò loci idem docet in caſu obreptionis: vitiari ſcilicet litteras, ita vt nullum ex illis commodum conſequantur illas impetrantes per fraudem vel malitiam, exprimendo falſitatem, vel ſupprimendo veritatem: & non obſcurè Chokier *loco citato, num.* 3. dicens: Vnde omnia exprimenda ſunt, & de omni eo facienda eſt mentio, quod Principem ad aliter, atque aliter concedendum mouere poſſet, *cap. Conſtitutus, de reſcriptis, cap. Super litteris, cap. Poſtulaſti, cap. In noſtra*, vbi Abbas, & Felinus latè, *de reſcriptis*, notatur *in cap. Dudum, de præbendis in* 6. Et ego denique *vbi proximè* poſt dictos Iordanum, Garciam, & Sanchez. Vbi explicui ex dicto Pace Iordano, *num.* 532. allegante Innocentium *in cap. Dilecta, num.* 3. *de reſcriptis*, Abbatem *ibidem, num.* 7. Felinum *num.* 2. & multos alios, ſubreptionem conſiſtere in eo, quod verum tacendo, vel falſum exprimendo, narretur aliquid neceſſariò exprimendum Principi, quando ipſe plenè intellexit tenorem precum; obreptionem verò in eo, quod per verborum inuolucrum, aut cautam locutionem, ironicam, ſeu callidam effugiatur plena, & deliberata concedentis intelligentia, & conſcientia, iuxta quod Paſſeratius ait: *Obreptio, & latens, & fallax aditio.* Et Hiſpanè: *Obra de andar a eſcondidas.* Et ex aliorum mente dixi, ſubreptionem dici; quando veritas tacetur, vel per confuſam, & perplexam narrationem occultatur; & obreptionem, quando falſum narratur. Vide tamen deciſionem ſequentem, *n.* 9.

4 Ex dictis habemus, ſubreptionem, & obreptionem diuerſimodè à Doctoribus explicari, ita vt alij ſubreptioni explicationem tribuant, quam alij applicant obreptioni; & econtra. In hoc tamen conueniunt omnes, quod ſiue per ſubreptionem, ſiue per obreptionem obtineat quis gratiam, aut priuilegium, nullum commodum ex illa, aut illo ipſe conſequatur, cùm ipſo iure nulla ſit, & irrita vtriuſque conceſſio, quod pro præſenti noſtro ſufficit argumento.

§. III.

5 Circa verſiculum quintum; *Eo enim ipſo*, notatur, non ſolùm electionem Generalis actiuam, & paſſiuam, ad Congregationem ſpectare illam, cui præficitur; ſed etiam omnem electionem Canonicam Prælati immediati, ad Collegium pertinere, cui præficiendus erit. Quoad electionem actiuam, conſtat vltra allegata in deciſione, ex traditis per Abbatem *in cap. Cùm dilectus, num.* 3. & 8. *de conſuetudine*, & *in cap. officij, num.* 1. *de electione*, & *in Clementina Et ſi principalis, num.* 6. *in fine, de reſcriptis*; *la* 2. per Lezanam, *tomo* 3. ad Mare magnum Minorum, §. 3. *num.* 11. Tamburinum de iure Abbat. *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſito* 1. *n.* 1. Aug. Barboſa *in can.* 1. *& ſeqq.* 18. *q.* 2. & per plures alios ſuprà ad Conſtitutionem 6. *num.* 461. *& ſeqq.* adductos. Et quoad electionem paſſiuam, docent Barboſa *loco citato*, Lælius Zecchius *de Republica Eccleſiaſtica, cap.* 25. *num* 3. Et de Generalis electione, cuiuſvis Ordinis ille ſit, ait idem Barboſa *in votis deciſiuis, tom.* 1. *voto* 35. *num.* 35. quod iure communi attento, electio actiua, & paſſiua ad vniuerſam pertinet Congregationem. Quæ omnia etiam adnotantur pro verſiculo 6. *Neque obſtat.*

§. IV.

Pro verſiculo ſeptimo, *Nec prædictis*, ibi: *Et cùm in electione requiratur ſumma libertas, &c.* 6
notetur, quod libertas omnimoda, tam de iure naturali, quàm de Canonico, eſt de ſubſtantia electionis; illa enim electoribus quomodolibet ſublata, electio ipſo facto nulla redditur, & irrita. Barboſa *in votis deciſiu. tom.* 1. *libro* 2. *voto* 33. *num.* 22. *&* 23. *ac* 48. & *voto* 35. *à n.* 46. *voto* 39. *num.* 57. *voto* 47. *num.* 29. & *tom.* 2. *voto* 77. *num.* 13. qui *dicto voto* 35. *num.* 47. addit, ad inducendam huiuſmodi nullitatem ſufficere quemlibet metum, etiam leuem. Et *voto* 47. *n.* 28. ait electionem vitiare, quemcunque timorem inferendæ violentiæ, licèt iſta illata non ſit. Propugnant etiam noſtram concluſionem Franciſcus Dubal *en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin, parte* 2. *quæſt.* 20. *à num.* 25. & plures alij, quos recenſui, & fui ſequutus ad dictam conſtitutionem 6. *num.* 702. *& duobus ſequentibus*, & ad conſtitutionem 15. *num.* 17. *&* 18.

Et ad probandum, quod in eodem verſiculo dicitur, *ſi facultas eligendi reſtringitur, &c.* faciunt à me dicta ad conſtitutionem 6. *num.* 705. 7
& 706. poſt Tamburinum, Gonzalez, Lezanam, Peytinum, Emman. Roderiq. Vidal, Mirandam, Bordonum, Megalam, Sigiſm. à Bononia, & Lauorium, quibus addo Barboſam *dicto voto* 33. *num.* 30. 31. 32. *&* 33. in quo, ex Butrio *in cap. Cùm dilectus, in ſecunda lectura, num.* 38. *& ſeqq. de conſuetudine*, & ex Rota *deciſ.* 65. *numero* 7. *part.* 1. *recentiorum*, ait ſtatutum excludens ab electionibus certum genus perſonarum, eſſe contra ius. Idem tenuit Rota in hac deciſione, *verſic. Præſertim*: & *voto* 35. *num.* 65. ait Barboſa electionem ſic factam, ad minùs irritandam venire. Et *num.* 66. aſſerit, coarctatam eſſe electionem, ſi excludantur aliqui, aliis admiſſis. Et denique *num.* 68. dicit, quod electione coarctata ad tres, vel quatuor, libertas tollitur. Idem ait Dubal *dict. quæſt.* 20. *num.* 27.

§. V.

Pro concluſione illa verſiculi, *Præmiſſis*: *Quod* 8
in

in omni electione præferatur ille, qui cæteris eſt melior, &c. addo canonem *Vtiliſſimus, 1. quaſt. 1. can. Licèt ergo, 8. quæſt. 1.* cuius verba recenſui ſuper conſtitutione 6. *n.* 544. & *can. Metropolitano, 63. diſtinct. cap. vnic. §. Omnibus ergo; vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, vbi reprehendens Innocentius III. Mediolanenſem Archiepiſcopum, ait: *Quia non ex affectu carnali, ſed ex diſcreto iudicio in perſona magis idonea debuiſſet Eccleſiaſticum officium, & beneficium diſpenſare.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reformatione. cap. 1.* vbi reos peccati mortalis indicat electores, *niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint.* In iure etiam ciuili, *Authentico de Monachis, §. Ordinationem, collat. 1.* præcipit Imperator, vt qui priùs optimus inter Monachos apparuerit, in Paſtorem præficiatur. Gratianus denique noſter *in can. Vnum, §. Nomine autem*, ex D. Hieronymo in epiſtola ad Oceanum, hanc ſententiam refert. *Res contra naturam penè eſt, vt ſine peccato aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione, cæteri grex dicantur.* Ita in canone *Vnum orarium, 3. 25. diſtinctioni.* Quamplurimos pro eadem concluſione cumulaui, & ſequutus fui Doctores vbi ſuprà, *num.* 543. 563. 768. & 899.

9 In eodem verſiculo aſſeritur, quod *pro validitate electionis ſatis ſit, ſi dignus eligatur; id tamen procedit, poſtquam facta eſt electio, quæ ex omiſſione dignioris non retractatur.* Pro qua concluſione faciunt caput *Cum nobis, 19. de electione*, vbi probata fuit per Innocentium III. Papam electio illius, qui licèt non eminentis litteraturæ, conuenientis tamen electus exiſtebat: vbi gloſſa *verbo Eminentis*, ait: *Eminens ſcientia bene eſt deſideranda in Prælato, & competens toleranda.* Et canon *Monaſterium*, ex Synodo deſumptus Romana, 16. *quæſt.* 7. in quo conſtructori Monaſterij, vel Oratorij conceditur, vt poſſit illud, cui voluerit Preſbytero, dummodo malus non exiſtat, de conſenſu Epiſcopi commendare: vbi gloſſa *verbo, Ne malus*, ita inquit: *Argumentum, quod ſufficit, aliquem non eſſe malum.* Gloſſa *in can. Licèt ergo, verbo Qui præſtantior, 8. quæſt. 1.* dicens: *Hic comparatiuum temperat H. ſecundùm eum ſufficit, quod bonus eligatur. Eſt autem aliquis bonus, eo ipſo, quod non eſt malus.* Gloſſa etiam *in cap. Conſtitutis, verbo Magis vtilem, 2. & 46. de appellationibus*, poſtquam dixerat, *Ille enim, qui eſt doctior, & ſanctior, eſt eligendus*, addit: *Licèt talis eſt eligendus, ſufficit tamen ſi eſt idoneus: quia competens ſcientia toleratur in Prælato. . . & ſufficit, quod non ſit malus* Et *in cap. Quoniam in quibuſdam, verbo Qui maioribus, el 3. de Iurepatronatus*, in ſequentia prorumpens: *Sed nunquid requiritur, quod maioris ſit meriti, & quod plures eum præſentent? hoc videtur velle hæc littera, ſed videtur ſufficere, ſi ſit idoneus, dum tamen habeat maiorem partem, licèt alius ſit melior.* Faciunt etiam Bart. *in l. Cùm quidam, ff. de legatis*, Aſcan. Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 13. num 1. & 4.* vbi ſic, vt ſequitur, fatur.

10 In ſoro autem exteriori ſatis erit, quod dignus eligatur (verba ſunt noſtri Tamburini *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. q. 13. num. 6.*) ac quod electus ſit bonus; ſuſtinetur enim digni electio, etiam omiſſo digniori; quoniam aliàs quampluribus litibus, & controuerſiis aditus pateret (quam etiam rationem reddit S. Rota in fine dicti verſiculi) ac omnibus electionibus calumniæ de facili inſerri poſſent; cùm perdifficile ſit, conſtare in foro exteriori, quis bonus, quiſvè melior, aut optimus ſit. Et ita ſentit D. Thom. 2. 2. q. 63. *art.* 2. *ad* 3. dicens, *quod quantum ad hoc, quod electio impugnari non poſſit in foro iudiciali, ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam. Sed quantum ad conſcientiam eligentis, neceſſe eſt eligere meliorem; vel ſimpliciter, vel in comparatione: quia ſi poteſt haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem, & alius præferatur, oportet quod ſit propter aliquam cauſam. Quæ quidem ſi pertinent ad negotium, quantum ad hoc erit ille, qui eligitur, magis idoneus: ſi verò non pertineat ad negotium id, quod conſideratur vt cauſa, erit manifeſtè acceptio perſonæ.* Hæc omnia Angelicus Doctor.

Quam doctrinam tenuit Panormitan. *in cap. Conſtitutis, num. 7. el 46. de appellationibus*, in ſequentia prorumpens, diſtinguendo: aut à principio fuit appellatum, ne fieret electio niſi de idoniori, & tunc puto quod ſi in eodem collegio reperitur idonior, non valet electio facta de idoneo, cùm de iure teneantur eligere idoniorem, vt *in dicto cap. Licèt ergo*, & *in cap. dilecti, de electione*, & iuſta fuit cauſa appellandi, vel ſaltem talis electio retractabitur per Superiorem in cauſa appellationis; quod ſentit gloſſa *in dicto cap. Licèt ergo* Aut non fuit appellatum; & tunc tenet electio ſacta de idoneo, argumento *in cap. Cùm nobis*, & *cap. Cùm dilecto, de electione.* Facit textus cum gloſſa *in cap. Cùm terra, eodem tit.* Sed eligentes peccant non eligendo idoniorem, per iura ſuperiùs allegata quia tenentur Eccleſiæ conſulere meliori modo, quo poſſunt. Hactenus Eccleſiaſticæ diſciplinæ coryphæus, cui plures alij poſſunt addi Doctores, & non paucos illorum noſter recenſet Aſcanius *dicta diſp. 5. q. 13.* & *num. 6.* 11

§. VI.

Pro concluſione illa verſiculi *Præterea*, videlicet, quod ſecundùm iuris diſpoſitionem, *Abbas cuiuſque Monaſterij à ſuo Conuentu eſt eligendus*, 12
præter iura in deciſione allegata, adſunt canon *Abbatem* 18. *q.* 2. *el* 4. à Pelagio I. conditus; canon *Abbas*, canon *Abbatem*, à Gregorio noſtro, etiam I. editi, ſicut & canon *Quam ſit neceſſarium*, ibi: *Defuncto verò Abbate, &c.* canon *Abbas pro humiliatione*, ex Concilio Moguntino deſumptus, *eadem cauſa, & quæſtione:* canon *Congregatio, el final, 16. q. 7.* ex Toletano deſumptus Concilio. Adſunt etiam Doctores, Panormitanus *in cap. Cùm dilectus, num. 3. el 8. de conſuetudine: in cap. Officij, num. 1. de electione*, & *in Clementina etſi principalis, num. 6. in fine, la 2. de reſcriptis.* Lezana *tomo 3. ad Mare magnum Minorum, § 3. num. 11.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 5. quæſ. 1. num. 1.* Aug. Barboſa *in can. 1. & 3. ſeqq. 18. q. 2 in cap. Nullus, n. 1. & 5. el 1. de electione:* & *in votis deciſiuis, voto 36. num. 23.* & *voto 39. num. 20.* Moronus *in centum reſponſis, reſp. 72. num. 4.* Stephan. Bauny *in praxi beneficiorum, diſputatione 3. quæſtione 5. verſic. tertiò eligere.* Caſtrus Palaus *parte 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 11. §. 1. num. 4.* Franc. Dubal

Digitized by Google

finem, ff. de regulis iuris: & Bald. & in l. Non ſolùm, in fine, ff. de iure dotium. Ita habet Alexander conſil. 5. & conſ. 127. libro 5. & addit Myſinger. centuria 6. obſeruatione 42. num. 4. hoc eſſe memoratu dignum, & non contemnendum. Hucvſque Illuminatus.

18 Aſcanius Tamburinus tomo 3. de iure Abbatum, tranſcribit inter alias Sacræ Rotæ deciſiones, vnam 23. in ordine, coram Coccino Decano, in Treuerenſi Abbatiæ Sancti Maximi, 24. Iunij, 1625. in qua n. 10. ſic lego: Quod non probetur conſuetudo, ſatis patet; quia illa non inducitur, ſi vario modo fuit ſeruatum; quia requirit actus vniformes. Bartolus in l. 2. in fin. princ. ff. Soluto matrimonio. Decius conſil. 214. n. 2. verſic. 1. Hoc idem, & per totum: & conſilio 129. colum. 1. Alexander conſil. 5. lib. 5. & conſil. 173. per totum, lib. 6. Rolandus conſil. 2. n. 118. & ſeq. lib. 2. & conſil. 87. num. 53. lib. 2. & conſil. 13. num. 18. & num. 20. vbi, quod nullus diſcrepat, lib. 4. Aym. conſ. 96. num. 5. Rimin. Iun. conſil. 264. num. 28. & 29. lib. 1. & conſil. 265. num. 25. Et quando conſuetudo eſt varia, quod non recedatur à iure communi, Natta conſ. 232. in fine, & conſil. 309. n. 9. Rolandus dicto conſil. 87. n. 53. lib. 2. Curtius Iunior conſil. 260. n. 20. lib. 3. Hucvſque Rota.

Alia deciſio iſtius confirmatoria edita eſt coram eodē Pamphilio, 29. Martij 1604. quæ habetur apud Tamburinum tom. 3 fol. 313.

DECISIO XX.

R. P. D. Carpinei.

Toletana Monaſterij, Veneris 24. Februarij, 1668.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbati Sancti Dominici Silenſis alternatiua conceditur in viſitatione Cœnobij Sancti Martini Matritenſis. num. 2.

Conceditur eidem præeminentia in eodem Cœnobio. num 2.

In electione paſſiua Abbatiæ S. Martini, filiis S. Dominici alternatiua conceditur. n. 2.

Vtraque alternatiua Abbati, & Monachis S. Dominici aufertur. n. 3.

Clauſula.

Attentis narratis, *ponitur aliquando, non conditionaliter, ſed cauſatiuè.* n. 4.

Idem contingit aliquando in clauſula, Attento conſenſu. *num.* 3.

Condere.

Eiuſdem eſt facultatis, Condere, & Deſtruere. *n.* 10.

Conſtitutio.

Congregatio S. Benedicti Hiſpaniarum, an poſſit ſuas Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas commutare? n. 4.

Conſtitutiones Apoſtolicæ ex certa ſcientia emanatæ, aliqua non indigent iuſtificatione. n. 4.

Conſtitutio ex certa ſcientia emanat, quando cum omnium expreſſione; & etiam quando cum S. Congregationis præuia diſcuſſione. n. 4.

Quando ſic emanat, etiamſi in ea apponatur clauſula, Attentis narratis; *ex certa exiit ſcientia.* num 4.

Electio.

Libertati electionis alternatiua repugnat. n. 10.

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

Iudicium.

Fruſtratorium redditur iudicium, quando mandatum procuræ non producitur. n. 11.

Lis.

Lite pendente quilibet litigantium poteſt à Principe impetrare, quod non fuit in iudicium deductum. num. 12.

Litteræ Apoſtolicæ.

Apoſtolicæ litteræ ob earum excellentiam paratam habent executionem. n. 4.

S. Martinus Matritenſis.

Prioratum S. Martini diſmembrauit Clemens VIII. à Cœnobio S. Dominici Silenſis, & in Abbatiam erexit principalem, cum certo grauamine. n. 1. 6. & 9.

Obreptio.

Obreptitiæ ſunt litteræ, quoties non fit mentio de omnibus, quæ mouere poſſent Pontificem ad illas denegandas. n. 9.

Obreptionem non cauſat, ſeu vitiat gratiam quælibet taciturnitas; ſed eorum tantùm, de quibus ſiue ex iure, ſiue ex conſuetudine cautum eſt, vt mentio fiat. n. 11.

Hoc obreptionis iudicium plurimùm pendet à coniecturis, an ſcilicet faciliùs, vel difficiliùs conceſſiſſet. n. 11.

Papa.

Ampliſſimam habet facultatem transferendi Dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad ſua libitum voluntatis. n. 11.

IN oppido Matriti, ob reſidentiam Curiæ Regiæ celeberrimo, Congregatio Ordinis Sancti Benedicti regularis obſeruantiæ cùm nullum haberet Monaſterium Abbatiali coruſcans dignitate, in quo Abbas Generalis, aliique Abbates, ac Superiores, Procuratoreſq; Ordinis, pro rebus, & negotiis in eadem Curia tractandis conuenire, & decenter commorari poſſent, operæ pretium duxit in Capitulo Generali anni 1593. ſanctæ memoriæ Clementi VIII. ſupplicare, vt Prioratum S. Martini in dicto oppido exiſtētem, à Monaſterio S. Dominici de Silos, cuius erat membrum, diſmembrare dignaretur, illúmq; in Monaſterium, Abbatiam nuncupatum, erigere quod per vnum Abbatē, ſingulo quoq; triennio eligendum, vt cætera eiuſdem Cōgregationis Cœnobia gubernaretur, cum onere tantùm alendi quatuor Monachos Monaſterij de Silos, quemadmodū huic petitioni, priùs à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, conſultationibus Regulariū præpoſitis diſcuſſæ dictus Pontifex benignè indulſit per ſuas litteras Apoſtolicas, 4. Nonas Iunij, 1594. expeditas, quas irritātibus decretis, & clauſulā ſublata, non ſolùm muniuit verùm etiā mandauit, ne eo ſub prætextu, quod Abbàs, & Monaſterium Sancti Dominici non conſenſiſſent, vel quoquam alio obreptionis, ſeu ſubreptionis, ac nullitatis capite retractari, & infringi poſſent; quinimò vt plenariū ſortirentur effectum, illis in omni caſu reuocationis, in priſtinum reſtituit ac reintegrauit, additis omnium in contrarium facientium ampliſſimis derogatoriis. 1

Cùm verò in alio Generali Capitulo expoſitâ à profeſſis Monaſterij S. Dominici de Silos inopiâ, in quam vergebat illa domus ob prædictā, aliámque præcedentem ſimilis Prioratus diſmembrationem, ſupplicaſſent, vt in recompenſam dictæ domui alternatiua in electione Abbatis, & in viſitatione eidem concederetur; ita vt in vno triennio eligeretur in Abbatem Sancti Martini filius profeſſus dictæ domus Sancti 2

Dominici, & in alio ex corpore generalis Congregationis, ac pariformiter vnam viſitationem peragerer Reuerendiſſimus Generalis, aliam Abbas Sancti Dominici; & quod Abbas Sancti Dominici, dum permanet, & moratur in domo Sancti Martini, iiſdem gauderet exemptionibus, quibus gaudet in domo Sancti Dominici. Hæc omnia, vt poſtulata ſunt, ita ex decreto eiuſdem Generalis Capituli liberaliter conceſſa, quibus acceſſit Apoſtolica confirmatio eiuſdem Pontificis, nulla tamen facta mentione præcedentium litterarum.

3 Hinc ſucceſſu temporis, cùm à Generali Congregatione compertum fuiſſet, nimis incongruum eſſe, quod Monaſterium in Curia Regis dependentiâ ab altero deprimeretur, & ea priuaretur libertate, quâ cætera Monaſteria gratulantur, illud ad tenorem primævæ Conſtitutionis anni 1593. ad eandem independentiam plenè reſtituit, omni inter iſtud, aliâque Cœnobia ſublatâ differentiâ, præter quam in ſolo granamine recipiendi, & alendi quatuor Monachos Monaſterij de Silos: & hoc facere expreſſit rationibus mota grauiſſimis, & inhærendo facultati ſibi tributæ à ſanctæ memoriæ Vrbano VIII. commutandi ſtatuta, & ordinationes, quoties illi conuenientius videretur, licèt per Sedem Apoſtolicam confirmatæ reperirentur. Quam Generalis Capituli determinationem Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſpeciali decreto obſeruari mandauit, ac eidem ſucceſſiuè ſanctæ memoriæ Alexander VII. de eiuſdem Congregationis conſilio, per litteras in forma Breuis, tota facti hiſtoriâ enarratâ, Apoſtolicæ confirmationis robur adiecit.

4 Super huius itaque Breuis exequutione antequam caperetur reſolutio, fuit pluries requiſitus comparens pro Monaſterio Sancti Dominici, ad exhibendum mandatum procuræ: ſed eo per annum, & vltra illud producere renuente, tandem per contradictas reſponſum eſt, illud eſſe exequendum, ob paratam, quam pro earum authoritate, & excellentia habent Apoſtolicæ litteræ exequutionem, *cap. Cùm Capitulo*, vbi gloſſa *in verbo Exequatur, de conceſſione præbendæ, in 6.* Mohedanus *deciſ.15. Vt lite pendente*, Caſſiodorus *deciſ.10. ſub num.8. de reſcriptis*, & alibi ſæpiſſimè. Præſertim dum emanarunt cum expreſſione omnium geſtorum in Capitulis Generalibus Congregationis Benedictinæ. Abbas *in cap.2.num.6. verſic. Quædam confirmatio*, vbi Decius *num.37. de confirmatione vtili, vel inutili.* Felinus *in cap. Cùm inter, num.2. verſic. Sed contrarium*: & *n.3. de exceptionibus.* Rota *deciſ.192. num.3. verſic. Tum etiam quia*, & *deciſ.210. n.1. parte 1. recentiorum.* Caualerius *deciſ.22. num.8.* cum pluribus in deciſione Merlini 93. *num. 12. & 13.* & cum præcedenti diſcuſſione huius negotij in Sacra Congregatione, vt proinde emanare dicantur ex certa ſcientia, nec aliqua indigeant iuſtificatione, vt de mente gloſſæ *in cap. Nonnulli, de reſcriptis*, tradit ibidem Ioannes Andreæ, & pluribus probat Alexander *conſil.15. num.1. lib.2.* & vltra allegatas deciſiones in parte prima recentiorum, plenè Rota *deciſ.238. part. 2.* & *deciſ.158. coram Reuerendiſſimo Rojas, vtrobique num. 2. & 3.* ea ratione, quod tunc Papa dicitur ſtatuere authoritate ſua, non aduerſante clauſula illa, *Attentis narratis*: quæ hoc caſu appoſita non dicitur conditionaliter, ſed cauſatiuè, per ea, quæ de ſimilibus clauſulis adnotat Mareſcottus *variarum reſolutionum lib.2. cap.1. num.136.* Rubeus *in ſuis ſingularibus, clauſula 18. part. 4.* & de ſimili clauſula, *Attento conſenſu*, Martha *deciſ. 5. part. 1.* & Rota *in Bononienſi officij Gualdæ, poſt conſilium 98. numero 30.*

5 Verumtamen ſi in narrata in dictis litteris, quæ nudum factum concernunt, iuſtificatione opus eſſet, ſuffragaretur vtique iuſtificatio veritatis facti narrati, abſque eo quod probanda eſſet iuſtitia illius, iuxta deciſionem Ægidij 126. *in fine.* Caputaquenſ. *deciſ.161. num.2. part.1. & 284. num.1. & 2. part.7.* & tamen omnia in litteris Alexandri expoſita, iuſtificata remanent, nedum circa facti enarrati veritatem, ſed etiam circa illius iuſtitiam.

6 Nam quod attinet ad primam illius partem, in qua demonſtrato primævo ſtatu huius Monaſterij antequam Curia Regia Matritum transferretur, enunciatum fuit decretum Generalis Capituli de illud diſmembrando, & in Monaſterium principale, & independens erigendo, cum plena ſanctæ memoriæ Clementis VIII. approbatione, id omne iuſtificatum remanet ex eadem Bulla Clementis VIII. in qua expreſſiùs hæc leguntur. Cúmque in his fundetur gratia Papæ, licèt concernat factum alienum, plenam faciunt probationem, donec probetur contrarium, iuxta receptam diſtinctionem gloſſæ *in Clementina vnica, verbo Fuiſſe, verſic. Et ſic diſtingue, de probationibus, concluſ.139. à principio, vſque ad num.9.* adductis.

7 Similiter iuſtificata remanet pars altera narratiuæ, in qua dictum fuit, quod Monaſterium Sancti Dominici prætendebat in hoc Sancti Martini aliquam ſuperioritatem vigore determinationis in Generali Congregatione anni 1601. editæ, & ab eadem Sede Apoſtolica, abſque mentione præcedentium litterarum. confirmatæ ex ipſo actu Capitulari, & ex Breui confirmatorio anni 1603. de quibus in proceſſu, *folio...* Et hæc geſta fuiſſe, demonſtrat quoque lis ſuper tali prætenſione à Profeſſis dicti Monaſterij, coram Reuerendiſſimo Nuntio ſuſcitata, ad tradita in diuiſione Merlini 528. *num.4.*

8 Tertia demùm pars narratiuæ eo ipſo vera dignoſcitur, quòd ex decreto Capitulari anni 1661. nouiſſimè edito conſtat, Generalem Congregationem hoc Monaſterium ad eamdem reſtituiſſe independentiam, quam ex prima Clementis VIII. conſtitutione obtinuerat, hócque fuiſſe inhærendo facultati ſibi tributæ à Sanctæ memoriæ Vrbano VIII. & quod decretum prædictum confirmatum fuit à Sacra Congregatione 18. Auguſti. 1662. de quibus quidem decretis apparet ex actibus productis.

9 Præter autem verificationem facti, vt ſuprà narrati, concurrit vlteriùs euidens illius iuſtitia, quandoquidem poſtquam Clemens VIII. ad inſtantiam totius Congregationis, & de conſilio Cardinalium hunc Prioratum erexerat in Monaſterium principale, & independens, ſolo onere adiuncto alendi quatuor Monachos Silenſes; & in litteris deſuper expeditis mandauerat nullo ſub prætextu irritari poſſe, iubendo illas toties reintegrari, quoties annullarentur, non poterat Generale Capitulum contra formam harum litterarum Monaſterium hoc de nouo ſubmittere, nihil obſtante confirmatione obtenta ab eodem

Clemente,

Clemente, quæ euidenter obreptitia dignoſcitur, ex quo nec illi expreſſus fuerit tenor gratiæ præcedentis, neque quod illa emanaſſet de Conſilio Congregationis, & cum clauſulis ita amplis, vt nullo ſub prætextu reuocari poſſet: debet enim mentio fieri de omnibus, quæ potuiſſent mouere Pontificem ad denegandas litteras poſteriores, *cap. Cæterum*, & *cap. Super litteris*, & *cap. Dilectis, il 1. de reſcriptis, cap. Poſtulaſtis, de præbendis*. Cardinalis *conſil.*138. *n.*5. cum aliis per Eminentiſſimum Ortobonum *deciſ.*115. *n.*3. & 239. *num.*5. adiunctis.

10 Inſuper pro maiori euidentia iuſtitiæ huius vltimæ determinationis, adductum fuit validiſſimum argumentum, quod ſi antequam prodiiſſet facultas Vrbani VIII. licitum fuit Generali Congregationi ex cauſis minùs ſubſiſtentibus tam notabiliter alterare conſtitutionem Capituli anni 1593. approbatam in forma ſpecifica per Clementem VIII. quantò faciliùs dicendum eſt, hoc agere potuiſſe Capitulum Generale anni 1661. reintegrando ex iuſtis, & vrgentiſſimis cauſis hoc Monaſterium ad illam independentiam, & libertatem, quam ritè aſſumpſerat anno 1594. cùm eiuſdem facultatis ſit deſtruere, quàm condere, & econtra, *cap.*1. *de Capellis Monachorum*, cùm aliis per Valenzuelam *conſil.*166. *num.*36. & tantò rationabilius, quantò decreta anni 1601. nullam habebant, nec facti, nec iuris ſubſiſtentiam, præſertim circa alternatiuam in electione Abbatis vna vice in perſonam Profeſſi in Monaſterio Sancti Dominici, & altera ex corpore totius Congregationis, quam præiudicialem, & omnino repugnantem libertati ſeruandæ in electionibus reputauit in caſu fortiori huiuſmodi Congregationis Rota *deciſ.*75. *n.*6. & *quatuor ſequentibus, parte* 1. *recentiorum*.

11 Neque obſtitere plura, quæ ad redarguendas de obreptione has litteras Alexandri VII. propoſita fuerunt, videlicet, quòd tacita fuiſſet lis actu pendens coram Reuerendiſſimo Hiſpaniarum Nuncio, quòd narratum non fuiſſet decretum Diffinitorij fauore Abbatis Sancti Dominici, obtenti ſuper alternatiua iuris viſitandi, anni 1612. & quòd fuerit omiſſum hanc, & alteram alternatiuam paſſiuæ electionis conceſſas fuiſſe Monaſterio Sancti Dominici in recompenſam bonorum egregij redditus, ab ipſo diſmembratorum, ideóque ex cauſa oneroſa; & in illarum poſſeſſione à tempore conceſſionis permanſiſſe. Quoniam hæc, & ſimilia, vtpote deducta à non producente mandatum procuræ, nullam meruerant reflexionem, ne iudex in vanum laboret, faciátque iudicium fruſtratorium, vt aduertit Poſthius *de manutentione. obſeruatione* 86. *num.*8. Sed nihilominus pro ſolita Dominorum vrbanitate diſcuſſa viſa ſunt non ſuffragari, quia non omnium taciturnitas vitiat gratiam; ſed eorum tantùm, de quibus, ſiue ex conſuetudine, ſiue ex iure cautum eſt, vt mentio fiat, ad notata *in cap. Super litteris*, vbi præſertim Felinus *num.*1. *verſic. Regula eſt, de reſcriptis*. Calderinus *conſilio* 10. *eodem titulo*, & concordantes adducit Menochius *de arbitrariis, caſu* 201. *num.*26. & 27. Idque plurimùm pendet à coniecturis, an ſcilicet Princeps faciliùs, vel difficiliùs conceſſiſſet. Rota coram ſanctæ memoriæ Gregorio *deciſ.*50. *num.*5. & ibi *Addent. num* 1.. Nihil autem in propoſito intererat exprimere, vel quod Silenſe Monaſterium fuiſſet in quaſi poſſeſſione fruendi prærogatiuis illi conceſſis anno 1601. vel quod ſuper hac quaſi poſſeſſione obtinuiſſet decretum à Diffinitoribus anno 1612. Quia hoc totum ſupponitur in decreto anni 1661. & multo minùs, quod has prærogatiuas obtinuiſſet in recompenſam diſmembrationis Sancti Martini, quia cùm illa facta ſit per Summum Pontificem ex certa ſcientia, & cum ampliſſima, quam habet, facultate transferendi dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad libitum ſuæ voluntatis, *cap.* 2. *in principio, de præbendis, in* 6. *Clementina* 1. *Vt lite pendente*, Abbas *in cap. Conſtitutus, num.*15. *de Religioſis Domibus*, nullam poterat de iure recompenſationem prætendere. Rota *deciſ.*20. *num.*4. poſt Tamburinum *de iure Abbatum, lib.*3. & coram bonæ memoriæ Merlino *deciſ.* 775. *num.* 19. & *ſequentibus*: & in ſpecie de bonis, quæ ſunt ſub proprietate Religioſorum, Petrus de Murga *diſquiſitionum Moralium* 6. *dub.*5. *num.*5. & *dub.*23. *num.*49. *tomo* 2.

Nec pariter oportuit narrare Pontifici pen- 12
dentiam litis coram Reuerendiſſimo Nuntio, quia vt concluditur in petitione, de qua in proceſſu, *folio* 85. & *ſequentibus*, lis tantùm mota fuit ſuper poſſeſſione liberè mittendi quatuor Monachos, qui recipi debuiſſent, & tractari ab Abbate Sancti Martini, vt reliqui illius Cœnobij Conuentuales, quod clariùs indicat decretum deſuper editum ab Auditore dicti Reuerendiſſimi Nuncij; hoc verò nihil commune habet cum decreto Congregationis Generalis, confirmato ab Alexandro VII. quia vt inquit Oldradus *conſilio* 28. *num.*4. non eſt prohibendus, vt aliquis pendente lite poſſit à Principe impetrare, quod in iudicium deductum non eſt, quod etiam aduertit Rota *deciſ.* 91. *num.* 9. *parte* 4. *tomo* 2. & aliis adductis Lancellottus *de attentatis lite pendente, p.*2. *n.*4. *in præfat. n.*257. Et ita, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Ad illud verſiculi ſecundi, *Cùm verò*, videlicet: *Similis Prioratus diſmembrationem*; notatur, 1
huiuſmodi Prioratum antea à Cœnobio Sancti Dominici Silenſis diſmembratum fuiſſe, qui nunc exiſtit in Hiſpalenſi Ciuitate Abbatiali dignitate coruſcans.

Circa illud verſiculi tertij, *Hinc ſucceſſu temporis*, videlicet: *Inhærendo facultati ſibi tributæ* 2
à Sanctæ memoriæ Vrbano VIII. notatur primò, illam me retuliſſe ad conſtitutionem 15. Pauli Papæ V. *num* 95. Secundò, ſimilem facultatem eidem conceſſiſſe Congregationi Gregorium Papam XIII. prout ibidem *n.*49. recenſui.

§. II.

Ad illud quarti verſiculi, *Super huius*, ibi: 3
Vt proinde emanare dicantur ex certa ſcientia; quia ſcilicet emanarunt litteræ cùm expreſſione omnium geſtorum, faciunt textus *in cap. Venerabilis, de confirmatione vtili, vel inutili, el* 8. ibi: *Et ad maiorem rei euidentiam in literis confirmationis tenor compoſitionis inſertus*; iuncta gloſſa verbo *Inſertus*, ibi: *Quia Papa ex certa ſcientia, cùm eam viderit, confirmauit*. Barboſa *in cap. Paſtoralis, num.*10. *el* 28. *de officio iudicis delegati*,

dicens: Vnde tenent Doctores, illam dici confirmationem ex certa ſcientia, in qua eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vel ſaltem enarratur eius ſubſtantia, & eſt expedita præcedente ſolita diſcuſſione. Rota *deciſ.455. num.3. part.2. diuerſorum.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte 3. cap.2. num.226.* Aloyſius Riccius *in collectaneis deciſionum, part.5. collectanea 1592.* Hæc Barboſa *loco citato*, qui *in cap. Cùm dilecta, num.11. el 4. de confirmatione vtili, &c.* ſic ſimiliter ait: Dicitur autem fieri ex certa ſcientia, quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunſtantiarum, & quando tenor totius priuilegij, aut inſtrumenti inſeritur in ipſa confirmatione. Allegat dictum caput *Venerabilis*, Decium *in cap. Porrecta, num.15. el 6. dict. tit.* Romanum *conſil.336. num.2.* Molinam *de primogenitis, lib.2. cap.7. num.9.* Maſcardum *de probationibus, concluſ.22.* & Rotam *deciſ.455. n.3. part.2. diuerſorum.* Idem Barboſa *num.15. ſequenti*, in ſequentia prorumpit.

4 Et Papa, quando ex certa ſcientia aliquid concedere dicatur, declarat Rota *in vna Toletana admiſſionis, 17. Iunij, 1609. coram Pamphilio*, apud Farinacium *deciſ.192. num.3. part.1. recentiorum*, in hæc aurea verba: Breue autem Clementis fuiſſe conceſſum ex certa ſcientia, & non in forma communi, viſum fuit Dominis apparere: tum quia in eo fuit narrata ſubſtantia Breuis Leonis X. in eo confirmati, gloſſa *in cap. Paſtoralis, §. Præterea, verbo Ex certa ſcientia, de officio delegati.* Felinus *in cap. Cùm inter, col.1. & 2 de exceptionibus.* Decius *in cap. Porrecta, ſub num.15. de confirmatione vtili.* Romanus *conſil.317. num.7. in fine.* Gabriel *conſ.183. num.3. lib.1.* & fuit dictum *in cauſa Abulenſis iuriſdictionis, 25. Ianuarij, 1588. coram bon. mem. Orano.* Hæc ibi Barboſa; qui denique *in præfato cap. Venerabilis, num. 2.* etiam dicit: Et ideo quando tenor rei confirmatæ ſpecificè inſertus eſt in confirmatione, operatur, quod confirmatio dicatur ex certa ſcientia emanata. Allegat plures gloſſas, & Doctores, quos recenſere omitto, ob nimiam prolixitatem vitandam. Vide illos in collectanea Doctorum, *tomo primo, pagina mihi 738.* Vide etiam Peyrinum *de priuilegiis regularium, tom.1. ad conſtitut.2. Sixti IV. §.6. num.3.* & Petrum ab Angelis *in ſpeculo priuilegiorum, diſput. 7. ſect.4 num.3.*

5 Pro illo, quod in fine dicitur eiuſdem quarti verſiculi, videlicet: *Non dicitur conditionaliter, ſed cauſatiuè, per ea, quæ de ſimilibus clauſulis adnotat Mareſcottus*, adeſt Barboſa *in dicto cap. Venerabilis, num. 1.* idem aſſerens de clauſula: *Sicut ſine prauitate prouidè facta eſt*; quia dictio (inquit) *ſicut*, non ponitur conditionaliter, ſed cauſatiuè.

§. III.

6 Circa verſiculum nonum, *Præter autem*, ibi: *Non poterat generale Capitulum contra formam harum litterarum, &c.* notatur, Capitulum Generale cuiuſlibet Ordinis non poſſe nedum licitè, ſed nec validè quidem aliquid diſponere, & efficere, quod ſit contra Conſtitutionem, vel ordinationem à ſe ipſo factam, & à Sede Apoſtolica confirmatam cum decreto irritanti, & clauſula *Sublata.* Huius concluſionis veritas concludenter comprobatur ex dictis à Sacra Rota in præſenti deciſione, & verſiculo, & ex à me ipſo traditis ad conſtitutionem 15. Pauli V. *à num.8. ad 14.* vbi prolixè illam illuſtrare, & demonſtrare curaui.

§. IV.

In verſiculo vndecimo, *Neque obſtitere*; duo occurrunt adnotanda. Primum circa materiam obreptionis, pro qua videri poſſunt ea, quæ dicta ſunt in annotationibus ſuper deciſione immediatè præcedenti R.P.D. Pamphilij, *num.3. & 4.* Secundum circa facultatem, quâ aſſeritur frui, & potiri Summum Pontificem, ad transferendum Dominium bonorum Eccleſiaſticorum, ad libitum ſuæ voluntatis, ponderanda veniunt verba capitis 2. *de prebendis in 6.* hìc allegari, in qua ſic Papa Clemens III. aut IV. ait: *Licèt Eccleſiarum, Perſonatuum, Dignitatum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcatur Pontificem pertinere.* Vbi gloſſa in caſus formatione ait: Nota primò, quod Papa habet plenam diſpoſitionem beneficiorum, in quacumque parte orbis ſitorum: nam ipſe fuit vocatus in plenitudinem poteſtatis, &c. & Barboſa *num.2.* in ſequentia prorumpit. 7

Collige ex textu, Papam eſſe Dominum beneficiorum, ita vt ad libitum de illis diſponere poſſit, vt per gloſſam *verbo Veri Dei, in cap. Quantò, de tranſlatione Prælati.* Gloſſa *verbo Ex quauis, in capite Si eo tempore, de electione, hoc libro.* Gloſſa *verbo à Romano Pontifice*, vbi Dominicus *num.16. in cap. Si gratiosè, de reſcriptis, eodem libro.* Felinus *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num.39. de conſtitutionibus.* Decius *ibidem. n.26.* & *in cap. Vlt. num.8. de confirmatione vtili*, & *conſil.640. num.5.* & *conſ.639. num.14.* Abbas *in ſuis quæſtionibus, q.1. num.3.* Mant. *Dialogo 10.* Iaſon *in l. Quoties, num.13. Cod. de rei vendicatione.* Duen. *regula 74.* Cardinalis *num.11.* & reliqui ſcribentes *in Clementinam 1. Vt lite pendente.* Anton. Burg. *in rubricam de emptione, & venditione.* Hipp. *in ſingulari 25. & 634.* incipit, *Credo te ſcire.* Gomez *in regulam de non tollendo iure quæſito, quæſt.1. verſic. Illud tamen*, vbi Mandoſius *quæſt.4. num.3.* Simonet. *de reſeruat. q.2. num.3. cum ſeqq.* Gigas *de penſionibus, q.10. à num.4 & q.37. colum.1.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.5. cap.1, num.2. & part.8. cap.2. n.vlt.* Rojas *in epitome ſucceſſ. cap.23. num.14.* Fuſcus *de viſitatione, lib.2. cap.9. num.3.* Gabriel *tit. de iure quæſito, concluſ.1. à num.9.* Flaminius *de reſignatione, lib.1. quæſt.4. num.34. & lib.5. quæſt.6. num.128.* Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, §.1. proœmij, num.33 cum ſequentibus.* 8

Hactenus Barboſa, qui *n.3.* vltra verba textus dicti capitis licèt, ſignificantia perfectam, & abſolutam poteſtatem, cui nihil deſit, argumento textus *in cap. Si omnia, 6. q.1.* & *in l. Si arborem, 16. ff. de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum*, adducit ad probationem concluſionis Clementinam, *Si duobus, in fine, la 1. Vt lite pendente*, vbi ſic habetur: *Salua tamen in præmiſſis omnibus Romani Pontificis poteſtate, ad quam Eccleſiarum, Perſonatuum, Dignitatum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum plena, & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere.* Quæ vtique verba ſignificant poteſtatem omnibus vinculis ſolutam, iuxta Bartoli doctrinam *in l.1.* 9

Cod.

Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, & exemptam ab omni impedimento, iuxta doctrinam gloſſæ *verbo Liberè, in Clementina Dudum, de ſepulturis*, Abbatis & aliorum, quos recenſui, & fui ſequuta *ſuper conſtitut.1.Cæleſtini VIII. num.16.& ſuper conſtitut.12.Clementis VII.num.12.& 13.*exponendo dictionem *liberè*, in illis appoſitam. Idem Barboſa *in praxi exigendi penſiones, in proœmio, n.13.* Ita ait. Papa enim vti dominos beneficiorum, ſicut potuit ſuper beneficio penſionem imponere, potuit pariter titularem, ratione eiuſdem beneficij, provt voluit, prægrauare, ad textum *in cap.2. de prebend.lib.6.*

10 Ex quibus apparet Summum Pontificem non ſolùm adminiſtratorem bonorum Eccleſiaſticorum, ſed etiam dominum illorum eſſe. Et ratio eſt, quia ille dominus dicitur, qui de re liberam habet diſpoſitionem. Barboſa *in dicto cap. Licèt Eccleſiarum, num.3.* ſicut dominium proprietatis, provt diſtinctum à dominio iuriſdictionis, eſt ius diſponendi de re aliqua tanquam de ſua, vti ait Illuſtriſſimus Ioannes Caramuel *in Regulam Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, cap.54.diſputat. 57.ſub num.821.verſic. dominium*: vel vti Pellizarius *in Manuali Regularium, tom.1.tractatu 4.c.2. num.16.* eſt ius principale diſponendi de re pretio æſtimabili in quemcunque vſum lege non prohibitum: vel vti Bartolus *in l. Si quis vt, §. Differentia, num.4.ff.de acquirenda poſſeſſione*, ab aliis paſſim ſequutus apud Becanum *tract.de iuſtitia, & iure, cap.2. quæſt.1.num.1.* eſt ius perfectè diſponendi de re corporali, niſi lege prohibeatur: vel vti Amicus *in Curſu Theologico, tom 5.diſputat. 13.num.1.* ex eodem Bartolo, eſt ius perfectè diſponendi de re in omnem vſum lege permiſſum: vel tandem vti colligitur ex Angelico Doctore 2. 2. *q.186. artic.3.* & docet Leſſius *de iuſt.& iure, lib.2.cap.4.dubitat.1.num.4.* eſt facultas poſſidendi & vtendi re aliqua ad proprium libitum. Sed hæc omnia, ſiue diuerſa, ſiue vnum ſint, inueniuntur in plena, & libera diſpoſitione, quam ex plenitudine poteſtatis ſuæ habet, & qua gaudet, & potitur Summus Pontifex circa Eccleſias, Perſonatus, Dignitates, beneficia, & alia bona Eccleſiaſtica. Ergo Summus Pontifex illorum omnium rerum habet dominium proprietatis, ſiue quà Chriſti Domini Vicarius Generalis in Eccleſia Militante, ſiue quà eiuſdemmet Eccleſiæ caput, quod ex eodem, dubio procul, effluit, & emanat fonte, & in hoc ſenſu fui locutus *in diſq. tom.2. diſq.6. dub.23. num.49.* vide me ipſum ad conſtitutionem 10.*num.9.*

11 Quod ſi obiicias canonem *Non liceat, el 20. 12.quæſt.2.* vbi ſic Papa Symmachus decernit: *Non liceat Papa prædium Eccleſia alienare.* Reſpondeo, vel ibi non loqui Symmachum de Papa, Summo Pontifice, & Eccleſiæ vniuerſalis Capite, ſed de Epiſcopo, quos nomine Papæ olim fuiſſe appellatos frequenti vſu apud Sanctos Patres reperitur, ſicut & alios Prælatos, vti obſeruauit Barboſa in dictum canonem, *num.8.* ex multis Diui Hieronymi epiſtolis Auguſtino Papæ ſcriptis, ex apologeticis D. Athanaſij, vbi paſſim leguntur inſcriptiones *Papa Athanaſio.* Anſegiſſus Archiepiſcopus Senonenſis, Galliæ, & Germaniæ à Summo Pontifice creatus Patriarcha in Synodo habita in loco Pontigonis, *Secundus Papa* dicitur, & nuncupatur, teſte Petro Gregorio *lib.2. partit. Iuris Canonici, tit.9. de perſonis Eccleſiaſticis, in ſcholiis ad caput 3.litt. D.* Clerus etiam Romanus, vel Cornelius Summus Pontifex, vti ait gloſſa in epiſtola Cypriano miſſa, illum *Papam* appellat; ita enim lego in titulo canonis *Abſit, 50. diſtinct. Item ex epiſtola Cleri Roman, miſſa Papa Cypriano.* Vel de Summo Pontifice ſucceſſore Symmachus loquitur, vti vult gloſſa *verbo Papa*; in neutro tamen caſu obeſt S. Rotæ deciſioni, nec nobis huius Pontificis canon præfatus: non in primo, quia nec S. Rota, nec nos liberam diſpoſitionem rerum, & bonorum Eccleſiæ, & illorum dominium Epiſcopo particularis Diœceſis attribuimus, ſed Epiſcopo Epiſcoporum Vrbis, & Orbis, & Vniuerſalis Eccleſiæ *vero Papa.* Nec in ſecundo quidem, quia Papa nulli hominum, nullique humanæ poteſtati eſt ſubiectus.

Pro qua vtique omnimoda Summi Pontificis exemptione ab omni humana iuriſdictione probanda, produco, nedum canonem *Nemo, 9.q.3.* in quo Innocentius Papa ſic decreuit: *Nemo iudicabit primam Sedem, iuſtitiam temperare deſiderantem; neque enim ab Auguſto, neque ab omnè Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur.* Vbi gloſſa, *verbo Nemo*, limitat dicens; Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat. Et exemplificat, cùm ſe ſubmittit Confeſſori ſuo. Et *verbo Neque ab omni Clero*, ita ait: Argumentum, quod Concilium non poteſt Papam iudicare, vt extra *de electione, cap. Significaſti.* Vnde ſi totus mundus ſententiarit in aliquo negotio contra Papam, videtur, quod ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt *24. q.1. cap. Hac eſt fides.* Canonem etiam *Facta, ead. cauſa 9.q.3.* vbi ſic Antetius Papa, 19. poſt D.Petrum: *Facta ſubditorum iudicantur à Nobis: noſtra verò à Domino iudicantur.* Gelaſium item Papam *in can. Ipſi ſunt canones*, ibi: *Ac per hoc illam* (primam Sedem) *de tota Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium.* Et in canone immediatè ſequente, *Cuncta per mundum nouit Eccleſia*, ſic proſequitur: *Quod ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.* Produco etiam reſponſum datum Marcellino Papæ per Concilium Siouesſæ, vna voce dicens: *Tuo te ore, non noſtro iudicio iudica: nam prima Sedes à nemine iudicatur.* Ita refertur in Officio, quod Eccleſia quotannis ad honorem Sancti Marcellini celebrat, ſexto Kalendas Maij. Sed etiam prodoco eiuſdem Symmachi canonem, *ex dicta cauſa 9. & q.3.* incipit, *Aliorum*, in ſequentia prorumpentis: *Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari; ſed Sedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.* Ex quo, & ex aliis Canonibus recenſitis conſtat Symmachum in Canone *Non liceat*, loquutum non fuiſſe de vero Papa, ſed de Epiſcopo; & ſi de Papa, ſibi & aliis fuiſſe contrarium, quod dici non debet.

Super hoc argumento vide Azoriū *parte 2. lib.4.cap.23.* De viſoque argumento agit Abbas, *in c.12. n 5. de iudiciis.*

DECISIO

DECISIO XXI.

R.P.D. Beuilaquæ.

Ferrarienſis Decimarum, Veneris 8. *Aprilis* 1658.

BREVIARIVM.

Decima.

Caſſinenſes Monachi eximuntur à decimarum ſolutione, cum derogatione Capituli Nuper, de decimis, num.1.& 3.

Eximuntur etiam eorum coloni. n.7.

Hoc priuilegium reale eſt. n.7.

Priuilegium eximens à decimarum ſolutione, extenditur ad iure diuino debitas. n.5.

Decima, primitia, & quarteſia, à Deo ſunt instituta pro Sacerdotibus, & Miniſtris Eccleſiæ. num.6.

Decretum irritans.

Adimit partibus facultatem impugnandi, & iudicibus manus ligat, & claudit os, ne aliter, quàm fauoribili modo litteras interpretentur. n.2.

Derogatio.

Generica Concilij Generalis, vel omnium Conciliorum Generalium derogatio, etiamſi ſpecificè, & nominatim nullum exprimatur, cenſetur illi, & illis ſpecificè derogatum. n.4.

Dictio.

Iſtæ dictiones, Quocumque; *&*, Quibuſcumque, *vniuerſales ſunt, & omnia comprehendunt.* num 2.

Exemptio.

Congregationi Caſſinenſi ampliſſimam exemptionem Eugenius conceſſit IV. à decimis, &c. n.1.& 2.

Primitiæ.

Inſtituta ſunt à Deo primitiæ pro Sacerdotibus, & Miniſtris Eccleſiæ. n.6.

Quarteſia.

A Deo inſtituta pro Sacerdotibus, & Eccleſiæ Miniſtris. num.6.

1 EVgenius IV. volens Congregationem Caſſinenſem Ordinis Sancti Benedicti à ſolutione decimarum, aliorumque onerum eximere, priuilegium exemptionis, quod etiam refert Ferrettus *in conſil.*124.*num.*5. *lib.*1. per hæc verba conceſ-
2 ſit: *Inſuper volumus, & decernimus Monaſteria, Prioratus, loca mannalia, grangias, poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & perſonas præfatas, ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, aut alio quocumque grauamine, quouis nomine cenſeatur, per Nos, aut ſucceſſores noſtros faciendo, ſeu imponendo, &c. nec non à charitatiui, & alterius cuiuſcumque ſubſidij, & impoſitionis, collectæ, vel alterius cuiuſcumque exactionis, & oneris realis, perſonalis, vel mixti ſolutione, de cætero prorſus exemptos, liberos, & immunes fore, ita vt cogi, vel inquietari minimè poſſint, &c. Cæterùm, de quibuſcumque poſſeſſionibus vbilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, & Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c. nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis primitias, decimas, quarteſia, aut alio quocumque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſoluere teneantur, ſine ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſint inuiti. Generalis Concilij, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus. Decernentes ex nunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, &c. Non obſtantibus in Conſtantienſi, & aliis Conciliis, à felicis recordationis Innocentio IV. & Martino V. nec non aliis Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris editis conſtitutionibus, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum præſentibus habenda eſſet, &c.*

Cùm autem hoc priuilegio non obſtante, Fratres de Beccariis prætenderent exigere decimas de certis bonis ſitis in Villa Stientæ, ad Monaſterium Sancti Benedicti Ferrariæ ſpectantibus, ac in poſſeſſione illas percipiendi exiſtere, causa in gradu appellationis à ſententia per Auditorem Cameræ ſuper exemptione promulgata, ad Rotam deuoluta, & re ad examen deducta, de eiuſdem Monaſterij bono iure conſtare, deciſum hodie fuit Cuius reſolutionis effectus eò tendit, vt indultum exemptionis ei ſuffragetur. Et meritò. Quia ex contextu verborum apparet, Papam ampliſſimè liberaſſe Congregationem à quibuſcumque decimis prædialibus, & perſonalibus, ordinariis, & extraordinariis, pro bonis de eo tempore acquiſitis, & in futurum acquirendis, ſub quocumque nomine exigi velint, iuxta naturam dictionum, *quocumque*, & *quibuſcumque*: ſunt enim vniuerſales, & quodammodo afrenatæ, & nullo obice continentur, quominus omnia comprehendant, *l. Qui autem*, 14. *§. finali, ff. de conſtituta pecunia, cap. Solitæ* 6. *in fine, de maioritate, & obedientia.* Decius *conſil.*529. *num.*2.*lib.*1. Rota *deciſ.*93. *num.*1.*poſt primum volumen conſiliorum Farinacij*, & *in recentiorum deciſ.* 36.*num.*4 *&* 5.*part.*5. & in terminis ſimilis indulti, cum dictione, *quibuſvis*, concepti, Rota *deciſ.*193.*n.*2.*part.*7.& *deciſ.*30.*n.*4. *&* 5. *part.*8. Præſertim, quia eſt munitum clauſulâ decreti irritantis, quæ adimit partibus facultatem illud impugnandi, & iudicibus manus ligat, & os claudit, ne aliter quàm iſto fauorabili modo interpretetur, *cap. Si eo tempore*, 45. *de electione, in* 6. Bartolus *in l. finali, Cod. de canone frumentario Vrbis Romæ, lib.*11. Rota coram Cardinali Caualerio *deciſ.*430. *n.*1. apud Poſthium *de manutentione, deciſ.*217.*n.*57. & *in recentiorum deciſ.*173.*num.*21.*part.*4.

Nec videtur ambigendum, quin dictum pri- 3
uilegium contineat derogationem diſpoſitionis Conciliaris, *cap. Nuper*, 34. *de decimis*, quamvis explicitè ibi non legatur. Quia cùm in illius diſpoſitiua ſit facta expreſſa mentio Generalis Concilij, additâ clauſulâ, *quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus*; & in fine, vbi de Generali derogatione loquitur, adiecta ſunt verba *Non obſtantibus in Conſtantienſi, aliiſque Conciliis conſtitutionibus, & ordinationibus per Pontifices prædeceſſores editis*; vtique ſub tali forma cenſetur ſufficienter derogatum dicto capiti *Nuper* continenti conſtitutionem Concilij Lateranenſis. Decius *conſil.*341.*n.*10.*in princ.* Probus *ad Monachum, in cap Cùm in tua* 4 *n.*23. *verſic. Et quod neceſſaria ſit, de conſuetudine, in* 6 Garcia *de beneficiis, part.*4.*c.*5.*n.*37. *& ſequent.* & in indiuiduo

tenuit

tenuit Antonell. *de regimine Eccleſ. lib. 3. c. 15. §. 3. num. 16.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 15.* Rota *in Conchenſi exemptionis decimarum, 27. May 1589. coram Orano*, relatus per eundem Garciam *vbi ſuprà, n. 39.* comprobata *in recentiorum deciſ. 316. n. 11. part. 5.* Burattus *deciſ. 704. n. 2.* & ibi Addent. *num. 14.*

4 Non obſtat reſponſio, quod non ſuffragetur generica derogatio Concilij Generalis, vel omnium Conciliorum Generalium, ſed ſpecificè, & nominatim debet derogari Concilio, de quo *in dicto cap. Nuper, de decimis*, vt diſtinguit Archidiaconus *in rubrica de reſcriptis, verſic. Vnde ſcias*, & *in cap. 1. n. 2. verſic. Vel dic planiùs, de conſtitutionibus, in 6.* Mohedanus *deciſ. 7. n. 2. de locato.* Rota apud bonæ memoriæ Coccinum, *deciſ. 279. n. 6.* & *in Toletana decimarum, coram Reuerendiſſimo D. Cardinali Ocrbobono inter eius impreſſas, deciſ. 185. n. 14.* cum pluribus ibi allegatis. Quoniam iſti, & alij adducti loquuntur de priuilegiis, & caſibus, in quibus fuit facta ſola expreſſio Conciliorum Synodalium, Prouincialium, & conſtitutionum in eis editarum, ſub qua non includitur Concilium Lateranenſe; ſecus quando, vt hìc, vltra prædictorum expreſſionem, in clauſulis derogatoriis adeſt in priuilegio etiam mentio Concilij Generalis: in hoc enim caſu cenſetur ſpecificè, & indiuidualiter derogatum, non vero in genere, vt bene colligitur ex deductis in dicta Conchenſi exemptionis decimarum, coram Orano, & in annotationibus ad Burattum, *in dicta deciſ. 704. num. 14.*

5 Neque ferendus eſt intellectus indulto datus, quod Papa ibi intellexerit concedere exemptionem de decimis extraordinariis ab homine impoſitis, non autem de ordinariis iure diuino debitis: cùm priuilegium eximens à ſolutione decimarum, intelligatur de illis, non de iſtis, per dictum Baldi *in l. Fiſtulas, 78. §. Frumenta, in fine additionis, ff. de contrahenda emptione* Puteus *deciſ. 65. lib. 3.* Caualerius *deciſ. 247. n. 11.* bonæ memoriæ Coccinus *in citata deciſ. 279. n. 4* Nam vbi tenor priuilegij aliter ſuadet, & ex illo colligitur de intentione concedentis fuiſſe eximere ab omnibus, tunc trahitur, & comprehendit etiam extraordinarias: & in hoc caſu nos verſari patet ex eo, quod *in §. Inſuper*, ſpecificantur decimæ, & collectæ, cuiuſvis naturæ ſint, ac quocumque nomine nuncupentur, in illis verbis: *Ab omni exactione, collectione, decima, ſubſidio, aut alio quocũque grauamine, quovis nomine, &c.*

6 *In §.* verò, *Cæterùm*, exprimuntur primitiæ, decimæ, & quarteſia, quæ iuris diuini ſunt, & à Deo inſtitutæ pro Sacerdotibus, & miniſtrantibus in Eccleſia, & ſic dicuntur decimæ ſpirituales: *cap. Decimas, 16. quaſt. 7. cap. Non eſt, 22.* & *cap. Tua nobis 26. de decimis.* Rota coram bonæ memoriæ Merlino *deciſ. 694. num. 15.* quæ pari paſſu procedunt cum primitiis, hæcque, vt illæ, ſunt de præcepto, vt habetur *in cap. 22. Exodi*, & eſt textus *in cap. Reuertimini, 65. cauſa 16. quaſt. 1.* Sotus *de inſt. & iure lib. 9. quaſt. 3. artic. 44. verſic. In contrarium.* Barboſa *de officio Parochi, cap. 27. num. 5. & 6.* Peregrinus *deciſ. Patavin. 143. num. 3. & 4.* Rota coram Puteo *deciſ. 169. per totam, lib. 3.*

7 Non ſubſiſtit, quod etiam opponitur, huiuſmodi exemptiuum indultum eſſe perſonale, & reſtrictum ad ſolos Monachos, & bona per eoſdem colenda, ad textum *in cap. Per exemptionem, 9. de priuilegiis in 6.* Quia huic interpretationi omnino repugnant verba illius, quæ expreſsè referuntur, & complectuntur nedum bona quæ propriis manibus, & ſumptibus iidem Monachi colunt, ſed & cætera, quæ aliis colenda tradunt, ibi: *Quæ præfati Prælati Monachi colunt, ſiu coli faciunt, &c* Ne igitur ioane ſit priuilegium, & vt prædicta verba aliquid operentur, dicendum eſt, illud eſſe reale, & prodeſſe omnibus colentibus bona ad Religionem pertinentia. Gloſſa *in Clementina 1. verbo Excolendas, de decimis*, vbi etiam Cardinalis *q. 12. & 25.* Socinus *conſil. 260. colum. 1. lib. 2.* Menochius *conſil. 276. ſub n. 21.* Abbas *conſ. 9. n. 2. lib. 1.* Caſtro Palaus *de decimis* Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 1. c. 19. n. 14.* Fontanella *deciſ. 307 n. 27.* Rota *deciſ. 4. de priuilegiis, in antiquis*, & *deciſ. 23. n. 6. part. 2. diuerſorum*, & *in Carthaginenſi decimarum, 10. Decembris, 1578. coram Bubalo.*

Hinc clarè dignoſcitur, nullo pacto aduerſari
deciſiones *in Pampilonenſi decimarum, 26. Apri-* 8
lis 1652. coram Bichio, §. Neque Ioanni, & *in Ca-*
lagurritana decimarum de Ocon, 1. Iulij, 1654 coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro, Decano, §. vltimò quia locum ſibi vindicant in caſibus priuilegiorum merè perſonalium, & ex quibus deſumitur enixa voluntas Pontificis intendentis reſtringere exemptionem ad bona quæ propriis ſumptibus, & laboribus excoluntur ab illis, ad quorum fauorem fuerunt conceſſa dicta priuilegia, vt non obſcurè colligitur ex dicta Pampilonenſi decimarum, coram Bichio, & priùs in Leodienſi decimarum coram Reuerendiſſimo Vrgellenſi, *deciſ. 215. num. 3. cum ſequent.*

Et ita vtraque, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

Eugenius. De hac Eugeniana exemptione egimus 1
circa conſtitutionem 6. *n.* 23. vbi & ad conſtitutionem 4. *n.* 18. 21. & 27. dictum eſt, Congregationem noſtram Benedictinam Hiſpanam, illiuſque Monaſteria & bona illà, & aliis ſimilibus gaudere.

Ad illud verſiculi 2. *Cùm autem*, videlicet dictio- 2
nes, *quæcumque*, &, *quibuſcumque*, eſſe vniuerſales, & omnia comprehendere, addo Barboſam *tractatu de dictionibus, dictione 318.* qui per plures numeros variis iuribus, & Doctorum multitudine, vt ſolet, id exornat, & probat: & meipſum in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, *tom. 2. diſquiſit. 1. dub. 14. num. 114. ex l. A procuratore, Cod. Mandati.* Gloſſa *in cap. Quicumque, el 11 de ſent. excom. in 6. verbo Quicunque*, & *in addition.* Lezana *tom. 3. in Mare magnum Seruitarum. § 42. n. 137.* & alij penes ipſum.

Ad illud eiuſdem verſiculi: *Clauſula decreti irri-* 3
tantis adimit partibus facultatem illud impugnandi, & iudicibus manus ligat, & os claudit, &c. facit Rota *in Licienſi quarta, 27. Iunij, 1642. coram Rojas, la 5. poſt dictas diſquiſitiones, tom. 1. pag. 382. num. 1.* vbi allegantur Bartolus *in l. finali, num. 1. Cod. de canone frumentario Vrbis Romæ, lib. 11.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancellaria, gloſſ. 66. num. 3. cum ſeqq.* Puteus *deciſ. 48. n. 6. parte 1* Caputaquenſis *deciſ. 14. n. 4. parte 3.* Canalerius *deciſ. 430. n. 3.* & *deciſ. 77. n. 9. parte 5. recentiorum.*

§. II.

Ad illud verſiculi tertij, quod Eugeniana con- 4
ceſſio deroget capiti *Nuper, de decimis*, vltra in deciſione pro illius probatione adducta, facit Barboſa

de officio, & poteſt. Epiſcopi, *part.2. allegat.33. num.24.* & *tract.de Clauſulis, clauſula* 82.*num.*13. vbi ait, quod vt diſpoſitioni Concilij Generalis derogetur, facienda ſit ſpecialis, ſeu veriùs, indiuidua mentio, & derogatio, *vel per æquipollens.* Allegat Cottam *in memorabil.verbo Clauſula, Non obſtante.* Rebuffum *authent. Habita, verbo Excommunicatione, Cod. Ne filius pro patre,* & *in praxi beneficiali, tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium, num.*24. Henriquez *lib.*13. *cap.*57. §.1. Zerolam *in praxi Epiſcop. part.*2. *verbo Abſolutio, verſic. Dico* 5. Riccium *in Collectan. deciſ. part.*4. *collect.*1367.*prope finem.* Flores de Mena *lib.*1. *variarum, q.*10.*n.*50. Mar.Anton.*variar.reſolut.lib.*1. *reſol.*88.*num.*6.Bonacinam *de cenſuris, diſput.*1.*q.*3. *punct.*2.*n.*4. *in fine.* Sanchez *de matrimonio, lib.*3. *diſp.*26.*num.*7.Suarez *de legibus, lib.*8. *cap.*19.*n.*5. Reginaldum *in praxi, lib.*5.*n.*2.Campanil. *in diuerſorio Iuris Canonici, rubrica* 12. *cap.*13. *num.*154. *verſic. In cauſa.* Sigiſm. à Bononia *de electione, dub.*4.*num.*3.Gratianum *diſceptat.Forenſ.cap.*397.*n.*35. *& ſeqq.* & alios. Verallum *deciſ.*268. *n.*3. *part.*1. Rotam *in Valentina decimarum,* 8.*Februarij,*1588. *coram Orano.* & *in Conchenſi exemptionis decimarum,* 9.*Decembr.*1602.*coram Peña.*

5 Faciunt etiam quæ docet Emanuel Roderiq: *tom.*1.*qq.regular.q.*8.*art.*10.*pag. mihi* 42. & clariùs *tom.*3 *q.*36 *art.*2.*verſic.Circa quam*, ibi: In procœmio dictæ conceſſionis præmittit, *Quidam forſitan moti auctoritate Concilij Tridentini, &c.* Et poſtea ex certa ſcientia addit derogationem etiam Concilij Generalis, *quod æquatur ſpeciali derogationi Concilij Tridentini*, iuxta in ſimili tradita à Geminiano *in cap.*1.*num.*26.*de conſtitutionibus, lib.*6.*in verſ. Naſcitur*: & *quæſt.*39.*art.*4. *verſic. Circa quam Conſtitutionem*, vbi aſſerit ſufficere pro derogatione decretorum conciliariorum, quod in ſpecie conciliaris decreti fiat expreſſa derogatio, *etiamſi indiuidualis de illo mentio non fiat.* Si enim (inquit) talia verba hunc non operarentur effectum, fruſtra apponi viderentur: cùm certum ſit Papam eſſe ſupra Concilium, & quodcumque ius poſitiuum poſſe de plenitudine poteſtatis reuocare. Et addit, ita fuiſſe declaratum in Cancellaria Apoſtolica per Abbreuiatores, & ita reſponſum per S.Congregationem Concilij Tridentini interpretum. Et eis non relatis, ita reſoluiſſe Germonium *de ſacra immunitate, lib.*2.*cap.*11.*num.*52. Et concludit dicens: Et hoc decretum non intelligentes, decepti ſunt. Ojeda *de beneficiorum incompatibilitate,*2.*part.c.*12.*n.*85. Corraſius *in repetit. regul. iuris, in* 6.2.*part.ampliat.*1.*n.*11.& *limitat.*1.*n.*1.& Henriquez *in ſumm.*2.*tom.lib.*7.*c.*26. *n.*3. dicentes, priuilegia, & reſcripta oblata contra Concilium Tridentinum, ſubreptitia eſſe, & nulla, ſi eis non ſit ſpecialiter derogatũ eidem Concilio, quod eſt cõtra praxim, & ſtylũ Romanæ Curiæ. Hæc Emmanuel.

6 Azorius *Inſtitutionum Moral.part.*2.*lib.*5. *c.*14. *quæſt.*6 poſt Iacobatium *lib.*5.*artic.*18. contra Archidiaconum, & Felinum, teſtatur eſſe communem opinionem aſſerentem, nullam eſſe differentiam inter conſtitutionem Concilij Generalis, & conſtitutionem cuiuſvis alterius iuris communis. Vnde (addit) ſicut conſtitutioni cuiuſvis alterius iuris communis Roman. Pontifex intelligitur derogare per clauſulam generalem, *Non obſtante quavis conſtitutione in contrarium faciente*: ſic etiam conſtitutioni cuiuſvis Concilij Generalis. Ita Hoſtienſis, & Innocentius *in cap penult.de Capellis Monachorum.*

7 Huic tamen ſententiæ ita latæ, & laxæ non ſubſcribo, quia etſi conſtitutionum iuris communis, & Conciliorum Generalium vis à Papa dependeat, vel illas immediatè condendo, vel à Concilio editas confirmando; quia tamen conſtitutiones Conciliorum maxima cum deliberatione fiunt, poſt maturam tot Patrum ſanctitate, prudentia, & doctrina non vulgari præditorum diſcuſſionem, pro illarum derogatione non erit ſufficiens clauſula generalis: *Non obſtante quavis conſtitutione in contrarium faciente*, vti latè probaui *in diſquiſitionibus Moralib.& Canonic.tom.*2.*diſq.*1.*dubio* 14.*n.*140.& ſæpe alibi; ſed opus erit, vt derogatæ cenſeantur, vt de illis in derogatione ſpecialis mentio fiat, ſeu in ſpecie, exprimendo ſcilicet Concilia, in quibus illa contineantur, v.g. dicendo, Non obſtãte Concilij Generalis Lateranenſis conſtitutione, aut ſaltem, quod derogatio fiat mẽtione facta in genere Conciliorum Generalium; habetur enim tunc pro ſpeciali, vti ex Couarruuia *de ſponſal.*2.*parte.c.*8.§.8.*n.*5.Corduba *lib.*4. *qq.q.*7. §.3. & ex Henriquez *de indulgentiis cap.*26.*n.*3. docet Roderiquez *dicta q.*36.*art.*2.*verſic.Circa quam, in fine.* Ex quibus addit, hunc eſſe ſtylum, vti declarat hîc Rota *n.*4.iuncto primo.

Et in terminis præſentis materiæ deciſionis, & verſiculi tertij, ibi: *Non obſtantibus in Conſtantienſi, aliiſque Concilis, &c.* facit nouiſſimè Petrus ab Angelis *in ſpeculo priuilegiorum, diſputat.*4. *de reuocatione priuilegiorum, ſect.*3. *n.*15. *pag.mihi* 132. in ſequentia prorumpens. Et iuxta hanc doctrinam, in deciſionibus Rotalibus quotidie experimur, quod in priuilegiis conceſſis alicui, vel aliquibus Regularibus, circa liberationem à ſolutione decimarum, niſi in reuocatoriis priuilegiorũ fiat ſpecifica mentio capitis *Nuper, de decimis*, quod continet conſtitutionẽ Concilij Generalis Lateranẽſis, non manet reuocata diſpoſitio Concilij. Sic fuit deciſum *in cauſa Orlanienſi decimarum,* 30. *Maij, & 9.Iunij,*1586.*coram Orano.* Et *in Valentina decimarum,*9.*Iunij,*1637.*coram Coccino, & in alia nouiſſima Sabinenſi Caſtri Montis Rotundi,* 3.*Auguſti,*1626.*coram eodem Coccino,* & habetur in impreſſis per Paulum Rubeum, *tom.*1 .*nouiſſimarum, de anno* 1642.*deciſ.*316.*n.*11.vbi notatur, quod ſi in priuilegio derogatur alicui Cõcilio Generali in ſpecie, & poſtea ſubdatur clauſula, *Et aliis Conciliis*; cenſetur etiam derogari dicto Concilio Lateranenſi: quia illa clauſula, *& aliis Conciliis*, intelligitur etiã de Generalibus. Hucvſque Petrus ab Angelis. Quæ, & alia in hoc §. dicta, maximè conſonant verſiculo præſentis deciſionis, *Nec videtur.* 8

§. III.

Pro concluſione illa verſiculi ſeptimi, *Non ſubſiſtit*; quod ſcilicet priuilegium non ſoluendi decimas, Caſſinenſi Congregationi conceſſum, reale ſit, & non perſonale, & quod proſit omnibus bona colentibus ad dictam Congregationem pertinentia, faciunt vltra adducta in deciſione præſenti, quæ diximus ad conſtitutionẽ ſextam, *n.*19.*&* 20. & quæ Petrus ab Angelis vbi proximè docet *diſputat.*1.*ſect.*1.*de natura priuilegiorum*, dicens *num.*3. Priuilegium reale eſt, quod immediatè conceditur omnibus, vel aliquibus in communi, cogita ſtatui, Religioni, Officio, Eccleſiæ, Conuentui. Et *n.*4. Priuilegium reale tranſit de perſona, in perſonas, ſequendo ſemper rem, locum, dignitatem, Religionem, & perſonas, cũ quibus ſẽper coniunctũ manet, & ſic eſt perpetuũ. Expendatur clauſula, *ſequẽdo ſemper rem.* Cùm ergo bona Caſſinenſium ſint 1

exempta

exempta à ſolutione decimarum, in vim priuile-
gij eidem Congregationi in communi conceſſi, &
ſic realis illorum exemptio ea colentibus prode-
rit, ſiue illi Monachi ſint, ſiue coloni.

Habetur apud Tamburinum, de iure Abbatiſſarum *tom.4. in 31.fol.47.*

DECISIO XXII.

Excellentiſſimi D. Cardinalis Veroſpij.

In Bononienſi exemptionis, Veneris 25. Maij, 1618.

BREVIARIVM.

Decima.

Exemptio à decimarum ſolutione, vtpote à iure communi exorbitans, ſub generali an comprehendatur conceſſione. n.7.

Exemptio.

Canonici Regulares à iure habent exemptionem à datiis, gabellis, vectigalibus, & aliis oneribus realibus, & perſonalibus. n 1.

Illam etiam habent in vim priuilegij. n.2.

Ampliſſimam illam conceſſit Eugenius IV. Monachis Caſſinenſibus. n.2.& ſeqq.

Iſtius priuilegij communicatio idem operatur, ac ſi eadem exemptio in ſpecie aliis Congregationibus, quibus eſt communicata, conceſſa fuiſſet. num.2. 3. & 4.

Iſta communicatio Congregationi Hiſpaniæ facta, pluries fuit à S. Rota canonizata. n.4.

Priuilegia.

In materia fauorabili ſufficit generalis mentio in priuilegiis facta. n.6.

1 Lite coram me inter nonnullos Regulares, &
Regimen Bononienſe ſuper exemptionibus
introducta, ad inſtantiam Canonicorum Regula-
rium Lateranenſium, & S. Saluatoris, dubitaui,
circunſcriptis pro nunc eorum laboratoribus,
colonis, & emptoribus, necnon ſubſidio trien-
nali: An ipſi ſint ab aliis datiis, gabellis, vecti-
galibus, & oneribus, tam realibus, quàm perſo-
nalibus exempti? Et Rotæ viſum fuit affirmatiuè
reſpondendum, cùm iſtis Regularibus, tam ex iu-
ris communis diſpoſitione competat hæc exem-
ptio, *cap. Quamquam, de cenſibus, in 6. cap.1. de Im-
munit. Eccleſ. in 6. Clement. Præſente, eodem tit. cap.1.
de decimis, cap. Non minus, & cap. Aduerſus, de Im-
munit. Eccleſ.* Cardinal. *in dicto cap. Non minus, eod.
tit.* Abbas *in cap. Innocamus, de cenſibus, num.4. &
conſ.13. part.2.* Baldus *in l.1.n.9. Cod. de contrahen-
da emptione*, Bertazol. *de gabellis, ſeu Vectigalibus,
§.7. princip. num.10.* Et fuit dictum *in Corregienſi
gabellæ, coram bonæ memoriæ Iuſto, 27. Nouembris
1602.* & *in Valentina gabellæ, 4. Decembris, 1595.
coram Cardin. Pamphilio,* & *in Brundnſina gabellæ,
13. Februarij, 1604. coram Peña.*

Clementina *Præſente*, non exiſtit in Clementinarum volumine.

2 Quàm vigore priuilegij ab Eugenio IV. ſub
datum Florentiæ, 7. Kalend. Martij, 1434 mo-
tu proprio conceſſi Monachis Caſſinenſibus, &
per Sixtum IV. Congregationi Lateranenſi, nec-
non per Iulium II. Congregationi S. Saluatoris
communicati. Quæ communicatio idem opera-
tur, ac ſi dictis Congregationibus fuiſſet in ſpe-
cie talis exemptio conceſſa. Oldradus *conſilio 300.
& verſic. Præſertim in facto.* Bertrand. *conſ.149.
Illud eſt generale, num.2. lib.1. in antiq.* Pariſius *conſ.
22. num.5. lib.4.* Doctores communiter *in l.1. ff. de
legatis 1.* vbi Ioannes Crot. *num.13. verſic. Vltima
concluſio* Iacobus de Nigr. *num.5. & 6. in fin.* Ro-
man. *conſ.383. poſt num.2.* Natta *conſ.431. num.9.
& 15. lib.1.* Creſcent. *deciſ.9. num.5. verſic. Secundò
quia, de priu.* Rota *deciſ.8. n.5. part.2. diuerſ.*

Stantibus præſertim clauſulis ampliſſimis in 3
eadem communicatione appoſitis. Aym. *conſ.294.
numer.1.* Rolandus *conſ.6. numer.2. & ſeq.* Ioan.
Crot. vbi ſuprà, *numer. 13.* Iacob. de Nig. ibi-
dem, *num.15.*

Vnde pluries dicta communicatio fuit in Ro- 4
ta canonizata, videlicet *in Burgenſ. iuriſdictionis
Sancti Ioannis, 20. Decemb. 1596. coram Orano, &
in Burgenſi Procurationum, 9. Martij, 1598. coram
eodem.*

Nec poteſt controuerti, priuilegium huiuſmo-
di eſſe ampliſſimum, vti conceptum per verba
ampliatiua, & generaliſſima, nimirum ab om-
nibus gabellis, taliis, & datiis, collectis, im-
poſitionibus, & oneribus, etiam ad pontium re-
fectionem, & viarum reparationem, aut ab alio
quocumque grauamine, quovis nomine cenſea-
tur. Quæ verba ſunt apta pleniſſimam exemptio- 5
nem quoad onerum, collectarum, & impoſitio-
num ſpecies importare. Ioann. Andreas *in cap.
Epiſcoporum, ſub n.7.* vbi Geminianus, & Archi-
diaconus, *de priuilegiis in 6.*

Nec valet dicere, communicationem ſuffraga- 6
ri non poſſe, tanquam expreſsè non facta men-
tione de exemptionibus ab oneribus realibus.
Nam ſatis fuit generalis mentio, cùm ſimus in
materia fauorabili. Pariſius *conſ.22. num.5. & ſeq.
lib.4.* Decius *conſ.113. num.4. & 5.* cum aliis ſu-
prà allegatis.

Tantò magis, quia fuerunt appoſitæ clauſulæ; 7
*In omnibus, & per omnia, &c. & abſque vlla pror-
ſus differentia*: & Ripa *in l.1. n.1. de legatis 1.* &
ibi Scrib Rota *deciſ.8. n.5. part.2. diuerſorum.* Creſ-
cent. *deciſ.9. n.5. de priuilegiis.*

Non obſtat deciſio allegata *in Valentina decima-* 8
*rum, 28. Nouembris 1603. coram Illuſtriſſimo Lan-
cellotto.* Ibi enim de exemptione tractabatur à ſo-
lutione decimarum, quæ tanquam exorbitans à
iure communi, ſub generalitate verborum com-
prehendi non valebat; quod ſecus accidit in ca-
ſu noſtro, ex allegatis.

Verùm, quia non obſtantibus dictis exemptio-
nibus, pro parte ciuitatis, & Regiminis Bononien-
ſis prætendebatur iſtos Regulares in aliquibus
caſibus debere contribuere, Domini voluerunt
hoc particulari dubio eſſe diſcutiendum.

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

§. I.

Circa paragraphum, *Quàm vigore*, notetur, 1
priuilegium Eugenij IV. in illo recenſitum, quod
incipit, *Etſi ex debito*, haberi in Bullario noſtræ
Congregationis Hiſpanæ, *el 6. in ordine*: & quod
illo eadem Congregatio gaudeat, ac ſi ei fuiſſet in
ſpecie conceſſum, probat Rota *in hac deciſio-
ne, & §.* cum omnibus in eo adductis, ex
quo illi fuerunt communicata per eundem
Iulium II. 18. Kalendas Iulij 1505. *in conſtit.1.*

dicti Bullarij, & per Leon. X. & Clement. VII. *conſtit.* 83. anno 1523. *omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentia, prærogatiua, gratiæ, exemptiones, libertates, & indulta Congregationi Caſſinenſi conceſſa, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, & exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habere volumus* (ait Iulius, & addit) *vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi omnia & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentia, prærogatiua, gratia, libertates, exemptiones, & indulta huiuſmodi, de Congregatione S. Benedicti Valliſoleti, illiuſque Monaſteriis... loquerentur, & illa eis ſpecialiter, & expreſsè per nos data, & conceſſa fuiſſent, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ concedimus pariter, & indulgemus.* Hæc Iulius. Si ergo hæc Eugenianæ communicatio in hac Rotæ ſententia idem operatur, ac ſi Congregationibus Lateranenſi, & S. Saluatoris fuiſſet in ſpecie conceſſa, idem dici debet de communicatione eiuſdem Eugenianæ Congregationi noſtræ Hiſpanæ per verba ita prægnantia, vti recenſui, facta.

§. II.

2 Circa paragraphum, *Non obſtat*, operæpretium duxi examinare, an in vim huius Eugenianæ, & communicationis præfatæ, exempta ſit noſtra Hiſpana Congregatio, & eius Monaſteria, & bona ab onere ſoluendi decimas? Suppono Eugenium *in num.* 11. ſuæ præfatæ Conſtitutionis, ſic vt ſequitur, decernere, videlicet.

3 *Ceterùm, de quibuſcumque poſſeſſionibus vbilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel perſona colunt, ſeu colent, aut colè faciunt, aut in futurum colent, aut coli facient; ſiue de hortis, virgultis, piſcationibus eorumdem, vel de nutrimentis animalium ipſorum, nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis primitias, decimas, quarteſia, aut alio quocunque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſoluere teneantur, ſeu ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſint inuitè*, generalis Concilij, & *quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus Conſtitutionibus nequaquam obſtantibus. Decernentes ex tunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, etiam interdicti, quos, vel quas contra inhibitiones noſtras huiuſmodi per quemvis, aut quavis authoritate fieri contigerit, aut quomodolibet promulgari.*

In qua vtique Eugeniana duo obſeruari oportet. *Primum*, per eam derogari capiti *Nuper, de decimis*, ex Concilio generali Lateranenſi deſumpto, ibi: *Generalis Concilij*; vti ſuprà vidimus, *decis.* 21. *Secundum*, continere decretum irritans, de cuius effectibus non ſemel egimus.

§. III.

Qua Eugenij IV. conſtitutione ſuppoſita, reſpondendum videtur, Congregationem noſtram Hiſpanam exemptam non eſſe à ſolutione decimarum ratione communicationis præfatæ Eugenianæ. Ratio eſt, quia huiuſmodi exemptio maximè exorbitat à iure communi, & eſt difficilis conceſſionis. Tamburin. *tom.* 1. *de iure Abbatum, diſp.* 15. *q.* 18. *n.* 33. cum Ioan. Andrea *in cap. dudum, n.* 5. *verſic. Ratio diuerſitatis, de priuilegiis.* Didac. Ant. Frances de Vrrutigoyti, *in appendice Paſtoralis Interni*, affert deciſionem, *in Toletana decimarum*, 18. *Ianuarij* 1650. *coram Rojas*, in qua *num.* 10. dicit, quod in generica communicatione priuilegiorũ, in qua nulla fit mentio capitis *Nuper, de decimis*, non venit exemptio decimarũ, *quæ tanquam præiudicialis tertio* (inquit) *non niſi cum magna difficultate conceditur.* Et Rota *in Valentina decimarum*, 28. *Nouembris*, 1603. *coram Lancellotto, apud eundem Tamburinum tom.* 3. *la* 89. *pagin.* 400. *n.* 3. *in Toletana decimarum*, 26. *Nouembr.* 1595. *coram Iuſto, la* 90. *num.* 4. & *in Vrbinatenſi decimarum*, 25. *Iunij*, 1618. *la* 95. *n.* 3. & *in Mediolanenſi decimarum*, 10. *Aprilis*, 1606. *coram Coccino, inter eius impreſſas, la* 279. *n.* 2. & 4. Et ideò hæc exemptio nec conceditur, nec cenſetur communicata in priuilegiorum communicatione, niſi ſufficienter exprimatur. Idem Tamburin. *num.* 34. dicens: Vnde priuilegia eximentia à ſolutione decimarum, non comprehenduntur in communicatione generali omnium priuilegiorum, niſi expreſſa de hac re mentio fiat. Quia licèt huiuſmodi communicatio illi, ad cuius fauorem emanauit, regulariter tribuat omnia priuilegia, quæ communicantur, perinde ac ſi ſpecifice conceſſa fuiſſent, Oldradus *conſ.* 30. & alij; nihilominus non extenditur ad ea, quæ vel concedi non ſolent, vel magna cum difficultate conceduntur; & in quibus agitur de præiudicio tertij, iuxta notata per DD. *in l.* 1. *ff. de legatis* 1. & ibi Iaſ. *num.* 2. & 21. & alios adductos per Rotam *in dicta Valentina.* Hæc ille, cui conſonat Lezana *tom.* 3. *ad Mare magn. Prædicatorum*, §. 28. *num.* 78. vbi aſſerit priuilegia, quatenus fuerint contraria capitulo *Nuper, de decimis*, vt ſubſiſtere poſſint, debere habere ſpecialem, & expreſſam derogationem illius. Allegat Barboſam *de Parocho cap.* 28. *num.* 37. Ferentillium *ad deciſ.* 704. *Burati, num.* 13. quos etiam citat Tamburin. *num.* 28. Sed in conſtitutionibus Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. in quibus communicantur noſtræ Congregationi priuilegia Caſſinenſis, mentio nulla fit de exemptione à ſolutione: ergo quoad iſtam illa communicata noſtræ Congregationi non ſunt.

His tamen minimè obſtantibus, conſtanter teneo, Congregationem Benedictinam Hiſpanam exemptam omnino eſſe ab obligatione ſoluendi decimas, ad quas ſoluendas Concilium Lateranenſe adſtrinxit Regulares *in cap. Nuper, de decimis*; & hac exemptione illam, eiuſque Monaſteria, Prioratus, loca, & bona frui, gaudere, & potiri dictæ Eugenianæ vigore, atque virtute communicationis Iulij II. præfatæ, habentis, vltra clauſulas recenſitas *num.* 1. nedum iſtam: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*; ſed iſtam: *Quibus etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes .... ſpecialiter, & expreſsè, & derogamus*; & iſtam denique: *Nulli ergo omnino, &c.*

Clauſula, *quorum tenores*, tam in communicatione, quàm in derogatione à Iulio hic appoſita, tollit neceſſitatem inſerendi tenores conſtitutionum, 6

tionum, quæ communicantur, & quæ derogantur, etiamſi de eis fieri deberet expreſſa mentio de verbo ad verbum. Peyrinus *de priuileg. tom.1. ad conſtit.4. Sixti IV. n.3.* cum Nauarr. *in cap. Si quando, de reſcript. except.1. n.1.* Naldus *in ſumma, verbo Clauſula, num.4.* cum eodem Nauarro *ibidem*, & *conſ.17 n.7. de pœnit. & remiſſ.* teſtante de communi. Et ratio eſt (ait Naldus,) quia contra plenitudinem poteſtatis Papæ nihil ſtatui poteſt. Importatque dicta clauſula, vt tam communicatio, quàm derogatio ſit ex certa ſcientia. Peyrinus *tom.2. ad conſtit. 4. Pauli III. num.11.* & *tom.3. ad conſtit.18. Vrbani VIII. cap.12.* Qui *dicto num.11.* ait: Quæ clauſula iodicat Papam habuiſſe notitiam de omnibus ſtatutis *in dicto capitulo 1.* Quia clauſula, *Quorum tenores*, operatur indiuiduam omoium expreſſionem, cum ſuis qualitatibus, Riccius *collectan.949.* Tuſch. *verbo Clauſula, concluſ.339.n.1.& 6.* Felinus *in cap. Nonnulli, de reſcriptis, n.6.* Pariſios *lib.8. de reſignat. q.7.n.183.* & in ſpecie quod confirmatio ſtatutorum cum clauſula, *Quorum tenores*, ſit ex certa ſcientia, docet Theſaurus Panormit. *in verbo clauſula, pag 15.* & Farinacius *tom.1. 2.p.deciſ.Rota, deciſ.339.n.3.* Facit *Clem.1.de probationibus.* Hactenus Peyrinus, quem fui ſequutus *in diſquiſit. tom.1. tract.2. diſq 9. n.7.*

Tamburinus *tom.1. diſp.18.q.6. n.41.* ait, clauſulam: *Pro expreſſis, &c.* habere vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis cum omnibus ſuis qualitatibus. Allegat Menochium *conſ.1003.num 47. & 48.* Tuſchum *tom.1. litt.C. concl.339. num.6.* Monetam *de commutat. vltimar. volunt. cap.7. numero 201. paulò poſt princ.* qui *num. 202.* ſubdit, hanc clauſulam, & clauſulam, *Quorum tenores, &c.* eandem vim habere. Et addit cum Martha *de Clauſulis, clauſ.101. num.6.* & cum Gabriele *commun.lib.6.tit.de clauſ. concl.5.n.1.* continere inſertionem tenoris: & cum Gregorio *deciſ.109.* tollere derogatoriatum derogatorias.

7 Clauſula, *in omnibus, & per omnia*, in communicatione priuilegiorum à Iulio II. appoſita, importat vim ſpecialis ſpecificationis omnium in priuilegiis Caſſinenſiũ contentorum. Peyrin. *ad conſtit.4. eiuſdem Iulij, §.2. n.2.* cum Tuſcho *verbo clauſula, concl.354. n.1.* cum quo etiam, & Martha *de clauſulis, part.1.clauſ.62.n.4.* & cum Barboſa *eodem tract. clauſ.53. n.7.* & Lezana *ad Mare Magnum Minorum, §.51. num.153.* quò loci addit, cum eiſdem, & cum Rota *in Tiraſſonenſ. Canonicatus, 28. Ianuarij, 1575. coram Cantucio*, allegata etiam *l. Balliſta, ff. ad Trebell.* & *l. Cùm ſcimus, Cod. de agricolis, & cenſitis, lib.11.* quòd propter eius vniuerſalitatem facit, vt comprehendat ea, quæ aliàs non comprehenderentur. Et denique aſſerit importare omnimodam adæquationem. Allegat], Rotam *deciſ.398. n.9. in poſthumis Farinacij*, aliàs *part.4. recentior.* Adeò vt nulla ſit penitus differentia. Pro quo allegat Tuſch. *n.6.* & Barboſam *num.10. poſt alios.* Et quidem clauſula, *Per omnia*, importat omnem ſubſtantiam, & qualitatem. Barb. *tractat. de dictionib. dict.253. num.1.* poſt Alexand. *in l.1. n. 9. ff. de legat.1.* & Petr. Henriq. *reſp.opuſc.1.n.31.* & Cott. *in memorabilib. verbo Per omnia, pag.679.* & nihil omnino excludere addit Barboſa cum Surdo *conſ.418. num.29.*

8 Clauſula, *Non obſtantibus*, in Iuliana conſtitutione appoſita, hunc præcipuum effectum habet, vt tollat omnia, quæ diſpoſitioni, in qua eſt appoſita, obſtare poſſunt. Tamburinus *tom.1. de iure Abbat. diſp.18.q.6 n.36.* cum Marco Anton. *variar. reſol. lib.1. reſol.46. n.7. & 11.* Cenc. *de cenſib. p.3. cap.1.q.3. art.8.n.14.* Barboſa *de clauſulis, clauſ.82. n.4.* & cum Rota *deciſ.506.n.5. p.5. recentiorum.* Et quando, vt hîc, adduntur verba, *etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio, ac de verbo ad verbum facta fuiſſet*; ſufficit ad derogandum clauſulis derogatoriis derogatoriarum. Idem Tamburinus *n.39.* cum Rota *deciſ.87. n.4. part.2. recentiorum*, vbi poſt Anton. de Buttrio *conſ.2.* & Mohedanom *deciſ.1. de reſcriptis*, hoc intelligit verum, præſertim accedente clauſula, *Pro expreſſis, &c.* quæ etiam adeſt in noſtra Iuliana conſtitutione.

Clauſula denique illius, *Nulli ergo omnino*, 9
importat, quod nullus, etiam quacomque dignitate præditus, quamvis Papæ Vicarius exiſtat, poſſit huic contraoenire conſtitutioni. Dixi *ad conſtitut.1. n.62.* cum Peyrino *tom. 2. de priuileg. ad conſtitut.1. Iulij II. §.43. n.98.* Verbum, *infringere*, importat *retractare*, vel *per malitioſam interpretationem infringere.* Idem Peyrinus *dicto num.98.* Et clauſula *Auſu temerario*, importat, etiam ſine dolo, ſed ex ſubtilitate contraire, videlicet diſſimulando, audiendo allegationes, vel diſceptationes. Ita Peyrinus *eodem loco*, cum Tuſcho *verbo Clauſula, concluſione 358.*

§. IV.

Secundò gaudet dicta Congregatio noſtra Be- 10
nedictina Hiſpana exemptione à ſolutione decimarum, in vim conſtitutionis Clementis Papæ VIII. *Cùm inter alios*, ſub datum Romæ apud S. Marcum, die 24. Maij 1594. ſub annulo Piſcatoris, la 124. Bullarij authentici dictæ Congregationis, *fol.243.* Io illa enim facta mentione, licèt in genere, diuerſorum priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, iodulgentiarum, gratiarum, & indultorum à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis, & aliis conceſſorum, & confirmatorum eidem Congregationi, eiuſque Monaſteriis, Eccleſiis, Domibus, & locis, ac Generali, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Prioribus, Monachis, Monialibus, Nouitiis, Conuerſis, & aliis Religioſis, & perſonis ipſorum Monaſteriorum; Prioratuum, Eccleſiarum, Domorum, & locorum, ſic vt ſequitur, ſtatuit, videlicet.

Nos tenores huiuſmodi priuilegiorum, & indultorum, perinde ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, ac ſupplicationibus dilectorum filiorum Generalis, & aliorum Abbatum, Diffinitorum, Viſitatorum, Priorum, aliorumque Superiorum, & Monachorum ipſius Congregationis hac in parte inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, donationes, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, gratias, & indulta eidem Congregationi, eiuſque Generali, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Prioribus, Monachis, Monialibus, aliiſque perſonis, necnon ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, Vniuerſitatibus, Collegiis, & locis dictæ Congregationis, per quoſvis Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, aliàs quomodolibet conceſſa, communicata, extenſa, *confirmata, approbata, & innouata, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium (quatenus ſint in vſu, & Decretis Sacri*

Concilij Tridentini non aduerſentur) perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetua inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, etiam perpetuò, & inuiolabiliter obſeruari debere volumus, ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos; ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, ac diffiniri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, *nec non dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis illorum, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac irritantibus, & aliis decretis, ac etiam motu ſimili, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolica poteſtatis plenitudine, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac omnibus, & ſingulis, quæ dicti prædeceſſores in eorum litteris voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

§. V.

11 Pro cuius Clementinæ vera intelligentia nonnullas eius clauſulas exponere duxi. Et in primis aduerto illam fuiſſe motu proprio, ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ aditam. Hanc veritatem demonſtrat clauſula illa circa finem appoſita: *Etiam motu ſimili, &c.* Dictio enim *Simili*, denotat ſimilitudinem reſpectu facti, modi, & qualitatum, abſque vlla difformitate, vt tradit Barboſa *tractat. de Dictionibus, dict. 367. n. 5.* poſt Innocentium *in cap. Ex reſcripto, de iureiurando*, Socinum *conſil. 281. n. 3. lib. 2.* Gabrielem *conſ. 8. n. 8.* & *conſ. 148. num. 13. lib. 2.* & Rotam *deciſ. 317. n. 7.* apud Farinacium *part. 1. recentiorum.* Ac per conſequens clauſula 1. *Vt accepimus*, iuſtificatione non indiget. Lezana *ad Mare Magn. Minor. §. 39. n. 105.* Barboſ. *tract. de Clauſulis, clauſ. 148.* ac Rota *in Metenſ. Monaſterij, 21. Febr. 1600. coram Litta: in Bracharenſ. Parochialis de Moreira, 12. Ianuarij, 1604. coram Iuſto: in Aſtenſ. penſionis, 11. Martij, 1611. coram Coccino*, coram Seraphino *deciſ. 365.* & *deciſ. 1371. n. 4.* coram Puteo *deciſ. 100. lib. 3.* & ex aliis.

12 Nec obſtat clauſula in principio poſita, *ac ſupplicationibus inclinati.* Quia clauſula, *Motu proprio*, non ſemper excludit diligentiã ſupplicantis, vt bene docet Petrus ab Angelis *in ſpeculo priuilegiorum, diſput. 5. ſect. 7. n. 17. pag. mihi 186.* ſtat enim optimè, quod conceſſio ſit *motu proprio*, & quod fiat ad petitionem partis, videlicet (verba illius reddo) quando Pontifex non fuit motus ad concedendum principaliter ex petitione, licèt excitatus ſit ab illa: motus tamen à ſua voluntate propter rationes ſibi notas, vt docent communiter Iuriſtæ. Hæc dictus Author.

Conſonat Aug. Barboſ. *tractat. de Clauſulis,* 13
clauſ. 79. n. 6. & 7. Ibi enim ait, non repugnare gratiam motu proprio obtentam, fuiſſe ab impetrante petitam, quia Pontifex non illa petitione, ſed proprio motu fuit ad conceſſionem ductus. Allegat Decium *in c. 2. n. 23. de reſcriptis*, & *conſ. 51. n. 3. vol. 1.* & *conſ. 602. n. 2. vol. 5.* Rebuffum *in concord. in forma mandati Apoſtolici, ſuper verbo Motu proprio, verſ. Notandum quod hæc clauſula*, & *in praxi beneficiali, tit. de Mandatis Apoſtolicis, in clauſula Mandator. n. 21.* Anaſtaſ. Germon. *de indult. Card. §. Non itaque, n. 5.* & Menochium *de Arbitrariis, caſu 201. n. 79.* Idem docet Barboſ. *in cap. Si motu proprio, n. 5. et 23. de Præbendis in 6.* ex eiſdem DD. & ex Seraphino *deciſ. 365. num. 1. & 2.* & Coccino Decano *in Aſtenſ. penſionis, 11. Martij, 1615.* apud Farinacium *in 656. num. 1. part. 1. recentior.*

In numero autem 7. ſic ait Barboſa: Idem enim 14
operatur motus proprius conceſſus ad inſtantiam partis, quod motus proprius ex mera liberalitate Principis, vt ex ſententia Rotæ probat Gambat. *de offic. Legati, lib. 8. n. 61. cum ſeqq.* quem refert, & ſequitur Seraphinus *deciſ. 365. num. 1. & 2.* & illis citatis Rota *in Aſtenſ. penſionis, 11. Martij, 1615. coram R.D. meo Coccino Decano*, impreſſa per Farinacium *deciſ. 656. n. 1. part. 2. recentiorum.* Quamuis contrarium velint Pariſius *conſ. 1. n. 76. lib. 1.* Apoſtil. *ad Alexand. conſ. 112. in verbo inſerta, lib. 7.* Bellam. *conſ. 33. n. 22. & 23.* quos meritò reprehendit Rota *in d. Aſtenſ. penſionis*, firmans in iſto conflictu ſufficere, quod ipſa ſequatur illam opinionem, quod idem operetur motus proprius ad ſuggeſtionem partis, quod motus proprius ex mera voluntate Principis, & quotidianam practicam Romanæ Curiæ ita ſeruata contendit, quicquid dicat Ioannes à Chokier *de permutation. beneficior. part. 4. cap. 4. num. 6. fol. 115.* Hactenus Barboſa.

Eandem ſententiam ſequitur Lezana *tom. 3. ad* 15
Mare Magn. Carmelitarum, §. 44. num. 296. ex eiſdem Rota, & Doctoribus à Barboſa in duobus his præcedentibus verſiculis allegatis. Ait enim ſic: Etenim quamvis in gratia facta à Papa præcedat petitio, aut inſtantia; ſi tamen Pontifex non facit illam intuitu talis petitionis, ſed ex mera ſua voluntate, aut liberalitate, dici debet facta ex *Motu proprio*, iuxta *dicta tom. 3. verbo Clauſula, num. 41.* & ita tenent Decius, &c. Propterea *Motus proprius*, conceſſus ad inſtantiam partis, operatur idem quod motus proprius ex mera liberalitate conceſſus, vt ſæpè firmauit Rota, &c.

Clauſula autem prima Clementinæ, *Nos te-* 16
nores, &c. ſatis explicata manet *ſuprà num. 6.*

Clauſula, *Quomodolibet conceſſa, communicata, extenſa*, ratione dictionis *Quomodolibet*, vniuerſalis eſt, & omnes caſus comprehendit. Barboſa *dict. 310. num. 1.* & comprehendit omne ius, directum, ſiue indirectum, ac etiam impropriè ſumptum. Idem *num. 2.* Ac per conſequens Clementina confirmat nedum omnia, & ſingula priuilegia noſtræ Congregationi ab aliis Pontificibus conceſſa, & communicata, & extenſa, ſed

etiam

etiam confirmat, & de nouo concedit (hoc enim operatur priuilegium motu proprio, & ex certa ſc entia conceſſum, vt ſæpè alias dixi,) omnia in dictis priuilegiis conceſſis, communicatis, & extenſis contenta; aliàs enim non comprehenderet omnes caſus, & omne ius directum, ſiue indirectum, proprium, aut improprium in illis contentum. Cum ergo vnum ex priuilegiis, quæ communicata ſunt, & extenſa noſtræ Congregationi, ſit ſuperius recenſitum Eugenij IV. & hoc inter alios exemptionis caſus, contineat caſum exemptionis à decimarum ſolutione, & hoc ſit vnum ex iuribus propriis, aut impropriis, quæ ſaltem indirectè nobis conueniunt per Eugenianam communicatam, illud proculdubio nobis à Clemente VIII. confirmatur, & de nouo conceditur.

17 Et hoc ipſum argumentum conficio reſpectu priuilegiorum conceſſorum noſtris Ciſtercienſibus, & aliis Regularibus, cum expreſſa derogatione capituli *Nuper, de decimis*, quibus etiam gaudemus per conſtitutionem eiuſdem Clementis VIII. incipit, *Romanus Pontifex, la 123. Bullarij noſtræ Congregationis*, editam 30. Septembris, 1592. ſuppoſitâ aliâ Gregorij XIV. ſimiliter incipiente, *Romanus Pontifex, la 3. apud Bullarium Emmanuelis Roderiquez*, in qua Patribus Ciſtercienſibus Hiſpaniæ fuerunt à Gregorio conceſſa omnia aliorum Ordinum priuilegia.

18 Clauſula, *Sicque, & non aliter, &c.* importat, quod iudices aliter iudicare non poſſint. Peyrinus *tom.1. priuileg. ad Conſtit.23. Leonis X. num.4.* cum Tuſcho *verbo Clauſula, concl.344. num.7.* & quod ſi contrarium fiat, proceſſus ſit ipſo iure nullus. Peyrin. cum Tuſcho *concluſ. 345.*

19 Eundem effectum operatur decretum irritans ſubſequutum in clauſula: *Irritum quoque, & inane, &c.* inualidat enim quidquid factum fuerit contra Clementinam iſtam, & contra quamlibet in ea confirmatam, & contra quicquid in ea contentum. Lezana *tom.2. part.3. verbo Cauſa iudicialis, num.15. verbo Exemptio Regular. n.8. & p 4. verbo Leges Regular. n.45. & tom.3. ad Mare Magn. Minor. n.97.* Naldus *verbo Clauſula. n.6.* ego ipſe *ad conſtit.6. n.71 3. conſt.15. n.2.* Imò inficit, quod præter quamlibet diſpoſitionem illatum ſit. Dixi *ad conſtit.15. n.19* Et nullum eſt pro vtroque foro, quia eſt contra legem irritantem, obligantem in vtroque foro. Lezana *dicto n.97.* cum Leſſio *de iuſt. & iure, lib.2. cap.17. dubitat.6.* Salas *de legib diſp.16. ſect.4.* & aliis, quos citat, & ſequitur Bonacina *de legib. diſp.1. q.1. punct.7. §.3. n.2.* & procedit etiamſi ignoranter ſit factum. Naldus, & Lezana. Ego ipſe *locis citatis, ad conſtit. 6. & 15.* Et probatur *ex cap. Quia cunctis, §. Nec obſtaret, verſic. Adiiciebatur, el 1. de conceſſione præbendæ, lib.6.* & *ex cap. Si eo tempore, el 45. de electione, eod. lib.* quod ad intentum recenſui *ad conſt.16. n.124.* & in ſequentibus plura ſcitu digna cumulaui de effectibus dicti decreti, *vſque ad n.146.*

20 Clauſula denique: *Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus*; magis, & fortiùs firmat concluſionem noſtram, aſſerentem Congregationem noſtram Benedictinam Hiſpanam, exemptam eſſe à ſolutione decimarum, nedum in vim Eugenianæ conſtitutionis præfatæ, per Iulium II. communicatæ, & extenſæ, & per Clementem VIII. in conſtitutione præſenti confirmatæ, ſed in vim conſtitutionis Martini V. pro Congregatione Ciſtercienſi, *la 68. ſui Bullarij, tom.1. fol.69.* & conſtitutionis Sixti IV. *la 18. tom.2. fol.51* quæ noſtræ Congregationi fuerunt communicatæ in præſenti Clementina, in vim conſtitutionis Ioannis XXII. quam recenſet Dubal *in regulam S. Auguſtini, tomo 1.* pro Præmonſtratenſibus: conſtitutionis Gregorij XIII. pro Ieſuitis: conſtitutionis 1. Iulij II. apud Peyrinum, *tomo 1.* pro Minimis, § 33. & conſtitutionis 2 eiuſdem pro eiſdem, §. 19. & conſtitutionis 4. Pij V. apud eundem, pro omnibus Mendicantibus, § 5. quæ quidem, & omnes aliæ omnium Ordinum, Congregationum, & Societatum, &c. propriæ ſunt Ciſtercienſium per præfatam Gregorij XIV. communicationem illis factam: & etiam noſtræ ſunt propriæ, per Clementinam, quæ ad nos extendit omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, & indulta conceſſa Congregationi Ciſtercienſi Hiſpaniæ, ac quibus vtitur, potitur, & gaudet, ac vti, frui, potiri, & gaudere poteſt. Incipit, ſicut & illa Gregorij, *Romanus Pontifex.*

21 Pro nobis expreſsè eſt Aſcanius Tamburinus *tomo 2. de iure Abbatum, diſput.15. quæſt.18. à n 38.* in ſequentia prorumpens: Quintò noto, quod priuilegium exemptionis à decimis non ſuffragatur abſque ſpeciali, & expreſſa derogatione capitis *Nuper, de decimis.* Barboſa, qui alios refert, *in tract. de Parocho, cap.28. n.37.* Caualerius *deciſ.219. n.3.* Rota *deciſ.122. & 123 per tot. part.1. diuerſor. in dicta Valentina decimarum, coram Lancellotto, in dict. Vrbinatenſi decimarum, coram D. Cardin. Pamphilio, n.4.* vbi quod ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij, cum aliis, D. Ferentill. *in annotat. ad deciſ. 704. Buratti, ſub litt. B, n.13.* Nec cenſetur ſufficienter derogatum dicto capiti, *Nuper*, per clauſulas derogatorias, in quibus fit ſolùm mentio de Conciliis Prouincialibus, vel Synodalibus, & de conſtitutionibus Generalibus, vel ſpecialibus in illis editis, vt fuit reſolutum *in Cæſarauguſtana decimarum, 17. Iunii, 1611. coram eod. D. Card. Pamphilio*, quæ in fine operis eſt deciſio 93. *num.5.* ſequitur Ferentill. vbi proximè, *num.16. & num.14.* quod ſufficiat pro derogatione dicti capitis, *Nuper*, ſi in clauſulis derogatoriis priuilegij facta ſit, mentio Conciliorum generalium, abſque eo quod requiratur expreſſa, & indiuidua mentio dicti capitis *Nuper.*

22 Et ſufficit etiam, ſi clauſula derogatoria conſtitutionum, etiam in Concilio Generali editarum, ſit appoſita in confirmatione priuilegiorum, licèt non adſit in eiſdem priuilegiis exemptionis à decimis, vt reſoluit Rota *in Conchenſi exemptionis decimarum, 6. Iunij, 1587. coram Orano*, & admiſit *in Toletana decimarum, 16 Nouembris, 1605. coram Iuſto*, quæ in fine operis eſt deciſio 90. *num.4. & 5.*

23 Pro nobis etiam eſt Lezana *tomo 3. in Mare Magnum Prædicatorum, § 26. n 78.* qui poſtquam abſolutè aſſeruit priuilegium exemptionis à decimis non ſuffragari Regularibus, niſi adſit expreſſa derogatio capitis *Nuper, de decimis*, deſumpti ex Concilio Generali Lateranenſi, ſub Innocentio III. (celebrato anno 1215.) vt ſæpiùs determinauit Rota, præſertim *deciſ. 122. & 123. part. 1. diuerſor. in Orioleſi decimarum, 21. Maii, 1589. coram Orano*, ſequentia profert.

24 Habent tamen Regulares aliquot priuilegia

cum

cum tali expreſſa derogatione dicti capitis *Nuper*, vt videre eſt apud Rodriguez *tom.2. qq. Regul. q.44. art.4.* vbi refert priuilegium Sixti V. pro Monaſterio S.Laurentij Eſcurialis cum ea; quodque dicit poſtea ab eodem Sixto extenſum ad alia Monaſteria eiuſdem Ordinis: maximè autem ex priuilegio Greg. XIII. pro Societate Ieſu, quod ibi refert, & habetur Bulla in Bullario eiuſdem Authoris, in Gregorio XIII. *Bulla* 21. vbi expreſſè Pontifex derogat dicto capiti *Nuper*, & vult, quod alia priuilegia in ſimili materia à ſuis prædeceſſoribus conceſſa eidem Societati, valeant ac ſi in illis ſpecialiter derogatum eſſet. Eſt autem hoc priuilegium Ieſuitarum canonizatum à Rota, præcipuè *in vna decimarum Ciuitatis Caſtelli, coram Ghiſlerio, anno* 1629. vbi tale priuilegium omninò approbatur, & extenditur ad bona poſtea acquiſita, non obſtante poſſeſſione, quam habebant Rectores Parochialium Eccleſiarum Ciuitatis Caſtelli. Notant tamen Ferentill. *ſuprà num.*14. & Tamburinus *n.*39.*&* 40. quod licèt dictum caput *Nuper*, non cenſeatur derogatum per clauſulas derogatorias, in quibus fit ſolùm mentio de Conciliis Prouincialibus, aut Synodalibus, vel de conſtitutionibus generalibus, aut ſpecialibus in illis editis, vt fuit reſolutum in vna Cæſarauguſtana decimarum, 17. Iulij, 1611. coram D. Pamphilio, nunc S.D.N.

Nota. Innocentio X. cenſetur tamen derogatum ſufficienter, ſi in clauſulis derogatoriis priuilegij facta ſit mentio generalium Conciliorum, per hæc verba: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam Concilij Generalis.* Quod etiam video deciſum in Toletana decimarum, coram Iuſto, anno 1605. Hæc omnia adamuſſim tradit Lezana.

Vltimò Rota *in Pampilonenſi decimarum de Olito, 1. Iulij, 1577. coram Lancelloto*, quam penes me habeo typis mandatam, & mihi traditam per D.Gregorium de Iriſarri, Commendatorem S. Antonij, de S.Antonio Viennenſi, in Monaſterio Pampilonenſi, ſic ait: *Nec obſtat, quod neceſſaria fuit expreſſa derogatio Lateran. de quo in cap. Nuper, de decim. quia dictum fuit ſufficere generalem derogationem per clauſulam,* Non obſtantibus Conſtitutionibus, *vt fuit alias reſolutum coram R.P.D.Robuſterio, in cauſa Vliſbonenſi decimar. de Bellon.*

25 Cùm igitur dicta clauſula, prout à Ferentillio, Tamburino, Lezana, & Rota poſtulatur, vt derogetur ſufficienter capitulo *Nuper, de decimis*, appoſita habeatur in dicta Eugenij IV. conſtitutione, per quam abſoluitur Caſſinenſis Congregatio ab obligatione ſoluendi decimas, & in aliis noſtræ communicatis, & in confirmatione præſenti Clementis VIII. conſtanter teneri debet, præfatam noſtram Hiſpanam Congregationem eſſe omnino exemptam ab illarum ſolutione.

DECISIO XXIII.

R.P.D. Albergati.

Pampilonenſis decimarum de Tafalla, Mercurij 23. Martij, 1667.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Localis conſtitutio de loco ad locum non extenditur, etiam ex identitate rationis. n.3.

Decima.

Collegia Societatis Ieſu Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ex præſcripto Leonis XI. tenentur Parochialibus Eccleſiis ſoluere vigeſimam de fructibus bonorum, quæ poſſidebant die 23. Aprilis, 1605. & decimam de fructibus bonorum poſt dictam diem acquirendorum. n.1. & 3.

Collegium Pampilonenſe eiuſdem Societatis manutentionem obtinuit non ſoluendi decimam, nec vigeſimam. n.2. & 3.

Breue Leonis expeditum 23. Aprilis, 1605. Gregorius XV. reuocauit; ſed Vrbanus VIII. illud reſtituit.

Nauarra.

Regnum Nauarræ Regnis Caſtellæ, & Legionis eſt incorporatum, & vnitum, non extinctiuè, & acceſſoriè, ſed æquè principaliter. n.5. & 6.

Nauarrenſes extra Regnum extrahi non poſſunt in cauſis ciuilibus, aut criminalibus. n.6.

Leges, Pragmaticas, monetas, & Tribunalia habent propria, & legibus non iudicantur Caſtellæ. n.6.

Obſeruantia.

Solùm attenditur obſeruantia in ipſomet indiuiduo, & praciſo caſu. n.10.& 14.

Obſeruantia ex vnico inducitur actu. n.13.

Obſeruantia eſt optima legum, & rerum interpret. num.13.

Pampilona.

Ciuitas Pampilona caput eſt Regni Nauarræ. n.2.

Subiecta materia.

Natura ſubiectæ materiæ potentior eſt, ſeu potentius operatur, quàm proprij nominis expreſſio. num.12.

Tranſactio.

Trahi non poteſt tranſactio ad eos, qui non erant in lite. n.12.

Vnio.

Æquè principalis vnio vnum non comprehendit ſub altero. n.5.

Quæ æquè principaliter vniuntur, retinent propria nomina, proprias leges, & priuilegia. n.7.

In acceſſoriè, & per modum ſubiectionis vnitis, titulus, ac nomen vnius ſub altero ſupprimitur. n.7.

INgentem controuerſiam inter Parochiales Eccleſias Regnorum Caſtellæ, & Legionis ex vna, & Collegia Societatis Ieſu illarum partium ex altera compoſuit Leo XI. glorioſæ memoriæ, prætendentibus iis exigere decimas de iure Parochis debitas, à quibuſcumque etiam Eccleſiaſticis perſonis, intra limites earundem Parochialium exiſtentibus, iuxta caput *Cùm contingat*, & caput *Cùm in tua, de decimis*, Rota coram Comitolo,

colo, *deciſ.*111. *n.*15. His verò excipientibus de ampliſſimis eorum priuilegiis ſibi per varios Pontifices conceſſis à ſolutione dicimarum; vnde Summus Pontifex arbitrando inter partes, quæ congregatæ in ipſum compromiſerant, declarauit, loco decimæ ſolui vigeſimam in dictis Collegiis, de fructibus tamen eorumdem bonorum, tunc temporis in dictis Regnis Caſtellæ, & Legionis acquiſitorum; de fructibus autem acquirendorum, ſolui integram decimam, derogando quibuſcumque legibus, conſtitutionibus, ac priuilegiis in contrarium, & prout in eius Breui emanato ſub die 23. Aprilis.

2 In exequutionem iſtius Breuis egerunt coram Ordinario, & deinde coram Nuntio Abbas de Tafalla, & cæteri Præſules, ac Parochi ciuitatis Pampilonenſis, quæ eſt caput Regni Nauarræ, pro ſolutione dictæ vigeſimæ, ac decimæ, reſpectiuè à Collegio Pampilonenſi Societatis Ieſu: ſed hoc ſoluere recuſante, cauſaque per Sanctiſſimum mihi commiſſa, præuia auocatione à quibuſcunque, dubium propoſui, de cuius bono iure conſtet, etiam ad effectum manutentionis, ad fauorem ipſius Collegij reſolutum.

3 Ratio reſolutionis fuit, quia Breue loquitur tantummodo de bonis in Regnis Legionis, & Caſtellæ, ibi: *Prædicta Societas, & illius domus, etiam Probationum, & Collegia, & bona quæcumque in prædictis Regnis Legionis, & Caſtellæ exiſtentia, loco decimæ vigeſimam perſoluere teneantur.* Vnde trahi non debet ad Collegia, & bona ſita in Regno Nauarræ, cùm conſtitutio localis non extendatur de loco ad locum, etiam ex identitate rationis, ad textum *in l. ius ſingulare, ff. de legibus.* Rota coram Buratto *deciſ.*19. *num.*5. *in recentiorum deciſ.*316. *num.*10. *part.* 9. & *in ſpecie eiuſdem Breuis in Ariminenſi decimarum*, 17. *Iunij* 1652. §. *Quod clariùs*; *coram Reuerendiſſimo Papienſi.*

4 Minimè obſtante vnione, & incorporatione facta per Regem Catholicum Ferdinandum, de eodem Regno Nauarræ cum dictis Regnis Caſtellæ, & Legionis.

3 Quia incorporatio legitur facta Coronæ ad effectum ſuccedendi, ibi: *Vt ſit dictæ Reginæ Dominæ noſtræ, & poſt ſuos longos dies, dicti Principis noſtri Domini, & ſuorum heredum, & ſucceſſorum in ipſis Regnis Legionis, & Caſtellæ.* Summario impreſſo, *num.*1. Et dum ipſa vnio non fuit facta per modum ſuppreſſionis, & extinctiuè, ſed æquè principaliter, clarum eſt, eam operari non poſſe comprehenſionem vnius Regni ſub altero, & quod Pontifex ſub nomine Regnorum Legionis, & Caſtellæ, Regnum Nauarræ intellexerit.

7 Quod autem vnio fuerit æquè principaliter, & non per modum ſubmiſſionis, patet ex diuerſitate legum, Tribunalium, monetæ, Pragmaticæ, aliorumque rituum, quibus vtitur Nauarra; ex independentia Proregis ac Supremi Conſilij authoritate, vt in volumine legum dicti Regni, *lib.*1. *tit.*3. ex iuramento fidelitatis à Proregibus fieri ſolito, cum ea proteſtatione, *quod non obſtante incorporatione facta iſtius Regni coronæ Caſtellæ, dictum Regnum remaneat per ſe.* Summario, *num.*2. Necnon ex eo, quod Nauarrenſes non poſſunt trahi extra Regnum in cauſis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, nec iudicari legibus Caſtellæ, cum aliis pluribus conſideratis in facto. Ex quibus ſanè colligitur, Regnum, quantumvis vnitum, ſtare de per ſe, non autem fuiſſe alteri ſuppoſitum, adeò vt ſub illius denominatione comprehendatur, ad tradita per Bartolum *in l. Si conuenit, §. Si nuda, ff. de pignoratitia actione*, Aymon *de antiquitate temporis, part.*4. *numero* 27. *verſic. Sed aduerte.* Rota *dicta deciſ.*316. *n.*8. & 9. *part.*9. & in ſpecie Regni Nauarræ Solorzanus, qui hanc ipſam reddit rationem: quia ſcilicet illud non acceſſoriè, ſed principaliter vnitum eſt, *de iure Indiarum tom.*2. *lib.*3. *cap.*19. *num.*48. & priùs Salon. de Pac. *ad leges Tauri, l.*1. *relectione, fol.*124. *n.*151. *verſic. Rurſus etſi his Regiis.*

7 Exemplo beneficiorum, quæ vnita æquè principaliter, retinent proprium nomen, propriaſque leges, ac priuilegia; adeò vt vnum ſub altero non comprehendatur in impetratione, niſi de vtroque præciſè facta ſit mentio. Garcia *de beneficiis, parte* 12. *cap.*2. *num.*43. quidquid ſecus ſit in beneficiis per modum ſubmiſſionis, & acceſſoriè vnitis, in quibus titulus, ac nomen vnius ſub altero ſupprimitur, & per eundem Garciam *dicto cap.*2. *num.*12. *cum pluribus*, Lotterius, qui cæteros refert, *de re beneficiaria, lib.*1. *quæſt.*28. *num.*97. & 98.

8 Accedit teſtimonium multorum Hiſtoriographorum, Regnum ipſum Caſtellæ, & Legionis deſcribentium, & tamen ſub illis non ponunt Nauarram. Item aliorum dinumerantium Eccleſias Epiſcopales, & Metropolitanas Regni Caſtellæ, non autem recenſent Epiſcopales Nauarræ. De quibus latè in dicto Summario impreſſo, *num.*3. Ex quibus confunduntur Hiſtoriographi in contrarium adducti.

9 Nihil obſtante diſtinctione dominij temporalis à ſpirituali, dum ſaltem prætenditur ſub Clero & perſonis Eccleſiaſticis dictorum Regnorum ſemper fuiſſe comprehenſum Clerum, & perſonas Eccleſiaſticas quoque dicti Regni Nauarræ. Tum ex congregatione facta in Curia Regia, in qua interuenit Procurator Eccleſiæ Pampilonenſis. Tum ex variis Bullis Summorum Pontificium, in quibus eadem Eccleſia Pampilonenſis cōnumeratur inter Eccleſias Caſtellæ, & Legionis.

10 Quoniam vltra quod eliduntur ex aliis Bullis, & conceſſionibus in contrarium, de quibus *in d. Summario, n.*15. Reſponſum fuit, prædicta omnia emanaſſe in caſibus, in quibus omnia, & ſingula Regna Hiſpaniarum comprehendebantur, nimirum in materiis ſolutionum ſubſidij, & excuſati. Vnde trahi non poſſunt ad caſum ſpecialem decimarum, vt in fortioribus terminis conſuetudinis dixit Rota coram Eminentiſſ. Otthobon. *deciſ.* 39. *n.*10. & aliàs obſeruantia in ipſomet indiuiduo ſolùm attenditur, iuxta conſilium Oldradi 237. *n.*3. Mantic. *deciſ.*56. *n.*6. & 7. & *deciſ.*159. *n.*4. Buratt. *deciſ.*570. *n.*9. cum aliis plenè *in Maioricenſi Canonicatus*, 15. *Iunij*, 1657. §. *Deficiunt*, coram Reuerendiſſimo Pagienſi.

11 Quinimò fuit animaduerſum, quod in concordia ſuper decimis tractata, ac concluſa de anno 1638. inter Eccleſias Regnorum Caſtellæ, ac Legionis, ac Patres Societatis Ieſu, non interfuit Procurator Eccleſiæ Pampilonenſis; cùm tamen adeſſet, ac interueniſſet in Congregatatione ſuper ſolutione excuſati, *dicto ſummario*, *n.*14.

12 Et inſuper accedit ſubiecta materia. Non enim probatur, quod in dicta controuerſia ſuper decimis, quam Summus Pontifex, vt ſuprà compoſuit, comprehenderetur Regnum Nauarræ: potentiùs autem operatur natura ſubiectæ materiæ, quàm

proprij nominis expreſſio, inquit Abbas *in cap. 1. ſub num. 2. verſic. Et ſic potentius, de translatione Epiſcoporum*, & *in cap. Quoniam, ſub num. 8. verſic. item ad materiam ſubiectam, de officio & poteſtate iudicis delegati.* Vt in ſimilibus terminis Rota *coram Mantica, deciſ. 59. num. 5. & 6.* Dúm que Summus Pontifex in dicta controuertia ſe geſſit tanquam arbitrator inter partes colligitantes, clarum eſt, eius Breue tanquam ſpeciem arbitramenti, ac tranſlationis trahi non poſſe ad ea Collegia, quæ non erant in lite, iuxta textum *in l. Si de certa, Cod. de tranſactionibus, cum concordantib.* per ſanctæ memoriæ Gregorij deciſionem 158. *n. 3. & 4.* alioſque allegatos in præallegata Ariminenſi, §. *Non obſtant, in fine*, coram Reuerendiſſimo Papienſi.

13 Et tandem accedit obſeruantia, quæ eſt optima rerum, legumque interpres. Non enim conſtat, nec ante, nec poſt dictum Breue, quod Societas pro Collegiis exiſtentibus Nauarræ vnquam ſoluerit huiuſmodi decimas. Rota coram Mantica *deciſ. 320. num. 5. in recentiorum dicta deciſ. 316. num. 10. part. 9. coram R jas, deciſ. 281. n. 15. & 16.* & *in dicta Ariminenſi*, §. *eoque magis comprobatur*, & in iiſdem terminis impetrationis Bullæ, *in Cæſaraugustana portionis, 16. Iunij, 1659. §. penultimo, coram me.* Imò cùm Gregorius XV. reuocaſſet Breue Leonis, & Vrbanus VIII. ad priſtinum reſtituiſſet, idque intimatum eſſet Collegio Pampilonenſi, hoc reſpondit, dictum Breue ad ſe non loqui, neque in eo fuiſſe comprehenſum, *d. ſummario, n. 17.* & ſic potiùs conſtat de contraria obſeruantia, quæ etiam ex vnico actu inducitur, vt pluries cenſuit Rota, ſignanter coram Buratto, *deciſ. 647. n. 11.* & *deciſ. 679. n. 9.* cum cæteris *in d. deciſ. 316. n. 15. part. 9. recentiorum*: & *in dicta Cæſaraugustana, coram me, §. finali.*

14 Abſque eo quod refragetur concordia inita ſuper decimis de anno 1651. inter Capitulum Tudelæ poſitum in Regno Nauarræ, & Collegium Societatis ibidem exiſtens; quoniam ea non fuit facta ad ſopiendas lites, quæ fuiſſent ortæ inter dictum Capitulum, & Collegium ex eo, quod iſtud prætenderet Breue Leonis extendi ad Regnum Nauarræ, ſed ex eo quod prætendebat ſibi deberi decimas ex aſſiſtentia iuris, & vigore *Breuium Apoſtolicorum, quæ confirmant gratias, & conceſſiones, quas ipſi fecerunt de decimis Reges Catholici, & Nauarræ de tempore, quo expulerunt Mauros*, vt ſunt verba inſtrumenti: neque in eadem concordia Collegium ſe obligauit ad ſoluendum eam quantitatem, quam ſoluunt Collegia Legionis, & Caſtellæ in vim præfati Breuis Leonis XI. & proinde talis concordia potiùs retorquetur, tantùm abeſt, quod pro obſeruantia valeat ſuffragari, quæ in caſu indiuiduo, & præciſo ſolummodo attenditur, vt dictum eſt.

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit, &c.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 Circa verſiculum primum, *Ingentem*, ibi: *His verò excipientibus de ampliſſimis priuilegiis, &c.* aduoto Paulum III. & Pium IV. exemiſſe Patres Societat. Ieſu à ſolutione decimarum, ſine expreſſa tamen, & ſpecifica mentione capituli, *Nuper, el... decimis*, ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebrato anno 1215. deſumpto, & abſque illius ſpeciali derogatione: poſtea verò Gregorius XIII. per ſuum Breue editum die 1. Ianuarij 1578. quod inter Bullas huius Pontificis habet locum in ordine 21. in collectione priuilegiorum Emmanuelis Roderiquez, & per eius tenorem expreſsè derogauit dictæ conſtitutioni Conciliari *Nuper*, vt liberè vti poſſent præfati Patres exemptione ipſis per dictos ſuos prædeceſſores conceſſa.

§. II.

Circa verſiculos 5. 6. & 7. videri poſſunt ea, quæ in quæſtionibus Paſtoralibus dixi, *parte ſecunda, quæſtione ſecunda, de diuiſione vnionis in æquè principalem, & acceſſoriam, ſeu ſubiectionis*: & *quæſtione ſexta de effectibus vnionis*; & ſuprà ad deciſionem 4. *num. 2. & ſeqq. vſque ad 21.* & *numero 63. & 64.* Agens enim de vnione beneficiorum, & Eccleſiarum, illam diuiſi in *Æquè principalem*, & in *Acceſſoriam*: & iſtam ſubdiuiſi in *Acceſſoriam ſimplicem*, & in *Plenariam per viam incorporationis, & ſubmiſſionis.* De æquè principali dixi *dicta quæſt. 2. num. 5.* illam eſſe, quando duæ Eccleſiæ, v. g. vniuntur quoad Caput, & Gubernatorem tantùm, ea ſcilicet lege, & pacto, vt vnus ſit earum Prælatus, vel Rector, abſque eo quod vna earum alteri ſubiiciatur, aut propria amittat iura, priuilegia, & præeminentias, ac prærogatiuas, & abſque eo, quod adinuicem horum aliquid communicetur. 2

3 De vnione autem *Acceſſoria plenaria*, incorporationis, ſubiectionis, & ſubmiſſionis, dixi *in eadem quæſt. 2. à n. 6.* & *quæſt. 6. per totam*, & in aliis locis modò citatis, illam eſſe, quando vna Eccleſia, aut beneficium vnitur alteri pro augmento dotis, & patrimonij, & tunc Eccleſia, cui altera vnitur, remanet ſuperior, & principalis; vnita verò illi, remanet inferior, & ſubiecta principali. Effectus huius vnionis dixi eſſe, non ſolùm vnum habere Caput, & Gubernatorem, in quo conuenit cum vnione *æquè principali*, ſed plures alios, in quibus ab ea diſconuenit. Supprimitur enim, & extinguitur quodlibet ius, priuilegium, quælibetque præeminentia, & prærogatiua Eccleſiæ, aut beneficij vniti alteri, imò & natura, propriumque nomen, omniaque tranſeunt in Eccleſiam, aut in beneficium, cui vnitur, & in illud quaſi transformatur, & ſolùm remanet quaſi grangia, vel prædium illius. Vnde poſt vnionem Eccleſiæ Parochialis, in ea nec beneficium remanet Parochiale, nec illius nomen, ſed in Eccleſia, aut dignitate, cui acceſſoriè fuit incorporata; & nemo in vnita intitulatur, ſed in principali; ſortitur tamen huius naturam, iura, priuilegia, prærogatiuas, & qualitates bonas, & malas, adeò, vt ſi antea Eccleſia acceſſoriè vnita, erat exempta & pricipalis, per vnionem efficiatur ſubiecta, & exemptionem amittat: & ſi erat duplex, vel curata, & ſimplici vniatur, ſimplex & ipſa reddatur: è contra verò ſi principalis erat exempta & duplex, & vnita erat ſubiecta, & ſimplex, exempta & duplex ipſa fiat.

4 Alij etiam effectus vnionis acceſſoriæ recenſentur, qui minimè vnioni æquè principali conueniunt, & è contra: Eccleſia enim alteri acceſſoriè vnita, ſtatum mutat, ita vt ſi ſæcularis erat, & regulari vniatur, regularis fiat; & regularis, ſæcularis euadat, ſi ſæculari acceſſoriè vniatur.

In

In vnione autem æqoè principali, neutra vnitarum Eccleſiarum proprium mutat ſtatum, ſed vtraque, quem ante vnionem habebat, conſeruat. Deinde Eccleſia acceſſoriè vnita nunquam vacat, nec reſeruationi ſubeſt: ſecus verò æquè principaliter vnita. Item acceſſoriè vnita, compatibilis eſt; minimè autem æquè principaliter vnita, niſi cum ea, cum qua vnita reperitor, durante vnione. Item in impetrationis caſu non debet fieri mério de Eccleſia, aut beneficio acceſſorie vnito, ſed de principali; fieri tamen debet de æquè principaliter vnito. Item ad adquitendum, vel ad impetrandum beoeficium curatum ſimplici vnitum acceſſoriè, non eſt neceſſaria ætas pro Parochiali requiſita, ſed pro ſimplici expoſtulata, nec intra annum Sacerdotio initiari debet; ſecus ad acquirendum beneficium curatum æquè principaliter vnitum, & ad hoc vt iam acquiſitum non amittat. Similiter ad acquirendum beneficium Parochiale acceſſoriè alteri voitum, concurſus à Concilio præſcriptus Tridentino neceſſarius non eſt; ſecus ad acquirendum æqoè principaliter vnitum. Item, beneficium acceſſoriè vnitum non poteſt impetrari, permutari, reſignari, aut conferri, bene tamen id omne poteſt æquè principaliter vnitum. Item, Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ad obtinendum beneficium ſimplex, cui aliud Parochiale acceſſoriè reperitur vnitum; non verò diſpenſare valet ad obtinendum Parochiale æquè principaliter vnitum. Deinde, regula de triennali poſſeſſione locum oon habet in beneficio acceſſoriè vnito; habet verò in æquè principaliter vnito. Item, accepta collatione beneficij principalis, & illius poſſeſſione apprehenſa, accepta, & apprehenſa vtraque intelligitur quoad ei vnitum acceſſoriè, ſecus quoad æquè principaliter vnitum. Et ratio horum omnium manifeſta eſt, & ſuprà iam tacta. Videlicet, quia cùm acceſſoriè alteri vnitum amiſerit omnes ſuas conſuetudioes, qualitates, priuilegia, iura, naturam, & nomen; & aſſumpſerit nomen, naturam, iura, &c. ſui principalis, cui fuit vnitum, non ſtat per ſe, nec ſupponit ad aliquid præmiſſorum; è contrà verò, æquè principaliter vnitum, cùm poſt vnionem retineat omnes ſuas qualitates, conſuetudines, priuilegia, iura, naturam, & nomen, ſtat per ſe, & ſupponit ad omnia, independenter ab alio, cum quo eſt ad hoc ſolùm vnitum, vt vnum habeant communem Gubernatorem, aut Caput.

§. III.

Pro verſiculo 13. ibi: *Obſeruantia eſt optima rerum, legumque interpres*, facit Sacra Rota in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendaoia, 27. Iunij, 1664. coram R. P. D. Ninot, & coram R. P. D. Otalota, num. 7. ſub die 7. Iunij 1666. vbi addit, etiam ad id deſeruire per vnicum actum. Adſunt ſuprà *las* 3. *&* 4. Et in Pampilonenſi iurium Parochialium de Elizondo, coram R. P. D. Veroſpio.

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

DECISIO XXIV.

Eminentiſſ. D. Cardin. Pamphilij.

Laudienſis Abbatiſſatus, Mercurij 9. Martij, 1594.

BREVIARIVM.

Abbatiſſa.

Vt eligi poſſit, debet eſſe ætatis 30. annorum, non obſtante quacumque conſuetudine. n. 2.

Eligenda eſt à duabus Collegij partibus. n. 5.

Maior Collegij pars attenditur in Abbatiſſæ electione, non habita collatione zeli ad Zelum, nec meriti ad meritum; etiam quando electio facienda eſt à mulieribus ſimul cum maſculis. n. 6. & 7. *Et quare.* n. 9.

Conſtitutio.

Conſtitutio exorbitans diſponens de re ſimplici, extenditur ad actum mixtum, quantùm ad illas qualitates, quæ concernunt perſonas facientes actum ſimplicem, prout illæ qualitates interueniunt in actu mixto. n. 8.

Electio.

Vide verbo Abbatiſſa, *& verbo* Scrutatores.

Hæreticus.

Filius hæretici à dignitatibus repellitur Eccleſiaſticis. n. 4.

Poſtulatio.

Fieri debet poſtulatio ante electionem, & à Papa, non ab Ordinario. n. 3.

Scrutatores.

Aſſumendi ſunt ſcrutatores de Collegio, etiam in Abbatiſſæ electione. n. 1.

IN coocurſu duarum electionum factarum de Magdalena Elſia, & Magdalena à Boulandia, in Abbatiſſatu Monaſterij S. Amoſis, in Monſterbliſienſ. dubitaui, quæ electio eſſet attendenda. Et Domini dixerunt, nautram ſuſtineri; quia in illis fuit proceſſum per modum ſcrutinij, aſſumptis ſcrutatoribus extra Collegium, contra formam capitis *Quia propter, de electione*, quod pro ſubſtantiali electioois requirit ſcrutatorea aſſumendos de Collegio, tanquam fideliùs negotium ipſum electionis tractaturos, vt ibi tradunt Innocentius, Ioannes Andreas, Buttius *n. 6. & n. 22. verſic. Dicitur ſeptimò*, & Abbas *n. 1.* Romanus, qui teſtatur de communi, *conſil. 332. n. 11. cum ſequent.* cum aliis per Pettum Baiſium *in ſuo Directorio electionis, cap. 24. part. 3.* Et procedit etiam in electione Abbatiſſæ, vt poſt Butrium *in dicto cap. Quia propter, ſub n. 2.* notant Abbas *n. 8* Paul. de Caſtro *in conſil. 346. in princ. lib. 1.* & in electione facta ſecuodùm terminos capitis *Indemnitatibus, de electione, lib. 6.* tradit ibi Geminian. *in §. ſanè, in prin.* & Franc. *in 3. notab.* 1

Et tantò magis, quod iuxta reſolutionem aliàs per Illuſtriſſ. Dominos Sacri Collegij Interpretes in hac cauſa factam, quantùm ad electionẽ Elſiæ, illa non poteſt ſuſtineri; cũ tam ex ipſomet inſtrumento electionis, quàm etiam ex eius propriâ cõfeſſione in commiſſione cauſæ conſtet, illam non fuiſſe ætatis 30. annorũ, quæ ex diſpoſitione dicti capitis *Indemnitatibus*, & Concilij Trid. *ſeſſ. 25.*

 cap. 7.

cap.7. de Regularibus, non obſtante quacumque conſuetudine, eſt neceſſaria in Abbatiſſa, etiam quod aliàs non potuiſſet poſtulari; quia iſta po-
3 ſtulatio debuit fieri ante electionem, vt *in toto titulo de poſtulatione Prælatorum*,& à Papa, non autem ab Ordinario, vt dicit gloſſa *in dicto cap. indemnitatibus*, *in verbo Eligatur*, quam ſequuntur Ioan.Andreas,& Ancharanus *num.2.*& Geminia-
4 nus *circa finem*. Maximè quia, vt dicitur, ex prædicta reſolutione Illuſtriſſimorum Dominorum Sacri Concilij Interpretum, nedum non aderat aliqua ratio publicæ vtilitatis, cur poſtulatio debuiſſet confirmari; quinimò adeſt maxima pro reiectione ob hæreſim maternam, *cap.2.§. Hæreticis*, & *cap.Statutum*, il 2.*de Hæreticis*, *in 6*.

5 Quantum verò ad electionem factam de Boulandra, illa ſimiliter corruit; quia non eſt facta à duabus partibus Collegij, vt requiritur ſecundùm terminos dicti capitis *Indemnitatibus*,§.*Sanè*,
6 ibi: *Quæ à duabus partibus*; & non habet maiorem numerum Collegij, qui ſolus attenditur in electione Abbatiſſæ, non habita collatione zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, *dicto cap. Indemnitatibus*, §. *Sanè*, *in fine*, & ibi Ioann. Monach. *ſub num.* 20. Archidiacon. Ioann. Andr. Ancharan. Franc. *ſub numer.*8. Geminian. *ſub num.6.* & §. *Si qua verò*, §. *Vt autem*. Cardinal. *in Clem. Quod circa*, *quæſt.*11. & Vitalinus *ſub numer.3. eod.tit.*Petrus de Baiſio *in ſuo Directorio*, *in 3.parte*, *in cap.* 38. *num. 6.* qui omnes dicunt, ob inhabilitatem electæ à maiori numero, non deuolui facultatem eligendi ad maiorem partem in electione Abbatiſſæ, & Monialium, licèt ſecus ſit in electione virorum, *cap.Dudum*,*cap.Humana*, & *cap.Congregato*, *de electione*, cum ibi notatis per Doctores.

7 Quod procedit etiam in electione Abbatiſſæ, quæ facienda eſt à mulieribus ſimul cum maſculis, vt tradit Ioannes Andr. *in dict. cap. Indemnitatibus*, *ſub num.3. verſic. Canonic.*& Geminianus *in §. Supradicta*, *num.4.* qui dicunt, prædictum textum habere locum etiam quando Canonici
8 ſæculares adſunt ſimul cum mulieribus. Et bene facit, quod conſtitutio etiam exorbitans diſponens de re ſimplici, extenditur ad actum mixtum, quantùm ad illas qualitates, quæ concernunt perſonas facientes actum ſimplicem, prout illæ qualitates interueniunt in actu mixto; quicquid dicendum ſit quantùm ad qualitates, quæ reſpiciunt alias perſonas, quæ faciunt actum mixtum, vt poſt Gloſſam *in dicto §. Sanè*, *in verbo Non obſtare*, *circa finem*, declarat Geminianus *ſub n.7. verſic. Nota optimam gloſſam.*Et hoc maximè quo-
9 ad computanda vota mulierum, in quibus ratione quadam ſpeciali conſtitutum eſt, vt attendatur ſolùm numerus, non autem zelus, nec meritum; ne, vt dicit Ioann. Andreas *in dicto cap. Indemnitatibus*,*n.3* quem ibi ſequuntur Ancharanus *in verſic.*18.& notat Geminian.*in §.Si qua,in verſ. Vt autem ad inuicem*, ſibi inferant opprobria, & conuitia reuelando ipſarum ſecreta. Quæ ratio, quoad ipſas fœminas eligentes, militat etiam in electione Abbatiſſæ,ſi vnà cum eis maſculi interueniant; præſertim in hoc caſu, vbi longè maior eſt numerus mulierum, quàm virorum, *vulg. l. Quærit*,*ff.de ſtatu hominum*, cum aliis allegatis.

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

§. I.

Circa verſiculum primum,ibi: *Aſſumptis Scru-* 1
tatoribus extra Collegium, &c. concluſionem illam firmantem,nullas euaſiſſe electiones,de quibus in præſenti deciſione, ob aſſumptionem extraneorum Scrutatorum, tenet Franciſcus Dubal *en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin,part.2.q.20. num.42.* cum Pellizzario *in Manuali Regularium, tom.2.tract.9.cap.2.n.24.* Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico,lib.1.c.19.n.*180.Miranda *in Manuali Prælatorum,tom.2.q.23.art.29.* Sigiſmundo de Bononia *de electione dub.20.n.3.*& Aſcanio Tamburino *de iure Abbatum,tom.1.diſp.5.q.6.n.7.*Quæ doctrina adeò eſt vera, vt nulla etiam reddatur electio,ſi cum ſcrutatoribus de Collegio adhibeantur alij,qui de Collegio non ſint. Vtrumque firmaui ad conſtitutionem 6 & 2. Alexandri IV.*n.*683.

Circa verſiculum ſecundum,ibi:*Poſtulatio debuit* 2
fieri ante electionem....& à Papa,non autem ab Ordinario; occurrit difficultas, an licitè,& validè in Religione aliqua procedatur, ſi Prælatus actualis vnius Monaſterij,à Generali,aut ab aliis electoribus in Prælatū alterius Monaſterij eligatur à Papa non poſtulatus, etiamſi eis ad id facultas per cōſtitutiones,diffinitiones, aut Statuta Ordinis præbeatur? Quod ſub aliis terminis inquiri poteſt; An Abbas vnius Cœnobij transferri valeat in aliud Cœnobium, ſine Papæ venia, & authoritate, vt illi præſit, eadem Abbatiali dignitate decoratus?

Et videtur reſpondendum,quod non.Primò, ob 3
deciſionem præſentem Rotæ. Secundò, ob iſtam rationem,quia Abbas æquiparatur Epiſcopo.Dixi ad dictam conſtitutionem 6.*n.*837.ab æquiparatis autem valet argumentū,& de vno ad aliud æquiparatorum fit extenſio; quia in vno diſpoſitum, cenſetur diſpoſitum in alio:de quibus videantur à me dicta ad Conſtitutionem 16. Alexandri VII. *num.*11. Sed Epiſcopus de vna in aliam Eccleſiam transferri non poteſt,niſi poſtuletur à Papa à quo ad id debet diſpēſari in vinculo matrimonij,quod cum prima ſua Eccleſia contraxit, ad tradita per Antonium Butrium *in cap.Inter corporalia,n.1.el 2. de tranſlatione Epiſcopi*, inter Panormitani opera. Ergo cùm Abbas ſimile cum ſuo Cœnobio contraxerit matrimonium, vti declarauit Cœleſtinus Papa III. in conſtitutione prima à me commentata,vbi videantur dicta *n.*35. transferri non poterit in aliud Cœnobium, niſi poſtuletur à Papa, vt diſpenſet cum eo in matrimonio iam cum priori contracto.

His tamen non obſtantibus affirmatiuè reſpon- 4
deo. *Primò*, quia poſtulatio in deciſione deſiderata pro legitima Abbatiſſæ electione, non inde oriebatur, quia iam alteri Monaſterio Abbatiſſa præeſſet; ſed quia ætate 30.annorum carebat,quæ de iure requiritur,vt in Abbatiſſam eligi poſſet:in quo vtique impedimento à ſolo Papa diſpenſari poſſet; ſuper quo cadere debebat poſtulatio in caſu deciſionis,vt eligi poſſet. *Poſtulatio* enim iuxta Panormitanum *in rubrica de poſtulatione Prælatorum,n.1.Eſt quædam gratia petitio à Superiore facta de promouendo aliquem ad prælationem,ad quam de iure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, ſeu promoueri non poterat* At in noſtro caſu ſecus contingit, vt ex terminis patet; & ex mox dicendis clariùs patebit. Ergo, &c.

Secundò,

5 Secundò, quia licet vera ſit propoſitio illa, *Ab æquiparatis valet argumentum*; vt latè probat Barboſa *tract. locorum communium argumentorum iuris, loco 6. num.1.* limitationem tamen hanc patitur, vt non habeat locum, vbi militat ratio diuerſitatis. Idem Barboſa *num.3.* cum Romano *conſilio 130. colum. penult. verſic. vltimò, & conſil.179. num.12.* Cardin.Tuſcho *tom.3. Practicar. concluſionum, litt.E. concluſ.308. num. 31.* Surdo *conſ.50. num.25.* Franc. Viu. *deciſ.255. num.21. lib.2.* At in Abbate diuerſa ratio militat, ac militat in Epiſcopo, licèt conueniant in matrimonio ab vtroque contracto cum ſua Eccleſia. Diuerſitas conſiſtit in hoc, quod matrimonium Epiſcopi diſſolui non poteſt ab alio, quàm à Papa, vt probat Butrius *dict. cap.inter corporalia, n.2.* matrimonium autem Abbatis à Generali ſuo diſſolui poteſt; quotidie enim videmus Abbates in Generalis manibus Abbatias renunciare, & Generalem renunciationes acceptare.

6 Et confirmatur ex Regula iuris: *Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.* Sed matrimonium Epiſcopi cum ſua Eccleſia naſcitur per Papæ confirmationem, & matrimonium Abbatis per confirmationem Generalis naſcitur: electi enim in Epiſcopatum, & in Abbatiam, ius non habent in Epiſcopatu, neque in Abbatia, ante confirmationem Superioris, & Superior confirmator ius habet ad confirmandam, & ad irritandam electionem, *ſegun le pareciero al bien comun*, ait Dubal, *part. 2. quæſt.20. citata, num.165.* & ego ipſe ad conſtitutionem ſextam, *à num.743.* Ergo Epiſcopi matrimonium per Papam diſſoluitur, & matrimonium Abbatis per Generalem.

§. II.

7 Circa id eiuſdem verſiculi, *Et tantò, in fine*, videlicet, *ob hæreſim maternam*; notetur, filios hæreticorum per lineam paternam vſque ad ſecundam generationem, & per lineam maternam vſque ad primam tantùm ineligibiles eſſe ad Abbatias, & Prælaturas, ita vt ſi de facto eligantur, ipſo iure electio de ipſis celebrata irrita ſit, & nulla. Ita firmaui ad conſtitutionem ſextam, *num.937.938. & ſeqq.*

8 Circa id verſiculi, *Quantùm verò, num.5.* ſcilicet: *Quia non eſt facta à duabus partibus Collegij:* videantur à me dicta ad dictam conſtitutionem ſextam, *à num.648.* vbi probaui, electionem eſſe ipſo iure nullam, ſi ſaltem duæ partes vocalium, qui volunt, & commodè illi intereſſe poſſunt, vocatæ non fuerint, etiamſi per vnum ſolum duæ tertiæ Collegij partes non compleantur, & etiamſi maior congregatorum pars in vnum conſentiat.

9 Conſultò dixi, eſſe ipſo iure nullam, ſi duæ partes vocatæ non fuerint, quia vno tantùm non vocato, ad illius petitionem, antequam electus confirmetur factam, & proſequutam, electio venit irritanda. Dixi ibidem *num.644. & ſequentibus.* Si tamen omnes electores vocati fuerint, aut duæ tertiæ partes, & accedere renuerint, nedum duæ tertiæ partes illorum, ſed pauciſſimi accedentes, imò & vnus ſolus licitè, & validè electionem celebrabit, vti probaui *num.655.656. iuncto num.640.*

10 Circa illud eiuſdem verſiculi, *num.6.* ſcilicet, *maiorem numerum Collegij*; videantur à me dicta ad dictam conſtitutionem ſextam, *num.571.*

Circa illud: *Non habita collatione zeli ad Zelum, nec meriti ad meritum*; plura in comprobationem concluſionis cumulaui vbi proximè, *n.691. & 695.* 11

DECISIO XXV.

R. P. D. Dunozetti.

Nullius, Canonicatuum de Ronceſvalles. Lunæ 22. Maij, 1628.

BREVIARIVM.

Electio.

Non valet electio, in qua vota ſunt paria. n.1.

Electores.

In Religionibus electores debent eſſe profeſſi; & ſi opponatur profeſſionis defectus, de ea ante electionem doceri debet. n.3.

Electoribus variare non licet, ſcrutinio publicato. n.2.

Profeſſio.

Non ſuffragatur profeſſio tacita ex delatione habitus, ſi non conſtat fuiſſe factum probationis annum. n.4.

Non probatur profeſſio ex poſſeſſione Prioratus, qui poteſt conferri etiam non profeſſis. n.5.

Domini dixerunt, electionem Aquaretæ, & litis conſortium, eſſe caſſandam; quia publicato ſcrutinio, & facta collatione numeri ad numerum, compertum fuit, vota fuiſſe paria: & ſic non obtinuerunt maiorem partem ſuffragiorum, ex qua reſultare potuit canonica electio, iuxta textum *in cap. In Geneſi, & cap. Eccleſia veſtra, il 2.* & ibi gloſſa, *in verbo 1. Non conſenſerit, verſic. Sed ſi omnia, de electione.* Abbas *num.13. verſic. Si autem omnia ſint hinc inde paria* Zabarella *in fine, verſic. Si autem paritas, de electione:* Gloſſa *in cap. Obeuntibus, in verbis Nunc ergo, circa finem, 63. diſtinct.* quam probant *ibidem* Archidiaconus, Præpoſitus, & Geminianus, *in fine.* 1

Non obſtat quod Prior, qui poterat gaudere duplici voto, declarauerit, ſe votaſſe pro Aquareta, & litis conſortibus; nam cùm fuerit proceſſum per vota ſecreta, quæ fuerunt paria, non potuit Prior, publicato ſcrutinio, deuenire ad hanc declarationem: aliàs enim aperiretur via fraudibus; & poſſent electores votare pro vno, & deinde declarare ſe votaſſe pro alio, & ſic variare; quod non licet publicato ſcrutinio, *cap. Publicato, de electione*; functi enim iam ſunt eo officio. Panormitan. *dicto cap. Publicato, num.4. de electione*, & in ſimili cenſuit Rota *in Carthaginenſi Canonicatus, 6. Februarij, 1604. coram bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto.* 2

Præterea viſum etiam fuit Dominis, Priorem nullam habuiſſe vocem; in ipſo enim limine electionis dubitatum eſt de eius profeſſione; cùm tamen ad valorem electionis regularis, nedum requiratur profeſſio in eligente, *cap. Ex eodem, de electione in 6.* ſed etiam de ea doceri debeat, ſi profeſſionis defectus fuerit oppoſitus. Decius *conſil.522. num.15. & 16.* 3

Nec ſuffragatur profeſſio tacita ex delatione 4 habitus;

habitus; quia vltra quod in Priore ob illius dignitatis prærogatiuam, in dicta Eccleſia ſemper eſt idem habitus, cùm non conſtet dictum Priorem feciſſe annum probationis, & ideò obſtet Concilium Tridentinnm *ſeſſ.25. cap.15. de Regularibus*, cuius diſpoſitio procedit in profeſſione expreſſa, multò magis habebit locum in tacita, in qua ſunt neceſſaria eadem requiſita. Nauarrus *conſil.18. 19. & 32. de Regularibus*.

5 Non obſtat, quod fuerit in poſſeſſione Prioratus multo tempore; quia cùm Prioratus potuerit conferri, ſicut reuera ipſimet collatus fuit ante profeſſionem; ex poſſeſſione Prioratus non infertur ad emiſſionem voti profeſſionis, *cap. in præſentia, de probationibus*. Neque concurrunt alij actus poſitiui, vnde inferri poſſit ad quaſi poſſeſſionem ſtatus profeſſionis, aut iuris eligendi. & ſic ceſſant deducta ex conſilio Calderini 23. *de præbendis*.

Et ita reſolutum vtraque, &c.

Additiones, & Annotationes.

1 Circa verſiculum 1. ibi: *Maiorem partem ſuffragiorum*; notatur, concluſionem illam, *reſultare electionem canonicam ex maiori ſuffragiorum parte*, amplecti à Stephano Bauny *in praxi beneficiorum, diſp.3. quæſt.2.* à Lezana *in ſumma qq. Regularium tom.1. part.1. cap.15. num.10.* à me ipſo his, & aliis citatis, *ad conſtitutionem 6. num. 571. 578. 601. & 695.*

2 Ad id verſiculi *Non obſtat*, ſcilicet, non licere electori poſt publicationem ſcrutinij variare, faciunt quæ vbi proximè dixi *num. 690.* iſta, & aliis Rotæ deciſionibus, ac magni nominis Doctoribus allegatis.

3 Circa illud verſiculi, *Præterea*, videlicet, ad valorem electionis regularis requiri, vt eligens ſit profeſſus, videantur à me dicta ad dictam conſtitutionem *6. num.468.*

4 Circa illud verſiculi, *Nec ſuffragatur*, ſcilicet, *in dicta Eccleſia ſemper eſt idem habitus*; notetur, quod ſi quis per annum integrum geſter habitum profeſſorum, & nouitiorum communem, ſuſceptum authoritate Superioris, cuius eſt ad profeſſionem admittere, & ad Religionem, & expleuerit 16. annum ſciens, & volens, animo in Religione perpetuò permanendi, & vota ſeruandi, cenſendus eſt tacitè profeſſus. Ita Peyrinus *tom.1. de ſubdito, quæſt.1. cap.26. §.3.* Valer. Reginaldus *in praxi, lib.18. num.386. verſic. Poteſt verò*, & cum Sanchez *lib. 5. in Decalogum, cap 3. à num. 14.* Ioannes Bapt. Lezana *dict. p.1. cap.2. num.5.* quò loci addit, fieri etiam tacitam profeſſionem, propria profeſſorum exercendo: eadem docet Laurent. Portel. *in dubiis Regularium, verbo Profeſſio, num.4.* Qui bene notant, etiam poſt Concilium Tridentinum dari profeſſionem tacitam. ſeruatis tamen conditionibus ab ea præſcriptis *ſeſſ.25. cap.5.*

5 Dictam tamen concluſionem limita, ſi Nouitius ante anni probationis expletionem non moneatur à Prælato, Magiſtro, aut ab alio de ordine Prælati, ne ſe profeſſum credat, & exiſtimet, antequam ad expreſſam admittatur profeſſionem, vti in noſtra Congregatione practicari vidi. Et ratio limitationis eſt, quia in qualibet profeſſione, tam tacita, quàm expreſſa, debet interuenire mutuus conſenſus, tam ex parte admittentis profeſſionem, quàm ex parte illam emittentis; initur enim in profeſſione verus contractus, in quo mutuò ſe obligant profitens, & Religio: ille ſe obligat omnes ſuas impendere operas in Religionis fauorem; & Religio ſe obligat ad illi prouidendum de neceſſariis quoad victum, & veſtitum; ad illum alendum, vti dictum à me eſt *in diſquiſitionibus Moral. & Canonic. tom.2. diſq.6. dub.9. num.3. & ſeq.* & *ad conſtitut.6. n.337.* Sed præfata monitio ſtare non poteſt cum conſenſu Religionis. Ergo prædicto modo monitus, tacitè non profitetur expleto probationis anno, neque per delationem habitus communis profeſſorum, & nouitiorum; neque propria profeſſorum exercendo.

Habitum profeſſorum, & nouitiorum communem, conſultò dixi, quia ſi habitus vtrorumque diſtinctus eſt, vt in Minimorum Ordine diſtinguitur in forma Caputij, cinguli, & tonſuræ; in Ciſtercienſi Congregatione cappam loco cucullæ induunt, quamvis quis talem habitum portet, etiam ad 20. aut ad plures fortè annos, nunquam inducitur tacita profeſſio. Decernitur *in Clementina eos qui, la 2. de Regularibus*, ibi: *Niſi huiuſmodi habitus in colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum.* Vbi gloſſa *verbo deinceps, verbo colore, & verbo ſciſſura*: & Abbas *concluſione* 1. Peyrin. *dicto §.3. verſic. Quãdo autem*, Portel. *verſic. Secundum verò.* 6

Circa verſiculum, *Non obſtat*, ibi: *Ex poſſeſſione Prioratus, non infertur ad emiſſionem voti profeſſionis*; notatur quod cùm Prior de Ronceſvalles ſit Regularis, videtur non poſſe eſſe in poſſeſſione Prioratus, niſi poſt emiſſam profeſſionem. Prælatus enim Regularis eligi nemo poteſt, qui in eadem Religione profeſſus priùs non exiſtat, & quidem ſub pœna nullitatis electionis ipſo iure incurrenda, vti latè demonſtraui *ad dictam conſtit.6. num.795. 796. & 797.* Quia tamen Prior præfatus non eligitur à Canonicis ſuis, ſed à Rege Catholico præſentatur Summo Pontifici, à quo expediuntur Bullæ pro illius confirmatione, cum onere vt profeſſionem emittat, & aliquando poſt ſemeſtre à die adeptæ poſſeſſionis, meritò dictum eſt à Rota in præſenti deciſione, ex poſſeſſione Prioratus non inferri ad emiſſionem voti. 7

Vide quæ dixi *ad conſtit. 6. num. 176.* circa profeſſionem intra ſemeſtre.

DECISIO XXVI.

R. P. D. Coccini, Decani.

Metenſ. Monaſterij, Lunæ 5. Iulij. 1622.

Hanc deciſionem inueni apud Aſcanium Tamburinũ *de iure Abbatũ tom.3. la 22. pag. 321.* cuius meminit Barboſa *in cap. Quia propter, el 42. de electione*, illamque magnificat, *n.1. & tr. de clauſula, clauſ. 40. n. 5.*

BREVIARIVM.

Abbas.

In electione Abbatis ſeruanda eſt forma capitis Quia propter, de electione. *n.5.*

Conſuetudo.

Conſuetudo contra intellectum alicuius textus ita communiter à Doctoribus interpretatum, non dicitur contra communem Doctorum opinionem, ſed contra textum ipſum. n.23.

Decretum

Decretum irritans.

Inficit titulum, & poſſeſſionem decretum irritans, & habet oculos retro, & operatur nullitatem ab initio. n.22.

Doctores.

Communis opinio Doctorum, licèt per ſe non inducat obligationem, tamen quando conuenit in interpretatione alicuius legis, facit certitudinem humanam, & inducit obligationem ſeruandi legem, & vtendi illa in praxi. n.24.

Electio.

In electione per viam ſcrutinij, ſeruanda eſt forma capitis Qoia propter, de electione. *n.1.*

In electione per viam ſcrutinij, aſſumi debent tres ſcrutatores de Collegio; nec aſſumi poſſunt Notarij extra Collegium; aliàs electio eſt nulla. n.2.

Textus capitis Quia propter, *habet decretum irritans, & electiones aliter factas annullat ipſo iure abſque aliqua ſententia.* n.3.

Electio canonizatur ex duobus, ſcilicet ex ſubſtantia conſenſus, & ex ſubſtantia formæ, à quibus recedere non poſſumus; ita vt ſi recedatur, electio ſit ipſo iure nulla. n.4.

Electiones Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, ac etiam Prælatorum Regularium, ſunt facienda iuxta formam traditam in cap. Quia propter, de electione. *n.6.*

Electio quando dicatur facta per modum ſcrutinij. num.7.

Electio quando fit per viam Spiritus ſancti, non eſt opus ſeruare formam capitis Quia propter, de electione. *n.8.*

Electio per viam Spiritus ſancti quotuplex, & quando. num 9.

Electio per viam Spiritus ſancti facta non dicitur, quando vnus tantùm diſſentit. n.10.

Maior Capituli pars, & ſanior intelligitur comparatiuè ad minorem partem omnium Congregatorum pro electione. n.11.

Electio per viam inſpirationis authore Deo immediatè, peccatis noſtris ita exigentibus, rarò occurrit. n.12.

Maior Capituli pars, ſi in vna inſtrumenti parte electioni conſenſiſſe dicatur, & in altera omnes, an ſit intelligendum, quod verè omnes conſenſerint, ex quo pars ineſt in toto. n.13.

Scrutinio publicato, & facta collatione, debet ſequi communis electio per vnum nomine Capituli, per verba ſingularis numeri. n.14.

Electorum omnium conſenſus poſt publicationem ſcrutinij, non operatur, quod electio antea facta à maiori, & ſaniori parte cenſeatur quaſi per inſpirationem. n.15.

Electio per ſcrutinium non irritatur etiam quod duo ſcrutatores tantùm, & non tres, & non de Collegio interuenerint. n.16.

Contrarium numero 17.

Electionis forma tradita in cap. Quia propter, de electione, *conſuetudine tolli poteſt.* n.19.

Contrarium num.21.

Textus in cap. Quia propter, de electione, *habet decretum irritans.* n.21.

Electio mixta ex ſcrutinio, & compromiſſo, quæ dicatur. n.26.& 31. *dari poteſt hæc electio.* n.30.

Electio communis poſt collationem votorum fieri poteſt per vnum ſine mandato capituli; & ſi omnes conſentiant, poteſt fieri etiam per extraneum. n.27. & 28.

Electio communis facienda per vnum, eſt pars electionis per ſcrutinium. n.29.

Electio per compromiſſum ſcrutinio mixtum, vt valida ſit, adhibenda ſunt in ea omnia, quæ in electione per ſcrutinium ſeruanda ſunt. n.32.

Electiones Regularium, licèt fieri debeant per vota ſecreta, ex diſpoſitione Concilij Tridentini, non tamen cenſetur ab eo ſublata forma capitis Quia propter, de electione. *n.33.*

Lex.

In legis interpretatione ſemper attendenda eſt verborum proprietas. n 25.

Opinio.

Communis opinio, vide verbo Doctores.

Regula.

Vtile per inutile non vitiatur. n.18.

Scrutatores.

Qui in electione per ſcrutinium eſſe debeant, & an omnes de Collegio. n.2. 16. & 17.

DVbitaui de ordine Sanctiſſimi Domini no- 1
ſtri, an electio, de qua agitur, ſit valida?
Et Domini negatiuè reſoluerunt. Ratio reſolu-
tionis fuit; quia cùm fuerit proceſſum ad ele-
ctionem Abbatis per viam ſcrutinij, in qua de
neceſſitate ſeruanda erat forma capitis *Quia* 2
propter, de electione, debebant, iuxta diſpoſitio-
nem illius textus, eligi tres ſcrutatores de Colle-
gio, ibi: *Aſſumantur tres de Collegio fide digni,
qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter
exquirant, &c.* Quod cùm non fuerit factum, ſed
electi fuerint duo Notarij extra Collegium, ele-
ctio non ſuſtinetur, vt habetur in eodem textu,
ibi: *Aliter electio facta non valeat.* Quæ verba 3
habent vim decreti irritatoris. Roman. *conſil. 322.
num. 12.* & important annullationem ipſo iure,
abſque aliqua ſententia. Gloſſa *in dicto cap. Quia
propter, in verbo Vice omnium*; & ibi Compoſtel-
lan. *n.20. verſic. Nunquid de iſta*, & clare Ioan-
nes Andreas *n.37. in verbo Non valeat*, per tex-
tum *in capite in Geneſi, eodem titulo, de electione.*
Guillelm. Mandagotus *de electione, cap.22* & ibi
Nicolaus Boërius *in litt. B*, vbi dicit hanc opinio-
nem veriorem, & omnes Doctores excepto Ho-
ſtienſi, ita tenere: & eſt bona gloſſa *in Cle-
mentina 1. in verbo inhibentes, de iurepatronatus*,
vbi ſi detur certa forma habenti facultatem eli-
gendi, cum decreto irritanti, ſi non ſeruetur illa
forma, electio ipſo iure eſt nulla; duo enim ſunt, 4
quæ canonizant electionem, ſubſtantia conſen-
ſus, & ſubſtantia formæ à quibus recedere non
poſſumus. Baldus *in cap. Quia propter, num.10. &
ſeq. de electione.* Boërius *deciſ.1. num.70.* ita vt ſi
recedatur, electio ipſo iure ſit nulla. Idem Bald.
*conſ.318. Ponitur quod electio Rectoris, n.2. verſic.
Sed iſte, lib.3.*

Quod autem in electione huius Abbatis ſit 5
ſeruanda forma capitis *Quia propter*, videtur cla-
rum. Nam etſi Rofredus de Libellis *tom.2. ſuper
iure Pontificio, part.3. tit. Quid ſonet hoc nomen
Abbas, &c. num.8 litt. G, fol. mihi 633.* dicat, de
mandato Papæ iudicatum fuiſſe formam dicti ca-
pitis *Quia propter*, non eſſe ſeruandam in ele-
ctione Abbatis, quia hoc eſt nomen ſollicitudi-
nis, non tamen eſt Pater, attamen contrarium
probat Ioannes Andreas *in dicto cap. Quia pro-
pter, num.10.* & ſubdit, omnes tenere, quod in
electione Abbatis ſeruanda ſit forma capitis *Quia
propter*, & ita ſeruari, prout etiam ita ſeruari
dicit Bellamera ibid. *in principio, n.3.* & de com-
muni dicit etiam Imola *num.3.* Abbas *num.7. in
fine*, & *num.8.* Butrius *num.20.* Gloſſa *in cap. Sicut,*

ante ſigurationem caſus, de electione, in 6. Franc. Marcus *deciſ.992. num.1. lib.1.* Petr. de Baiſio *in Directorio electionis, part.3. cap.39. n.1.* Gregor. Lopez *part.1. tit.5. l.19. gloſſa Obiſpo*, Rota *deciſ.5. in principio, iuncto num.2. de electione, in nouis.* Seraphinus *deciſ.647. n.4.*

6 Et quod forma capitis *Quia propter*, habeat locum, nedum in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, qui habent iuriſdictionem generalem in dictis Eccleſiis Collegiatis; ſed etiam in electione Regularium Prælatorum, dicit gloſſa 1. *in dicto cap. Quia propter*, vbi Abbas *num.7. verſic. Circa iſtam partem primam*, vbi ait, quod iſte textus intendit prouidere ſolùm Eccleſiis viduatis, per illa verba: *Eccleſia viduata, &c.* & *verſic. Et in hanc partem*, vbi teſtatur de communi: & *num.8. verſic. Et placet.* Gloſſa *in cap. S. cut, verſic. Formam, de electione, in 6.* Franc. Marcus *dicta deciſ.992. per totam*, & bene Rota *dicta deciſ. in principio, de electione, in nouis.*

Huic dicto Barboſa voto 47. *deciſiuo, n.152.* & *de iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.19. à num.153.* Dubal *en la expoſic. de la Regla, p.2. quæſt.20. num.11.* cum Pellizario *in Manuali Regular. tom.2. tr.9. cap.2. n.2.* & Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.2. quæſt. 23. artic.3.*

Quod verò fuerit proceſſum ad electionem per ſcrutinium, ſatis patet; quia eadem die obitus Abbatis, Monachi ſe congregarunt, & duo Notarij, qui de inſtrumento fuerunt rogati, ita loquuntur: *Omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus meliùs, validiùs, & efficacius potuerunt, & debuerunt, tam viâ Spiritus ſancti, quàm ſcrutinij, ad nouam electionem Abbatis procedentes, &c. vnus, & eorum quilibet ſuper Altari maiori, in prædictorum Notariorum præſentia, ſua vota, atque ſuffra-*
7 *gia ſono (vt moris eſt) campana ſcripſit, & ſubſignauit ſuper nouo Abbate eligendo: quibus à nobis diligenter, & fideliter collectis, dictorum ſuffragiorum pars maior, & numero potior Fratri Deſiderio Gerardo, &c. obuenit, &c.* Et poſteà dicti duo Notarij publicarunt electionem, quam ratam habuerunt omnes Religioſi cantantes de more Hymnum, *Te Deum laudamus, &c.* Quare negari non poteſt, quin Monachi procedere voluerint ad electionem per ſcrutinium, licèt non ſeruando bene formam capitis *Quia propter*, vt colligitur ex eodem textu, vbi diſponitur, quod poſt legitimam Congregationem Capituli, eligantur tres de eodem Capitulo fide digni, qui ſigillatim, & ſecretè vota omnium eligentium exquirant, & in ſcriptis redigant: quo facto in continenti, antequam ad alia diuertant, vota illa publicent in communi, vt is, collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit, vt bene Henricus Caniſius *in compendio iuris Canonici, in tit. de electione, §. Hic igitur ordo ſcrutinij.*

8 Neque ex eo poteſt dici, electionem fuiſſe per inſpirationem, vel quaſi, ex quo in dicto inſtrumento dicatur, *tam viâ Spiritus ſancti, quàm ſcrutinij*; & ſi electio fuit facta per viam Spiritus ſancti, non fuit opus ſeruare formam capitis *Quia propter*, vt notat Innocentius *ibidem, n.7.* Hoſtienſ. *num.50.* Abbas *ibidem, in §. Niſi, num.5. in fine,*
9 Syluest. *in ſumma, verbo Electio 2. n.27.* Nam pro reſolutione huius articuli fuit animaduerſum, quod duplex eſt electio per viam Spiritus ſancti. Altera, per inſpirationem, & eſt quando nullo inter eligentes ordine ſeruato, ipſi quaſi inebriati, & ſuper ſe quaſi facti eligunt. Altera, per quaſi inſpirationem, quando ſubitò, & repentè vnus poſt alium, ſine aliquo interuallo, eundem eligunt. Hoſtienſ. *in dicto cap. Quia propter, n.50.* Oldradus *conſil.115. n.1. & 2.* Abbas *in dicto cap. Quia propter, num.3.* Gregor. Lopez *part.1. tit.5. l.2. gloſſa, Alguno*, & ibidem Alphonſus Diaz de Montaluo *in gloſſa vnica*; & propter verba tex-
tus, *ab omnibus*, dicunt DD. ſufficere, quod 10
vnus diſſentiat, ad effectum, quod electio non dicatur per viam Spiritus ſancti. Ioannes Andreas *in dicto cap. Quia propter, num.39.* Bellamera ibidem *in §. Niſi forte, num.1. & 3.* Compoſtellan. *num.21.* Vitalinus *in Clementina Ne Romani, numero 22. de electione.* In propoſito autem, vt patet ex lectura inſtrumenti, manifeſtiſſimè apparet, quod electio non fuit facta, neque per viam inſpirationis, nec quaſi, cùm non concurrant prædicta: imò in eodem inſtrumēto dicitur, quod pars maior, & numero potior Fratri Deſiderio obuenit; & ſic apparet, quod nedum non interuenerunt prædicta, ſed quod neque ab omnibus
fuit electus, provt requiritur, ſed à maiori, & 11
ſaniori parte comparatiuè ad minorem partem omnium Congregatorum pro electione, provt intelligi debent illa verba, vt *Eccleſia veſtra, in primo*, vbi Abbas *num.4. de electione:* idem Abbas *conſil.25. num.4. lib.2.* & *in dicto cap. Quia propter, num.5. verſic. Quod ego.* Franc. Marcus *deciſ.294.* Didacus Perez *gloſſa 2. poſt principium,*
in l.3. tit.3. lib.2. Ordinationum. Vltra quod cer- 12
tum eſt, electionem per viam inſpirationis authore Deo immediatè, peccatis noſtris exigentibus, rarò occurrere, vt notat Ioann. Andreas *in cap. Quia propter, num.40.* Petrus de Baiſio *in Directorio electionis, parte 3. cap.16. num.21.*

Neque opitulatur, quod in inſtrumento dica- 13
tur, quod omnes conſenſerint electioni, & propterea verba illa, *maior, & ſanior pars, &c.* reducenda ſunt ad concordiam: ita vt ſenſus ſit, quod maior, & ſanior pars conſenſit, ex quo omnes conſenſerunt, cùm in toto pars inſit, *l. Si quis cùm totum, ff. de exceptionibus.* Surdus *deciſ.188. n.3.* Nam fuit reſponſum, quod vltra quod non interuenerunt alia requiſita, vt electio poſſit dici per inſpirationem, vel quaſi, de quibus ſuprà; ideò fuerunt poſita verba illa in inſtrumento: quia in electione iuxta terminos ca-
pitis *Quia propter*, requiritur, quod publicato 14
ſcrutinio, & facta collatione, ſequatur electio; ſcilicet, quod fiat per vnum nomine Capituli per verba ſingularis numeri, *cap. Sicut, de electione, in 6. cap. Cùm ab vno, de re iudicata, in 6.* Abbas *in dicto cap. Quia propter, ante n.11. verſic. Electio autem ſi eſt per vnum.* Franc. Marcus *quæſt.922. n.2. lib.1.* In hoc autem caſu publicato ſcrutinio, & facta collatione, ex qua apparuit (vt refertur in inſtrumento) quod maior, & ſanior pars fecerit electionem, fuit publicatum ſcrutinium, ibi: *Quibus*, ſcilicet votis, *à nobis diligenter, & fideliter collectis, dictorum votorum, ac ſuffragiorum pars maior, & numero potior Fratri Deſiderio Gerardo, &c. obuenit*: poſtea fuit publicatum ſcrutinium, & ab omnibus approbata electio, dum in eodem inſtrumento ſubditur: *Quod nos noſtra omnibus, & capitulariter, alta, & intelligibi voce pronunciantes, prædictum Fratrem Deſiderium pro legitimè, & canonicè electo prædicti omnes Religioſi ha-*
buerunt, atque vnanimiter tenuerunt. Qui conſen- 15
ſus omnium poſt publicationem ſcrutinij non operatur, quod electio antea facta à maiori, & ſaniori parte, cenſeatur quaſi per inſpirationem. Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de electione, § Qualiter, verſic. Tertia forma, in princip.* Petr. de Baiſio *in directorio electionum, part.3. cap.16. num.4.* &

expreſsè

expreſsè ſentit Abbas Antiq. *in dicto cap. Quia propter, num.17. in fine, verbo conſenſit.*

16 Neque eſt verùm, quod electio per ſcrutinium non irritatur, etiam quod duo ſcrutatores tantum, & non tres, & non de Collegio interuenerint. Gloſſa *in dicto cap. Quia propter, in verbo Sanior, in fine, de electione:* & iſta fuit opinio Vincentij, & Tancredi, Abbatis Antiq. *ibidem, num.17.* vbi, quod hoc eſt præter formam illius textus. Mandagotus *de electione, c.23.* vbi quod licet debeant eligi tres ſcrutatores de Collegio, tamen ſi ſecus fiat, electio non irritatur; ex cuius ſententia in eodem capite dicit Cardinalis *in dicto cap. Quia propter, quaſt.12.* quod Abbas Tullenſ. electus cum ſex ſcrutatoribus, tribus de Collegio, & tribus extra Collegium, fuit per Sedem Apoſtolicam confirmatus: quod dicit etiam Boerius *ibidem* ad Mandagotum, *litt. S.* Menochius *conſ.65. numer.37.*

17 Nam huic motiuo fuit reſponſum, contrariam opinionem fuiſſe communiorem, & ſecundum litteram textus, ibi: *Aſſumantur tres de Collegio*, quam tenet Gofredus *in Summa, tit. de electione, num.7.* & *in cap. Quia propter*, Hoſtienſis *num.17. & ſeq.* & *num.25.* Butrius *num.2. & 22. verſ. Dicitur ſextò*, & *verſ. Dicitur ſeptimò.* Bald. *num.31.* Ioann. Andreas *num.10. & 11.* & ſenſit Innocentius *num.3. & 4.* & tutius eſſe, quod interueniant tres Scrutatores de Capitulo, dicunt Ancharanus *num.1. verſic. Secundum ſubſtantiale*, Compoſtellanus *num. 5.* Abbas Antiq. *num.7. verſ. Tres.* Cardinalis *quaſt. 11. & 12. & 45.* & quod ſit communis opinio, quod debeant interuenire tres Scrutatores de Collegio, dicit Abbas *in dicto cap. Quia propter, num.13.* Imola *num.7. & 8.* Romanus *conſilio 322. num.6. & num. 11 & 12.* dicit, quod electio aliter facta corruit. Franciſc. Marcus *deciſ.1201.* Petrus Baiſius *in Directorio electionum, parte 3. cap.24. num.1. & ſequentibus.* Rebuffus *ſuper concordat. tit. de Regia ad Prælaturam nominatione, §. Por præmiſſ.: verbo Poſſint, verſic.3. Quod tres Scrutatores.* Rodriquez *in ſumma, p.1. cap.101. n.3. verſic. Dizemas la ordenacion.* Syluester *in ſumma, verbo Electio, 2. num.12.* Angelus *eodem verbo, num.26.* Tabiena pariter *eodem verbo 1. num.20.* & vlteriùs hanc etiam tenent Boerius *ad Mandagotum, de electione, cap. 22. litt. C.* & *cap.23. litt. Q.* vbi, quod iſtud eſt tenendum. Piſſanella *in verbo Electio, 1. col.5. verſic. Quando proceditur per formam ſcrutinij.* Ioannes Baptiſta de Salis *in ſumma, eodem verbo, colum.5. verſic. Quot ſunt formæ electionis.* Azorius *Inſtitutionum Moral. tom. 2. lib.6. cap. 14. colum.7. quaſt.11. verſic. Per ſcrutinium.* Neque eſt curandum, quod aliàs fuerit confirmata electio, in qua ſex interuenerunt Scrutatores, tres de Collegio, & tres extra Collegium, vt referunt Cardinalis, & Boerius *locis prædictis*: quia hoc

18 potuit fieri, vel ex gratia, vel quia cùm interuenerint tres ſcrutatores de Collegio, vtilis forma per inutile non debuit vitiari, *l. 3. ff. de Teſtamento militis*, & notat Baldus *in dicto cap. Quia propter, num.2. de electione.*

19 Neque obſtat, quod ex conſuetudine poſſit tolli forma tradita *in dicto cap. Quia propter*, maximè circa Scrutatores. Baldus *in conſil. 318. n.1. circa finem, part.5.* Rota *deciſ.65. num.11. part.1. in recentior.* Bertachinus *de Epiſcop. in prima parte, lib.3. quaſt.1. num.1.* quem refert, & ſequitur Boerius *ad Mandagotum, de electione, cap.23. littera R, verſic. Adde quando* Fuit enim reſponſum, quod nulla conſuetudo probatur. Nec 20

Doctores prædicti dicunt, quod induci poſſit: Baldus enim loquitur in terminis electionis ſcholarium, in qua non erat ſeruanda forma capitis *Quia propter.* Rota verò loquitur de pertinentia collationis ex conſuetudine. Bertachinus autem, & Boerius ſolum dicunt, quod tres poſſunt eligi extra Collegium, qui tamen de conſuetudine poſſunt electioni intereſſe; qui non eſt caſus noſter, quod priùs dixit Speculator *de electione, §.1. num.12.* & ſubdit, melius eſſe, quod eligantur ex Collegio, non ex illis, qui ex conſuetudine interueniunt electioni; & priùs etiam dixit Cardinalis *in dicto cap. Quia propter, quaſt.12.* & in terminis, quod forma, de qua *in cap. Quia propter*, tollat conſuetudinem in contrarium, dicit Boerius *deciſ 1 n.49 & 50.* Et probatur euidenti ratione, quia (vt *ſuprà* dictū eſt,) electio, non ſeruatā formā illius textus facta, ipſo iure eſt nulla, quia verba illa: *Electio aliter facta non valeat*; habent vim decreti irritan- 21

tis. Romanus *dicto conſilio 320. num.12.* & certum eſt, quod decretum irritans inficit titulum, 22

& poſſeſſionem; *cap. Si eo tempore, de electione, in 6.* Caſſadorus *deciſ.1. ſub num. 7. de reſtitutione ſpoliatorum.* Sarnenſis *in regula de Triennali, quaſt.49. numer.3.* Puteus *deciſ.48. num.3. & vltimo*, & *deciſ.386. lit. 1. in nouiſ.* Gabriel *de clauſulis, concl.3. numer.2. part.2.* & habet oculos retro, & operatur nullitatem ab initio. Caſſadorus *deciſ 12. num.5. ſuper reg.* Sarnenſis *in regula de Triennali, quaſt.1. num.1. & 4* Rota *dicta deciſ 24. num.5.* & *deciſ.149. num.2 parte 2.*

Neque dicatur, quod hic non agatur de con- 23

ſuetudine inducenda contra ius, ſed contra communem opinionem Doctorum; quia cùm Scrutatores debeant eſſe tres, & de Collegio, ex textu *in cap. Quia propter*, quem ita communiter interpretantur Doctores: non agitur de inducenda conſuetudine contra ſententiam communem Doctorum; ſed contra diſpoſitionem ipſius textus, qui ita communiter intelligitur à Doctoribus: nam leges humanæ admittunt doctrinalem 24

interpretationem, quæ licet per ſe non inducat obligationem, quia non habet poteſtatem inducendi legem, Suarez *de legibus, lib.6. c.1. n.5* tamen ſecus eſt, quando communis opinio conuenit in interpretatione; quia tunc facit humanam certitudinem, & inducit obligationem ſeruandi legem, & vtendi illa in praxi, iuxta communem interpretationem. Suarez *dicto loco, verſic. De hac igitur interpretatione.* Et quamvis ab iſta communi interpretatione aliqui Doctores diſſentiant, non eſt relinquenda communis, quia eſt conformis litteræ textus, ibi, *Aſſumantur tres de Collegio*: vt aduertunt omnes Doctores, qui hanc communem tenent; nam in interpretatione legis ſem- 25

per eſt attendenda verborum proprietas, id eſt verborum ſignificatio, *l. 1. § Si is, qui nauem, ff. de exercitoria actione, l. Proſpexit ff Qui, & à quibus, cap.2. § Sed neque, de tra ſlatione Epiſcopi*, eleganter Suarez *loco præcitato*, vbi exornat.

Neque ſuſtinetur, quod hic in omnem euen- 26

tum agitur de electione mixta ex ſcrutinio, & compromiſſo, ex Speculatore *in tit. de electione, §. 1. numer. 1. verſic. Si autem*; vbi Ioannes Andreas *in verbo Pro conſenſu.* Compoſtellanus *in dicto cap. Quia propter, num 14. verſic.*

27 *Sed etſi Capitulum.* Nam fuit reſponſum, quod
iſti Doctores ſolùm dicunt, quod poſt colla-
tionem ſufficit, quod fiat communis electio per
vnum ſine mandato Capituli: quia Capitulum
tacendo, videtur hoc habere gratum, quod etiam
dicit gloſſa *in cap. Sicut, in verbo Per vnum, de
electione, in 6.* Abbas *in dicto cap. Quia propter,
ante num.* 11. Franciſc Marcus *deciſ. 921. num. 1.*
28 *lib. 1.* Et ſi omnes tacitè conſentiant, iſta com-
munis electio poteſt etiam fieri per extraneum,
vt voluit Petrus de Baiſio *in Directorio electio-
num, part. 3. cap. 33. num. 4. & ſeq.* Sed iſta non eſt
electio per compromiſſum mixtum, ſed per
29 ſcrutinium; quia communis electio facienda
per vnum, eſt pars electionis per ſcrutinium,
vt habetur *in dicto capite Quia propter:* publi-
cato namque ſcrutinio, & facta collatione, de-
bet fieri per vnum communis electio nomine
Capituli, vt ſupra dictum eſt.

30 Et quamvis verum ſit, poſſe dari electionem
mixtam ſcrotinio, & compromiſſo, vt dicit
Henricus Caniſius *in compendio Decretalium, tit.
de electione, §. Ac in primis, ante finem;* tamen
hoc in iſto caſu non fuit factum: quia (vt di-
31 cit idem Caniſius *ibidem, in §. Interdum,*) tunc
compromiſſum concurrit cum ſcrutinio, ſi ita
compromiſſum ſit, vt compromiſſarij, ſiue vnus,
ſiue plures, ſecretò, & ſingillatim vota ſingu-
lorum exquirant, illumque eligant, in quem
maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit, *cap.
Cùm expediat, 29. de electione, in 6. iuncto cap.*
32 *Cùm dilect. 31. de electione.* Vnde quæ in electio-
ne per ſcrutinium ſeruanda ſunt, eadem in hac
ſpecie adhibenda erunt, *cap. Si cui, 25. de ele-
ctione in 6.* & in hac electione nihil minùs fuit
actum, quàm facere electionem per com-
promiſſum mixtum cum ſcrutinio, vt pa-
tet ex lectura inſtrumenti electionis ſuprà
relati.

33 Denique non obſtat, quod videatur ſuffice-
re, quod vota fuerint ſecreta abſque alia forma,
ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. c. 6.
de Regularibus*, quia licet ibi diſponatur, quod
omnes electiones Regularium debeant fieri per
vota ſecreta; non tamen cenſetur ſublata forma
cap. Quia propter, de electione, vt prudenter ad-
uertit Emmanuel Rodriquez *in Summa caſuum,
part. 1. tit de Electione, cap. 102. n. 2.* Sed adhuc
in ſuo robore perſeuerat. Zerola *in praxi Epiſ-
copali, in verbo Abbatiſſa, verſic. Ad ſextum,*
& Azorius *Inſtitution. Moral. lib. 13. cap. 10.
quaeſt. 2.*

Et ita concluſum, electionem eſſe nullam,
ita vt non debeat confirmari.

Additiones, & Annotationes.

§. I.

1 *Eligendi facultatem habenti, ſi detur certa for-
ma, cum decreto irritanti, ſi non ſeruetur illa for-
ma, electio ipſo iure nulla eſt*, dicitur à S. Rota
in hac deciſione, *numer. 3.* cuius ſanè doctrina
maximè fulcit, roborat, & commendat à me ipſo
traditam, ad conſtitutionem 15. Pauli V. *n. 4.*
vbi, & ſæpè alibi aſſerui, electionem in Con-
gregatione noſtra Benedictina Hiſpana celebra-
tam, non ſeruata certa forma eligendi noſtris
facta, conceſſa, & data à præfato Paulo Papa
V. & cum decreto quidem irritanti, formaliter,
& expreſsè adiuncto, vti demonſtraui *ibidem
num. 2.* & non per æquipollens, vti *in cap. Quia
propter, de electione*, eſſe nullam, iuxta Rotæ in-
tellectum, *hic num. 21.* dicit enim, quod verba
illa dicti capitis, *Electio aliter facta non valeat;*
habent vim decreti irritantis.

Duo ſunt, quæ canonizant electionem; ſub- 2
ſtantia conſensûs, & ſubſtantia formæ. Hæc Ro-
ta *numer. 4.* cuius præſens concluſio firmat
quæ ad conſtitutionem ſextam, *numer. 709.* dixi,
iuncto *numer 708.* vbi concluſum eſt, iure na-
turæ requiri de electionis ſubſtantia, *liberum
eligentium conſenſum:* & *dicto numer. 709.* ad-
didi, de iure canonico eſſe ſubſtantiale, pro
electionis ſubſiſtentia, *quod omne ab eodem iure
Pontificio præſcriptum inuiolabiliter obſeruetur.*
Et ratio eſt, quia vti ibi, & in conſtitutionem
15. *num. 5. & 6.* dixi, forma indiuiſibilis eſt, &
in parte omitti non poteſt.

Huc ſpectant quæ *numer. 702.* ſuper di- 3
ctam conſtitutionem ſextam, & ſuper conſti-
tutionem 15. *numer. 17.* dixi. Vtrobique enim
aſſerui, libertatem eſſe ſubſtantialiter requi-
ſitam vtroque iure, naturæ, & canonico,
pro electione per viam ſcrutinij. Pro qua con-
cluſione firmanda, vltra varia iura canonica,
& quamplurium Doctorum ſententiam, hanc
adduxi rationem; quia impeditio libertatis, id
eſt liberi conſenſus, eſt contra ipſum ſignifica-
tum, & ſubſtantiale ipſius vocabuli: cùm eli-
gere ſit, vnum ex pluribus voluntariè, & li-
berè capere Videantur etiam quæ dixi in
additionibus ad deciſionem præeminentiarum,
coram Pamphilio, de anno 1603. *numer. 6.
ſuprà.*

§. II.

Circa verſiculum: *Quod autem, numer. 5.* 4
ibi: *nomen Abbatis, eſt nomen ſolicitudi-
nis, non tamen eſt Pater;* notatur, quod
Abbatia, inſpectâ eius origine, potiùs eſt
nomen ſolicitudinis, quàm honoris, vt di-
cit Rota *in Aquenſ. Monaſterij, 31. Maij,*
1568. *coram Lancellotto*, ex gloſſa *in cap.
Tuam, verbo Non aſcendat*, vbi Innocen-
tius *in fine*, & Abbas *numer. 3. verſic. In eo,
de ætate, & qualitate:* & ex gloſſa *in cap.
Accedens, verbo Abbatum, 50. diſtinct.* Si
tamen Abbatia Curam habet, & Conuentum,
honorem habet, & dignitatem Eccleſiaſti-
cam, vti in eadem Lancellotti firmatur de-
ciſione, quæ habetur poſt meas quæſtiones
Paſtorales 24. & apud Tamburinum *tom. 3.
de iure Abbatum, in 9. numero* enim 3. di-
citur; quod ad hoc vt Abbatia propriè di-
catur dignitas, ſufficit ſaltem in ea præemi-
nentia: & *numer. 7. circa finem*, ibi: *Quæ in-
telligitur de Abbatia habente Conuentum, pro-
pter quem vocatur dignitas.* Firmatur etiam in
præſenti Coccini deciſione, *eodem num. 5.* im-
mediatè poſt verba modò ex eadem reddita,
dicentis: *Attamen contrarium probat Ioannes
Andreas, &c.*

Comprobatur vlteriùs ex his, quæ poſt di- 5
ctas qq. cumulaui *in diſquiſit. de iure Prioris Co-
nuentualis annexi, num. 113. 117. 129.* in eiſdem
quæſtionibus *p. 3. q. 13. n. 6. & 7.* in diſquiſitioni-
bus Moralib. & Canonic. *tom. 1. tract. 1. diſq. 3. &
dub. 1.*

dub.1 à num.8.ad 31. & *tom.2.diſq.6. dub.25. n.22. verſic. Hic obiter.* Et in commentariis *ad conſtitutionem 6.num.986.ad conſtit.9.n.5.ad conſtitut.16. num.1.& ſequentibus*,& ſæpe alibi: quibus in locis firmaui, Abbatem exemptum ab Epiſcopi iuriſdictione, ordinariam habere iuriſdictionem,& quaſi Epiſcopalem in Religioſos ſibi ſubditos,tam in foro interno,quàm in contentioſo; cum Epiſcopo æquiparari, habereque vnam ex maioribus Eccleſiæ dignitatibos, & non Epiſcopali inferiorem, ſed in eadem linea,quâ Epiſcopalis eſt conſtituta: & plura alia ad intentum dixi, quæ facilè in repertoriis, *Verbo Abbas*,inueniri quibunt.

§. III.

6 Circa id eiuſdem verſiculi, *num.6.*quod forma præſcripta *in cap. Quia propter*,habeat locum, ocdum in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum,ſed etiam in electione Regulariom Prælatorum, faciuot dicta à Samuellio *de electione, tract.1.diſp.1. controverſ.11.pag.mihi* 21. quem recenſui, & fui ſequutus *ad conſtitutionem 6.num.694* à Barboſa *in votis deciſiuis, voto 47. num.152.* expreſsè aſſerente dictam formam in Regularium procedere electionibus: & *de iure Eccleſiaſtico,lib.1. cap.19.à n.153.* quem ibi recenſitum, & Pellizzarium *in Manuali Regularium, tom.1.tract.9.cap.2. num.2* ac Mirandam *in Manuali Prælatorum, tom.2. quæſt.23. artic.3.* ſequitur Pater Dubal *en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin, tom.2. quæſt. 20. numero 1*.

7 Ad illud eiuſdem verſiculi, quod textus *in cap. Quia propter*, ſolùm intendit prouidere Eccleſiis viduaris, faciunt quæ dixi *ad dictam conſtitutionem ſextam, num.570.* & *num.r.744.* & *in qq. Paſtoralibus, part. 1. quæſt. 3. §. 2. numero 3.*

8 Circa id verſiculi, *Quod verè, numer. 7. eadem die obitus Abbatis Monachi ſe congregarunt*; notatur, quod celebrari non poteſt Prælati electio, antequam Prælatus defunctus ſepeliatur, vti dixi *ad dictam conſtitutionem ſextam, num.627.* niſi tamen circunſtantiæ occurrentes aliud poſtulent, vti *ibidem num.628*,limitaui. Vnum nihilominous adoerto *ex numer. 636.* tractatum de eligendo ſucceſſore illicitum eſſe ante mortem Prælati.

§. IV.

9 *Poſt legitimam Congregationem Capituli.* Notatur ad hoc, plura requiri ad hoc, vt electores legitimè congregentur ad celebrandam electionem noui Prælati. I. Vt congregatio non fiat antequam Prælatus defunctus ſepulturæ tradatur, iuxta numero præcedenti adnotatum. II. Vt præcedat conuocatio legitima omnium vocem actiuam habentium. De qua dixi *ad conſtitutionem ſextam, num.629.* Et vt legitima conuocatio ſit, fieri debet ab eo, ad quem de iure, ſeu de conſuetudine, Capitulum congregare ſpectat; & eo deficiente, ab eo,qui eſt antiquior à profeſſione fieri poterit; & iſto recuſante, ab antiquiori ſequenti, & ſic ſucceſſiuè. Vt plurimùm ad eum conuocare ſpectat, qui eſt honorabilior cæteris, & maior dignitate. De quibus omnibus *num.630.* *R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.* *& 631.* Præſentium conuocatio fieri debet verbo, aut ſigno, campanæ ſono; abſentium verò per nuntium, aut litteras. Dixi *num.634* & quod in conuocatoria diei, & horæ aſſignatio fieri debeat, *num.635.* Plura alia circa conuocationem dicuntur in antecedentibus, & ſequentibus numeris, ſcitu digna. III. Vt congregatio fiat in honeſto aliquo loco, & non in cubiculo, & loco clandeſtino, nec de nocte, niſi in magnæ neceſſitatis caſu: & tunc tribus ad minus luminibus adhibitis. Dixi *num.678.679.& 699.*

§. V.

Eligantur tres de eodem Capitulo fide digni. 10
Quod ſcrutatores aſſumi debeant de eodem Collegio, ſeu Capitulo eligentium, docet Dubal *en la expoſicion de la Regla de S. Auguſtin, tom.2. quæſt.20. num 42.* dicens: *Pero los eſcrutadores ſe deben nombrar de los miſmos electores, y no de otros, como expreſſamente ſe determina dicto cap. Quia propter, diziendo: Aſſumantur tres de Collegio.* Allegat Pellizzarium *in Manuali Regul. tom.2. tract.9. cap.2. num. 24.* Barboſam *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib.1.cap.19.num.18c,* Mirandam *in Manuali Prælator. tom.2.quæſt.23. artic.29.* Sigiſmundum à Bononia *de electione,dub.20. num.3.* & Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 5. quæſt.6. num.7.* Ego ipſe *ad conſtitutionem 6.n.683.* Et non ſolùm debent de Collegio aſſumi, ſed per ipſummet Collegium. Dixi *ibidem num. 681.* & quod nec plures, nec pauciores, quàm tres aſſumi poſſint ſcrutatores, niſi de ſpeciali priuilegio Apoſtolico, quale habet Caſſinenſis Congregatio, firmaui *num 682.*

Qui ſingillatim, & ſecretè vota omnium eligentium exquirant. Notatur ad hoc, electionem nullam, & irritam eſſe, ſi eligentium ſuffragia ante ſcrutiniom, & non in ſcrutinio ipſo, ſecretè, & ſigillatim exprimantur. Ita Aug. Barboſa *in votis conſultiuis, voto 47. num.154.* & ego ipſe *vbi proximè,num.662.& num.684.* vbi, quod ſeorſim ab aliis de Collegio vota præbeantur. Et *num. 687.* vbi, quod non bini, vel terni ad ſuffragandum accedant. *Vota omnium*, conſultò dicitur, quia omnes electores, qui fuerint congregati, nullo omiſſo, ſuffragium præſtare debent. Dixi *numero 685.* 11

Et in ſcriptis redigant. Quod de ſubſtantia electionis ſit,vt omnia ſuffragia in ſcriptis redigantur,firmaui *num.688. dicto cap.Quia propter*,pluribus Doctoribus, & alteri S. Rotæ deciſioni, coram eodem R. P. D. Coccino, innixus. 12

Quo facto, antequam ad alia diuertant, vota illa publicent in communi. Hæc aſſignaui *num.689.* pro octauo requiſito ſubſtantiali electionis canonicæ, vbi illud declaraui, & quomodo illud intelligi debeat, expoſui. 13

Vt ii, collatione habita. Collatio, de qua in hac clauſula, non eſt, quæ fit omnia ſuffragia conferendo cũ electoribus,vt deprehẽdatur, an ſint tot vota quot vocales; & è conuerſo,non exprimẽdo in quorũ fauorem fuerint data:hæc enim collatio præcedere debet publicationem,modo *num.præcedente* recenſitam; ſed eſt collatio ſuffragiorum numeri ad numerum,zeli ad zelum,& meriti ad meritũ, quæ immediatè poſt præfatam publicationem fieri debet:de quo ego ipſe *loco ſæpe reddito,n.691.* quò loci addidi,pro electionibus Regulariũ ſubla- 14

tam fuiſſe à Conſil. Tridentino collationem zeli ad zelum, & meriti ad meritum, relicta in vi ſua collatione numeri ad numerum.

15 *Eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit.* Notetur ad hoc, quod quoties ſuffragia ſunt paria, electio nulla eſt,& iterandum erit ſcrutinium, quouſque maior pars ſuffragiorum congregatorum in vnum conſentiant. Electus enim habere debet maiorem partem, non reſpectu minoris partis votorum, ſed reſpectu totius Capituli.Barboſa *in votis deciſiuis, voto* 36. *num.*26. & *voto* 39. *num.*26. Dubal *vbi ſuprà*, *num.*30. qui ex eodem Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſ. lib.*1. *cap.*19. *num.*14. aduertit, quod ſi electio fuit nulla ex eo, quod electus non habuit maiorem partem ſuffragiorum congregatorum, non euadebit valida, ſi poſt publicationem, qui congregati non fuerant, illi ſuffragentur; ſed debere iterari ſcrutinium.Videantur alia à me dicta *ad dictum conſt.*6. *num.*640. 695. 696. *&* 697. quibus in locis addidi, in computatione maioris numeri, ſeu partis ſuffragiorum, ſolùm habendam rationem de iis, qui in eadem electione ſuffragium præbuerunt; non de iis, qui à loco electionis deceſſerunt, nec de iis, qui ad electionem non venerunt.

16 *Et ſanior pars Capituli conſenſerit.* Notetur ad hoc, quod maior pars, præſumitur ſanior, ſi perſona electa indigna non ſit. Dixi *ad dictam conſtit.*6. *num.*691. *in fine.*

§. VI.

17 Circa illud verſiculi, *Neque ex eo*, vbi de electione per inſpirationem, videantur à me dicta vbi proximè, *num.*574.

18 *Sed à maiori, & ſaniori parte, comparatiuè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione.* Hæc clauſula præſentis deciſionis, & pro ea adducta, maximè firmant quæ dixi *num.* 640. 695. 696. *&* 697.

19 Circa id verſiculi, *Neque opitulatur*, *num.*14. videlicet, quod *fiat per vnum nomine Capituli, per verba ſingularis numeri*; communis ſcilicet electio, videantur à me dicta *num.* 692. 693. *&* 698. *&* 699.

20 Circa verſiculum, *Neque eſt verum*, *num.*16. *&* 17. in quo firmatur, irritam eſſe, & nullam electionem celebratam per viam ſcrutinij, in qua non interuenerunt tres ſcrutatores de Collegio, iuxta communiorem ſententiam, & litteram textus *in cap. Quia propter*, *de electione*, videantur à me dicta *num.*682. quæ maximè illuſtrantur ab Rotæ deciſione, nedum ſua maxima authoritate, ſed etiam allegatione quamplurimorum magni nominis, & primæ claſſis Doctorum.

21 Ad id *num.*18. prolatum: *Vtilis forma per inutile non debuit vitiari*; dixi *dicto n.*682. cum Barboſa *in cap. Quia propter, num.* 15. allegante Decium *conſil.* 532. *num.*5. Mandoſium *Regula* 27. *quæſt.*24. *num.*10. Matienzum *l.*1. *gloſſa* 4. *num.*9. *tit.*4. *lib.*5. *Noua recopilationis.* Becc. *conſil.*12. *n.*30. Gutierrez *Canonicarum lib.*1. *c.*115. *num.*114. Romanum *conſil.*66. *num.*2. & Rotam *deciſ.*471. *parte prima*, regulam illam, *Vtile per inutile non vitiatur*; locum non habere quando aliquid inducitur pro forma ſubſtantiali, prout eſt, quod nec plures, nec pauciores, quàm tres electores eligantur ſcrutatores de Collegio. Et ratio eſt, quia cùm forma ſit indiuidua, vtile per inutile viriatur.

Et in terminis electionis ait Romanus *loco citato*, quod ſtante ſtatuto, vt electio fiat ad annum, & non vltra; & ſi contrà fiat, ſit nulla, electio facta per triennium eſt nulla in totum; quia verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam; quem ſequitur Alciatus *in l.*1. *§. Sed ſi mihi*, *num.*13. *de verborum obligationibus.* Nicol. Garcia *de benefic. part.*3. *cap.*1. *n.*59. Ita refertur à Barboſa *ſub dicto num.*15. *verſic. Nec etiam.* 22

§. VII.

Ad id verſiculi, *Neque obſtat*, *num.*20. *& ſequent.* quod forma capitis *Quia propter*, *de electione*, ex quo contineat decretum irritans, tollat conſuetudinem in contrarium, & illam introduci impediat, & quamlibet poſſeſſionem, faciunt à me dicta *ad conſtitutionem* 15. *num.* 2. & *ad conſtit.*16. *à num.*124. *ad num.*136. & à Morono *reſp.*72. *num.*20. 23

Et habet oculos retrò, & operatur nullitatem ab initio. Ita dicitur in deciſione, *numero* 22. Concluſionem iſtam tenet quoad vtramque partem Barboſ. *tractat. de clauſulis*, *clauſ.* 40. *numero* 4. *&* 5. hac eadem deciſione citata, quem fui ſequutus *ad conſtit.*16. *num.*127. Sic enim ille faſſus eſt ibi,de decreto irritante,videlicet: *Intellige vt operetur nullitatem actus ab initio illius, cùm dicatur habere oculos retro. Sarnenſ. ſuper regul. de Annali, quæſt.*5. *in fine. Caſſador. ſuper regul. deciſ.*11. *num.*4. *&* 5. *Rota in Ipporrigienſ. Canonicatus*, 17. *Iuny*, 1605. *coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo,impreſſa per Farinacium deciſ.*142. *num.*4. *part.*2. *recentiorum. Et retrò geſta inficit quandocunque de eo opponatur. Geminianus in cap. Statutum*, *ſub num.*12. *propè finem*, *de Priuilegiis in* 6. *Gabriel dicta concluſ.* 3. (ſcilicet communium *lib.*6. *tit. de clauſulis*) *num.* 52. *in* 9. *effectu. Rota in Metenſ. Monaſterij*, 5. *Iulij*, 1621. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino, Decano* (quæ eſt præſens.) *Etiamſi partes millies conſentiant. Menochius conſil.* 398. *num.*48. *de quo infrà latiùs.* Hactenus Barboſa. 24

§. VIII.

Ad illud verſiculi, *Neque dicatur*, *n.* 24. videlicet: *Quando communis opinio conuenit in interpretatione . . . inducit obligationem ſeruandi legem, & vtendi illâ in praxi*; facit quod docet Leſſius *de iure & iuſtitia*, *lib.*2. *cap.*9. *num.*26. quem ſequutus fui *in diſquiſitionib. Moralibus*, *& Canonicis*, *tom.*2. *diſq.*1. *dub.*13. *num.*44. dicens, quod à communi Doctorum in rebus practicis non eſt facilè recedendum. Facit & Laurentius de Peyrinis *de priuilegiis Minimorum*, *tom.*3. *cap.*1. *n.*10. *ad finem*, quem etiam fui ſequutus *vbi proximè*, *diſq.*11. *dub.*6. *num.*8. verba illius reddo.Tandem illa opinio eſt magis eligenda, quæ à pluribus comprobatur, *l. maiores*, *ff. de pactis*; ſeu quæ magis eſt probabilis: probabilis autem ſententia eſt illa, quæ iuri, & rationi innititur,*cap. Conſuetudo*: nec Doctoribus, quantumvis magnæ authoritatis, credendum, ſi ſine lege, aut ratione loquantur, vt ait Archidiaconus *in cap. Nolite timere*, *quæſt.*3. erubeſcibile enim eſt aliquid dicere, & per legem non probare, vt multis probat Paulus Roſellus *in Floribus legum*, *verbo Erubeſcimus.* 25

beſcimus. Hucvſque Peyrinus, cui in hoc vltimo conſonat Barboſa *axiomat.* 83. *ex l. illam, Cod. de Collationibus. Auth. de Triente, & ſemiſſe, §. conſideremus, collat.* 3. *extr. Execrabilis, de præbend.* Euerardus, & Baldus.

26 Cùm igitur in caſu noſtræ deciſionis habeamus & communem Doctorum opinionem, & Sacram Rotam, quæ nedum in ſuis deciſionibus facit communem opinionem, & ſuperat cæteros Doctores, licet numero plures, vti ex Imola, Barbat. Ludouico Gomez, Vantio, & Surdo docet Barboſa *in votis deciſiuis, voto* 121. *num.* 10. ſed ſit ſequenda, & amplectenda, ita vt ab ea in abſoluendo, & condemnando nullo modo diſcedi poſſit: idem Barboſa *ibidem*, ex Hieronymo Gabriele *conſil.* 42. *num.* 13. *lib.* 2. ideoque ſententia lata contra deciſionem Rotæ eſt ipſo iure nulla, tanquam lata contra legem: ipſe Barboſa *num.* 11. ex Ripa *in l. cùm prolatis*, 32. *ſub numero* 106. *verſic. Quid tenendum*, & *num.* 107. *ff. de re iudicata*; quia deciſiones Rotæ habere vim legis ait Barboſa poſt Afflict. *deciſ.* 96. *n.* 11. *ve ſic. Sed quia in hoc*: & *deciſ.* 169. *num.* 7. *in fine.* Corat. *tract. commun. lib.* 2. *tom.* 9. *caſu* 10. *n.* 66. plures referentem, & Ioſephum Ludouiſ. *in Lucenſi, deciſ.* 3. *num.* 53. vbi, quod Auditores Rotæ Romanæ debent præferri omnibus iudicibus, præcipuè quando deciſio Rotæ eſt corroborata, & munita, non ſolùm legibus, & rationibus, ſed etiam plurimorum Doctorum authoritatibus: & tam communis opinio, quàm Rota Sacra, & nos, litteræ textus capitis *Quia propter, de electione*, conformemur, ibi; *aſſumantur tres de Collegio*: hoc omnino fieri debet in praxi, in dictæ Decretalis vim. eo maximè, quia in legis interpretatione ſemper eſt attendenda verborum proprietas, ideſt verborum ſignificatio, vti ait hic Rota *num.* 25. *ex leg.* 1. *§. Si is, qui nauem, ff. de exercitoria actione, l. proſpexit, ff. Qui, & à quibus, cap.* 2. *§. Sed neque, de tranſlatione Epiſcopi*, & ex Suarez *de legibus, lib.* 6. *capite* 1. *num.* 5. ego ipſe *dicto tomo* 2. *Diſquiſitionum, diſquiſit.* 11. *dubitat.* 2. *num.* 19. & *dubit.* 6. *ſub numero* 14. cum Pellizzario *in Manuali Reg. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *n.* 331. & *tract.* 6. *cap.* 4. *num.* 9. *in fine.* Lezana *in ſumma qq. regular. tom.* 2. *part.* 4. *verbo Leges Regularium, num.* 32. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 5. *punct.* 8. §. 3. *num.* 2. & penes eum Salas *de legib. diſp.* 21. *ſect.* 3. *num* 4. & Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 15. cum Roderiquez *tom.* 1. *qq. regul. quæſt.* 11. *art.* 6. *verſic. Tertia regula eſt.* Azorio *Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *quæſt.* 9. & cum Laurentio de Peyrinis *de priuileg. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. *in fine, pag. mihi* 402. ſic fatur: Vnde conclude, quod illa eſt efficax legis interpretatio, quæ primò conuenit intellectui: ſecundò, quæ rei ſubiectæ: tertiò, quæ verbis intellectis, *in propria ſignificatione*, id eſt, ſecundùm ſenſum maiorum noſtrorum, *vel ſaltem ſecundùm communem vſum hominum dictorum.* Hæc Peyrinus.

DECISIO XXVII.

R. P. D. Coccini, Decani.

Treuerenſ. Abbatiæ S. Maximi, Veneris 24. Ianuarij 1625.

BREVIARIVM.

Compromiſſum.

Aut ſit expreſsè, aut tacitè n. 36.

Compromiſſum expreſſum qualiter fiat. n. 37.

Compromiſſum tacitum, cum ſcrutinio mixtum, qualiter fiat. n. 38.

Compromiſſariis dari debet facultas ſingulorum vota diligenter exquirendi, & illum eligendi, in quem maior, & ſanior Capituli pars conſenſerit. n. 39.

Vbi eſt data compromiſſariis facultas nominandi, cenſetur etiam data facultas eligendi. n. 41.

Habetur apud Tamburinum de *iure Abbat. tom* 3. *d.* 23. *pag.* 325. & illius meminit Barboſa *in cap. Quia propter, de electione, cl.* 42. & *tractat. de clauſulis, clauſ.* 40. *n.* 5.

Concilium.

Baſileenſe Concilium, licèt à principio fuerit œcumenicum, poſtea ſub præſidio Cardinalis Arelatenſis continuatum, iniuſtoque Pontifice prorogatum, non tantùm œcumenicum, verùm legitimum eſſe deſiit. n. 32.

Concilium Baſileenſe, ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus authoritatis appellatur in Concilio Lateranenſi. n. 33.

Concilij Baſileenſis Decreta non fuerunt confirmata à Nicolao V. ſed tantùm pro bono pacis electiones factas in obedientia Concilij Baſileenſis confirmauit. n. 34.

Confirmatio.

Superioris confirmatio non purgat electionis vitium, niſi Princeps ex certa confirmet ſcientia. n. 23.

Si confirmatio à Papa fiat, etiam ex certa ſcientia, electionis tanquam canonicæ, quæ verè talis non ſit, ſi in confirmatione non ſit inſertus electionis tenor, Papa præſumitur circumuentus ab eis, quibus electionem examinandam mandauit. n. 24.

Electio canonica confirmari debet. n. 26.

Conſuetudo.

Per contrariam conſuetudinem an abrogetur lex decretum irritans habens. n. 9.

Conſuetudo actus requirit vniformes. n. 10.

Quando conſuetudo eſt varia, à iure communi non receditur. n. 11.

Conſuetudo, non ex errore, ſed ex certa ſcientia debet induci. n. 14.

Non inducitur conſuetudo contra canones, abſque ſcientia, & expreſſo Papæ conſenſu, & animo conſuetudinem inducendi. n. 15. & 17. ac 19.

Amplia etiam quantocunque temporis ſpatio illa fuerit ſeruata. n. 19.

Conſuetudo contra leges ciuiles inducitur abſque ſcientia, & conſenſu Principis. n. 16.

Conſuetudo non inducitur contra canonem habentem decretum irritans, per quantumcunque temporis ſpatium. n. 20.

Decretum irritans.

Decretum irritans appoſitum in cap. Quia propter, de electione, *refertur, nedum ad formulas electionum in eo appoſitarum, ſed etiam ad ſolemnitates circa ſcrutinium diſpoſitas.* n. 8.

Decretum irritans impedit inductionem conſuetudinis contra canonem illo munitum. n. 20.

Dictio.

Excipere, *non ſignificat recipere in ſcriptis, niſi exprimatur.* n.5.

Exceptores vocantur in iure Notarij, & ſcriptores. n.6.

Doctores.

Geſta contra intellectum alicuius textus, communiter à Doctoribus traditum, dicuntur geſta contra textum ipſum, non contra communem Doctorum opinionem. n. 4.

Electio.

Electio facta per viam ſcrutinij, non ſeruata forma tradita in cap. Quia propter, de electione, *eſt nulla.* n.1.

Electio nulla, non eſt confirmanda. n.2.

Diſpoſitio cap. Quanquam, de electione in 6. *in quibus electionibus habet locum.* n.3.

Suffragia eligentium poſſunt per Notarios ſcribi. n.12.

Electores viam ſcrutinij eligentes, viam ordinariam eligendi elegiſſe cenſentur. n.13.

Electio nulla non conualeſcit per Papæ confirmationem, quæ ex certa ſcientia non fit. n.22.

Confirmatio Superioris non purgat vitium electionis, niſi Papa confirmet, & ex certa ſcientia. n.23.

Electio dicitur canonica, quando interuenit conſenſus de iure naturali requiſitus. n.25.

Electio canonica confirmari debet. n.26.

Electio largè, ſtrictè, & ſtrictius canonica dicitur. Et hi exponuntur termini. n.27.

Electio canonica in iure, intelligitur de valida, & de canonica ſtrictiori modo. n.28.

Electio canonica, illa ſolùm dicitur, quæ fit ſecundum canones; nec poteſt dici canonica, quæ iure facta non fuit. n.30.

Electio iuxta concordata Germaniæ, vt ſit valida, debet eſſe canonica, & iuxta formam cap. Quia propter, *de electione.* n.31.

Eligendi forma per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, canonica eſt, & qualiter facienda. n.35. & *ſeqq.*

Electio facta à Capitulo, eſt pronuncianda, & publicanda. n.40.

Electio quando fit per viam compromiſſi, Capitulum cenſetur eligere, quem arbitri nominabunt. num.42.

Electio cenſetur facta per ſcrutinium, quando fuit proclamata, & publicata per vnum nomine Capituli. n.43.

Electio communis fieri poteſt etiam per extraneum, dummodo electores tacitè, vel expreſsè conſentiant. n.44.

Forma electionis communis per viam compromiſſi. n.45.

Electionis forma per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, dicitur melior, & expeditior. n.46.

Electio facta per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, eſt nulla, ſi omittantur ſubſtantialia ſcrutinij. n.47.

In electione per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, eſt neceſſaria tantùm collatio numeri ad numerum; non autem meriti ad meritum, nec Zeli ad zelum. n. 48.

Forma.

Forma data ſeruanda eſt, & illius verba potiùs reſtringi, quàm ampliari debent. n.49.

Forma data eſt ſtricti iuris, & in ea ſolùm veniunt illa, de quibus ſpecialiter dictum eſt. n.50.

Lex.

Abrogatur lex per contrariam conſuetudinem, etiamſi habeat decretum irritans. n.9. & 16.

Lex verò Papæ abrogari non poteſt, ſaltem abſque illius ſcientia. n.15. 17. 19. & 21.

Notarij.

Notarij, & ſcriptores in iure exceptores vocantur. num.6.

Per Notarios ſcribi poſſunt eligentium ſuffragia. num.12.

Opinio.

Vide verbo Doctores.

Papa.

Contra canonem, conſtitutionem, & legem Papæ non inducitur conſuetudo abſque illius ſcientia, & conſenſu, maximè ſi habeat decretum irritans, etiamſi quantocunque temporis ſpatio fuerit ſeruata. n. 15. 17. 19. 20. & 21.

Per Papæ confirmationem, quæ non fit ex certa ſcientia facta, non conualeſcit electio nulla. num.22. & 23.

Neque per Papæ confirmationem ex certa ſcientia factam, in qua non ſit inſertus electionis tenor, conualeſcit electio non canonica, tanquam canonica confirmata. n.24.

Scrutatores.

Scrutatores extra Collegium aſſumpti, an poſſint ſoli vota exquirere eligentium, præſentibus, & videntibus iis de Collegio. n.7.

Tolerantia.

Multa per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iuſtitia, toleranda non eſſent. num.18.

Verba.

A propria verborum ſignificatione recedendum non eſt. n.29.

CONtra deciſionem in hac cauſa factam, in qua fuit reſolutum electionem non ſuſtineri, tria opponebantur. *Primum*, quod non omnes nullitates oppoſitæ ſubſiſterent. *Secundum*, quod electores poſſunt inuari conſuetudine hoc modo eligendi. *Tertium*, quod in omnem euentum iſta erit electio per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, & ideo poterat ſuſtineri. His tamen non obſtantibus, & causâ maturè bis diſcuſsâ, Domini vnanimi voto perſtiterunt in reſolutis. Nullitates enim in deciſione firmatæ ſubſiſtunt: nam cùm fuerit actum per viam ſcrutinij, in pluribus non fuit ſeruata forma tradita *in cap. Quia propter, de electione. Primò*, quia fuerunt electi tres ſcrutatores extra Collegium, & tres de Collegio; & tamen numerus non poteſt augeri, nec ſumi extra Collegium. *Secundò*, quia ſcrutatores extra Collegium ſcrutati ſunt votum Fratris Antonij primi ſcrutatoris; & deinde præſente dicto Antonio, votum Matthæi, ſecundi ſcrutatoris; & demùm præſentibus Antonio, & Matthæo, votum Valentini, tertij ſcrutatoris: vnde vota Antonij, & Matthæi corruunt. *Tertiò*, quia exquiſitio ſuffragiorum fuit facta à ſcrutatoribus ſolùm extra Collegium, aſſiſtentibus tantùm tribus ſcrutatoribus de Collegio. *Quartò*, quia ſuffragia non fuerunt in ſcriptis redacta. *Quintò*, quia non fuerunt publicata vota; ſed tantùm electio, quæ ideò corruit, vt *in cap. Quia propter, de electione*, & latè in alia deciſione fuit dictum; ille enim textus habet decretum irritans, vt in eadem deciſione fuit deductum, & probat textus *in cap. Si cui, de electione in 6.* ibi: *Decernens, ſi aliter fierent, non valere*: & Gloſſa *ibidem* dicit, non valere ipſo iure. Quare cùm electio non fuerit

Electio per ſcrutinium facta, non ſeruatâ formâ capitis *Quia propter*, nulla eſt.

Scrutatores tres tantum debent eſſe, & omnes de Collegio.

Suffragia in ſcriptis redigi debent.

Publicari debent.

Decretum irritans habet. caput *Quia propter, de electione.*

2 fuerit Canonica, Sanctiſſimus D. N. illam con-
firmare non tenetur, tam ex diſpoſitione iuris
communis, vt *in cap. Quamquam, de electione,*
3 *in 6.* quod licèt procedat in electione Epiſcopo-
rum, habet tamen locum etiam in aliis benefi-
ciis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis. Ru-
manus *conſil.332.num.11.* Gloſſa *in dicto cap.*
Quamquam, in figuratione caſus; quàm etiam vi-
gore concordatorum, ibi: *Et lapſo dicto tempo-*
re, de quo ſcilicet *in cap. Cupientes, 16. de ele-*
ctione in 6. ſi non præſentata, vel ſi minùs cano-
nicè præſentata fuerint electiones, prouidebimus.

Neque eſt inſiſtendum in eo, quod pleri-
que Doctores circa prædictas nullitates varient.
Quia (vt fuit in prædicta deciſione firmatum)
omnes nullitates deducuntur, ex quo, ſecun-
dùm communem Doctorum opinionem, ſunt
ſubſtantialia formæ capitis *Quia propter, de ele-*
4 *ctione*; quæ communis opinio operatur, vt ita
debeat intelligi textus, & ſi aliquid contrarium
fiat, non ſit contra communem ſententiam Do-
ctorum, ſed contra ipſum textum, quem com-
munis Schola ita interpretatur. Suar. *de legibus*
lib.6.cap.1.n.5. verſic. de hac igitur interpretatione.
Nec ex verbo, *Exceperunt*, deduci poteſt, quod
vota in ſcriptis fuerint recepta, cùm non fuerit
5 additum, *in ſcriptis*, prout loquitur Suetonius
Tranquillus de Tito Principe Romano, ibi: *E*
pluribus comperi, notis quoque excipere velociſſimè
6 *ſolitum, &c.* & licèt Scriptores, & Notarij vo-
centur *Exceptores, in §. Deinde,* vbi gloſſa *in*
verbo Exceptorem Authentico de defenſoribus ci-
uitatum, & *in l. Excepto res*, vbi gloſſa 1. *Cod.*
de numerariis, & actuariis, lib.12. id tamen non
concludit, quod dicendo, *exceperunt*, in ſcriptis
excepiſſe intelligendum ſit: quid enim hoc ver-
bum de per ſe poſitum importet, ipſi Gramma-
7 tici bene diſcutiunt. Ad id verò, quod in deci-
ſione dicitur, nempè ſcrutatores tantùm extra
Collegium vota exquiſiuiſſe, aſſiſtentibus iis de
Collegio, quod eſt contra formam capitis *Quia*
propter, dum reſpondebatur, quod ſufficiat
præſentia, & conſenſus, ex Innocentio *in cap.*
in Geneſi, num.5. de electione, & ex Gloſſa *in cap.*
Sicut, in verbo per vnum, de electione in 6. fuit
replicatum, quod Gloſſa, Innocentius, & alij
allegati non loquuntur in his terminis. Quid-
quid autem dicendum eſſet, an vnus ex ſcruta-
toribus poſſit tantùm ſcribere, cedulaſque re-
cipere illud certum eſt, quod omnes ſcrutato-
res extra Collegium exquiſiuerunt, ſcrutatori-
8 bus de Collegio aſſidentibus. Nec debuit alle-
gari, quod decretum irritans in dicto capite
Quia propter, appoſitum, refertur ſolummodò
ad formulas electionum, ita vt prohibeat om-
nem aliam formam, quàm ſcrutinij, compro-
miſſi, & quaſi per inſpirationem: non autem re-
feratur ad ſolemnitates circa ſcrutinium diſpo-
ſitas. Quia iſte intellectus nedum eſt valde ſub-
tilis, & nouus; ſed contra textum expreſſum
in cap. Eccleſia, 57. §. Denique, de electione.
Roman. *conſil. 232. num. 12.* & contra alium
textum *in cap. Si cui, eod. tit. in 6.* ibi: *Talis*
electio, cùm præter formas, quas Generale Concilium
ſeruari ſtatuit in electionibus celebrandis, decer-
nens, ſi aliter fuerit, non valere, &c.

Quantùm attinet ad ſecundum caput, quod
ſcilicet in hac electione fuerit ſeruata forma
conſuetudinis huius Eccleſiæ, & ideò non fue-
9 rit opus ſeruari formam capitis *Quia propter*,

Opinio communis Doctorum operatur, vt iuxta illam intelligi textus legis, aut canonis debeat.

cùm lex per contrariam conſuetudinem, etiamſi
habeat decretum irritans, abrogetur. Suar. *de*
legibus, lib.7. cap.19. num.14 tres fuerunt datæ
reſponſiones. *Prima*, illam conſuetudinem non
probari. *Secunda*, non ſuffragari, cùm non ad-
ſit expreſſus conſenſus. *Tertia*, eo magis non
ſuffragari, quia nec adeſt ſcientia Papæ. Quod 10
non probetur conſuetudo, ſatis patet, quia illa
non inducitur, ſi vario modo fuit ſeruatum;
quia requirit actus vniformes. Bart. *in l.2. in fin.*
princ. ff. Soluto matrimonio. Decius *conſil.214.*
num.2. verſic.2. Hoc idem, & *per totum*, & *con-*
ſil.129. column.2. Alexander *conſ.5. lib.5.* & *con-*
ſil. 173. per totum, lib.6. Roland. *conſ.2.n.118.*
& ſeq. lib.1. & *conſ.87.n.53. lib.2.* & *conſ.13.n.18.*
& *n.20.* vbi quod nullus diſcrepat, *libro 4.*
Aym. *conſ.96.n.5.* Riminald. Iunior *conſ. 264.*
n.28. & 29. lib.3. & *conſ 265 n.25.* Et quando 11
conſuetudo eſt varia, quod non recedatur à iure
communi, Natta *conſ.231. in fin.* & *conſ. 309.*
n.9. Rolandus *dicto conſ.87. n 53. lib.2.* Curtius
Iunior *conſ.160. n.20. lib.3.* In propoſito autem
electiones, in quibus fit fundamentum, vni-
formes maximè ſunt. In illa enim de anno 1502.
ſub Alexandro VI. vota fuerunt redacta in
ſcriptis, & tam ſcrutatores de Collegio, quàm
extra ſuffragia exquiſiuerunt. In alia facta de
anno 1514. ſub Leone X. fuerunt electi tres
ſcrutatores de Collegio, & vota in ſcriptis re-
dacta. In alia de anno 1525. ſub Clemente VII.
tres tantùm de Collegio ſcrutatores fuerunt ele-
cti, & ſuffragia pariter redacta in ſcriptis. Sub
Pio V. de anno 1565. tres etiam ſcrutatores de
Collegio tantùm fuerunt adhibiti. Sub Grego-
rio XIII. de anno 1581. ſuffragia fuerunt per 12
Notarius ſcripta, quod eſt de iure permiſſum.
Gloſſa *in dicto cap. Quia propter, in verbo Reda-*
cta. Sola enim quæſtio eſt, an laicus Notarius
poſſit ſcribere, vt per Doctores *ibidem*. Vltima
verò ſub ſanctæ memoriæ Gregorio XV. de
anno 1621. ſatis annuit, vota fuiſſe in ſcriptis
redacta, cùm in ea dicatur, quod in præſentia
Notarij vota ſcrutata fuerunt.

Fortaſſis in curiâ Typographi, hîc, maximè, fuit pro, minimè, appoſitum. Hæc enim vox, magis quàm illa, contextui conſonat.

Fuit præterea ex abundanti conſideratum,
quod tempore Clement. VII. fuit electus Ioan. de
Cellis, & non alia facta fuit electio vſque ad tē-
pus Pij V. & tamen electiones intermedias af-
fuiſſe non eſt ambigendum, cùm ſub Pio V. non
fuerit facta electio per obitum dicti Ioannis, ſed
cuiuſdam i etti, prout fuerunt etiam electiones
intermediæ inter Gregorium XIII. & ſanctæ
memoriæ Gregor. XV. tempore enim illius fuit
electus quidam Bernetus, & ſub vltimo Grego-
rio fuit facta electio per obitum Nicolai, & ſic
non rectè deducitur ſtatus electionum. Fuit in-
ſuper ponderatum, quod in electione ſub Ale-
xandro VI. fuit facta mentio electionum, de
quibus *in cap. Quia propter*. ſub Piu V. dixe-
runt electores, quod volebant procedere per
viam ſcrutinij. Sub Gregorio XIII. expreſsè
etiam fuit dictum, quod ex tribus modis eli-
gendi, nimirum, per ſcrutinium, per compro-
miſſum, & quaſi per inſpirationem, viam ſcru-
tinij elegerunt. Et in poſtrema, ſub ſanctæ 13
memoriæ Gregorio XV dicitur, quod viduatæ
Eccleſiæ per viam ſcrutinij intendebant proui-
dere. Ex quo igitur viam ſcrutinij cenſuerunt
eligendam, cenſendum eſt, viam ordinariam
elegiſſe, ſcilicet iuxta terminos capitis *Quia*
propter, Speculator *in rubrica, de electione, n.11.*

Si

Si verò dictam formam ſeruare neſcientes errarunt, non poteſt dici, aliquam conſuetudinem
14 induxiſſe, quæ ex certa ſcientia, non ex errore debet induci. Gloſſa *in cap. fin. in verbo legitimè, verſic. Item, quod ex certa ſcientia*, & ibi etiam Abbas *n.11. de conſuetudine*. Sylueſter *in verbo conſuetudo, quaſt.4.* Tabiena *notabili 7. num.* 8. Medic. *de leg. part.1. quaſt.14. n.5.*

15 Secundò fuit principaliter reſponſum, quod ad inducendam conſuetudinem contra canones, requiritur ſcientia, & expreſſus conſenſus Papæ, aliàs nunquam per contrariam conſuetudinem lex abrogatur. Quia Summus Pontifex non habet poteſtatem à populo, ſed immediatè à Deo; & ideo non eſt populus, qui inducit conſuetudinem contra canones, ſed authoritas Papæ permittentis. Abbas *in cap. fin. n.8. in fine, de conſuetudine*. Salas *de legibus, quaſt.97. tract.14. diſp.19. ſect.6. num.59. verſic. Hæc ſententia.*

A Populo Papa non habet poteſtatem, ſed à Deo immediatè.

16 Quod in lege ciuili ſecus eſt; nam lex ciuilis tendit ad bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum; vnde, ſi populus vult ſib. præiudicium inferre, Principes ab eodem populo poteſtatem habentes non curant, *l. de quibus, verſ. Nam cùm ipſe, ff. de legibus*. S.Th. *1.2.quaſt.47. art.3. in reſponſione ad 3.* Abbas *in cap. fin. n. 9. de conſuetudine*. Driedon. *de libertate Chriſt. cap.11. ante fin.* Ius autem canonicum principaliter intendit hominem in Deum dirigere, & venit ad bonum publicum Eccleſiaſticum; & cùm ſit inſtitutum à poteſtate ſpirituali, illa non poteſt in laicos cadere. Abbas, & Driedon. *locis præcitatis*. Hinc ergo, cùm conſenſus Papæ operetur ad iſtam conſuetudinem inducendam, requiritur illius certa ſcientia, ita

Legis ciuilis, & canonicæ diſcrimen, quoad finem ab vtraque intentum, aſſignatur.

Spiritualis poteſtas non poteſt in laicos cadere.

17 vt non ſufficiat error, vt dictum eſt, & inſimul requiritur animus inducendi conſuetudinem. Gloſſa *in dicto cap. final. in verbo legitimè*, vbi Abbas *num.17.* & facit textus *in lege 1. Cod. Quæ ſit longa conſuetudo*. Quare ſi conſenſus Papæ eſt ille, qui conſuetudinem inducit, & etiam ad hunc effectum requiritur certa ſcientia, & voluntas inducendi conſuetudinem, non
18 poteſt deduci voluntas, niſi expreſſus conſenſus adſit; multa enim per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iuſtitia, toleranda non eſſent, vt dicit textus *in cap. Cùm iam dudum, in fine, de præbendis*, quem in puncto allegat Gloſſa *in §. legis, in verbo Abrogata, diſtinct.4.* Et ex iſtis rationibus conuincitur Vazquez *quaſt.2. art.97. diſp.177. cap.12.* dum dicit nihil referre, quod Papa recipiat poteſtatem à Deo, & non à populo, vt conſenſus eius tacitus non poſſit operari ad derogandum ſuæ legi: vt enim ex prædictis apparet, multùm refert, quod Papa immediatè poteſtatem habeat à Deo. In hoc autem caſu nedum non adeſt expreſſus conſenſus Summorum Pontificum; ſed nec etiam ſcientia, vt in tertia reſponſione oſtendimus.

Vaſq. *tom.2. in 1. 2. quæſtione 97. diſp. 177. cap.2.n.21. pag. mihi 150.*

19 Et quod requiratur, nedum ſcientia, ſed etiam expreſſus Papæ conſenſus ad inducendam conſuetudinem contra canones, etiam quantocunque temporis ſpatio illa fuerit ſeruata; tenet gloſſa *in dicto §. Leges, in verbo Abrogat. diſt.4.* Archidiacon. *in cap. Cùm de beneficio, n. 2. circa medium, verſic. Nam,* & ibi notata, *de præbendis, in 6.* vbi optimè dicit, caſum eſſe expreſſum *in cap. Conſequens*, & *in cap. Nolite, 11. diſt. cap. Facta, 9. quaſt.3.* & *cap. Illud,* & *cap. Ridiculum, 12. diſt.* Ioan. Andreas *dicto cap. Cùm de beneficio, poſt principium.* Geminianus *n.6.* Franchus *n.3. & 4.* S. Antoninus *in ſumma, part.1. tit.16. cap. vnico, §.2. ante finem, verſic. Dicit autem Ioannes.* Ioannes de Salas *de legibus, quaſt. 97. tract. 14. diſp.19.n.62. in fine.* Quam ſententiam ſequuta fuit Rota *in Romana obſeruationis contractus, 23. Octobris* 1551. *coram Chiſſanenſi*, relata apud Verallum *deciſ.204. num.3. part.3.* & *in Romana Concordia S.Petri, 12. Febr.* 1610. *coram Reuer. D. meo Caualerio*, nunc S.D.N. 20
Datario, quæ eò magis de plano procedunt, cùm caput *Quia propter*, habeat decretum irritans, vt conſiderant Archidiaconus, Ioan. Andreas, Geminianus, & Franchus *locis prædictis*. Cui ſententiæ conſonat etiam dictum Goffr. & Innocentij *in cap. Ad noſtram, in principio, de probationibus*, vbi lex, quæ eſt contra ius commune, non debet ſeruari. cùm non ſit inducta ex certa ſcientia eius, cuius eſt condere, & mutare legem, *l. de quibus, ff. de legibus.*

Tertiò principaliter etiam fuit reſponſum, 21
quod communis, & indubitata concluſio eſt, legem Papæ non poſſe abrogari, ſaltem abſque illius ſcientia, vt egregiè probat Driedon. *de libertate Chriſt. dicto lib.1. cap.2. in fine.* Vaſq. *ad S.Thom. 1.2. quaſt.97.* & hanc opinionem ab omnibus teneri affirmat Petrus Lorca *ad 1.2. S. Thomæ, in tit. de legibus, diſput.29. in principio,* & latè fuit deductum in dicta cauſa Romana Concordiæ S.Petri. Quæ ſcientia, ex qua arguitur conſenſus, hic non adeſt, ſed error, qui non ſufficit ad inducendam conſuetudinem, vt ſuprà eſt dictum. Scientia enim Summorum Pontificum, quæ deducitur ex confirmationibus, non adeſt, cùm electiones nullas confirmauerit abſque certa ſcientia. Bart. *in l. Si cenſet, 12. num.2. ff. de appellationibus*: vbi, quod 22
per confirmationem non confirmatur electio inualida, niſi fieret ex certa ſcientia. Bald. *in l. Nominationes, 27. n.2. Cod. de appellationibus:* vbi, quod confirmatio Superioris non purgat vitium electionis, niſi Princeps confirmet 23
ex plenitudine poteſtatis. Et loquitur in terminis electionis, in qua non fuit ſeruata forma capitis *Quia propter*, Franciſcus Marcus *deciſ.227.num.5.& 6. part.1.* Innocent. *in cap. Cùm dilecti, 32. n.1. de electione.* Alexander *conſil.58. num.8. lib.1.* vbi, quod nec certa ſcientia præſumitur, niſi probetur. In propoſito autem, ſiue dicamus verba confirmationem de per ſe importare, quod Papa ex certa ſcientia confirmauerit, ſiue non; nihilominus, vtcunque ſit, veritas eſt, quod cùm Summi Pontifices confir- 24
mauerint electiones, tanquam canonicas, & verè non ſint tales, cùm in illis non fuerit inſertus tenor, præſumuntur circumuenti ab iis, quibus electiones examinandas mandarunt. Felin. *in cap. Cùm à nobis, n.3. de Teſtibus.* Ruinus *conſ.41. n.15. verſic. Secundò reſpondendum, lib.1.* Gabriel *concluſ.1. n.42. & ſeqq de probationibus.*

Error ad inducendam conſuetudinem non ſufficit.

Scientia non præſumitur niſi probetur.

Neque facit, quod quando interuenit conſen- 25
ſenſus de iure naturali requiſitus, electio dicatur canonica. Innocentius *in cap. Cùm ſicut, n.7.* Compoſtellanus *col.6. in princ. n.17. verſic. Item quæro, de electione.* Archid. *in cap. Nullus, n.2. eod. tit.* Franc. Marc. *deciſ.1322. num.1. in fine, part 1.* Et in dictis electionibus interuene- 26
rit conſenſus de iure naturæ requiſitus; & propterea tanquam canonicæ potuerint confirmari.

Innocent.

Innocentius *in dicto capite Quod ſicut*, *num.*23. *verſ. Circa primum.* Ioannes Anan. *num.*7. Bel-
27 lamera *num.*50. Quia fuit reſponſum, electionem triplici modo dici canonicam: largè, strictè, & ſtrictiùs, vt per Geminianum *conſil.*88. *numero* 4. Strictiùs dicitur canonica electio, quando omnia interueniunt, quæ ſunt de ſubſtantia, & ſolemnitate, quæ ſi omittantur, electio eſt nulla, vt *in capite Quia propter.* Strictè dicitur, quando ſeruantur illa, quæ ſunt de ſubſtantia; omiſſis tamen iis, quæ pertinent ad ſolemnitatem, vtputa vocatio abſentium, &c. Iſto caſu electio non eſt nulla; ſed venit anullanda, vt *in capite Quod ſicut*, 18. *de electione.* Largè dicitur canonica, quando non ſunt ſeruata ſubſtantialia, nec alia requiſita à iure poſitiuo; ſed habet tantùm validitatem iuris naturalis, vt quia ſcilicet habet conſenſum eligentium, & iſta de iure non eſt valida, vt *in dicto capite Quia propter*, *& in capite Si cui, de*
28 *electione.* Vbi autem Papa allegat electiones canonicas, cenſendum eſt, intellexiſſe de electionibus canonicis ſtrictiori modo, cùm iura tales approbent, & illud eſt proprium ſignificatum, quod communiter iura recipiunt: dum enim dicunt canonicam, intelligunt de valida, vt patet *in capite*, *Poſtulaſti*, *in princip. de Clerico*
29 *co excommunicato miniſtrante*: & à propria verborum ſignificatione recedendum non eſt, *l.Non aliter*, *ff.de legatis* 3. *capite In noſtra, de iureiurando*; & *in capite Propter ea, de verborum ſignificatione.* Ita egregiè Geminianus *dicto conſ.* 88. *num.*4. & benè Rebuffus *in Praxi, titul. Canonica Inſtitutio, quæ dicatur*, vbi, quod ſolùm illa dicitur Canonica, quæ fit ſecundùm Canones, *capite Cùm aliter*, *de dolo*, *capite Grauis*, *de cenſibus*, *capite vnico*, *de ætate,*
30 *& qualitate in* 6. Nec poteſt dici canonica, quæ iure facta non ſit, *capite* 1. *de electione.* Et ſi diceremus, Summos Pontifices non ita ſenſiſſe electiones canonicas; confirmationes, tanquam non factæ ex certa ſcientia, corruerent, vt ſuprà oſtenſum eſt.

Vocatio eſt de electionis ſolemnitate.

Inſtitutio canonica, quænam.

31 Neque debuit allegari, quod in Concordatis habeatur, Papam confirmaturum electiones canonicas; & concordata debeant intelligi iuxta terminos Concilij Baſileenſis *ſeſſ.* 38. *de electione*, in quo fuit ſtatutum, quod electiones factæ ab omnibus, vel à maiori parte, etiamſi reliqua electionis formam concernentia, omiſſa fuerint, confirmari deberent. Nam, vt plenè ſatisfiat huic prætenſæ vanitati, & minùs dignæ, vt à Catholicis allegetur, Concordata continent: *Placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus, &c. Monaſteriis immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus conſtitutum in conſtitut. felic. recordationis Nicolai Papæ III. incipit*, Cupientes, *expectabimus, & lapſo dicto tempore, ſi non præſentatæ, vel ſi minùs canonicè præſentatæ fuerint, prouidebimus, &c. ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili, & euidenti cauſa, &c. de digniori & vtiliori perſona duxerimus prouidendum, &c.* Huiuſmodi Concordata, quod ſint intelligenda de electionibus ſtrictiori modo acceptis, hoc eſt, iuxta formam capitis *Quia propter*, dicit Henricus Caniſius *in annotationibus ad dicta Concordata*, & probatur ex verbis illis; *Si præſentatæ minùs canonicè fuerint*: quæ verba ſunt deſumpta ex textu *in cap. Quia quam*, *de electione*, *in* 6. vbi minùs canonicas appellat illas electiones, quæ ſunt contra formam Concilij Generalis, quæ eſt forma capitis *Quia propter* vt notat gloſſa *ibidem.* Et hæc ſatis probant omnia ſuperiùs deducta ad interpretationem verbi *canonicas*, poſiti in confirmationibus. Et Æneas Siluius *in eius epiſtola* 338. *Martino Meyer Archiepiſcopi Moguntini Cancellario miſſ., dat. Romæ* 12. *Kalendas Octobris*, 1457. Et ſic ſtatim poſt concordata, videtur illa intelligere de electionibus canonicis, prout de iure communi; inquit enim: *Nulla electio reiecta eſt, quam conſtat fuiſſe canonicam; Pontificalis Eccleſia in Alemania, nulla reſeruata eſt ſpecialiter D. N. contra Concordata veſtra, &c.*

R. P. de Murga in Conſt. Apoſtol.

32 Et hoc poſito, inanis etiam eſt prætenſio, quod Concordata ſint intelligenda iuxta determinationem Concilij Baſileenſis: quia licèt illud in principio fuerit œcumenicum, eo quod authoritate Summi Pontificis fuerit indictum ſub præſidio Iuliani Cardinalis Cæſarini, & proſequutum, donec illicita poteſtate vſurpata, & in Pontificem Romanum, omni iudicio, & ſubiectione coactiua iure diuino exemptum, iudicium ſuum ipſi conuerterent, & Pontifex Legatum ſuum, omneſque alios Epiſcopos auocaret. Quando verò poſt horum diſceſſum Synodus ſub præſidio Cardinalis Arelatenſis continuata, inuitoque Pontifice prorogata eſt, non tantùm œcumenica, verùm etiam legitima Synodus eſſe deſiit. Nam eo tempore, quo Concilium in Pontificem ſententiam pronunciare auſum eſt, omneſque præcipui Epiſcopi diſceſſerant, & Cardinalis Arelatenſis præſidendi ſibi munus aſſumpſerat, quia Epiſcopi pauciſſimi erant, introduxerunt in Synodum ingentem Presbyterorum multitudinem, vt contra omnem formam Conciliorum, non Epiſcoporum, ſed Presbyterorum Synodus eſſet: & Deus Optimus Maximus ſententiam ſuam dicere volens, tam horribili peſte Baſileam affligebat, vt maior pars eorum, qui remanſerant in Conciliabulo, vel extincti, vel ſecedere coacti fuerint, vt refert Æneas Sylnius *in Hiſtoria Conſilij Baſileenſis*, cui ipſe interfuit: quod Concilium in 33
Concilio Lateranenſi vltimo, ſub Iulio II. *ſeſſione* 4. & ſub Leone X. *ſeſſione* 11. appellatur ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus authoritatis: & ſanctæ memoriæ Eugenius IV. ad orationem habitam per Ioannem Bachenſtein, & petitionem factam nomine Concilij Baſileenſis, inter alia, cùm peteretur obſeruatio Decreti de electionibus, præmiſſa reſponſione, quod ſemper eius intentionis fuit inueſtigare in his, quæ honorem Dei, ſalutem animarum, ac bonum totius Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ concernerent, ſignanter ad extirpationem hæreſum, reformationem morum, ac pacem populi Chriſtiani, ad ſpecialiter petita ſic reſpondit: *Quantùm autem ad negotium indulgentiarum, electionum, annatarum, cauſarum, & vacationem Scriptorum, & Abbreuiatorum Romanæ Curiæ; quia materia grandes ſunt, & diſcuſſione, & declaratione indigent, ſe*

Concilium œcumenicũ, & legitimũ, illud ſolùm eſt, quod Papæ authoritate, & indicitur, & prorogatur.

Papa iure diuino eſt ab omni iudicio, & ſubiectione coactiua exemptus.

vnà cum Fratribus ſuis S. R. E. Cardinalibus decreuiſſe reſpondere per ſuos Concilio, quod quamprimùm facere intendit, ſperans reſponſiones ſuas tales eſſe debere, quæ iuſtitiæ, & honeſtati conueniant, ipſique Concilio, & omnibus piè ſentientibus, ad Dei honorem, charitatem, & pacem, ac bonum vniuerſalis Eccleſiæ grata, & accepta meritò ſint futura. Ita habetur *tom. 4. part. 1. Conciliorum Colonienſis impreſſionis, in appendice, fol. 177. & ſeqq.* & *fol.* 179. habetur prædicta reſponſio.

34 Neque dici poteſt, concordata eſſe intelligenda iuxta Conſilium Baſileenſe, ex quo Nicolaus V. qui concordata fecit, decreta Concilij Baſileenſis confirmauerit, vt patet in eius Bulla, & refert Æneas Siluius, & Gobelin. *locis citatis*: & ideo concordata debent intelligi iuxta ſtatuta Concilij Baſileenſis, per eundem Pontificem confirmata: quia hoc eſt merum figmentum, cum concordata habeát datam Kalend. Aprilis, 1447. Bulla autem habeat datam ſub 14. Kalend. Iulij, 1449. & ſic de tempore Concordat. Bulla nõ erat in rerum natura. Veritas tamen eſt, quod Nicolaus V. non confirmauit Decreta Concilij; ſed pro bono pacis electiones factas in obedientia Concilij Baſileenſis, vt patet in prædicta Bulla, quæ habetur *in dicto tom. 4. part. 1. fol. 96.* cuius hæc ſunt verba formalia: *Nicolaus, &c. quaſcunque promotiones, electiones, confirmationes, poſtulationum admiſſiones, tranſlationes, commendas, adminiſtrationes, prouiſiones, reſeruationes, vniones, incorporationes, reuocationes, pallij donationes, conſecrationes, perſonarum benedictiones, de Ordine ad Ordinem tranſlationes, infeudationes, abſolutiones, liberationes, quietationes, ſuper quibuſcumque debitis ratione decimarum, indulgentiarum, annatarum; diſpenſationes, tam ſuper ætatis, quàm natalium, & aliarum inhabilitatum defectu, &c. ac omnia, & ſingula, tam iuſtitiam, quàm gratiam concernentia, ſiue in foro conſcientiæ, vel contentioſo, in perſonis, & locis, quæ tempore conceſſionis, & aliorum præmiſſorum obediuerunt prædicto Vener. ac chariſſ. Fratri noſtro Amadeo, Cardinali Felici V. nominato, congregatis* (ſc. in Concilio Baſileenſi) *aut alterius eorum auctoritate, etiam de latere Legatos, ſeu delegatos ab eis poteſtatem habentes coniunctim, vel diuiſim, qualitercunque facta, geſta, conceſſa, indulta, data, diſpoſita & ordinata, etiamſi maiora, aut grauiora, aut alterius cuiuſcunque naturæ à præmiſſis exiſtant, & ſpecialem requirentia expreſſionem, cum omnibus, & ſingulis inde ſequutis, ac etiam omnia, & ſingula per Ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis, & vnionis Eccleſiæ, motu proprio, & ex certa ſcientia, & Apoſtolica poteſtatis plenitudine, de conſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ R. Eccl. Cardinalium, præſentium ſerie approbamus, ratificamus, & confirmamus, rataque, & firma fieri volumus, &c.* Et quamuis prædicta clariſſima ſint; poteſt tamen addi, quod ſi geſta Concilij Baſileenſis fuiſſent confirmata, fruſtra in Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. & Leone X. *ſeſſ. 4. & 11.* vt ſuprà relatum eſt, illud fuiſſet appellatum ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus authoritatis: & in caſſum, dum in eodem Concilio Lateranenſi improbant acta Baſileenſis, fuiſſent facta concordata cum Rege Franciæ.

Et Æneas Siluius *epiſt. 369.* ſub datum Romæ 8. Auguſti 1457. ſcribens dicto Martino Mayer, Cancellario Archiepiſcopi Moguntini, non dicit, Decreta Concilij fuiſſe confirmata, immò totum oppoſitum: itaque aliter diceret, falſum eſſet. Audiatur ipſemet loquens ibi: *Sed vt ad querelas tuas veniamus, diximus, tibi ſignum eſſe, vt compactata cum veſtra natione ſeruentur, &c. Verùm cùm dicis, Decreta Concilij Baſileenſis non cuſtodiri, idque putas iniurioſum eſſe nationi, indignam dicimus eſſe querelam tuam: propter Decreta enim Baſileenſis Concilij, inter Sedem Apoſtolicam, & nationem veſtram diſſidium cœpit: cùm vos illa prorſus tenenda diceretis: Apoſtolica verò Sedes omnia reiiciat. Itaque fuit denique compoſitio facta,* ſcilicet Concordata, *in qua nos Imperatorio nomine interfuimus: & ea certam legem dedit deinde inuiolabiliter obſeruandam, per quam aliqua ex Decretis Concilij prædicti recepta videntur, aliqua reiecta.* Hoc eſt, fuerunt facta concordata, per quæ aliquid fuit conceſſum nationi; non autem ſimpliciter dicit, quod per concordata geſta in Concilio Baſileenſi fuerunt confirmata; & ſubditur: *Itaque non iuſtè agis, ſi per omnia ſeruanda eſſe Decreta contendis.* Et ſequitur ibidem: *Sed venio ad electiones, quas paſſim contemni refers. Hoc non inuenimus ita eſſe, vt aſſeris: nam poſtquam ex Alemania huc venimus, plures Eccleſiæ Cathedrales eiuſdem nationis vacauerunt, in quibus vel poſtulationes factæ, vel electiones fuere. De poſtulationibus nihil eſt, quod obiici poſſit: nam illæ ex gratia pendent, etiam vetuſto iure; liberumque eſt Pontifici Maximo eas admittere, vel reiicere: electiones autem, ſi canonicæ fuerint, compactatorum vigore confirmationem merentur, nec repelli poſſunt, niſi de vtiliori perſona Romanus Pontifex, de conſilio Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium duxerit prouidendum; ſed neque hic eſt aliquid, quod reprehendi meritò poſſit.* Et ſic apparet, quod refert tenorem Concordatorum, & intelligit de electionibus canonicis, prout de iure communi; non autem iuxta diſpoſita in prædicto Conciliabulo, & ſubſequitur idem Æneas: *De tempore dicimus, quo Romanam Curiam ſequimur. Neque enim (iam biennium tantùm eſt, quod hic ſumus) vlla electio huc allata eſt, quæ ritè, & canonicè comperta ſit; nam Traiectenſis electio, de qua magni rumores habiti ſunt, in perſonam excommunicati ceciderat: aliæ verò alios defectus habuere.* Et concludendo dicit: *Itaque vides, non eſſe, cur veſtra natio circa electiones iuſtam querelam habeat, &c.*

Et non aduerſatur idem Æneas Siluius, ſed fauet in apologia ad eundem Martinum Mayer, *fol. 672.* ſecundùm paruam impreſſionem: ibi enim recenſet obitum Eugenij IV. & creationem Nicolai V. quodque miſerit Legatum in Germaniam Ioannem Cardinalem S. Angeli: *Coram quo,* inquit, *diſceptatum eſt, quonam pacto Pontifici Nicolao parendum eſſet. Erant qui decreta Baſileenſis Concilij omnia ſuſcipienda contenderent, illiſque ſaluis, Papæ obediendum. Contrà Legatus Apoſtolicus eius Concilij legibus, quòd Romana Sedes refutaſſet, nullam ineſſe vim aiebat. Alij, quibus media ſententia placebat, verum Baſileæ Concilium aliquando affirmabant, eiuſque temporis conſtitutiones haudquaquam reiiciendas eſſe putabant. Poſtremò eo modo concordiæ locus fuit, vt ſententia quorundam decretorum Baſileenſis Concilij reciperetur; reliqua verò eius ſta-*

tuta

tura reiecta viderentur. Hæc verba non ſunt intelligenda, quòd decreta Concilij fuerint approbata, ſed quod in Concordatis aliquid fuerit connentum, prout diſpoſitum fuerat in Concilio Baſileenſi: & quoad formam electionum, quod Concordata non ſequantur diſpoſita in Concilio Baſileenſi literis rotundis, idem Æneas aſſerit ibi: *Sed pergis vlterius, & Concordiæ formulam attingens, decretum ſuper electionibus in Baſilea promulgatum, tanquam receptum in conuentionibus videatur, infringi, reiicique contendis: inexcuſabilem eſſe Romanum Pontificem arbitraris, & prorſus iniuſtum, qui cunctis electionibus aduerſetur, nec tolerabile hoc tuæ genti eſſe exiſtimas, nec tibi reſponderi poſſe in hac parte confidis.* Sed ſubſequitur prædictæ obiectioni talis reſponſio: *Falleris haud modicè, noſtro iudicio, quemadmodū clarius tibi oſtendimus; nam formula Concordiæ, quæ reſpicit electiones, hunc ſenſum habet; illas enim in Eccleſiis Cathedralibus, & ex Monaſteriis expectari iubet per tempora, quæ ſunt à iure ſtatuta; eaſque, ſi canonicæ fuerint, confirmari, niſi Romanus Pontifex de perſona, quæ ſit magis idonea electa, vacanti Eccleſia de conſilio Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium prouidendum duxerit.* Et ſic verbis, quibus nihil poteſt obiici, dicit, Concordata circa electiones non eſſe intelligenda, vt ſcilicet, electiones ſubſiſtant, ſi iuxta tenorem Concilij Baſileenſis fiant; ſed ſolùm quod ſuſtineantur, ſi ſecundum Canones factæ fuerint; & tamen recenſet plures electiones quas Summi Pontifices tanquam canonicas confirmarunt; alias verò tanquam minùs canonicas reiecerunt. Denique Gobelin. *in comm. Pij II.* qui fuit idem Æneas Siluius, ita in minoribus appellatur, *fol. 12. ſecundum magnam impreſſionem, & fol. 10. ſecundum paruam, verſic. Interea Ioan.* refert, quod Legati Romam miſſi retulerunt, Eugenium durìſſimè reſpondiſſe: & quod Æneas Siluius alias notulas compoſuit, quæ Eugenio mitterentur, vt vere poſteà Romam miſſæ fuerunt: ſed hoc non tangit negotij veritatem, quæ clarè eluceſcit ex ſupra deductis.

35 Quantùm attinet ad tertium principale caput oppoſitum, nempe, quod iſta non fuerit electio ſimpliciter per ſcrutinium, ſed per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, quæ forma eligendi eſt canonica: putà, ſi ita compromiſſum ſit, vt compromiſſarij ipſi exquirant vota ſingulorum, illumque eligant, in quem maior, & ſanior pars conſenſerit, vt eſt conſtitutio Innocentij III. de qua *in cap. Cùm dilectus, 32. de electione*, quæ non fuit reuocata per conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Generali, de anno 1215. de quo *in dicto cap. Quia propter*, vt declarat Bonifacius VIII. *in cap. Cùm expediat, 29. de electione in 6. cap. Si cui, 27. eodem tit.* Caniſius *in Compendio Iuris Canonici, in tit. de electione, cap. De concurſu compromiſſi cum ſcrutinio.* Baiſius *de electione, part. 2. cap. 17. num 4. verſic. Aliquando autem.* Cæterùm, quod iſta forma ſit canonica, non negatur, ſed factum negatur; non enim fuit proceſſum per viam compromiſſi cum

36 ſcrutinio mixti: quia compromiſſum, aut fit expreſsè, aut tacitè ex verbis inducitur, vt ſentit Petrus de Baiſio *ead. part. 3. cap. 17. num. 1. in fine, de electione*: & Speculator *in rubrica*

37 *eiuſdem tit. numer. 13.* In hoc autem caſu neutrum adeſt. Non expreſſum, quia congregato Capitulo, is qui habet in Capitulo primam vocem, vel alius de mandato Capituli, ſeu quiuis etiam ſine mandato, Capitulo tamen non contradicente, requirit primò ſingulos ſingillatim, an placeat procedere hac forma compromiſſi: & omnibus conſentientibus, ita vt nullus omnino diſcrepet, debet requirere eos iterum, quibuſnam perſonis, & per quem modum velint eis committere vices ſuas: & omnibus de perſonis concordantibus, & de modo; tunc omnes ſimul, vel vnus nomine omnium in perſonas huiuſmodi eligendas transfert poteſtatem; ſi verò Capitulum nolit in compromiſſarios conuenire, poſſunt eo caſu, vt citiùs ad concordiam deueniatur, vni, vel pluribus, qui vice omnium eligant compromiſſarios, committere vices ſuas. Ita Mandagotus *de electione, parte 1. cap. 39.* Compoſtellanus *in cap. Quia propter, numer. 26. verſic. Quæro modò*, & ibi Bellamera *in § Vel ſaltem, numer. 7. eod tit.* Et de hoc debet conſici publicum inſtrumentum, Speculator *in tit. de electione, §. 2. in prin.* Bertachinus *de Epiſcop. part. 1. lib. 3. quæſt. 49. numer. 93.* Idem Speculator *in cap. De via compromiſſi, numer. 4.* & hoc caſu quæſtio eſt, vt per Bart. *in l. Inſtitutio, numer. 3. ff. de conditionib. inſtitutionum*, an duo ſint conficienda inſtrumenta, vt ſcilicet vnum contineat: *Nos eligimus, quem tales compromiſſarij nominabunt.* Et alterum: *Eligimus illum, quando tales compromiſſarij nominabunt.* Tamen idem Bart. concludit, quod licèt de iure duo eſſent conficienda, de conſuetudine contrarium ſeruatur. Hanc autem formam hic non fuiſſe ſeruatam, certum eſt, cum nihil tale legatur in inſtrumento Sanctiſſimo D. N. tranſmiſſo.

Reliquum eſt, vt videatur, an adſit compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, ſaltem tacitè. Abbas Richardotus fuit electus Præſidens Capituli, & ea, quæ vti talis geſſit, geſſit in præſentia Abbatis Treuerenſ. & S. Mathiæ; fuerunt etiam electi tres ſcrutatores de Collegio, quibus, & antè nominatis Abbatibus fuit data, & conceſſa omnis authoritas & poteſtas, ſecretò, & ſingillatim vota omnium, & ſingulorum ſcrutandi: quapropter hi fuerunt electi ſcrutatores, non compromiſſarij, vt ſcilicet eligerent per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum; vt enim ſuperiùs firmatum eſt, debet dari facultas, vt compromiſſarij vota ſingulorum exquirant, illumque eligant, in quem maior, & ſanior pars conſenſerit, *dicto cap. Cùm dilectus, 32. de electione*, quem ita explicat gloſſa *in cap. Cùm expediat*, quæ eſt prima, & incipit: *Pro intellectu, de electione.* Et quamvis in dicto inſtrumento ſubdatur: Et facta collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, fuit data poteſtas illum in Abbatem nominandi, & publicandi, in quem omnes, vel maior pars Capituli inueniretur conſenſiſſe; hæc tamen verba ſunt intelligenda, vt ſcilicet ſcrutatores poſſint nominare, hoc eſt, verbo pronunciare, ſeu proclamare, & publicare electionem factam à Capitulo; non autem, quod ipſi tanquam compromiſſarij poſſint eligere; quia poſt electionem factā à Capitulo, electio pronunciatur, & publicatur, vt benè Rebuffus *ſuper Concordatis, rubrica de regul. ad Prælatorum nominat. §. vlt. in verbo Formæ, in 13. 15. & 16. requiſitis, fol. 230. & 231* & tunc demùm data 38 39 40

data facultate nominandi, cenſeretur data etiam facultas eligendi, ſi conſtet arbitros fuiſſe electos. Et in iſtis terminis procedit textus *in dicto cap. Cùm in iure peritus*, 33. *de electione*, vbi Hoſtienſ. *n.*13.*verſ.Sed quidquid dicat.* Ioan. Andr. *n.*8. Rebuffus *in Practica, de nomin.quæſt.*1. *n.*24.
41 Hîc autem non fuerunt electi arbitri, ſed ſcrutatores, vt dictum eſt; & ideò illa facultas nominandi debet quoad publicationem cenſeri, vel ad ſummum data ad electionem nomine Capituli faciendam; cùm de ſubſtantia ſit, vt vnus nomine Capituli eligat, vt *in cap. Quia propter*, & ibi Doctores, quod clariùs ex modo procedendi, de quo ſtatim dicam, colligi poteſt.

Ceſſat denique omnis difficultas, quia in inſtrumento, quo petitur confirmatio, Capitulum his verbis loquitur: *Atque pro publicatione noui electi Abbatis, & Paſtoris inſtantes, per ſæpe dictum D. Præſidentem expreſsè rogati, nunc actum per nos electionem ratam, firmamque haberemus.* Ex qua ſerie apparet, quod Abbas non vocatur *compromiſſarius*, ſed *Præſidens*; & non agitur de electione facta à compromiſſariis, ſed ab ipſomet Capitulo.
42 Et quamvis in compromiſſis Capitulum cenſeatur eligere, quem arbitri nominabunt. Compoſtellanus *in cap. licèt*, *n.* 7. *de electione*, Hoſtienſ. *n.*14. *verſic. Vtique quia ex compromiſſis*; hic tamen Capitulum non loquitur de electione ipſius nomine facta à compromiſſariis; ſed de electione ab ipſomet Capitulo facta; quod euidentiùs demonſtratur, quia Capitulum proclamari, & publicari fecit electionem per ipſum Præſidentem Richardotum: quod propriè conuenit electioni per ſcrutinium; facta enim collatione, debet ſequi communis electio per vnum nomine Capituli, per verba ſingularis numeri.
43 Et *in cap. Cùm ab vno*, *de re iudicata*, *in* 6. *cap. Sicut*, *de electione*, *in* 6. Franc. Marc. *deciſ.*922. *n.*2. *lib.*1.
44 Et iſta communis electio poteſt etiam fieri per extraneum, dummodo electores tacitè, vel expreſsè conſentiant. Baiſ. *in Directorio electionis*, *part.* 3. *cap.* 33. *n.*4. *& ſequenti.*
45 Si igitur fuiſſet proceſſum per viam compromiſſi, vnus compromiſſarius omnium compromiſſariorum vice eligere debuiſſet, vtputa dicendo: *Ego N. compromiſſarius, de conſenſu, & voluntate compromiſſariorum meorum eligo, &c.* Hanc formam ponit Miranda *in Manuali Prælator. Regular. p.*2. *q.*33. *art.*38.*concl.*2. & bene adaptatur quando pronunciatio fit ſine ſcriptis. Mandagotus *de elect.q.*59.*forma* 9.ponit aliam, quæ idem in ſubſtantia continet: & ſubiicit,opus eſſe, vt vnus vice omnium eligat,aliàs electio eſt nulla.Oldradus *conſ.*184. *in princip.* Roman. *conſ.*216.*n.*4.*verſic.*4. *eiuſdem nullitas.* In propoſito autem neque expreſsè, neque per æquipollens verba poſſunt importare, quod Præſidens, tanquam compromiſſarius, nomine aliorum compromiſſariorum elegerit.

Electionem per compromiſſum factã publicãdi forma.

Dato tamen, abſque eo,quod veritati præiudicetur, quod electio fuerit per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, nec etiam ſuſtinetur;
46 licèt enim iſta dicatur melior, & expeditior forma, cùm non omnes formam ſcrutinij bene ſciant, vt ait gloſſa *in cap.Cùm expediat,in verbo*, *Inquiſitis,de elect. in* 6.Mandagotus *de electione*, *cap.*41. *in littera E.*
47 Nihilominus iſto caſu non poſſunt omitti ſubſtantialia ſcrutinij, *cap.Si cui*, *de elect. in* 6. vbi ſi fuerit actum, quod electio facta per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum; vt ſcilicet, eligatur ille, in quem maior pars reſpectu numeri, non autem reſpectu totius Capituli conſenſerit, valeat, non tenet. Et gloſſa *ibidem* exemplificat in verbo, *ſecretò*, ſi fuerit actum, quod vota non ſint ſecreta: quia ſemper habet locum ratio finalis illius textus, & meritò hoc dicit: ex ea enim ratione textus dicit, electionem factam vigore compromiſſi non tenere, ſi actum fuit, vt eligatur nominatus à maiori parte reſpectu minoris, cùm hoc ſit præter formam, quam generale Concilium ſeruari ſtatuit in electionibus celebrandis, decernens eas, ſi aliter fierent, non valere; & gloſſa *ibidem*, explicat, ipſo iure: & ſic iſta ratio militat quotieſcunque omittitur aliquod ſubſtantiale, de quo *in cap. Quia propter*, vt bene Abbas *in dicto cap. Quia propter*, §. *vel ſaltem*,*n.*2.*verſ.Non tamen, de electione*, vbi dicit, quod etſi prædicta gloſſa *in cap. Cùm expediat*, hanc formam vtiliorem nominet, non tamen intelligas, quod compromittentes poſſint in aliquo tollere huius capituli 48
ſubſtantialia (ſcilicet capitis *Quia propter*,) Butrius *in dicto cap. Si cui*, *n.* 5. *in fine*, *de elect. in* 6. Lap. Abbas *num.*2. Caniſius *in Summa iuris canonici*, *tit.de elect. cap. de concurſu ſcrutinij cum compromiſſo*: & expreſsè ſentiunt Doctores mox allegandi, dum firmant, quod in electione per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, non requiratur collatio plena, ſed aliqualis; cùm forma compromiſſi non requirat illam de ſe, quam requirit forma ſcrutinij; illa enim arctior, iſta liberior; nec tenetur compromiſſarius ad aliud, quàm ad id,quod in compromiſſo expreſſum eſt; quia non eſt neceſſaria 49
collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum: ſed numeri tantùm ad numerum, vt nimirum, videatur, an adſit maior pars totius Capituli. Monachus *in cap. Cùm expediat*, 29. *num.*9. *ad finem*, *verſ. Item quæro*, & *n.* 10. *de electione*, *in* 6. Ioan.Andr. *in princ.* Geminian. *n.*3.*verſ.Quæro an iſta forma.* Compoſtellanus *in cap. in Geneſi*, 59. *col.*3. *verſ. In forma verò compromiſſi*, vbi Abbas *num.*2. *in* 4. *notabili*, *de electione.* Et in hoc iſta forma compromiſſi cum ſcrutinio mixti; poteſt ſecundum dictam gloſſam vtilior appellari. 50
In noſtro autem caſu omnes defectus conſiderati in forma meri ſcrutinij, in hac etiam electione militarent; excepto tamen, quod non dicerentur adhibiti ſex ſcrutatores; quia tres primi extra Collegium, compromiſſariorum nomine venirent; & alia nullitas poſſet addi, quod vnus ex compromiſſariis, nomine aliorum compromiſſariorum electionem minimè publicauerit. Et ex forma ipſius compromiſſi 51
corrueret etiam electio; quia ſcrutatores de Collegio non exquiſiuerant ſuffragia, & illa non fuerunt redacta in ſcriptis, prout fuerat ordinatum in inſtrumento compromiſſi: quæ omiſſio formæ vitiat compromiſſum, cùm forma data ſit ſeruanda, & illius verba debeant potiùs reſtringi, quàm ampliari, vt per Doctores *in illo cap. Cùm expediat*, *loco citato*, vt bene Baldus *conſ.*101. *Nobiles viri*, *n.*8. *verſ. Videtur concludendum, in fine*, & *conſ.*103. *lib.*3. *in princ.* Socinus *conſ.* 20. *in princ. lib.* 1. Vbi, quod eſt ſtricti iuris & in ea veniunt ſolùm ea, de quibus ſpecialiter eſt dictum. Dyn. *conſil.*45. quod incipit: *Quæſtio, quæ vertitur.*

Et ita concluſum.

ADDI

ADDITIONES, & ANNOTATIONES.

§. I.

1 Ad illud numeri 1. quod cepot *Quia propter, de electione*, habet decretum irrit ans, ibi: *Aliter electio facta non valeat*; docuit Batboſa *in dicto cap. num.* 30. dicens: Hæc veeba habent vim decreti irritantis. Roman. *conſil.* 322. *num.* 12. Alex. *conſil.* 41. *n.* 13. & 14. *lib.* 5. Socinus Senior *conſ.* 87. *n.* 6. *verſic. Confirmatur, lib.* 3. Iaſon *conſ.* 85. *n.* 8. & 9. *lib.* 3. Salas *de legibus, quæſt.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 16. *ſect.* 11. *n.* 29. Compoſtellanus *in d. cap. n.* 20. *verſic. Nunquid de iſta*, Ioan. Andreas *n.* 37. *in verbo, Non valeat.* Innocentius *n.* 6. *eod. verbo.* Mandagotus *de electione, cap.* 22. vbi Boërius *litt. B.* Riccius *in collectan. deciſionum, parte* 4. *collect.* 1127. Caſtellinus *de electione, cap.* 1. *n.* 2. *verſ. Forma, & verſ. ſeqq.* Et addit in fine dicti numeri, & refert Oldradum *conſ.* 259. & Nauarrum *conſ.* 3. *n.* 1. *de electione*, & *conſ.* 26. *de Regularibus*, docentes, Regulares non poſſe ſtatuere contra textum *in dicto cap. Quia propter*, & *n.* 32. reperit, dicta verba habere vim decreti omnino irritantis, & importare electionem eſſe ipſo iure nullam, abſque aliqua ſententia, vti docent Compoſtellanus, & Ioan. Andr. *locis modò citatis*, & Caſtellin. *cap.* 4. *n.* 2. Pro quibus faciunt à nobis dicta ad conſtitutionem 6. ſæpè ſæpius, maximè *à num.* 678. *ad num.* 700. ad conſtitutionem 15. *num.* 4. & ad deciſionem præcedentem, *n.* 1. Vide addita præcedenti deciſioni, *n.* 6.

2 Ad illam concluſionem numeri 8. quod decretum irritàns capitis *Quia propter*, nedum irritet formas alias electionum, quæ nun ſint per ſcrutinium, compromiſſum, & quaſi per inſpirationem; ſed etiam electiones in quibus non fuerint obſeruatæ omnes ſolemnitates circa ſcrutinium diſpoſitæ, faciunt quæ ego ipſe dixi ad conſtitutionem 6. ſignanter *à n.* 648. *ad* 700.

§. II.

3 Pro illa concluſiooe *num.* 15. & *ſequent.* quod ad inducendam conſuetudinem contra caoones, (ſeu cootra legem Pontificis Summi) requiritur ſcientia, & expreſſus Papæ conſenſus; aliàs nonquam per contrariam conſuetudinem lex abrogatur, adeſt Thomas Delbene de Immunitate Eccl. *tom.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 6. *num.* 1. bac eadem deciſione citata; ibi eoim, poſtquam *num.* 8. & 9. dixerat, dici non poſſe, conſtitutionem Gregorij XIV. *de immunit.* non eſſe receptam, vel conſuetudine aliqua in contrarium antiquatam, ex quo in illa appoſuit clauſulam decreti irritantis; euius ea virtus (ioqoit) eſt, quod probari non poſſit, legem, vel conſtitutionem tali clauſula roboratam, non eſſe vſu receptam, vel aliquando antiquatam, ſicuti poſt Ancharan. Archidiaconum, Geminianum, & alios firmat Caputaquenſis *part.* 3. *deciſ.* 204. Bonacin. *tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 8. *puncto* 10. *n.* 4. Farinac. *in appendice de Immunitate, cap.* 2. *n.* 5. Caſtr. Palaos *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. vnica, punct.* 10. *n.* 2. Rota *in Maior. indultorum*, 11. *Aprilis*, 1639. & 16. *Nouembr.* 1640. & Chartarius *deciſ. crimin.* 74. Poſtquam, inquam, hoc dixerat, quæ quidem conſonant dictis in bac deciſione, *num.* 20. in ſequentia *num.* 21. prorumpit.

4 Tertiò, quia ad hoc, vt conſuetudo præualeat aduerſus canooes, & leges Pootificias, opus eſt, quod introducta ſit, non ſolùm cum ſcieotia, ſed etiam cum expreſſo conſenſu Summi Pontificis, vt præter Doctores *in cap. Cùm non ignoras, de prebendis*, & *in cap. litteras, de conceſſione prebenda*. & præter Oldradum *conſ.* 137. 144. & 254. Federicum de Senis *conſ.* 17. & Nattam *conſ.* 574. tradit Sacra Rota Romana *in Treuerenſi Abbatia S. Maximi, die* 24. *Ianuarij*. 1635. & *in Meſſan. Decanatus, die* 21. *Maij*, 1641. & *in Maior. Indultorum, die* 11. *Aprilis*, 1630. Hactenus Delbene.

5 Ad id numeri 22. *quod per confirmationem non confirmatur electio inualida, niſi fieret ex certa ſcientia*; faciunt à me ipſo dicta *ad conſtitutionem ſecundam, num.* 36. 37. & 38. & *ad conſtitut.* 6. *num.* 183. Ibi enim dixi confirmationem in forma communi, non reddere inualidum validum, neque aliquid valere; confirmationem autem ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis, è contra, inualidum validum reddere, ſicut corroborat, & in primæuo conſeruat ſtatu, quod ante coofirmationem validum exiſtebat.

§. III.

6 Circa difficultatem, an quando interuenit conſenſus de iure naturali requiſitus, electio dicatur canonica, & valida ipſo iure, quamvis non interuenerint de iure requiſita; de qua in hac deciſione, *à num.* 25. videatur illius diſcuſſio, & reſolutio à me ipſo facta ad conſtitutionem 6. *num.* 707. *cum tribus ſequent.* Ibi, *n.* 708. pro contraria recenſui ſententia, ex Raggio, præſentem Rotæ deciſionem; ſed noſtram firmare, eſt luce meridiana clarius, *n.* 18. 29. & 30.

7 Æneas Syluius, de quo non ſemel in præſenti deciſione, Senenſis fuit, in minoribus conſtitutus, dictus eſt Æneas Syluius Piccolomineus, Preſbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ: creatus Summus Pootifex 14. Kalend. Septemb. anno 1458. & coronatus eodem anno, tertio Nonas Septembris, *Pius Secundus*, appellari voluit. Sedit annos 5. menſes 11. dies 27. & obiit Anconæ 17. Kalendas Septembris, anno 1464. cuius corpus in Vrbem delatum, ſepultum eſt in Baſilica S. Petri, ſub Altari S. Andreæ, 24. die Auguſti eodem anno. Creauit Cardinales 14. Quorum omnium Author eſt Aogelos Cherubinos *in Bullario Magno Romano, tomo* 1. *pag. mihi* 381. Ex quibus patet, epiſtolam, quam præſens deciſio refert, ſcripſiſſe Æneam Martino Mayer, Cancellario Moguntini Archiepiſcopi, datam Romæ 12. Kalendas Octobris, 1457. illius creationem præceſſiſſe per vndecim menſes non integros.

8 Concordata, de quibus in hac eadem deciſione, *num.* 31. inita inter Imperatorem Alemaniæ Federicum, & illius nationis Principes, & Legatum Apoſtolicum, ſuper reſeruatione, & collatione Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, confirmata fuerunt à Martino Papa V. Kalendis Aprilis, 1447. & ſui Pontificatua ſecundo, cuius conſtitutio confirmatoria habetur apud eundem Cherubinom, *eodem tomo* 1. *in primera eiuſdem Pontificis*, in qoa ſimul approbauit in his, quæ dictæ non aduerſantur concordiæ, conſtitutionem 29. & vltimam ſui prædeceſſoris Eugenij IV. continentem abſolutionem eo-

rum, qui Congregationi Baſileenſi adhæſerunt, poſt diſſolntionem Concilij, & ad obedientiam Summi Pontificis redierunt, ac prouiſionem,& declarationem circa collationem Eccleſiarum,& beneficiorum.

9 De hac Martini V. conſtitutione egit etiam Ioan. Bapt. Scortia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtit. theoremate* 65. vbi refert, concordata præfata fuiſſe ſuper reſeruatione, & collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium in menſibus Papæ reſeruatis, vt Ordinarij diſponere poſſent in Germania, de beneficiis vacantibus in menſibus Papæ, niſi apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, authoritate Apoſtolica fuiſſe alicui de illo prouiſum. Ac denique ſuper taxatione,& ſolutione annatarum. Verùm (addit) cùm in huiuſmodi Concordatis Germani non perſiſterent, & pro libito beneficia conferrent, coactus eſt Clemens Papa VII. declarare irritas anno 1534. in conſtitutione, quæ incipit, *Admonet*, quam ſummat *in epitome* 61. collationes, ac diſpoſitiones quorumcunque beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, cum cura, & ſine cura, factas per Prælatos, vel Principes Germaniæ contra Concordata, quibuſcunque perſonis, niſi ſint ab Apoſtolica Sede approbatæ; & nullum conferre titulum, ac poſſidentes illa, eſſe intruſos, & teneri in vtroque foro fructus reſtituere, nec vlla præſcribi tolerantia poſſe. Hæc Clemens *in* §. 2. & *in* 3. reſeruat prouiſis à Sede Apoſtolica, iuxta tenorem Concordatorum. licèt per Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum mandata impeditis, quæcunque iura agendi quandocunque iudicialiter contra prædictos intruſos. *Non obſtantibus, &c.* Hæc Clementina habetur apud dictum Angelum Cherubinum *eodem tomo* 1. *Bullarij, la* 41. *pag. mihi* 692.

10 Inter pœnas in beneficio intruſo inflictas, vna eſt inhabilitas ad illud beneficium, in quod ſe intruſit. Idem Scortia *dicto theoremate* 165. ex Ancharano *conſ.* 397. *numero* 3. *&* 4. & *conſ.* 405. *in fine.* Felino *in cap. Poſtulaſti, ad finem, de reſcriptis*, Sylua *de beneficiis, part.* 1. *quaſt.* 11. Rebuffo *in praxi beneficior. part.* 2. *in regula de ſubrogando collitigante, gloſſa* 4. *num.* 16. Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quaſt.* 27. *colum. mihi* 676. vbi, ſicut & Scortia, addit, quod ſi illud impetret, nullà factâ mentione intruſionis, nulla eſt impetratio. Allegat Felin. Syluam, & Rebuffum *locis præallegatis.* Alia eſt, teneri ad reſtitutionem fructuum, qui percepti ſunt, & percipi potuerunt. Clemens *in dicta conſtit.* Scortia *vbi proximè*, ex Tuſcho Cardin. *verbo Intruſus*, *n.* 16. & ratio eſt, quia quà poſſeſſor malæ fidei, non facit fructus ſuos. Alia eſt, quod lite pendente non eſt citandus, nec iuuari poteſt regulà de triennali poſſeſſione. Scortia *ibidem* ex eadem Clementina, & ex Tuſcho *num.* 10.

11 Et cùm Nicolaus Papa in ſua Concordatorum confirmatoria, appoſuiſſet clauſulam, *Niſi apparuerit intra tres menſes, &c.* quæ difficultatem habebat, quomodo intelligenda eſſet; Gregorius XIII. anno 1576. per ſuam conſtitutionem, *Qua in Eccleſiam*, *la* 41. *apud præfatum Cherubinum, tomo* 2. *pag. mihi* 408. illam §. 2. declarauit dicens, mentem fuiſſe Nicolai, vt diſpoſitio beneficij intra tres menſes à die notæ vacationis à Sede Apoſtolica fiat, & appareat de gratia alicui facta; non autem vt Ordinarij, aut alij collatores poſt lapſum trium menſium à die notæ vocationis in loco beneficij, de eo poſſint diſponere. Et concludit: *Ne tamen cuiquam licitum ſit, factam à Sede prædicta diſpoſitionem huiuſmodi in longum obtegere, illi quibus, deinceps gratiæ huiuſmodi concedentur, etiam conceſſionum fidem, & teſtimonium intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij huiuſmodi, vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo beneficij loco publicare quoquo modo teneantur.* Et *in* §. 3. *&* 4. decernit, nullas eſſe diſpoſitiones aliter à collatoribus factas, ipſoſque contrafacientes eſſe à collatione officiorum, & beneficiorum ſuſpenſos, donec gratiam Sedia Apoſtolicæ obtineant, & indulgentiam.

§. IV.

Ad illud deciſionis, *ſub num.* 43. quod facta collatione, debet ſequi communis electio, per vnum nomine Capituli, per verba ſingularia numeri; faciunt à meipſo dicta ad conſtitutionem ſextam, *num.* 692. 693. *&* 699. & formam huius electionis dedi, quâ vti debeat ille vnus, qui huiuſmodi electionem ſuſceperit proclamandam, & publicandam. 12

Ad id *num.* 48. quod non eſt neceſſaria collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum; ſed numeri tantùm ad numerum; videantur quæ vbi proximè, *num.* 691. dixi. 13

DECISIO XXVIII.

Habetur apud Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 3. *la* 12. *pag. mihi* 339.

R. P. D. Ghiſlerij.

Argentina Coadiutoria, Veneris 2. *Maij,* 1631.

BREVIARIVM.

Capitulum.

Maior, & ſanior Capituli pars, ex duabus conſtituitur vocalium partibus. n. 2.

Vocati, ſi non veniant, tota Capituli potentia in illis remanet, qui venerunt, & per eos geſta valent, tanquam à Capitulo geſta. n. 3.

Quilibet locus, vbi Capitulum eſt Congregatum, Capitularis dicitur, dummodo honeſtus ſit. n. 4.

Capitulum congregari poteſt in quolibet loco, quando ob impedimentum aliquod in loco ſolito congregari non poteſt. n. 6.

Capitulariter aliquid fieri, aliud eſt, quàm in loco fieri Capitulari. n. 7.

Actus probatur Capitulariter geſtus, ex Notarij atteſtatione, nomina Capitularium recenſendo. num. 8.

Citatio.

Extra territorium decerni non poteſt citatio. n. 9.

Citationes in principio emanantes iudicij, cauſa non requirunt cognitionem, & fieri ab illo poſſunt, qui non habet iuriſdictionem. n. 10.

Citatio, quæ in principio iudicij fit, poteſt extra territorium decerni. n. 11.

Locus vbi citatio eſt decreta, non attenditur, ſed locus pro quo ad comparendum fit. n. 12.

Electio

Electio.

Vnius electoris contemptus electionem vitiat. n. 1.
Locus certus non eſt de electionis ſubſtantia. n. 5.
Alia vide verbo Capitulum.

PRopoſui iterum cauſam ſuper reſolutis ſub die Veneris, 21. Februarij proximè præteriti, an gratia coadiutoriæ Eminentiſſ. Domini Cardinalis à Lotharingia, eſſet iuſtificata. Domini ſteterunt in deciſis, niſi tamen obſtent Concordata Germaniæ, per quæ impediuntur Coadiutoriæ; quoniam de eis erit particulariter videndum.

Quantùm ad conſenſum, qui eſt vnus ex modis, quibus gratia iuſtificatur, de eo conſtare fuit reſolutum: nam conſenſus Abbatis, & Monachorum præſtitus in partibus, probatur ex mandato ab eis facto. Conſenſus autem præſtitus per procuratorem, pariter probatur ex inſtrumento; ita quod difficultas reſpectu conſenſus reducitur ad defectum duorum Monacho-
1 rum, qui non interuenerunt ad præſtandum conſenſum in electione Coadiutoris; ideoque electio fuit nulla, cùm vnius ſolius contemptus electionem vitiet, *cap. Cùm inter, cap. Bona, el 1.* & *cap. Quod ſicut, vbi* Doctores communiter, *de electione*: & ad locum, in quo fuit factum Capitulum, quia non erat locus capitularis.

Primus non obſtat, quia vt fuit dictum in deciſione, quæ reuidetur; cùm per coadiutoriam prouideatur indemnitati Eccleſiæ, ſtante infirmitate Prælati, & ex aliis cauſis in ea narratis, quæ concernunt illius vtilitatem, & neceſſitatem, ſufficit pro illa conſenſus duarum
2 partium ex tribus ipſius Capituli, quæ duæ partes conſtituunt maiorem, & ſaniorem partem, ad textum *in cap. Vnicum, de Clerico ægrotante, in 6.* vbi gloſſa *in verbo Duæ partes*, & notat Franchus §. *Si verò, circa medium, ſuper*
3 *gloſſa in dicto verbo Duæ partes.* Quinimò, cùm ex textibus probetur, eos fuiſſe vocatos ad illum actum, ſi non venerunt, tota potentia Capitularis remanet in illis, qui venerunt, & geſta per illos valent, tanquam geſta à Capitulo. Abbas *in cap. Cùm omnes, col. fin. verſ. Tamen vnam diuerſitatem, de conſtitutionibus*, & ibi Felinus, Puteus *deciſ.* 283. *lib.* 3. Nec contumacia duorum poteſt impedire actiones, & acta Capitularia Monaſterij; & eis tantùm eſt imputandum, cùm non venerint, *cap. Coram, cap. Quod Sicut, verbo vocatus, de electione.*

4 Nec allegatus defectus loci releuat, quia ex actis conſtat, in quadam grangia eiuſdem Monaſterij omnes Monachos fuiſſe conuentualiter congregatos, & ad eum locum omnes ſpecialiter vocatos; & omnis locus, vbi Capitu-
5 lum eſt congregatum, dicitur Capitularis, dummodo ſit honeſtus, *cap. Quod ſicut*, vbi Abbas *n.* 2. *cap. Cùm terra, de electione* vbi gloſſa *in verbo In quo*, inquit: In Capitulo ſecundùm conſuetudinem loci, aliàs vbi melius ſe obtulerit facultas; & ſic certus locus non eſt de ſubſtantia: cùm enim non potuerit fieri in loco ſolito
6 propter bellum, & impetum Hæreticorum, non propterea minùs potuit conuocari Capitulum in alio loco, *cap. In nomine Domini*, §. *Quod ſi prauorum*, 23. *distinct.* Innocent. *in cap. Cùm ex iniuncto, num.* 2. *verſ. Et quamuis, de Noui operis nunciatione*, Baldus *in l. Nulli, num.* 2. *verſ. Secundò requiritur, ff. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.* Nec ex eo, quod conſenſus non fue- 7
rit præſtitus in loco Capituli, minùs dicitur Capitulariter præſtitus; quia aliud eſt aliquid fieri capitulariter, aliud fieri in loco Capituli. Seraphinus *deciſ.* 1247. & ex lectura inſtrumenti bene comprobatur, mandatum fuiſſe conuentualiter, & collegialiter conceſſum; quo-
niam Notarius atteſtatur, Monachos fuiſſe ca- 8
pitulariter congregatos. Gabriel *de Fide inſtrumentorum col.* 1. Monachorum nomina recenſendo iuxta deciſionem 9. & 29. *de Procuratoribus, in antiquis.*

Quantùm autem ad teſtes, qui eſt alter modus, quo gratia iuſtificatur; Domini eos ritè, ac validè examinatos fuiſſe dixerunt; & omiſſis multis, quæ informantes pro Abbate iterum inculcant, etſi ſublata in deciſione, obiectionem
nouiter deductam non obſtare fuit per eos con- 9
cluſum; quia non ſubſiſtit, quod citatio non potuerit decerni in oppido Nancij, vbi iudici remiſſoriali nulla competebat iuriſdictio, cùm ex forma litterarum remiſſorialium eſſet reſtricta ad oppidum de Vico, Metenſis Diœceſis, in loco Monaſterij S. Franciſci: ex traditis per Oldradum *conſil.* 88. *n.* 2. *verſ. Primò dico, quod eſt conſiderandus locus*, vbi firmat, citationem non poſſe fieri extra territorium, cùm ſit de proceſſu, qui extra territorium factus non valet. Ita tenuit Federicus de Senis *conſ.* 16. *n.* 13 *verſ. Item*
non obſtat. Et ideò, cùm citatio Abbatis, & 10
Monaſterij fuerit decreta extra territorium ad comparendum in loco de Vico, in Monaſterio S. Franciſci, ſecundùm prædicta videtur nulla, & per conſequens examen nullum. Attamen tollitur, cùm in talibus citationibus emanantibus in principio iudicij, non requiratur cauſæ cognitio, & poſſint fieri etiam ab illo qui non haberet iuriſdictionem, vt notat Innocentius *in cap. Cùm contingat, de reſcriptis, cap. Prudentiam, de officio Delegati, cap. Licèt, de accu-*
ſationibus. Si ergo non requiritur cauſæ cogni- 11
tio, nec quod iudex ſuadeat, vt dicit Innocentius, potuit ergo fieri extra territorium, argumento eorum, quæ notat Dominicus de Sancto Geminiano *in cap. Nonis, de officio Legati.* Ita concludit ex ſupradictis Calderinus *conſil.* 1 *in fine, de electione, verſ. Item in ta ibus.* Bene faciunt notata per Bartolum *in l.* 1. §. *Nunciatio, num.* 30. *de nouis operis nunciatione.* Idem *conſil.* 164. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 1. *de feriis, in nouis.* Caſſadorus *deciſ.* 5. *de dolo, & contumacia.* Cùm ergo citatio, de qua agitur, fuerit facta in principio iudicij ad comparendum in loco Vici, & in Monaſterio Sancti Franciſci, ſuſtinetur, etiam quod fuerit decreta extra territorium,
cùm non attendatur locus vbi eſt decreta, ſed 12
locus, pro quo fit ad comparendum, ex traditis per Vantium *de nullitate ex defectu citationis, num.* 39. & 61.

Et ita reſolutum vtraque parte, &c.

Additiones, & Annotationes.

Contemptus. Notetur ad hoc, quod ille dici- 1
tur contemptus, qui non fuit vocatus, cum vocari deberet. Barboſa *in votis deciſiuis, voto* 47. *num.* 171. & colligitur ex iis, quæ dixi ad conſtitutionem 6. *à num.* 629. ſignanter *n.* 646. 648. & 649.

Electionem

2 *Electionem vitiet.* Notetur ad hoc, quod electionem canonicam non irritat contemptus vnius ſolius vocalis, imò nec plurium; dummodo duæ ad minùs partes ex tribus vocem actiuam habentibus vocentur ad ſuffragandum. Patet ex dictis à me à *dicto num.*648. Poterit tamen vnus ſolus ſpretus ante electionis confirmationem, illius infirmationem petere, & proſequi, etiamſi Religioſus ille ſit. Dixi *à n.*644. Imò & poſt confirmationem, ſi ante iſtam, electionem ignorauerit, *num.*646.

3 *Duæ partes ex tribus Capituli conſtituunt maiorem, & ſaniorem partem.* Hanc exornant conclusionem ea, quæ dixi ibidem *numero* 648. 650. *&* 651.

4 *Si vocati non venerunt, tota potentia capitularis remanet in illis, qui venerunt, & geſta per illos, valent tanquam à Capitulo.* Pro iſta concluſione faciunt, & illam firmant à me dicta, *numero* 639. 640. 652. 680. *&* 697.

5 *Nec contumacia duorum poteſt impedire actiones, & acta capitularia.* Colligitur ex dictis *vbi proximè, n.* 648. *&* 649. & expreſsè habetur *num.* 639. 651.

6 *Et eis tantùm eſt imputandum, cùm non venerint.* Ex quo enim citati venire noluerunt, ſe fecerunt alienos: vnde abſurdum eſt illos in numero computari vocalium. Dictum eſt *numero* 639. *&* 652.

7 *Omnis locus, vbi Capitulum eſt congregatum, dicitur capitularis, dummodo ſit honeſtus.* Hanc firmaui ego ipſe concluſionem ad dictam conſilitionem 6. *num.*678. *&* 679. Illam tenent D. Gabriel Martinez *in voto deciſino*, quod inter ſuos edidit Barboſa *tomo* 2. *el* 106. *num.* 129. & Franc. Dubal *en la expoſicion de la Regla de San Auguſtin, part.* 2. *quaeſt.* 20. *num.* 29.

8 *Aliud eſt, aliquid fieri capitulariter, & aliud fieri in loco Capituli.* Vnde fit, bene me dixiſſe, *dicto num.*678. de ſubſtantia electionis eſſe tanquam primum requiſitum, ex quo illius dependet valor, vt fiat à maiori parte, legitimorum electorum conuocatorum, & congregatorum collegialiter, non in Capitulo, ſed *in aliquo honeſto, & conuenienti Monaſterij loco.*

CONSTITVTIO VRBANI VIII.

Confirmatoria decreti S. Congregationis Concilij, pro Congregatione Caſſinenſi edita.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad Futuram rei memoriam.

ALiàs à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, S. Concilij Tridentini Interpretibus ſuper ſubinſerto ſupplici libello, ſibi tunc porrecto, emanauit decretum tenoris ſubſequentis videlicet: Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine. Monaſterium Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis Ciuitatis Patauinæ, habet nonnullas Parochiales Eccleſias in eadem Diœceſi, quæ non ſunt vnitæ Monaſterio, ſed ſunt Parochiales dependentes ab illo, in quibus dictus Epiſcopus Patauinus dicit, Monaſterium fuiſſe ſolitum deputare Presbyteros ſæculares, qui præuio ipſius Epiſcopi examine, & approbatione, curam animarum exercuerunt; ſed ab aliquot annis cœpiſſe deputari vnum Monachum, qui ſine ſocio Regulari, & cum ſolo famulo habitat in dicta Parochiali, & curam adminiſtrat etiam ſine Epiſcopi approbatione. Vnde nunc quæritur, an in dictis Parochialibus ab ipſis Monaſteriis quoquomodo dependentibus, non autem vnitis, debeat cura animarum exerceri per Monachum, vel Presbyterum ſæcularem ab ipſis Monachis nominatum, & ab Epiſcopo approbatum.

§. I. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partibus auditis, cenſuit, in Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, curam animarum exerceri poſſe etiam per Monachos ad ſuorum Superiorum nutum amouibiles; ita tamen vt iidem priùs examinentur, & approbentur ab Epiſcopo, eiuſque iuriſdictioni ſubiiciantur in his, quæ ad ipſam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent: & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius ſaltem Monachus eiuſdem Ordinis profeſſus, ad præſcriptum Concilij Lateranenſis, ſub Alexandro III. *cap.* 10.

§. II. Cùm autem ſicut dilectus filius Procurator generalis dictæ Cõgregationis Nobis nuper exponi fecit, ipſe decretum huiuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummoperè deſideret. Nos eundem Procuratorem generalem ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinſertum, cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

§. III.

§. III. Decernentes illud, necnon præſentes litteras, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effe-ctus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, ſieque per quoſcumque iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. IV. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die VI. Sept. M.DC.XXXVIII. Pontificatus noſtri anno decimoſexto.

M. A. Maraldvs.

ANNOTANDA.

1 Aliqua occurrunt annotatione digna, tam in iſto S. Congregationis decreto, quàm in Vrbana Conſtitutione. Et *in primis* adnoto, illud fuiſſe editum cum cauſæ cognitione, & auditis partibus Epiſcopi Diœceſani, & Congregationis Caſſinenſis, in iuſtitia. Hoc enim importat clauſula illius, *partibus auditis*. Vnde vim ſententiæ diffinitiuæ obtinuit.

2 *Secundo* adnoto, Eccleſias illas Parochiales, membra dici Monaſteriorum, quæ ſunt illis incorporatæ per vnionem ad menſam, ſeu iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia.

3 *Tertiò* adnoto, non ſolùm decerni à Sacra Congregatione Concilij, poſſe deputari Monachos amouibiliter à Prælatis ſuis, pro ſeruitio Eccleſiarum ſuis Monaſteriis iure pleno vnitarum, ſed etiam pro Eccleſiis, vnione ſimplici, aut alio quovis modo ad ipſos ſpectantibus; quod eſt maximè notandum, & menti tenendum.

4 *Quartò* venit adnotandum, S. Congregationem ſubiicere Monachum curam animarum exercentem iuriſdictioni Epiſcopi, in his, quæ ad ipſam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent; non tamen exprimit, cui illum Epiſcopi iuriſdictioni ſubiiciat. Et cùm Epiſcopus duplici polleat iuriſdictione, vna ordinaria, & alia delegata, per Concilium Tridentinum *ſeſſ.7. cap.7. & ſeſſ.21. cap.8. de reformat.* meritò dubitari poteſt, cuinam illarum ſubiiciatur Monachus Vicarius in vim præſentis decreti.

5 Et quidem, ſi Monachus præficiatur Eccleſiæ, quæ membrum ſit Monaſterij, quæ vnita illi reperiatur ad menſam, ſeu iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad Parochialitatem ſpectantia, certum mihi eſt, quod ille Epiſcopi iuriſdictioni delegatæ ſubiicitur, non verò ordinariæ. Et ratio eſt, quia S. Concilium Tridentinum, de cuius interpretatione ex propria inſtitutione, & munere dicta S. Congregatio agit, ſolùm iuriſdictionem delegatam Epiſcopis concedit in Eccleſiis Monaſteriis vnitis. Rota *in Pampilonenſi Vicaria de Elizondo,* 19. *Iunij* 1665. *coram R. P. D. Otalora, ſuprà la* 14. *n.*2. & 7. *Iunij* 1666. *coram R. P. D. Cerro Decano, ſuprà la* 16. *n.*4. & 23. *Martij* 1667. *coram eodem, ſuprà la* 17. *n.*10. Vnde de hac ſolùm iuriſdictione, & non de ordinaria intelligi poteſt S. Congregationis interpretatio in decreto contenta. Prælterquam quod, cùm Congregatio Caſſinenſis ſit notoriè exempta, non poterant illius Monachi quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem ordinariæ Epiſcopi iuriſdictioni ſubiici, abſque legitima ſuæ exemptionis reuocatione, qualis non exiſtit, nec in decreto, nec in Vrbani VIII. conſtitutione.

Quintò adnoto, hanc confirmationem Vrbani Papæ, ex certa ſcientia fuiſſe factam, ex quo tenor decreti confirmati in illa adeſt inſertus, iuxta textum *in cap. Venerabilis*, 8. *de confirmatione vtili, vel inutili*, & ibi gloſſa *verbo Inſertus*, Abbas *n.*2. Barboſa *n.*2. pluribus allegatis. Peyrinus *de priuilegiis, tom.*1. *ad conſtit.*2. *Sixti IV. n.*3. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.*1. *cap.*8. *dub.*46. *num.*13. Anton. Naldus *in ſumma, verbo Priuilegium, n.*15. Raggius *de regimine Regul. centur.*2. *tract.*8. *dub.*161. *n.*1. Petr. ab Angelis *in ſpeculo priuilegiorum, diſp.*7. *ſect.*4. *n.*3. & ego ipſe cum aliis *in diſputationibus Moral. & Canonic. tom.*2. *diſq.*11. *dub.*17. *num.*169. & nemo, quem viderim id negat. 6

Confirmatio autem ex certa ſcientia, habet vim nouæ conceſſionis ex motu proprio, Barboſa *tr. de clauſulis, clauſ.*59. cùm Gabriele *tit. de clauſulis, concl.* 1. *n.*27. Pariſio, *conſil.*3. *n.*57. *volum.*4. Moneta *de commutat. vltimar. volunt. c.*5. *n.*104. & cum Glorit. *reſp.* 1. *p.*1. *n.*32. Plures gloſſas, & Doctores cumulaui pro concluſione iſta in diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis, *tom.*1. *tr.*2. *diſq.*9. *n.*20. & *tom.*2. *diſq.*11. *dub.* 17. *n.*161. *& ſeq.* Habet etiam vim conceſſionis de plenitudine poteſtatis. Ipſe Barboſ. *d. clauſ.*59. *n.*2. poſt Felinum *in cap. Cùm inter, n.*5. *de exceptionibus*. Pariſ. *conſil.* 1. *n.*42. Alex. *conſ.*92. *n.*31. *& ſeq. lib.*1. & cum pluribus, quos recenſet. 7

Sextò adnoto, quod dato, & non conceſſo, quod Sacra Concilij Congregatio non habuiſſet poteſtatem decernendi omnia in præfato ſuo decreto contenta, ex quo ex certa ſcientia fuerunt à Papa confirmata, ab ipſomet Papa cenſentur conceſſa, & quidem, vt præfertur, ex motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, accedente maximè clauſula *in* §.2. appoſita, *Ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus... ſupplemus*. Vnde vti bene Barboſa *dicto n.*2. poſt Decium *conſil.*655. *n.*10. non potuit ab Vrbano quæri, cur ita fuerit. 8

Septimò adnotare duxi, Congregationem noſtram Benedictinam Hiſpanam, æquè ac Caſſinenſem potiri, & gaudere poſſe præfato S. Congregationis Concilij Tridentini Interpretum decreto, & Vrbana conſtitutione, pro illius confirmatione, & perpetuâ ſubſiſtentiâ edita. Pro qua adnotatione firmanda ſufficiunt quæ adduxi *in addit. & annota. ad deciſionem.*22. *Rotæ, num.*1. 9

10 *Octauò* adnoto, per clauſulam illam generalem Vrbanæ Conſtitutionis: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*; ſufficienter derogari decretis S. Concilij Tridentini. Ita Barboſa *tract. de clauſulis, clauſ.* 82. *n.* 14. cum Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 6. *num.* 120. Mareſcotto *variar. reſolutionum lib.* 1. *cap.* 19. *ad finem*, & *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 41. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 2. *q.* 5. *puncto* 2. *num.* 2. *verſic. Ratio deſumitur.* Martha *de clauſulis, part.* 4. *clauſ.* 14. *num.* 3. Stephano Gratiano *tom.* 5. *diſceptat. forenſ. c.* 940. & 963. Filliucio *tract.* 16. *num.* 320. Ricciul. *de iure perſonarum, lib.* 5. *c.* 14. *n.* 16. *lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 6. deciſiones Rotæ referente, Moneta *de commutat. vltimar. volunt. cap.* 7. *num.* 177. & *c.* 11. *n.* 250. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. aſſerente, ſic reſpondiſſe S. Congregationem. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 5. *num.* 3. Ioanne Anton. Maſſobrio *in praxi habendi concurſum, requiſ.* 17. *dub.* 4. *num.* 8. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſput.* 6. *dub.* 12. *in fine*: & cum Rota apud Farinacium *deciſ.* 179. *num.* 6. & *deciſ.* 687. *num.* 24. *part.* 2. *recentiorum*, & *in Ferentina penſionis*; 23. *Ianuarij*, 1602. *coram Ortembergo, impreſſa per Marcheſſanum, p.* 12 *pag.* 535. *in vltima impreſſione.* Et probat ex eodem S. Concil. Barb. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus; cap.* 21. *de reformatione*, ſic vt ſequitur ſtatuente, videlicet.

Poſtremò Sancta Synodus omnia, & ſingula, ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub felicis recordationis Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificibus Maximis in hoc Sacro Concilio ſtatuta ſunt, declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe intelligatur. 11

INDEX

INDEX
TEXTVVM IVRIS DIVINI, ET CANONICI,
Qui in Deciſionibus Sacræ Rotæ allegantur, & exponuntur.

Littera d, *Deciſionem denotat : Littera verò* n, *numerum marginalem : ad facilitatem autem legentium addita eſt litera* p, *paginas deſignans.*

EX SACRA SCRIPTVRA.

Exod. cap. 22. verſ. 29.

DEcimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere. deciſ. 21. num. 6. pag. 73.

Ex Decreto, Sacri Canones

ABbatem, el 1. & 2. 18. q. 2. d. 19. n. 5. & 6. p. 61.
Congregatio, el *ſin*. 16. q. 7. d. 19. n. 5. ibid.
Conſequens, 11. *diſt*. d. 27. n. 19. p. 96.
Decimas, 16. q. 7. d. 21. n. 6. p. 73
Factis, 9. q. 3. d. 27. n. 19. p. 96
Illud, 11. *diſt*. d. 27. n 19. ibid.
In nomine Domini, *diſt*. 23. d. 28. n 6. p. 103
In ordinatione, *diſt*. 61. d. 19. n. 5. p. 61
Licet ergo, 8. q. 1. d. 19. n. 9. p. 62
Nolite, 11. *diſt*. d. 27. n. 19. p. 96
Reuertimini, 16. q. 6. d. 21. n 6. p 73
Ridiculum, 12. *diſt*. d. 27. n. 19. p. 96

Ex quinque Decretalium libris.

AD decorem, *de inſtitutionib*. d. 19. n. 8. p. 62
Ad hæc, *de officio Vicarij*, d. 4. n. 6. p. 9
Admonet, el 4. *de renuntiatione*, d. 12. n. 8. p. 44
Aduerſus, *de immunitate Eccleſ*. d. 22 n. 1. p. 75
Bona memoria, el 1. & 23. *de elect*. d. 28. n. 3. p. 103
Congregato, *de electione*, d. 24. n. 6. p. 84
Conſultationibus, *de iurepatron*. d. 19. n 12. p. 62
Coram dilecto, el 35. *de electione*. d. 28. n. 3. p. 103
Ceterùm, el 3. *de reſcriptis*. d. 20. n. 9. p. 69
Cùm aliter, *de dolo*. d. 27. n. 29. p. 97
Cùm contingat, *de decimis*. d. 23. n. 1. p. 80
Cùm dilectus, *de conſuetudine*. d. 19. n. 5. 6. 7. 10. & 12. p 61. & ſeq.
Cùm dilectus, el 31. *de electione*. d. 26. n. 32. p. 90. & d. 27. n 35. & 39. p. 99
Cùm dilectus, *de religioſis domibus*. d. 10. n 4. p. 37
Cùm Eccleſia Sutrina, *de cauſa poſſeſſionis*, & *proprietatis*. d. 1. n. 10. p. 4. d. 19. n 12. p. 62
Cùm & plantare, *de priuileg*. d. 4. n. 6. p. 9
Cùm iam dudum, el 18. *de præbendis*. d. 27. n. 18. p. 96

R. P. de Murga in Conſtit. Apoſt.

Cùm in iure peritus, el 33. *de electione*. d. 27. n. 41. pag. 100.
Cùm inter, *de electione*. d. 28. n. 1. p. 103
Cùm in tua, *de decimis*. d. 23. n. 1. p. 30
Cùm terra, *de electione*, d. 28. n. 5. ibid.
Decimam partem, *de decimis*, d. 22. n. 1. p. 75
Dilectis, 1. *de reſcriptis*, d. 20. n. 9. p. 69
Dudum, *de electione*, d. 24. n. 6. p. 84
Ea quæ, el *ſin*. *de ſtatu Monachor*. d. 19. n. 10. & 11. pag. 62. d. 15. n 4. p. 50
Eccleſia veſtra, el 2. & 17. *de electione*, d. 25. n. 1. p 85. & d. 27. n. 8. p. 95
Expoſtulaſtis, *de præbend* d. 3. n. 6. p. 5. & d. 10. n. 4. p. 37
Extirpanda, *de præbendis*. d. 2. n. 3. d. 10. num. 1. pag. 36.
Grauis, *de cenſibus*. d. 27. n. 29. p. 97
Humana, *de electione*, d. 24. n. 6. p. 84
In Eccleſiis, *de Capellis Monachorum*. d. 1. n. 4. p. 3. d. 4. n. 3. p. 8. & 9. d. 6. n. 3. & 4. p. 28. & d. 10. n. 10. p. 69
In Geneſi, *de electione*, d. 25. n. 1. p. 85. & d. 26. n. 3. p. 87
In litteris, *de probationib*. d. 1. n. 2. p. 1
In noſtra, *de iureiurande*. d. 27. n. 29. p. 97
In præſentia, *de probationibus*. d. 25. n. 5. p. 86
In ſingulis, *de ſtatu Monachor*. d. 19. n. 11. p. 62
Inter corporalia, *de tranſlat*. *Epiſcop*. d. 26. n. 25. p. 89.
Niſi cùm pridem, *de renuntiatione*, d. 1. n. 8. p. 4
Non eſt, el 22. *de decimis*, d. 21. n. 6. p. 73
Non minùs, *de immunitate Eccleſ*. d. 22. n. 1. p. 75
Nullus in Eccleſiam, el 1. *de electione*, d. 19. n. 6. & 10. p. 61. & 62. & d. 27. n. 30. p. 97
Nuper, *de decimis*, d. 21. n. 3. & 4. p. 72
Paſtoralis, el 7. *de donationibus*, d. 5. n. 11. & 14. p. 15. & d. 6. n. 6. p. 28
Paſtoralis, *de offic*. & *poteſt*. *Iudicis delegati*, d. 18. n 4. p. 59
Poſtulaſti, *de Clerico excommunicato miniſtrante*, d. 27. n. 28. p. 97
Poſtulaſtis, *de præbendis*, d. 20. n. 9. p. 69
Propterea, *verbor*. *ſign*. 9. d. 27. n. 29. p. 97
Publicato, *de electione*. d. 25. n. 2. p. 85
Querelam, *de electione*. d. 19. n. 12. p. 62

o 2 *Quia*

Quia propter, de electione, d.24. n.1. p.83. d.26. n.2 5. 6. 7. 8. 14.20.22.23. 24. 29. & 33. p.87. & ſeq. & d. 27. n.1. 2. 3. 7. 8. 20. 23. 27. 31. 35. 41. & 47. p.94. & ſeq.
Qui alios, 1. de Hæreticis, d.24. n.4. p.84
Quod Dei timorem, 5. de ſtatu Monachor. d.10. n.8. & 9. p.38. & d.11. n.2. p.42
Quod in dubiis, de renuntiatione, d.2. n.8. p.4
Quod ſicut, el 18. de electione, d.27. n.27. p.97. & d.28. n.1. 3. & 5. p.103
Si admonet, de renuntiatione, d.2. n.8. p.4.
Si cui, el 27. de electione, d.27. n.35. p.98
Solitæ, el 6. de maiorit. & obed. d.21. n.2. p.72
Super litteris, de reſcriptis, d.20. n.9. & 11. p.69
Tua nobis, el 26. de decimis, d.21. n.6. p.73
Vt præterita, 45. de electione, d.1. n.2. p.1

Ex ſexto Decretalium libro.

Acceſſorium, el 42. de regulis iuris, d.6. n.4. pag. 28.
Cùm ab vno, de re iudicata, d.26. n.14. p.88. d.27. n.43. p.100
Cùm Capitulo, de conceſſione præbendæ, n.20. n.4. pag.68.
Cùm expediat, el 29. de electione, d.26. n.32. p.90. & d.27. n.35. p.98
Cupientes, el 6. de electione, d. 1. n. 2. p.7. d.27. n.3. p.95
Deteſtante, de conceſſione præbendæ. d.19. n.11. p.62
Ex eodem, de elect. d.21. n.3. p.85
Indemnitatibus, de electione, d.24. n.1. 2. & 5. p.83. & 84.
Licèt Eccleſiarum, el 2. de præbendis, d.20. n.11. pag.69.
Paſtoralis, de Clerico ægrotante, d.28. n.2. p.103
Per exemptionem, el 9. de priuilegiis, d.21. n.7. p.73
Permittimus, vnic. de ætate, & qualitate, d.27. n.29. pag. 97.
Preſbyteri, vnic. de Capel.. Monach. d.5. n.18. & 21. p.26. & d.6. n.3. p.28
Quamquam de electione, d.27. n.3. & 31. p.95. & 97
Quanquam, de cenſibus, d.22. n.1. p.75
Si cui, el 23. de electione, d.26. n.32. p.96. & d.27. n.2. 27. & 47. 95.97. & 100
Sicut, el 21. de electione, d.26. n.14. p.88. & d.27. n.43. p.100
Si eo tempore, de electione, d.21. n.2. p.72. & d.26. n.22. p.89
Statutum, de Hæreticis, d.24. n.4. p.84
Vt in domibus, el 1. de immunitate Eccleſ. d.22. n.1. pag. 75. p.34.

Ex Clementinis.

Ne Romani, de electione, d.9. n.4. p.34
Quæ de Eccleſiis, vnica de officio Vicarij, d.12. n.8. pag.44
Quia contigit, la 2. de Religioſis domibus, d.1. n.1. pag.1.
Si duobus, 1. vt lite pendente, d.20. n.11. p.69

Ex S. Concilio Tridentino.

Abbatiſſa, ſeſſ.25. de Regularibus, d.24. n.2. p.83
Beneficia Eccleſiaſtica, ſeſſ.7. cap.7. d.2. n.9. p.4. d.3. n.8. p.5. d.9. n.4. p.34. d.10. n.6. p.37. d.12. n.4. p.43. d.14. n.2. p.48. & d.16. n.4. pag.51.
Expedit maximè, ſeſſ. 24. cap.18. de reformat. d.10. n.3. p.37
In electione, ſeſſ.25. de Regularibus, cap.6. d.26. n.33. pag.90.
In quacumque Religione, ſeſſ.25. de Regularibus, cap.15. d.25. n.4. p.86
Quia verò, ſeſſ.14. cap.11. de reformat. d.10. n.8. p.38. & d.11. n.4. p.42
Quacumque in Diœceſi, ſeſſ.21. cap.8. de reformatione, d.14. n.2. p.48
Regularia beneficia, ſeſſ.14. cap.10. d.10. n.10. p.38

Conſtitutiones extrauagantes.

Ad exequendum, la 47. Pij V. d.8. n.2. p.32. d.11. n.2. & 3. p.42. d.12. n.3. 6. & 9. p.43. & 44. d.13. n.5. p.46. & d.17. n.3. 4. 7. & 8. p.53. & ſeq.
Etſi ex debito, Eugenij IV. d.21. n.2. p.72. & d.22. n.2. p.75
Etſi Mendicantium Ordines, Pij V. d.4. n.9. p.9

SERIES TITVLORVM

Repertorij Deciſionum Sacræ Rotæ, in hoc volumine contentarum.

A

Abbas.
Abbatiſſa.
Amouibilitas.
Antiqua.
Approbatio.
Attentata.
Axiomata.

B

Beneficia.

C

Canonici.
Capitulum.
Citatio.
Clauſulæ.
Compromiſſum.
Conceſſio.
Concilium.
Concilium Baſileenſe.
Concilium Tridentinum.
Concordia.
Concurſus.
Condere.
Confeſſio.
Confirmatio.
Congregatio.
Congrua.
Conſtitutio.
Conſuetudo.
Continuatio.
Contractus.
Cura Animarum.

D

Decimæ.
Declaratio.
Declaratoria.
Decretalis.
Decretum irritans.
Derogatio.
Dictiones.
Doctores.

E

Eccleſia.
Eccleſia Stellæ.
Eccleſiæ res.
Electio.
Electores.
Eligendi.
Enunciatiuæ.
Epiſcopus.
Erronea. Error.

Executio

Executio. Executor.
Exemptio.
Expenſæ litis.

F

Facultatiua.
Forma.

G

Generalis.

H

Hæreticus.

I

Inſtitutio.
Interdictum.
Intermedia.
Iudicium.
Iura Epiſcopalia.
Iuſpatronatus.

L

Laici.
Legarda.
Lex.
Lis.
Litteræ Apoſtolicæ.

M

S. Martinus Matritenſis.
Mendauia.

N

Narrata.
Narratiua.
Nauarra.
Notarij.

O

Oblationes.
Obreptio.
Obſeruantia.
Opinio.
Ordinarius.

P

Pampilona.
Papa.
Paritio.
Parochi. Parochialitas.
Patronatus.
Pius Quintus.
Poſſeſſio.
Poſtulatio.
Poteſtas ſpiritualis.
Præmonſtratenſes.
Præſentationes.
Primitiæ.
Priuilegia.
Probatio.
Profeſſio.
Procemium.

Q

Quartesia.

R

Regula.
Relatio.
Remiſſoria.
Res iudicata.
Reſtauratio.
Rota.

S

Scientia.
Scrutatores.
Sententia.
Solemnia Solemnitas.
Status.
Subiecta materia.
Suffragia.
Synodus.

T

Teſtes.
Tolerantia.
Tranſactio.

V

Vallis-Oletanum Cœnobium, & Congregatio.
Verba.
Vicaria Vicarius.
Viſitare. Viſitatio.
Vnio.
Vocatio.
Vrbanus Papa Octauus.

REPERTORIVM,

Summa, & Epitome locupletiſſima eorum omnium, quæ in præcedentibus Deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ continentur.

D. *Littera*, *Deciſionem*; N. *verò*, *numerum indicat Marginalem*; *litterá autem* P. *vltimo loco poſita paginas deſignat.*

A

Abbas.

ABBAS de Vrdax Iuriſdictionem Epiſcopalem priuatiuam quoad Epiſcopum habet in Oppido Zugarramurdi. d.15.n.6. p.47

Abbatum electio actiuè, & paſſiuè ad Conuentum pertinet. d.10.n.6. p.61

Contra iuris diſpoſitionem à Generali, & diffinitoribus eliguntur Abbates d.19.n.10. p.62.

Abbas S. Facundi Priorem, ſeu Abbatem S. Benedicti Vallis-Oletani olim confirmabat. d.19.n.13. ibid.

Abbati S. Dominici Silenſia alternatiua fuit conceſſa in viſitatione Cœnobij S. Martini Matritenſis. d.20.num.2. p.69

Conceſſa etiam fuit præeminentia eidem in eodem Cœnobio. d.20.n.2. ibid.

In electione paſſiua S. Martini, filiis S. Dominici fuit alternatiua conceſſa. d.20.n.2. ibid.

Vtraque alternatiua Abbati, & Monachis S. Dominici aufertur. d.20.num.3. p.68

In Abbatum electione ſeruanda eſt forma *in cap. Quia propter, de electione*, præſcripta. d.26.n.5. pag.87

Abbatiſſa.

Vt eligi poſſit, debet eſſe ætatis 30. annorum, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium. d.24.num.2. p.83

Eligenda eſt à duabus Collegij partibus. d.24. n.5. pag.84

Maior Collegij pars attenditur in Abbatiſſæ electione, non habita collatione zeli ad zelum, nec meriti ad meritum; etiam quando electio facienda aſt à mulieribus ſimul cum maſculis. d.24.n.6.& 7. & quare, n.9. ibid.

Amouibilitas.

Amouibilitatem Vicariorum non poſſunt immutare Epiſcopi per approbationes, & ſenten-

o 3 tias

tias in quibus exprimunt, vt gaudeant Vicarij toto tempore eorumdem vitæ, maximè inſciis illis, quibus Eccleſiæ ſunt vnitæ. d.5. num.12. p.26

In materia amouibilitatis ſummoperè vltimus attenditur ſtatus. d.5.n.13. ibid.

Non excluditur amouibilitas, eo quod non doceatur Vicarios fuiſſe amotos. d.17.num.9. pag.54.

Amouibilitatis ſtatus non mutatur niſi in caſu, quo Abbas voluiſſet remouere, & fuiſſet impeditus, & impedimento acquieuiſſet. d.17. num.9. ibid.

Antiqua.

Excedentia metam centum annorum, inſeruiunt pro iuſtificatione qualitatis, quæ intenditur. d.2. num.5. pag.3

Approbatio.

Vicariorum approbatio fieri non debet ab Epiſcopo ad tempus, ſed indefinitè, vt gaudere illa poſſint toto vitæ tempore, ſi non remoueantur. d.5.num.22. ibid.

Attentata.

Quod poſt intimationem inhibitionis fit, attentatum eſt, & nullum. d.8.n.3. p.32

Iudicium attentatorum præferendum eſt. d.8. num.4. ibidem.

Quod lite pendente fit, atteintatum eſt. d.8.n.4. ibidem.

Axiomata.

Qood omnes tangit, ab omnibus approbari debet. d.19.n.6. p.61

B

Beneficia.

QValitas beneficiorum optimè per conſuetudinem, & obſeruantiam interpretatur. d.6.n.9. p.29

C

Canonici.

CAnoni Regulares, qui de vno ad alium Ordinem conuolarunt, ad curam animarum ſunt inhabiles; ſecus ſi vnius tantùm Ordinis inſtitutum amplexi ſunt. d.10.n.9.p.38.d.11. num.4. pag.42

Canonici Regulares ad Eccleſias liberæ collationis aſpirare nequeunt; bene tamen ad vnitas Monaſterio. d.10.n.10. p.38

Canonici Regulares, etiam Præmonſtratenſes, incapaces ſunt adminiſtrationis Eccleſiarum Monaſteriis non vnitarũ. d.11.n.4.p.42.

Capitulum.

An Sede Epiſcopali vacante ſuccedat Capitulum in iuriſdictione delegata, perpetuò Epiſcopo attributa. d.16.n.5. p.51

Non ſuccedit in dicta iuriſdictione, nec viſitare poteſt in vim Concilij Tridentini. d.17. num.11. p.53

Maior, & ſanior Capituli pars ex duabus conſtituitur vocalium partibus. d.28.n.2. p.103.

Vocati, ſi non veniant, tota Capituli potentia in illis remanet, qui venerunt; & per eos geſta valent, tanquam à Capitulo geſta. d.28. num.3. ibidem.

Quilibet locus, vbi Capitulum eſt congregatum, Capitularis dicitur, dummodo honeſtus ille ſit. d.28.n.4. ibidem.

Capitulum congregari poteſt in quolibet loco, quando ob impedimentum aliquod in loco ſolito congregari non poteſt. d.28.n.6. ibid.

Capitulũ congregari non poteſt. d.28.n.6.ibid.

Capitulariter aliquid fieri, aliud eſt, quàm in loco fieri Capitulari. d.28.n.7. p.103

Actus probatur Capitolariter geſtus, ex Notarij atteſtatione, nomina Capitularium recenſendo. d.28.n.8. ibid.

Citatio.

Extra territorium decerni non poteſt citatio. d.28.n.9 p.103

Citationes in principio iudicij emanantes, cauſæ non requirunt cognitionem, & fieri ab illo poſſunt, qui iuriſdictionem non habet. d.28.n.10. ibid.

Citatio, quæ in principio fit iudicij, extra territorium decerni poteſt. d.28.n.11. ibid.

Locus vbi citatio eſt decreta, non attenditur, ſed locus pro quo ad comparendum fit. d.28. n.12. ibidem.

Clauſulæ.

Clauſula, *cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis*; cura animarum, iura Parochialia, & cætera ad Eccleſiam vnitam ſpectantia de iure, & de conſuetudine comprehendit. d.3.n.3. p.5.d.5.num.5. p.24

Dicta clauſola importat, quod vnio ſit acceſſoria, & ſubiectiuè, etiam quoad ſpiritualia facta. d.3.n.3.p.5.d.3.n.5. ibid. d.5.n.5. p.24

Importat etiam ius deputandi Vicarium amouibilem ad nutum. d.5 n.5. ibid.

Clauſula, *in perpetuum incorporamus*; importat vnionem eſſe acceſſoriam, extinctiuam tituli, cum tranſlatione iurium, etiam ſpiritualium in eum, cui facta eſt vnio. d.3.n.2. p.5.d.5.n.6. p.14

Clauſula, *Liceat per vos.... corporalem poſſeſſionem Parochialis Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum ſuarum authoritate propria apprehendere*; importat vnionem, & incorporationem ſubiectiuam, pleno iure, quoad ſpiritualia, & temporalia, quoad iura Parochialia, & quoad fructus Eccleſiæ vnitæ, d.2.n.2. p.2.d.3.n.5.p.5. d.5.n.7. p.24

Clauſula, *conſtito de tribus*; quid importet. d.8 num.3. p.32

Clauſula, attentis narratis; ponitur aliquando non conditionaliter, ſed cauſatiuè. deciſ.20. num.4. p.68

Idem contingit aliquando in clauſula, *attento conſenſu*. d.20.n.4. ibid.

Compromiſſum.

Aut expreſsè, aut tacitè fit Compromiſſum. d.17.n.36. p.99

Compromiſſum tacitum, cum ſcrutinio mixtum, qualiter fiat. d.28.n.38. ibid.

Compromiſſum expreſſum qualiter fiat. d.28. n.37. ibidem.

Dari debet compromiſſariis facultas ſingulorum vota diligenter exquirendi, & illum eligendi in quem maior, & ſanior Capituli conſenſerit pars. d.28.num.39. p.99

Vbi compromiſſariis data eſt facultas nominandi, cenſetur etiam data facultas eligendi. d.28.n.41. p.100

Conceſſio.

Concluſio conceſſionis attendenda eſt. non autem narratiua, petitio, aut procœmium. d.5. num.9. p.25

Concilium

Concilium.

Concilium œcomenicum, & generale illud ſolùm eſt, ac legitimum, quod Papæ authoritate indicitur, & prorogatur. d.27.n.32. p.97

Conſilium Baſileenſe.

Licet à principio fuerit œcumenicum, poſteà ſub præſidio Cardinalis Atelatenſis continuatum, inuitoque Papa protogatum, non tantùm œcumenicum, ſed legitimum eſſe deſiit. d.27. num.32. p.97

Fuit hoc Concilium ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius protſus authoritatis, vti declaraoit Conciliom Lateranenſe. d.27.num.32. ibid.

Illius decreta non fuerunt à Nicolao V. confirmata, ſed tantùm confirmauit pro bono pacis electiones factas in obedientia huius Concilij. d.27.n.34. p.98.

Concilium Tridenti

Arbitrio Ordinariorum remiſit erectionem Vicariarum in perpetoas. d.3.n.7. p 5

Illius diſpoſitio non habet locum in Vicariis Parochialium, quæ ſont vnitæ Monaſteriis exemptis, quorum Abbates deputauerunt, & remouerunt Vicarios ſine licentia Epiſcopi, vti in S. Ioanne de Stella Abbas Hytachenſis. d.9.n.4. p.34

Dicta diſpoſitio conciliaris, atque alia Gregorij XIII. non procedunt in Eccleſiis pleno iure vhitis. d.11.n.4. pag.42

Diſpoſitio Concilij exigebat exequi in actu viſitationis, partibus legitimè citatis, & Eccleſiarom neceſſitate exigente. d.12.n.4. p.43

Mutata, & variata eſt dicta concilij diſpoſitio per Pium V. d.12.n.5. p.44. Intellige, quoad Eccleſias Monaſteriis vnitas: ibid:

Concordia:

Vrbanus annullauit concordias factas ſuper rebos Eccleſiæ præiudicialibus, abſque Apoſtolico beneplacito; non tamen inter duas Eccleſias initas. d.2.n.7. pag.3. Succeſſores non afficit. d.4.n.12. p:10

Concurſus.

In Parochialibus liberæ cullationis abſolutè requiritur concurſus. d.10.n.3. p.37. d.17.n.2. pag.53.

Non eſt neceſſarius in Eccleſiis vnitis. d.10 n.3. pag.37.

Condere.

Eiuſdem facultatis eſt condere, ac deſtruere. d.20.n.10. p.69

Confeſſio.

Partis aduerſæ confeſſio plenè contra ſe probat. d.4.n.5. p.8

Confirmatio.

Superioris confirmatio non purgat electionis vitium, niſi Princeps ex certa ſcientia confirmet. d.27.0.23. p 96

Si confirmatio à Papa fiat, etiam ex certa ſcientia, electionis tanquam canonicæ, quæ verè talis non ſit, ſi in confirmatione non ſit inſertus electionis tenor, Papa præſumitur circonuentos ab eis, quibus electionem confirmandam mandauit. d.27.n.24. ibid.

Electio canonica confirmari debet. d.27. n.26. ibidem.

Congregatio S. Benedicti.

Initium habere cœpit Congregatio S. Benedicti Valliſoletana poſt annum 1492. ſedente Innocentio Papa VIII. d.19.n.13. & 14. p.62

Vnio Monaſteriorum iſtius Congregationis fuit ſuſpenſa, & ſubreptitia declarata per S. Rotam. d.19.n.14. ibid.

An poſſit dicta Congregatio ſuas Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas commutare. d.20.n.4. p.68

Congrua.

Reſeruatio Congruæ, an præ ſe ferat Vicarij perpetuitatem. d.4. num.6. p.8. & 9. & d.5. num.17. p.26

Conſtitutio.

Nullæ declarantur duæ Conſtitutiones Pamplonenſis Synodi. d.9.n.1. & 4. p.33. & 34. d.12 n.6. p.44. d.13.n.5. p.46. d.14 n.4. p.49. d.17.n.9. p.54. quæ omnes irritant conſtitutionem prohibentem Vicariorum amotionem. ibid.

Præiudicialis eſt conſtitutio, quæ aufert ius de communi competens iure. d.19.n.5. p.61

Conſtitutio, & ſtatutum certum perſonarum genus à beneficiis excludentia, dicitur contra ius. d.19.n.8. ibid.

Congregatio Benedictina Hiſpana an poſſit ſuas conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas commutare. d.20.n 4. p.68

Conſtitutiones Apoſtolicæ ex certa ſcientia emanatæ, aliqua non indigent iuſtificatione. d.20. num.4. ibid.

Conſtitutio ex cetra ſcientia emanat, quando cum omnium expreſſione; & etiam quando cum præuia Sacræ Congregationis diſcuſſione. d.20.n.4. ibid.

Quando ſic emanat, etiamſi in ea apponatur clauſula; *Attentis narratis:* ex certa exit ſcientia. d.20.n 4. ibid.

Localis Conſtitutio, de loco ad locum non extenditur, etiam ex identitate rationis. d.23.n.3. pag.81.

Conſtitutio exorbitans, diſponens de re ſimplici, extenditur ad actum mixtum, quantùm ad illas qualitates, quæ concernunt perſonas facientes actum ſimplicem, prout illæ qualitates interueniunt in actu mixto. d.24.n.8. pag.84.

Conſuetudo.

Quadragenaria conſuetudo cum titulo, & bona fide, pro Vicarij electione ſufficit. d.11.n.5. pag.42.

Induci non poteſt conſuetudo per aliquod variè obſeruatum. d.19.n.16. p.63

Conſuetudo contra intellectom alicuius textus ita communiter à Doctoribus interpretatum, non dicitur contra communem Doctorum opinionem, ſed contra textum ipſum. d.26. num.23. p.89

Per contrariam conſuetudinem an abrogetur lex, decretum habens irritans. d 27.n.9. pag 95.

Conſuetudo actus requirit vniformes. d.27.n.10. ibidem.

Quando conſuetudo eſt varia, à iure communi non receditur. d.27.n.11. ibid.

Conſuetudo non ex errore, ſed ex certa ſcientia induci debet. d.27.n.14. p.96

Non inducitur contra canones, abſque ſcientia, & expreſſo Papæ conſenſu, & animo conſuetudinem inducendi. d.27. num.15. 17. & 19. ibidem.

Amplia, etiam quantocunque temporis ſpatio ſit ſeruata. d.27.n.19. p.96

Conſuetudo contra leges ciuiles inducitur abſque ſcientia,

ſcientia,vel patientia Principis,d.27.n.16.ibid.
Non inducitur contra canonem habentem decretum irritans, per quantumcunque temporis ſpatium, d.27.n.20. ibid.

Continuatio.

Verificari non poteſt continuatio, niſi in ordine ad præcedentia. d.6.n.8. p.29

Contractus.

Contractus in rebus Eccleſiæ initi abſque beneplacito Apoſtolico, ſi Eccleſiæ præiudiciales ſint,nulli ſunt, ex Vrbani VIII. præſcripto. d.1.n.7. p.3

Cura animarum.

Quoties annuum redditum applicatio ei fit,cui vnitur Eccleſia, reſeruatâ congruâ Vicario, cura habitualis, & propria transfertur in eum,cui fit vnio; Vicario autem ſolum exercitiũ. d.3.n.6.p.5.d.4.n.10.p.10.d.5.n.16.p.25
An quando Vicarius eſt perpetuus, poſſit principalis ſe ingerere in cura, illo ſpreto; Et an Epiſcopus ſpreto Rectore. d.4.n.7. p.9
Cura reſidet penes coactum augere ſeruitium, & penes coactum augere congruam. d.4. num.10. p.10
Cura Eccleſiæ Monaſterio annexæ quoad ſpiritualia, & temporalia, ad illius ſpectat Prælatum. d.10.n.1. p.36
Penes Abbatem, & Monachos reſidet cura Eccleſiæ Monaſterio iure pleno vnitæ. d.2.n.2. p.2.d.3.n.2.p 5.d.5.n.1.p.24.d.12.n.2. p.43
Vide verba, *Canonici*, *Concurſus*, & *Præmonſtratenſes*.

Decima.

Decimarum perceptio, an vnionem plenariam probet. d.4.n.10. & 12. p.12. d.10.n.4. p.37. d.17.n.6.& 7. p.53
Monachi Caſſinenſes à decimarum ſolutione eximuntur, cum derogatione capitis *Nuper*, *de decimis*. d.21.n. 1.& 3. p.72
Eximuntur etiam eorum coloni. d.21.n.7. p.73
Hoc priuilegium reale eſt. d 21 num.7. ibid.
Priuilegium eximens à decimarum ſolutione, extenditur ad debitas de iure diuino.d.21.n.5. ibidem.
Decimæ, primitiæ, & quartesſia ſunt à Deo inſtituta pro Sacerdotibus, & Miniſtris Eccleſiæ. d.21.n.6. p.73
Exemptio à ſolutione decimarum, vtpotè à iure communi exorbitans, ſub generali non comprehenditur conceſſione. d.22.n.8. p.75
Collegia Societatis Ieſu Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ex præſcripto Leonis XI. tenentur Parochialibus Eccleſiis ſoluere vigeſimam de fructibus bonorum, quæ poſſidebant die 23. Aprilis, 1605. & decimam de fructibus bonorum poſt diem acquirendorum. d.23. n.1.& 3. p.80.& ſeq.
Collegium Pampilonenſe eiuſdem Societatis manutentionem obtinuit non ſoluendi decimam, nec vigeſimam. d.23.n.2.& 3. ibid.
Breue Leonis XI. expeditum die 23. Aprilis, 1605. Gregorius XV. reuocauit; ſed Vrbanus VIII. illud reſtituit. d.23.n.13. p.82

Declaratio.

Verbalis Papæ declaratio non cenſetur per viam legis emanaſſe;& per eius expirat mortem. d.10.n.9.p.38.d.11.n.4. p.42

Declaratoria.

Denegari non poteſt, non docto de patitione. d.18.n.2. p.59
ad Declaratoriæ relaxationem quælibet ſufficit reſponſio, ſiue actus animum non patendi denotans. d.18.n.3. ibid.
Contra ſingulos vniuerſitatis eſt relaxanda. d.18 n.5. p.60

Decretalis.

Quod Dei timorem, 5. de Statu Monachorum, an ſit derogata; controuerſum eſt. d.10.n.9. p.38.d.11.n.2. p.42

Decretum irritans.

Quidquid in contrarium fit, inficit. d.4.num.9. pag 9.
Titulum inficit, & poſſeſſionem, ita vt actus contrarij nequeant ius aliquod, ſeu poſſeſſionem parti tribuere. d.12.n.9.p..44.d.26.n.22. pag.89.
Adimit partibus facultatem impugnandi, & ludicibus ligat manus, & claudit os, ne aliter, quàm fauorabili modo, litteras interpretentur. d.21.n.2. p.72
Habet oculos ante, & retro, & operatur nullitatem à principio. d.26.n.22. p.89
Decretum irritans appoſitum *in cap. Quia propter, de electione*, refertur, nedum ad formulas electionum in eo appoſitarum; ſed etiam ad ſolemnitates circa ſcrutationem diſpoſitas. d.27.n.8. p.95
Decretum irritans impedit inductionem conſuetudinis contra canonem. d.27.n.10.p.96.Si tamen illo ſit munitus. ibid.

Derogatio.

Neceſſaria eſt derogatio de iure quæſito, dum auferetur quod de iure communi competit. d.19.n.5. p.61
Generica derogatione Concilij generalis,vel omnium Conciliorum generalium, etiamſi ſpecificè, & nominatim nullum exprimatur, cenſetur illi, & illis ſpecificè derogatum. d.21. num.4. p.73

Dictiones.

Eius eſt naturæ dictio, *Ac*, vt adiiciat ad præcedentia. d.3.n.5. p.5
Dictiones, *Quocumque*, &, *Quibuſcumque*; vniuerſales ſunt, & omnia comprehendunt.d.21. num.2. p.72.
Dictio, *Excipere*, non ſignificat recipere in ſcriptis, niſi exprimatur. d.17.n.5. p.95
Exceptores vocantur in iure Notarij & Scriptores. d.27.n.6. ibid.

Doctores.

Communis Doctorum opinio, licèt per ſe non inducat obligationem; tamen quando conuenit in interpretatione alicuius legis, facit certitudinem humanam, & inducit obligationem ſeruandi legem, & vtendi illâ in praxi. d.36.n.24. p.89
Geſta contra intellectum alicuius textus, communiter à Doctoribus traditum, dicuntur geſta contra ipſum textum, non contra communem Doctorum opinionem. d.27.num.4. pag 95.

E

Eccleſia.

Regularibus vnita, Regularis cenſetur. d.10. num 10. p 38
Regulari poteſt conferri Eccleſia Regularibus vnita. d.10.n.10. ibid.
Vide verb. *Reſtauratio*.

Deciſionum. Littera E.

Eccleſia Stella.

Sancti Ioannis Eccleſia vnita eſt Monaſterio Hyrachenſi, & eius vnio à S. Rota canonizata. d.9. n.1. p.33

Eccleſia res.

Eleemoſynæ, & oblationes ad fabricam, vel ad alium certum vſum Eccleſiæ deſtinatæ, in alium vſum ab Epiſcopo, vel ab alio Admiſtratore conuerti non poſſunt abſque Papæ licentia. d.1.n.1. p.1

Lis mota ſuper defenſione iurium Eccleſiæ, ipſius expenſis ſuſtentari debet. d.1.n.2. ibid.

De Eccleſiæ intereſſe agitur, quoad effectum expenſarum litis, quando iſta vertitur inter extraneos, non quando inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ. d.1. n.2. ibid.

Electio.

Generalis S Benedicti Congregationis Hiſpanæ electio, varios habuit ſtatus. d.19. n.1. 2. 3. 12. 15. & 16. p.61. & ſeqq.

De iure communi electio actiua, & paſſiua Generalis ad totam ſpectat Congregationem. d.19. n.5. & 6. p.61

Regula Sanctiſſimi P. N. Benedicti, an de Generalis, an ſolùm de Abbatum localium electione loquatur. d.19. n.6. ibid.

Electio Abbatum actiuè, & paſſiuè ad Conuentum pertinet. d.19.n.6. ibid.

Summam requirit electio libertatem, & ab ea longè abeſſe omnis coactio, & reſtrictio debet. d.19.n.7. ibid

Hæc aufertur libertas, non ſolùm ſi certum perſonarum genus, ſed etiam ſi vna perſona eligi non poteſt. d.19.n.7. p.61

Maior requiritur libertas in poſitiua electione, quàm in actiua. d.19. n.8. ibid.

Libertas electionis etiam per indirectum læditur. d.19. n.11.& 18. p.62. & ſeq.

Electio minùs digni, omiſſo digniore, ſuſtinetur quoad validitatem, poſtquam facta eſt, vt litium amputentur occaſiones. d.19. n.9. p.62

Lædi poteſt electionis libertas, quando Generalis vnà cum Diffinitoribus illam celebrant, cùm ei contradicere non audent. d.19.n.11.ibid.

Alternatiua electionis repugat. libertati. d.20. n.10. p.69

Scrutatores pro electionibus, etiam Abbatiſſarum, de Collegio aſſumendi ſunt. d.24.n.1.p.83

Non valet electio, in qua vota ſunt paria. d.25. n.1. p.85

In electione per viam ſcrutinij eſt ſeruanda forma capitis *Quia propter*, de electione. d.26. n.1. p.87

In electione per viam ſcrutinij aſſumi debent tres ſcrutatores de Collegio, nec aſſumi poſſunt Notarij extra Collegium, aliàs electio eſt nulla. d.26. n.2. ibid.

Textus capitis *Quia propter*, habet decretum irritans, & electiones aliter factas annullat ipſo iure. d.26. n.3. vbi quod nulla deſideretur ſententia. p.87

Electio canonizatur ex duobus, ſcilicet ex ſubſtantia conſenſus, & ex ſubſtantia formæ, à quibus recedere non poſſumus; ita vt ſi recedatur, electio ſit ipſo iure nulla. d.26. n.4. ibid.

Electiones Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, ac etiam Prælatorum Regularium, celebrandæ ſunt iuxta formam traditam *in cap. Quia propter. de electione*. d.26. n.6. p.88

Electio quando dicatur facta ſecundùm viam ſcrutinij. d.26. n.7. ibid.

R. P. de Murga in Conſtit. Apoſt.

Electio, quando per viam Spiritus ſancti celebratur, non eſt opus ſeruare formam capitis *Quia propter, de electione*. d.26. n.8. ibid.

Electio per viam Spiritus ſancti quæ, & quotuplex. d.26. n.9. ibid.

Electio per viam Spiritus ſancti non dicitur, quando vnus diſſentit. d.26. n.10. p.88

Maior Capituli pars, & ſanior intelligitur comparatiuè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione. d.16. n.11. ibid.

Electio per viam inſpirationis authore Deo immediatè, peccatis noſtris ita exigentibus, rarò occurrit. d.26. n.12. ibid.

Maior Capituli pars, ſi in vna inſtrumenti parte electioni conſenſiſſe dicatur, & in altera omnes, an ſit intelligendum, quod verè omnes conſenſerint, ex quo pars ineſt in toto. d.25.n.13. ibid.

